BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
22 P
M8
13-1.E.8

X
VIII
1

LIBER AVREVS, INSCRIPTVS LIBER CONFORMITATVM VITÆ BEATI, AC SARAPHICI PATRIS FRANCISCI AD VITAM IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nunc denuò in lucem editus, atq; infinitis propemodum mendis correctus à Reuerendo, ac doctiſsimo P. F. Ieremia Bucchio Vtinenſi ſodali Franciſcano Doctore Theologo laborioſis, ornatiſsimisq; lucubrationibus illuſtratus.

Cui planè addita eſt perbreuis, & facilis hiſtoria omnium virorum; qui ſanctitate, probitate, innocentia vitæ, ac doctrina, eccleſiaſticisq; dignitatibus, in Franciſcana Religione vſq; ad noſtra hæc tempora excelluerunt.

Acceſsit duplex rerum, & verborum, ac materierum toto opere memorabilium Index locupletiſsimus.

Ad Illuſtriſs. atq; Ampliſsimum Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalem D. D. HIERONYMVM *de* RVVERE *Ord. min. Conuentualium Protectorem vigilantiſsimum.*



BONONIAE, Apud Alexandrum Benatium. *Facultate à Superioribus conceſſa.* 1590.

Capuccinorum + Romæ

SI quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

SE neget atq; crucem tua poſt veſtigia quiſquis
Proſequitur tollat, tu bone Chriſte iubes:
Non egre hanc preſta ipſe feram per tella, per hoſtes
Ingrediar tutus, te duce quaq; ſequar.

FRanciſcus Chriſti ſanctiſsima dogmata ſectans
Rarum, & perfectum das decus hinc fidei;
Amplificatq; pij cultiſsima dona tonantis,
Nulla latet labes pectore fixa viri:
Candida nanq; fides diuina in ſtigmata ſurgit
Illuſtrans orbem claraq; facta Poli.
Sancte pater precibus duc nos ad ſidera ſanctis,
Clare pater cælo pectora noſtra geras:
Vberius populis ſanctiſsima dona miniſtres
Scandere quo cæli regna beata queant.



ILL.MO AC R.MO S. R. ECCLESIAE CARDINALI AMPLISSIMO D. D. HIERONYMO DE RVVERE VIGILANTISS.

Ordinis Min. Conuentualium Protectori, Patrono Optimo.

F. LVCIVS ANGVISSOLA. S. P. D.

H*EREMIAE Buchij Vtinenſis Franciſcani ſodalis noſtri Conuentualis, dùm in humanis ageret, ſemper tùm in rebus agendis, tùm etiam iudicandis, acerrimus fuit ſenſus; qui acumine ingenij perpendens quanta, & quàm ſumma eſſet animi tui virtus, ac penè Heroica magnitudo, qua digniſſimus es, vt omnes meritò boni, & docti, non modò ament, ſed & colant, ſuſpiciant, & venerentur: quippe qui & humanarum diſciplinarum, hebraicè, Gracè, & latinè, ſacrarumq́; legum, diuina, naturaliſq́; Philoſophia ſcientiſſimus, rerum omnium Politicarum experien-*

perientiſsimus, conſilioq́; non minus, quàm induſtria ſis valde pollens; atque id, quod in omnibus rebus ſummum, & magnum eſſe videtur, ab omni prorſus libidine, & auaritia abhorrens; nihil æquè cupiebat, quàm vt hic labor, cui Conformitates Sancti Franciſci eſt nomen, in lucem ederetur; in quo ſanè ipſe non exiguam operam, & diurnã, & nocturnã conſumpſerat, eumq́; tuo nomini nuncuparet. Ego autem, qui eius conſilium probè noueram, enixè id contendentibus Patribus Vtinenſis Conuentus Diſcretis, libentiſsimè hoc ipſum opus edendum ſuſcepi, nonnihil perſuaſum habens ex omnibus honoribus, qui amicis, & neceſſarijs, qui vita functi ſint, haberi poſſunt, nullum adeò eſſe inſignem, aut æquè diù permanſurum, quàm res eorum præclarè geſtas, aut ſapienter excogitatas literarum monumentis commendare; ne earum interitu nominis quoque celebritas, & claritudo in tenebris deliteſcere patiamur. Hoc igitur ego perſpiciens, vita functo Ieremia, quem viuentem veriſsimis affectibus amaueram, vt ab omni ſilentio, & obliuione vindicarem, nulli labori parcens, omni ſtudio, cogitatione, & pietate curaui, vt ſtudioſè eius lucubrationes quàm maximè poſſent ornatæ ederentur: conſultò igitur Ieremias, qui inſigni huius volumini gloriæ cumulum addere voluit, te Patronum ſibi conſtituit, cuius humanitatis eſt, qui literas, ingenia, ac omnes bonas artes maximi ſemper feciſti, librum hunc libenti animo accipere, fouere, & amplecti ea, qua planè ſoles alios libros alacritate; meque, qui librum ad te perferendum, tibiq́; nuncupandum ob eas cauſas ſuſcepi, tua gratia, & beneuolentia complecti ne dedignere. Deus Optimus Maximus tuam de Eccleſia ſolicitudinem ſua gratia adiuuet, diuq́; noſtræ Religioni, & bonis omnibus ſeruet incolumem.

Bonon. Cal. Maij. M. D. X C.

FRATRIS IOANNIS FRANCISCI BONI
ORD. MIN. CONVENTVALIVM DECASTICON.

INſigne hoc opus eximia confecerat arte
Piſanus tantæ relligionis honor.
Buchius at quoq; Franciſcanæ gloria gentis
Addidit huic vigilans multa labore ſuo;
Dumq; tibi auratæ QVERCVS clariſsima proles;
Munera ceu magno digna fauore tui;
Mittere conſtituit lætus properauit ad aſtra;
O' fęlix, modò quem regia celſa tenet.
Hinc Heros ANGVISSOLA iam ſuper æthera notus
Perfecit quod mors dira reliquit opus.

COPIA LITTERÆ
A PRAEFATO MAGISTRO BARTHOLOMEO AVCTORE HVIVS OPERIS GENERALI MINISTRO,
& capitulo Generali pro approbatione præſentis operis directæ.

R*EVERENDIS in Chriſto patribus Henrico generali miniſtro, & alijs miniſtris; cæteriſque diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum minorum apud ſacrum conuentum Aßiſij in proximo feſto ſacræ indulgentiæ ſanctæ Mariæ de Portiuncula ibidem celebrandi: Frater Bartholomeus de Piſis ſacræ theologiæ Magiſter indignus. Reuerentiam debitam cum omni ſubiectione deuota, deuotione, profeßione, ac beneficijs perceptis; quibus obligor beato patri noſtro Franciſco, cupiens aliquid componere ad eius laudem, gloriam, & honorem (Chriſto prædocente; qui ipſum patrem Franciſcum ſibi per omnia ſimilem reddidit, & conformem) opus quoddam; quod de conformitate vitæ beati Franciſci ad vitam ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti intitulatur, compegi cum arbore figurata; quæ perſonaliter aßiſtens iuxta papalia noſtri ordinis inſtituta, veſtra prudentia tribuo corrigenda; lima veſtra ſapientia examinanda, ac approbanda: atque alijs intra noſtrum ordinem, & extra communicanda. Humiliter exoro licentiam, à vobis mihi impartiri; deprecans inſtanter ipſum patrem Franciſcum; cuius corpus in hoc ſacro loco requieſcit: vt vos, & totum ordinem minorum in agendis dirigat, & ad gaudia perducat æterna. Amen. Data in loco præfato Aßiſij. die prima Menſis Augusti.*

RESPONSIO CAPITVLI GENERALIS, ad præſcriptam litteram iſtud opus approban.

I*N Chriſto ſibi chariſſimo fratri Bartholomeo de Piſis ſacræ Theologiæ Magiſtro, frater Henricus ordinis fratrum minorum Generalis miniſter, & ſeruus, cæteriq; miniſtri, ac diffinitores capituli Generalis apud ſacrum locum de Aßiſio die ſecunda Auguſti. Anno domini 1399. celebrati ſalutem, & pacem in domino ſempiternam. Opus, quod diuina fauente clementia, & intitulatur de conformitate vitæ beati Franciſci ad vitam Domini noſtri Ieſu Chriſti, feciſti: Inſpici, diſcuti, & examinari fecimus diligenter, cum arbore; quam nobis perſonaliter præſentaſti, & nihil inuenimus correctione dignum; ſed laude: de quo tuæ regratiando prudentiæ, præſentibus tibi licentiam faciendi depingi ipſam arborē, ac ipſum opus volentibus videre, & tranſcribere: quòd eis poßis communicare liberaliter impertimur. In cuius rei teſtimonium præſentem litteram in regiſtro ordinis poſitam; fecimus ſigillo generalatus officij impreßione muniri. Data in dicto ſacro loco, anno, die, & menſe ſuperius annotatis.*

VT QVÆLIBET MATERIA præſentis operis facilius inueniri poſsit; duplex index aſsignatur: & vtriuſque prior numerus, poſterior verò columnam oſtendit.

Index materiarum, quæ in hoc opere continentur.

DE ſingulis actibus vitæ Chriſti. car. 8. 9. 10
De ſingulis actibus vitæ. B. F. 12
De decem figuris competentibus. B. F. 13
De incarnatione verbi. 21. 26
De Epiphania Domini. 33
De virtute Pacientiæ. 37
[illegible] vitæ Chriſti factis. [illegible]
Diſcurſus de Amatoribus huius ſeculi, vbi ſunt. 43
De Diaboli tentatione. 50
De Electione 12. Apoſtolorum. 55
De laudibus Apoſtolorum. 56. 57
De legibus Criſticolis in Euangelio datis. 108
De rebus, & malis, quæ in hoc mundo reperiuntur. 132
Diſcurſus, notabilis ſuper his; quæ Chriſtus docebat. 134. 135
De locutione Chriſti. 136. 166
De miraculis Chriſti. 187. 188. 253
De Amore Chriſti ad genus humanum. car. 193. 194
De Chriſti transfiguratione. 201. 202
De Diuitijs, & earum effectibus. 213
De Paupertate, & eius effectu. 214
De Gradibus humilitatis. 223
De lumine gloriæ. 229
De ſcientia Chriſti. 230
De his, quæ Chriſtus prophetauit. 232
De nomine Ieſu. 250
[illegible]
De Oratione. 255
De Miſericordia, & pietate. 263
De commendatione, & laudibus multorum. 270
De Sacramentis veteris, ac nouæ legis. car. 285
De Miſterio Crucis. 296
De Chriſti morte. 311. 312
De Limbo. 316
De Chriſti ſepultura. 318
De Chriſti Reſurrectione. 320
De Chriſti Aſcenſione. 322

INDEX ALPHABETICVS.

A

ABbas Ioachim fecit depingi B.F. cum ſtigmatibus ſuper Oſtium ſacriſtiæ S. Marci de Venetus. car. 17. col. 3
Abbates fratres min. facti. car. 101. col. 2. & 3
Abazarus Rex à Tadæo Apoſtolo curatus. car. 58. col. 1
Abiectas perſonas, & humiles ſemper amauit B.F. car. 224. col. 2
Ablatio vitæ Chriſti fuit Chriſto ita pœnalis, ſicut eius præſentia delectabilis. car. 313. col. 3
Abſoluēdi auctoritatem quis habeat. car. 124. col. 3
Abſoluendus propter quid erit generalis. car. 125 col. 2
Abſoluere poſſunt cuſtodes, & Guardiani à participatione cum excommunicatis excommunicatione maiori. car. 124. col. 4
Abſolui à quibus poſſunt ord. min. ingredientes. car. 116. col. 2
Abſolui poſſunt miniſtri generales, & prouinciales à confeſſore ſuo de ſuis exceſſibus, & de quibus. car. 124. col. 4
Abſolutiones à peccatis poſſunt miniſtri ſuis fratribus committere, & quibus. car. 224. col. 2
Abſolutum non à reſpectiuo dependet. car. 289 col. 3
Abſtinentia, & parſimonia antiqui Romani veteres commendantur. car. 270. col. 1. 2. & 3
Abſtinentia, & pœnitentia ſanitatem inducunt. car. 245. col. 4
Abſtinere à quibus Chriſtus voluit Apoſtolos, & prædicatores. car. 144. col. 3
Abundantia quæ pariat. car. 241. col. 4
Acceſſio duorum prophetarum ad Chriſtum. car. 203. col. 1
Acceſſus ad monaſteria, quomodo interceditur, & quomodo conceditur. car. 127. col. 2.
Accidia non eſt acquieſcendum. car. 51. col. 4
Accommodare an liceat fratribus. car. 123. col. 1 & ſeq.
Accuſatio falſa Chriſti. car. 9. col. 4
Achilles. car. 44. col. 1
Actiuitas Chriſti in beato Fran. car. 3. col. 2 car. 1. col. 4
Actus B.F. morientis. car. 221. col. 2
Actus Chriſti triplices. car. 299. col. 2
Actus meritoru duplex eſt bonitas. car. 313. col. 1
Actus ſinguli B.F. vitæ, figuris veteris, & noui teſtamenti ſunt figurati, & vbi, & quomodo. car. 11. col. 3
Actus vitæ Chriſti. car. 8. col. 2
Actus paſſionales Chriſti. car. 300. col. 2
Adam quare ſit gauiſus. car. 30. col 3
Adiutores ordinis min. Deus ſublimat. car. 131 col. 4
Adoniſedech. car. 43. col. 4
Adoptio noſtra quomodo differat ab adoptione Ioānis. car. 57. col. 2
Adria locus. car. 85. col. 2
Aductus Beati F. à Ioachim prænuntiatus. car. 17 col. 1
Aductus Chriſti fuit ſanctis reuelatus. car. 8. col. 2
Aduentus Chriſti à quibus prophetis ſit prædictus. car. 20. col. 1
Aduentus Chriſti an hominibus fuerit ignotus. car. 7. col. 4
Aduerſitates an tollerandæ. car. 242. col. 1
Aegiptij in mare ſubmerſi. car. 247. col. 1
Aetas prima noui teſtamēti; quid ſit. car. 24. col. 1
Aetas ſecunda, quid ſit. car. 24. col. 2
Aetas tertia, quid ſit. car. 24. col. 2
Aetas quarta, à quo incepit. car. 23. col. 4
Aetas quinta, à quo incepit. car. 24. col. 1.
Aetas ſexta, à quo incepit. car. 24. col. 1
Aetas ſeptima, à quo incepit. car. 24. col. 1
Aetas prima, à quo incepit. car. 23. col. 4
Aetas ſecunda, à quo incepit. car. 23. col. 4
Aetas tertia, à quo incepit. car. 23. col. 4
Aetas quarta, quid ſit. car. 24. col. 2
Aetas quinta, quid ſit. car. 24. col. 2
Aetas ſexta, quid ſit. car. 24. col. 2
Aetas ſeptima, quid ſit. car. 24. col. 3
Aetas noui teſtamenti. car. 24. col. 1
Aetates veteris teſt. quot, & quæ ſint. car. 23 col. 4
Aeetes. car. 43. col. 4
Africani locus. car. 87. col. 3
Agamenon. car. 44. col. 1
Agathocles ſiculorum Rex. car. 44. col. 3
Agnes ſoror ſanctæ Claræ, qualis fuerit. car. 106 col. 1
Agnes de Boemia Federici 2. vxor. car. 106 col. 1. & 2
Agnetis miracula. car. 106. col. 2
Agonizantes contra diabolum, quæ bona conſequantur, & quibus modis à Chriſto adiuuantur. car. 267. col. 3. & 4
Agripina Neronis mater. car. 45. col. 3
Agros, & vineas ad colendum, an fratres habere poſſint. car. 267. col. 3. & 4
Alberſtader locus. car. 94. col. 2
Alboynus Forum Iulij Dux. car. 45. col. 3
Albumaſar quid de ortu Mariæ virg. dicat. car. 21 col. 4
Alcibiades Dux Athenienſium. car. 44. col. 2
Alexander de Ales. car. 89. col. 4
Alexander de Ales, quomodo factus ſit frater minor. car. 128. col. 4
Alexander de Ales vbi iaceat. car. 160. col. 2
Alexander Magnus Macedo. car. 44. col. 3
Alexander quintus ord. min. car. 101. col. 3
Allocutio Eliæ cum Chriſto. car. 203. col. 2

Aluernæ

Aluernæ mons nūquā derelinquēdus. car. 208. col. 3
Aluerna montis mira. car. 303. col. 1
Aluernæ montis, & aliorum mentium geſta. car. 303. col. 4
Alnernæ locus ſacratiſs. car. 77. col. 4
Amata præ alijs ab homine, quæ, & quot ſint. car. 54. col. 1
Amatorum mundi finis. car. 46. col. 1
Ameliæ fratres iacences. car. 75. col. 1.
Amici diaboli qui. car. 266. col. 3
Amici ſpirituales, qui ſint. car. 121. col. 2
Amoniaci locus. car. 89. col. 3
Amor amantium cogi non poteſt. car. 2. col. 2
Amor Chriſti ad ſuos. car. 293. col. 3
Amor Chriſti circa noſtram ſalutem. car. 194 col. 2. & ſeq.
Amor Dei, & mundi an ſint ſimul. car. 2. col. 4
Amor Dei, & mundi ſimul eſſe non poſſunt. car. 2. col. 4
Amor diuitiarum. car. 213. col. 2
Amor paupertatis F. Egidij. car. 65. col. 4
Amor quid ſit. car. 4. col. 2
Amor ſui ipſius eſt radix omnium vitiorum, & malorum. car. 73. col. 4
Amoris diuini multiplex vtilitas. car. 2. col. 1
Amoris hominis erga Deum ſigna. car. 2. col. 2
Amoris uis, quid faciat. car. 2. col. 2
Amulius. car. 44. col. 1
Andreas Apoſt. Ioan. Baptiſtæ diſcipulus. car. 56 col. 4
Andreę apoſt. mira. car. 56. col. 4
Angeli an ſint eiuſdem ſpeciei. car. 6. col. 4
Angeli apparitio fratri Io. de Aluerna. car. 78 col. 3
Angeli in aſſumpta natura comedebant. car. 289 col. 2
Angeli & Demones quomodo conformes, & diſformes ſint. car. 31. col. 3
Angeli multi omnium ordinum corruerūt. car. 325 col. 3
Angelus an ſatisfacere poterat pro peccato hominis. car. 15. col. 2
Angeli quatuor tenentes ventum, quomodo interpretantur. car. 13. col. 3
Angelus vnus de ſocijs B. F. quis ſit, & vbi iaceat. car. 62. col. 3.
Anglia Prouincia car. 94. col. 3
Andreæ Apoſtoli mira. car. 56. col. 4
Anima Chriſti cur cœlum adire voluit. car. 322 col. 4
Anima Beati F. ad gloriam deducta, per quem figurata fuit. car. 13. col. 1
Anima cum imaginatur aliquam imaginem, & in ea corroboratur, ſtatim materia corporalis, recipit formam habentem comparationem, au. qualitatem ad illam. car. 4. col. 1
Anima habet dominium tranſmutandi corpus ad qualitatem. car. 4. col. 1
Anima B. F. ad quem locum poſt mortem abijt. car. 317. col. 4
Anima Chriſti an deſcēdit ad inferos. car. 317. col. 1
Anima habet vim corpus immutandi. car. 4 col. 3
Anima an ſit capacitatis infinita. car. 26. col. 2
Anima B. F. ad gloriam deducta. car. 13. col. 1
Anima eſt plus vbi amat, quam animat. car. 4 col. 1
Anima Chriſti eſt omniſciens. car. 26. col. 2
Anima à quibus ſancta fiat. car. 68. col. 1
Anima fratris eſt Eremita. car. 148. col. 1
Anima quomodo fiat pulchra. car. 74. col. 4
Anima vbi ſatiatur. car. 72. col. 3
Anima inter omnes ſenſus à lingua plurimum inficitur. car. 74. col. 2
Anima Chriſti an omnia cognoſcat in verbo. car. 230. col. 3
Anima Chriſti in inſtanti aſſumptionis ipſius à verbo, & beatificationis, an viderit eſſentiam diuinam, & quamlibet in ea relucentem intelligibilem creaturam factam, vel factibilem. car. 230. col. 1
Anima Chriſti an tantam ſapientiam, & ſcientiam habeat, quantam Deitas. car. 230. col. 1
Anima Chriſti an omnia cognoſcat. car. 230. col. 2
Anima Chriſti licet ęqualem habeat cum Deitate ſcientiam, & ſapientiam, non tamen æqualem beatitudinem. car. 230. col. 2
Anima Chriſti, & ſi uideat Deum totum, nō tamē totaliter. car. 230. col. 3. & 4
Anima Chriſti ſecundum ſenſibilem experientiam, an omnia ſimul cognoſcat. car. 231. col. 3
Anima vt habeat donum paſſionis Chriſti, quid requiritur. car. 313. col. 4
Anima Chriſti Deitati vnita, an ad limbum deſcendere debuis poſt ſeparationem à corpore. car. 316. col. 4
Anima Chriſti non prius prioritate temporis fuit creata, quàm aſſumpta, ſiue beata, ſed ſimul creata, vnita fuit, & beata. car. 229. col. 2. & 3
Animalia in aliquibus virtutibus homini præualentia. car. 222. col. 3
Animam B. F. euolare ad cœlum, quis vidit. car. 64. col. 3
Animarum cura miniſtris conceſſa. car. 124. col. 2
Animata Chriſti ortu lætificata ſunt. car. 27. col. 4
Animæ ſtudium ad virtutes. car. 74. col. 3
Animę ſtatus triplex. car. 74. col. 1
Animę pugna. car. 74. col. 1
Animæ in purgatorio degentes ortu B. F. gaudent. car. 32. col. 1
Animæ Chriſti Deitas eſt per plenitudinem formaliter copulata, & vnita. car. 230. col. 3. & 4
Animæ Chriſti ineſt multiplex ſcientia. car. 230 col. 3. & 4
Anna cum Simeone de puero Ieſu iocundatur. car. 29. col. 3
Anna quid de Chriſto dicat. car. 35. col. 2
Anna gratia interpretatur. car. 35. col. 1
Anna Phanuelis filia. car. 35. col. 1

Annibal Pœnus. car. 44. col. 3
Annus probationis, quando incipiat. car. 116. col. 3
Annus probationis nouitiorum. car. 116. col. 3
Antiochus Rex Siriæ. car. 44. col. 3
Antiqui gentiles, & qui virtutibus laudantur. car. 270. col. 2. & ſeq.
Antonij de Padua vita. car. 79. col. 2
Antonij miracula poſt mortem. car. 81. col. 3
Antonij tranſlatio à quo facta. car. 82. col. 1
Antonij lingua. car. 82. col. 1
Antonius pro generalem miniſtrum ad prouinciam Romandiolæ miſſus. car. 79. col. 3
Antonius quid Notario cuidam reuelauit. car. 80 col. 4
Antonius in catalogo ſanctorum aſcriptus. car. 81 col. 3
Antonius de Padua, vbi fuerit lector. car. 80 col. 3
Antonius prædicans piſcibus, hæreticos conuertit. car. 79. col. 4
Antonius de Padua vbi ſit factus Canonicus. car. 79. col. 3
Apoſtaſia fratris Eliæ. car. 261. col. 3
Apoſtatæ an officium aliquod habere debeant. car. 117. col. 3
Apoſtatæ ligari, incarcerari, & corrigi poſſunt à miniſtris. car. 117. col. 2
Apoſtatæ an à prælatis ſint vitandi. car. 117 col. 2
Apoſtatæ an ad aliam religionem tranſire poſſint. car. 117. col. 2
Apoſtatæ etiam habentes licentiam à Papa, niſi infra tres menſes habitum ſuſceperint, incarcerari debent. car. 117. col. 3
Apoſtoli qui fuerunt. car. 107. col. 2
Apoſtoli, quibus nominibus ſunt à Chriſto nuncupati. car. 55. col. 3
Apoſtoli Chriſti, quales fuerunt in generali. car. 55. col. 4
Apoſtoli, quibus donis à Chriſto ſunt decorati. car. 56. col. 1
Apoſtoli Chriſti, quales fuerint in ſpeciali. car. 56 col. 2
Apoſtolis, & prædicatoribus poſſeſsionem auri, & argenti interdicit Chriſtus. car. 144. col. 3
Apoſtolorum miſſio duplex. car. 144. col. 4
Apoſtolorum ordo inter ſe. car. 56. col. 4
Apoſtolos à quibus vult Chriſtus abſtinere. car. 144. col. 3
Aprutij locus. car. 85. col. 3
Apuliæ Prouincia. car. 86. col. 2
Apparitio Angeli fratri Io. de Aluerna. car. 78 col. 3
Apparitio crucifixi B. F. car. 301. col. 1
Apparitio S. Laurentij fratri Io. de Aluerna. car. 78. col. 2
Apparitio B. Franciſci fratri Io. de Aluerna. car. 78. col. 2
Apparitio Chriſti B. F. car. 304. col. 4
Apparitio mirabilis facta fratri Leoni. car. 62 col. 1.
Apparitio Chriſti poſt reſurrectionem. car. 321 col. 2
Apparitio Petri, & Pauli B. F. car. 217. col. 1
Appetitus naturalis, quomodo quieſcit. car. 3. col. 4
Approbatio regulæ fratrum min. car. 112. col. 2
Appropriare quid importat. car. 122. col. 2
Appropriatio locorum, quid ſit. car. 123. col. 3
Aqua maris, quid faciat. car. 245. col. 4
Aqua maris eſt infirmitatis curatiua. car. 245. col. 4
Aquæ in vinum conuerſio facta in Cana Galileæ. car. 253. col. 2. & 3
Aquilæ locus. car. 85. col. 3
Aquilonaris Vicaria. car. 95. col. 1
Aquitaniæ locus. car. 89. col. 3
Aragoniæ Prouincia. car. 93. col. 2
Arbor conformitatum. car. 6. col. 1
Arcba teſtamenti B. Ant. dicebatur. car. 80. col. 1
Archiepiſcopi de ord. min. car. 102. col. 4
Ardenaci locus. car. 93. col. 4
Arelatæ locus. car. 92. col. 1
Aretij locus. car. 77. col. 3
Argenga Ciuitas. car. 95. col. 1
Argentinæ Prouincia. car. 93. col. 4
Arimini locus. car. 79. col. 2
Armarium diuinarum litterarum B. Antonius dicetur. car. 80. col. 1
Arquatæ. car. 75. col. 4
Aſcēdere cœlū cur Chriſtus voluit. car. 323. col. 1
Aſcendere cœlum cur Saluator tantum diſtulit. car. 323. col. 1
Aſcenſio Chriſti ad cœlos. car. 10. col. 3
Aſer quomodo interpretatur. car. 35. col. 1
Aſiſtere aduocatis, vbi agitantur cauſæ an debent fratres. car. 122. col. 4
Aſperitas B. F. car. 243. col. 4
Aſsiſium prima prouincia ordinis. car. 60. col. 1
Aſsiſij fratres, ac ſancti iacentes. car. 60. col. 1. car. 61. col. 3. & 4. car. 62. col. 1. 3. & 4. car. 63. col. 3. car. 64. col. 1. & 2.
Aſſumpti ad ſtatum apoſtolicum de ord. min. car. 101. col. 3
Aſſumpti ad ſtatum Cardinalatus de ord. min. car. 101. col. 4
Aſſumptio hominis à Deitate, eſt exaltatio omnium creaturarum ex participatione, quam habet omnis creatura cum homine. car. 30. col. 4
Aſtiages Rex Madorum. car. 44. col. 1
Aſtorica locus. car. 9[illegible]. col. 3
Athalia iudeorum Regina. car. 45. col. 2
Attentio B. F. ad diuinum officium. car. 211. col. 4
Attributa Chriſto. car. 55. col. 1
Attributa Barthol. Apoſtoli. car. 57. col. 4
Attributa Ieſu Chriſti, quæ ſunt. car. 2. col. 1
Auaritia diuitum eſt inſatiabilis. car. 213. col. 1
Auaritia quō mundum ſubintrauit. car. 221. col. 1.
Auari mortui cor inter pecunias repertum. car. 80 col. 2
Auarus cui aſſimiletur. car. 69. col. 4
Auctoritas generalis, & miniſtrorum. car. 124 col. 1

Auctoritas

Auctoritatem abſoluendi in caſibus reſeruatis quis habeat. car. 124. col. 3
Auctor officij B.F. quis fuit. car. 89. col. 4
Auctor hymni. Plaude turba &c. car. 309. col. 1
Auctor. Cœlorum candor ſplenduit. car. 309. col. 1
Auctor. In cœleſti collegio, & Decus morum. car. 309. col. 1
Auctoritas protectoris. car. 127. col. 3
Aues prædicationem B.F. audientes. car. 63. col. 2
Auis bonum religioſum repręſentans, quæ ſit. car. 316. col. 2
Auguſtæ locus. car. 93. col. 4
Auriæ locus. car. 92. col. 3
Aureliaci locus. car. 89. col. 4
Auſteritas vitæ B.F. car. 243. col. 4
Auſteritas vitę S. Ludouici. car. 91. col. 1
Auſtriæ Prouincia. car. 94. col. 3
Auxilia, quibus Chriſtus dimicantes contra diabolum adiuuat. car. 267. col. 3. & 4
Auximi locus. car. 82. col. 4

B

Balthaſar. car. 44. col. 1
Baptizatus ſtatim moriens ad cœlum euolat. car 313. col. 4
Barchinonæ locus. car. 93. col. 2
Barſame vxor Darij. car. 45. col. 2
Baruli locus. car. 86. col. 2
Bartholomæi Apoſtoli attributa. car. 57. col. 4
Beati Bononię iacentes. car. 153. col. 4
Beatitudinem animæ Chriſti, ipſe oſtendit. car. 202 col. 1. & 2
Beatitudo quotuplex. car. 268. col. 1
Beatitudo à quolibet appetitur. car. 37. col. 2
Beatus, quis dicatur. car. 68. col. 3
Beatorum turba, quo pane paſcitur. car. 265. col. 2
Beatorum panis quis, & quotuplex. car. 265. col. 2
Beatorum piſces duo quid pręſtant. car. 265. col. 2 & 3
Benedictio B.F. data ſuis fratribus. car. 294. col. 3
Benedictio fratri Bernardo à Beato F. facta. car. 61 col. 2
Benefactoribus ord. min. quid accidet. car. 131 col. 1
Beneficia à Deo homini collata, quę ſint. car. 2. col. 1
Beneficia homini Chriſti ortu collata. car. 27. col. 4
Beneficia collata à Chriſto Apoſtolis in nouiſſima cœna. car. 293. col. 3
Beneficia Dei explicari non poſſunt. car. 72. col. 3
Beneficia incarnationis an explicari poſſint. car. 72. col. 3
Beneficium redemptionis quare non diſtulit Deus, vſque in finem mundi. car. 21. col. 1
Bernardus cum quattuor alijs in Marochio paſſus. car. 92. col. 4
Bernardinus de Senis. car. 85. col. 3
Bernardonus videns Franciſcum, à ciuibus impeti luto, & lapidibus, an ei habuerit con paſſionem. car. 39. col. 3
Bernardonus quare inſecutus ſit Franciſcum. car. 39. col. 3
Bernardus in hora ſuę mortis extrema, quæ fratribus dixit. car. 61. col. 3
Bernardus vnde venerit. car. 25. col. 3
Bernardus de Quintaualle, quis ſit, & vbi iaceat. car. 60. col. 1
Bernardus Bononiæ honoratur. car. 61. col. 1
Bernardus à B. F. dilectus. car. 61. col. 2
Bernardus à B.F. dilectus. car. 61. col. 2
Bernardus B.F. primogenitus. car. 61. col. 2
Bernardus quis. car. 77. col. 4
Bernardus de Quintaualle explorauit ſanctitatem B. Fran. car. 60. col. 2
Bernardus idem quomodo ſit factus frater, & ſocius B. Fran. car. 60. col. 3
Bernardus qualis fuerit poſt mortem. car. 61. col. 3
Bernardus & Florentiæ, & Bononiæ, patientia eſt comprobatus. car. 60. col. 4
Bias amiſſa patria cum rebus, nihil curauit. car. 39 col. 4
Bidinium ciuitas. car. 95. col. 4
Blucani locus. car. 85. col. 3
Boemiæ prouincia. car. 94. col. 3
Bona à Deo data maius eſt conſeruare, quam ea acquirere. car. 69. col. 2
Bona magna, & magna mala ſunt ritus in homine. car. 69. col. 1
Bona opera ſunt via ad omne bonum. car. 69. col. 4
Bona paupertatis. car. 213. col. 3
Bonauentura Doctor Eccleſiæ. car. 4. col. 3
Bonauentura vbi pileum receperit. car. 153. col. 1
Bonauenturæ vita. car. 89. col. 2
Bonelus hæreticus, quis fuit. car. 80. col. 1
Bonitas duplex in actu meritorio. car. 313. col. 1
Bononiæ locus. car. 79. col. 1
Bononiæ fratres beati iacentes. car. 79. col. 1. & 2
Bonum habens, à Deo habet. car. 69. col. 1
Bonus quis ſit. car. 71. col. 4
Boſnę Vicaria. car. 95. col. 4
Brabantiæ locus. car. 93. col. 3
Breberij locus. car. 88. col. 4
Bremæ locus. car. 94. col. 1
Brinchildis Francorum Regina. car. 45. col. 3
Bullæ de veritate ſtigmatum B. F. quot ſint, & quæ. car. 308. col. 4
Burgus S. Sepulchri. car. 75. col. 3
Burgundiæ Prouincia. car. 89. col. 2
Burſa à B. F. & eius ſocio inuenta. car. 53. col. 4

C

Cacanus Rex Bauarorum. car. 45. col. 3
Cadmus. car. 43. col. 4
Cæſar Iulius. car. 44. col. 4
Cain mors. car. 43. col. 4
Calabriæ Prouincia. car. 87. col. 1
Calciamentum, quid ſignificet. car. 117. col. 4
Calatagironi locus. car. 87. col. 3
Calciamentorum prohibitio. car. 145. col. 1
Calcidius, quid de ortu Virginis Mariæ dicat. car. 21. col. 4

Camilla Volſcorum Regina. car. 45. col. 4
Candaulus Rex Lidorum. car. 44. col. 1
Canonizatio F. Odorici. car. 82. col. 2
Canonizatus in cælo, quis primus fuerit. car. 57 col. 1
Cantuariæ locus. car. 94. col. 4
Capita duo eſſe in quolibet corpore, eſt deforme in natura. car. 125. col. 1
Capitula prouincialia ſine cuſtodibus, an celebrari poſſint. car. 125. col. 3
Capitulum generale, an poſſit arctare poteſtatem miniſtri generalis. car. 125. col. 1
Caput Eccleſiæ fratrum minorum. car. 283. col. 3
Caput ord. prędicatorũ B. Dominicus. car. 139. col. 4
Caputium B. F. quale fuerit. car. 217. col. 2
Carauillæ locus. car. 93. col. 3
Cardinales facti de ord. B. F. car. 101. col. 2
Cardinales ord. min. car. 101. col. 4. & 102. col. 1. 2. 3. & 4
Carnis vitia quomodo quis vitare debeat. car. 69 col. 4
Caro quomodo edomatur. car. 241. col. 2
Caro noſtra cui ſit ſimilis. car. 63. col. 4
Caro an manducari debeat in die Natiuitatis D. venientis die Veneris. car. 77. col. 1
Caſſandra Regis Priami filia. car. 45. col. 4
Caſtellæ Prouincia. car. 93. col. 2.
Caſtelli ciuitas. car. 75. col. 3
Caſtitas, & vitatio mulierum. car 179. col. 4
Caſtitas ſecundum Egidium. car. 69. col. 4
Caſtitas quid ſit apud B. Egidium. car. 66. col. 1
Cathari locus. car. 88. col. 4
Cautela ſpiritualis. car. 71. col. 1
Cedulam à fratre Leone ſuper caput B. F. *è cælo deſcendere viſam.* car. 7. col. 1
Cella de Storijs à B. F. facta. car. 54. col. 2
Cenomannorum locus. car. 89. col. 3
Centurio gentilis an cognouerit Deum in carnem aduenisſe. car. 21. col. 4
Centurio profeſſus eſt Deum in carne veniſſe. car. 22. col. 1
Cirilli profetia. car. 14. col. 3
Circunſtantiæ pœnitentiæ. car. 206. col. 3
Ciuitas Caſtelli. car. 75. col. 3
Ciuitas noua. car. 94. col. 3
charitas B. Franciſci. car. 38. col. 4
charta de cælo ſuper B. F. deſcendens. car. 18. col. 1
charta de cælo deſcendens à fratre Leone viſa. car. 62. col. 1
cherſi locus. car. 88. col. 4.
cherubin ortu B. F. lætati ſunt. car. 31. col. 2
chriſti conuerſatio. car. 9. col. 2
chriſti doctrina à iudeis reprobata. car. 9. col. 2
chriſti paſſione eſt culpa deleta. car. 313. col. 3
chriſti ſpoliatio. car. 10. col. 1
chriſti verba ad hominem. car. 312. col. 1
chriſti mors, & occiſio. car. 10. col. 2
chriſtum B. F. eſt allocutus. car. 198. col. 2
chriſtum circuncidi debere. car. 8. col. 3
chriſtum ſedere debere in medio doctorum oſtenſum eſt. car. 8. col. 4
chriſtum ieiunare debere oſtenſum eſt. car. 8. col. 4
chriſtum tentari à diabolo. car. 8. col. 4
chriſtus ordinat hominẽ, quo ad Deũ. car. 171. c. 2
chriſtus quomodo docebat. car. 134. col. 3
chriſtus magnos, ac excellentes viros varijs modis ad religionem B. F. traxit. car. 128. col. 4. 129. col. 1. & 2
chriſtus docet, quę ſunt appetẽda. c. 136 c. 2. & 3
chriſtus quare non fuerit à Scribis, & Phariſeis acceptus. car. 136. col. 3
chriſtus debebat reſtituere baptiſmum in aqua. car. 8. col. 4
chriſtus à quibus vilipenſus. car. 312. col. 2
chriſtus quo tempore ſit paſſus. car. 312. col. 1
chriſtus à quibus ſit paſſus. car. 312. col. 1
chriſtus quare non ſtatim reſurrexit. car. 320 col. 2. & 3
chriſtus quomodo tribus diebus ſteterit mortuus. car. 320. col. 3
chriſtus quare non expectauit cum alijs reſurgere in fine mundi. car. 320. col. 3
chriſtus an vere comederit. car. 320. col. 4
chriſtus cum quibus ad inferos deſcendit. car. 317 col. 1
chriſtus quid egit in limbo. car. 307. col. 2
chriſtus quare diſcipulos habere voluit. car. 55. c. 2
chriſtus quare duodecim diſcipulos habere voluit. car. 55. col. 2
chriſtus quare à Diabolo voluit tẽtari. car. 50. co. 3
chriſtus à quo Diabolo fuit tentatus. car. 50. col. 4
chriſtus quibus linguis locutus eſt in ſuo ortu. car. 27. col. 2
chriſtus naſcens omnia lętificauit. car. 27. col. 2
chriſtus quare in deſerto fuerit tentatus. car. 50 col. 4
chriſtus quomodo erat filius Ioſeph. car. 29. col. 3
chriſtus Deus eſt, & à patre deſtinatus, & miſſus. car. 22. col. 1
chriſtus proditus. car. 9. col. 4
chriſtus à iudæis captus, & ligatus. car. 9. col. 4
chriſtus cur paſtoribus priuſquam alijs ſit exhibitus. car. 32. col. 3
chriſtus diuerſis pœnis afflictus. car. 10. col. 1
chriſtus quo tempore docebat. car. 134. col. 3
chriſtus qualiter docebat. car. 134. col. 3
chriſtus nunquid vita à verbo, & doctrina diſcrepabat. car. 134. col. 3
chriſtus qua hora docere incipiebat. ca. 134. col. 3
chriſtus quid docebat. car. 134. col. 3
chriſtus quæ vitia euitare docuerit. car. 134. col. 3 & 4. & car. 135. col. 1
chriſtus docuit nos virtutes arripere. car. 135 col. 1. 2. 3. & 4
chriſtus docuit quædam expauenda. car. 135. col. 4
chriſtus apparuit B. F. in forma ſeraph. car. 5. col. 1
chriſtus quot vicibus allocutus eſt B. Mar. & quo modo. car. 166. col. 3
chriſtus quot vicibus allocutus eſt Io. Bap. & quãdo, & quomodo. car. 166. col. 4. & car. 167. col. 1 2. 3. & 4.

Chriſtus

Chriſtus quare aquam in vinum mutauit. car. 253 col. 2
Chriſtus quare ad nuptias acceſsit. car. 254. col. 1
Chriſtus, quod naſci deberet de Virgine à quo declaratus fuerit. car. 8. col. 2
Chriſtus vbi naſci deberet. car. 8. col. 3
Chriſtus qua forma B. F. apparuit. car. 304. col. 4
Chriſtus quomodo apparuit B. Fran. car. 2. col. 4
Chriſtus à iudeis blaſphematus. car. 10. col. 1
Chriſtus ad mortem crucis condemnatus. car. 10 col. 1
Chriſtus eſt Deus, & homo. car. 4. col. 2
Chriſtus eſt Deus, & homo. car. 55. col. 1
Chriſtus quibus, & quare ſit datus. car. 35. col. 3
Chriſtus Apoſtolis omnia, quæ appetebant, conceſsit. car. 316. col. 2
Chriſtus ordinat hominem, quo ad ſeipſum. car. 171 col. 3
Chriſtus plures ab ordine exire volentes retraxit. car. 129. col. 4. car. 130. col. 1, 2. & 3.
Chriſtus ord. min. multis ſingularibus hominibus decorauit. car. 130. col. 4
Chriſtus ſua doctrina perfectè inſtruit hominem in pertinentibus rebus ad ſalutem. car. 134. col. 2
Chriſtus vbi docebat. car. 134. col. 3
Chriſtus quare, poſt Apoſtolos elegit 72. diſcipulos. car. 55. col. 3
Chriſtus quales diſcipulos habere voluit. car. 55 col. 3
Chriſtus loquitur B. Fran. car. 52. col. 4
Chriſtus reſurgens, quid diſcipulis fecit. car. 322 col. 1
Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit propheta. car. 233. col. 3
Chriſtus à quibus habuit teſtimonium ſuæ diuinitatis. car. 275. col. 2
Chriſtus cur in cruce mori voluit. car. 295. col. 2 & ſeq.
Chriſtus ſtãs in cruce quas lectiones legat. car. 295 col. 4
Chriſtus qua ſcientia proficiebat, & quomodo. car. 231. col. 3
Chriſtus morti proximus cur rex declamari voluit. car. 278. col. 4
Chriſtus operatur miracula. car. 9. col. 2
Chriſtus an ſit legi ſubditus. car. 41. col. 1
Chriſtus paupertatem amauit. car. 9. col. 1
Chriſtus exercuit iuſtitiam. car. 9. col. 1
Chriſtus quos allocutus ſit. car. 168. col. 1. & ſeq.
Chriſtus pluries B. Fran. apparuit. car. 11. col. 4
Chriſtus ſacrificium in ſuo corpore inſtituit. car. 9 col. 2
Chriſtus ſepultus tribus diebus in ſepulcro. car. 10 col. 3
Chriſtus quot menſibus ſteterit in ventre Virg. Mariæ. car. 26. col. 3
Chriſtus quare ante peccatum, non eſt incarnatus. car. 21. col. 2
Chriſtus à ſacerdotum principibus perſecutus. car. 9. col. 3
Chriſtus fuit beatus in portione ſuperiori. car. 26 col. 2
Chriſtus profecit, quo ad experimentum, non quo ad habitum ſcientiæ. car. 26. col. 2
Cibis delicatis vti non licet fratribus. car. 118 col. 1
Cibos omnes appoſitos fratribus, an comedere debeant. car. 119. col. 1
Ciborum ſuperfluitas fugienda. car. 242. col. 4
Cicatrices cur Chriſtus reſurgendo reſeruauit. car. 321. col. 1
Claræ corpus vbi iaceat. car. 139. col. 2
Claræ miracula. car. 105. col. 2
Claræ vita. car. 104. col. 2. & 3. & 4. & ſeq.
Claui ſtigmatum B. Franc. quomodo ſint. car. 4 col. 3
Cleopatræ quinque fuerunt. car. 45. col. 2
Clerici fratres non dicentes officium, peccant mortaliter. car. 118. col. 2
Clytħennestra. car. 45. col. 5
Codrus Pompei quæſtor. car. 44. col. 4
Cœli nomine, quid intelligatur. car. 324 col. 4
Cœlum aſcẽdere cur Chriſtus voluit. car. 322. col. 4
Cœlum multipliciter in ſacra ſcriptura accipitur. car. 324. col. 4
Cœlum primum. quomodo moueatur. car. 4. col. 2
Cœlum multipliciter accipitur in ſacra ſcriptura. car. 324. col. 2
Cœlum empireum eſt locus beatorum. car. 324 col. 2
Cœna domini quare mirabiliſsima. car. 285. col. 3
Cœna domini quare ſtupendiſsima. car. 291. col. 4
Cognitio propriæ infirmitatis. car. 182. col. 1
Coloniæ Prouincia. car. 93. col. 3
Columba ex arca à Noe miſſa, ordinem min. ſig. car. 13. col. 2
Columbarij locus. car. 78. col. 4
Comertium inter mundum, & fratres. car. 222 col. 2
Comeſtio B. F. cum fratribus. car. 315. col. 4
Compaſsio ad delinquentes. car. 183. col. 4
Compatres virorum, vel mulierum an fieri poſſint fratres. car. 127. col. 2
Compoſitor officij de cruce. car. 82. col. 3
Compoſitor hymni Plaude turba. car. 309. col. 1
Commendatio Philippi Apoſtoli. car. 57 col. 4.
Commendatio Simonis Cananæi. car. 58. col. 2
Commendatio Iacobi minoris. car. 58. col. 1
Commendatio multorum de virtutibus à ſacra ſcriptura. car. 270. col. 1. & ſeq.
Commotio in inferno facta in hora natiuitatis B. Franc. car. 18. col. 1
Commutare res, an fratres poſsint. car. 123. col. 2
Communicatio idiomatum inter naturam diuinam, & humanam. car. 26. col. 1.
Conceſsio B. F. à Chriſto facta. car. 306. col. 2
Conceſsio Chriſti Apoſtolis ad prædicandum ab eo miſsis. car. 143. col. 2
Concurrentia ad ſepulturam B. F. car. 319. col. 2
Conditio ſtellæ à Magis viſæ. car. 33. col. 2

Conditiones Ieſu. car. 28. col. 1
Conditiones ſex, quibus Paſtores Chriſtum videre meruerint. car. 32. col. 4
Conditiones malæ mundi. car. 42. col. 4
Conditiones boni paſtoris. car. 195. col. 2. & ſeq.
Conditor omnium eſt Deus. car. 30. col. 3
Confeſſores qui fuerunt. car. 107. col. 2. & 3
Congregare meſſes, quando liceat fratribus. car. 121. col. 2
Confiteri an fratribus liceat cuilibet. car. 124 col. 3
Connexio virtutum adinuicem, quid faciat. car. 186. col. 2
Conſilia omnia regulæ an obligant, vt præcepta Euangelica. car. 113. col. 4
Conſtruere an poſsint fratres, & quid. car. 122 col. 4
Conſtitutiones B. F. quis facere poteſt. car. 115 col. 2
Conſortium ſuſpectum, quid ſit. car. 127. col. 1
Conſuetudo bona, quæ ſit. car. 72. col. 1
Conſuetudo mala, quæ ſit. car. 72. col. 1
Continentia, & vitatio mulierum. car. 179. col. 4
Contemplari, quid ſit. car. 72. col. 2
Contemplari diuinæ maieſtatis gloriam quomodo, quis poſsit. car. 72. col. 2
Contemplatio fratris Iuniperi. car. 76. col. 3
Contemplatio, & raptus multiplex B. Egidij. car. 66. col. 2
Contemplatio ſecundum fratrem Egidium. car. 72 col. 1
Contemplatio humilitatis. car. 224. col. 3
Contemplationis gradus quot. car. 310. col. 4
contemplationis ad gratiam neceſſaria. car. 72 col. 3
contemplatiuus bonus quis ſit. car. 72. col. 2
contemptus mundi. car. 69. col. 4
contractus facere an liceat fratribus. car. 123 col. 1
contraria ſimul iungi non poſſunt. car. 5. col. 2
conuerſatio fratrum inter fideles catholicos. car. 184. col. 2. & 3
conuerſio aquæ in vinum à B. Fran. car. 12. col. 2
conuerſio Pauli Apoſtoli. car. 58. col. 2
conuerſio fratris Bernardi de Quintanalle. car. 60 col. 2
cornelani locus. car. 82. col. 1
corneti locus. car. 86. col. 4
cor B. F. vbi poſitum. car. 315. col. 3
Cor mortui auari inter pecunias repertum. car. 80 col. 2
corpus Chriſti an decuerit ſepeliri. car. 318. col. 2
corpus F. Gentilis vbi iaceat. car. 82. col. 2
corpus B. Claræ vbi iaceat. car. 139. col. 2
corpus per animam eſt factum. car. 69. col. 4
corpus Chriſti an patiatur ad alterationem beſtiæ. car. 289. col. 2
corpus Chriſti habet duplex eſſe. car. 289. col. 3
corpus Chriſti quomodo potuit videri cum ſit improportionatum potentiæ viſiuæ. car. 321. col. 1
Corpus Chriſti quomodo fuit palpabile. car. 220 col. 4
Corpus Chriſti quomodo à malis ſumatur. car. 290 col. 1
Corpus Chriſti quare ſub alia ſpecie occultetur. car. 288 col. 4
Corpus Chriſti quomodo totiens ſumitur, & ad modum aliorũ ciborum non conſumitur. car. 289 col. 1
Corpus Chriſti in ſac. an ſit impaſsibile. car. 289 col. 4
Corpus proprium ſpernendum. car. 179. col. 1
Corpus eſt cella fratris. car. 148. col. 1
Cortonę locus. car. 78. col. 4
Creatura qualibet an repræſentet miſterium Crucis. car. 297. col. 1
Creatura quibus morbis ſubiaceat. car. 327. col. 2
Creatura à Deo beneuolentia, & gratia creata, deberet eſſe beneuola, & gratiora. car. 72. col. 4
Creatura intellectualis innocens an Deo teneatur in omnibus actionibus, vel paſsionibus. car. 313 col. 2
Creſcentius generalis miniſter, ac capituli generalis. car. 62. col. 3
Crœſus Rex Lidorum. car. 44. col. 1
crucifixi apparitio B. F. car. 301. col. 1
crucis ſigno demones efugantur. car. 250. col. 1
crux & nomen Chriſti in veneratione habentur. car. 277. col. 2
crux aurea à fratre Leone viſa, vbi, & quando. car. 62. col. 1
crux Chriſti eſt ſignum gloriæ. car. 251. col. 3
crux Chriſti fuit de quattuor lignis. car. 297 col. 2
culpa deleta eſt paſſione Chriſti. car. 313. col. 3
cultus latriæ cui congruat. car. 26. col. 3
cura animarum an miniſtris ſit commiſſa. car. 124 col. 2
cuſtodes quid ſignificant. car. 121. col. 1
cuſtodes pecuniæ an eſſe poſſint fratres. car. 120 col. 4
cuſtodes, & Guardiani abſoluere poſſunt à participatione cum excommunicatis excommunicatione maiori. car. 124. col. 4
cuſtodia realem obligationem importat. car. 120 col. 4
cuſtodis nomine, quid intelligatur. car. 125. col. 3
cyrus. car. 44. col. 1

D

Dacia prouincia. car. 94. col. 3
Daciæ locus. car. 94. col. 3
Dalmatiæ prouincia. car. 88. col. 4
Daniel cum ſex fratribus. car. 87. col. 1
Darius Rex Perſarum. car. 44. col. 1
Dauid quo tempore à Deo fuerit miſſus. car. 24 col. 1
Declarare regulam B. F. quis poteſt. car. 115. col. 1
Declaratio regulæ fratrum min. car. 113. col. 1
Deitas Chriſti an miraculis comprobari poſſit.

ſit. car. 188. col. 2
Deitas Chriſti quibus ſit inſinuata. car. 276. col. 1 2. 3. & 4
Deitas animæ Chriſti eſt per plenitudinem formaliter copulata, & vnita. car. 229. col. 1
Delegandi poteſtas cui committitur. car. 124. col. 3
Demetrius Rex Siriæ. car. 44. col. 3
Demon fratrem quendam ingreſſus. car. 54. col. 1
Demones octo millia congregati in hoſpitalis pariete inter ſanctam Mariam de Angelis, & Aſſiſium, contra B. Frã. & fratres conſilium inierunt. car. 54. col. 1
Demones valdè fratrem Iuniperum timebant. car. 76. col. 2
Demoniacus videns fratrem Ruffinum, quid dicat. car. 64. col. 1
Denarius, & pecunia differunt. car. 119. col. 2
Deſcendere Chriſtum ad inferos, quomodo exponitur. car. 316. col. 4
Deſcriptio veri prædicatoris. car. 138. col. 4
Deſcriptio generalis, ac miniſtrorum. car. 295 col. 1
Deſiderium fratris Egidij ad martirium. car. 65 col. 3
Detractores fugiendi. car. 184. col. 1
Deuotio S. Ludouici. car. 91. col. 2
Deus quomodo deprecatur. car. 254. col. 2
Deus an à creatura poſſit comprahendi. car. 229 col. 4
Deus eſt lumen gloriæ eleuans intellectum creatum in patria ad Deum beatè videndum. car. 229 col. 4
Deus omnia intelligit. car. 229. col. 2
Deus non omnia vni, & ſimul, ſed vnum poſt aliud, pro loco, & tempore reuelat. car. 41. col. 4
Deus eſt Doctor maximus. car. 41. col. 4
Deus multa dedit primo homini creato. car. 18 col. 4
Deus ſe totum homini dedit. car. 27. col. 3
Deus eſt ſpiritus. car. 4. col. 2
Deus quomodo futura reuelat. car. 233. col. 3
Deus quare beneficium redemptionis vſque in finē mundi, non diſtulerit. car. 21. col. 1
Deus quo tempore miſſit filium. car. 21. col. 2
Deus quomodo comprahendi debeat. car. 229. col. 4 & 230. col. 1
Deus eſt omnium beatitudo. car. 37. col. 2
Deus eſt omnium conditor. car. 30. col. 3
Deus omnia nouit. car. 229. col. 2
Deus eſt diligendus. car. 177. col. 4
Deus eſt mirabilis. car. 3. col. 2
Deus eſt ſummum bonum. car. 1. col. 4
Deus ad quam ſimilitudinem creauit hominem. car. 2. col. 1
Deus quomodo ſua ſecreta reſerat. car. 233. col. 1
Deus certificat B.F. de ſua ſalute. car. 239. col. 2
Deum nemo vidit vnquam. car. 201. col. 3. & ſeq.
Diabolus multipliciter B. Egidium tentauit. car. 66. col. 3
Diabolus in Angeli formam transfiguratus. car. 64. col. 1
Diabolus multipliciter vexauit B. Fran. car. 4. co. 3
Diabolus ceruical de pluma Beati F. intrauit. car. 53. col. 2
Diabolus duobus modis nos tentat. car. 50. col. 1
Diabolus vt Draco tentat nos malitia multipliciter. car. 50. col. 1
Diabolus vt leo nos multipliciter per violentiam, & potentiam tentat. car. 50. col. 2
Diabolus in formam Angeli transfiguratus cuidam inueni apparuit. car. 154. col. 2
Diabolus quare Chriſtum tentauerit. car. 51. col. 1
Diabolus quomodo Chriſtum tentauerit. car. 51 col. 1
Diabolus à B. Fran. expulſus. car. 12. col. 2
Diabolus B. F. in Monte Aluernę orantem, occidere eſt conatus. car. 54. col. 4
Diabolus quomodo eiicitur. car. 168. col. 3
Diabolus an de bono tentet. car. 51. col. 2
Diabolus multipliciter B.F. eſt inſecutus. car. 52 col. 3
Diabolus in ſpecie murium. car. 54. col. 2
Diaboli effigies terribilis. car. 54. col. 2
Diabolus B. F. de nimia pœnitentia ab ipſo facta, increpauit. car. 54. col. 3
Diabolus qualis ſit. car. 249. col. 4
Diabolus à Chriſto victus. car. 250. col. 1
Diabolus an in forma Chriſti cuiquam apparere poſſit. car. 53. col. 3
Diabolus in ſpecie colubri à burſa à B. F. inuenta egreſſus, cum ea diſparuit. car. 53. col. 4
Diabolus à B. F. ſemper fuit ſuperatus. car. 53 col. 4
Diabolus non per ſe aliquando inquietat ſanctos, ſed per alios fieri hoc procurat. car. 53. col. 2
Diaconus fuit B. F. car. 280. col. 3
Dicta moralia fratris Egidii. car. 72. col. 3
Dicta pulcherima fratris Egidij. car. 66. col. 4
Dido Cartaginenſium Regina. car. 45. col. 2
Dienſis locus. car. 89. col. 3
Dies, quo mortuus eſt B. F. car. 293. col. 2
Diferentia inter ad ſemper, & pro ſemper. car. 117 col. 1
Dignitas ſtellę à Magis viſę. car. 33. col. 2
Dilectio ſecundum fratrem Egidium. car. 68. col. 1
Dilectio Chriſti circa noſtram ſalutem. car. 194 col. 2. & ſeq.
Dilectio fraterna. car. 178. col. 4
Dilectio inimicorum. car. 178. col. 4
Diocletianus. car. 45. col. 1
Diomedes. car. 44. col. 1
Dionyſius Siracuſanorum Rex. car. 44. col. 2
Diſcurſus pulcherimus. car. 43 col. 1
Diſpoſitiua ad orationem. car. 259. col. 1
Diues quomodo quis fiat. car. 72. col. 2
Diues quis ſit. car. 71. col. 4
Diuinitas, & humanitas Saluatoris. car. 275. col. 1
Diuitiarum amor. car. 213. col. 2
Diuitiæ mala perpetrantes. car. 213. col. 1

Doctor qualis eſſe debeat. car.136.col.3.& 4
Doctoris boni partes. car.136.col.3.& 4
Doctrina Chriſti à iudæis contempta. car.9.col.2
Dominicale, & quad. à B. Ant. factum. car.80 col. 3
Dominicus eſt caput ord. fratrum prędicatorum. car.139. col.4
Dominicus petit cordam B.Franciſci. car.18. col.1
Dominicus unde venerit. car.25. col.3
Domitianus Cæſar. car.45. col.1
Domos fratrum, quomodo volebat eſſe B. Franc. car.49. col 2
Dona conceſſa Apoſtolis à Chriſto in eorum miſſione. car.26. col. 1
Dona Andreæ Apoſtoli. car. 56. col. 4
Dona Iacobi maioris. car. 56. col.4
Donare an poſſint fratres. car. 123.col. 2. car.128 col. 1
Dotes corpus beatificantes. car.202.col.1.
Dotes corporis glorioſi. car.321. col.1

E

ECcleſias tres reſarciuit. S. Fran. car.2.col.3
Eccleſia Romana cruciata, quo tēpore. car.24 col. 3
Eccleſia eſt aptior locus ad honorandum Deum. car.41. col. 2
Eccleſiæ à B. F. reparatæ quæ, & quot. car. 59 col. 3
Eductio aquæ è petra à B. F. car.12. col.2
Effectus Bullarum Pont. de ſtigmatibus B.Fran. car.308. col. 3
Effigies Diaboli terribilis. car. 54. col.2
Egidij obedientia. car.65. col. 3
Egidij dicta pulcherima. car.66. col. 4
Egidij mors. car. 66. col. 3
Egidij miracula poſt mortem. car.66.col.4
Egidij deſiderium ad martirium. car.65. col.3
Egidij obedientia. car.65.col.3
Egidij amor paupertatis. car. 65. col.4
Egidij maceratio carnis. car.65. col. 4
Egidij exercitium. car. 65. col. 1
Egidij humilitas. car.65. col.2
Egidij dicta. car.66.col.4
Egidius audiens caſum fratris Eliæ de inobedictia, et apoſtaſia, quid fecit. car.65.col.3
Egidius à fratribus per conuentum, ſeu domum Aſiſij, quid dixit. car. 65. col.4
Egidius paupertatis amator. car.65. col.4
Egidius à Papa Gregorio nono inuitatus, quid faciat. car. 66. col. 2
Egidius quis ſit, & vbi iaceat. car.64.col.3
Egidius de Capocijs quis ſit, & vbi iaceat. car. 64 col. 2
Egidius à diabolo vexatus. car.66.col.3
Egidius B. Bernardum videns, quid dicat. car. 61 col. 2
Eglon. car. 43. col.4
Electio generalis miniſtri quo tempore celebrari debet. car. 125.col.1
Electus quis ſit, & vbi iaceat. car.61. col.4
Elias quo tempore à Deo fuerit miſſus. car. 24 col. 1
Eleemoſyna eſt hæreditas, quæ debetur pauperibus. car.46. col.4
Eleemoſyna quomodo petatur. car. 47. col.2
Eleemoſyna quid ſit. car.181. col. 3
Eleemoſyna quomodo ſit vtenda. car. 186 col. 4
Eleemoſynas petere an poſſint fratres ab excommunicatis. car. 123. col. 4
Elementa lætificata ſunt Chriſti ortu. car. 27 col. 3
Emere an liceat fratribus. car. 123. col. 1
Epigramma in loci Portiunculæ laudem. car. 284 col. 4
Epiſcopi de ord. B. F. facti. car.101. col.2
Epiſcopi de ord. min. car. 102. col.4
Epiſtola Pilati de Chriſto. car.276. col.2
Equi natura quare nobilis dicatur. car.69.col.1
Equitare an debeant fratres. car.119. col.1
Eſculi locus. car. 82. col.4
Eſſe eſt duplex. car. 30. col.4
Eſſe in dextera patris, & ſedere ad dexteram patris differunt. car. 325. col.1
Eſſe corporis Chriſti duplex. car. 289. col.3
Eſſe in loco quotuplex. car. 288. col.2
Eugubium. car.75. col. 3
Excellentia Io. Baptiſtæ. car.57. col.2
Excommunicatione maiori Cuſtodes, & Guard. abſoluere poſſunt à participatione cum excommunicatis. car.124. col.4
Exempla mutabilitatis fælicitatis humanæ. car. 43. col.1
Exequutores vltimarum voluntatum an poſſint eſſe fratres. car.122. col.4
Exercitium fratris Egidij. car.65. col.1
Expoſitio primi cap. Regulæ B. F. car. 113.col.1
Expoſitio ſecundi cap. regulæ. car.115.col.2
Expoſitio tertij cap. regulę. car 118. col.1
Expoſitio quarti cap. regulæ. car.119. col.1
Expoſitio quinti cap. regulæ. car. 121. col.3
Expoſitio ſexti cap. regulæ. car. 122. col.2
Expoſitio ſeptimi cap. regulæ. car.124.col.1
Expoſitio octaui cap. regulę. car.124.col 4
Expoſitio noni cap. reg. car.125. col 3
Expoſitio decimi cap. reg. car.126. col.1
Expoſitio vndecimi cap. reg. car.127. col.1
Expoſitio duodecimi cap. reg. car.127. col.2

F

FAbriani locus. car.82. col.4
Facta à B. F. ante obitum. car. 315. col. 3 & 4. car.316. col.1. & 2
Fides Catholica à quo ortum habet. car. 30 col. 2
Fides ſecundum fratrem Egidium. car. 68 col. 1
Fides habenda ſacramento altaris. car. 177 col. 1. & ſeq.

Figuræ

Figuræ præfigurantes duodecim Apoſtolos. car.55 col. 2
Filii Regum fratres min. facti. car.103. col.3. & 4
Filius Dei naſcens ſpecialis modo eſt nobis locutus. car.27. col.1
Filium in diuinis quare decuit incarnari, non patrem, nec ſpiritum ſanctum. car. 19. col.4
Finis amatorum mundi. car.46. col. 1
Finis quorundam prauorum hominum. car. 43 col. 1. & ſeq.
Florentiæ locus. car.78. col.4
Flumen à fratre Leone viſum, in quo aliqui ſubmergebantur, quid ſignificat. car.62. col.2
Fœlicitas mundi inſtabilis. car.43. col.1. & ſeq.
Fogiæ locus. car. 86. col. 4
Forma naturalis quando inducatur in materiam. car. 5. col. 1
Forma ſtigmatum B.F. car. 305. col. 1
Forma ſtigmatizationis B.F. car. 298. col.2
Forma naturalis non induitur in ſubſtantiam, niſi ſit præuijs diſpoſitionibus diſpoſita. car.5. col.1
Formæ omnes ſunt in potentia in materia prima, & actu in prima forma. car. 229. col.2
Franciſci prædicatio. car. 11. col. 4
Franc. quem locum in cœlum teneat. car.4. col.4
Franc. eſt vir Seraphicus. car. 5. col.1
Franciſcus qualis erat. car.138. col.2
Franc. vbi iaceat. car.60. col.1
Franc. ad inſtar Ieſu Chriſti fuit à diabolo moleſtatus, non tamen ab eo victus. car. 54. col.4
Franc. qualis homo fuerit. car.6. col.3
Franc. an ſit in gloria ſanctorum. car.6. col.4
Franciſcus quomodo eſt Deo ſimilis. car.5. col.1
Franc. eſt vexilifer Dei. car.3. col.4
Franc. ſimilis fuit cœleſtibus ſpiritibus. car. 273 col. 1. 2. & ſeq.
Franciſcus fuit Seraphin ſimilis. car. 11. col. 3
Franc. à Peruſinis captus. car.11. col.3
Franc. à patre, fratre, & ciuibus perſecutus. car. 11. col.3
Franc. quot reparauit Eccleſias. car. 11. col.4
Franc. multos eſt allocutus. car.172. col.2
Franciſcus eſt amoris regula. car. 5. col.1
Franciſcus quare voluit inhærere Chriſto. car. 2 col. 2
Franc. ab Angelo in forma peregrini ſuæ matri declaratus. car. 17. col.3
Franc. à Deo Innocentio tertio declaratus. car.17 car. 4
Franc. quare calciamenta, baculum, peram, & pecuniam depoſuit. car.2. col.3
Franciſcus quo tempore miſſus. car. 13. col.3
Franciſcus vnde venerit. car. 13. col.3
Franciſcus crucem aſſiduè meditator eſt. car.3. c.1
Franc. diabolum multoties vicit, ac ſuperauit. car. 3. col. 1
Franc. quomodo factus ſit vnus ſpiritus cũ Deo. car.3. col. 2
Franc. quomodo petra dicatur. car. 16. col. 2
Franc. vita, & paſſione factus eſt ad ſimilitudinem Chriſti crucifixi. car.17. col.1
Franc. quomodo petra dicatur. car.14. col.2
Franc. quare factus fuerit euangelicus præco. car.2. col. 2
Franc. à Deo deſtinatus. car. 22. col. 2
Franc. à patria expulſus. car. 39. col.4
Franciſcus in baptiſmo Ioannes vocabatur. car.31 col. 3
Franc. in quibus præcedit Io. Bapt. car.31. col.3
Fran. vocem Crucifixi audiuit. car.23. col.1
Franc. vnde venerit. car.25. col.3
Franc. pluribus nominibus appellari poteſt. car.22. col. 2
Franc. ſimilis fuit Io. Bapt. car.31. col.3
Franc. ſuper ignem ſe nudum poſuit. car.24. col.3
Franc. tres Eccleſias reſarciuit. car.2. col.3
Franc. omnia ſemper vt ſtercora vilipendit. car. 54. col. 4
Franc. per mulieres inſidiatus car. 53. col. 3
Franc. à muliere Saracena eſt ad peccandum inuitatus. car.53. col.3
Franc. caſtitatis amator chorda ſe fortiſſimè verberat. car.53. col.3
Fran. ad quid ſit à Deo miſſus. car. 24. col. 3
Fran. vaticinijs Prophetarum declaratus. car.11 col. 2
Franc. fuit ſimilis omnibus ſanctis. car. 11. col.2
Franciſcus per figuras inanimatorum figuratur. car.11. col. 3
Franc. quo tempore fuit à Deo directus. car. 24 col. 3
Franc. ſe perfectè abnegauit. car.46. col.3
Franciſcus fuit Chriſto præ alijs conformior. car.13. col.1
Franciſcus captus, & in carcerem miſſus. car. 38 col. 4
Franc. Diaboli operatione à Peruſinis captus. car.53. col. 3
Franc. in acceſſu ad ſoldanum multipliciter eſt afflictus. car. 53. col. 4
Franc. prædixit fratri Leoni ſuam ſtigmatizationem in Monte Aluerna. car. 62. col. 1
Franc. liberalis fuit naturaliter. car.48. col.4
Franc. cui accuſauit ſe non eſſe ſanctum. car. 48 col. 3
Franciſcus quid de ſe ipſo ſentiret. car.48. col. 2
Franc. propter ſui abiectionem proprios defectus pandebat. car. 48. col.2
Franc. mundum abnegauit. car. 48. col.4
Franc. paſſionem Chriſti dilexit. car.11. col.4
Franc. transfiguratio. car.12. col.1
Franc. vilis indultio. car. 12. col. 1
Franciſcus qualis erat. car. 63. col.4
Franc. à focijs in dominum electus. car.53. col.1
Franciſcus quibus in locis prædicauit. car. 139 col. 3
Franciſcus erat deſpectus. car.63. col.1
Franc. à Demonibus flagellatus. car.40. col.1
Fran. inſpiratione diuina ad prędicandum, quomodo fuerit incitatus. car. 137. col.1

Franc. in curru igneo transfiguratur. car. 18. col. 1
Frater Bernardus *fuit primus frater, & ſocius ſancti Fran.* car. 2. col. 3
Frater minor quis ſit vere cenſendus. car. 183 col. 2
Fraticellorum ſecta. car. 171. col. 4
Fratres capti. car. 89. col. 2
Fratres minores an promoueri debeant ad Eccleſiaſticas dignitates. car. 49. col. 4
Fratres in quibus caſibus poſſunt ire calceati. car. 117. col. 3
Fratres paſſi qui. car. 95. col. 1. 3. 4
Fratres in loco Aſſiſii iacentes. car. 60. col. 1
Fratres minores ante confirmationem religionis, uiri pœnitentiales dicebantur. car. 137. col. 2
Fructus odij ſuſpſius. car. 73. col. 4
Fuga gloriæ. car. 182. col. 1
Fulgineum ciuitas. car. 75. col. 3

G

GAius Caligula *Imperator.* car. 44. col. 4
Gaudere quis multipliciter poteſt. car. 31. c. 1
Gaudia B. Virg. apparitione Chriſti *poſt reſurrectionem.* car. 321. col. 4
Genera tria hominum à Deo dilecta. car. 205. col. 3
Generales ord. min. con. car. 96. col. 1. 2. 3. & 4 & car. 97. col. 1. 2. & 3
Generalis, Miniſtrorum, ac ſociorum deſcriptio. car. 295. col. 1
Generalis miniſter poſt B. F. quis fuerit, car. 79 col. 1
Generalis propter quid erit abſoluendus. car. 125 col. 2
Generalis, & prouinciales à quibus poſſunt abſolui. car. 124. col. 4
Generalis miniſter an poſſit ſibi reſeruare aliquos caſus. car. 124. col. 2
Generalis miniſtri poteſtas an arctari poſſit per capitulum generalem. car. 125. col. 1
Generalis miniſtri electio, quo tempore celebrari debet. car. 125. col. 1
Generalis boni ord. min. deſcriptio, car. 185. col. 2
Generalis ord. min. qualis eſſe debeat. car. 185 col. 2
Generalis ſocij qualis eſſe debeant. car. 185. col. 3
Gentiles antiqui, virtutibus laudantur. car. 270 col. 1. & ſeq.
Gentilis martir de Marchia. car. 82. col. 2
Geſta montis Aluernæ, & aliorum. car. 303. col. 4
Gigantes. car. 43. col. 4
Gloria, & honor ſoli Deo redenda eſt. car. 48 col. 3
Gloriam animæ Chriſtus per dotes corporis demonſtrauit. car. 202. col. 2
Glorificatio B. *Franc.* car. 13. col. 1
Goliat. car. 44. col. 1
Gregorius. 9. primus ordinis Protector. car. 101 col. 1
Gregorius nonus orationibus S. Claræ ſe commendauit. car. 105. col. 1
Gradus Chriſti in cœlo. car. 325. col. 2
Gradus contemplationis quot. car. 210. col. 4
Gradus humilitatis. car. 223. col. 2. & ſeq.
Gratia creata, & increata concurrunt ad actum meritorium. car. 313. col. 1
Gratia creata an fuerit in Chriſto. car. 313. col. 1
Gratia paſſione Chriſti *largiter eſt diffuſa.* car. 314 col. 2
Gratia magna an in pace poſſideri poſſit. car. 69 col. 4
Gratia, quam quis habet in ſeculo de facili perditur, & difficillimè conſeruatur. car. 67. col. 2
Gratia Dei quid preſtat. car. 67. col. 4
Gratia, & virtutes in oratione inuenta. car. 72. c. 3
Gratiæ tempus, dicitur plenitudinis. car. 21. col. 2
Gratiæ ſunt creaturis præparatæ. car. 72. col. 2
Gratiam ſequi maior eſt virtus, quàm tribulationes patienter ſuſtinere. car. 72. col. 4
Gratiam cuſtodire ſibi à Deo datam, maximum eſt Dei donum. car. 72. col. 4
Guardiani, & Cuſtodes *abſoluere poſſunt à participatione, cum excommunicatis excommunicatione maiori.* car. 124. col. 4
Guido quis ſit, & vbi iaceat. car. 64. col. 1
Gulielmus de Anglia quis ſit, & vbi iaceat. car. 62. col. 3
Gula non eſt indulgendum. car. 51. col. 4

H

HAbilis quare ſit factus à Deo B. F. car. 5 col. 1
Habitantes religioſè in Eremitorijs, quot eſſe debeant. car. 184. col. 4
Habitum B. F. *Cardinales, Abbates, ac Epiſcopi ſe induerunt.* car. 101. col. 2
Habitum B. *F. quis primò induit.* car. 101. col. 1
Habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum differt. car. 116. col. 1
Habitus nouitiorum qualis. car. 116. col. 1
Habitus primus B. F. qualis fuerit. car. 59. col. 3
Hæredes an poſſint eſſe fratres. car. 122. col. 4
Hæretici à B. Ant. ad fidem conuerſi. car. 79 col. 4
Hanno filius Amilcaris Cartaginenſium Ducis. car. 44. col. 2
Hector car. 44. col. 1
Hecuba Troianorum Regina. car. 45. col. 4
Helena Tindari Regis vxor. car. 45. col. 4
Helena qualis fuerit. car. 106. col. 3
Heliſabeth filia Regis Vngariæ. car. 107. col. 1
Heliſabeth Romanorum Imperatrix. car. 107 col. 1
Hercules. car. 44. col. 1
Herodes Aſcalonita. car. 45. col. 1
Hibernia Prouincia. car. 95. col. 1
Hildiſen locus. car. 94. col. 1
Holofernes Princeps militiæ Nabuchodonoſor Regis Aſſiriorum. car. 44. col. 2
Hominum diuerſi ſtatus, car. 32. col. 3
Homini beneficia à Deo collata, quæ ſint. car. 2 col. 1
Homo an poſſit transformari in Deum. car. 4. col. 1

Homo

Homo tantus eſt, quantus in oculis Dei. car. 182 col. 1
Homo quomodo cognoſcatur, quòd ſit ſeruus Dei, & quibus. car.186. col.1
Homo quare plures tentationes quando erat patiatur, quam alijs temporibus. car.70. col.3
Homo quomodo ex peccato incurrerit multiplicem ignorantiam. car.134. col.1
Homo primus præceptum contemnens, in quas calamitates incurrerit. car.19. col.1
Homo primus an ſatisfacere poterat pro peccato. car.19. col.1
Homo an ſcire poßit eſſe in charitate. car.73. col.3
Homo an potuerit liberari alio modo, quam per paßionem Chriſti. car. 312. col.3
Homo duo præ alijs amat. car.54. col.1
Homo poſt peccatum, quare debuit reparari, & quomodo. car. 19. col. 2
Homo quæ habere debeat. car.71. col.3
Homo per patientiam probatur. car. 38. col.2
Homo quomodo nobilior ſit cunctis creaturis. car. 3. col. 4
Homo natura eſt filius iræ. car. 5. col. 2
Homo quomodo ad beatitudinem peruenire poterat. car. 19. col. 4
Homo eſt Dei pictura. car. 48. col.3
Homo quomodo à Chriſto quo ad Deū ordinatur. car. 171. col. 2
Homo an appetere debeat tentari. car. 51. col. 1
Homo quare teneatur diligere Deum. car.2. col.1
Homo ad quam ſimilitudinem à Deo creatur. car.2. col. 1
Homo quomodo ſe diſponere debeat ad ſumptionē ſacramenti. car. 177. col.1. & ſeq.
Homo quare ſuam perfectionem perdat. car.72 col. 4
Homo quomodo diues, & pauper fiat. car.72. col.2
Homo quomodo in Chriſto beatificatur. car. 27 col. 4
Homo licet dicatur Deus, non tamen Deitas in abſtracto. car. 26. col. 1
Homini vitijs, & peccatis pleno, quid ſit neceſſarium. car.72. col.2
Homo quomodo ad ſui contemptum peruenit. car. 73. col. 4
Homo quanto fuerit gratioſior, tanto à diabolo impugnatur. car. 69. col. 4
Honor cui attribuitur. car. 279. col.1
Honor & gloria ſoli Deo redenda eſt. car. 48 col. 3
Honor ſacerdotibus tribuendus. car. 177. col.3
Hortenſe locus. car. 76. col.3
Hortos habere an liceat fratribus, vt olera vendantur. car.122. col.4
Humanitas, & diuinitas ſaluatoris, car.275. col.1
Humanitas Chriſti à Virgine ſumitur. car.30. c.1
Humiliaria mulier nobilis. car.107. col. 1
Humiliatio B.Franc. car. 12. col.2
Humilitas ſecundum fratrem Egidium. car. 68 col. 2
Humilitas B. F. car.225. col.2. & ſeq. & car. 226 col. 1. & ſeq. car.227. col. 1. & ſeq. car. 228 col. 1. & ſeq.
Humilitas F.Io. de Firmo. car. 78. col. 1
Humilitas fratris Egidij. car.65. col.2
Humilitas ſeruanda. car. 181. col.2
Humilitas S.Ludouici. car.91. col.2
Humilitas quid faciat. car.224 col.1. & ſeq.
Humilitatis contemplatio. car. 224. col. 3
Humilitatis gradus. car.223. col.2. & ſeq.
Humilitatis perfectio. car. 181. col. 4
Huſſaria locus. car. 93. col. 4

I

IAcobi maioris dona. car.56. col.4
Iacobi minoris commendatio. car.58. col.1
Iacobus maior triplicem coronam in cælo habuit. car.57. col. 1
Iacobus, qui vidit animam B. F. euolare ad cælū, vbi iaceat. car.64. col. 3
Iacobus maior primus martir de Apoſtolis. car. 57 col. 1
Ianua cæli morte, & paßione Chriſti aperta, & reſerata eſt. car. 314. col. 2
Ianuæ locus. car.85. col. 2
Ianuæ Prouincia. car. 85. col. 1
Iaſon. car. 43. col. 4
Iaſon iudæus moribus ſanctis dimiſſis, mores induit græcorum. car. 42. col. 3
Identitatis perſonæ multiplex probatio. car. 321 col. 1
Idiomatum communicatio inter naturam diuinam, & humanam. car.26. col. 1
Idoneus ad prędicandum quis. car.127. col.2
Ieiunium quomodo à fratribus ſeruari debet. car. 118. col. 4
Ieiunium B. F. quo tempore. car.242. col.4
Ieremias quo tempore à Deo fuerit miſſus. car. 24. col. 1
Ieroboam. car. 44. col. 1
Ieſus in ſpecie pueri cui apparuit. car. 78. col. 4
Ieſus duas habet naturas. car.250. col.2. & 3
Ieſus eſt gloria ſanctorum. car.7. col. 1
Ignem ingreditur B.F. pro fide Chriſti confirmanda. car. 142. col. 2
Ilerdæ locus. car. 93. col. 3
Illuminati à Deo ſpiritu prophetiæ ſecundum ætates, & tempora. car.232. col.3
Imago Chriſti in Baruto à Iudæis percuſſa. car.320 col. 4
Imperatores Romani. car. 45. col. 1
Imperatores de ord. min. car. 102. col.4. & car. 103. col. 1
Imitari Chriſtū quomodo debemus. car.178. col.1
Incarnatio in qua perſonarum diuinarum fieri debuit. car.19. col.4
Incarnationis beneficia pro nobis à Deo aſſumptæ, explicari an poſſint. car.72. col.3
Incarnationis miſterium, licet tota Trinitas ſit operata, tamen hæc operatio in ſolo filio eſt terminata.

minata. car. 20. col. 1
Induitio uilis B. Franc. car. 12. col. 1
Indulgentia Portiunculæ. car. 36. col. 3
Indulgentia Portiunculæ quomodo ſit à B F. obtenta. car. 197. col. 3. & 4.
Indulgentia plenaria ſanctæ Mariæ de Angelis à B. F. à Chriſto obtenta. car. 23. col. 3
Indulgentia pro Eccleſia S. M. de Portiuncula à Chriſto S. F. audiente fratre Maſſeo conceſſa. car. 63. col. 1
Inferorum nomine quid intelligitur. car. 316. col. 4
Ingroſſarus ord. qualis eſſe debeat. car. 115. col. 3
Iniuriæ à proximo alicui factæ, quare ſuſtineri debent. car. 69. col. 4
Inſectatores regulæ, & ord. min. Deus deprimit. car. 132. col. 4
Inſidiæ à Iudæis Paulo Apoſtolo ſunt decies paratæ. car. 58. col. 4
Inſignia Thomæ Apoſtoli. car. 57. col. 4
Inſtrumentum, quo B. F. conuocabat populum ad concionem, quid erat. car. 141. col. 4
Intellectus creatus quomodo eſt perceptiuus. car. 230. col. 1
Intelligẽtia omnis, plena eſt formis. car. 229. col. 2
Intelligentia creata, an videat diuinam eſſentiam. car. 229. col. 3
Inſtitutor ſecundi ord. car. 104. col. 2
Intentio B. F. circa obſeruationem regulæ. car. 84 col. 4
Interannis locus. car. 75. col. 1
Interitus varij plurium mulierum mundi amatricum. car. 45. col. 2
Io. Baptiſtæ excellentia. car. 57. col. 2
Ioannes eſt filius Virginis adoptiuus. car. 170. col. 4
Io. Bapt. fuit iudæus, & ſanctus. car. 21. col. 4
Ioannes de Capella Frater minor ſe ſuſpendit, & quare. car. 60. col. 1
Io. Bapt. an ab originali fuerit purgatus, & quando. car. 28. col. 3
Io. de Etheo Saracenus factus. car. 89. col. 1
Ioannes ſimplex quis ſit, & vbi iaceat. car. 64. c. 3
Ioannes B. F. ipſum reprahendenti, quid reſpondeat. car. 64. col. 3
Ioannes de Capella primo biretum portauit. car. 60. col. 1
Ioannes factus eſt Virginis filius. car. 57. col. 2
Ioannes de Firmo. car. 78. col. 1
Ioannes à Chriſto plus alijs Apoſtolis eſt dilectus, & quo amore. car. 57. col. 3
Ioannes de Aluerna. car. 78. col. 2
Ioannes de Capella ſe ſuſpendit. car. 62. col. 3
Ioannis de Firmo humilitas. car. 78. col. 1
Iocaſta vxor lai Thebanorum Regis. car. 45. co. 2
Ioſeph quid vidit per tres propagines. car. 29. col. 4
Irene Imperatrix. car. 45. col. 3
Iſaias, quo tempore à Deo fuerit miſſus. car. 24 col. 1
Iudas Scarioth quare in Apoſtolum fuit à Chriſto electus, cum ſciret ipſum eſſe damnandum. car. 143. col. 4
Iudas Machabeus cui aſſimiletur in operibus ſuis. car. 3. col. 2
Iudæi contra Chriſtum conſilium congregant. car. 9. col. 3
Iudæi nõ habent vnctionem regalem. car. 21. col. 4
Iudex legens regulam B. Fran. à B. Bernardo ſibi oſtenſam, quid dicat. car. 61. col. 1
Iugurta Rex Numidiæ. car. 44. col. 4
Iulianus apoſtata. car. 45. col. 1
Iura loquentes de anni ſpatio, quomodo intelligantur. car. 116. col. 3
Iuſtinopolis locus. car. 88. col. 4
Iuſtitia originalis, quid operatur in homine. car. 240. col. 1. & 2
Iuſtitia originali deperdita, quot, & quę mala ſubſequuta ſunt. car. 248. col. 1. & 2
Iuſtitia an petenda ſit à volente ſe ſaluari ab aliqua creatura. car. 69. col. 1
Iuſtitiam an quiſpiam contra aliquam creaturam habeat. car. 69. col. 1

K

Kiris locus. car. 94. col. 1

L

Laborandi per gratiam, quid intelligatur. car. 121. col. 4
Laborare qui fratres tenentur, & quomodo. car. 121. col. 3
Laicis fratribus, quare officium breue ſit datum. car. 118. col. 3
Lacus. car. 53. col. 4
Lampedia Amazonum Regina. car. 45. col. 3
Laomedon. car. 43. col. 4
Lapidem primum Eccleſiæ de Aſſiſio, quis poſuit. car. 101. col. 2
Latriæ cultus cui congruat. car. 26. col. 3
Laudes, quas B. F. ordinauit, & dicebat ad omnes horas. car. 263. col. 1
Laudes Matthię Apoſtoli. car. 58. col. 2
Laudes paupertatis ſanctæ. car. 213. col. 3
Laurentius fratri Io. de Aluerna apparuit. car. 78. col. 2
Laus Dei à B. F. compoſita. car. 263. col. 2
Laus Gorgiæ Leontini. car. 271. col. 1
Lætitia ſpiritualis eſt ſemper habenda. car. 185 col. 1
Lætitia eſt in patientia. car. 180. col. 4
Lędens caſtitatem, quid ſit. car. 66. col. 1
Leges, quibus homo ad æternam gloriam peruenit. car. 107. col. 4
Legnani locus. car. 88. col. 3
Leo, à B. F. Pecorella vocabatur. car. 62. col. 1
Leo confeſſor B. F. car. 62. col. 1
Leo vbi ſepultus. car. 62. col. 1
Leo ſolus ſtigmata B. F. tangebat. car. 62. col. 2
Lex non iuſto, ſed peccatori poſita eſt. car. 41 col. 1
Liberatio ſanctorum Patrum à manu diaboli. car. 10. col. 3
Limbus ſanctorum patrum, an ſit clauſus. car. 317. col. 2

Lingua

Lingua plurimum inter omnes ſenſus inficit animam. car. 74. col. 2
Lingua B. *Antonij.* car. 82. col. 1
Loca diſtincta inferni, ante Chriſti deſcenſum. car. 316. col. 4
Loca in quibus ſaluator prædicauit... car. 240. col. 4
Locare an poſsint fratres operas ſuas. car. 124 col. 2
Loca ad quæ Chriſtus deſcendit. car. 317. col. 3
Loca, ad quæ Apoſtoli ad prædicandum deſtinati ſunt. car. 326. col. 2
Loca humilia à B. F. dilecta. car. 174. col. 3
Locus B. F. *in cœlo.* car. 325. col. 4
Locus B. Virg. in cœlo. car. 325. col. 1
Locus Strigonij. car. 93. col. 3
Locus Carauillę. car. 93. col. 3
Locus Miſſiæ. car. 93. col. 3
Locus Barbantiæ. car. 93. col. 3
Locus Turgonis. car. 93. col. 3
Locus Rilonis. car. 93. col. 3
Locus Ardenaci. car. 93. col. 4
Locus Raptisbonę. car. 93. col. 4
Locus Auguſtæ. car. 93. col. 4
Locus Spiræ. car. 93. col. 4
Locus Huſſariæ. car. 93. col. 4
Locus Effordiæ. car. 93. col. 4
Locus Kiris. car. 94. col. 1
Locus Manderbuch. car. 94. col. 1
Locus Pruſiæ. car. 94. col. 1
Locus Bremæ. car. 94. col. 1
Locus Miſnæ. car. 94. col. 1
Locus Vuributh. car. 94. col. 1
Locus Oſen. car. 94. col. 1
Locus Hildiſen. car. 94. col. 1
Locus Maluſen. car. 94. col. 1
Locus Alberſtader. car. 94. col. 2
Locus Tienæ. car. 89. col. 3
Locus Amoniaci. car. 89. col. 3
Locus Valentiæ. car. 89. col. 3
Locus Dienſis. car. 89. col. 3
Locus Rodomarum. car. 89. col. 3
Locus Victauiæ. car. 89. col. 3
Locus Cenomannorum. car. 89. col. 3
Locus Africani. car. 89. col. 3
Locus Aquitaniæ. car. 89. col. 3
Locus vbi Chriſtus à Diabolo fuit tentatus. car. 50. col. 4
Locus Valentiæ. car. 93. col. 3
Locus S. Mariæ de Portiuncula non eſt dimittendus, ſed habicandus. car. 186. col. 3
Locus Aſtoricę. car. 92. col. 3
Locus Auriæ. car. 92. col. 3
Locus villæ Francæ. car. 92. col. 3
Locus Tauri. car. 92. col. 3
Locus montis de Valdearigo. car. 92. col. 3
Locus Daciæ. car. 94. col. 3
Locus Princilaniæ. car. 94. col. 3
Locus Vranslauiæ. car. 94. col. 3
Locus Oxoniæ. car. 94. col. 3
Locus de Sirolo. car. 82. col. 4
Locus de Eſculo. car. 82. col. 4
Locus Fabriani. car. 82. col. 4
Locus de Auximo. car. 82. col. 4
Locus de Rechanato. car. 83. col. 1
Locus Coneclani. car. 82. col. 1
Locus Mantuæ. car. 82. col. 1
Locus de Vtino. car. 82. col. 1
Locus Cantuariæ. car. 94. col. 4
Locus Lugduni. car. 89. col. 2
Locus ſtragurij. car. 88. col. 4
Locus Breberij. car. 88. col. 4
Locus Cherſi. car. 88. col. 4
Locus Vallis. car. 88. col. 4
Locus Iuſtinopolis. car. 88. col. 4
Locus Polæ. car. 88. col. 4
Locus Aprutij. car. 85. col. 3
Locus Blucani. car. 85. col. 3
Locus Aquilæ. car. 85. col. 3
Locus ſanctæ Claræ. car. 85. col. 3
Locus Ianuæ. car. 85. col. 1
Locus Adriæ. car. 85. col. 2
Locus Suffiani. car. 83. col. 2
Locus Silua de Melfia. car. 86. col. 3
Locus S. Marini. car. 83. col. 1
Locus S. Seuerini. car. 82. col. 3
Locus de Murro. car. 83. col. 2
Locus Neapoli. car. 85. col. 3
Locus Oriæ. car. 86. col. 2
Locus Nigropontis. car. 89. col. 1
Locus Moliani. car. 83. col. 3
Locus Pennæ. car. 83. col. 3
Locus Cathari. car. 88. col. 4
Locus Barchinonæ. car. 93. col. 3
Locus Auriliaci. car. 89. col. 4
Locus Toloſæ. car. 89. col. 4
Locus Pariſiorum. car. 89. col. 4
Locus Toleti. car. 93. col. 2
Locus Fogiæ. car. 86. col. 4
Locus Trani. car. 86. col. 4
Locus Corneti. car. 86. col. 4
Locus Narbonę. car. 92. col. 1
Locus Arelata. car. 92. col. 1
Locus Adriæ. car. 86. col. 2
Locus Baruli. car. 86. col. 2
Locus Siraguſæ. car. 87. col. 3
Locus Calatagironi. car. 87. col. 3
Locus Policij. car. 87. col. 3
Locus Panormi. car. 87. col. 3
Locus Venetiarum. car. 82. col. 2
Locus Legnani. car. 88. col. 3
Locus Lerda. car. 93. col. 3
Locutio Chriſti ad B. Franc. car. 23. col. 3
Loqui Ornatè cupiens. car. 67. col. 4
Lucifer eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. car. 50. col. 4
Lucifer an Chriſtum tentauerit in propria forma. car. 50. col. 4
Lucifer, qua viſione vidit Deum. car. 202. col. 1
Ludouici Epiſcopi nobilitas, ac vita. car. 89. col. 4

Lugduni locus. car. 89. col. 2
Luna facta ſanguis. car. 13. col. 3
Lupa Regina à Iacobo maiori conuerſa. car. 57 col. 1
Lupus à B. F. manſuefactus. car. 140. col. 1
Lux in natiuitate Chriſti orta eſt iuſto. car. 30. col. 1

M

Maceratio carnis B. Fran. car. 12. col. 2
Maceratio carnis F. Egidij. car. 65. col. 4
Magi quare tria munera dederint. car. 34. col. 2
Magi gentiles fuerunt. car. 33. col. 2
Mala magna, & magna bona ſunt intus in homine. car. 69. col. 1
Mala quare magis in homine, quàm bona pullulant. car. 72. col. 4
Mala quæ in hoc mundo vigent. car. 132. col. 2
Malefactoribus ord. min. quid accidet. car. 130 col. 1
Malum, an homini in bonum conuertatur. car. 69 col. 1
Manderbuch locus. car. 94. col. 1
Mantuæ locus. car. 82. col. 1
Marchiæ Prouincia. car. 82. col. 3
Marcus Cornelius Venetiarum Dux. car. 82. col. 2
Marcus Antonius. car. 45. col. 1
Mare eſt multarum infirmitatum curatiuum. car. 245. col. 4
Mare quomodo interpretatur. car. 245. col. 2
Margarita de Cortona. car. 107. col. 1
Maria virgo fuit ab æterno à Deo patre pro filio deputata. car. 21. col. 1
Maria Virg. ex quot Regibus ſit orta. car. 33 col. 3
Maria Virg. in natiuitate Chriſti, an debuit gaudere. car. 28. col. 2
Maria Virg. an habuerit potentiam peccandi poſt ſecundam ſanctificationem. car. 28. col. 2
Maria in matrem datur Chriſto. car. 57. col. 2
Maria Virgo cuius ſtirpis fuerit. car. 188. col. 4
Maria quem locum in cælo teneat. car. 325. col. 1
Maria de qua ſtirpe ſit. car. 21. col. 4
Mariamnes Hebrea Ariſtoboli filia Iudæorum Regis. car. 45. col. 4
Marius Arpinas. car. 44. col. 4
Marſiliæ iacet S. Ludouicus. car. 91. col. 4
Martha iniuſtè de Maria murmurabat. car. 69 col. 2
Martha à Domino increpata. car. 72. col. 1
Marteſia Regina Amazonum. car. 45. col. 3
Martir primus de Apoſtolis. car. 57. col. 1
Martires quinque. car. 92. col. 4
Martires qui fuerunt. car. 107. col. 2
Martirium ſeptem fratrum. car. 87. col. 1
Maſſæ locus. car. 77. col. 4
Mater B. Franc. quomodo vocabatur. car. 31 col. 3
Matthiæ Apoſtoli laudes. car. 58. col. 2
Maſſeus, vbi ſepultus ſit. car. 63. col. 3
Maſſeus Marignani quis ſit, & vbi iaceat. car. 62 col. 4
Maſſeus fuit pulcher. car. 63. col. 1
Materia ſac. Euchariſt. car. 287. col. 1
Matthæi Apoſtoli vita. car. 58. col. 1
Maximianus. car. 45. col. 1
Mediolani Prouincia. car. 88. col. 3
Melciades. car. 44. col. 2
Memoria mortis ſecundum fratrem Egidium. car. 72. col. 1
Mendicare in locis excommunicatorum, an fratribus liceat. car. 123. col. 4
Meritum Chriſti, an ſit infinitum. car. 312. col. 4
Meſſallina Claudij Imperatoris vxor. car. 45. co. 3
Meſſes congregare an liceat fratribus. car. 221 col. 2
Meuanea. car. 75. col. 4
Michelina de Piſauro. car. 107. col. 1
Minos. car. 43. col. 4
Miniſtri quid ſignificant. car. 121. col. 1
Miniſtri nomine, quid intelligatur. car. 126. col. 1
Miniſtri quare debent eſſe ſerui omnium fratrum. car. 126. col. 4
Miniſtri generalis poteſtas an arctari poſſit, per capitulum generale. car. 125. col. 1
Miniſtri generalis electio, quo tempore celebrari debet. car. 125. col. 1
Miniſtri ordinarij habent poteſtatem delegandi. car. 124 col. 3
Miniſtri non ſacerdotes, an fratribus pænitentiã iniungere poſſint. car. 124. col. 3
Miniſtro Bononiæ quid accidit. car. 192. col. 4
Mira montis Aluernæ. car. 303. col. 1
Mira ſtigmatum B. F. car. 298. col. 3
Mira quæ in Chriſti ortu cõtigerunt. car. 27. col. 3
Mira Andreæ Apoſtoli. car. 56. col. 4
Mirabilia de Chriſti transfiguratione. car. 202 col. 2
Mirabilia facta in incarnatione Chriſti. car. 25 col. 4
Miracula à B. F. facta. car. 328. col. 2. 3. & 4
Miracula operari, eſt ſolius Dei. car. 4. col. 3
Miracula an ab Antichriſto fieri dicantur. car. 188 col. 2
Miracula S. Claræ. car. 105. col. 2
Miracula fratris Ambroſij de Maſſa. car. 77. col. 1
Miracula F. Petri. car. 86. col. 4
Miracula F. Iacobi de Aſſiſio. car. 86. col. 4
Miracula F. Ottonis. car. 88. col. 4
Miracula F. Benevenuti de Eugubio. car. 87. col. 1
Miracula F. Gerardi de Valentia. car. 87. col. 4
Miracula Antichriſti, quæ ſint. car. 188. col. 2
Miracula F. Martini. car. 84. col. 2
Miracula F. Philippi de Aqueriis. car. 85. col. 3
Miracula S. Ludouici poſt mortem. car. 91. col. 4
Miracula F. Adæ Ruffi. car. 86. col. 2
Miracula F. Pauli. car. 84. col. 1
Miracula, & mors ſororis Salomæ. car. 106 col. 2. & 3
Miracula F. Octonis. car. 94. col. 3

Miracula

Miracula circa corpus Chriſti reſurgentis. car.323. col. 1
Miracula in corpore B. F. poſt mortem. car. 319 col. 3
Miracula facere an ſanctis competat. car. 188 col. 2
Miracula F. *Io. Spirenſis Guand.* car. 93. col. 4
Miracula S. Ludouici dum viuebat. car. 91. col. 3
Miracula à fratre Leone facta. car. 62. col. 2
Miracula multa B. Fran. car. 140. col. 1.2.3. & 4. & car. 41. col. 1.2.3. & 4
Miracula B. Egidij poſt mortem. car. 66. col. 4
Miracula inaudita in elementis, & brutis à B. Frã. operata. car. 191. col. 2
Miracula diuerſa. car. 129. col. 3
Miracula quomodo à Chriſto ſint facta. car. 188 col. 3
Miracula Chriſti ad quid principaliter fiebant. car. 188. col. 4
Miracula facere an Chriſtum decuerit. car. 188 col. 1
Miracula Chriſti, an differant ab aliorum miraculis. car. 188. col. 1
Miracula ſtupenda Chriſti quæ, & qualia fuere. car. 189. col. 2
Miracula, & vita B. Ant. de Padua. car. 79 col. 2
Miraculis an Deitas Chriſti comprobari poſſit. car. 188. col. 2
Miraculorum poteſtas an Iudæ ſit conceſſa. car. 143. col. 3
Miraculorum poteſtas, quare Apoſtolis, & non ſucceſſoribus à Chriſto eſt data. car. 143. col. 3
Miraculum de Formicis. car. 140. col. 3
Miraculum de Euchariſtia. car. 80. col. 1
Miraculum quid ſit. car. 188. col. 2
Miraculum de ſtigmatibus B. *Franc.* car. 310 col. 2
Miraculum de curru igneo. car. 139. col. 2. & 3
Miſericordiæ virtus multipliciter à Deo homini oſtenditur. car. 263. col. 3. & 4
Miſnæ locus. car. 94. col. 1
Miſſa pro centum dicta tantum valet, ac ſi pro quolibet. car. 256. col. 4
Miſsiæ locus. car. 93. col. 3
Miſſio Apoſtolorum quotuplex. car. 144. col. 4
Miſsio filij quo tempore. car. 21. col. 2
Miſterium ſacramenti Euchariſtiæ. car. 286 col. 3
Mitridates Rex Ponti. car. 44. col. 4
Modus prędicandi. car. 138. col. 1
Moliani locus. car. 83. col. 3
Mollities veſtium fugienda. car. 241. col. 3
Mons Aluerna B. Franc. gloria gaudet. car. 7 col. 2
Mons lucus. car. 75. col. 2
Mons Aluernæ nunquam derelinquendus. car. 308 col. 3
Mons Aluernæ. car. 77. col. 4
Montis Ilcini locus. car. 78. col. 4
Montis Policiani locus. car. 78 col. 4
Montis compatri locus. car. 77. col. 2
Monumentum Chriſti cur à cuſtodibus fuerit præmunitum. car. 319. col. 1
Moralia dicta fratris Egidij. car. 72. col. 3
Morbi, quibus ſubiacet creatura. car. 227 col. 2
Mori neminem decet circa finale iudicium. car. 327 col. 3
Mors B. F. quo tempore. car. 303. col. 4
Mors Neronis, & multorum Imperatorum. car. 277. col. 1. & ſeq.
Mors eſt vltimum terribilium. car. 327. col. 4
Mors B. F. quò die. car. 315. col. 4
Mors varia diuerſorum. car. 43. col. 4
Mors Chriſti, & occiſio. car. 10. col. 2
Mors fratris Io. de Aluerna. car. 78. col. 3
Mors & miracula ſororis Salome. car. 106 col. 2. & 3
Mors Chriſti in cruce qua hora. car. 306. col. 3 & 4
Mors B. Egidij. car. 66. col. 3
Mors S. Ludouici. car. 91. col. 3
Mors F. Philippi *de Aquerijs.* car. 86. col. 1
Mors B. Antonij. car. 81. col. 2
Mors iudæorum in ſepeliendo. car. 318. col. 3
Motus Chriſti in Aſcenſione ad cælum qualis fuerit. car. 323. col. 3
Mulier B. *F. de actu nephario tentans, ad* Chriſti *fidem ſe conuertit.* car. 142. col. 3
Mulierum vitatio. car. 179. col. 4
Mulusen locus. car. 94. col. 1
Mundi malæ conditiones. car. 42. col. 4
Munditia carnis F. *Egidij.* car. 65. col. 4
Mundus iſte propter quid ſit factus. car. 69 col. 4
Mundus an ſit contemnendus. car. 42. col. 4
Mundus per mare ſignificatur. car. 246. col. 2
Mundus à vento multipliciter agitatur. car. 246 col. 2
Murmurare quàm ſit malum. car. 69 col. 2
Mutinæ locus. car. 79. col. 2
Mutuata res à Deo nobis, quid ſit. car. 69 col. 3
Mutuare an fratribus liceat. car. 121. col. 1

N

N*Abuchodonoſor omnem terram ſuo* Imperio *ſubijci optabat.* car. 42. col. 3
Narbonæ locus. car. 92. col. 1
Narnia Ciuitas. car. 75. col. 3
Natura equi quare ſit nobilis. car. 69 col. 1

Natura humana an ſit perſona. car.26.col.2
Natura an poſſit facere clauos de neruis. car.4 col. 3
Natura humana eſt facta vna cum diuina vnitate perſonæ, non autem naturæ. car.26. col.1
Naturæ duæ ſunt in Chriſto. car. 26. col.2
Neapolis locus. car.85. col.3
Neceſſaria ad gratiam contemplationis. car. 72 col. 3
Neceſſaria ad pœnitentiam. car. 265. col.3
Nembroth. car.43. col.4
Nero matrem occidit. car. 45. col.4
Nicolaus de Lira vbi iaceat. car. 160. col.3
Nigripontis locus. car.89. col.1
Ninus Rex Aſſiriorum. car.43. col.4
Niobe Tantalis Phrigiorum Regis filia. car.45 col. 4
Nobilis factus eſt à Deo B. F. car.5. col. 1
Nobilis quis ſit. car. 71. col.4
Nobilitas S. Ludouici Epiſcopi. car. 89. col.4
Noe bis columbam ex arca emiſſit. car. 22. col. 4
Noe iuſtitiæ præco. car.23. col.4
Nouitiorum habitus qualis. car.116.col.1
Nouitius ab ord. exire poteſt, tribus caſibus exceptis. car.116. col.2
Nouitius minor 14. annis religionem ingrediens, poteſt exire, & extrahi à patre. car. 116. col. 1
Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum expoſitio. car.223. col. 2
Nuptiæ, quibus Chriſtus interfuit, quid ſignificent. car.253.col.4
Nurſia. car. 75. col.4

O

OBediendum non eſt in his, quæ ſunt contra Deum. car.41. col.3
Obediendum eſt potius Deo, quàm parentibus. car.41. col.2
Obedientia religioſorum habentium poſſeſſiones arctatur ad locum. car. 114. col.3
Obedientia perfecti. car.179. col.2
Obedientia F. Egidy. car.65. col.3
Obedientia in regula quotuplex. car. 126. col.4
Obedientia ſecundum fratrem Egidium. car. 71 col. 4
Obedire prælatis in omnibus, an ſubditi teneantur. car. 126. col.3
Obedire homini prælato propter amorem Dei, an ſit maius, quàm obedire ipſi Creatori per ſe ipſum mandatum aliquod imperanti. car.72. col.1
Oblatio Chriſti voluntaria. car.9.col.4
Obligatio fratrum circa, quæ ſe extendat in regula. car. 114. col.1
Obſeruare regulam ſpiritualiter, quid ſit. car.126 col. 4
Octauianus. car. 44. col.4
Oculus pudicus, & impudicus. car.180.col.1
Ody ſuſpſius fructus. car. 73.col. 4
Odium ſuſpſius. car.73. col.4
Oedipus. car.43. col.4
Officy de Cruce Compoſitor. car.82.col.3
Officium diuinum debitè perſoluendum. car. 178 col. 3
Officium prædicationis quis concedere poſſit. car. 125. col.4
Officium fratres Clerici non dicentes, peccant mortaliter. car. 118. col.2
Officium breue, quare fratribus laicis ſit datum. car.118. col. 3
Officium prælatorum. car.126. col.2
Olimpias Alexandri mater. car. 45. col.2
Opera bona ſunt via ad omne bonum. car.69.col.4
Opera mala ſunt via ad omne malum. car.69 col. 4
Opera Chriſti triplicia. car. 299. col. 2
Operæ à B. F. *cruce acta, rithmis quibuſdam depromuntur.* car. 301. col.3
Operatio miraculorum B. Fran. car.12.col.1
Orare quomodo quis debet ſecundum B.F. car.261 col. 4
Oratio ad expellendam tentationem. car. 52.col.1
Oratio ad Deum *fienda.* car. 178. col.2
Oratio ad B. *Virginem.* car.178. col.2
Oratio B.F. ad omnes horas. car.178. col.2
Oratio, ac paupertas eſt vocatio noſtra. car. 183 col. 1
Oratio dominica. car.256. col.4
Oratio ad hoc vt ſit accepta, quid exigat. car. 205 col. 3
Oratio, quam B. F. *docuit.* car. 173. col.1
Oratio aſſidua B. Franc. car 12. col. 1
Oratio quid ſit ſecundum fratrem Egidium. car. 70 col. 3
Oratio ad Virg. Mariam. car. 263. col.1
Oratio à B. F. *inſtituta.* car. 262. col.3
Orationis dominicæ expoſitio. car.256. col.4 & car. 258. col. 2 & 3
Ordinem intrans quis poſſit, vt ſit nouitius. car. 116. col.1
Ordinem ingrediens qualis eſſe debet car.115. col.3
Ordinem tertium quando B. F. facere cogitauit. car. 138. col. 1
Ordines inſtituti à B. Franc. car. 30. col.4
Ordines B. *Franc. qui, & quales.* car. 235 col. 1. 2. & 3
Ordinis B. *Franc. amatores.* car. 101. col. 1. & 2
Ordo B. Franciſci. car. 16. col.4
Ordo B. Dominici. car. 16. col.4
Ordo ſacis veſtitus. car.16. col.4
Ordo minorum vſque ad iudicium perpetuabit. car. 130. col. 4
Ordo fratrum min. quo tempore fuerit inſtitutus. car.59. col. 3
Ordo S. Claræ à quo inſtitutus. car. 104 col. 2
Ordo tertius. car. 106. col.4
Ordo minorum, ordo columbinus vocatur. car.22 col. 4

Ordo B. Franc. per ſtellam figuratur. car. 14 col. 2
Ordo columbinus durabit vſque ad diem iudicij. car. 17. col. 1
Ordo odiendi quid ſit. car. 73. col. 4
Ordo minorum à prophetis declaratus. car. 17 col. 2
Ordo Apoſtolorum inter ſe. car. 56. col. 4
Ordo tertius à B. Franc. inſtitutus, ordo fratrum de pœnitentia intitulatur. car. 24. col. 4
Oriæ locus. car. 86. col. 2
Orientis Vicaria. car. 95. col. 1
Ortus Chriſti lætificauit animata. car. 27. col. 4
Ortus Chriſti an ſit noſtris meritis. car. 29 col. 2
Oſem locus. car. 94. col. 1
Otioſitas ſecundum fratrem Egidium. car. 69 col. 2
Otioſus quid faciat. car. 69. col. 2
Otium quid ſit. car. 244. col. 2
Oxoniæ locus. car. 94. col. 3

P

PAcificus quis fuit, & à quo laudatus. car. 85. col. 1
Padua Prouincia. car. 79. col. 2
Pagani dilexerunt paupertatem. car. 214. col. 3
Pharao. car. 43. col. 4
Palpabile an fuerit corpus Chriſti. car. 320 col. 4
Panis beatorum quis ſit. car. 267. col. 4
Panormi locus. car. 87. col. 3
Panthefilea Amazonum Regina. car. 49. col. 3
Paris. car. 44. col. 1
Pariſiorum locus. car. 89. col. 4
Partes boni prædicatoris & doctoris. car. 156 col. 3. & 4
Paſſio Chriſti quomodo acerbiſſima fuit. car. 241 col. 1
Paſſionales Chriſti actus. car. 300. col. 2
Paſtores quare meruerunt videre Chriſtum. car. 32. col. 4
Paſtoris boni conditiones. car. 195. col. 2. & ſeq.
Paternitas diuina, eſt carnali præponenda. car. 41. col. 3
Pater noſter B.F. car. 178. col. 2
Patientia B. Franciſci. car. 38. col. 4
Patientia quid operatur. car. 37. col. 3
Patientia à B. F. maximè comendatur. car. 39 col. 3
Pacientia habenda. car. 180. col. 3
Patientia eſt neceſſaria. car. 37. col. 1
Pacientia ſecūdum fratrem Egidium. car. 68. col. 4
Pacientia quotuplex. car. 73. col. 4
Pacientia ſcuta quinque. car. 74. col. 4
Patriarchæ de ord. min. car. 102. col. 4
Patriarcha primi qui. car. 107. col. 2
Patriarchæ duodecim. car. 107. col. 2
Pauli conuerſio. car. 58. col. 2
Pauli Apoſtoli præconia. car. 58. col. 2
Paulus an fuerit Apoſtolus. car. 58. col. 2
Paulus cuius Tribu fuerit. car. 58. col. 2
Paulus vas electionis fuit. car. 34. col. 2
Paulus Apoſtolus multa pericula eſt paſſus, & vbi. car. 58. col. 4
Paulus in Deum transformatus. car. 59. col. 1
Paulus plures de Familia Neronis cōuertit. car. 59 col. 1
Paulus habuit ſpiritum propheticum. car. 14 col. 1
Paulus quare Mercurius vocabatur. car. 58 col. 3
Paulus quot, & quibus tribulationibus fuerit afflictus. car. 58. col. 3
Pauper quomodo fiat quilibet. car. 72. col. 2
Paupertas Fratris Io. de Firmo. car. 78. col. 2
Paupertas quæ contulit B.F. car. 221. col. 3
Paupertas quid ſit. car. 221. col. 4
Paupertas à paganis dilecta. car. 214. col. 3
Paupertas eſt vocatio noſtra. car. 183. col. 1
Paupertatis præconia. car. 215. col. 4
Paupertatis F. Egidij amor. car. 65. col. 4
Paupertatis forma quare in miſſione Apoſtolorum potius datur, quàm in alijs. car. 144. col. 4
Paupertatis perfectio. car. 180. col. 2
Pax facta inter ciues Eugubij, & lupum. car. 140 col. 2
Peccatum habens, à ſe ipſo habet. car. 69. col. 1
Peccatum mortale an ſine ſatiſfatione dimitti poſſit à Deo. car. 19. col. 3
Pecunia vti quo caſu fratribus liceat. car. 123 col. 3
Pecunia, & denarium differunt. car. 119. col. 2
Pecunia fratres indigentes, quomodo ſe habere debent. car. 119. col. 3
Pecunia quid ſi fratribus deſtinatur. car. 120. col. 3
Pecunia quid ſi fratribus teſtamento relinquatur. car. 120. col. 3
Pecuniæ cuſtodes, an poſſint eſſe fratres. car. 120 col. 4
Pecuniam recipere quid, & quomodo dicatur. car. 119. col. 2
Pecuniam recipere per ſe, vel per alios quid ſit. car. 119. col. 2
Peleus. car. 43. col. 4
Pennæ locus. car. 83. col. 3
Pennenſis Prouincia. car. 85. col. 2
Pera Apoſtolis interdicta quid ſignificat. car. 144 col. 4
Perfectio humilitatis. car. 181. col. 4
Perfectio paupertatis. car. 180. col. 2
Perfectionis, & ſalutis via. car. 67. col. 3
Phedra vxor Theſei Regis Athenarum. car. 45 col. 2
Permutatio complexionis ſine actione, & paſſione corporali acquiſitæ, ſolet ex anima in materia corporali accidere. car. 4. col. 1

Perſequentes ordinem min. car. 131. col. 2 & 3
Perſequentibus ordinem fratrum min. quid accidat. car. 131. col. 1
Perſeuerantia. car. 71. col. 3
Perſeus ſpurius Rex Macedoniæ. car. 44. col. 3
Perſona filij quare naturam humanam aſſumere debebat. car. 20. col. 1
Peruſij ſancti fratres iacentes. car. 64. col. 3
Petitiones in oratione dominica contentæ. car. 257 col. 1. & ſeq.
Petri Apoſtoli pręconia. car. 56. col. 2
Petrus quomodo ſit factus frater, & ſocius B. Franc. car. 60. col. 3
Petrus Cathanij quis ſit. car. 64. col. 2
Philippi Apoſtoli commendatio. car. 57. col. 4
Philippi de Aquerijs miracula. car. 85. col. 3
Philippus Apoſtolus à Paganis captus. car. 57 col. 4
Philippus Macedo. car. 44. col. 3
Picha mater. B. Franc. vocabatur. car. 31. col. 3
Pietas S. Ludouici erga pauperes. car. 90. col. 3
Pignorare an poßint fratres. car. 123. col. 2
Pilei locus. car. 76. col. 3
Pillati epiſtola de Chriſto. car. 276. col. 2
Piperni locus. car. 76. col. 4
Piſces, B. Antonio prædicante, quid faciebant. car. 79. col. 4
Piſtiæ locus. car. 75. col. 3
Polæ locus. car. 88. col. 4
Policij locus. 87. col. 3
Policrates ſami inſulæ tyrannus. car. 44. col. 2
Polixena Priami filia. car. 45. col. 4
Pompeius Magnus. car. 44. col. 4.
Pontifices habitum B. F. ſe induentes. car. 101. col. 2
Pontifices ord. min. car. 101. col. 3. & 4.
Pæna peccato parata. car. 136. col. 1
Pæna à Deo regulam fratrum min. non obſeruantibus præparata. car. 133. col. 4
Pænitentia, & abſtinentia ſanitatem inducunt. car. 245. col. 4
Pænitentia per mare appellatur. car. 245. col. 2
Pænitentia, ad quam faciendam, & prædicandam B. Franciſcus à Deo eſt directus, figuris ſacræ ſcripturæ oſtenditur. car. 22. col. 2
Pænitentia ſecundum fratrem Egidium. car. 70 col. 2
Pænitentiæ circunſtantiæ. car. 206. col. 3
Pænitentia fratris Io. de Firmo rigiditas. car. 78 col. 2
Pænitentia an fratribus miniſtri non ſacerdotes iniungere poſſint. car. 124. col. 3
Pontifices facti filij B. F. car. 101. col. 1. & 2
Portæ, quibus peruenimus ad vitam ęternam. car. 171. col. 4
Portiunculæ in Eccleſia iacentes. car. 64 col. 3
Poſſeſſio auri, & argenti interdicitur à Chriſto Apoſtolis, & prædicatoribus. car. 144. col. 3
Poſſibile eſt ſequi Chriſtum, & eius præcepta ſeruare. car. 4. col. 2
Poteſtas miniſtri generalis, an arctari poßit per Capitulum generale. car. 125. col. 1
Poteſtas quare à Chriſto data eſt diſcipulis ad prædicandum miſſis. car. 143. col. 2
Poteſtas miraculorum, quare Apoſtolis, & non ſucceſſoribus à Chriſto eſt data. car. 143. col. 3
Poteſtas diaboli ante Chriſti paßionem. car. 313 col. 4
Poteſtas delegandi committitur miniſtris. car. 124 col. 3
Poteſtas miracula faciendi, an Iudæ Scarioth ſit conceſſa. car. 143. col. 3
Præcedentia B. F. in cælo. car. 307. col. 2
Præceptum quare ſit datum homini in prima eius conditione. car. 18. col. 4
Præclaritas ſingularis Prouinciæ Bononiæ. car. 154. col. 1
Præclaritas Taddæi Apoſtoli. car. 58. col. 1
Præconia paupertatis. car. 215. col. 4. & car. 216 col. 4
Præconia Petri Apoſtoli. car. 56. col. 2
Præconia Pauli Apoſtoli. car. 58. col. 2
Prædicanda à Chriſto ordinata. car. 144 col. 2
Prædicandi modus. car. 138. col. 1
Prædicare quid debeant fratres. car. 182. col. 2
Prædicare quando incępit Chriſtus, quare non miſſit diſcipulos ad prędicandum. car. 143. col. 4
Prædicatio B. F. in mari. car. 12. col. 2
Prædicatio quomodo fieri debeat. car. 144 col. 2
Prædicatio S. Ludouici. car. 91. col. 3
Prædicationis officium quis concedere poßit. car. 125. col. 4
Prædicator qualis eſſe debeat. car. 182. col. 3
Prædicator quid facere debet ſpiritualiter. car. 144 col. 2
Prædicator quæ habere debeat. car. 134. col. 2
Prædicator quid recipere debeat. car. 145. col. 1
Prædicator vbi hoſpitari debeat, & quantum. car. 145. col. 1
Prædicator quid imprecari debeat ſe recipienti car. 145. col. 2
Prędicatores à quibus abſtinere vult Chriſtus. car. 144. col. 3
Prædicatores verbi Dei. car. 71. col. 2
Prædicatoris veri deſcriptio. car. 138. col. 4
Prædicatoris boni, ac doctoris partes. car. 136. col. 3. & 4
Prædicatoris verbum quale eſſe debeat. car. 125 col. 4
Prędicta à B. Franc. de ſciſmate in Eccleſia. car. 236. col. 1
Prælati quid peragere debent. car. 126. col. 2
Prælati quid ſubditis præcipere debeant. car. 126 col. 2

Prælatorum

Prælatorum officium, car. 125. col. 2
Prælatus quilibet debet eſſe, vt paſtor materialis. car. 196. col. 2. & ſeq.
Præmium B. F. in cœlo. car. 9. col. 1
Pręmium à Deo regulam B. F. obſeruantibus pręparatum. car. 133. col. 4
Priamus. car. 43. col. 4
Principes ſacerdotum perſecuti ſunt Chriſtum. car. 9. col. 3
Princiluuiæ locus. car. 94. col. 3
Priſcus Tarquinius Rex Romanorum. car. 44 col. 2
Priuilegia ſeruantium regulam B. Franc. car. 131 col. 1
Priuilegia perſequentium regulam B. F. car. 131 col. 2
Priuilegium Alex. 4. *in commendationem B. F.* car. 25. col. 1
Probationis annus quando incipiat. car. 116 col. 3
Proceni locus. car. 77. col. 2
Profeſſio fratrum min. vſque ad diem iudicij durabit. car. 130. col. 4
Probibitio calciamentorum. car. 145. col. 1
Propagines tres productæ, & geminatæ ex lateris coſta B. Franc. car. 6. col. 4
Propheta verus quomodo cognoſcatur à falſo. car. 232. col. 3
Propheta fuit B. F. car. 233. col. 4
Prophetę qui fuerunt. car. 107. col. 2
Prophetia Sibillæ. car. 188. col. 4
Prophetia Cirilli. car. 14. col. 3
Prophetia Abbatis Ioachim de B. Fran. car. 16 col. 4
Prophetia Sibillæ de aduentu B. Franc. *ac B. Domi nici.* car. 14. col. 1
Prophetiæ Sibillarum de Chriſti Deitate. car. 276 col. 1
Prophetia de Chriſto venturo. car. 278. col. 3
Proprietas, & dominium rerum, quibus fratres vtuntur, cuius ſit. car. 122. col. 3
Proportiones omnes, & formæ ſunt in potentia in materia prima, & actu in prima forma. car. 229. col. 2
Protector primus ordinis quis fuit. car. 101. col. 1
Protectoris auctoritas. car. 127. col. 3
Prouincia Sancti *F. quot loca, & cuſtodias habeat.* car. 149. col. 2
Prouincia Marchia *quot loca, & cuſtodias habeat.* car. 151. col. 1
Prouincia Romæ *quot cuſtodias, & loca habeat.* car. 152. col. 1
Prouincia Tuſcia quot cuſtodias, & loca habeat. car. 152. col. 4
Prouincia Bononiæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 153. col. 4
Prouincia Bononiæ. car. 79. col. 1
Prouincia Marchiæ. car. 82. col. 3
Prouincia Ianua. car. 85. col. 1
Prouincia Paduæ. car. 79. col. 2
Prouincia terra laboris. car. 85 col. 3
Prouincia S. Iacobi quot cuſtodias, & loca habeat. car. 157. col. 3
Prouincia Caſtellæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 158. col. 1
Prouincia Aragoniæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 158. col. 2
Prouincia Aquitaniæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 158. col. 3
Prouincia Prouincię quot cuſtodias, & loca habeat. car. 159. col. 4
Prouincia Burgundię quot cuſtodias, & loca habeat. car. 159. col. 4
Prouincia Turoniæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 160. col. 1
Prouincia Franciæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 160. col. 4
Prouincia S. Antonij quot loca, & cuſtodias habeat. car. 155. col. 1
Prouincia Mediolani *quot cuſtodias, & loca habeat.* car. 155. col. 3
Prouincia Ianuæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 155. col. 3
Prouincia Dalmatiæ *quot cuſtodias, & loca habeat.* car. 156. col. 1
Prouincia Terralaboris *quot cuſtodias, & loca habeat.* car. 156. col. 2
Prouincia Pennæ, quot cuſtodias, & loca habeat. car. 156. col. 3
Prouincia S. Angeli quot cuſtodias, & loca habeat. car. 156. col. 4
Prouincia Apuliæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 157. col. 1
Prouincia Calabriæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 157. col. 1
Prouincia Scieiliæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 157. col. 2
Prouincia Romaniæ quot cuſtodias, & loca habeat. car. 157. col. 3
Prouincia Terræ. S. quot cuſtodias, & loca habeat. car. 157. col. 3
Prouincia Coloniæ *cuſt. & loca.* car. 162. col. 1
Prouinciæ Argentinæ loca, & cuſt. car. 162. col. 2
Prouinciæ Saxoniæ *cuſt. & loca.* car. 162. col. 3
Prouinciæ Auſtriæ cuſt. & loca. car. 163. col. 1
Prouincia Boemiæ cuſt. & loca. car. 163. col. 2
Prouincia Vngariæ loca, & cuſt. car. 163. col. 3
Prouincia S. Iacobi. car. 92. col. 3
Prouincia Romaniæ. car. 89. col. 1
Prouincia Burgundię. car. 89. col. 2
Prouincia Saxonię. car. 93. col. 4
Prouincia Tuſciæ. car. 77. col. 3
Prouincia Mediolani. car. 88. col. 2
Prouincia Caſtellæ. car. 93. col. 2
Prouincia Romæ. car. 76. col. 2
Prouincia Coloniæ. car. 93. col. 3
Prouincia Auſtriæ. car. 94. col. 3
Prouincia Daciæ. car. 94. col. 3
Prouincia Boemiæ. car. 94. col. 3
Prouincia Angliæ. car. 94. col. 3

Prouincia Hiberniæ. car. 95. col. 1
Prouincia Aragoniæ. car. 93. col. 2
Prouincia Pennenſis. car. 85. col. 2
Prouincia Calabriæ. car. 87. col. 1
Prouincia Siciliæ. car. 87. col. 3
Prouincia Prouinciæ. car. 89. col. 4
Prouincia S. Angeli. car. 86. col. 4
Prouincia Dalmatiæ. car. 88. col. 4
Prouincia terræ Sanctæ. car. 89. col. 1
Prouincia Apuliæ. car. 86. col. 2
Prouincia Argentinæ. car. 93. col. 4
Prouincia Vngariæ. car. 93. col. 3
Prouincia Angliæ Cuſt. *& loca.* car. 161 col. 1
Prouincia Hyberniæ Cuſt. & loca. car. 161 col. 3
Prouincia Datiæ Cuſt. & loca. car. 161. col. 4
Prouinciales, & Generales à quibus abſolui poſſunt. car. 124. col. 4
Prouincialia capitula ſine cuſtodibus, an celebrari poſſint. car. 125. col. 3
Prouincialis an reſeruare poſſit ſibi aliquos caſus. car. 124. col. 2
Pruſiæ locus. car. 94. col. 1
Pruſcias Bithiniæ *Rex.* car. 44. col. 3
Pſeudo Philippus. car. 44. col. 3
Puer Ieſus remanſit in Hieruſalem. car. 41 col. 2
Pugna animę. car. 74. col. 1
Pulcher quis ſit. car. 71. col. 4
Papÿ locus. car. 78. col. 4
Puritas S. Ludouici Epiſcopi. car. 90. col. 1
Pyrrhus. car. 44. col. 1

Q

Quad. & dominicale à B. Ant. factum. car. 80. col. 3
Quaui quid ſignificent. car. 15. col. 4
Quæſtio inter rationem, & conſcientiam. car. 74 col. 4
Qualis erat B. F. car. 138. col. 2
Qualitas ſac. Euchariſtiæ. car. 290. col. 2
Qualitas ſepulchri Chriſti. car. 319. col. 1
Qualitas fratris Angeli de Reate *ſocÿ* B. Franc. car. 62. col. 3

R

Rachanati locus. car. 83. col. 1
Radÿ ſtellę à Magis viſi, quid ſignificent. car. 33. col. 3
Raptus, & contemplatio B. Egidÿ. car. 66 col. 2
Raptus fit triplici modo. car. 210. col. 4
Raptus in Deum ſine difficultate videre potuit quicquid infra Deum eſt. car. 229. col. 3
Rebeles ordinis Deus deprimit. car. 132. col. 4
Recepti ad ord. à B. Franc. car. 45. col. 4
Redemptio noſtra per Chriſtum. car. 10. col. 2
Redemptio noſtra facta eſt Chriſti paſſione. car. 314. col. 1
Redimere quid ſit. car. 314. col. 1
Reges Pentapoleos. car. 43. col. 4
Reges Aegypti. car. 44. col. 3
Reges Galiæ fratres min facti. car. 103. col. 1
Reges ord. min. car. 103. col. 1. 2. *& ſeq.*
Reges Aragoniæ fratres min. facti. car. 103 col. 2
Reges Caſtellæ fratres min. facti. car. 103. col. 2
Reges Portugaliæ fratres min. facti. car. 103 col. 2
Reges Trinacriæ fratres min. facti. car. 103 col. 2
Reges Cipri fratres min. facti. car. 103. col. 3
Reges Armeniæ fratres min. facti. car. 103. col. 3
Reges Vngariæ fratres min. facti. car. 103. col. 3
Regum filÿ fratres min. facti. car. 103. col. 3
Regnum Eccleſiaſticum à Chriſto ordinatum. car. 9. col. 3
Regula fratrum min. fundatur in Euangelio. car. 25. col. 1
Regula B. Franc. *à quo inſtituta.* car. 35. col. 1
Regula B. Franc. *quare ſit alÿs arctior.* car. 117 col. 2
Regula fratrum minorum. car. 17. col. 1
Regula amoris eſt B. Franciſcus. car. 5. col. 1
Regula B. *Franc. quomodo ſit fundata.* car. 3 col. 1
Regula B. F. *à quo data fuerit.* car. 109. col. 3 *&* car. 110. col. 1
Regula B. F. *in quo loco fuerit data.* car. 110 col. 2
Regula B. F. *an obliget ad omnia conſilia euangelica.* car. 113. col. 3
Regula fratrum min. à quo fuerit declarata. car. 112. col. 2
Regula fratrum min. contra quę ſit ordinata. car. 133. col. 1
Regula ab Innocentio *tertio confirmata.* car. 24 col. 4
Regula ab Honorio *tertio confirmata.* car. 24 col. 4
Regula fratrum min. per quos ſummos Pontif. ſit approbata. car. 127. col. 3
Regula fratrum min. qualis ſit. car. 128. col. 2
Regula de quibus peccatis intelligit. car. 124 col. 2
Regula fratrum min. à quibus liberat hominem. car. 132. col. 2. 3. *&* 4
Regula fratrum min. ad quid ſit ordinata. car. 133. col. 1. 2. *&* 3
Regula B. F. *qualis ſit.* car. 110. col. 3
Regula B. F. *vnde ſit extracta.* car. 110. col. 4. car. 111. col. 1. 2. 3. 4. car. 112. col. 1. *&* 2.
Regulæ fratrum min. approbatio. car. 112 col. 2
Regulæ fratrum min. declaratio. car. 113 col. 1
Regulam B. F. *quis declarare poteſt.* car. 115 col. 1

Religio

Religio B. Franc. quomodo floruit. car. 104 col. 1
Religio ſecundum F. Egidium. car. 71. col. 3
Religiones mendicantes an deſtruentur. car. 16 col. 1
Religio fratrum min. vſque ad diem iudicij durabit. car. 130. col. 4
Religioſo in propria voluntate viuenti, quid accidat. car. 71. col. 4
Religioſus bene obediens, cui ſit ſimilis. car. 71 col. 4
Religioſus cum murmure obediens, cui aſſimiletur. car. 71. col. 4
Religioſus, quæ odit ſecularis, diligere debet. car. 72. col. 3
Refrænatio ſenſuum. car. 74. col. 2
Res mutuata nobis à Deo, quid ſit. car. 69. col. 3
Reſeruare ſibi aliquos caſus an poſſint generalis miniſter, & prouinciales. car. 124. col. 2
Reſponſio Chriſti ad B. Fran. car. 128. col. 3
Reſurectio Chriſti. car. 10. col. 3
Reſurgens Chriſtus cui primus apparuit. car. 323 col. 2
Reſurrectio Chriſti quo tempore fuit. car. 320 col. 3
Reſurrectio Chriſti. car. 320. col. 2
Reſurrectio Chriſti quare eſt perpetrata. car. 320 col. 2
Reſurrectio Chriſti quare non fuit ſtatim. car. 320 col. 2. & 3
Reſurrectio Chriſti fuit veraciſſima. car. 320 col. 4
Reſurgere quare non expectauit Chriſtus cum alijs in fine mundi. car. 320. col. 3
Reſuſcitatio mortuorum à B. Franc. car. 13 col. 1
Reuelata in Eccleſia Portiunculę B. F. car. 284 col. 3
Reuelatio mortis B. Franc. car. 12. col. 2
Reuerentia, & fides ſacramento altaris habenda. car. 177. col. 1. & ſeq.
Rex Abagarum à Taddæo Apoſtolo curatus. car. 58. col. 1
Rex Io. factus eſt frater minor. car. 164. col. 4
Ricardus quis. car. 87. col. 3
Rigiditas B. F. ad corpus. car. 244. col. 3. & ſeq.
Rigiditas pœnitentiæ fratris Io. de Firmo. car. 78 col. 2
Rigiditas B. Franc. in veſtimentis. car. 243 col. 2
Rilonis locus. car. 93. col. 3
Rodomarum locus car. 89. col. 3
Roſanes vxor Alex. Magni. car. 45 col. 2
Roſimunda Guſimundi Regis Gepidarum filia. car. 45. col. 3
Ruffinus quare vitam eremiticam ſequi cupiebat, non autem B.F. car. 63. col. 4
Ruffinus à diabolo deluſus. car. 63. col. 4
Ruffinus à B.F. *vocatus, ipſum adire noluit.* car. 63. col. 4
Ruffinus ſtigmata B. F. *videre promeruit.* car. 64 col. 1
Ruffinus à Diabolo tentatus, & deceptus. car. 54. col. 1
Ruffinus, Virgo puriſſimus fuit. car. 63. col. 3
Ruffini tentatio. car. 63. col. 3
Ruſſia Vicaria. car. 95. col. 4

S

Sabina Pompeia. car. 45. col. 4
Sacerdos an fuerit B.F. car. 280. col. 3
Sacerdotes ſunt honorandi. car. 177. col. 3.
Sac. Euchariſtia an à malis ſacerdotibus conficiatur ſicuti à bonis. car. 290. col. 1
Sac. Euchariſtiæ materia. car. 287. col. 1
Sac. Euchariſtiæ quis inſtituit, & quibus. car. 287 col. 1
Sacramenta l. antiquæ cur Deus voluit aboleri. car. 285. col. 3
Sac. nouę l. à quo habeant efficaciam. car. 286 col. 2
Sacramenti Euchariſtiæ miſterium. car. 286 col. 3
Sacramentum Euchariſtiæ quo tempore inſtitui debebat. car. 286. col. 4
Salmaſtro Perſidis. car. 95. col. 1
Salomę mors, & miracula. car. 106. col. 2. & 3
Saluator multis in locis prædicauit. car. 240 col. 4
Saluator quomodo docebat. car. 134. col. 3
Saluator, quare non omnes homines mundi voluit habere diſcipulos. car. 55. col. 1
Saluator noſter duodecim vocauit præ alijs ad ſe ſequendum. car. 55. col. 1
Saluator qualiter aſcendit. car. 323. col. 2
Saluator cur tantum aſcendere diſtulit. car. 323 col. 1
Saluator quando cœpit prius facere, quàm docere. car. 134. col. 4
Salutis, & perfectionis via. car. 67. col. 3
Samia mira Heliogabali Imperatoris mater. car. 45. col. 4
Sancti veteris teſtamenti, an Chriſto comparari queant virtutibus. car. 269. col. 4
Sanguis Chriſti an fuerit totus in eius corpore poſt reſurrectionem. car. 320. col. 4
Sapiens quis ſit. car. 71. col. 4
Sapientes ponunt caput humiliter ſub iugo ſapientiæ. car. 72. col. 1
Sapientiam ſpiritualem non habentes, quid faciant. car. 185. col. 4
Sanctitas B. F. à Domino Bernardo explorata. car. 60. col. 2
Sardanapalus. car. 44. col. 1
Satisfactio quid ſit. car. 312. col. 4
Saul. car. 44. col. 1
Saxonia Prouincia. car. 93. col. 4

Scientia vtilis, & inutilis. car. 71. col. 2
Scientia multiplex eſt in Chriſto. car. 230 col. 3
Scientia mundana fugienda. car. 182. col. 2
Sciſma inter Federicum, & Papam. car. 13 col. 3
Scriptores famoſiſſimi. car. 97. col. 3. & 4. car. 98. col. 1. 2. 3. & 4. car. 99. col. 1. 2. 3. & 4. car. 100. col. 1. 2. 3. & 4.
Scriptura ſacra varios de virtutibus commendat. car. 270. col. 1. & ſeq.
Scuta pacientiæ quinque. car. 74. col. 4
Secreta Dei quomodo ab ipſo reſerantur. car. 233. col. 1
Secta fraticellorum. car. 131. col. 4
Sedere à dextris Dei, expoſitio. car. 325. col. 1
Sedere ad dexteram patris, & eſſe in dextera patris differunt. car. 325. col. 2
Sedulitas B. Franciſci. car. 1. col. 4
Seleucus Rex. car. 44. col. 3
Semiramis vxor Nini. car. 45. col. 2
Semiramis. car. 43. col. 4
Senacherib. car. 44. col. 1
Senſuum corporis ſimilitudo. car. 74. col. 3
Sepeliri corpus Chriſti an decuerit. car. 318 col. 2
Sepeliri quare voluit Chriſtus in alieno ſepulchro. car. 318. col. 4
Sepeliri quare voluit Chriſtus in ſepulchro in horto ſito. car. 318. col 4
Sepeliri quomodo voluit Chriſtus. car. 318. col. 3
Sepulchri Chriſti qualitas. car. 319. col. 1
Sepulchrum, in quo Chriſtus voluit ſepeliri. car. 318. col. 3
Sepulchrum Chriſti quare ipſe ſigillari voluit. car. 318. col. 4. & ſeq.
Sepultura B. F. car. 319. col. 3
Sepultus fuit B. F. die Dominico. car. 316. col. 2
Sequi Chriſtum eſt poßibile. car. 4. col. 2
Serui nomine quid intelligatur. car. 126. col. 1
Seueritas Chriſti contra quos fuerit. car. 281. col. 3. & ſeq.
Seueritas. S. Ludouici. car. 92. col. 2
Sibillæ prophetia. car. 14. col. 1 & car. 188. col. 4
Sibillæ verſus de finali iudicio. car. 276. col. 2
Sibillæ Tiburtinæ prophetia. car. 21. col. 4
Sibillæ Erithreæ prophetia. car. 21. col. 4
Siciliæ Prouincia. car. 87. col. 3
Sigilla noui teſtamenti. car. 24. col 1
Sigilla noui teſtamenti ſunt ſeptem. car. 23 col. 3
Sigilla veteris teſtamẽti quot, & quæ ſint. car. 23 col. 3
Signa amoris hominis erga Deum. car. 2. col. 2
Signa amoris Chriſti in Cruce. car. 296. col. 3
Signati in cælo, qui ſint. car. 309. col. 2
Significatio ſtellæ à Magis viſæ. car. 33. col. 2
Siluæ de Melfia locus. car. 86. col. 3
Silueſter, quis ſit, & vbi iaceat. car. 61. col. 3
Silueſter quid in Aretio iuſſu B. Franc. fecit. car. 61. col. 4
Silueſtri ſomnium. car. 61. col. 4
Silueſtri viſio. car. 25. col. 2
Simeon commendatur. car. 34. col. 3
Simeon cum Anna de puero Ieſu iucundatur. car. 29. col. 3
Similitudo de refrænatione ſenſuum. car. 74. col. 2
Similitudo hominis ad Deum quotuplex. car. 3 col. 2
Similitudo 12. ſociorum B. Franc. ad 12. Apoſtolos. car. 59. col. 2
Simonis Cananæi commendatio. car. 58. col. 2
Siraguſa locus. car. 87. col. 3
Siroli locus. car. 82. col. 4
Siſara. car. 43. col. 4
Socij generalis quales eſſe debeant. car. 185 col. 3
Socij B. F. quot fuerunt. car. 59. col. 2
Socij primi B. F. car. 59. col. 3
Socij B. F. quales fuerunt. car. 59. col. 4
Socius S. Franc. primus quis fuerit. car. 2. col. 3
Sol factus niger. car. 13. col. 3
Sol cur fixis oculis intueri nequit. car. 203 col. 1
Soldanus Babiloniæ à B. Franc. conuerſus. car. 36. col. 4
Soldanus ad fidem ſe conuertere cupiens, quid B. F. reſpondeat. car. 142. col. 3
Somnium S. Silueſtri. car. 61. col. 4
Sophonisba Aſdrubalis Giſgonis filia. car. 45 col. 4
Species ſuperior quomodo contineat inferiorem. car. 7. col. 1
Species ſuperbiæ quot, & quæ. car. 127. col. 1
Spelum. car. 75. col. 4
Spectabilis à Deo factus eſt B. F. car. 5. col. 1
Spinæ locus. car. 93. col. 4
Spiritus propheticus fuit B. F. car. 12. col. 2
Spoletum. car. 75. col. 1
Spoliatio Chriſti. car. 10. col. 1
Statua B. F. oranti apparuit. car. 235. col. 1
Statuæ B. F. apparentis deſcriptio pulcherima. car. 235. col. 1. & ſeq.
Status animæ triplex. car. 74. col. 1
Status diuerſi hominum. car. 32. col. 3
Stella Magorum quid principaliter ſignificat. car. 34. col. 1
Stella à Magis viſa, quid ſignificabat. car. 33 col. 3
Stellæ de cælo militantis Eccleſiæ ceciderunt, interpretatio. car. 13. col. 3
Stephanus de Vngaria paſſus. car. 95. col. 1
Stigmatizare aliquem an Chriſtum decuerit. car. 298. col. 4
Stigmatizatio B. Franc. autenticata. car. 307 col. 2. 3. & 4

Stigmatizatio Chriſti in B. F. quomodo ſit facta. car. 208. col. 2
Stigmatiztio B. Franc. car. 12. col. 2
Stigmatizationis B. F. forma. car. 298. col. 2
Stigmata B. F. à B. Clara viſa. car. 309. col. 3
Stigmata B. Franc. quomodo ſint facta. car. 4 col. 3
Stigmata in quo loco B. F. impreſſit. car. 302 col. 4
Stigmata quomodo à Chriſto B. F. fuerunt impreſſa. car. 305. col. 1
Stigmata B. F. mira. car. 298. col. 3
Stigmatum B. F. forma. car. 305. col. 1
Studium ſanctæ orationis S. Ludouici. car. 90 col. 2
Studium B. Franc. quale fuerit. car. 1. col. 4
Studium animæ ad virtutes. car. 74. col. 3
Stulti quid faciant. car. 72. col. 1
Stupenda à Chriſto in cruce facta. car. 296 col. 3
Stragurij locus. car. 88. col. 4
Strigonij locus. car. 93. col. 3
Subditi an teneantur obedire prælatis in omnibus. car. 136. col. 3
Subleuatio in mente B. Franc. car. 12. col. 1
Subleuatio B. F. in deficientibus. car. 36. col. 4
Sublimitas B. Fran. car. 1. col. 4
Suffecius Metius Rex Albanorum. car. 44. col. 2
Suſſiani locus. car. 83. col. 2
Superbia quomodo eſt fugienda. car. 68. col. 2
Superbia viget in mundanis. car. 42. col. 2
Superbiæ ſpecies quot, & quæ. car. 127. col. 1
Superfluitas à fratribus interdicitur. car. 123 col. 3
Suppoſitum vnum eſt in Chriſto. car. 26. col. 2
Suſceptio noſtræ carnis à Deo, ad quid ordinata fuit. car. 30. col. 1
Suſpectum conſortium, quid ſit. car. 127. col. 1

T

Taddæi Apoſtoli præclaritas. car. 58. col. 1
Tarquinij ſuperbi vxor. car. 45. col. 1
Tarquinius Superbus ſept. & vltimus Roman. Rex. car. 44. col. 2
Tartariæ Vicaria. car. 95. col. 3
Tauri locus. car. 92. col. 3
Tempus præſens, tempus gratiæ dicitur. car. 27 col. 4
Tentatio Diaboli fit tripliciter. car. 51. col. 1
Tentatio B. Franc. à diabolo. car. 11. col. 4
Tentatio Ruffini. car. 63. col. 3
Tentatio ſecundum fratrem Egidium. car. 69 col. 4
Tentatio quibus modis vincatur. car. 51. col. 1
Tentatio quomodo expellatur. car. 52. col. 1
Tentatus à muliere B. F. quid fecit. car. 142 col. 3
Tentatus, quid tentatori dicere debeat. car. 51 col. 3
Terminatio vnionis naturæ humanæ ad ſolam perſonam verbi pertinet. car. 26. col. 2
Teredo quid ſit. car. 15 col. 1
Terræ laboris Prouincia. car. 85. col. 3
Terræ S. Prouincia. car. 89. col. 1
Terremotus magnus tempore Federici ſecundi Reg. Siciliæ. car. 13. col. 3
Terremotus factus eſt in apertione ſeptimi ſigilli. car. 24. col. 3
Tertium ord. quando B. Fran. facere cogitauit. car. 138. col. 1
Teſalonicæ Aridei Regis filia. car. 45. col. 2
Teſtamentum B. F. car. 294. col. 3
Teſtamentum B. F. an teneantur fratres obſeruare. car. 115. col. 3. & 4
Teſtamentum nouum, in veteri teſtamento eſt ſicut rota in rotam. car. 23. col. 3
Teſtimonium Natiuitatis Chriſti à Magis acceptum, magnum fuit quo ad homines. car. 33 col. 2
Teſtimonium Platonis de Chriſti natiuitate futura ex Virg. car. 276. col. 2
Teſtimonium ſummorum Pontificum de ſtigmatibus B. Fran. car. 4. col. 3
Thana Ciuitas. car. 95. col. 1
Theodoricus. car. 45. col. 1
Theologi ſunt honorandi. car. 186. col. 4
Thereus. car. 43. col. 4
Theſauri rerum intelligibilium ſunt in ſcientia Dei. car. 229. col. 2
Thomæ Apoſtoli inſignia. car. 57 col. 4
Throni ortu B. F. Lætati ſunt. car. 31. col. 2
Timor Dei quid facit. car. 69. col. 3
Timor ſecundum fratrem Egidium. car. 68 col. 3
Toleti locus. car. 93. col. 2
Toloſæ locus. car. 89. col. 4
Totilla. car. 45. col. 1
Trani locus. car. 86. col. 4
Transfiguratio Chriſti quare ſolum coram tribus ſit facta. car. 202. col. 3
Transfiguratio Chriſti, quare in monte Thabor. car. 202. col. 3
Transfiguratio Chriſti. car. 202. col. 2
Transfiguratio Chriſti fit diuerſis diuerſimode. car. 205. col. 4
Transfiguratio Chriſti, quo tempore fuit facta. car. 205. col. 1
Transfiguratio B. Franc. car. 12. col. 1
Transfiguratio B. F. quot modis ſit facta. car. 208. col. 3
Transformatio eſt poſſibilis in artificialibus. car. 4. col. 1
Transformatio eſt poſſibilis in moralibus. car. 4 col. 1
Transformatio in naturalibus eſt poſſibilis. car. 4 col. 1
Transformatio inter animam, & Deum eſt poſſibilis. car. 4. col. 2
Transformatio hominis in Deum, an ſit poſſibilis.

ſibilis. car. 4. col. 1
Transformatio an ſit poſsibilis. car. 297 col. 4
Tranſgreſsio qualibet regulę, an ſit mortalis. car. 117. col. 1
Traslatio B. Antonij. car. 82. col. 1
Translatio B. F. quo tempore. car. 319. col. 4
Tribulationes ſine murmure ſuſtinere, quid cenſet. car. 69. col. 1
Tuderti iacet frater Egidius de Regio. car. 75 col. 1
Tulia Priſci Tarquinij Regis Romanorum filia. car. 45. col. 2
Tullus Hoſtilius. car. 44. col. 2
Tunica B. Franciſci. car. 47. col. 4
Tunica B. F. qualis fuerit. car. 217. col. 1
Turba, quam paſcit Chriſtus, eſt multiplex. car. 265. col. 1. & ſeq.
Turba à Chriſto cibata. car. 9. col. 2
Turgonis locus. car. 93. col. 3
Turoniæ Prouincia. car. 89. col. 3
Tuſcanellæ locus. car. 77. col. 2
Tuſciæ Prouincia. car. 77. col. 3
Tyeſtes. car. 43. col. 4

V

Valdearogi montis locus, car. 62. col. 3
Valentiæ locus. car. 89. col. 93. col. 3
Valentini vita. car. 64. col. 2
Valentinus de Narnia, quis ſit, & vbi iaceat. car. 64. col. 2
Vallis Virginis, Vallis Spoletana interpretatur. car. 14. col. 3
Vallis locus. car. 88. col. 4
Vanitas B. Franciſci ante conuerſionem. car. 52 col. 3
Verba Chriſti ad hominem. car. 312. col. 1
Verba Chriſti in cruce prolata. car. 296. col. 4
Verbum prædicatoris quale eſſe debeat. car. 125 col. 4
Verba Crucifixi ad quendam fratrem Bononiæ. car. 154. col. 1. & 2
Verba regulæ vim præcepti habentia, car. 114 col. 3
Verbum Dei ſemini comparatur. car. 247. col. 3
Vendere an liceat fratribus. car. 123. col. 1
Venetiarum locus. car. 82. col. 2
Ventus agitat mundum multis modis. car. 246 col. 2
Verecundia non patientibus, ſed inferentibus imputatur. car. 46. col. 4
Verſus Sibillæ de Finali iudicio. car. 276. col. 2
Veſtium fratrum vilitas quæ ſit. car. 117. col. 4
Vexores Rex Aegypti. car. 44. col. 3
Vicaria Ruſsię. car. 95. col. 4
Vicaria Boſnæ. car. 95. col. 4
Vicaria Tartariæ. car. 98. col. 3
Vicaria Orientis. car. 95. col. 1
Vicaria Aquilonaris. car. 95. col. 1
Vicariæ Tartariæ cuſtodias, & loca. car. 164 col. 2
Vicariæ Sardiniæ cuſtodias, & loca. car. 164 col. 2
Vicariæ Corſicæ cuſtodias, & loca. car. 164 col. 3
Vicariæ Boſnæ loca, & cuſtodias. car. 163. col. 4
Vicariæ Ruſsiæ cuſtodias, & loca. car. 164 col. 1
Vicariæ Orientis cuſtodias, & loca. car. 164. col. 1
Victauiæ locus. car. 89. col. 3
Victoniceta. car. 75. col. 4
Vienæ locus. car. 89. col. 3
Vigor ſac. Euchariſtiæ. car. 291. col. 1
Vilitas veſtium fratrum, quæ ſit. car. 117. col. 4
Villa Francha. car. 93. col. 3
Villæ Franchæ locus. car. 92. col. 3
Vineas habere an liceat fratribus. car. 122. col. 4
Vinum mulieribus Romanis, quare olim prohibitum. car. 271. col. 3
Virgo M. cuius ſtirpis fuerit. car. 188. col. 4
Virgo Maria, apparuit F. Electo. car. 93. col. 4
Viri præclari de Prouincia Angliæ. car. 161 col. 3
Virtutes ſunt creaturis præparatæ. car. 72 col. 2
Virtutes, & gratia in oratione inuentæ. car. 72. col. 3
Virtutes ſecundum fratrem Egidium. car. 72. col. 2
Virtus miſericordiæ multipliciter à Deo homini oſtenditur. car. 263. col. 3. & 4
Virtus magna eſt homini vincere ſcipſum. car. 69. col. 1
Vis amoris quid faciat. car. 2. col. 2
Viſio ſilueſtri. car. 25. col. 2
Viſio animæ Chriſti eſt diuinæ eſſentiæ communicata. car. 229. col. 2
Viſio fratris Silueſtri. car. 13. col. 3
Vita fratrum minorum. car. 17. col. 1
Vita S. Claræ. car. 104. col. 2. 3. & 4. & car. 105 col. 1. & ſeq.
Vita quinque Martirum. car. 92. col. 4. & car. 93. col. 1
Vita F. Stephani de Vngaria. car. 95. col. 1
Vita F. Gerardi de Valentia. car. 87. col. 3
Vita ſeptem fratrum. car. 87. col. 1
Vita Chriſti contempta, quo tempore. car. 24 col. 3
Vita Matthæi Apoſtoli. car. 58. col. 1
Vita S. Bonauenturæ. car. 89. col. 2
Vita fratris Valentini. car. 64. col. 2
Vita, & miracula B. Ant. de Padua. car. 79. col. 2
Vita noſtra eſt Chriſtus. car. 227. col. 2
Vitatio mulierum. car. 179. col. 4

Vitellius

Vitellius Imperator. car.45.col.1
Viterbij locus. car.77.col.2
Vitia carnis quomodo quis vitare debeat. car.69. col. 4
Vitia omnia ſunt in mundo. car.43. col.1
Vitium lædit caſtitatem. car.66.col.1
Viuentibus malè in ord. min. quid accidet. car.131 col. 1
Vliſſes. car.44. col.1
Vltio contra Iudæos à Chriſto facta, cur tam magna fuerit. car.231.col.1
Vngaria Prouincia. car.93.col.3
Vnributh locus. car.94.col.1
Votum à fratre Maſſeo factum. car.63.col.2
Vouens quid promittit. car.117.col.1
Vrancisbauiæ locus. car.94.col.3
Vrbis veteris locus. car.76. col.4
Vſus librorum in communi fratribus conceditur. car.147. col.2
Vſus rerum quotuplex. car.119. col.1
Vſus vini Romanis fœminis olim ignotus. car.271 col. 3
Vtilitas diuini amoris quotuplex. car.2.col.1
Vtilitas ex Chriſti morte. car. 314. col. 2
Vti pecunia quo caſu liceat fratribus. car. 121 col. 1
Vtini locus. car.82. col.1
Vulna ciuitas. car.95. col.4
Vxor Alex.Magni. car. 45. col.2
Vxor Tarquinij ſuperbi. car. 45. col.1

X

X*erſes.* car.44. col.1

Z

Z*Acharias pater* Io. Bapt. car.29.col.2
Zara. car.44.col.1
Zelus B. F. *circa animarum ſalutem.* car. 196 col. 4. car.197. col.1.& ſeq.
Zelus B. F. *car.*283. col.1.& ſeq.
Zoroaſter. car. 43. col.4

FINIS.



IN nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,& Beatiſſimæ Virginis Mariæ, matris ſuæ, Ac beati patris noſtri Franciſci.

¶ *Incipit opus intitulatum de Conformitate vitæ beati Franciſci, ad vitam Domini Ieſu Chriſti redemptoris noſtri, æditum ab illuminato ſacrarum litterarum interprate conſumatiſſimo, fratre Bartolomeo de Piſis ordinis minorum ſancti Franciſci: ob reuerentiam prælibati patris ſancti Franciſci. Anno domini.* 1385.

INCIPIT PRIMVS PROLOGVS

PRO OPERE PRÆFATO.



SANCTORVM vita probis fulcta operibus, & doctrina fructuoſa, ſignis comprobata, cum militantis eccleſiæ filios illuſtrent limpidius, dirigant rectius in agẽdis, ædificent efficacius, animum placidius demulceant, & inducant ad mundi contemptum, ac omni virtute, & efficacia Chriſtum proſequendum præ omnibus clament, incitent, & impellant. Etſi generale hoc in ſanctis exiſtat, illorum tamen præcipue ſanctorum exempla: cum præfatis fideles attrahunt ad iam dicta, quos ſibi ſaluatoꝛ in uitæ actibus conformes magis reddit: donis impenſius efficit gratioſos, & prodigijs, atque portentis illuſtres, & mirabiles oſtendit ſeu claros, cum quicquid in ſanctis immineat, ſeu fiat ab ipſis diuina operetur potentia, ad fidelium directionem, conſolationem, & fidei argumentum, vt ipſe in ſe mirabiliſſimus in ſuis effectibus, atque ſanctis proculdubio mirabilis reperiatur, & prædicetur. Verum & ſi omnes ſanctos condere ad ſui gloriam diuina clementia eſt dignata, & ad noſtram ſalutem, nec vllo in tempore ab exordio, vtpote humani generis vſque ad præſens muudum eorum conſortio deſtitutum ommiſerit: ipſo tandem veteraſcente, & vitiorum ſcabredine ſordeſcente, ab apoſtolicis torpente, imo verius a Chriſti declinante veſtigijs, ab eiuſque amore totaliter frigeſcente, ac occiduo omnis puritatis non proximante modo: ſed iam inſtante, nocteq; peccatorum poſſeſſo, dum in ſuo curſu non medium, ſed extremum iter perageret: ſilentio diſciplinis impoſito, & moribus; ob id quia non Chriſti, ſed ſua quiſque quæreret, & ambiret, ſapientia illa ineffabilis renouare in melius, quę ſunt mundi proinde cupiens, & intendens: nouum, & ſingularem hominem ſubito condidit, vita ſpectabilem, inſignẽ moribus, apoſtolorum ſectatorem, præcipuũ efficacem in verbo, zeloque animarum præferuidum, præclarum virtutibus, & ſignis: omnia ſecularia contemnentem, paupertatis fidum amicum, euangelij cuncta ſeruantem: crucis baiulum, notabilẽ paſſionis ſuę ſtigmatibus, & ad patriam toto nixu cum ſuis tendentem, auidum, & anhelum. Hic homo ſic celebs, deuotus, ſanctus, eſt angelicus vir Franciſcus: quem pater miſericordiarum, & luminum præuenit gratia conſeruauit, & conſumauit mundanorum abiecto onere per ſemitam hactenus ob litteratam vitæ Ieſu, & apoſtolorum recto incedens tramite, paupertatem diligens, & aſſumens in ſponſam fœdere perpetuo, & cõſtringens euangelij obſeruator, ſollicitus vita, verbo, opere, & exemplo: orbis climata, irradiatione mirifica clarius illuſtravit, in lucem perfectionis direxit, ad Dei perficienda mandata, crucifixiq; veſtigia proſequenda auidius incitauit. Cuius beati patris, quanta fuerit gratiæ plenitudinis affluentia, qualis vita, quàm efficax verbum, & quàm grata eius fuerit affectio, dilectio, ſeu amor, quiduè optarit, & quæſierit poſſidere, quauè gloria fulgeat in ſupernis, non ſolum fratrum minorũ religio ab ipſo ordinata cum duobus alijs ordinibus, ſed quæ gerit aſſidue, ac geſſit: expri-

munt, & declarant. Verum etiam ipſe dominus Ieſus eum ſibi in vita reddendo præ alijs ſanctis ſimilem, & cõformem: ſignaculis ſuæ paſsionis cõſignando, quantæ ſit apud ipſum acceptionis, & gratiæ, quantæuè gloriæ, quã ſtatu ſublimis euidenter declarat, & oſtendit. Ipſius ergo patris beatiſsimi magna, & mirifica a Deo in ipſo gratificè patrata, & ſi nonnulli tam noſtri ordinis, quàm ſtatus ſecularis, excellentia ſanctitatis, dignitatis, ac ſcientiæ præclari, & inſignes diuerſo ſtillo, pollitoque digeſſerint Ego inter minores minimus, ſacrę theologiæ magiſter indignus, frater Bartolomeus de Piſis, ſancti patris Franciſci filius profeſsione, & ſi non imitatione condigna, in compos prædictis, & impar ſcientia, lingua, ac intellectu: & quod magis eſt ſpiritu, ac virtute: anhelans ad eiuſdem ſancti laudem, gloriam, & honorem: aliqua ſcriptitare propoſui. Præponderans itaque diligenter, & attẽdens non extitiſſe poſsibile ipſum Chriſto cõformẽ in vltimo, niſi prius in ſuæ perfectionis initio pariter, & medio, proculdubio eidem domino concors fuiſſet in vitæ videlicet actibus, ſeu virtutibus, & conformis: hoc fretus & incitatus motiuo: De actitatis a domino noſtro Ieſu Chriſto, ſimul cum patre, ac ſpiritu ſancto, in noſtro patre beato Franciſco, de patratiſque ab eodem actibus, precipuis ſignis, & virtutibus; quę diſperſa inueni, ad vnũ volumen redigendo opus præſens (Chriſto patrocinante) meritis patris noſtri compegi, & hoc breuiter, & ſuccincte, potius ad compendium reducendo, quæ narro, quàm prolixe ſcribendo, multaque non ex induſtria, ſed quia ea noſce, non valui ommittendo. Quod opus de conformitate vitę patris noſtri beati Franciſci, ad vitam domini Ieſu noſtri redemptoris cenſui appellandum, vbi per conformitates vitæ beati Franciſci ad Chriſti vitam diſcurrendo, iuxta quod poſsibile eſt, mortalem hominem Chriſto Ieſu conformari, nixus ſum conformem depromere, & hoc in actibus ſeu ſimilitudinibus quadraginta, & ſi plures aliæ indubie reperiantur. Quas conformitates quia per figuras depingere feci in arbore, fructus arboris de conformitate vitæ beati Franciſci ad Chriſtum poſſunt merito vocari, ad quarum conformitatum, ſeu fructuum dilucidationem, modum hunc tenere propoſui, vt prius de Chriſto iuxta materiæ conformitatem loquendo, idipſum ſubſequenter in beato Franciſco affuiſſe annectere, & approbare, confiſus de domini bonitate: quia bona in nobis plantans proſequitur, & ad finem perducit optatum, & bene agere optanti manum ſuæ gratię nunquam ſubtrahit, ſed apponit. Multa ergo, & varia cum ſint in hoc opuſculo poſita, & exarata, ſanctitatiq; tanti patris impatia inſufficientia pariter, & indigna; precibus quibus poſſum egentes duxi præſentibus humiliter depreeandos, vt ſi qua repererint ad gloriam ſancti digna accipiant, indignaque reſpuant, quæ vero nõ recta corrigant, & pro me peccatore ad Chriſtum intercedere dignẽtur, qui mihi & ipſis meritis Almiferi confeſſoris Franciſci ſigniferi eiuſdem Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti in præſenti gratiam, & in futuro eternæ fęlicitatis regnum tribuat. Amen.

PROLOGVS SECVNDVS

PRO OPERE PRAEFATO.



Eccl. 45.

SIMILEM illum fecit in gloria ſanctorũ. Vt ea, de quibus tractaturus ſum in opere ſequenti, de conformitate vitę beati Frãciſci, ad vitam domini Ieſu noſtri redemptoris ſuccincte pateant, verbum prælibatum aſſumpſi; vbi dicitur, quòd dominus Ieſus beatum Franc. fecit ſimilem; videlicet ſibi: & conſequenter, quòd ipſe pater beatus. F, tali ſimilitudine fuit, & eſt in gloria ſanctorũ. Pro quorum verborum introductione, tres ſecundum conſuetudinem declarandas propono quæſtiones. Et harũ quæſtionum hæc eſt:

Prima, qualis fuit. B. Franc. ſedulitas, & cui voluit inhærere.

Secunda quanta eſt, & fuit domini Ieſu in beato Franc. actiuitas, & quid in eo placuit exercere.

Tertia quæ eſt beati Franciſci ſublimitas, & vbi Deus poſuit eum reſidere.

Ad primam quæſtionem reſpondetur, ꝙ ſtudium totum beati Franciſci fuit Chriſto complacere per eius dilectionem.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur: quòd Chriſtus prodigium magnum in eo habuit exercere ſtigmatum impreſsione.

Ad tertiam quæſtionem reſpondetur, ꝙ gradum tenet in cœlo, & hoc in ſede alta, permanſione, & ſeſsione. Et iſte tres reſponſiones erũt tria declaranda pro noſtra thematis introductione.

Primo dico, quòd ſi quæratur qualis fuerit B. Franciſci ſollicitudo, & ſedulitas, & cui voluit inhęrere. Reſpondetur quòd ſedulitas, & totum eius ſtudium fuit Chriſto per dilectionẽ complacere, ipſum ſuper omnia amando, & ipſi ſoli omni ſpe, re, & fiducia cohęrendo, & nulli alteri. Pro cuius euidentia eſt ſciendũ, ꝙ ſi ad inhærẽdum Deo per eius dilectionem, & amorem, ſolus ipſe debeat inducere, qui eſt

ſummum

ſummum bonum,& conſequenter ſuper omnia diligendus,& propter ſe, Inducatq; & natura, id eſt omnia creata; quia teſte Auguſtino in ſermone de vno martyre. omnia Deum ipſum laudant, & vt ametur cuncta clamant. prout ait ipſe Auguſtinus in libro ſuarum cōfeſsionum, figura quoque noſtri corporis & animæ ſtatura,& conditio. Ad imaginē enim Dei, & ſimulitudinem hominem Deus condidit: quare tenetur ipſum diligere qui prior
1. Ioan.4. nos dilexit. Scriptura etiam memorans beneficia collata a Deo homini: videlicet beneficium creationis, gubernationis, mentalis inſignitionis, in paradiſo collocationis, traditæ ſuper omnia dominationis, in pecando miſerationis, dando legem eruditionis, manifeſtationis ſe cognoſcibilem nobis præbendo, protectionis contra diabolum nobis præbendo ſuum angelum, incarnationis domini Ieſu, conuerſationis Chriſti,& eius ſanctæ informationis, ſui corporis, & ſanguinis in ſacramento collationis, ſuæ paſsionis noſtræ redēptionis, patrum a limbo liberationis, ſuæ reſurretionis, aſcēſionis,& introductionis in cœlum, humanæ naturæ, & ſpiritus ſancti in nos miſſionis, ſuæq; fidei, qua ſaluamur reuelationis, & ſic de alijs: hæc enim ſcriptura referendo ad Dei accendit dilectionem, quæ per gratiā ſuam,& non noſtris meritis, & per ſuam gratuitam liberalitatem ſunt nobis conceſſa, vt qui dedit diligatur. Multiplex amoris diuini, & dilectionis vtilitas, quæ diligentibus obuenit, ac gloriæ æternæ ſic diligentibus promiſſio,& donatio. Quamuis ergo ad diligendū dominum præfata incitent, tamen præfatus
Attributa domini Ieſu. beatus Franciſcus præcipue inductus eſt, vt Chriſto totaliter, & ſoli omni vi, & nixu per amorem inhęreret contuens dominum Ieſum eſſe Summam vitam ad viuicandum. Summæ pulchrum ad intuendum, Summum bonum ad delectandum, Summam ſapientiam ad cōtemplandum, Summam ſcientiam ad informandum, Summam virtutem ad fortificandū, Summam vitam ad liberandum, Summum cibum ad recreandum, Summnm potum ad refocillandum, Summum dominum ad venerandum, Summum hominem ad imitādum, Summum donum ad exoptandum, Summum bonū ad quietandum, Summæ pium ad indulgendū, & condonandum, Summæ mundum ad purgādum peccata & extergendum, Summum principem ad gubernandum, Summum fortem ad hoſtem noſtrum proſternendum, & ſuperandum, Summum ſtabile ad perpetuandum, Sūmam laudem ad iubilandum, Summam gloriam ad beatificandum, Summæ iuſtum ad retribuēdum, Summum verbum ad omne exprimendum & declarandum, Summam ſalutem ad ſanādum, Summam hoſtiam ad Deum placandum, Summum fontem ad refrigerādum, Summum finem ad optandum, Summam viſionem ad anhelandum, Summum florem ad redolendum, Summum fructum ad deguſtandum, Summam ianuam ad cœlum intradum, Summum candorem ad ſerenandum, Summū lumen & lucem ad irradiandum, Summam pacem ad recōciliandum, Summum pręcium ad Deo ſatisfaciendum, Summum regem ad impetrandum, Summam veritatem ad atteſtandum, Summam viam ad pergēdum, Summam dulcedinem qua beati ſatiantur, Summam requiem laborantium, Summam ſpem omnium vitam æternam adire cupientium. Inſpiciens iam dicta: beatus Franc. omni ſedulitate, & ſtudio Chriſto voluit per amorem inhærere; Sed ꝙ Chriſtum ſuper omnia dilexerit, patet ex ſignis diuini amoris, quæ in ipſo perfecte apparuere.

Primum ſignum enim amoris eſt, ſi de eo frequenter cogitatur. Vis enim amoris agit, vt quem quis amat ſemper cogitet, vt ait glo. ſuper illud. Si tu ſuſtuliſti eum dicito mihi. Hoc ſignum in beato Franciſco apparuit, qui ambulans, & ſedens, laborans, & vacans, de Deo cogitans ſemper ſpiritum Deo contendebat exhibere præſentem, vt dicit 11. pars legendæ maioris. Amoris hominis erga Deum quę ſint ſigna. Ioan. 20.

Secundum ſignum diuini amoris eſt, ſi de Deo libenter loquitur. Criſo. Hic mos amantium eſt, vt amorem ſuum ſilentio tegere nequeant. Franciſci patris verba non erant inania, nec riſu digna, non de ſecularibus, ſed de Ieſu, & eius paſsione fratribus aſsidue faciebat ſermonem: ut habetur in 8. parte legendæ maioris. Et cum nomen domini Ieſu nominabat, labia præ amoris dulcedine lingere uidebatur. Nonne loquentem beatū Franciſcum de Deo apud caſtrum ſancti Seuerini in marchia, uidit frater Pacificus duobus enſibus ualde fulgentibus in modum crucis tranſuerſaliter cōſignatum? Sic & uirgo ſanctiſsima Clara, Frāciſco meliflua de Chriſto eructante ad Chriſtum eſt conuerſa. Et ſic de alijs ut habetur in 4. parte legendæ maioris.

Tertium ſignum eſt, ſi ad prædicandum de Deo homo eſt promptus: Corde, enim lingua & manu. teſte Gregorio, amor Dei probatur. Hoc ſignum amoris proculdubio claruit in beato Franc. qui factus euangelicus pręco, non ſolum fratribus, & ſuis ciuibus ad annuntiandum Dei uerbum promptus fuit, & paratus, ſed ciuitates circuibat, & caſtra prędicās uerbum Dei. Ad hoc enim deſtinatus fuit a domino, ſicut celitus fuit inſtructus: ut ſua prædicatione conuerteret animas, quas dyabolus conabatur auferre.

Quartum ſignum diuini amoris eſt: ſi attente de Deo loqui audiatur. Qui habet mandata mea, ſcilicet in aure ad audiendum &c. ille eſt qui diligit me. Nil auidius optabat uir Dei Ioan. 14.

Fran. quam uerbum Dei audire. Et frequenter pergebat ad illos, qui gratiam loquendi de Deo habebant, ut patuit de eius acceſſu ad fratrem Bernardum, Primum fratrem, & eius ſocium etiã ſi ageret in remotis. Et quod uerum eſt, ſemel dum uellet audire loqui de domino Ieſu, & cuilibet ſociorum hoc mandaſſet: & ſigillatim quilibet perfeciſſet ipſis ſic de Deo loquentibus: in ſpecie pulcherrimi iuuenis in medio eorum apparuit dominus Ieſus, qui eis benedictis: tanta ſuauitate ſunt repleti: ut omnes fuerint rapti.

Quintum ſignum diuini amoris eſt: ſi locus Deo dicatus uiſitetur Chriſti exẽplo, qui ibat diluculo ad Dei templum. Franciſcus poſt mundi abdicationem, tres eccleſias reſarciuit: uidelicet ſancti Damiani, ſancti Petri: Et glorioſæ Virginis Mariæ. Ad Eccleſias derelictas ad orandum ibat de nocte. Scopabat eccleſias ex deuotione, & ad uiſitandum limina apoſtolorum Petri, & Pauli, Romam dum eſſet ſecularis deuotus acceſſit; Sic & ſanctum uiſitauit Iacobum de Gallicia.

Sextum ſignum diuini amoris eſt, eleemoſinarum indigentibus pro Dei amore largitio. d. Io. 1. Io. 3. Qui habuerit ſubſtãtiã huius mũdi, & uiderit fratrem ſuũ neceſsitatem habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo: quõ charitas Dei manet in illo? Pater. b. F. dum eſſet ſecularis firma ſe ſponſione conſtrinxit domino, ut uulli eleemoſinas denegaret, maxime ſi diuinum allegaret amorem. Habitu autem aſſumpto, nulli rei parcebat nec libris, quin omnia petẽtibus propter Dei amorem largiretur.

Septimum ſignum diuini amoris eſt, illata patienter ſufferre. Grego. Pœna interrogat ſi quietus ueraciter amat. b. Fran. dum cuncta pro Chriſti amore contemneret, a ciuibus luto impetitus, & ſaxis ut ſtultus, & ſurdus in omnibus pertranſibat. A patre anctus uinculis, & uerberibus affectus pro amore Chriſti ad cuncta perferenda ſe dixit promptiſsimũ. Et quando ibat per mundum: ut ignoto multa conuitia inferebantur, ſpecialiter quando ad Soldanum acceſsit. Exactus infirmitatibus uarijs, non quærimoniam, ſed Deo laudes referebat & gratias.

Octauum ſignũ diuini amoris eſt, ſi quæ Deo Ioan. 14. ſunt placita adimpleantur. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. beatus Fran. agnita uoluntate domini ſaluatoris de modo uiuendi euangelice, dum euangelium legeretur ſe per omnia regulæ apoſtolicę coaptauit: deponendo calciamenta, baculum, peram, & pecuniam. Ad quod exercendum dum ſciuit beatus Franc. ſe adeo eſſe directum: ſtatim ad prædicandum profectus eſt, uoluntatem diuinam ſuis præoculis, & operibus, ac deſiderijs iuxta ſaluatoris uota anteponens.

Nonum ſignum diuini amoris eſt, ſi a mundi amore frigeſcit, amor enim Dei, & mundi ſimul eſſe non poſſunt. Math. 6. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Et quanto ad amorẽ Dei quis aſſurgit feruentius; tanto a mundi amore frigeſcit verius. Vt totum ſe daret diuino amori beatus Franc. nihil penitus cõe, vel proprium cum mundo habere voluit: ſed ipſum facto, & corde penitus contempſit.

Decimum ſignum diuini amoris eſt, ſi Dei miniſtros, & ſeruos honorat, & libenter eiſdem deſeruit. In omni virtute dillige eum, qui te Eccl. 7. fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. Qui Math. 10. me recipit, recipit eum qui me miſit. beatus Franc. non ſolum ipſe effecit: ſed & mandauit, vt de eo cantatur. presbyteroſque monuit præcunctis reuereri. vt patet expreſſe in eius littera ad omnes Chriſtianos directa, & in ſuo teſtamento. Præfatis ergo ſignis apparet beatum. Fran. Deum dilexiſſe. Et ideo bene dicit dominus frater Bonaueutura in legẽda maiori parte 9. Loquens de beato Franc. Charitatem feruentem, qua ſponſi amicus. F. ardebat quis enarrare ſufficiat? Totus nanq; quaſi carbo ignitus diuini amoris flamma videbatur abſortus; Subito enim ad auditum amoris diuini excitabatur, inflamabatur, & quaſi plectro vocis extrinſecẽ corda cordis interior mouebatur. Et plura alia ad propoſitũ dicit. Deum dilexiſſe beatum Franc. ac ipſi ſoli Deo inheſiſſe, & ſi ex prædictis appareat: alijs põt nihilominus declarari; Ipſum enim Chriſto domino perfectiſsime inheſiſſe, fiduciamq; totã in eum poſuiſſe, oſtendunt plura.

Primum eſt pauperes & abiectos videlicet leproſos amando, & diligendo, eis ſeruiendo, ſubueniendo, & benefaciendo: ſicut patuit in milite nudo; quem beatus Franc. ſe nudato veſtiuit. In leproſo, cui pecuniam, & oſculum dedit: & ſic de alijs.

Secundum eſt, mundum propter Chriſtum deſerendo, coram epiſcopo patri abrenuntiando, & omni iuri paternarum facultatum.

Tertiũ eſt, eidem facta crucifixi apparitio; ei enim apparuit Chriſtus veluti cruci confixus: eius animam paſsionis vi penetrans, vt deinceps cum ipſius recordabatur: vix a lachrimoſis gemitibus ſe continere ualeret, & oculis cordis paſsionis memoriã ſemper adeſſet.

Quartum uerecundiæ omnis pro Chriſto ſuſceptio lætanter: Impetitus enim fuit a ciuibus luto platearum, & lapidibus, a patre verberibus afflictus, deriſus a fratre, & tandem mendicando uerecundiam abijciendo lętẽ cũcta portauit.

Quintum iuxta crucifixi mandatum eccleſiæ ſancti Damiani reparatio, quam uoluit primo uenditis multis reparare: ſed demum cũ duabus alijs ipſam ut hodie manẽt reparauit.

Sextum uitæ euangelicę per omnia ſuſceptio; Ad litteram enim ipſe ſanctum euangeliũ obſeruauit,

ſeruauit, non tranſgreſſus apicem unicum uel iota: & ipſe cum ſuis habet regulam in euangelio fundatam ſpeciali modo, & forma.

Septimum eſt ei a Chriſto facta ſubuentio, Chriſtus enim eum iuuit in cunctis, patuit in regulæ confirmatione ſuum per uiſionem cōmonefaciens uicarium, ut Dei famulo benignum præberet auditum, & concederet poſtu lata. Item Fran. de neceſſarijs ſubueniens cum ipſe Franciſcus ab urbe una cum ſocijs recederet poſt regulæ confirmationem. Et in mari Sclauoniç eleemoſinis ſibi datis per dies plurimos, omnes cum ipſo exiſtentes in mari nutriens. Sic in capitulo generali apud S. Mariā de portiuncula, ubi ultra quinq; milia fratres fuere neceſſaria ſufficientiſsime prouidens.

Octauum eſt paupertatis pro Chriſti amore dilectio, amplexus & deſponſatio: Hanc præ cunctis amauit, & in ea omnes excedere eſt conatus, ut infra conformitate ſeu fructu. 16. patebit.

Nonum eſt crucifixi meditatio, prædicatio, gloriatio, & contemplatio. Nihil aliud prædicabat, ſciebat, meditabatur, nec aliud fratribus ingerebat aſsidue meditandum, ſpeculandum niſi paſsionem dominicam, ſicut pluribus indicijs eſt oſtenſum, & probatū. Quod meditaretur crucem aſsidue fratri Leoni fuit monſtratum. Quod crucifixum prædicaret patet ex viſione fratris Pacifici ante dicta. Quod in oratione crucem contemplaretur, patuit in eleuatione ſui in aere in modum crucis. Quod uero in nullo alio gloriaretur, nec ſtuderet patuit in reſponſione data uni ſocio rum: Cum enim beatus Franc. eſſet infirmus grauiter a fratre quodam pro recreatione prę monitus, ut faceret aliquid coram ſe legi. Reſpondit ꝙ non indigebat, quia inquit ſcio Ieſum pauperem crucifixum.

Decimum eſt a Chriſto facta multiplex uiſitatio. O quoties dominus Ieſus patri beato Fran. apparere dignatus eſt. Et non ſolum ab ipſo, ſed a beata Virgine. Ioanne Baptiſta Ioanne Euangeliſta. Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo. Archangelo Michaele & Sanctis Angelis, prout infra ſuis patebit locis eſt uiſitatus.

Vndecimus eſt diaboli a beato Franc. ſuppreſſio; virtute enim boni Ieſu diabolum in heremitorio de Sartiano uicit, in eccleſiis de nocte ſuperauit, & a ciuitate Aretij, & a pluribus alijs potenter eiecit, ut infra dicetur.

Decimum ſecundum eſt deſideratæ mortis pro Chriſto totaliter oſtenſio: ter ad partes ſarracenorum acceſsit, ut martirij palmam aſſequeretur pro Chriſto: ſed quod optabat Deo ipſum fidelibus reſeruante, non perfecit: præfatis, alijſq; quam pluribus adduci ad hoc poſsibilibus apparet B. Fran. totam ſedulitatem & ſtudium poſuiſſe, ut Chriſto inhære ret per dilectionem (vt dicit Reſponſio ad primam queſtionem) vnde B. F. poterat dicere Chriſto illud. Adheſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua. Et quia ut dicit Apoſtolus. Qui adhæret Deo unus ſpiritus efficitur cum eo, ac tali adhæſina dilectione ſimilitudo inducatur, teſte Auguſtino, Hugone, & Bernardo ut ſtatim dicetur. Hinc eſt ꝙ B. Franciſco Chriſto inhærendo per dilectionem ſimilitudo inducta eſt, ideſt ſimilis ei factus eſt, ut hic ſit ille homo, quem Chriſtus poſt ſe ſimilē reliquit. Et ſic patet breuiter primum, quod erat pro thematis introductione declarandū. Secundo dico, quòd ſi quæratur quanta eſt Chriſti in B. F. actiuitas, & quid in eo placuit exercere. Reſpōdetur ꝙ Ieſus prodigium magnum in eo effecit ſtigmatum impreſsione.

Psal. 62. | 1. Cor. 6. | Eccl. 30.

Pro cuius euidentia eſt ſciendū, ꝙ Deus cū mirabilis ſit totus, vt pote faciens mirabilia, & inſcrutabilia abſque numero. In mundi principio mirabilis fuit mundum creando, & omnia contenta in ipſo: hominem tamen faciendo ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam mirabilior apparuit, quàm in conditione aliorum conditorum: Tum quia duo talia ſimul coniunxit, ſcilicet corpus, & animam: tum quia homo omnibus creaturis (angelis exceptis) nobilior eſt, & ſuperior naturali perfectione, & cui omnia, ut domino generali ſubiecit: uerum & ſi hominem ſic condere fuerit prodigioſum & mirabile, maius tamen eſt hominē facere ſibi ſimilē in ſanctitate, & uirtute; quia ſimilitudo naturalis ad ſalutem ſine perfectionali parum, imo nihil ualet promerendum, q a non naturalibus, ſed gratia habetur uita eterna: Super omnia tamen prodigioſum reperitur, & maximum, cum Deus hominem facit ſibi ſimilem, & conformem in anima, & corpore ſicuti egit in beato Fran. ratio quia talis ſimilitudo omnes includit pręcedētes, ſcilicet naturalem, & perfectionalem, & ſuperaddit imitatiuam per omnia, & tranſformatiuam.

Iob. 5.

Pro quorum euidentia eſt ſciendum ꝙ ſimilitudo prima diuiſione diuiditur, quia quędam eſt naturalis: quædam perfectionalis. Naturalis eſt duplex, ſcilicet expreſſa, & hęc eſt in nulla creatura, ſed ſolum in filio Dei, qui eſt Imago Dei inuiſibilis, & expreſſa, ut dicit Apoſtolus. Quædam eſt naturalis impreſſa, ſicut impreſſa dicitur forma ſigilli in cera, & hoc modo eſt anima ad imaginem, & ſimilitudinē Dei, quia Deus inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę, & impreſsit in hominem ſuā imaginem, & figuram, de qua dicitur. Similitudo perfectionalis eſt duplex, quædam ſimpliciter immitatiua, de qua dicit thema. Et ſaluator. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Et de Iuda qui factus eſt ſimilis Leoni in operibus ſuis. Alia eſt immitatiua & tranformatiua. Et hæc duplex reperitur.

Similitudo hominis ad Deum quotuplex ſit. | Heb. 1. | Gen. 2. | Matth. 6. | 1. Mach. 3.

ritur. Et quo ad animam ſolum, & quo ad corpus & animam ſimul. De prima ſcilicet transformatione animæ loquitur Hugo. 2. de arra ſpõſæ dicens. Scio anima mea ut dũ aliũ diligis, in eius ſimilitudinem transformaris. Et de perfecta transformatione in patria animæ in Deum loquitur Apoſtolus Ioannes in
Cap. 3. prima canonica ſua dicens. Quod ſimiles ei erimus, quoniã uiddebimus eum ſicuti eſt. De transformatione animę, & corporis nullibi expſſe habetur, ſed ſolũ habetur teſtimonio ſummorũ põtificũ in bullis ſuis ordini conceſſis, ꝙ facta eſt in B. Fran. Ad propoſitũ ſimilitudo naturalis multum hominẽ dignificat, quia factus ad imaginem non creaturarũ ſed Dei: Tum quia participatiuè conſors diuinæ factus naturæ: Tum quia magis arti, qua conditus eſt conformatur: Tum quia ex hoc capax Dei eſſe poteſt ſecundum doctores: Tum quia hac fit homo præſtantior cunctis creaturis Angelo inferioribus: Tum quia hac cum viuat vitæ perpetuę fieri poſſeſſor valet, ſi vult: Tũ quia & ſi hæc in homine ſimilitudo queat turpari, nulla tamen ui ab anima auferri põt. Quare ipſam habentem cõmendat, & Deum ipſam homini condonantem: quia eius commendat potentiam, ſapientiam, bonitatem, atque clementiam.

Prima oſtenditur de nullo creando.

Secunda ſic pulchram efficiendo.

Tertia ſuam bonitatem alijs participando.

Quarta non noſtris meritis, aut Dei indigentia, ſed noſtra commoditate efficiendo.

Simitudo ſecunda .ſ. perfectionalis, non ſolũ habentem dignificat: quia ſi ſequi & imitari ueſtigia Ariſtot. & philoſophorum, ad honorem ſic facientium, eſt hominum, multo fortius Deum hominem ſubſequi, & ipſi conformari, ſed & ſanctificat: Talis enim ſimilitudo imitatiua ſanctos facit, & reddit: & ipſa obtinetur, & non prima regnum cœlorum di. Chri
Ioan. 8. ſto. Qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris,
Matth. 10. ſed habebit lumen uitæ. Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus.
Iob 24. Iſtam habebat: ueſtigia eius ſequutus eſt pes
1. Cor. 11. meus. Et Paulus, cum dicit. Ego nihil putaui me ſcire inter uos niſi Chriſtum &. Hunc
Gal. 3. crucifixum. Et Chriſto confixus ſum cruci, uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus. & cap. vlti. Stigmata domini Ieſu in corpore meo porto. Hæc Deum dantem commendat, qui hanc operatur in nobis, quia om-
2. Cor. 3. nis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, & ſine ipſo
Ioan. 15. nihil agere valemus.

Tertia ſimilitudo, v3 trãſformatiua, & ſi quo ad animã eã nobiliter, quia ipſa præter ſimilitudinẽ naturalẽ, & imitatiuã facit eam deformẽ. ut dicit Vgo, & Boetius, & Deo modo ſinguli iungi & uniri, ut unus ſpũs efficiatur cũ ipſo, ut ait diuus apoſtolus Paulus. Quantũ etiam ad corpus hæc transformatio dignificat: uidelicet ut homo ſic transformatus Chriſto, ſimilis reperiatur, & Chriſtus tipicus nuncupetur: Hęc etiam Deum facientem extollit, quia nulla creatura eam ualet efficere, ut dicetur proprie loquendo. Nam ut ait Apo.
Nemo poteſt dicere dominum Ieſum, ideſt ſe 1. Cor. 12.
totaliter transformatiuè exprimere in Chriſtum niſi in ſpiritu ſancto, ſcilicet fiat effectiuè, qui amor eſt. Laudat etiam quia inſolitũ ꝙ uterque homo transformetur in Chriſtum, & ſi quo ad animam multotiens ſit factum, & fiat in uiris ſanctis. Quod tamen creatura reddatur uirtute creatoris ut poſsibile eſt per omnia ſimilis creatori ad gloriam eſt conditoris, eo ꝙ tam diſtantes ad inuicem iunguntur, & copulantur. Inſuper cum homo tali ſimilitudine deificetur iuxta modum loquendi Boetij. 3. de conſolatione proſa. 10. ꝙ ſicut adeptione iuſtitiæ, homo fit iuſtus, ſic deitatis participatione, adeptione, & transformatione Deos neceſſe eſt fieri, & ꝙ Deus unus eſt natura, participatione uero plures: hoc autem fiat a Deo: ipſe altiſsimus hanc ſimilitudinẽ participãdo homini commendatur ut bonus & pius. Extollitur etiam ipſe transformatus. Primo quia tali transformatione fit homo ſimilis Deo ultima ſimilitudine poſsibili.

Secundo quia ipſum omnis creatura extollit cernendo cum ſummi regis imagine & ſimilitndine præ cæteris decorari, & conſequenter effectu tali eum ab ipſo Deo plus alijs diligi & amari.

Tertio quia talis appetitus naturalis quieſcit, dum obtinet quod naturaliter appetit. ſ. Deo ſimilari, & copulari.

Quarto quia hoſtibus fit terribilis, ſcilicet demonibus talis ſimilitudinis effigiem gerendo. Sanctis amabilis in eo Dei bonitatem expreſſam declaratam intuentibus. Imitabilis uiris perfectis: peccatoribus præbet lumen, & oſtẽdit uiam, qua poſsint ad ſe redire & ad cor, & conſequenter ad Deum qui talia operatur.

Quinto etiam eſt uexilifer ſummi Dei eius ſignum ferendo. Cancellarius ſigillum ſummi regis imagine impreſſum, & decoratum ſecũ gerendo. Theſaurarius donum ſummum poſſibile creaturæ non unitæ ſuſcipiendo, & retinendo.

Sexto quia futuræ gloriæ hac ſponſione, & an nullo ſubarratur, ut ipſam adipiſcatur poſt mortem.

Septimo extollitur eccleſia tam triumphans, quàm militans: quod enim Ieſu capitis quis in humanis conditus habeat imaginem inſignitam in directionem lumen, & gaudium omnium eſt fidelium & beatorum: Plura alia poſſunt adduci, de quibus plenius conformitate & fructu. 31. diceretur; Quibus apparet quòd Deus, & ſi ſimilitudines antedictas imprimendo

Quomodo poſsibilis eſt transformatio.

do & largiendo mirabilis ſit, ſupermirabilis tamen extitit totum hominem in ſe transformando.

Sed reſtat inquirendum, an ſit poſsibile hominem ad hanc ſimilitudinem transformatnam peruenire: Et quo medio ad hanc ſpecialiter peruenitur.

Ad prefata reſpondeo primo, quòd poſsibilis eſt talis transformatio, intelligendo per trãſformationem iuxta uim, & ſonum uocabuli ꝙ ſit in formam alterius tranſitio, Et hæc poſſibilitas transformationis oſtenditur poſsibilis.

Auicena.

Primo in naturalibus, patet per Auice. 6. naturalium parte. 4. cap. 19. Vbi dicit, ꝙ ex anima ſolet accidere in materia corporali permutatio complexionis, quæ acquiritur ſine actione, & paſsione corporali, ita ꝙ calor accidit ex non calido, & frigiditas ex non frigido; Cũ enim imaginatur anima aliquam imaginem, & corroboratur in ea, ſtatim materia corporalis, recipit formam habentem comparationẽ ad illam, aut qualitatem. Et cap. 4. dicit. Attende o medice diſpoſitionẽ infirmi cum credit ſe cõualeſcere, aut ſani cum credit ſe ęgrotare. Multotiens enim contingit ex hoc, ut cũ corroboretur forma in anima eius, patiatur ex ea materia, & proueniat ex hoc ipſius ſanitas, & infirmitas: Et hæc eſt actio efficatior, quàm illa, quam agit medicus inſtrumentis ſuis, & medicinis. Et ponit exemplum de eunte ſuper trabem, qui ſi cadere non audebit, ambularet ſuper eam, eo ꝙ imaginatur in anima eius formam cadendi vehemẽtius impreſſam, cui obedit natura eius, & virtus membrorum non pręſumit contraire, ſcilicet ad erigẽdum & ambulandum. Idem dicit. (Augu. 11. de Trin.) Animã habere dominium transmutandi corpus ad qualitatem, vt poſsit immutare ſicut veſtimentũ ſuum: Et ponit exemplum de illo, qui tanta concupiſcentia inflammabatur in amore mulieris, ut videretur cũ ea commiſceri carnaliter, Et de illis, qui ſolis imaginationibus illuduntur. Hoc idem patet exemplo ſcripturæ (Gen. 30.) de virgis Iacob. Sic ergo patet, ꝙ eſt poſsibilis transformatio in naturalibus rebus.

Secundo eſt poſsibilis in artificialibus, patet de figura ceræ, vel terræ impreſſa.

Tertio eſt poſsibilis in moralibus, patet de habitibus virtuoſis, & vitioſis; quibus homines diuerſimode transformantur.

Quarto transformatio eſt poſsibilis inter ſpiritum, & ſpiritum: patet per Ber. d. ꝙ anima eſt plus vbi amat, quàm vbi animat. Per Vgonem in 3. de arra ſponſe, vt ſupra dictum eſt. Et per B. Aug. 10. de tri. c. v. Vbi dicit, ꝙ tanta eſt vis amoris, ut mens noſtra ea quæ ex amore cogitaui, extrahat ſecum: Et ponit ulterius, ꝙ cũ corpora per ſenſus corporis adamantur, & non poſsit anima ea trahere, trahit eorum imagines &c. quibus patet poſsibilitas transformationis ſpiritus in ſpiritum, & hominis in hominem.

Quinto eſt poſsibilis transformatio inter animam, & Deum.

Primo Chriſti uerbo, ubi eſt theſaurus tuus ibi eſt, & cor tuum. Matth. 6.

Secundo per Apoſtolum. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus efficitur cum Deo. 1. Cor. 6.

Tertio ꝑ Io. Cũ apparuerit ſimiles ei erimus. cap. 3.

Quarto per cõmentatorem. 12. Meth. comento. 37. vbi dicit Primum cœlum mouetur ab iſto motore ſecundum deſiderium primi, ut aſsimiletur ei ſecũdum ſuum poſſe, ſicut amãs mouetur, ut aſsimiletur ſuo amato.

Quinto per Augu. ſuper primam cãno. Io. c. 1. Homelia. 1. Si Deum diligis Deus es, ſi terram terra, ſi cœlum cœlum, & talis eſt quiſquis, qualis eſt eius amor.

Sexto per Boetiũ de conſol. vt ſupra dictũ eſt. Et per Pſal. Ego dixi dij eſtis. (Pſal. 81.) Et per Apoſtolum, uiuit uero in me Chriſtus. (Gal. 11.) Sic ergo apparet poteſtas transformationis animæ in Deũ. Sed ꝙ tam corporaliter, quàm ſpiritualiter ſit hęc transformatio poſsibilis, patet Dei potentia penſata: Non ꝙ corporaliter tranſit homo in Deum, qui ſpiritus eſt, & eius ſimilitudinem, Sed bene in ſimilitudinem domini. noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt Deus, & homo, ut ſtatim dicetur hoc oſtendendo factum in beato Fran. Sed qua ui, & quomodo habeat fieri patet ex dictis pro parte, ꝙ ui amoris, ut dictũ eſt per Ber. Hug. & Aug. Et ideo dicit beatus Aug. 8. de trinitate. c. ultimo. (Aug. de tri.) Quid eſt Amor, niſi quædam uita duo aliqua copulans, uel copulare appetens amantem, ſcilicet, & amatum. Sed nota, ꝙ non quilibet amor, ut potẽ remiſſus habet talem uim, ſed iuxta modum loquendi Ber. debet eſſe præceps, & uehemens. & Petri Rauenatis, ut uincat oĩa dicẽtis cum Apoſtolo Rom. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti &c. (Rom. 8.) Sed ulterius poſſet quæri, quomodo hic amor arguitur, aut oſtenditur: Reſpondẽo ꝙ operum exhibitione, vt dicit Greg. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis: ſed quorum operum dicit Saluator. Si præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea, (Ioan. 15.) ſicut & ego pręcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Præfatorũ ergo operum exhibitione amor oſtenditur, & declaratur.

An uero Chriſtum ſequi, & eius præcepta ſeruari ſit poſsibile: patet per beatum Auguſtinum, ꝙ ſic, in ſermone plurimorum martirũ, qui Incipit: Quotienſcunque fratres Cariſsimi &c. Se etiam ſequi Ieſus mandauit Apoſtolis; quare ipſum imitari eſt poſsibile: Patet ergo iam dictis transformationis poſsibilitas, & quomodo fiat. Ad propoſitum ergo noſtrum hæc optatio tã prodigioſa, in quo

ſanctorum

ſanctorum eſt facta? Certe in nullo alio niſi in beato Patre noſtro Franciſco, ut aſſerit eccleſia Romana, & fidelibus ingerit ad credendum. Hoc aſſerit Papa Gregorius Nonus: In bula, quæ Incipit, Confeſſor domini glorioſus. In alia bulla, quæ incipit, Non minus dolentes accepimus. In tertia bulla, quæ incipit, Vſque terminos orbis terræ. Papa Alexander. 4. In prima bulla, quę Incipit, Grande & ſingulare miraculum. In ſecunda bulla, quę Incipit, Benigna diuinę operatio uoluntatis. In tertia bulla, quę incipit, Si nouę letitiæ militantis eccleſiæ. Papa Nicolaus Tertius. In bulla, quæ incipit, Litteras Felicis recordationis. Gregorij Papæ Noni in Decretali ſua, quę incipit: Exijt qui ſeminat. Papa etiam Benedictus, qui feſtum de ſtigmatibus colendum conceſsit ordini. Auctoritate pręfatorũ, nec non & ſignorum, ſeu miraculorum factorum, non ſolum oſtenditur beatum Franciſcum a Chriſto ſtigmatizatum pręalijs, Sed ꝙ huiuſmodi prodigium, uidelicet impreſsio ſacrorũ ſtigmatum diuina ſolum potentia fit per actũ: non natura, nec arte, ſeu quauis alia forti imaginatione, & uehementi, quòd etiam patet.

Teſtimonium ſummorũ Põt. de ſtigmatibus. B. F.

Stigmata. B, F. ſi naturaliter arte ſed diuina potentia facta ſunt.

Primo miraculis ſtigmatibus patratis, de quibus dicetur conformitate, & fructu. 31. Et cum ſolius Dei ſit operari miracula, nec humana arte fiant, ſeu naturæ uirtute, propoſitum ſequitur incunctanter.

Secundo hoc idem perpenditur, ſi forma ſtigmatum in manibus, & pedibus ſancti facta cogitetur: nam in manibus, & pedibus eius ſunt facti claui, ſiue de neruis ſiue de carne, qui quidem claui deſuper erant quo ad capita ſolidi, groſsi, & obtuſi, erant longi, & extra manus, & pedes protendebantur, & recuruabantur; intra quarum recuruationem arcualem ipſorum, digitus manus immitti ualebat, ſicut dicit dominus frater Bonauentura epiſcopus Albanenſis ſanctæ eccleſię Rom. Cardinalis. In 13. parte legendæ maioris ſe habuiſſe ab illis, qui, hoc uiderũt & palpauerunt, & ſic eſſe iuramento firmauerunt. Modo dato ꝙ natura, uel imaginatio haberet uim aperiendi carnem, facere tamen clauos de neruis, ſiue de carne ſic duros, & tali forma diſpoſitos adiuncta arte quacunque facere nullatenus poſſet. Patet etiam hoc idem, ſi conſideretur materia, de qua tales claui ſunt facti. beatus enim Aug. loco ſupra allegato. ſ. 11. de trini. c. 4. dicit. ꝙ anima habet uim corpus immutãdi, ubi materia eſt tenera, & formabiliter, ubi uero materia eſt durior imaginationi non obedit. Sed cum materia pedum, & manuum, & pręcipuè in loco, vbi fuerunt ſtigmata impreſſa, ſit tota neruoſa, & durior, quàm in alijs partibus corporis, non poteſt virtute naturæ, ſeu imaginationis aliquod tale fieri in eiſdem locis. Similiter de vulnere lateris in tali forma, & loco tali præfatis de cauſis fieri non potuit vi naturæ, nec imaginationis, nec virtute naturæ tanto tempore imputribile potuiſſet conſeruari, ſicut fuit in ipſo patre, quia per bienniũ, Cui vulneri, & alijs ſtigmatibus, quia ſanguis defluebat non vnguentum, ſed petię ad ſanguinem reſtringuendum ponebantur. Vehemens imaginatio paſsionis. d. Ieſu ſi haberet ſtigmata naturaliter imprimere, hoc præ omnibus in beata fuiſſet Maria matre ipſius. d. redemptoris, & in eius corpore, quæ præ cunctis Chriſtum amauit, & de eius paſsione condoluit, ꝙ tamen in ea ſit factum eccleſia non ponit. Dominus igitur noſter Ieſus. Chriſtus ſua potentia, voluntate, & virtute, & per ſeipſum, & ſi ſub ſpetie, Seraph apparuit in beato Fran. prodigium impræſsionis ſuorum ſacrorum ſtigmatum eſt tam mirabiliter, quàm efficaciter operari dignatus: Fecit ergo Deus magna in beato Fran. qui potens eſt. Nam poſuit in ipſo prodigia ſuper terram. Et beatus Fr. poteſt dicere illud. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus, Et ſic patet ſecundum, quod declarandum, videlicet: Qualis fuit Ieſu Chriſti in beato. F. actiuitas, & operatio, & quid in ipſo placuit exercere. Nam prodigium nunquam ante, nec alijs factum voluit in ipſo peragere. ſ. paſsionis ſuæ ſtigmata imprimere.

Et nunc inter ipſius doctores à Santiſs. D. D. Sixto V. Pont. maxi aſcriptus.

Lucæ 1.
Pſal. 45.
Dan. 4.

Tertio dicebam, quòd ſi quæratur quæ ſit B. F. ſublimitas, & in quo loco a Deo pro gloria locatur. Reſpondetur ꝙ præmium magnum habet in cœlo; Nam in ſede celſa dicitur reſidere; vbi ſciendum quod ſi de præmio, & gloria beati Franciſci infra conformitate ſeu fructu. 37. dicetur, pro nunc tamen, vt ad quæſitum reſpondeatur, beati Franciſci magna eſt gloria. Si enim iuxta Magiſtrum ſententiarum 2. diſt. 1. & 9. homines ſancti ad ordines ſecũdum eorum merita aſſumuntur cœleſtium ſpirituum, & in eiſdem locantur: beatus Franciſcus in ordine ſeraphico locatur. Quod patere poteſt.

Primo quia incendio ſeraphico, & ad Chriſtũ, & ad animas fuit in vita pſenti totaliter ignitus, & ſic eiſdem ſimilis: quare & nunc in gloria eorum, & ordine inuenitur. Et ꝙ incendio ſeraphico beato Fran. fuerit ignitus oſtendit currus igneus, in quo fratribus apparuit tranſfiguratus; Eiuſdem quoq; patris amplexus factus fratri Maſſeo eius ſocio, quando eum accepit infra brachia ſtrinxit, & ſubleuauit a terra, & demum impulit; ſenſit enim frater ipſe tali amplexu tantum de calore, & ſpiritus cõſolatione, ac ſi in medio fuiſſet fornacis ardẽtis, Incendium beati Franc. fuit expertus homo, beatum Fran. ſuo aſello deducens tempore niuis, & magni algoris, qui ab ipſo tactus manu ſummi caloris incendio eſt ignitus. Idipſum Abbas Sancti Iuſtini de Peruſio, pro quo

patet

pater orauit, eſt in ſe expertus. Ad probandũ etiam beatum Franciſcum eſſe virum ſeraphicum,& ſeraphico incendio eſſe igniendum,& transformãdum impreſsione ſacrorum ſtigmatum, in ſpetie ſeraph: Ieſus Chriſtus ei apparere eſt dignatus. Sic ergo præfatis ſimilitudine ſociatus, eiſdem eſt nunc in gloria immixtus, & copulatus. Quibus & alijs quæ hic omittuntur, quanta eſt gloria B. F. euidenter aſtruitur,& monſtratur; & conſequenter apparet reſponſio ad tertiam quæſtionem præmiſſam declarata, ꝙ B.F. in cœlo præmium habet magnum, vt de ipſo dicatur domino Ieſu.
Psal. 8. Gloria & honore coronaſti eum, & conſtitui ſti eum ſuper opera manuum tuarum. Ex quibus declaratis apparet, ꝙ dominus Ieſus fecit B. F. habilem vt ars eſſet,& normula ſuorum, vt dicit prima ratio declarata pro primæ quæſtionis ſolutione; Nobilem ſeu ſpectabilem, vt dux eſſet & ſpecula rectorum, ut dicit reſponſio ſecunda declarata pro ſecundę quæſtionis ſolutione; Spectabilem vt eſſet lumen in præſentia Iuſtorum, prout patet ex reſponſione tertia data ad tertiam quęſtionis ſolutionem. Quare concluditur ꝙ ſimilem fecit illum in gloria ſanctorum, quæ fuerunt verba thematis prælibata, in quibus verbis iuxta tria prædicta, videte quõ b. F. eſt amoris regula; Ieſu enim hũit incendia, mundo prauo totaliter deſpecto, quia ſimilem, ſcilicet Ieſu Facto ris opera: hũit enim eius inſignia crucis ſigno veraciter percepto, quia fecit illum: Ei dominus victoris præmia tribuit, & præconia cœli dono fęliciter accepto, quia in gloria eſt ſanctorũ; vide ergo quomodo in uerbis prędictis oſtenditur b. F. ad Chriſtum conformitas ſingularis ex uita uirtuoſa, quia ſimilem; præclaritas, & celebritas uirtualis in fama radioſa, quia fecit illum; Felicitas æternalis ex ſtola dignitoſa, quia in gloria ſanctorum.

Primo dico, ꝙ in dictis uerbis oſtenditur conformitas ſingularis B. F. ad Chriſtum. Sed in quo? certe in uita uirtuoſa, quia dicitur quòd Chriſtus eum fecit. ſ. ſibi ſimilem, uidelicet primo in vita,& demum in ultimo, uidelicet ſimilitudine ſuę ſacratiſsimę paſsionis prę alijs ſanctis.

Pro cuius euidentia eſt notandum, ꝙ ſicut experientia,& philoſophi aſſerunt,& ars omnis cum natura teſtatur & affirmat: forma naturalis in ſubiectum, ſeu materiam nullo modo inducitur, niſi prius materia præuijs alterationibus ſit diſpoſita, ordinata, & formę introducendę conformata, & aſsimilata: Quare & in ſpiritualibus, & in noſtro propoſito ſi in aliquem ſanctorum forma, & ſimilitudo omnimoda Chriſti transformatiua debet induci, decet talem ſanctum Chriſto conformari, cõuenire,& ſimilari: Et quauis materia in principio alterationis formæ introducendæ diſsimilis inueniatur, in ultimo tamen facta alteratione ſimilis reperitur. Sic & homo,& ſi diſſimilis Chriſto ſit ex ſe diſsimilitudine non naturali, ſed perfectionali & imitatiua, utpote, quia natura, filius iræ, ad hoc ut in Chriſtum mente transformetur & corpore, debet ei iungi & ſimilari imitatiue, & perfectionaliter: Ratio & ſi iam ſit dicta, ſpecialis eſt tamen, quia contraria iungi ſimul nequeunt. Cum ergo in tali ſimilitudine trasformatiua anima uniatur Chriſto,& cum Chriſto Deo unus fiat ſpiritus, exigitur aſsimilatio,& ꝙ omnis abſit contrarietas,& oppoſitio. Chriſtus ergo ſua miſericordia,& gratia volens in Eccleſia tam militanti, quàm triumphanti, cum ſit ſanctos condens,& rex regum, vnum ſigniferum, & vexilliferum, theſaurarium, & cancellarium habere: qui ſua victricia ſigna ferret, & poſt quẽ omnes iræ poſſent, beatum Fran. ſuæ paſsionis ſtigmatibus,& ſignis conſignauit in vltimo, prius eum tamen tam ante ortum, quàm poſt ortum ſibi reddendo conformem in vitę actibus, prout eſt poſsibile mortalem hominẽ ſequi dominum, eiuſque proſequi veſtigia, & imitari. Et quia hic oſtendere conabor in hoc opere gratia diuina faciente; Ideo ſufficit nunc ſuccincte perſtringere in quibus, & quomodo beatum Franciſcum Chriſtus ſibi aſsimilare eſt dignatus. Et quia per modum cuiuſdam arboris hæ ordinantur conformitates, & vt quidam fructus: In hac arbore ponã 20. ramos, quorum 10. ſint ad dexteram, & 10. ad ſiniſtram, & cuilibet ramo. 4 fructus, ſeu conformitates duas de Chriſto,& duas de beato Franc. inſeram,& ſic ad fructus 80. ſiue conformitates aſcendent, quarum. 40. ſunt de Chriſto,& 40. de B. Fran. Deſcriptio arboris cõformitatum.

In primo igitur trunco arboris duo exeunt rami, unus uerſus dexteram, alius verſus ſiniſtram. Principium arboris.

Franciſce ſeques dogmata ſuperni creatoris.
Tibi impreſſa ſũt ſtigmata Chriſti Saluatoris.

In primo ramo uerſus dexterã ponuntur duæ conformitates, ſiue fructus uidelicet.

Ieſus prophetis cognitus, Fran. declaratur.
Ieſus emiſſus celitus. Franciſcus deſtinatur.

In ramo uerſus ſiniſtram duę ſimilitudines, ſeu conformitates, ſiue fructus ponuntur, videlicet.

Ieſus lætè progenitus. Franciſco vir lętatur.
Ieſus magis exhibitus. Franc. Amplexatur.

In ſecundo truncho ſunt duo rami, Vnus verſus dexteram continens duas conformitates, ſimilitudines, & fructus; uidelicet.

Ieſus paruus inſequitur. Franc. agitatur.
Ieſus abiectus cernitur. Franc. ſeparatur.

Ramus alius uerſus ſiniſtram duas habet ſimilitudines & fructus, ſcilicet.

Ieſus hoſti exponitur. Franciſcus moleſtatur.
Ieſum cętus proſequitur. Fran. fœcundatur.

In tertio trunco arboris, duo rami infiguntur. Primus verſus dexteram, & habet duas conformitates, & fructus videlicet.
Ieſus legem dat populis. Franc. regulator.
Ieſus doctor mirabilis. Franc. prædicator.
Secundus ramus verſus ſiniſtram, duas alias continet ſimilitudines, & conformitates, ſeu fructus, ſcilicet.
Ieſus mandans diſcipulis. Franc. deſtinator.
Ieſus loquens humilimis. Franc. reſerator.
In quarto trunco ponuntur duo rami, vnus verſus dexteram, & habet duos fructus, ſiue conformitates, uidelicet.
Ieſus ſignis munificus. Franciſcus diuulgatur.
Ieſus paſtor ſolicitus. Franciſcus animatur.
Alius ramus verſus ſiniſtram continet duos fructus, & conformitates, ſcilicet.
Ieſus ſtola clarificus. Franciſcus ſubleuatur.
Ieſus inops & modicus. Fráciſcus fœderatur.
In quinto truncô arboris infiguntur duo rami, vnus verſus dexteram, habens duos fructus, & conformitates, videlicet.
Ieſus ſubmiſſus omnibus. Fran. minoratur.
Ieſus Propheta Lucidus. Franciſcus radiatur.
Secundus verſus ſiniſtram ramus habet duas alias conformitates, & fructus, videlicet.
Ieſus vacans laboribus. Franciſcus Imitatur.
Ieſus pacē dat fluctibus. Fráciſcus ſolidatur.
In ſexto trunco apponuntur duo rami.
Primus uerſus dexteram, & habet duas conformitates, ſeu fructus, videlicet.
Ieſu demon expellitur. Franciſcus effugator.
Ieſu aqua conuertitur. Fran. commutator.
Secundus ramus verſus ſiniſtram habet duos alios fructus, & conformitates, videlicet.
Ieſus orans inſpicitur. Franciſcus exorator.
Ieſu turba reficitur. Franciſcus miniſtrator.
In ſeptimo trunco conſeruntur duo rami, vnus uerſus dexteram habens duas ſimilitudines, fructus, & conformitates, videlicet.
Ieſus uita ſpectabilis. Franciſcus operator.
Ieſus candor ſignabilis. Fráciſcus indagator.
Alius ramus uerſus ſiniſtram habet duas alias conformitates, & fructus, ſcilicet.
Ieſus rex uenerabilis. Franciſcus excitator.
Ieſus dux formidabilis. Fráciſcus deteſtator.
In octauo trunco ponuntur duo rami.
Primus uerſus dexteram, habens duas conformitates, & fructus, uidelicet.
Ieſus cum ſuis comedens. Franc. emulatur.
Ieſus deuotos imbuens. Franciſcus fabulatur.
Secundus ramus uerſus ſiniſtram, habet duas alias conformitates, & fructus, uidelicet.
Ieſus crucem ſuſcipiens. Fran. conſignatur.
Ieſus uita deficiens. Franciſcus euocatur.
In nono trunco ponuntur duo rami.
Primus uerſus dexteram, & continet duas cõformitates, & fructus, uidelicet.
Ieſu genus eripitur. Franciſcus conſtipatur.
Ieſu corpus in truditur. Fráciſcus tumulatur.
Secundus ramus uerſus ſiniſtram, duos alios habet fructus, & conformitates, ſcilicet.
Ieſu decor attenditur. Franciſcus uenuſtatur.
Ieſus ductor ſuſcipitur. Franciſcus laureatur.
In decimo trunco, & ultimo innectūtur duo rami, unus uerſus dexteram, & duas habet cõformitates, & fructus, uidelicet.
Ieſus tranſcendens angelos. Fr. ſublimatur.
Ieſus mittens apoſtolos. Franc. uir iuuatur.
Alius ramus uerſus ſiniſtram habet duos fructus, ſiue conformitates, ſcilicet.
Ieſus ſaluans mæſtiſsimos. Fr. mors fugatur.
Ieſus ditans digniſsimos. Fra. cuncta dantur.
Finis arboris.
Franciſce Ieſu tipice dux, formaque minorū.
Per te Chriſti mirificè ſunt geſta, & donorū.
Mala pater egregie propelle animorum.
Sedes nobis perpetuas da regni ſupernorum.
Quibus fructibus inferius declaratis patebit B. F. ad Chriſtum conformitas, & uita uirtuoſa; ut dicit. Primum membrum ſecundę diuiſionis thematis, ut de B. Franc. ob hoc dicatur illud. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Eccl. 44.

Franciſce Ieſu typice: dux formaq; minorum
Per te Chriſti mirifice ſunt geſta, & donorum

Mala pater egregie propelle animorum
Sedes nobis perpetuas da regni ſupernorum.



Secũdo dico, ꝙ in dictis verbis oſtẽditur. B. F. celebritas, & pręclaritas, ſanctitate, & fama radioſa cum additur [fecit illum], vt hoc uidcatur, ſcilicet qualiter, quomodo, & ad quid Deus fecit B. F. oſtenditur Gen. 1. & 2. ubi ſic ſcribitur. Ait Deus, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, uolatilibus cęli, & beſtijs terræ, uniuerſæque creaturæ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et ſequitur, formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuentem. Sequitur, poſuit eũ in paradiſo, ut operaretur, & cuſtodiret illũ. Et ibidem, Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas, & ſubditur ꝙ Deus ait, ꝙ non erat bonũ eſſe hominem ſolum, & fecit ei adiutorium ſimile ſibi. Et tulit unam de coſtis eius, & ex ea Euam ædificauit. In quibus uerbis oſtenditur, ꝙ beatus Fran. fuit homo.

B. F. qualis homo fuerit.

Primo ſingulariſsimus, & a Deo in mundum deſtinatus, non caſu fortuitò, aut hominum conſilio; ſed diuina prouidentia, qua regulãtur omnia: ideo ad hoc oſtẽdendum dicitur, faciamus, ꝙ uerbũ eſt totius trinitatis. B. Frã. ad mundum dirigentis, de quo conformitate ſecunda, & fructu dicetur.

Secundo ꝙ fuit homo ſinceriſsimus, & a corporis brutalitate ſegregatus, quia homo fuit, & per conſequens non ſenſualis, aut ſenſualitati corporis deditus; ſed ab ea ſeparatus, rationabilis, & rationi ſubditus, & ſubiectus. Sic enim motus ſenſuales refrenauit pœnitentia arctiori, ut hoſtem domeſticũ perfectè ſubijceret, & ſine difficultate rationi pareret.

Tertio ꝙ fuit homo perfectiſsimus, quia ad imaginem Dei.

Quarto homo exemplariſsimus, quia ad Dei ſimilitudinem.

Quinto in uita regidiſsimus, quia piſcibus maris præfuit.

Sexto Angelis dilectiſsimus, quia uolatilibus cœli iunctus fuit.

Septimo cunctis peccatoribus amiciſsimus, quia beſtijs terræ.

Octauo Deo unitiſsimus, ideo præfuit uniuerſæ creaturæ.

Nono diabolo infeſtiſsimus, quia omni reptili terræ.

Decimo ſua reputatione abiectiſsimus, quia de limo terræ.

Vndecimo gratia p̃eniſsimus, quia inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ.

Decimoſecundo operatione uirtuoſiſsimus, quia factus eſt in animam uiuentem.

Decimotertio Deo contemplatione intentiſſimus, quia in Paradiſo ſemper erat.

Decimoquarto uerbo efficaciſsimus, quia operatus eſt ſalutem multorum.

Decimoquinto in omnibus ordinatiſsimus, quia cuſtodiuit ſe, & alios.

Decimoſexto, Imitator Apoſtolorum, & perfectorum, quia ex omni ligno comedit.

Decimoſeptimo execrator ſcelerum contra Deum cõmiſſorum, quia de ligno mali non comedit.

Decimo octauo paupertatis deſponſator, & abdicator terrenorum, quia adiutoriũ ſimile ſibi, uidelicet contubernium paupertatis eſt ſibi datum.

Vltimo ordinator omnis ſanctitatis, & religionis, quia ex eo eccleſia quo ad tres ordines eſt formata; tres enim propagines ex ipſo ſunt uelut ex lateris coſta germinatæ, & productæ. Præfata non extendo probando, quia ſermo nimis eſſet prolixus. Quibus apparet quanta eſt B. F. præclaritas ſanctitatis, & famę ſiue uirtutis eius celebritas, quia dicitur in Secundo membro thematis, ꝙ fecit illum, ut B. F. dicat Chriſtus illud. Feci tibi nomen grãnde, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra. Celebre factum eſt nomen eius nimis. 2. Reg. 7.

Ratio quia glorificauit eum in conſpectu regum, & oſtendit illi gloriam ſuam, in fide, & lenitate ipſius ſanctum fecit illum. Et ſequitur, 1. Reg. 18.

excelſum fecit illum, & ſimilem ſibi. Et ſic patet ſecundum. Eccl. 45.

Tertio & ultimo dico, ꝙ in dictis uerbis oſtenditur beati Franc. fœlicitas æternalis, & ſtola prçecioſa; quia in gloria eſt ſanctorum: Exponendo quomodo intelligitur ꝙ beatus Fran. eſt in gloria ſanctorum, conſequenter apparebit quanta eſt eius fęlicitas.

B. F. quõ intelligatur eſſe in gloria ſanctorum.

Vbi ſciendum ꝙ beatum Fran. in gloria eſſe ſanctorum intelligi multipliciter poteſt.

Primo ꝙ ea, quæ ſunt ad gloriam ſanctorum Deus fecit in beato Fr. cum. n. ad gloriam ſanctorum ſint ipſorum uirtutes, ut pote ad gloriam Abel eſt, fuiſſe puriſsimum, & ſuum ſacrificium a Deo reſpectum Gen. 3. Ad gloriam Enoch in paradiſum tranſlatum Gen. 5. Et ſic de alijs ſanctis, tam ueteris, quàm noui teſtamenti: de quibus dicetur conformitate prima, & infra conformitate. 25. vbi oſtenditur, ꝙ uirtutes aliorum in Beato Fran. fuerunt, intelligitur ꝙ B. F. fuit factus ſimilis Chriſto in his, quæ in ſanctis effecit, qui ſunt in gloria ſanctorum

Secundo poteſt intelligi ꝙ beatum Fran. Chriſtus fecerit ſibi ſimilem in gloria ſanctorum, quia cum bonitas, pulchritudo, utilitas, & magnitudo effectus in opificis laudem ſit, & gloriam, beatum Fran. ſic faciens Chriſtus, cum conditor ſit omnium, & pręcipuè ſanctorum, talemq; faciẽs, in gloria ipſe eſt ſanctorum.

Tertio poteſt intelligi, ꝙ in gloria eſt ſanctorum; quia beatus Fran. habet ꝙ alijs habent de gloria, & ſuperaddit, quia cum angeli non ſint omnes eiuſdem ſpeciei, & hoc ſaltem eſt

uerum quo ad præmium; quia non ſunt in eodem gradu, & ſi præmium habent eiuſdem ſpeciei; qui eſt in premio maior, non ſolum gloriam habet inferioris, ſed ſuperaddit, ſic intelligendo q̃ habet tantum de gloria ſicut inferior, & ſuperaddit, ſicut ſpecies ſuperior continet inferiorem perfectionaliter, & ſuperaddit ſicut in Angelis, ſiue cęleſtibus ſpiritibus eſt ponendum.

Quarto poteſt intelligi, q̃ ſit in gloria beatorum, & ſanctorum: Cum enim ſumma charitate ſe diligant beati, & tantum de bono gaudeant alterius, ut de proprio, ut docet Anſelmus de ſimilitudinibus, beati gloriam beati Fran. cernentes gaudent, & ſic in gloria accidentali eſt ſanctorum.

Quinto poteſt intelligi q̃ in gloria eſt ſanctorum: quia cum b. F. præ alijs Chriſto fuerit uita, & transformatione corporali conformior; quare & in gloria eſt ſibi propinquior, & conſequenter in gloria eſt ſanctorum, quia propinquior alijs ſancto ſanctorum, ſcilicet Ieſu qui eſt gloria ſanctorum.

Sexto poteſt intelligi iuxta experientiam cõmunem, Quanto.n. quiſquis magis ſtat iuxta Regem, & ſibi Rex ſuum ſigillum cõmittit, & ſecreta, & eum facit ſuum uexilliferum apud ipſum; tanto glorioſior talis ab alijs reputatur: Cum igitur Ieſus iuxta ſe, ut ſuum uexilliferum beatum Fr. teneat, prout uidit dominus Rodulfus Erphordienſis epiſcopus, qui factus eſt hac uiſione frater minor, & duo ciues de VENETIIS qui locum fecerunt de contrata ad honorem b. F, apud ipſum regẽ Chriſtum, in gloria eſt ſanctorum, ideſt præ alijs ſanctis Virgine beata & Apoſtolis exceptis.

Septimo poteſt intelligi, q̃ b. F. in gloria eſt ſanctorum, ideſt ſi ſancti ſunt ad gloriam Dei, & aliorum ſic & ipſe; Ipſe enim eſt in gloria, & ad gloriam.

Ptimo Dei patris, a quo in mundum ipſe Frãciſcus deſtinatus eſt, quia ad quæ miſſus eſt efficaciter expleuit.

Secundo filij Dei, qui ipſum ſibi per omnia ſimilauit.

Tertio ſpiritus ſancti, qui ipſum ſanctificauit, ſicut patuit ex cedula quam uidit frater Leo de cœlo ſuper caput. B. F. deſcendere, & reſidere ubi erat ſcriptum: hic eſt gratia Dei.

Quarto Beatæ Marię, quæ ut mitteretur in mundum patri ſuplicauit, & filio ſicut conformitate, & fructu ſecundo dicetur, Ac Franciſci præcibus indulgentiam pro peccatoribus in eccleſia ſanctæ Mariæ de portiuncula impetrauit.

Quinto Apoſtolorũ Petri, & Pauli, qui ipſum Romæ in Eccleſia ſancti Petri amplexantes oſculati ſunt.

Sexto beatorum Ioannis Baptiſtæ, & Ioannis Euangeliſtæ, qui ipſum cum Beata Maria, & Chriſto uiſitantes ſunt conſolati.

Septimo Archãgeli Michaelis, & aliorum cœleſtium ſpirituum, quibus fuit ſpeciali deuotione coniunctus: ipſumque multis conſolationibus, miriſq; lætificauerunt, ut patuit de citharedo ſibi apperente, cuius pulſatione ab infirmitate corporali fuit liberatus.

Octauo ſeraphin, qui in præſenti promeruit eorum ardere incendio.

Nono omnium cœleſtium ſpirituum, cũ eius prędicatione, uita, & exemplo ad ſtatum perfectionis multi conuerſi, eorum ruinam reparauerint; nec circa tales eorum cuſtodia fruſtra eſt operata.

Decimo Apoſtolorum, quorum uitam euangelicam ad litteram obſeruauit.

Vndecimo martirum, quibus deſiderio, & opere quãtum in eo fuit, cruciſque in ſuo corpore baiulatione aſsidua per tollerantiam infirmitatum, & paſsionum iungi peroptauit.

Duodecimo Patriarcharum, quibus filiorum in Dei ſeruitio, multiplicatione ſe copulauit.

Tertio decimo Prophetarum, quibus eſt annexus cordium intuitu, & abditorum.

Quarto decimo confeſſorum, quibus Deum laudando, & auſtere uiuendo ſe conformauit.

Quinto decimo ſanctorum Doctorum, quorum exemplo plebem aſsidue, uerbo, & exemplo informauit.

Sexto decimo uirginum, quarum puritatem, & integritatem in ſe habuit, & conſeruauit.

Decimo ſeptimo omnium electorũ, quos ſuo conſortio, & gloria lętificat, & illuſtrat.

Decimo octauo Eccleſiæ triumphantis, quia uexillifer eſt in ipſa ſummi Imperatoris Ieſu Chriſti.

Decimo nono Eccleſię militantis, quæ meruit talem uirum inſeruiſſe cœlis, & aduocatum apud dominum poſsidere.

Vigeſimo ciuitatis Aſsiſij, quæ ſanctificata eſt, nobilitata, nominata, & glorificata in ipſo cum ſuis fratribus: Sicut Italiæ & Thuſcie prouinciarum, quarum accola fuit hic uir Angelicus Franciſcus, eiuſque morum ſignorũ, & uirtutum præalijs participes ſunt: Mons ille ſacer Aluernæ gloria b. Franciſci gaudet, & iocundatur, in quo Chriſtus ſtigmata imprimendo b. Franciſco ipſum diligere præalijs montibus orbis mirifice declarauit.

Vigeſimo primo, Fratrum minorum, Si enim ad gaudium diſcipulorum eſt magiſtri prouectio, exercitus prudentia ducis bellantium, uexilliferi fortitudo, & ſtrenuitas: Ouium cuſtodia paſtoris, & filiorum glorificatio patris; Cum ipſe pater noſter b. F. ſit magiſter, dux, paſtor, & pater, de eius magnificentia, & exaltatione tam in præſenti, quam in gloria gaudere debemus, & lætari: Quia b. F. glorificatio noſtri ordinis eſt approbatio; Fidelium

deuotio

deuotio; Cupiſtium perfectè viuere, directio: & pauperum omnium, quorum ipſe pater dilector fuit præcipuus exultatio. O quantum ſaluatori nos fratres minores obligamur; qui nobis talem præbuit patrem, & directorem, poſt quem nobilitas mundi eo abiecto incedit deuotius, vtriuſque.ſ.ſexus multitudo in tribus ordinibus ab eo inſtitutis, Chriſto domino ſe dedicando vt conformitate octaua dicetur, ipſum patrem referant diuinis præuétum muneribus, perfectum operibus, vita imitabilem, uerbo efficacem, deuotione præclarum, cunctiſq; Chriſtum diligétibus amabilem, & gratioſum: Hoc denique patre ordo noſter uelut capite ſingulariſsimo, puriſsimo, & perfectiſsimo inſignitur, dirigitur & mirificatur, ac totus Chriſto conformis conuincitur, & probatur. Non fecit Deus taliter omni nationi; nec ſic ut ordini noſtro talem patrem concedendo, ipſum in præſenti vita gratificando, diuulgando, magnificando, ſtigmatizando, gloria & honore coronádo, & ſuper alios exaltando, & ſublimando, ac ordinem noſtrũ per ſonis inſigniſsimis nobilitate generis, rectitudine operis, & ſcientiæ claritate dignificádo; cum igitur hæc ſint ad gloriam noſtram, actori omnium bonorum Chriſto Ieſu ad vices rependendas gratiarum inducimur, & tenemur. Vigeſimo ſecundo in gloria b. b. eſt omnium Chriſtianorum fidelium, ut potè qui fuit uir Chriſtianiſsimus, & exéplar omnis perfectionis, in ipſoq; humana eſt natura dignificata, & Chriſti paſsionis inſignijs decorata; cuius ueſtigijs inhærendo nullus exorbitat, eius directionem tenédo, quæ ſunt recta peragit, ac eius protectione adiuti, a diabolo nõ ſinuntur opprimi in præſenti. Animæ a purgatorio in ſuo natalitio liberantur, & demum in gloria collocantur; Iam dictis ergo modis, & expoſitionibus, quomodo b. F. ſit in gloria ſanctorum patet luculenter, & per conſequens ſua fœlicitas declaratur ex ſtola pro prẽmio percepta glorioſa: nam in gloria eſt dicti patris. Et ſic apparet declaratio uerbi propoſiti, uidelicet, quo Chriſtus b. patrem Franciſcum ſimilẽ fecit, ideſt illum ſibi ip ſi conformando uita, & paſsionis ſuæ ſtigmatibus, ut dictum eſt breuiter, & infra latius declarabitur, & nunc in cœlo deificando ipſum in gloria ſanctorum, collocando, & ſtatuendo; ad quam gloriam ſaluator omnium dominus Ieſus Chriſtus nos perducat b. F. meritis, qui cum patre & ſpiritu ſancto Deus uerus regnat, & uiuit per infinita ſæcula ſæculorum Amen.

Phil. 3.

Explicitur Prologus. Incipit liber qui dicitur conformitatum. Et primo de ordine ſeruando in hoc opere.

EXPEDITVS a Prologo iſtius operis, Chriſti Ieſu gratia opilante, meritis. b. F. patris noſtri ad opus, quod de conformitate uitæ b. F. ad uitam domini Ieſu intitulatur, eſt amodo accedendum: Circa cuius proceſſum pro euidentia clariori dicendorum, iſtum ordinem ſeruabo; Nam ante omnia ponam fructum, ſeu conformitatem ipſam, de qua loqui intendo: & demum expoſitionem ſubnectam: nerum quia cum quilibet fructus, ſeu conformitas duas partes contineat, quarum una eſt de domino Ieſu, & ſecunda de b. F. primo poſita prima parte, ipſam exponam, & conſequenter ponendo ſecundam partem exponam, prout diuina gratia ſubminiſtrabit.

INCIPIT LIBER PRIMVS de duodecim Fructibus ſiue conformitatibus uitæ b. F. ad uitam domini noſtri Ieſu CHRISTI, ſunt.

1	*Ieſus prophetis cognitus*	*Franciſcus declaratur.*
2	*Ieſus emiſſus cęlitus*	*Franciſcus deſtinatur.*
3	*Ieſus Ieſe progenitus*	*Franciſcus vir lætatur.*
4	*Ieſus Magis exhibitus*	*Franciſcus amplexatur.*
5	*Ieſus paruus inſequitur*	*Franciſcus agitatur.*
6	*Ieſus abiectus cernitur*	*Franciſcus ſeparatur.*
7	*Ieſus hoſti exponitur*	*Franciſcus moleſtatur.*
8	*Ieſum cœtus proſequitur*	*Franciſcus fœcundatur.*
9	*Ieſus legem das populis*	*Franciſcus regulator*
10	*Ieſus doctor mirabilis*	*Franciſcus prædicator.*
11	*Ieſus mandans diſcipulis*	*Franciſcus deſtinator.*
12	*Ieſus loquens humilimis*	*Franciſcus reſerator.*

FRVCTVS PRIMVS, ET Conformitas huius libri, uidelicet Ieſus prophetis cognitus. Franciſcus declaratur. Expoſitio primæ partis, uidelicet Ieſus prophetis cognitus



SAPIENTIA illa ſuperna, uerbum, & candor lucis æternæ, dominus Ieſus Chriſtus, qui omnia in põdere, & menſura conſtituit, gubernat, ac diſponit: ad nos ſua mirifica miſericordia, & pietate uenire diſponens per carnis aſſumptionem, ne ſuus aduentus ignotus foret hominibus, aut ex inſperato ueniret, ut uenientem dominum, & ad nos deſcendentem homines ſuſciperent, debi

te agnoſcendo ſuum ad nos deſcenſum, mul-
tiplici via, & modo voluit ipſum eſſe teſtatum,
ideſt tam factis, quàm verbis, tam figuris, quã
prodigijs, tam præuijs illuminationibus, quã
aſſertiuis ſermonibus, tam figurarum enigma
tibus, quam prophetarum oraculum, patres
antiquos, & prophetas de hoc informando.
Quod enim carnem Deus aſſumendo ad nos
deſcendere deberet, ipſe reſerauit patribus ſe
incarnandum, de eis promittendo videlicet,
Gen. 22. Abrahæ. In tuo benedicentur omnes gen-
Gen. 26. tes. Iſaac, Iacob, vbi de hoc Iacob certi-
Gen. 28. ficatus dicit. Non auferetur ſceptrum de Iu-
Gen. 49. da, nec dux de femore eius, veniat, qui mitten
dus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Et
ſubdit. ſalutare tuum expectabo domine. San
cti etiam alij & prophetæ, & patres de hoc a
Deo illuminati, & certificati ipſum incarnan-
Gen. vlt. dum mundo prædixerunt, ſicut Ioſeph: domi
Deut. 18. nus viſitabit vos. Moyſes: prophetam de gen-
te tua, & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi domi
nus Deus tuus, ipſum audies; Qui autem ver-
ba eius, quæ loquetur nõ audierit, ego domi-
nus vltor eius exiſtam. Idipſum Dauid pro-
Pſal. 131. miſit: Iurauit dominus Dauid ueritatem, de
fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam,
Pſal. 71. propter quod dicit, deſcendet ſicut pluuia in
vellus &c. Sequitur: orietur in diebus eius iu-
ſtitia &c. Salomon de hoc informatus dicit:
Sap. 18. Dum medium ſilentium tenerent omnia, &
nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſer-
mo tuus domine exiliens de cœlo à regalibus
ſedibus venit. Ariolus ille, & gentilis Balaam
Num. 24. a Deo de hoc illuſtratus dicit. Orietur ſtella ex
Iacob, & cõſurget virga ex Iſrael, & percutiet
duces Moab, vaſtabitq. omnes filios Seth, &
erit Idumea poſſeſio eius. Iſaias quoque a
Iſa. 7. Deo de hoc irradiatus dicit: Ecce virgo con-
cipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius
Hier. 31. Emanuel. Sic & Ieremias: Nouum inquit fa-
ciet dominus ſuper terram, femina circunda-
Baruc 5. bit virum. Baruch hoc prædixit. Exue te Ieru
ſalem &c. ſequitur: ſuper miſericordia, quæ ve
niet tibi ab eterno ſaluatore tuo. Ezechiel id
Ezech. 44. ipſum prophetauit: Vidi portam in domo
domini clauſam. Et ſequitur; dixit dominus
ad me, porta hæc clauſa erit, & nõ aperietur,
& vir non tranſiet per eam, quoniam dominus
Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clau-
Dan. 11. ſa principi. Daniel de hoc locutus eſt: In die-
bus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus
cœli regnum aliud, quod non diſsipabitur in
æternum, & regnum eius alteri populo nõ tra-
detur. Et ſequitur; ipſum ſtabit in ęternum.
Mich. 5. Micheas diuino afflatus ſpiritu pronuntiauit
Deum naſcendum in Bethleem, dicens: Tu Bethleẽ
terra effrata paruulus es in millibus Iuda, ex
te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael,
& egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.
Age. 2. Aggęus hoc quoque dixit. Adhuc vnum modi-
cum, & ego mouebo cœlum & terram. Et ſe-
quitur; veniet deſideratus cunctis gẽtibus &c.
Per Zachariam hoc fuit prædictum: Ecce rex Zach. 9.
tuus ueniet tibi &c. Sic Malachias: Statim ue- Malach. 3.
niet ad templum ſanctum ſuum dominator,
quem uos quæritis &c. Et de alijs prophetis:
qui ut prædicti de futuro domini in carnem
aduentu a Deo illuminati prædixerunt. iuxta
illud quod dixit Amos: Non faciet dominus Amos. 3.
uerbũ, quin prius loquatur ad prophetas ſuos.
Et Zacharias pater Io: Baptiſtæ dicit; locutus Lucæ 1.
eſt per os ſanctorum, qui a ſęculo ſunt prophe
tarum eius. Et non ſolum præfata de domino
incarnando iam dictj præfati ſunt, ſed multa
alia, ut patet in libris eorum ſunt poſita; ut
oſtendatur ꝙ eius aduentus fuit ſanctis reue-
latus. Nec ſolum Dei ad nos deſcenſus per car
nis aſſumptionem eſt reuelatus, ſed uita quo
ad actus ſingulos ipſius domini incarnãdi eſt
reuelata, tam uerbis, quàm figuris a Deo ipſis
patribus & prophetis: quæ omnia completa
eſſe in domino Ieſu, ſancta euangelia proteſtã- Actus vitæ Chriſti quibus verbis, & figuris ſint prædicti.
tur, & clamant. Vt igitur præfata uideantur,
eſt ſciendum ꝙ eiſdem uerbis, & figuris eſt re-
ſeratus.

Primus actus uitæ Chriſti: uidelicet ꝙ debe-
ret ex ſemine Abrahę, & aliorũ patrum oriri.
Et primo uerbis, ut prædictum eſt reſeratum
fuit Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & Dauid, ꝙ corpu
lentam ſubſtantiam ab ipſis traheret. Secundo
figuris Altare factum ab Abraam, Iſaac natus
ex Abraham, Iacob ex Iſaac, Et ſic de filijs eo-
rum: omnes figuræ fuerunt Dei deſcenſuri, &
ab eis oriendi ſecundum corpulentam ſubſtã
tiam. hoc completum eſſe oſtenditur, in domi
no Ieſu Mat. ubi oſtenditur per patrum genea Matth. 1.
logiam ad nos per carnis aſſumptionem do-
minum Ieſum adueniſſe.

Secundus actus uitæ Chriſti, & eſt ſecundus in
ordine: ꝙ debebat naſcendus nuntiari tam
per hominem, quàm per Angelum, iuxta illud
ſupra allegatum. Non faciet dominus uer- Amos 3.
bum &c. Et ꝙ naſcendus fuerit pręnuntiatus,
patet ex promiſsione facta Abrahæ Iſaac, Ia-
cob, Dauid, & alijs, & per ipſum Deum loquẽ
tem patribus, & Angelum: Figuris patet in
Iſaac qui ſic fuit naſcendus patri ab Angelo Gen. 18.
nuntiatus. Sanſon matri & patri. Ioſias hoc Iudic. 13.
impletum Lucas oſtendit in euangelio ſuo. 1. Reg. 13.
Angelum Beatæ Mariæ Chriſtum de ipſa na- Luc. 1.
ſcendum prænuntiaſſe.

Tertius actus uitę Chriſti eſt: uidelicet ꝙ de-
beret naſci de Virgine, hic fuit declaratus.
Primo uerbis. Iſa. Ecce uirgo concipiet, & pa Iſa. 7.
riet filium &c. Per Hier. Nouum faciet domi- Hier. 31.
nus ſuper terrã &c. Per Ezech. porta hæc &c. Ezech. 44.
ut dictum eſt ſupra. Secundo Figuris in uirga
Aron ſine ſui corruptione ſubito florente, &
fructum faciente. Numeri. In ligno uitæ po- Num. 17.
ſito in medio paradiſi in terra incorrupta.

In

Gen. 2. In rore deſcendente in vellus. In lapide exci-
Iud. 7. ſo de monte ſine manibus. hoc eſſe comple-
Dan. 2. tum in domino Ieſu Chriſto oſtendit euange
Lucæ 2. liſta Lucas. vbi ſuperuentione ſpiritus. ſ. incor
rupta manens beata Maria Chriſtum peperit.
Quartus actus vitæ Chriſti eſt: ꝙ naſci in Be
tlheem deberet: hic fuit declaratus Primo
verbis per Micheam vt allegatum eſt. Tu Beth
thleem eſtrata &c. Secundo Figuris videlicet
2. Reg. 16. in Iſay patre Dauid. In Dauid, & Deodato.
2. Reg. 21. qui in Bethleem orti ſunt. Hoc completum
fuit in Ieſu, qui tempore generalis deſcriptio
nis orbis natus in Bethleem: vt dicit euange-
Luc. 2. lium.
Quintus actus vitæ Chriſti: videlicet, ꝙ in lo-
eo tali naſci deberet. ſ. præſepio, & locari vbi
bos eſſet & Aſinus: fuit oſtenſus. Primo ver-
bis per Iſa. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum,
Iſa. 1. & Aſinus præſepe domini ſui. Secundo Figu-
Exo. 1. ris: videlicet per Moyſen qui ſtetit in loco
Iob. 1. vili, ſcilicet fiſcella. Et Iob in ſterquilinio ac-
Luc. 2. cubauit, hoc impletum eſſe, Lucas oſtendit
dicens: ꝙ B. Maria reclinauit puerum Ieſum
in Pręſepio quia non erat ei locus in diuer-
ſorio.
Sextus actus vitæ Chriſti eſt ꝙ deberet circun-
cidi. Hoc verbis, Primo eſt oſtenſum per illud
Gen. 17. dictum Habraæ. Omne maſculinum circunci-
detur in vobis. ſecundo Figura per Iſaac die
Gen. 20. octauo circuncifum. Hoc impletum eſſe in Ie-
Luc. 2. ſu oſtendit Lucas. c. 2. dicens ꝙ poſt octo dies
puer Ieſus circunciſus eſt.
Septimus actus vitæ Chriſti, videlicet ꝙ a cun-
ctis gentibus eſſet adorandus fuit oſtenſus,
Primo verbis. Adorabunt eum omnes reges
Pſ. 71. 85. oēs gentes ſeruient ei. Et omnes gentes quaſ
cunque feciſti venient, & Adorabunt coram
Iſa. 60. te domine: per Iſay. Omnes gentes ad te cur-
rent. Secundo Figuris in adoratione Ioſeph a
Gen. 42. fratribus, qui fuerunt paſtores ouium. In uene
ratione Salamonis ab omnibus regibus. In
3. Reg. 14. adoratione quam fecit populus, ideſt Deo &
2. Paral. 17 3. Dauid, & in Ioſaphat. Hoc cōpletum oſtē
Math. 2. dit Mat. dicens, Ieſum Adoratum a Magis ei-
dem etiam munera offerentibus.
Octauus actus vitæ Chriſti eſt: videlicet ꝙ ad
templum duci deberet, & Deo præſentari. Hic
Mala. 3. oſtenſus fuit; Primo verbis. Ecce ego mit-
to &c. Sequitur ſtatim veniet ad templū ſan-
ctum ſuum dominator, quem vos quæritis.
Secundo Figuris per Samuelem dictum a ma-
1. Reg. 2. tre ad templum. Per filios primogenitos, qui
Exo. 13. ad templum ducebantur. Hoc impletum eſſe
Luc. 2. Lucas dicit. In Ieſu, quem Mater adduxit ad
templum, vt ſiſteret eum domino.
Nonus actus vitę Chriſti eſt ipſius fuga ī Aegy
ptum. Hoc oſtenſum eſt. Primo verbis per
Iſa. 19. Iſayam. Aſcendet dominus ſuper nubem le-
uem, & ingredietur Aegyptum. Secundo Fi-
Gen. 12. guris per deſcenſum Habraæ in Aegyptum, &
per deſcenſum Ieremiæ, & per fugationem Ie- Hier. 43.
ptæ. Hoc impletum dicit Matheus in Ieſu quā Iud. 12.
do Ioſeph diuino mandato tulit puerum Ie- Math. 2.
ſum, & Matrem eius a facie Herodis in Aegy-
ptum.
Decimus actus vitæ Ieſu eſt videlicet, ab Aegy
pto regreſſio, & reuocatio. Hoc prædictū fuit: Oſeæ. 11.
primo verbis. Ex Aegipto vocaui filium meū.
Et per Balaam Deus eduxit illum de Aegy- Nūm. 33.
pto: & Oſeæ, ex Aegypto vocaui filium meū Oſeæ. 11.
Secundo oſtenſum eſt figura. In Ieroboam re
uocato ab Aegypto. Hoc impletum eſt in Ie- 3. Reg. 12.
ſu, quem cum matre ab Aegypto Ioſeph redu
xit diuino monitu.
Decimus primus actus vitæ Ieſu eſt uidelicet,
ꝙ in medio doctorum deberet ſedere, & ſtare. Math. 2.
Hoc oſtenſum eſt primo uerbis, Deus ſtetit in
Sinagoga deorum in medio autem Deos diju Pſal. 81.
dicat &c. Secūdo figuris per Dauid ſedentē 2. Paral. 2
in cathedra ſapiētis. Et per Salomonē. 3. Reg. 3. Reg. 9.
9. cui dictum eſt, beati uiri qui audiunt ſapiē-
tiam tuam. Hoc impletum eſſe. Lu. oſtendit in
Ieſu, qui cum eſſet annorum. 12. Aſcendit in tē Luc. 2.
plum, & ſedit in medio doctorum, ſuper cuius
prudentia, & reſponſis mirabantur omnes.
Decimus ſecundus actus uitæ Chriſti eſt, uide
licet, ꝙ Ioannes Bapt. ante ipſum pręmitti de
bebat; ut ei uiam præpararet. Hoc primo uer
bis oſtenſum eſt. Ecce ego mitto angelum Malach. 3.
meum, qui præparabit uiam ante faciem tuā.
Secundo figuris, de angelo, qui præceſſit Moy
ſen, Ioſue & filios Iſrael. Et de prophera, qui Exo. 23.
præceſſit prædicens Ioſue aduentum. Hoc im 3. Reg. 13.
pletum eſt in Ieſu, quem Ioannes præiuit: ut
habetur Math. & Ioan. Math. 3.
Decimus tertius actus uitæ Chriſti eſt. ꝙ ba- Ioan. 1.
ptiſmum inſtituere debebat in aqua, quo a
peccato mundari deberet homo. Hoc oſten-
ſum eſt. primo uerbis per Ezechielem, qui in Ezec. 36.
perſona Chriſti d. Effundam ſuper uos aquam
mundam, & mundabimini ab omnibus inqui
namentis ueſtris, & dabo uobis ſpiritum no-
uum. Secundo figuris, In Naaman, qui de-
ſcendit in Iordanē, & lauit, & reſtituta eſt ca-
ro eius, & mundatus eſt. In Iudith, quæ bapti 4. Reg. 5.
zabat ſe in fonte. Hoc oſtenditur completū Iud. 12.
in Ieſu Mat. & Lu. qui vim regeneratiuā aquis Mat. 3.
dedit ſe baptizando. Luc. 3.
Decimus quartus actus vitæ Chriſti eſt: vide-
licet. ꝙ a diabolo tentari deberet. Hic oſten-
ſus eſt primo verbis. ſ. per Zacha. vidi Ieſum Zach. 3.
ſacerdotem magnum, & ſequitur, Sathan ſta-
bat a dextris eius, vt aduerſaretur ei. Secundo
figura in Iob. qui a diabolo fuit tentatus, ſed Iob 1.
non ſuperatus. Hoc impletum eſſe oſtendit
Mat. ꝙ Ieſus tentatus fuit a diabolo in deſer- Math. 4.
to, ſed non ſuperatus.
Decimus quintus actus vitę Chriſti eſt, videli-
cet ꝙ deberet ieiunare. Operui in ieiunio ani Pſal. 34.
mam meam. & genua mea infirmata ſunt a ie- Pſal. 108.
iunio.

Exo. 34. iunio. Secundo hoc oſtenſum eſt figuris.ſ.
3.Reg.19. Moyſi qui ieiunauit 40.diebus,& 40.noctibus.
3.Reg. 21. 3.Reg. 17. Dauid, Achab, & Heliæ. Nemię. Hoc impletũ
Nemie 1. eſt, quando Ieſus ieiunauit 40. noctibus.
Math.4. Decimus ſextus actus vitæ Ieſu eſt, ꝙ angeli ei
miniſtrare deberent. Hic eſt oſtenſus primo
Pſal. 90. verbis. dicit Angelis ſuis Deus mandauit de
te, &c. Secundo figura in Elia, cui angelus
appoſuit panem & vas aquę, & vt comederet
3.Reg.17. imperauit. Hoc impletum eſſe in Ieſu oſten-
Math. 4. dit Mat. di. ꝙ a d. Ieſu tentatione ſuperata, ad
eum angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.
Decimus ſeptimus actus vitæ Chriſti eſt, vide-
licet ꝙ deberet populum docere, & prędicare.
Iſa. 58. Hic oſtenſus eſt. Primo verbis, venite aſcenda
mus ad montem domini. ſequitur, & docebit
nos vias ſuas. &c. Et annuntia populo meo ſce
2.Eſdre. 8. lera eorum. Secundo figuris. In Eſdra qui do
Eccl. vlt. cuit populum. 8. In ſapiente Eccleſiaſtæ, qui
docuit populum. Eccleſiaſt. vlt. Hoc impletũ
Mat.5.&9. eſſe in Ieſu. di. Mat. quomodo docuit popu-
lum: ac ciuitates circuibat, & caſtra docen-
do.
Decimus octauus actus vitæ Chriſti eſt: videli-
cet ꝙ deberet eſſe ſpiritu ſancto, & propheti-
Iſa. 9. co plenus. Hic oſtenſus eſt Primo verbis. Re-
quieſcet ſuper eum ſpiritus ſapiétię &c. Moy.
Deut. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de fratri
bus veſtris, ut ſupra. Secundo figuris. ſ. omniũ
prophetarum Iſa. Iere. Ezech. & cęterorum.
Hoc impletum eſt in Ieſu, uoce populi accla-
Luce. 7. mantis. Propheta magnus ſurrexit in nobis
di. de ipſo domino Ieſu Chriſto.
Decimus nonus actus vitæ Chriſti eſt: uideli-
cet ꝙ diſcipulos pauperes & abiectos habere
Iſa. 61. & 29. deberet. Hic oſtenſus fuit Primo uerbis;
Spiritus domini ſuper me, euangelizare paupe
ribus miſit me. In die illa &c. Secundo fi-
Iſa. 8. guris in Iſaia, q. dicit. Ego & pueri mei, quos
dedit mihi dominus. &c. In Eliſeo cui adhæ-
4.Reg.4. ſerunt pauperes filij prophetarum. Sic & in
Moyſe, cuius miniſter & diſcipulus Ioſue fuit.
Num.11. Hoc impletum dicit in Ieſu. quando apoſto-
Math.4. los ad ſuum diſcipulatum uocauit.
Vigeſimus actus uitæ Ieſu, eſt paupertatis di-
lectio, & ꝙ deberet eſſe pauper, & ipſam pau-
pertatem amare. Hoc primo uerbis oſtenſum
Pſal.87. fuit. Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuen-
Pſal. 68. tute mea. & ego ſum pauper & dolens &c. Se-
4.Reg.4. cundo figuris. In Eliſeo, qui pauper fuit. In
Thob. 4. Tobia, qui dicit. Pauperem uitam gerimus. In
3.Reg. 17. Elia qui nihil habuit. Hoc impletum eſt in
Math. 8. Ieſu, qui dicit. Vulpes foueas habent, & uolu-
cres cœli nidos, filius autem hominis non ha-
bet vbi caput ſuum reclinet. Habuitq; diſcipu
Math. 9. los, qui omnia dimiſerunt.
Vigeſimus primus actus uitæ Ieſu eſt: uideli-
cet ꝙ iuſtitia deberet exercere. Hic oſtenſus
Iſa. 11. eſt primo uerbis. Erit iuſtitia cingulum lum-
Iere. 23. borum eius &c. Iere. Faciet Iudicium & iu-
ſtitiam in terra. Secũdo figuris in Dauid, qui
faciebat iudicium, & iuſtitiam omni populo.
In Iob, qui dicit. Iuſtitia ut lorica indutus Iob 29.
ſum. Hoc impletum eſt in Ieſu primo uerbo, Math.5.6.
docendo. Secundo opere. Reddite quæ ſunt Math.22.
Cęſaris Cęſari, & quę ſunt Dei Deo. Et Io. ha- Ioan. 3.
betur quo ipſam exercuit in uendentibus in
templo.
Vigeſimus ſecundus actus uitæ Chriſti eſt: vi-
delicet ꝙ deberet humiliter conuerſari. hic
oſtenſus fuit primo uerbis. Ecce ſeruus meus. Iſa. 42.
&c. Et Pſal. Humiliatus ſum uſquequaque do Pſal. 118.
mine. Secundo figuris in Moyſe, qui fuit mitiſ
ſimus ſuper omnes terram inhabitantes. In Num.12.
Dauid, qui dicit humilis ero &c. Hoc imple- 2.Reg.6.
tum eſſe in Ieſu oſtendit Math. dicens ꝙ Ieſus Math.11.
dixit, Diſcite a me: quia mitis ſum, & humi
lis corde.
Vigeſimus tertius actus uitæ Chriſti eſt: uide-
licet ꝙ ſua doctrina a Iudæis contemni debe-
ret & reprobari. Hic oſtenſus eſt primo uer-
bis. Tota die expandi manus meas ad populũ Iſa. 65.
contradicentem mihi. &c. per Iere. Non au- Iere. 7.
dierunt me &c. Secundo figuris. ſ. Iſaiæ, Ier.
Ezechiæ, Micheæ, & aliorum immo prophetarum,
quos iudęi non audierunt immo interfecerũt.
Et iſtud impletum eſt in Ieſu. Ioan. dicit, ꝙ Iu- Ioan. 8.
dæi de Chriſto dixerunt. Tu de te ipſo teſti-
monium perhibes: teſtimonium tuum nõ eſt
uerum.
Vigeſimus quartus actus uitæ Chriſti eſt: uide
licet ꝙ ipſe deberet miracula operari. Hic
fuit oſtenſus. Primo uerbis. Tunc aperien- Iſa. 35.
tur oculi cęcorum: & aures ſurdorum pate-
bunt. &c. Et Iob faciet magna, & inſcrutabi- Iob. 5.
lia, & mirabilia ſine numero. Secundo figu-
ris per Moyſen, Qui fecit ſigna & prodigia in Deut.vlt.
Aegypto. Exodi capitulis pluribus, & Deuter.
In Elia, & Eliſeo: qui plura miranda fece- 4.Reg.4.
runt. Hoc impletum oſtendit Matthæus, &
alij Euangeliſtæ in Ieſu, dicentes ipſum dediſ
ſe lumen cęcis, claudis greſſum, ſurdis auditũ,
mutis uerbum, mortuis uitam, & alias omnes
curaſſe infirmitates.
Vigeſimus quintus actus uitæ Chriſti eſt: uide
licet ꝙ deberet populum, & turbam cibare.
Hic oſtenſus eſt. Primo uerbis. ſuſcitabo ſu- Ezec. 34.
per gregem meum qui paſcet eos, & cætera.
Secũdo figuris in Moyſe, cuius precibus Deus
mãna populo per 40. annos dedit. In Eliſeo, 4.Reg.4.
qui oleum & panes multiplicauit ordeaceos.
& pauit plures. Hoc impletum oſtendit. Mar. Mat.14.
in Ieſu, qui bis de paucis panibus ſaciauit ul-
tra quatuor milia hominum.
Vigeſimus ſextus actus uitæ Chriſti eſt: uideli-
cet ꝙ in ſuo corpore ſacrificium inſtituere de
beret. Et hoc in materia panis, & uini. Hic
oſtenſus eſt primo uerbis. Faciet dominus Iſa. 25.
in monte hoc cõuiuium cunctis gentibus &c.
Zach. Quid (inquit) eſt bonũ, & quid pulchrũ? Zach. 9.

Reſpondet niſi frumentum electorum, & vinū
Prou. 9. germinans virgines. Sapientia ædificauit ſibi
domum, poſuit menſam, id eſt panem, & mi-
ſcuit vinum, & ante dicit ꝙ imolauit victimas
&c. Secundo figuris. Et primo in Melchiſe-
Gen. 14. dech qui obtulit panem, & vinum. In Noe,
Gen. 9. qui fecit Deo ſacrificium, In pane, qui pone-
Gen. 16. batur in menſa in tabernaculo. Hoc imple-
Math. 16. tum dicit. In Ieſu, qui panem in corpus ſuū,
& vinum in ſanguinem ſuum conuertendo,
ſummum ſacrificium ordinauit.
Vigeſimus ſeptimus actus uitæ Ieſu eſt, videli-
cet, ꝙ deberet regnū eccleſiaſticū ordinare,
Iſa. 9. hic oſtenſus eſt. Primo uerbis, multiplicabi-
Dan. 2. tur eius imperium &c. Et Dan. 2. Suſcitabit
Deus regnum cœli &c. Secundo figuris in Ha
Gen. 17. braam, cui dictum eſt. Faciam te creſcere in
2. Reg. 5. gentem magnam. Dauid, & alijs qui regnum
Matt. 19. ſuum accreuerunt. Hoc impletum eſſe oſten-
Lucæ 2. dit. In vocatione apoſtolorum. Et Lucas. In
deſignatione aliorum diſcipulorum. 72.
Vigeſimus octauus actus uitæ Chriſti eſt, vide
licet ꝙ deberet pro cultu Dei zelare. Hic oſtē
ſus eſt. Primo uerbis Pſal. dicen. zelus do-
Num. 26. mus tuæ comedit me. Secundo figuris in Fi-
3. Reg. 19. necs, qui zelatus eſt pro domino. In Helia. in
1. Mach. 2. Matatia. Hoc impletum in Ieſu oſtendit Ioan-
Ioan. 2. nes. Quando de templo eiecit uendentes, &
Math. 21. Math.
Vigeſimus nonus actus uitæ Chriſti eſt videli-
cet, ꝙ eum principes ſacerdotum deberent
Pſal. 118. perſequi. Hic oſtenſus eſt primo verbis. Sede
runt principes, & aduerſum me loquebantur
Pſal. 118. Pſal. Principes perſecuti ſunt me gratis &c.
1. Reg. 6. Secundo figuris in Dauid a Saul perſecuto.
Math. 2. Hoc impletum eſſe in Ieſu oſtēdit Mat. In per-
Ioan. 7. ſecutione ei facta per Herodem, & iudeos. Io.
Math. 9. & Mat. In perſecutione ei facta a principibus
Lucæ 4. ſacerdotum, & a ſcribis. Et ſimiliter Luc.
Trigeſimus actus vitæ Chriſti eſt. Iudeorum
Pſal. 9. inſidiatio. Hic oſtenſus eſt. Primo verbis. Pſal.
loquentis de quolibet Chriſto inſidiante. Inſi-
diatur in abſcōdito quaſi leo in ſpelunca ſua.
Mich. 7. Et de omnibus loquitur Micheas. Omnes in
Iob 30. ſanguinem inſidiantur. Et Iob. Inſidiati ſunt
Abdi. 1. & præualuerunt mihi. Et Abdi. Qui come-
dunt tecum, ponent ſubter te inſidias. Secun-
Dan. 6. do figuris per Dan. Cui impoſitę ſunt inſidiæ.
1. Reg. 26. Dauid. Hoc impletum eſſe oſtendit in Ieſu
Matt. 22. Mat. Cui iudęi primo inſidiati ſunt, vt eum ca
Ioan. 7. perent in ſermone. Secundo in iuſtitia. vt ha
Ioan. 11. betur. De adultera. Tertio vt eum caperent in
perſona.
Trigeſimus primus actus vitæ Chriſti eſt, vide-
licet ꝙ contra ipſum conſilium iudei deberēt
congregare. Hic oſtenſus eſt. Primo uerbis.
Pſal. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuene-
runt in vnum &c. Pſal. Conſilium fecerunt in
vnum, dicēs perſequimini & comprehendite
Sap. 2. eum &c. Et ſapientiæ ſecundo, Dixerūt enim
impij cogitantes apud ſe non recte &c. Secun
do figuris in Iere. contra quem fecerunt con Iere. 11.
ſilium. Hoc in Ieſu completum eſſe oſtendit
Math. dicit, ꝙ contra Ieſum congregauerunt Math. 26.
conſilium, ut eum morti traderent. Et in Io. Ioan. 11.
dicitur, ꝙ collegerunt pontifices & phariſei
conſilium &c.
Trigeſimus ſecūdus actus vitæ Chriſti eſt eius
proditio. Hic oſtenſus eſt. Primo verbis: vnde
Pſal. in perſona Chriſti dicit. Quoniam ſi ini Pſal. 54.
micus meus maledixiſſet mihi &c. Et ſequi-
tur. Ampliauit ſuper me ſupplantationē. Se-
cundo figuris in Amaſſa proditoriē a Ioab in- 2. Reg. 20.
terfecto. Et in Gaal. Et in Amon filio Dauid. Iudic. 8.
Ionata primi Macha. & Simeone, id eſt Mach. 2. Reg. 13.
Hoc Euangeliſta Ioan. oſtendit. Et Math. in Ioan. 14.
Ieſu a iuda diſcipulo prodito. Math. 26.
Trigeſimus tertius actus vitæ Chriſti, eſt eius
venditio. Hic demonſtratus eſt. Primo uerbis.
Appenderunt mercedem meam triginta argē Zach. 11.
teis. Et Iere. Secundo figuris, videlicet Io- Iere. 32.
ſeph iudæ conſilio vendito a fratribus trigin- Gen. 37.
ta denarijs. Hoc impletum dicit Math. In Ie- Math. 26.
ſu pro triginta denarijs vendito.
Trigeſimus quartus actus uitæ Chriſti eſt, vi-
delicet ꝙ capi deberet. Hic oſtenſus eſt. Pri-
mo verbis Dauid. Cœperunt animam meam Pſal. 58.
irruerunt in me fortes. Iere. Chriſtus domi- Iere. 4.
nus in peccatis noſtris captus eſt. &c. Secun- Thob. 1.
do figuris in Tob. In archa domini capta. In 1. Reg. 4.
Sedcchia. Hoc impletū in Ieſu oſtendit Math. 4. Reg. vlt.
Quem cęperunt iudæi. Math. 26.
Trigeſimus quintus actus vitę Chriſti eſt, eius
ligatio. Hic oſtenſus eſt primo uerbis. Fili ho- Ezech. 3.
minis data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt
te &c. Secundo figuris in Sanſone, qui fuit li- Iudic. 16.
gatus funibus. Hoc in Ieſu impletum eſſe oſtē Ioan. 18.
dit Ioan. & Math. dicit. Ipſum captum liga- Math. 26.
uerunt.
Trigeſimus ſextus actus uitæ Chriſti eſt, eius
ſpontanea, & voluntaria oblatio. Hic oſten-
ſus eſt. Primo uerbis. Oblatus eſt, quia ipſe Iſa. 54.
voluit. Et Pſal. Facere uolūtatem tuā Deus Pſal. 39.
meus uolui. Secundo figuris in Ethay. ſponte 2. Reg. 15.
cum Dauid eunte. In iuda. Mach. Hoc imple- Mac. 9. & 1
tum eſſe in Ieſu oſtendit Ioan. dicēs, ꝙ Ieſus Ioan. 18.
ſponte obuiam iuit iudeis. Et Philato dixit,
poteſtatem habeo ponendi animam meam. Ioan. 10.
Trigeſimus ſeptimus actus uitæ Chriſti eſt, vi-
delicet ipſius flagellatio. Hic oſtenſus eſt pri Pſal. 62.
mo uerbis. Ego fui flagelatus tota die &c. Gen. 12.
Pſal. Secundo figuris in Pharaone flagellato Iere. 30.
In Hiere. Sed in Ieſu hoc impletum eſt, qui Math. 26.
fuit flagellatus. Ioan. 19.
Trigeſimus octauus actus uitæ Chriſti eſt eius
falſa accuſatio. Hic oſtenſus eſt. Primo uer-
bis. Amici mei, & proximi mei aduerſum me Pſal. 37.
appropinquauerunt &c. Secundo figuris in 3. Reg. 21.
Naboth falſe accuſato, & occiſo. Hoc imple- Math. 26.
tum eſt in Ieſu, quem falſi teſtes accuſarunt. Ioan. 19.

Mich. 5. Trigeſimus nonus actus uitæ Chriſti eſt eius
in maxilla percuſsio. Hic oſtenſus eſt. Primo
Ioan. 19. uerbis. In uirga percutient maxillam iudicis
Iſrael. Hoc impletum eſſe in Ieſu, oſtendit Io.
Qui percuſſus fuit in maxilla.

Quadrageſimus actus uitæ Chriſti eſt eius il-
luſio, & deriſio. Hic oſtenſus eſt. Primo uer-
Abdi. 1. bis. Illuſerunt tibi uiri fœderis tui, omnes ui
ri tui illuſores. Secundo figuris in Heliſeo illu
4. Reg. 2. ſo a pueris. In Sanſone illuſo a Philiſteis. Hoc
Iud. 16. impletum eſſe in Ieſu oſtendit Ioan. & Math.
Ioan. 19. Math. 27. dicentes Chriſtum a iudæis, & militibus illu-
ſum.

Quadrageſimus primus actus uitæ Chriſti eſt,
ꝙ deberet pœnis affligi. Hic oſtenſus eſt. Pri-
Pſal. 37. mo uerbis. Afflictus ſum, & humiliatus ſum
Iſa. 61. nimis &c. Et Iſa. Afflixerunt ſpiritum ſanctũ
Iob. 2. eius. Secundo figuris in Iob afflicto. In To-
Tob. 2. bia afflicto. Hoc impletum eſt in Ieſu, qui di
uerſis pœnis fuit afflictus.

Math. 22. Quadrageſimus ſecundus actus uitæ Chriſti
eſt eius faciei uelatio, & percuſsio. Hic oſten
Iſa. 50. ſus fuit. Primo uerbis. Faciem meam non
auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in
me. Secundo figuris in Aman, cuius faciem
Heſter. 7. operuerunt. Hoc impletum in Ieſu eſſe oſten
Ioan. 19. dit Ioan. Quod milites uelantes faciem Ieſu
percutiebant ſpuentes in eum.

Quadrageſimus tertius actus uitæ Chriſti eſt
ipſius ſpoliatio. Hic oſtenſus eſt. Primo uer-
Mich. 1. bis. Vadam ſpoliatus & nudus &c. Secundo
Hier. 38. figuris in Ieremia. Qui ſpoliatus fuit. Hic im
Ioan. 19. pletum eſt in Ieſu, quem milites ſpoliauerunt.

Quadrageſimus quartus actus uitæ Chriſti eſt
ipſius blasfematio. Hic oſtenſus eſt. Primo
Iſa. 1. uerbis. Blaſfemauerunt ſanctum Iſrael. Et no
& 52. men meum tota die blasfematur. Secundo fi-
Iud. 12. guris in Abimelech. In Dauid blasfemato a
2. Reg. 16. Semei. Hoc impletum fuiſſe in Ieſu oſtendit
Math. 27. Math. Qui a latronibus iudæis, & militibus
fuit blaſpnematus.

Quadrageſimus quintus actus uitæ Chriſti eſt
eius negatio. Hic oſtenſus eſt. Primo uerbis.
Dan. 9. Nõ erit eius populus, qui eum negaturus eſt.
2. Reg. 20. Secundus figuris in Dauid. Qui negatus eſt
non eſſe regem dicente Seba. Non eſt nobis
pars in Dauid, &c. Hoc impletum eſſe in Ieſu
Mat. 27. oſtendunt. Math. & Ioan. Qui a Petro fuit ter
Ioan. 19. negatus, & a iudæis ꝙ non eſſet rex iudeorum.

Quadrageſimus ſextus actus uitæ Chriſti eſt
ipſius ad mortem condemnatio. Hic oſtenſus
Sap. 2. eſt, Primo uerbis. Morte turpiſsima condem
Heſter. 7. nemus eum. Secundo figuris in Aman ad cru-
cem condemnato. Hoc impletum eſt in Ieſu,
Math. 27. qui ut latro ad mortem crucis condemnatus
eſt.

Quadrageſimus ſeptimus actus uitæ Chriſti
eſt crucis baiulatio. Hic declaratus eſt. Pri-
Hier. 11. mo uerbis. Mittamus lignum in panem eius.
Exo. 4. Secundo figuris in Moyſe portante uirgam
in manu. In Iſaac, portante ligna pro holo- Gen. 22.
cauſto. Hoc impletum eſſe in Ieſu dicit Math. Math. 27.
Qui crucem portauit.

Quadrageſimus octauus actus uitæ Chriſti eſt
eius crucifixio. Hic demonſtratus eſt, Primo
uerbis. Suſpendium elegit anima mea &c. Se- Iob. 7.
cundo figuris in ſerpente ſuſpenſo in ligno. Num. 21.
In Abſalone ſuſpenſo inter cœlum, & terram. 2. Reg. 18.
In piſtore ſuſpenſo in cruce. Hoc impletum Gen. 40.
eſt in Ieſu, qui crucifixus fuit. Math. 27.

Quadrageſimus nonus actus uitæ Chriſti eſt
ipſius inter ſceleratos collocatio. Hic oſten-
ſus eſt. Primo uerbis. Cum ſceleratis repura- Iſa. 53.
tus eſt. Secundo figuris in Abner, cui Dauid 2. Reg. 3.
dixit, ꝙ mortuus erat: ſicut ſolent cadere uiri 1. Mach. 9.
coram filijs iniquitatis, ſic corruiſti. In Iuda Luc. 23.
Macha. inter malos & ſceleratos occiſo. Hoc Mar. 17.
in Ieſu impletum eſt, qui crucifixus eſt inter Math. 27.
duos nequam. Et latrones.

Quinquageſimus actus uitæ Chriſti eſt eius
aceti, & fellis cibatio, & potatio. Hic oſten-
ſus eſt. Primo uerbis. Dederunt in eſcam meã Pſal. 21.
fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Secun
do figuris in Boom, qui acetum bibens, Ruth Ruth. 2.
ſuadebat, ut biberet. In Thobia cuius oculi Tob. 11.
ſunt felle liniti, & aperti. Hoc oſtendit in Ie-
ſu eſſe completum Math. dicit. Quod fuit fel- Math. 27.
le, & aceto potatus.

Quingeſimus primus actus uitæ Chriſti eſt ip-
ſius in cruce mors, & occiſio. Hic declararus
eſt. Primo uerbis. Tradidit in mortem animã Iſa. 53.
ſuam &c. Per Dan. Occidetur, id eſt Chriſtus. Dan. 9.
Secundo figuris. In Abel a fratre occiſo. In Gen. 4. Num. 20.
Aarõ ſummo Sacerdote mortuo. In Iſboſeth. 2. Reg. 4.
Hoc in Ieſu impletum eſt in cruce mortuo: & Math. 27.
occiſo. Ioan. 19.

Quinquageſimus ſecundus actus uitæ Chriſti
eſt eius pro peccatoribus immolato: hic oſtẽ-
ſus eſt. Primo uerbis. Propter ſcelus populi Iſa. 53.
mei percuſsi eum. per Iere. Chriſtus domi- Tren. ult.
nus in peccatis noſtris captus eſt &c. Secundo
figura in Iuda Macha. qui pro liberatione po 1. Mach.
puli mortuus eſt. In Irco, qui pro peccato
immolabatur, & alijs, ut habes in li. leui. Hoc Leuit.
impletum eſſe in Ieſu, oſtendit Math. Qui di- Math. 26.
cit. Ego uadam immolari pro uobis.

Quinquageſimus tertius actus uitæ Chriſti eſt
per ipſum noſtra facta redemptio. Hic oſten-
ſus eſt. Primo uerbis. Redimet dominus ani Pſal. 33.
mas ſeruorum ſuorum &c. Iſa. In dilectione Iſa. 53.
ſua, & in indulgentia ſua redimet eos. Et Oſeæ Oſeæ. 4.
de morte redimam eos. Et de manu mortis
liberabo eos. Secundo figuris in Moyſe, cuius
præce remiſit dominus peccata populi. Hoc Exo. 32.
impletum eſt in Ieſu, cuius morte reconcilia- Rom. 5.
ti ſumus Deo.

Quinquageſimus quartus actus uitæ Chriſti
eſt ipſius uulneratio. Hic oſtenſus eſt. Primo
uerbis. Foderunt manus meas, & pedes me- Pſal. 21.
os, &c. Secundo figuris. In Achab rege: quem Cant. 4.

3.Reg. 22. Syri uulnerauerunt. Hoc impletum eſt in Ie-
ſu in ſua paſsione, qui in pedibus, manibus, &
latere fuit vulneratus: vt omnes dicunt euan-
geliſtæ.
Quinquageſimus quintus actus vitæ Chriſti
eſt ipſius lanceatio. Hic actus oſtenſus eſt. Pri
Iob.16. mo verbis, Circundedit me lanceis ſuis, & vul
nerauit lumbos meos. Concidit me vulnere
ſuper vulnus, irruit in me quaſi Gigas. Hæc
paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ. Se-
2.Reg. 17. cundo figuris in Abſalon lanceato. In aper-
Gen. 2. tione lateris Adam. cui dormienti dominus
Gen. 6. tulit vnam de coſtis, in apertione hoſtij arcę.
2.Reg. 20. In apertione lateris Amaſe. In petra percuſſa
Num.20. a Moyſe. de qua exiuit aqua. Hoc impletum
Ioan. 19. eſſe in Ieſu oſtendit Ioan. de quo mortuo, &
lancea latere eius aperto exiuit ſanguis &
aqua.
Quinquageſimus ſextus actus vitæ Chriſti eſt
ſanctorum patrum a manu diaboli liberatio:
Iſa. 19. Hic oſtenſus eſt. Primo verbis. Clamabunt
ad dominum a facie tribulantis, & mittet eis
Zach. 11. ſaluatorem qui liberet eos. Et per Zacha. Tu
autem in ſanguine teſtamenti tui liberaſti vin
ctos de lacu. &c. Secundo figuris in Abraam,
qui debellauit reges, & reduxit captiuitatem.
Gen. 13. In Dauid qui liberauit populũ de manu Ama-
1.Reg.vlt. lechitarum. Et de manu Philiſtim. Et de ma-
2.Reg. 20. nu Goliat. Hoc impletum eſt in Ieſu, qui de-
1.Reg. 17. ſcendens ad inferos, & portas æreas confrin-
gens captiuam duxit captiuitatem.
Quinquageſimus ſeptimus actus vitæ Chriſti
eſt diaboli ſubiugatio. Hic oſtenſus eſt. Primo
Abac.3. verbis. Percuſiſti caput de domo impij. Et Iſa.
Iſa. 51. Nunquid non tu percuſiſti ſuperbum. Secun-
Ioſue. 6. do figuris in Ioſu, qui cępit Iericho, & regem
1.Reg. 15. eius. In Saul, qui cępit Agag regem Amalech.
Hoc impletum eſſe in Ieſu oſtendit Ioannes
Apoc.19. Euangeliſta in Apo. qui cępit diabolum, qui
eſt Sathanas &c.
Quinquageſimus octauus actus vitæ Chriſti
eſt eius ſepelitio. Hic oſtenſus eſt. Primo ver-
Deut.21. bis Moyſi. Suſpenſus in patibulo eodem die ſe
Iob 21. pelietur, & Iob. 21. Ipſe ad ſepulchrum duce-
2.Eſd. 1. tur. Secundo figuris in Ioſia cum fletu ſepulto.
Ione. 1. In Iona, qui tribus diebus ſtetit in ventre cęti.
Matt. 18. Hoc impletum eſſe in Ieſu oſtendit. Math. qui
ſepultus ſtetit tribus diebus in ſepulchro.
Quinquageſimus nonus actus vitæ Chriſti eſt
ipſius reſurrectio. Hic declaratus eſt. Primo
Iſa. 11. uerbis. Et erit ſepulchrum eius glorioſum.
Pſal.15. Per Pſal. Non derelinques animam meam in
Inferno nec dabis ſanctum tuum videre corru
ptionem. Secundo figuris. In Iacob, qui dor-
Gen. 17. miuit vſque mane, & lapidē errexit. In Sanſo-
Iudic.16. ne qui dormiuit vſq; ad noctis medium. Hoc
Math.18. impletum eſt in Ieſu: qui tertia die a mortuis
Ioan. 19. reſurrexit.
Sexageſimus actus uitæ Chriſti eſt eius ad cœ-
los aſcenſio. Hic oſtenſus eſt. Primo uerbis.

Aſcendit Deus in Iubilatione, & dominus in Pſal.46.
voce tubæ. Et Pſal. Aſcendit ſuper cœlum cœ
li ad orientem. Et Michcæ. Aſcendit iter pan- Mich. 2.
dens ante eos. Secundo figuris. In Helia, qui
aſcendit per turbinem in cœlum. Hoc imple- 4.Reg. 2.
tum eſſe, In Ieſu oſtenditur. Marc. vltimo. In Marc. vlt.
Luca. Et act. 1. Luc. vlt. Act. 1.
Sexageſimus primus actus vitę Chriſti eſt, eius
ad patris dexteram conſeſsio. Hic oſtēſus eſt.
Primo verbis. Dixit dominus domino meo Pſal.109.
ſede a dextris meis. Secundo figuris in Sala-
mone, qui ſedit in ſolio Dauid patris ſui. In Io 1.Para.29.
nadab, qui ſedit in curru, cum Iheu rege Iſra- 4.Reg. 10.
el. Hoc dicit impletum, In Ieſu, qui ſedet a de Math.vlt.
xtris Dei.
Sexageſimus ſecūdus actus vitę Chriſti eſt Spi
ritus ſancti ſuper Apoſtolos emiſsio: hic oſtē
ſus eſt. Primo verbis. Emitte ſpiritum tuum, Pſal. 103.
& creabuntur: per Ezech. Dabo vobis ſpiritū Ezech. 36.
nouum, &c. per Iohelem. Effundam de ſpiri- Ioel. 2.
tu meo &c. Secundo figuris in Moyſe de cuius
ſpiritu Deus accepit: & ſeptuaginta duobus Num.11.
ſenioribus dedit. Et in nube, quæ repleuit to 3.Reg. 18.
tam terram. Hoc effeciſſe Ieſum Ioan. Euang. Ioan. 20.
ꝙ Ieſus inſufflauit in Apoſt. dicens accipite ſpi
ritum ſanctum.
Vltimus vitæ Chriſti actus eſt ad iudicium de
ſcenſio: hic eſt oſtenſus primo uerbis. Deus Pſal.7.
iudex iuſtus. Et Pſal. Reddes vnicuiq; iuxta Pſal.61.
opera ſua. Et per Dan. iudicium ſedit, & li Dan. 7.
bri aperti ſunt. Et per Iſa. Dominus ad iudi- Iſa. 3.
cium ueniet cum ſenioribus. Et per Iohelem. Ioel 3.
Congregabo omnes in valle Ioſaphat. Secun-
do figuris in Moyſe. Qui ſedit iudicare popu Exo.18.
lum. In Daniele qui iudicauit iudices. In Sala Dan. 13.
mone, qui iudicium fecit. Hoc impletum eſſe 3.Reg. 3.
in Ieſu oſtendit. Math. Data eſt mihi inquit Math.vlt.
Ieſus, omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Et
Ioan. dedit ei poteſtatem iudicium facere. Ioan. 5.
Pręfatis ergo tam uerbis, quàm figuris appa-
ret, quomodo Ieſus Chriſtus fuit oſtenſus pa-
tribus, & declaratus, quod erat probandum
pro declaratione primæ patris cōformitatis,
quæ dicit: Ieſus prophetis cognitus: multa
verba, & figuræ ſunt in prędictis ommiſſa: quia 3.Reg. 13.
nimis eſſet prolixum opus, & per iam dicta, & Gen. 16.
poſita de alijs poteſt faciliter iudicari. Ve- Ruth.3.
rum quia prolixe ſunt poſita, ad breuitatem 2.Reg. 12. 2.Para.67.
reducendo iam dicta in figuris ſpecialiter. Ie- Ioſue 5.
ſus eſt prophetis declaratus, vt iam patuit. In 1.Reg. 2.
Ioſia nūciatus. In Iſmael nominatus. In Obeth Iudi. 11.
natus cum gaudio. In Salamone a domino Iob 1.
amatus. Veneratus in Ioſaphat. Circūciſus in 4.Reg. 5.
patribꝰ. Oblatus in Samuele. fugatus in Iepte. 1.Reg. 19. 1.Para.15.
Tentatus in Iob. Baptizatus in Naamā. Perſe- Eccl. 50.
cutus in Dauid. Cōſecratus domino in Ama- 3.Reg. 9.
ſia. Cōuerſatus in Onia. Sociatus Apoſtolis in Ioſue 6.
Hieu. Diuulgatus in Ioſue. Legem docuit in 2.Eſdr. 7.
Heſdra. Mira fecit in Moyſe. Calumniatur in Exod.7. 1. Reg. 22.
Abimalech. Inſidiatur in Daniele. Contem- Dan. 6.
nitur

Iudic.8. nitur in Gedeone. Zelat in phinees. Confor-
Num.16. tat in Caleph. voluntatem Dei facit in Abraã.
Num.21. Gen.22. Orat in Ezechia. Suos diligit in Neemia. Fu-
4.Reg.21. tura pandit in Iſaia. Sacrificium offert in Mel
Neem.1.2 chiſedech. Venditur in Ioſeph. Proditur in
Iſa.1. Amaſa. Capitur in Tobia. Ligatur in Sanſo-
Gen.13. ne. Accuſatur in Naboth. Velatur facie in
Gen.32. 2.Reg.20. Amã. Irridetur in Heliſeo. Spoliatur in Hie-
Thob.1. remia. Cæditur in Michea. Vilipenditur in
Iud.16. Abimalech. Crucis lignum baiulat in Iſaac.
3.Reg.21. Suſpenditur in ſerpente. Deum placat in Aa-
Heſter.7. ron. Genus liberat humanum in Noe. Occi-
4.Reg.2. Hier.38. ditur in Abel. Lanceatur in Abſalon. Latus
Mich.4. aperitur in Adam. Hoſtes deicit in Aiot. Se-
Iudic.8. pelitur in Iona. Deſcendit ad inferos in Aba-
Gen.22. cuch. Surrexit mane in Iacob. Aſcendit in He-
Num.21. lia. Et ſic ſuccincte ex iam dictis apparet de-
Num.16. Gen.7. clarata prima pars primi fructus, & conformi
Gen.4. tatis de beato Franciſco & Chriſto. Reſtat
2.Reg.17. nunc ſuccinte declarare ſecundã partem eiuſ-
Gen.2. dem fructus, & conformitatis: videlicet. Fran
Iud.3. ciſcus declaratur.
Iona.1.
Dan.vlt.

Gen.28.

SECVNDA PARS PRIMI FRVCTVS,

4.Reg.2.

& conformitatis. Libri primi videlicet. Franciſcus declaratur.

Expoſitio.

DECLARATA prima parte primi fructus, & conformitatis, quæ fuit de Chriſto: Reſtat conſequenter ſecũdam partem ipſius enodare, videlicet, Frãciſcus declaratur. Pro cuius euidẽtia eſt
Amos.3. notandum: ꝙ cum dictum ſit per Amos, ſupra allegato, ꝙ Deus non faciet verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuũ ad ſeruos ſuos prophetas. Quo uerbo prophetæ innuitur, ꝙ ſi Deus non faciet uerbũ, multo minus nec opus mirabile, de quo ſanctos non informet prophetas. vnde argumentum euidenter accipitur, ꝙ multi ſancti, & ſi nobis non pateat per ora prophetarum prædicti ſunt mundo aſtuturi, & præcipue illi, qui capiti perfectionis, uirtuoſius coheſerunt: nam ſicut dictum eſt de
Gen.18. Iud.14. Ioſia.4. 4.Reg.13. Lucæ 1. Iſaac, de Sanſone, de Ioſia, de Ioannebaptiſta. Certe & de alijs uerimile eſt prædictum eſſe: qui talibus ſimiles perfectione fuerunt, & forte Ioannebapt. excepto gratia potiores, & ſanctitate illuſtriores, uirgo quidem Maria, & ſi in ſacro eloquio expreſſe non habeatur, ꝙ naſcenda nnntiata fuerit per angelum, quia tamen priuilegia gratiarum alijs conceſſa ab ipſa non ſunt remouenda, imo potius ꝑ quandam ſupereminentiam attribuenda, debet firmiter teneri, & credi ꝙ ſic: Ita & conſequenter de alijs ſanctis, ut pote de B. patre noſtro Fran. tam conformiter Chriſto ſimilato, & per ipſum Chriſtum tam excellenter ſupra alios ſublimato: quapropter pium eſt credere, ꝙ tam vaticinijs prophetarum, quàm figuris ſanctorũ, quibus fuit conformis moribus, & gratia fuit veridice declaratus; prout hæc ſecunda pars huius primi fructus. & conformitatis declarare intẽdit, & proponit dicens. Quòd Franciſcus ad inſtar Chriſti fuit declaratus enigmatibus, & prophetarum eloquijs. Et quia hoc ſuppoſitum habet duas partes. Prima eſt: uidelicet, ꝙ B. Fran. eſt figuris declaratus. ſecunda uaticinijs prophetarũ, ideo primo eſt de primo uidendum, & ſic demum de.2. Quibus declaratis, patebit quomodo intelligatur hæc ſecunda pars primi fructus, & conformitatis. Quòd autem B. Fran. figuratus fuerit in ueteri teſtamento, expreſſe aſſerit abbas Ioachim in expoſitione Hiere. & Cirillus heremita mõtis Carmeli, ut in expoſitione ſecundę partis patebit. Inſuper cum B. Fran. fuerit ſimilis Patriarchis, multiplicatione filiorũ ſanctorum; Prophetis, in futurorum cognitione; Apoſtolis, mundi cõtemptu, ac ſancti euangelij obſeruantia; Martiribus, deſiderio; Confeſſoribus, uitæ auſteritate; Doctoribus, populi eruditione; Virginibus, ſui corporis integerrima puritate, & alijs iuſtis, iuſtitiæ & ſanctitatis perfectione, ut de his omnibus clare infra dicetur. Quomodo ſan Franc. ſimilis fuit omnibus ſanctis. Merito per figuras Patriarcharum, imo uerius per ipſos Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martires, Confeſſores, Doctores, & Virgines, ac alios iuſtos habet figurari: Et ſic generaliter loquendo poteſt dici: ꝙ ipſe B. Fran. cum fuerit ſimilis Adæ, in creaturarũ dominio; Diſcurſus. Abel, in puritate; Enos in deuotione; Enoch in ſurſum eleuatione; Noe, in iuſtitia; Abraæ in obedientia; Iſaac in meditatione; Iacob in ſolicitudine; Ioſeph in ſui præſeruatione; Moyſi in manſuetudine; Aron in exhortando; Phinees in zelo; Ioſue in conflictu uitiorum; Sanſoni in demonum ſuperatione; Iepte in credulitate; Gedeoni in propoſiti cõſtantia; Samueli in Dei ſeruitute; Dauid in humilitate; Salomoni in ſenſu, & ſpiritus prudẽtia; Heliæ in uerbo; Heliſeo in mundi contemptu; Ionadab filio Rechab, peregrine hic manendo; Iſayæ in futurorum cognitione; Hieremiæ in proximorum compaſsione; Iob in patientia; Tobiæ in miſericordia; Ezechieli in contemplatione; Danieli in uitæ auſteritate; Micheæ in dicenda ueritate; Petro in feruore; Ioanni in amore ad Chriſtum; Ioanni Baptiſtæ in ſui deſpectione; Iacobo in oratione; Bartholomeo in paupertatis dilectione; Paulo in diſcurſu; Et alijs iuſtis in operum perfectione, Chriſti imitatione, & diſcipulorum, pręceptorum, & conſiliorum cuſtoditione: ideo typis, & figuris omnium talium habet generaliter figurari: Et ſi talium figuris hic ſanctus habet

bet figurari, multò fortius per figuras inanimatorum; utpote per ſolem, lunam, & ſtellas; & huiuſmodi. Ac etiam per vegetabilia ſicut per arbores, oliuam, cedrum, cipreſſum, & ſimilia, necnon per animala irrationabilia, uidelicet per ouem, columbam, & ſic de alijs. Et hoc ſi conſiderentur iu ipſo quo ad uirtutes per Deum actitata: Quia enim fuit totus exemplaris, fuit ſol: Ouis humilis, columba; quia pacis nuntius, oliua: Et ſic de ſimilibus Quare ratione uirtutum, & gratiarum per talia poteſt generaliter figurari. Inſuper cum in ordine ſeraphico, ut in ſupremo omnis perfectio reluceat inferiorum ordinum; Ideo B. Fran. qui ipſis ſeraphin fuit ſimilis, per ipſos, & eorundem figuras, & conſequenter omniū inferiorum ordinum. ſ. Cherubin, Tronorum, Dominationum, Virtutū, Poteſtatum, Principatuum, Archangelorum, Angelorum poteſt deſignari, & figurari. Et ſic patet qualiter per iam dicta beatus Fran. habet generaliter figurari, & declarari tipice. Aliter poteſt beati F. figuratio oſtendi, ut actibus uitæ eius ſingulis, de quibus erit ſermo ordinate in ſequentibus figuræ debitæ applicentur. Sit ergo uitæ beati Franciſci.

Figuræ actuum ſingulorum vitæ S.F.

Primus actus, eius ad mundum a Deo deſtinatio. Hunc figurauit Ioſeph, miſſus a patre ad fratres ſuos uiſitandos. Et Iſaias. Ecce ego mitte me. Ionas in Niniuem miſſus a Deo. (Gen. 37. Iſa. 6. Ion. 1.)

Secundus actus beati Fran. eſt eius ortus lætificatio. Natus enim eſt lætantibus multis: ut patebit Conformitate & fructu tertio. Hunc figurauit Iſaac: natus cum riſu & gaudio patris, & matris. Obeth cum gaudio Noemi ortus. (Gen. 21.)

Tertius actus eſt beati Franciſci angelo in ſpecie peregrini oſtenſio: de quo infra dicetur. Hunc figurauit Samuel oblatus, & oſtenſus Heli. (Ruth. 3. 1. Reg. 2.)

Quartus actus eſt, b. F. captio, fuit enim captus a Peruſinis cū multis alijs ſuis ciuibus, & poſitus in carcere: quibus beatus Franciſcus ſeruiuit, & ſpecialiter uni militi. Hunc figurauit Ioſeph captus, & poſitus in carceribus, qui alijs captiuis ſeruiebat. Tobias, qui idipſum fecit in captiuitate poſitus. (Gen. 40. Tob. 1.)

Quintus actus B. Franciſci eſt a patre, & fratre, & alijs ciuibus perſecutio: ut patet ſecunda parte eius legendę. Hunc figurauit Ioſeph a fratribus perſecutus. Iepte captus a ſuis. Dauid perſecutus a Saul. (Gen. 38. Iud. 11. 1. Reg. 19.)

Sextus actus B. Fran. eſt ad pauperes compaſſio, & ſeruitium. Nam libenter Dei amore dabat pauperibus, & abiectis ſeruiebat. Hunc figurauit Iob. Et Thobias. Et Abraam lauans pedes, & ſeruiens peregrinis. (Iob 31. Tob. 1. Gen. 18.)

Septimus actus beati Franc. eſt eius deuotio. Ibat enim per eccleſias uiſitando, & orando ſicut patuit in eccleſia ſancti Damiani, in qua Chriſtus ei locutus eſt: hunc figurauit Thobias, qui ibat Ieruſalem ad templum domini. Iacob qui erat uir ſimplex, habitans in tabernaculi, qui vadens in Meſopotamiam, uidit dominum innixum ſcale. (Thob. 1. Gen. 25. Gen. 28.)

Octauus actus b. Fran. eſt omnium mundanorum abdicatio, qui ut peregrinus noluit habere aliquid proprium. Hūc figurauit Ionadab, & filij Recab: qui ſemper, ut peregrini in tentorijs habitauerunt. (Hier. 35.)

Nonus actus eſt trium Eccleſiarum reparatio. ſ. ſancti Damiani, ſancti Petri, beatæ Virginis. Hunc figurauit Beſeleel, & Oliab, qui fecerunt domini tabernaculum. Salomon qui ædificauit templum domini. (Exo. 26. 3. Reg. 6.)

Decimus actus: eſt domini apparitio, nā pluries ei dominus apparere dignatus eſt, ut infra dicetur. Hunc figurauit Abraam, Iſaac, Iacob, Moyſes, & ſic de alijs, quibus dominus eſt dignatus apparere: ut patet in ſerie ſacræ ſcripturæ.

Vndecimus actus: eſt uitæ euangelicæ a beato Fran. ſuſceptio. Hunc figurauerūt omnes apoſtoli ſimul, & ſigilatim, & ſpecialiter beatus Paulus, qui gratia, & imitatione pfectus Apoſtolus eſt factus. De Apoſtolis habēs Mat. 19. (Gal. 1. Math. 19.)

Decimus ſecundus actus eſt, beati Fran. a diabolo tentatio in hæremitorio de Sartiano, & in alijs locis. Hunc figurauit Dauid tentatus. Iob. (2. Reg. vlt. Iob. 1.)

Decimus tertius actus eſt B. Franc. ſociatio, & fęcundatio, quo ad fratrum multitudinem. Hunc figurauit Iacob, qui habuit 12. filios. Dauid. Filij Iſrael qui multiplicati ſunt nimis. (Gen. 19. & 30.)

Decimus quartus actus eſt B. Fr. regulatio: & eius ieiunatio pro ſuſcęptione regulæ. Hunc figurauit Salamon Eccleſiaſtes ultimo: qui ſcripſit ſermones rectiſsimos, & ueritate plenos. Moyſes qui in monte ieiunauit 40. diebus, & 40. noctibus, ut legem domini mereretur accipere. (2. Reg. 13. Eccl. vlt.)

Decimus quintus actus eſt b. Frā. prædicatio. Hunc figurauit Iſaias, cui dictum eſt, Clama ne ceſſes &c. Sequitur, Annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorū. Ioan. Baptiſta, qui prædicabat dicens. Pœnitentiam agite, Franciſcus enim mandato apoſtolico pœnitentiam prædicauit. (Iſa. 58. Math. 3.)

Decimus ſextus actus eſt B. Fran. dilectio, & paſsionis Chriſti: Sequutus eſt veſtigia crucis, & de Chriſti paſsione, fratribus faciebat ſermonem. Hunc figuratum declarauit Ezech. per uirum, qui habebat atramentarium ſcriptoris ad renes: qui ſignabat Thau ſuper frōtes uirorum plangentiū, & dolentium, v3 domini paſsionē. Et tales ſignati ſic, ab ultione mortis extremæ liberabantur, & pſeruabātur. (Ezec. 9.)

Decimus ſeptimus actus eſt B. Franciſci crucifixi meditatio. In nullo enim Franciſcus dicerat gloriari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, & nil ſciebat niſi dominum Ieſum

Chriſtum pauperem,& crucifixum. hunc figu
rauit ſerpentis inſpectio a Moyſe & populo:
Num.21. Cuius attentione a Morſibus ſerpentium po-
Iudic.6. pulus liberabatur. Gedeon dum baculo pur-
Exod.4. gat triticum. Moyſes dum tenet uirgam Dei
Dan.4. in manu ſua. Daniel dum arborem excellen-
tiſsimam cernit poſitam in medio terræ.
Decimus octauus actus eſt B. Fran. fratrū ad
prædicandum deſtinatio, & miſsio. hunc fi-
gurauit Ioſaphat, qui plures de principibus
2.Para.17. ſuis miſit,ut doceret populum. Ezechias: qui
2.Para.30. miſit ad omnem Iſrael, ut uenirent in domū
domini.
Decimus nonus actus eſt.B.Frā. transforma-
tio: uidelicet quando apparuit in curru tranſ-
4.Reg.2. figuratus fratribus. hunc figurauit helias, in
curru igneo aſcendens in cœlum.
Vigeſimus actus eſt, aliorum a B. Fran. infor
matio: multociens fratres docebat & alios, &
plures ſcripſit epiſtolas. hunc præfigurauit
1.Eſdr.7. Eſdras: qui parauit cor ſuum, ut inueſtiga-
ret legem domini,ut faceret,& doceret in Iſ-
rael præceptum,& iudicium.
Vigeſimus primus actus eſt: fratrum a B.Frā.
ad generale capitulum congregatio: ubi fue-
runt ultra quinque milia fratres. hunc figura-
uit Ioſue: congregando omnes filios Iſrael
1.Eſd.3. in Sichen. Eſdras congregando populū qua-
ſi uirum unum.
Vigeſimus ſecundus actus eſt B. Frā. uilis in-
Iſa.20. dutio. hunc figurauit Iſaias male indutus, &
deſcalciatus eundo,& nudus.
Vigeſimus tertius actus eſt beati Franciſci ſui
longe diſtantibus præſentatio, ſicut fratribus
in c. Arelatenſi. prædicante B. Antonio de ti-
4.Reg.4. tulo crucis. Hunc figurauit Heliſeus ſe præſen
Ezech.8. tem exhibendo miniſtro ſuo Giezi. Ezechiel
ſpiritu tranſlatus in Ieruſalem, & tamen erat
corpore in Babilone.
Vigeſimus quartus actus eſt B. Fran. miracu-
lorum operatio, fecit enim multa mirabilia,
Deut.ult. vt infra patebit. hunc figurauit Moyſes mira-
Exo.7. cu'a faciendo: Elias, & Eliſeus.
Exo.7.8.9. Vigeſimus quintus actus eſt zelus, & ad ani-
mas dilectio. Feruide enim animas, Chriſti
ſanguine redemptas zalabat. Hunc figurauit
3.Reg.17. 4.Reg.3. Phinees pro Deo zelando,& populo Dei. He-
4.5. lias qui dixit. Zelo zelatus ſum pro domino
3.Reg.19. Deo,&c. Dauid, qui volebat mori pro filio
2.Reg.18. aduerſario. Moyſes qui volebat deleri de li-
Exo.32. bro viuentium pro populo: ſic & Paulus.
Vigeſimus ſextus actus eſt b. F. ſubleuatio.ſ.in
monte. Et hoc mentis exceſſu, & corporis, vt
inferius patebit. hunc præfigurauit Moyſes
Exo.20. aſcendendo montem Synai: Balaam, quem du
Num.23. xit Balach ad excelſa Phaſga: Iacob, qui aſcen
Gen.28. dit Bethel.
Vigeſimus ſeptimus actus eſt b. Franc. aſsidua
Exo.22. oratio, cui ſemper erat intentus. hunt figura-
2.Reg.12. uit Moyſes orando in monte: Dauid. Manaſ-
ſes, qui a domino fuit exauditus. Neemias. 2.Paral.33
Daniel, qui ter in die flectendo genua orabat: Neem.1. Dan.6.
Iudas Machabeus. 1.Mac.4.
Vigeſimus octauus actus eſt b. Fran. lachrima-
tio, multum enim in lachrimis abundabat
orando,& dominicam paſsionem plangēdo,
adeo, ut nil quaſi uideret. hunc b. Fran. fletū
figurauit Ezechias, qui fleuit amare, Eſau, 2.Reg.29.
qui per fletum obtinuit benedictionem. Gen.27.
Vigeſimus nonus actus eſt b. Fran. cantici an
gelici auditio, quando fuit infirmus,& ſibi ci-
tharædus apparuit, cuius cantu,& ſono, con-
ſolationem corporalem,& mentalem recepit.
hunc figurauit Iſaias, qui audiuit duos ſera- Iſa.6.
phin dicētes ſanctus, ſanctus, ſanctus. Ezech. Ezech.3.
qui audiuit vocem commotionis magnæ di-
cens, Benedicta gloria domini.
Trigeſimus actus eſt a beato Fran. paupertta-
tis deſponſatio,& acceptatio. hunc figurauit Tob.4.
Tobias, qui dixit filio ſuo. Pauperem vitā ge- Ruth.3.
rimus. Booz qui Ruth pauperem deſpōſauit. Heſter.2.
Aſſuerus Heſter. Pſal.37.
Trigeſimus primus actus eſt beati Fran. humi- 3.Reg.21.
liatio. fuit enim præaliis humilimus. Hunc fi-
gurauit Dauid, qui dicit. humiliatus ſum ni-
mis. Achab, qui ſe humiliauit domino.
Trigeſimus ſecundus actus eſt beati. Fran. ſui
deſpectio. Ab omnibus enim volebat deſpici,
& contemni. Hunc figurauit Habraam, qui di
xit Ego ſum vermis & cinis. Dauid qui dixit. Gen.18.
Ego ſum uermis, & non homo &c. dixit. Quis Pſal.31.
ſum Ego domine. 2.Reg.7.
Trigeſimus tertius actus, eſt beati. Fr. ſpiritus
prophetię perceptio, habuit enim ſpiritū pro-
pheticū. ſicut infra multis docetur exemplis.
Hunc figurauerunt oēs prophetæ Samuel Da-
uid, Iſa. Hiere. & ſic de alijs.
Trigeſimus quartus actus eſt beati Fran. cor-
dium inſpectio, multorum enim ſecreta cor-
dium agnouit. hunc figurauit Iacob. videndo Gen.31.
cor Laban. Heliſeus videndo cor Giezi. Pe- 4.Reg.3.
trus uidendo cor Symonis magi. Act.8.
Trigeſimus quintus actus eſt b. F. in mari præ-
dicatio: quando ſtans in nauicula Gaietæ po-
pulis prædicauit. hunc figurauit Moyſes in Exo.14.
mari rubro ſtando & mirabilia operando, &
opere prædicans Dei magnalia. Sic Ioſue fa- Ioſue 3.
ciendo ſtare ſacerdotes cū arca in medio Ior-
danis.
Trigeſimus ſextus, actus eſt a beato F. diabo-
li expulſio a ciuitate Aretij,& ab alijs homni-
bus. hunc figurauit angelus Raphael, qui a To- Tob.8.
bia,& eius vxore demonem repulit. Dauid qui 2.Reg.5.
de arce Hieruſalem expulit Iebuſeum. Simeon 1.Mac.13.
qui alienigenas expulit ab arce.
Trigeſimus ſeptimus actus eſt a beato F. aquæ
in vinum conuerſio. hunc & ſi Moyſes non prę
figurauit quantum ad colorem, præfigurauit
tamen quantum ad ſaporē aquas Marath dul-
ces reddendo ligni immiſsione. Sic & Heli- Exo.15.
ſeus

ſeus aquas ponendo in eis ſal in ſaporem bo-
4. Reg. 2. num conuertit,& ſanitatem.
Trigeſimus octauus actus eſt beati Fra. exem-
plorum oſtenſio,& exemplaritas. Hunc decla
Exo. 25. rauit exemplar poſitum in monte. Dauid in
3. Reg. 2. quem oculi totius Iſrael reſpiciebant. Cande-
Leuit. 8. labrum poſitum in tabernaculo domini. Sy-
Eccl. 50. mon Oniæ, qui fuit quaſi ſtella matutina.
Trigeſimus nonus actus eſt beati Fran. carnis
maceratio. hunc figurauit Elias, qui fuit ri-
4. Reg. 1. gidiſsimus in vita. Manaſſes qui ęgit pœniten
2. Para. 33. tiam magnam. Ioannes Baptiſta.
Marc. 1. Quadrageſimus actus eſt a beato Frãciſco fra-
trum refectio,& cibatio, de tribus enim pani-
bus cibauit vltra triginta fratres, & diuina ꝓ-
uidentia quinque millia in quodam cap. gene
rali. Hunc figurauit Eliſeus, qui de paucis
panibus plures homines cibauit.
Quadrageſimus primus actus eſt a b. Franc.
aquæ a petra eductio, ſcilicet in monte, quan
do homini, cuius aſello vehebatur aquam ora
tione propinauit. hunc figurauit Moyſes. qui-
Exo. 17. bis aquam de petra uirga ipſam percutiendo
Num. 20. eduxit.
Quadrageſimus ſecundus actus eſt beati Fran.
erga fratres condeſcenſio. Comedit enim cũ
fratre, qui de nocte per abſtinentiam deficie-
bat, & cum alio infirmo vuas in vinea. hunc fi
gurauit ille homo, qui recepit leuitem de mõ-
Iud. 9. te Ephrain, qui comedere eum coegit, & men
Tob. 7. ſam parauit. Raguel qui recepit Tobiam, &
ad manducandum præparauit.
Quadrageſimus tertius actus eſt beato Franci
ſco lucis a Deo traditio; & donatio ſcilicet in
flumine Padi, & paludibus. hunc figurauit lux
Exo. 10. data filijs Iſrael in Aegipto. Columna ignis
Exo. 13. in nocte.
Quadrageſimus quartus actus eſt a beato Frã
ciſco mulierum deuitatio. hunc figurauit Io-
Gen. 39. ſeph a talibus ſe abſentans.
Quadrageſimus quintus actus eſt gentium ad
beatum Franciſcum deuotio. Omnes enim ad
ipſum afficiebantur, & reuerebantur. hunc fi-
1. Reg. 3. gurauit Samuel, de quo dicitur, ꝙ cognouit
& 12. vniuerſus Iſrael, ꝙ fidelis Samuel propheta eſ
ſet domini. Et idem dicitur, ꝙ homo fuit ſan
ctiſsimus.
Quadrageſimus ſextus actus eſt a beato Fran-
Act. 3. ciſco pecuniæ deteſtatio. hunc figurauit Pe-
trus dicens. Argentum & aurum non eſt mi-
hi, &c.
Quadrageſimus ſeptimus actus eſt creatura-
rum ad b. Fran. affectio & ſubiectio. Anima-
lia mitia, & immitia volatilia, & natati-
lia ad b. Fran. afficiebantur, & ei ſubdeban-
tur. hunc figurauit Adam: cui omnia ſunt
ſub poteſtate tradita, & in ſtatu primo ſubie-
cta.
Quadrageſimus octauus actus eſt a b. Franc.
malorum execratio, & de bonis iocundatio,
hunc figurauit Eſdras, qui abhominatus eſt fi
lios Iſrael ſe alienigenarum vxoribus immiſ-
cuiſſe, & cum eis fœdus pepigiſſe. 1. Eſd. 9.
Quadrageſimus nonus actus eſt b. Fran. ob re
uerentiam diuerſam in tempore ieiunatio.
hunc figurauit ſancta Iudith, quæ ieiunabat
omnibus diebus præter ſabbata: & neome-
nias: & feſta domus Iſrael: Mardocheus, qui
ieiunauit tribus diebus: nec manducauit neq; Heſter. 4.
bibit.
Quinquageſimus actus eſt b. Franc. mori pro
Chriſto exoptatio: quando pro palma marti-
tij conſequenda, ter vltra mare ad partes in-
fidelium iuit. hunc figurauit iudas Macha- 1. Mach. 3.
beus. qui dixit, moriamur pro lege Dei noſtri.
Paulus qui dixit. Ego non ſolum alligari, ſed Act. 21.
& mori paratus ſum pro nomine domini Ie-
ſu.
Quinquageſimus primus actus eſt a b. Franc.
ſcripturarum intellectio & dilucidatio, vt pa-
tuit quando reſpondit de dubijs ſcripturæ ma
giſtro in theologia ſenis & alijs. hunc figura-
uit Dauid: cui dominus tribuit intellectum, Pſal. 118.
& ſuper ſenes intellexit. Salamon qui omniũ Sap. 7.
habuit intelligentiam. Paulus qui euangelium Gal. 1.
habuit per reuelationem.
Quinquageſimus ſecundus eſt b. Fran. iocun-
datio. Nam licet haberet infirmitates tamẽ in
gaudio ſpiritus ſemper erat, & in lętitia fra-
tres eſſe volebat. Hunc præfigurauit Tobias. Tob. 14.
ca. 14. qui poſt oculorum illuminationem re-
ſiduum temporis vitæ ſuæ in gaudio fuit.
Quinquageſimus tertius actus eſt b. Fran. in-
firmitatum, & dolorum lęta ſupportatio.
Hunc præfigurauit Iob, qui omnia patienter Iob. 1.
portauit. Tobias qui obcęcatus, non eſt con- Tob. 2.
triſtatus contra dominum, ſed gratias ægit.
Quinquageſimus quartus actus eſt b. Franci-
ſci crucifixio & ſtigmatizatio. hunc figurauit
ille quartus, qui erat ſimilis filio Dei. Et Pau- Dan. 3.
lus, qui dicit. Stigmata domini Ieſu in corpo- Gal. 6.
re meo porto.
Quinquageſimus quintus actus eſt beati Frã.
fratibus in morte data benedictio manibus
cancellatis. hunc figurauit Iacob, qui moriẽs
manibus cancellatis benedixit Ephraim, & Gen. 48.
Manaſſen, & alios filios ſuos. Moyſes, qui be- Deut. 33.
nedixit filios Iſrael. Iſaac, qui cęcutiens bene- Gen. 27.
dixit Iacob, & Eſau.
Quinquageſimus ſextus actus eſt b. Fr. mortis
reuelatio, & eius in domino obdormitio. hūc
præfigurauit Aaron, & Moyſes, qui informati Num. 20.
de morte deceſſerunt. Deut. 34.
Quinquageſimus ſeptimus actus eſt b. Fr. ani-
marum purgatorij conſtipatio, quæ meritis,
& ſuffragijs ſuis a pœnis purgatorij liberatæ
fuerunt. hunc figurauit Abraham reducens Gen. 13.
captiuitatem. Eſdras. Zorobabel, & Neemias Eſdr. 2.
populum deducentes de Aegypto. Neem. 2.
Quinquageſimus octauus actus eſt b: F. ſepeli
tio.

Gen. ult. tio. Hunc figurauit Iacob quem medici con-
2.Para. 16 dierunt aromatibus. Aſa. quem ſepelierunt
plenum lectum aromatibus, & vnguentis fa-
cientes.
Quinquageſimus nonus actus eſt beati F. glo-
rificatio. Figurauit hunc Ioſeph, cui dixit Pha
Gen. 41. rao. Vno tantum regni ſolio te præcedam. Et
ipſe dixit fratribus. Nunciate patri meo om-
Gen. 46. Eſther.8. nem gloriam. Mardocheus, qui glorificatus
fuit a rege Aſſuero.
Sexageſimus actus eſt beati Fr. ad gloriam de
ductio. Anima beati Franciſci ad gloriam de
Iudi. 12. ducta, figurata fuit, per Iudith introductam,
Eſther.2. vbi erant theſauri Holofernis. Et per Eſther
introductam in cubiculum Aſſueri. Per archā
2.Reg.6. introductam in ciuitatem Dauid cum canti-
1.Mac. 13. cis, & iubilo. Hunc figurauit Symon, qui arcē
intrauit cum laude, & ramis cytharis, & cym-
balis &c.
Sexageſimus primus actus eſt, beati Franciſci
Gen 41. ſublimatio. Hunc figurauit Ioſeph, exaltatus
ſuper omnes, quem Pharao vno regni ſolio p̄-
1.Mac. 10. ceſſit. Ionatas, quem Alexander Rex fecit ſe-
dere ſecum, & magnificauit eum, & ſetipſit eū
inter primos amicos.
Sexageſimus ſecundus actus eſt, fratrum ad
ſoldanum baptizandum a beato Fran. miſſio.
Mich. 6. & hic actus figuratus fuit in Moyſe & Aaron,
quos Deus miſit ante ſe ad deducendum Iſ-
rael de Aegypto.
Sexageſimus tertius actus eſt, mortuorum à
3. Reg. 17. beato Fran. reſuſcitatio. Hunc figurauit E-
lias, qui filium, mulieris matrisfamilias reſu-
4. Reg.4. ſcitauit. Eliſeus, qui filium mulieris ſunami-
tis reſuſcitauit.
Vltimus actus eſt beati Franc. meritis a Chri-
ſto donorum diſtributio, & conceſſio. In qua
cunq: enim neceſſitate beatus Franc. inuoce-
tur, ſubuenit Chriſtus inuocantibus. Hunc fi-
gurauit Aſſuerus, qui in die, qua Eſther eſt ei
Eſther.2. coniuncta, dedit dona, & requiem omnibus.
Eſther. 2. Salomon dādo reginæ Saba omnia,
3. Reg. 10. quæ ab eo poſtulaſſet. Sic ergo patet quomo-
do beatus Franciſcus, quo ad actus ſuæ vitæ
poteſt dici figuratus in veteri teſtamento, &
nouo; & ſi paucæ figuræ de vtroque teſtamen-
to ſunt poſitæ. Verum quia aliquis poſſet di-
cere dictas figuras communes, & nō proprias
eſſe, quod concedo, & alijs a beato Franciſco
competentes: attamen ſicut ſanctus Frāciſcus
præalijs perfectior fuit, & Chriſto cóformior,
cui prædictæ figuræ appropriantur, ſic poteſt
dici: ꝙ ſibi præalijs attribuantur. Sed habet
ne aliquas, quæ poſt Chriſtum beatum Franci
ſcum exprimant & figurent? Videtur mihi di-
cendum ꝙ ſic. quæ alteri a Chriſto competere
bene nequeunt niſi beato Franciſco.
Gen. 1. & 2. Et prima eſt illa Gen. 1. & 2. de conditione ho
minis facta, ſexta die ad imaginem, & ſimilitu
dinem Dei; iſta ad litteram eſt de Adam, & ſi
guratiue de Chriſto; ſed ſi alteri ſancto debet
attribui, danda eſt Beato Franciſco, qui ſexta
die ideſt, ſexti ſigilli apertione, vt habetur A-
poca. 7. fuit factus ad imaginem impreſſam, Apoc. 7.
& expreſſam domini Ieſu, & eius ſimilitudi-
nem.
Secunda eſt de columba emiſſa a Noe ex arca.
Gen. 8. quæ columba ordinem minorū a bea- Gen. 8.
to Franciſco inſtitutum ſignificat: ſecundum
abbatem Ioachim. vt dicetur.
Tertia eſt figura de Iacob. Gen. 28. cui dictū Gen. 28.
eſt. Eritq; ſemen tuum, ſicut puluis terræ, di-
latabetis ad orientem, & occidentem, & ſeptē
trionem, & meridiem &c. Hoc impletum eſt
in beato Franciſco, cuius ordo accepit angu-
los omnes terræ, vt conformitate, & fructu 11.
dicetur.
Quarta figura de Ioſeph: Gen. 41. cui Pharao Gen. 41.
annulum ſuū dedit in manu ſua. Nulli ſancto-
rum Chriſtus dedit annulum ſuæ expreſſæ figu
ræ, & ſtigmatizationis, niſi beato Frāciſco.
Quinta figura eſt de Iacob, qui cācellatis ma-
bus, & cæcutiens benedixit filios Ioſeph. Gen. Gen. 48.
48. quæ in beato Franciſco impleta eſt, qui be
nedixit fratribus Bernando, & Eliæ, & alijs
in morte ſua.
Sexta figura de vite, de aqua tres propagines
exortæ ſunt beatum Franciſcum deſignat, qui Gen. 40.
fuit vitis ad inſtar Chriſti: ipſi viti Chriſto p-
fectiſſimè inhærendo, & tres propagines ex
ipſo ſunt ortæ, quia tres ordines ſcilicet Mino
rum, Pauperum dominarum, & fratrum, & ſo
rorum de pœnitentia.
Septima figura eſt de Ioſue, qui fuit miniſter
Moyſi, & eius emulator: Nemo autem fuit Num. 11.
miniſter, & ſeruus Chriſti, vt Franciſcus: &
ipſius perfectus imitator.
Octaua figura: eſt de Elia in curru igneo aſ-
portato. S.F. in curru igneo transfiguratus ap 4. Reg. 2.
paruit fratribus, vt dicit 4. pars legendæ.
Nona figura, eſt de quarto viſo cū tribus pue-
ris in fornace, ſimili filio Dei. Dan. 3. Iſti qua Dan. 3.
tuor in fornace ſunt quatuor ordines in mun-
do exiſtētes; ordo videlicet Baſilij; Auguſtini;
Benedicti; & Franciſci. Sed quartus eſt ſimilis
filio Dei. 1. vita, quia Chriſto eſt ſimilis beatus
Franciſcus, q.a ſignatus ſuis ſtigmatibus.
Decima figura eſt de viro ſignante Thau. Qui Ezec. 9.
vir fuit beatus Franciſcus, prout vidit frater
Pacificus, & alijs indicijs eſt probatum. Aliæ
ſunt figuræ, quæ poſt Chriſtum ſingulari mo-
do beatum Franciſcū figurauerunt, quas bre-
uitatis cauſa omitto: Sic ergo apparet, quo-
modo beatus Frāciſcus fuit figuratus: & per
conſequens eſt prima pars, quæ erat videnda,
declarata. Reſtat nunc videndum de ſecunda
parte, videlicet quomodo beatus Franciſcus
eſt verbis prophetarum declaratus. vbi ſcien-
dum, ꝙ B. F. & eius ordo fuit declaratus.
Primo per eximium prophetarum Deum, &

hominem dominum Ieſum Chriſtum, qui de ordine prædixit.B.F. prout ipſe ſanctus Fran. Lucę 12. dixit;& hoc.Nolite timere puſillus grex,quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum; hoc in fratribus minoribus dicit completum, & de eis dictum a Chriſto ſpecialiter. Quod Math.25. vni ex minoribus meis feciſtis, mihi feciſtis.

Secundo fuit beatus Fran. declaratus per maximum prophetam Apoc. 6. videlicet Io.Euãgeliſtam, vbi inquit Ioannes. Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum,& ecce terremotus magnus factus eſt,& ſol factus eſt niger,tanquam ſaccus cilicinius, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtellę de cœlo ceciderunt ſuper terram. Et ſequitur cap. 8. Poſt hæc vidi quattuor angelos ſtantes ſupra quattuor angulos terræ tenentes quattuor ventos terræ,ne flarent ſuper terram,nec ſuper mare, neque in vllam arborem. Et vidi alterum angelum aſcendentē ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna quattuor angelis, quibus datum eſt nocere terræ,& mari dicens.Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei in frontibus eorum. Sigillum iſtud ſextum ſi diligenter inſpicitur apertum fuit tempore imperatoris Federici ſecundi regis Siculorum; Federicus ſecundus Rex Siciliç. cuius in tempore factus fuit magnus terremotus,quia magna perſecutio in Eccleſia ſancta Dei: nam propter diuiſionem inter ipſum,& Papam,& Cardinales, Sciſma inter Federicum, & Papam. de partibus infidelium,ad partes fidelium, multos ſaracenos conduxit Eccleſias deſtruentes, & clericos perſequentes, & religioſos. Sol factus eſt niger, ideſt dominus Papa; qui diu tempore ſuo niger fuit: videlicet, quia non eſt inuentus, imo poſtea vt ſimplex ſacerdos Venetijs eſt inuentus. Luna tota facta eſt ſanguis, ideſt Eccleſia tota effecta eſt ſanguis, ideſt ſanguinolenta interfectione clericorum,Cardinalium, & aliorum prælatorũ per ipſum Federicum,& ſuos fautores interfectorum. Stellæ de cœlo militantis eccleſiæ ceciderunt: quia multi prælati adherentes eidē depoſitione & excommunicationis ſententia innodati ceciderunt. Per quatuor angelos tenentes ventum,intelligi poſſunt ipſi demones in quatuor partibus mundi ſtantes impedientes peccatis,ne Deus ventum ſuæ gratiæ ſuper terram ſufflaret, imoque magis Deus vindictã de talibus,& in talibus exerceret. Vel per quatuor angelos poſſunt intelligi quatuor ordines ſanctorum,quos vt angelos ad mundũ reformandum deſtinauerat, videlicet ordines Apoſtolorum,Martyrum,Confeſſorum, Anachoritarum, & Doctorum; quorum exempla mundus & doctrinam contemnens ſtabant ſuper quatuor partes terræ, & ſpecialiter tempore præfati Federici perſecutoris Eccleſiæ;quãdo obliterata omnis via erat perfectionis, dicebantur tenere ventum.ſ.doctrinæ, & vitæ perfectæ quam oſtenderunt pro tanto, quia nec in mari,ideſt inſulis: nec in terra plana: nec in arboribus, ideſt nemotibus vix inueniebatur aliquis,qui tales imitaretur. Hoc tēpore,quãdo ſic fiebat, Illo tempore miſſus eſt Franciſcus. a Deo directus eſt angelus alter a præfatis,videlicet, angelicus vir Franciſcus. Qui fuit angelus ratione puritatis, & ſuæ a Deo in mundum ad annunciandum pœnitentiam deſtinationis: Sed vnde venerit, dicit Ioannes q̄ ab ortu ſolis, quia a ſole iuſtitiæ Chriſto tranſmiſſus. Vel ab ortu ſolis, quia de ciuitate Aſſiſij ad ortum ſolis poſita. Sed qualiter cum miſerit, dicit q̄ habebat ſignum Dei viui, ideſt in proximo a Chriſto habiturus ſignũ ſacrorum ſtigmatum, iuxta modum loquendi ſcripturæ: quæ ponit factum in proximo fiendum: & ſic Franciſcus poteſt dici; q̄ habuit ſignum Dei viui,quia in proximo ſtigmatibus Chriſti erat inſigniendus. Sed ad quem fructum? Certe inquit. Clamauit &c.ideſt,vt clamaret,& prædicaret.Ad iſtum finem miſſus eſt beatus Franciſcus ſicut in ſequenti fructu, & conformitate dicetur. Voce inquit magna, prædicationis cõmunis, operationis, doctrinæ,exemplaritatis,& perfectionis,& vt fideles ad Chriſti crucifixi ſectanda veſtigia inflammaret,induceret,& effectum dominicę paſſionis in eorũ cordibus, & inſignia imprimeret; & ſic eorum corda hoc ſigno crucifixi deſignaret, & pingeret.

Quod vero hic angelus habens ſignum Dei viui beatus fuerit Franciſcus, viſione facta fratri Silueſtro eſt clarificè demonſtratum. Viſio.F.Silueſtri. Hic in habitu degens ſeculari, & ſacerdos exiſtēs: cum ſancti Franciſci viam,fratrumq; ſuorum humano ſpiritu abhorreret, vidit in ſomnis totam Aſſiſij regionem,a dracone immenſo circundari,pro cuius teterrima,horridaque effigie, diuerſis (vt uidebatur) mundi climatibus propinquum excidium imminebat. Contuebatur poſt hæc crucem auream, atque fulgentem procedentem ex ore Franciſci,cuius ſummitas cęlos tangebat, & brachia protenſa in latum,vſque ad mundi fines videbantur,extendi; cuius aſpectus præfulgidus draconem illũ tetrum,& horidum penitus effugabat.Hoc dũ ſibi tertio demonſtraretur intellexit beatum Fran. deſtinatum a domino, vt glorioſæ crucis aſſumpto vexillo hoſtis maligni robur elideret, ac præclaris veritatis fulgoribus, tam doctrinæ, quam vitæ mentes fidelium ad paſſionis domini ſectanda veſtigia induceret, paueret & illuminaret. Quod enim totum beati Frãciſci ſtudium prædicatio,& conatus fuerit,vt mentes fidelium ad deplorandum,& cõtuendum paſſionis Chriſti mirãda induceret, infra fructu,& conformitate 13. dicetur: etſi quis hanc figuram non eſſe de beato Fran. dicat, oſtendat de quo alio ſit intelligenda habente ſignum Dei uiui, ut habuit Franciſcus,

&

& credam ei. Addit ipſe Ioannes, ꝙ beatus Frã ciſcus ipſe clamauit, & multi eius ſequentes vitam pariter, & doctrinam ſignati ſigno Dei uiui per Franciſcum, & totaliter domini paſſionem in corpore ſuo geſtantes, & multos alios ſignauerunt, ſicut infra, quando de tertio ordine a beato Franciſco inſtituto, dicetur conformitate, & fructu 8. & de eius prædicatione fructu decimo, & fratrum fructu undecimo dicetur euidenter, & oſtendetur.

Tertio fuit beatus Franciſcus declaratus per Apoſtolum Paulum, qui, & ſi diceret de ſeipſo propter verbera Chriſti amore pluries accepta. Ego ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. Et Chriſto confixus ſum cruci. Et mihi abſit gloriari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: de nullo tamen alio poſſunt præfata verius dici, quam de beato Franciſco, ut fructus, & conformitas 31. oſtendet. Et ſi dicatur, habuit ne Paulus ſpiritum propheticum? Reſpondetur quòd ſic; quia raptus fuit vſque ad tertium cœlum. Hoc idem patet in ſuis Epiſtolis ad Theſalonicen. Et alijs: vbi uidetur: & in actibus Apoſtolorum oſtẽditur ſpiritum propheticum habuiſſe.

Gal. vlt.
Gal. 11.
Gal. 6.

Quarto de ipſo prophetauit, & beatum Franciſcum cum beato Dominico mundo affuturum declarauit Sibilla, quæ fuit tempore regis Priami, & belli Troiani, quæ de Chriſto, & Apoſtolis plura dixit. Deinde aduentum B. Franciſci, & beati Dominici mundo affuturum declarat dicens. In vltima ætate humiliabitur Deus, & humiliabitur proles diuina. Iungetur humanitati diuinitas: iacebit in fœno agnus, & puellari officio decubabitur Deus, & homo. Signa præcedent apud appl'as. glo. ideſt iudæos. Mulier vetuſtiſsima glo. 1. Heliſabet puerum concipiet. glo. 1. Ioannem Baptiſtam ſtella orbis mirabiliter ducatum præſtabit ad ortum. glo. Chriſti. Hic habens pedes triginta tres. glo. 1. annos; ſexque polices; glo. 1. menſes. eliget ſibi ex piſcatoribus deiectis numerũ duodenatium. i. duodecim Apoſtolos. vnumque diabolum. glo. 1. Iudam. Nõ in gladio bellovè; Aeneadem vrbem. gloſ. 1. Romam regeſque ſubijciet. Sed in hamo piſcatoris, ideſt deiectione, & pauperie ſuperabit diuitias, ideſt ſuperbiam cõculcabit; morte propria mortuos ſuſcitabit, & cum mactabitur, viuit, & regnabit, & conſumabuntur omnia; & fiet regeneratio, bonos iudicabit, & malos. Huic quatuor animalia, ideſt quatuor euãgeliſtæ ſurgent in teſtimonium. Nomen agni in tuba concinent; ferentes iuſtitiam, legemq; irreprehenſibilem. gloſa, ideſt Euangelium, cui contradicet beſtia: gloſa. i. Antichriſtus: Simulque abhominatio ſpumę draconis. Et ſorget ſtella mira. gloſa. 1. Paulus Apoſtolus. Quatuor habens animalium imaginem. gloſa. 1. totum Euangelium a quatuor Euangeliſtis editum. Eritque in tuba mirabili. Danaos. gloſa. 1. græcos illuminabit in Aeneade glo. 1. Roma. Lacus piſcatoris gloſa. 1. ſocius Petri nomen agni vſque ad fines ſeculi uirtute perducet: in Aeneade uinctos a diabolo liberabit. Hic glo. 1. S. Paulus gladiabitur, moriens illuſtrabitur. Porro glorioſus exitus eius. Erit autem beſtia horribilis ab oriente veniens. glo. 1. Machometus. Cuius rugitus uſque ad gentes punicas. gloſa. 1. Affricanas audietur. Cuius capita. 7. ſceptraque innumera, pedes 663. glo. 1. ſexcenti. 63. anni. Hic erit contradicens agno, ut blaſfemet teſtamentum eius. Augens draconis aquas: reges autem & optimates ſeculi erunt in ſudore terribili, & non diminuent pedes eius. i. annos. Subdit de beato Franciſco, & Dominico. Stellæ quoque duæ glo. 1. ordo Minorum, & Prædicatorum conſimiles primæ, ſurgẽt contra ipſum, & nõ obtinebunt uſque dum ueniat abhominatio, & uoluntas altiſsimi conſumetur. Hęc ſibilla.

Profetia Sibillæ.

Qua prophetia patet: quòd cum beatus Franciſcus nomine uocetur ſtellæ: & ſuus ordo per ſtellam habet merito figurari. Contra ſectam Maumeti ſpurciſsimi porci: audacter dico, nullum ordinẽ ſic inſurrexiſſe, ſicut b. F. contra ipſam ter accedendo ad partes infideliũ egit, atque fratres miſit: qui ipſo. b. Fran. uiuente, ut infra dicetur fructu 8. ſunt martirio coronati, & ultra 60. a ſaracenis de fratribus beati Fr. ſunt martirizati, ipſaque gens Maumeti, ut inferius patebit: per ordinem beati. Frã. ad dominum conuertetur.

Ordo B. Franc. per ſtellam figuratur.

Quinto beatus Franciſcus fuit declaratus, & eius ordo: ut teſtatur Abbas Ioachim ſuper octauum capitulum prophetiæ Cirilli Anachoritę, & presbyteri mõtis Carmeli, per quẽdam diaconum nomine Policarpum: quẽ ut dicit Ioachim legiſſe multa de ipſo, & ordine eius, cuius dicta ipſe Ioachim minime ponit.

Sexto ipſe beatus Fran. fuit etiam declaratus, & eius ordo per Cirillum presbyterũ, & Anacoritam montis Carmeli: cui celebranti miſſam Angelus domini duas tabulas gręce ſcriptas Aeneas detulit: eidem mandans, ut ſcriberet in eis contenta, & in latinum uerteret, & occidentali Eccleſiæ mitteret, qui ſic egit. uerum cum prophetia multum ſit in uerbis obſcura: interpretandam, & dilucidandã Abbati direxit Ioachim: qui ipſam expoſuit. Ponens ergo prophetiam, ſimul & Ioachim expoſitionem apponam: ut ipſa debite, & lucide intelligatur.

Cirillus anacorita prædixit multa de B. F.

Vbi ſciendum, ꝙ b. Franc. uocatur ſemper in iſta prophetia nomine Petræ. patet in principio, & in alijs capitulis ſequentibus, & patet in fine fratres minores alloquẽns cum dicit, Nempe ſi ad petram fortem &c. Et licet Ioachim aſsignet eã m, aliã tamẽ inferius adiũgã.

Sciendum ſecundo, ꝙ in principio huius prophetiæ loquendo de beato Franc. ſub nomine petræ, dicit de eius ordine exciſo ab iſta petra, & conſequenter uidetur loqui de ordine Prædicatorum: ac de ordine Cartuſien. & de iſtis tribus ordinibus dicendo ipſorum initia, & unde ſunt orianda, de ipſorum primo conditionibus bonis, & demũ de malis uſque ad partem illam. Nempe ſi ad petram fortem; ubi dimittendo alios ordines, & b. Franc. commendando, ac inducendo fratres ad beati Frãciſci imitationem, ipſam prophetiam concludit. Dicit ergo Deus reuelando Cirillo.

Prophetia Cirilli.

Væ mulieribus. Ponit hic principium ordinis Minorum dicens. Væ mulieribus. Ioachim in glo. Mulieres appellat quoſdam futuros religioſos molles, & delicatos, curioſos, ut fœminas.

Exciſis de petra duriſſima uallis uirginis. Ioachim in glo. Hoc refertur ad patrem, & fundatorem iſtorũ, quos alloquitur, quia inquit erit ſanctus, & conſtans, & firmus, ut petra in timore Dei: cuius, inquit, conſtantia uirtus, & ſanctitas inferius denotatur, cum additur. Nepe ſi ad petram fortem. Dicit ergo ꝙ mulieres, idest fratres, ſunt exciſæ de petra duriſſima. ſ. beato Franciſco. Sed unde fuit hæc petra, & ordo fratrum Minorum fundatus? dicit ꝙ fuit exciſus de petra duriſſima uallis uirginis. Ioachim. per uallem uirginis poteſt intelligit aliqua regio ditioni Eccleſiæ ſubiecta, in loco ualloſo: in qua oriundus erit illorũ fundator, & pater. ad litteram beatus Franciſcus fuit de ualle Virginis. In tota enim prophetia Cirilli, nomine Virginis appellatur Eccleſia. Fuit ergo b. F. de ualle Virginis, idest de ualle Spoletana: quia de Aſsiſio, quæ ciuitas eſt de ualle Spoletana, quæ uallis, cum Aſsiſio eſt Romanæ Eccleſiæ, & eius ditioni ſubiecta: & ibi beatus Franciſcus ortus eſt, & ordo Minorum fundatus: uel poteſt dici, ꝙ ordo noſter fundatus eſt, & exciſus a petra, idest inſtitutus a beato Franciſco in ualle Spoletana: & in loco Virginis. ſ. Mariæ, quæ per Antonomaſiã uirgo dicitur. Nam in loco ſanctæ Mariæ de Portiuncula, ordo incepit Minorum a beato Franc. petra inſtitutus. Subdit prophetia de alio ordine.

Et puellis, ſupple uæ de monte umbroſo. Ioachim. per puellas, aliud genus intelligitur religioſorum delicatum, ut primum. de monte umbroſo; hoc forte dicit, quia nigri habitus erit futurus. Subdit prophetia de tertio ordine, dicens.

Beſtijs. ſiue de mõte Libani. Ioachim. Beſtijs. inſinuat tertium genus beſtiale ſimplex, & rude: quia forte non erit adeo litteratum, mori buſque prouectum, ut duo præmiſſa. de mõte Libani dicit: uel quia in ipſo monte inhabitabit, uel forte quia cum Libanus cãdidatus interpretatur, habitus albi futurum erit. Subdit prophetia de iſtis tribus ordinibus ſimul.

A ſuæ tempore iuuentutis uſque in ſenium earum, nouiſsimum nhæ multiplex eis incumbit. Ioachim, a tempore ſuæ iuuentutis: non ab infantia, uel ab origine, in qua iuſti futuri ſunt, ut hic prope deſcribitur, ubi dicitur In infantiæ ſuæ primordio: ſed a iuuentute, idest in proceſſu ipſorum ordinum. Sequitur in prophetia.

In infantiæ ſuæ primordio, uſque in tempora pubertatis, margaritis multiplicibus. Ioachim. Hic inſinuat, ꝙ in ſui origine, iuſti ſunt futuri uſque in tempora pubertatis, quæ eſt ſecunda ætas. Per quod datur intelligi: ꝙ modicum in iuſtitia ſunt manſuri.

Sequitur in prophetia Margaritis multiplicibus parentum ſanguine, rutilantibus, renitebunt. Ioachim. parentum ſanguine hoc ideo dicitur, quia uirtutes, quibus nitebũt, ab ipſis ſanctiſsimis patribus, qui in infantia eorum, & de nouo migrabunt, ex ſumma, & nona deuotione ad ipſos trahent. Subdit prophetia.

Sed pedetentim, idest paulatim, muſcarũ ſtercoribus, & uiarum pulueribus fuſcabuntur. Ioachim. muſca eſt inquieta, & importuna: per quod notatur, ꝙ inquieti erunt, quo ad diſcurrendum, & importuni, quo ad petẽdum; quorum inquietudo inferius denotatur ubi dicitur. Quas incautas leueſq; repererint. Incautas inquam: quia homines illorum tędio affecti deuincentur: nec poterunt quietari, donec eorum importunitatibus ſatisfecerint. Leues uero, ſupple ad tribuendum, quia multi uerecundia ducti, propter quandam curialitatem naturalem, quæ ineſt multis hominibus: eorũ importunis petitionibus ſatisfacient: Hæc autem inquietudo, & importunitas ſtercoroſa cẽſetur, idest Deo, & hominibus odioſa; Deo inquam propter inquietudinem, quæ diſplicet Deo clamanti: Vacate, & uidete: quoniã ego ſum Deus. hominibus propter importunitatem. Vnde dicitur inferius.

Quapropter beſtie cauebunt ſibi in iſtos incidere. Viarũ pulueribus. Ioachim. puluis uiarum, infructuoſus eſt, uentoque mouetur, & enaneſcit: per quod notatur, ꝙ uanaglorioſi futuri ſunt, potentum enim, & nobilium amicicijs efferentur: & politis quibuſdam uerbo ſitatibus iactabuntur, & hæc nihil aliud ſunt niſi, quidam pulueres momentanei: eo ꝙ euaneſcant, nec durant, nec fructus capitur ex eis. Sequitur prophetia.

Væ unum, & uæ iterum: hos præſtolatur nugaces glo. interlinearis, idest deriſores uel truffatores. Quos gladius biceps confodiet: horũ Deus uenter, & lingua cum lumbis erit. glo. i. etiam & lumbi. Ioachim. Væ unum, hoc refertur ad ſubſequens. Quos gladius biceps confodiet. Biceps quidem gladius, ſcilicet

perditio

perditio vitæ præſentis : quam non ita habebunt, vt cupiēt, & futuræ, eos confodiet, ideſt conſumet. Sequitur in prophetia.

Hi deſertores cateruas proprias relinquētes, vagari per compita eligent : alienorum foraminum inuaſores. Ioachim. vagari: adhærentes quidem vagabundę religioni: eligent ſtulte hincinde vagari, forſitan mendicantes. foraminum, ideſt prouentuum, vel elemoſinarū, quia quod nudis pauperibus puellis infirmis, verecundis, & ſenibus deſtitutis debuerit tribui: hi omnia ad ſe trahent dicentes, ſe cunctos ægentes excellere. Sequitur propetia.

Hi filij Eſau beſtiarum ſimplicium venatores, in ſpecubus alienis, & quas incautas, leueſque repererint, gaudenter excoriabunt, ſceleſti gloriabuntur, glorianter narrabunt complicibus, cum prædas fecerint ampliores. Quapropter beſtiæ cauebunt ſibi, in iſtos incidere cū opera eorum didicerint. Ioachim : in ſpecubus, ideſt in his, quæ clericis ſecularibus, vel alijs perſonis eccleſiaſticis pertinebunt. Iſtud ꝙ ſequitur : & ſi ad omnes tres ordines referatur: præcipuè tamē ad ordinem minorū pertinet: ſubdit prophetia.

Iniqui iactabuntur in Eccleſia, quam deijciēt aſcia. Ioachim. hi mentientur ſe delectari in paupertate, quam deijcient aſcia. Eſt autem aſcia ferreum inſtrumentum, quod profunde lignum incidit, & deuorat : per quod intelligitur, ꝙ totis viribus deijcient paupertatem occultam, & delitijs inhęrebunt. Subdit prophetia.

Simulatione, & inſigni penuria enigreſcent, vt capiant, ideſt decipiant, & denudent lepuſculos. glo. i. ſimplices vehementius. Sed diſſimulatis, paliatiſq; copijs effulgeſcent, vt latenter degant ſplendidius. hi ſunt telis presbyteri ab vltore Angelo perimendi, oblata vorātes in abditis, florebunt in altum, vt cedri, ſanguine, & hauſtu elati. glo. i. ſanguine, & ſcientia litterarum. Vſque ad pinnam Syon ſublimiſsimam. Inſigni. Hi perfidi pauperes inſignes ſe dicent, quaſi iuxta formam Apoſtolorum viuentes: Aegentes, quia nec in communi nec in ſpeciali ſe poſsidere mentientur. Subdit prophetia.

Tamen teredo ligni medulam corrodet, & ꝑtundet intrinſecus, vt tandem optima quęquæ diſcant. Ioachim. Teredo eſt vermis pertundens. i. perforans, & corrodens lignum intrinſecus, vt tandem areſcat. Hic vermis ſuperbia eſt, vel auaritia, quę omnes virtutes deſtruunt, & conſummunt. Subditur in prophetia.

Et frondes eius areſcent. Ioachim. Per frondes arborem decorantes intelligit prælatos religioſos, qui ad eccleſiaſticas dignitates promoti in ordine eorundem honore, & gloria redundabunt. Falſo inquam : quoniam ſpiritualem paupertatem deicere, & ad ſplēdidas diuitias peruenire non eſt honorabile, quo ad Deum, ſed potius uituperabile. ſubdit prophetia.

Et decident flores in limum. Ioachim. Per flores odoriferos bonam famam intelligit, qua tandem carebunt. Subdit prophetia.

Super hoc lupi rapaces ad inuicem corrodentur, & alter alterum ſuauiter manducabit, donec fœtor ſanguinis occiſorum aſcendat ad nares iudicis impregnati. Ioachim. Lupi rapaces: hic oſtendit, ꝙ nō ſolum extrinſecus, quo ad ſecularia, ſed & intrinſecus, quo ad ſe inuicem praui exiſtent, alter alterum perſequēdo diffamando, vel alias offendendo inique. Ad nares iudicis impregnati. Ioachim. Iudex impregnatus poteſt intelligi Deus ęternus, qui modo mulieris prægnantis portat vindictas impiorum in corde, vt ab erroribus conuerrātur: qui tandem parturiens clamat, vt mulier, cum dolens condemnat impios ipſos ſupplicijs atrocibus gehennalibus. Subdit prophetia.

Fallaces ingenioſi medijs linguis fantes cū viduis, exponentes ſacrificia mercaturæ. glo. interlinearis, ideſt tot miſſas facias decantari; da tantam pecuniam; & culpa, pœna, aut peſtis non erit. Offer ſacrificium, præbe teſtimonium, & plaga, vltra non erit. Hoc ſuggerent filij nequā, ſeductores aſtuti. Vt augeant ſtercora, glo. i. ſplendide viuant; & ſaltent cacumina. Ioachim : Medijs linguis more infantiū erubeſcentium plenarie confiteri, ꝙ pomum velint eorum aſpectibus præſentatum. vnde medijs, cum non plene ſe velle proferant. Sic iſti cum viduas opulentas, vel ſimplices voluerint ſpoliare, medijs linguis loquuntur : quaſi oſtendentes ſe nolle tanta recipere; ne hoc deroget ſummæ, ac altiſsimæ paupertati iſtorū, quorum centuplum lætanter acciperent. Subſequitur in prophetia.

Febres ſanabunt eos. Ioachim : Hoc verbum non intelligo : niſi forte quis diceret, quòd ad ægros accedent, & eorum vltimis voluntatibus aſsiſtentes procurabunt aliqua ab eiſdē ſibi relinqui. Sequitur in prophetia.

Mors uita iſtorum. Ioachim : quia forte de mortuis, vel teſtamentis defunctorum aliqua lucrabuntur. Subditur in prophetia.

Ad quęrulas uoces tibicinum ſalient lætabundi, ut agni in paſcuis. Ioachim. Tibicines erāt antiquitus quædam lamentatrices, quæ ad defunctorum corpora vocabantur; ut vocibus querulis lamentarentur, plangerentq; defunctos. Adhuc in aliquibus partibus obſeruatur. Ad has uoces lamentabiles ſalient lætabundi ob lucrum, ſicut ſaliunt agni in paſcuis uberimis. Sequitur in prophetia.

Sagaciſsimi deceptores mentientur ſe potiſsime mortuos ſuſcitare; ut ſpolient virgines glosa. i. Eccleſias, & ſeculares; ut dilatent ten

toria glo. 1. ædificia. Ioachim potiſsime dicturi ſunt iſti malitioſi ad populum: Eligite apud nos ſepulturam, nõ apud Eccleſias ſeculares; quia pluribus ſacrificijs abundamus, quibus animæ defunctorum purgantur, & in eis glorioſior reſurrectio apparebit, quia noſtris ſocietatibus adiungẽtur: ꝙ eſt falſum; & enim ſi ultra mare ſepeliatur corpus, citra mare ſacrificium factum, & oratio ei ualet non obſtãte ubicunq; ſepeliatur. Sacrificium quidem non ſepulturæ, ſed animę impenditur. Subditur in prophetia.

O perditi quid ubera materna. glo. 1. paterna. Spreuiſtis quæ Deus benedixit a ſeculo, & ubera nouela uirginea elegiſtis: fortaſsis quia iſta improuide perdidiſtis, & his liberiora neſcitis, quæ perditorum remedio rapuiſtis. At tamen, & uos expectate pauliſper, quoniam quidem ignis proſiliet de altari & conſum & iterum Nadab, & Abiud ſacerdotes. Ioachim. Vbera: terrenos fructus ex terræ uiſceribus ꝓdeuntes, mediantibus laboribus hominum. Vbera materna appellat, quæ Deus benedixit a ſeculo, ut homo inde ueſceretur: & dixit. Labores manuum tuarum: quia manducabis beatus es &c. hi feruntur uero reliquiſſe, cum Chriſto forſitan per uitæ perfectionem humiliter adhærẽtes, proprium abnegauerunt. Sed improbi, quia forte proni ad louia, & carnalia uitia, & ideo cõmunis uita eis fuiſſet utilior. Quod patet, quia perfectionem huiuſmodi deferentes, uirginea ubera ſugere eligent ſaporoſe, ideſt delitias, & ubertates ſeculariũ clericorum, quas ad ſe rapere quodam placore, ſeu quadam ſonoritate ſacramentorum, ac multa hipocriſi nitentur pro poſſe. Sequitur in prophetia.

Giezi quoque lepra inficientur, ut a planta ad cranium ſola ulcera turgentia uideantur. Ioachim. Giezi: ſeruus Eliſei lepra fuit percuſſus, quia ſanitatem uendidit, quam Naamã ſiro gratis, & libere Eliſeus impenderat: ſic iſti exponentes ſacrificia mercaturæ, ut a planta, ideſt ab ipſa ſimplici cõfeſsione fidei, quã & demones credunt, & contremiſcunt, Vſque ad cranium, ideſt ſummã uirtutum, nil aliud, quam lucrum cernetur in ipſis. uel a planta uſque ad cranium, ideſt ab ipſi puberibus, qui ipſorum ordinem de nouo aſſument vſque ad prouectos, iſtorum nullus nihil aliud, quam ultimum appetet; omnes enim quæ ſua ſunt, quærent, non quæ Ieſu Chriſti, honori & commodo, & auaritię inhiantes. Sequitur in prophetia.

Hi patroni prædiuites confidentes in uaccis pinguibus dormitantibus. Ioachim. Prædiuites: ſicut enim patroni prædiuites in uaccis pinguibus, & alijs animalibus armentitijs cõfidentes efferuntur mentis ſuperbia, quaſi nihil poſsit eis quandoq; deficere; cum modis innumeris prouentus aſsiduos aſſequantur; ita & hi confidunt in uaccis pinguibus, ideſt in groſsis ſummiſque prælatis Romanæ eccleſiæ, utpote Cardinalibus, Patriarchiſque, & primatibus eiſdem fauorabilibus, ut ſic non paueant inferiorum clericorum calumniam paruipendere. Sequitur prophetia.

In riſu uirginis. Ioachim. Hic oſtendit ꝙ memorati prælati aplaudent eiſdem ob ſuũ honorem calumnias hominum formidantes; ne diceret populus, ꝙ uaccæ illæ pingues dormitantes, non patiuntur hos humiles pauperes ſaltem uilliſsimis eleemoſynis laicorum nutriri. Quid eos abhorrent? quid ſacra demũt eorum? Forte quia opera eorum non diligũt, nec ſecuntur eos pauperes memorati. Subditur in prophetia.

In robore montium in cornibus elleuatis. Ioachim. Montes Iſrael ſunt idem cum uaccis pinguibus dormitantibus. Hi dicuntur robur Iſrael ideſt Eccleſiæ, quia eam in diuitijs viriliter manutenent. Montes quoque feruntur non a uirtutis fortitudine, ſed mentis altitudine, propter ꝙ fauebunt dictis religioſis timentes eorum calumnias apud plebem. Sequitur in prophetia.

Baculis arundineis fœminarum, quos ſe irrigaſſe iactabunt. Ioachim. Baculis, quia hæc confidentia in prælatis erit fragilis, & inſtabilis, ut arundo, uel mulier, eo ꝙ in momento furoris, aut irracundiæ prelatorum particularium eccleſiarum conquerentium contra illos malignos; quoniam illorum iura inuaſerint, & uaſtauerint, exoſos eos habebunt, ita ut gratias eis ſubtrahant, eoſque ignominioſos efficiant. Irrigaſſe, dicent forte nos Eccleſiam poſt Apoſtos ſcientia irrigauimus: hanc honeſtatis parſimonię, rigoriſque moribus informauimus. Quicquid ergo honoris, & gratiæ habet Eccleſia exceptis prouentibus temporalibus nobis debet attribui. Sequitur in prophetia.

Veramtamen ſpiritus uehemens latens in cornibus, repente perflabit. Ioachim. Hic patenter declarat, ꝙ prælatorum dilectio erit ſimulatio, odijque latentis diſsimulatio in eo, ꝙ dicit, Spiritus latens in cornibus perflabit, id eſt ira, uel furor abſconditus in prelatis. Subditur.

Et quadros abſcindet de montibus, quos precipitans mactabit primo filios petræ uallis, & multos de monte umbroſo, ut nunquam reſurgant; deinde beſtias de monte Libano. Ioachim. Quadros, quadri dicuntur quidam morſoli ſaxei; qui abſcinduntur de ſaxis, & in quibuſdam modulis in uſus hominum conformantur. Sequitur in prophetia.

Si flagitioſi contuliſſent uirgini aureas murenulas, & in aures annullos, & te riſtra armillas, & ſpecula dextrocheria, & corona, prout eã

decebat; cum eius opibus ſint ditati eunuchi uirginis, utique detuliſſent eiſdem. Ioachim: In his omnibus uirgineis ornamentis, quæ hic enumerat, nihil aliud uult intelligere, niſi ꝙ ſicut uirginem, uel ſponſam hęc decent: & ſi ſubtrahantur ab illis, utpote ſeruis, uel feudatis ipſius, qui ſibi deferre tenentur, dignos ſe iudicant feudorum priuatione; ita & hi non deferentes eccleſiarum rectoribus, ob ſuam ſuperbiam gratijs priuabuntur ipſorum, & nouiſsime confundentur. Sequitur in prophetia.

Stultus pręſtat baculum, quo ipſe percuciatur, & quis non aufferet, ſtultior eſt cēſendus. Ioachim. Policarpus diaconus in uolumine, quod edidit, dicit ꝙ multę Religiones mendicantes ex deuotione Apoſtolicę paupertatis euenient; de quibus aliquæ ob eorum importunitatem, & inſolentiam, ac grauamen elemoſinarum per eccleſiam deſtruentur, & aliquæ famoſiores ex ipſis remanebunt ad tempus, quæ interim non modicum ſibi locum in eccleſia uendicabunt, & quia multis gratijs eccleſiaſticis ditabuntur, clerus timebit eas, & ſeruient eis ob timorem, donec & ipſę cū alijs deſtruentur. Sequitur in prophetia.

Hi pinnis montium in aciebus lumborum dēſitatibus uirgulorum miſerabiliter confundentur. glo. inter linearis pinis montium, id eſt altitudinibus dignitatum: In aciebus, ideſt mentis ſuperbia. Lumborum. i. in luxuriis. Dēſitatibus &c. ideſt terrenis prouentibus, quibus totus ordo hic ſcriptus pollebit, miſerabiliter confundetur. Sequitur in prophetia.

Sextarios. 60. ex area ſe collecturos ſperabūt; de quibus ſi. 10. in horreis repoſuerint, ſatis poterunt contentari. Ioachim. Hi ſextarios, quia continentes ſunt in gloria collecturi fructum ſexageſimum, & coniugati trigeſimum, ſicut centeſimū uirgines, & martires, aut ſummi prædicatores, iuxta expoſitiones ſanctorum: ideo hi arroganter in numero continētium generaliter aſsignabunt, ꝙ eſſe debebūt ſi plenè, ꝙ promiſerint obſeruauerint. De quibus ſi. 10. hoc refertur ad 10. legis pręcepta, ad quæ omnes tenentur; & uoluit dicere, ꝙ ſi in numero ſimplicium perſonarum erunt, poterunt contentari. Subditur in prophetia.

Caueant miſeri, ne quicquid ſeuerint, urens ſpiritus uertat in ſtipulam. glo. Quicquid ſeuerint, ideſt, quicquid fecerint de genere bonorum, uertat &c. ideſt, in uanum deducat, id eſt perdant, quod fecerint.

Vltimo, prophetia ad fratres minores increpandos, quaſi non imitentur beatum patrem Franciſcum ſe figit, beatum Franciſcum multipliciter commendando dicens.

Nempè ſi ad petram fortem. gloſa interlinearis, ideſt ad patrem eorum.

Et firmam [illegible]

Quadram. gloſ. interlinearis, in timore Dei. Ioachim. vt ſibi, & Deo, amico, & inimico iuſtitiam reddat debitam, uel Quadram, ideſt, ornatam uirtutibus quattuor Cardinalibus.

Et latam. glo. ſ. charitate.

Politam. Ioachim. i. planam, non aſperam, ut ſuperbus, & humilis arrogans, & mitis ſecum fuerit pacificè conuerſatus.

Et albam. glo. corporis caſtitate.

Mundam, & ſanctam. glo. ſ. uerborum diſcretione. Vnde originem protraxerunt: deuote & fideliter, & perfectè ſpectaſſent. glo. i. aſpexiſſent. Et eius efficacias, & uirtutes prout ab infantia incęperunt, ideſt in ſui exordio ſecundum glo. interlinearem. Et ſuper petram, ideſt, patrem illorum. Deſcriptas uiderunt uiriliter inſecuti fuiſſent. Ioachim petram hoc ideo dicit, quia morum inſignia, quę iſtorum pater eiſdem edidit obſeruanda, ipſe pater in ſe perfectiſsimè adimpleuit. Verum quia hæc prophetia beatum Franciſcum nominat ſub nomine petræ: & in principio, & nunc in fine, eſt ſciendum ꝙ b. Franc. ultra expoſitionem Ioachim, ſupra poſitam, & nunc pręmiſſam, poteſt dici petra.

Primo, quia ad litteram filius fuit Petri Bernardonis; unde a patre Petro poteſt petra nūcupari, quia Petrus, & petra idē ſunt Mat. 19. B. Frã. poteſt nominari petra.

Secundo petra, quia imitator perfectiſsimus Chriſti, qui eſt petra 1. Corinth. 9. Similiter, & beati Petri, qui petra eſt Mat. 16. quia ipſe uitam Chriſti. Petri & aliorum proſecutus eſt perfectiſsimè apoſtolorum. prout dicit Nicolaus Papa tertius in regulæ declaratione.

Tertio dicitur petra, quia Petro, ideſt Eccleſiæ firmiſsimæ adhærens, promiſit obedientiam, & reuerentiam domino Papæ, ut dicit regula in principio: fidem Eccleſiæ tenuit, ut de eo cātatur; & pro eius fide ter mori uoluit.

Quarto dicitur petra, quia ipſe, ut dixit ſibi Chriſtus directus ab eo erat, ut reformator terreſtris Eccleſiæ. Ideo pręfatis de cauſis poteſt dici beatus Franciſcus petra.

Sed hæc petra appellatur primo duriſsima, quia firmiſsimus fuit in inceptis.

Secundo, de ualle uirginis, quia beatæ Virgini deuotiſsimus.

Tertio, fortis contra diabolum eius tentationes ſuperando.

Quarto, firma in fide.

Quinto, quadra nullo affectu terrenorum declinans.

Sexto, lata uirtutum, & meritorum prærogatiuis.

Septimo, polita gratiæ plenitudo.

Octauo, alba, innocentia decorata.

Nono, munda, ab omni peccato obſterſa, uſque ad quadrantem nouiſsimum.

Decimo ſancta ad perfectionis apicem appropinquando Deo copulata. Poſſent, & aliter

talia

talia exponi; ſed breuitati eſt inſiſtendum. In capitulis præcedentibus ad iuſtd huius prophetiæ Cirilli petra, modis a pręfatis aliter uocitata beatus Franciſcus nuncupatur, vt ſtatim patebit. Subdit prophetia.

Ne dum 60. ſed etiam cētum ſextarios in apothecis egregie collocauſent. gloſa. i. in cęleſtibus ſtationibus. Ioachim. Centum. quaſi aureolam martirum, ſummorumque prædicatorum aſſecuti fuiſſent.

Notan. Et enim qui bene regularem modeſtiam obſeruauerint, quæ in mentis, & corporis caſtitate obedientia pronita, paupertate voluntaria, vigilantia, aſsidua, parcitate diſcreta, ſilentio irrefragabili, humilitate perfecta conſiſtit, audeo dicere, ꝙ pluribus martiribus, qui breui martirio, ex hac uita migrarunt, egregiē præferuntur: laudabilis quidem uita religioſa, ſi recta; & ualde vituperabilis, ſi iniqua vel praua; quia neutrum mundum aquirit ad votum: Eſt autem recta uita religioſa in omnibus, & per omnia; ſi mentis humilitas, à qua bona cū cta procedunt, & quam innumeri mentiuntur habere, interius conſeruetur; & cordis elatio, a qua cuncta mala naſcūtur, quam, & innumeri uidentur abijcere, ſed falluntur, de foris expellatur. Et concludit prophetia.

Felix qui mūdē. glo. ſ. coniugatus, vel ſimplex collegerit ſextarios, 30. ex area. Ioachim. Felix qui caſtitatem matrimonialem illibatā ſeruauerit. Hic non inuidebit ſuperbis cornutis atergo. glo. i. religioſis caputia indignē ferentibus. Hæc Cirillus, quibus patet quomodo Deus ipſi Cirillo, qualis eſſet futurus beatus Franciſcus, & ſuus ordo declarauit.

Idem quoque Cirillus beatum Franciſcum in capitulo quinto, in primo verſu. Tunc emptigadis eiulabit &c. Vocat petram duriſsimā. Item capitulo ſexto, in parte illa. Tunc palam &c. Vocat beatum Franciſcum lapidem inſecabilem. Hoc dicit quia à ſanctæ paupertatis formula, & charitate nunquam ſcindi potuit, aut ſeparari, ſeu in minimo elongari. Et in omnibus prædictis locis ſemper loquendo de petra, ſeu lapide, de quo dictum eſt ſupra in prophetia. capitulo. 8. teſte Ioachim, de beato Franciſco loquitur. Sed in capitulo ſeptimo. in parte illa. Ne obliuiſcaris filios &c. ibi beatum Franciſcum vocat petram oleo linitam in diffluo. vbi Abbas Ioachim in glo. inquit. Ne obliuiſcaris &c. hic tangit quorūdam religioſorum perſecutionē, & ſequitur. Hi ſunt filij petræ oleo linitæ indiffluo. Hæc eſt petra quæ in ſuperioribus duriſsima, ut puto, & inſecabilis appellatur; cuius filij viam, & ſanctitatem deſerentes paternam, acerbiſsime punientur, cum aliis quibuſdam plectendis; ſed non totaliter deſtruentur. Secabūtur tamen ideſt, diuidentur plurimi a ſtatu illorum, maximē qui uitę repręhenſibilis fuerint. O quam gauderem ſi tantum patrem cum filijs mererer videre. Cæteri vero religioſi in coceito manebunt, ut littera innuit. Cocitus quidem luctus inrerpręta tur, quod diſsipationem inſinuat. Hęc Ioachim. Beatus Franciſcus petra oleo linita poteſt uere nuncupari, quia ſpiritus. ſ. donis, & gratijs copioſe fuit inunctus, ſed indiſfluo; quia hęc ſpiritus. s. oleo, & dono influxit largiter ad tres nidos, ideſt tres ordines faciendos, qui oleo ſancti ſpiritus inuncti, & ſanctificati fuerunt. Hac ergo prophetia Cirilli, apparet excelentia beati Franciſci; apparet quid ſuus ordo in principio fuit; quid erit in medio; & in eius fine, quo ad mores: Demum apparet, iuxta beato Franciſco, reuelata; ꝙ ordo minorum, vſq; ad diem iudicij perſeuerabit.

Septimo beatus Franciſcus, & eius ordo declaratur uenturus, & præclara ſienda per ipſum ordinem per Abbatem Ioachim, qui ſuit etiam, vt pręfatus Cirillus, per tempora ante beatum Franciſcum. hic Abbas Ioachim, cuius opera ſunt per Eccleſiam approbata, libro excepto, quem edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum; de beato Franciſco, & eius ordine loquens, in libro, quem edidit cōcordiæ ſic dicit inter alia.

Erunt duo viri, vnus hinc, alius inde, qui duo ordines interpętantur. unus italus. ſ. de Vmbria, & alter Hiſpan[9]: Et poſt iſtos duos ordines ueniet alter ordo ſaccis veſtitus, ſub cuius tempore apparebit filius iniquitatis, qui dicitur Antichriſtus, & ſequitur. breuiſsimū eſt tempus ipſius, ſ. tertij ordinis: ſicut breuiſſimi ſunt dies Antichriſti ſucceſſoris ſui. Ordo enim Minorum, uſque ad nouiſsima tempora duraturus, per mare Aquilonare tranſibit, aſpera paſcua guſtabit: Regina auſtri protegit, & fouet eum in amaritudine ſua: flumen Eufratem trāſibit, & undam, & impetum eius ſua prędicatione mitigabit: aſpera reducentur in planum in ſermone eius. Terra ſalſuginis, ideſt Aegypti ad dominum conuertetur per eum. In eadem terra ſecorē Euangelium prædicabit: multæ gentes per ipſum ordinem ad dominum conuertentur: gens idolatra, cuius lingua ignorabitur, quæ de finibus terrę ueniet, miſſa a Deo in adiutorium terræ promiſsionis; & vt ipſa agnoſcat Deum patrē omnipotentem, & filium eius vnicum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ad fidem Catholicam conuertetur. Futurum eſt enim, ꝙ ordo Minorum uiriliter ſe opponat contra mortis Angelum; & contra eum prædicando, plures, & maxima multitudo de filijs ipſius ordinis, martirio ad Dominum tranſibit; ſicut dictum eſt per Dauid prophetam. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas uolatilibus cœli; carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę, Gaudebunt in canticis ſuis, ideſt in prædicatione

Prophetia Abbatis Ioachim de beato Franciſco. Pſal. 78. Pſal. 78.

tione omnes tribus terræ, & gens immunda Maumethica, quę remanebit, & hi qui reliqui erunt ad dominum conuertentur. Quibus verbis apparet quomodo, tam de ordine quàm de ipſo capite, eſt prophetatum. Patet etiam, quando erit voluntas domini contra Maumeth, ſtella, ideſt ordo Minorum pręualebit, vt dicebat ſibilla in ultima parte ſuę prophetiæ ſuperius poſitę.

Ordo columbinus durabit vſque ad dié iudicij.

De permanentia ordinis vſque ad diem iudicij, vt dictum eſt ſupra in expoſitione prophetię Cirilli, b. Franciſco fuit a Deo, vt dicit legenda antiqua reuelatum. Et ſubdit Ioachim. Iriundo turpiſsima, & venenoſiſsima clericorum iniquitas, opponet ſe contra ordinem Minorum, & ipſum calcare, & calcitrare tentabunt, nec poterunt: dominus enim viſitat ipſum ordinem, & conſeruat, & gubernat in neceſsitatibus, & laboribus ſuis; manſio ipſius ordinis, & habitatio ſolidata eſt in angulo ſanctitatis, & ęternæ ſtabilitatis; hæc Ioachim.

Et idem libro concordiæ quinto, ſic dicit exponens illud, quod die ſexto dixit Deus, vt terra produceret animam viuentem. Et creauit Deus hominem ad imaginem &c. inquit. Creauit in hoc ſexto die, in ordine laicorum nouas ſpecies religionis, quæ omnes in adiutorium clericorum, & monachorum creatæ ſunt a domino: & ſubdit: Quod autem omnibus completis ad vltimum in die ſexto creatus eſt homo, qui præſit piſcibus &c. Futurum eſt.n. ut ordo unus coualuat in terra, ſimilis Ioſeph, & Salomon; ipſi quoque filio hominis cui etiã ſimilis dictus eſt a propheta, quia in ipſo, & per ipſum, & ſecundum ipſum formatus eſt: qui omnibus ordinibus, qui a tempore quinto clarere cęperunt, prælatus erit gloria, & dignitate, & ipſe ſubijciet beſtias, & omnem terram; ut compleatur in eo promiſsio illa, Pſal. dicétis, Et dominabitur a mari uſque ad mare; & a fluminе uſque ad terminos orbis terrarum. Ipſe eſt ille populus ſanctorum, de quo dixit Angelus Danieli Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo Regni, quæ eſt ſubtus omne cœlum, dabitur populo ſanctorum altiſsimi. Hic eſt populus ille ſanctus, ordo.ſ. iuſtorum circa finem futurus de quo in typo Salomonis dictum eſt a domino, per Nathan prophetam: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filiu, Quæ non ſolum de filio Dei intelligenda ſunt, ſed de illis ſanctis hominibus circa finé futuris, qui ſecuturi ſunt ad integrum ueſtigia eius. Et plura dicit ibidem. Sed quod Abbas Ioachim intelligat de ordine beati Franciſci, patet quia ipſe ſolus, præ alijs ſequitur ueſtigia Chriſti, quia regula, & uita fratrum Minorum eſt domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare. Inſuper beatus Franciſcus primo uita, demum paſsione factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Ieſu Chriſti crucifixi.

Pſal. 21.

Dan. 7.

2. Reg. 7.

Idem Abbas Ioachim de ordine beati Franciſci, & beati Dominici loquitur expreſſe in expoſitione Ieremiæ in prologo. capitulo primo ſuper illud: Verba Ieremiæ filij Helchiæ, &c. Et eodem capitulo ſuper illud. Noli dicere, quia puer ego ſum. Poſt multa ſic inquit. Sicut olim elegit Deus patres ſeniores; ſecundo Apoſtolos iuniores; ita etiam nunc tertio pueros eliget ad litteram, ad prędicandum regni Euangelium, & excutiendum Loth in ipſis pueris fidelibus per Abraham ſummũ pontificé, populum.ſ. Chriſtianum in fluentis caduci ſeculi. Itabaſcentem, conuerſantemque cum filijs ſceleratis. Sed & pueri Hebręorum in huiuſmodi pueris deſignati, ueſtes, & ſpolia ſeculi in cultum diuinum abijciunt.i. non ponunt; arbores, & ramos arborum, iuſtorũ doctrinas, & uites imo propagines de ſecularibus auferent, ferentes flores mundiciæ, & palmas uictoriæ, qua mundum calcant: Diabolum ſuperant, carnem frenant, iuſtitię operibus excolendo gratias, & laudes agunt domino Abraæ patri cœleſti excelſo. Et horum ſi quidem ore prædicatio laudis perficitur, dum non aliud ore nunciatur, quàm in conuerſatione demonſtrant: hi ſunt columba, quam ſpiritus ſanctus alter Noe, qui requies dicitur, propter tribulationum impetus, quibus mundus fornicator abſumitur, emiſit, & emittet ex archa, ceſſantibus aquis diluuij gẽtium futurarum, quæ ad ſubleuandam archã contemplantis Eccleſiæ in ſublime, conuenient. Et ſubdit. Itemque ad conuertendos infideles in ſua cęcitate relictos, & operiendam terram ſcientia domini: quamtotius remittẽdos, ut ſicut per Moyſen, & Ioſue Cananeos Deus Iſraelitis ſubiecit: per Paulum, & Euangeliſtam Ioannem ſtrauit idolatras; ſic & nũc per duos ordines ſignatos futuros in illis, gentes incredulas ſubigat, & conuertat.

Idem de prædictis ordinibus loquitur ſuper illud Ollam ſuccenſam ego uideo; de iſtis ordinibus loquitur ſuper illud. Ecce ego congregabo omnes reges Aquilonis. Et ſuper illud, Quaſi tempeſtas currus eius: capitulo. 4. ubi inquit: In puero nobili, & ignobili duo notantur ordines futuri: quemadmodum in Caleph & Ioſue: in Manaſſe, & Efraim: in Moiſe, & Aaron: in Ioanne, & Chriſto: in Elia, & Eliſeo: in Paulo, & Barnaba: in duobus exploratoribus Ierico: in duobus, qui miſſi ſunt ad ſoluendum Aſinam alligatam; & in duobus euntibus in Emaus: & in duobus miſſis Angelis ad ſubuertendum Sodomam: & ſubdit. Iſti ſunt ęqui, & quadrigæ Aminadab, immo Zachariæ, immo Chriſti, immo ſpiritus ueritatis. Nã quandoq; aſsimilantur curribus Pharaonis, vbi ſunt ęqui nigri, aliquãdo curribus Eliæ, ubi ſunt ęqui ignei, & rubei. Aliquando curribus Eunuchi Reginę Cãdacis, ubi ſunt Pſal. 67.

equi albi; aliquãdo currib⁹ Dei, vbi equi uarij. In curribus Dei decem milium multiplex. vbi varietas. Iſti ſunt omnes fortes, quo ad fidem quo ad tribulationẽ ſuſtinendã; varij, quo ad prędicationem; multiplices, quo ad religionem, quemadmodum in coruo, & columba, quia & iſte totus niger, & illa varia.i. mixta. Et plura multum pulchra dicit de iſtis ordinibus, ad propoſitũ plures ſacræ ſcripturæ figuras adducẽdo. De iſtis etiã duobus ordinibus, loquitur. ſuper illud. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi; aut auis tincta per totũ. ſuper illud. Tolle lumbare &c. & c. eodem ſuper illud. Nunquid domine dolores parturiẽtis apprehendent te.

Iere. 12.

Iere. 13.

De prædictis & eodem modo etiam loquitur. ſuper illud. Factum eſt verbum domini ad Ieremiam, non accipias vxorem &c. & quaſi per totum capitulum, & c. 20. ſuper illud. Quare de vulua egreſſus ſum? & c. 22. ſuper illud. Ecce ego ad te habitatricem vallis: In præfatis ergo locis Abbas Ioachim loquitur de prædictis ordinibus Franciſci, & Dominici; quibus uerbis Ioachim apparet, ꝙ ſupra eſt dictum, beatum Franciſcum in veteri teſtamento fuiſſe multipliciter figuratum, quod ſignanter eſt notandum, ne fruſtra iſta conformitas, & fructus eſſe poſiti uideãtur. Sic ergo apparet quõ modo b. Frã. fuit per ipſum Ioachim futurus declaratus; & non ſolũ Abbas Ioachim beatũ Fran. prænunciauit uenturũ uerbo, ſed etiam opere, quia eum depingi fecit in Eccleſia ſancti Marci de Venetijs ſuper oſtium ſacriſtiæ, cum ſtigmatibus ſicut cernentibus hodierna die clare apparet, & hoc opere moſaico.

Iere. 16.

Octauo b. F. fuit per quẽdam Abbatem in partibus vltra marinis habentem ſpiritum propheticum declaratus; qui beatum Franciſcũ prædixit venturum, & de eius ſanctitate, & fratrum multa prædicens, mandauit ſuis monacis, ꝙ ſi quando in partibus illis fratres beati Franciſci, vel ipſum beatum Franciſcum viderent cum cruce, & omni reuerentia præcedere deberent: Et ſic fuit factum beato Franciſco, cum duodecim ſocijs mare tranſito, ad Soldanum pergente, vt dicit legenda antiqua.

Nono beatus Franciſcus declaratus fuit per Angelum, in ſpecie peregrini ſuæ matri, & nutrici, qualis eſſet futurus; nam beato Franciſco nato peregrinus quidam ad domum beati Franciſci patris, acceſſit, & petita eleemoſyna puerum natum petijt uidere, & cum nutrix nollet, de mandato dominæ Picæ matris beati Franciſci, ipſum puerum, eidem peregrino videndum obtulit; qui ipſum amplexatus benedixit; & ut dicitur in humero dextro ſignum crucis impreſsit, & tunc dixit aſtantibus. In vico iſto hodie nati ſunt duo pueri, iſte, & vnus alius. Iſte erit de melioribus hominibus de mundo; ſed alius de peioribus. Et dixit ꝙ beatus Franciſcus propter inſidias Diaboli bene cuſtodiretur; quo dicto ſtatim ipſe peregrinus diſparuit.

Decimus beatus Franciſcus fuit declaratus, qualis eſſet futurus per quendam virum ſimplicem de Aſsiſio, prout dixit dominus frater Bonauentura in legenda maiori, parte prima, qui Beato Franciſco adhuc ſeculari euunti per ciuitatem, eidem obuiando deponebat pallium, tegebat viam, & ſternebat ipſius pedibus veſtimentum: Et cum interrogaretur, quare ſic ageret? aſſerebat beatum Franciſcũ omni reuerentia dignum, vt pote, qui in proximo eſſet magna facturus, & ob hoc ab vniuerſitate fidelium magnifice honorandus.

Vndecimo b. Fran. qualis eſſet futurus declaratus fuit a ſua matre prout narrat frater Thomas de Celano in legenda.b. Fran. Nam Franciſco adhuc exiſtenti in habitu ſeculari; magnanimitatem, & morum honeſtatem admirãtibus conuicinis, ipſa b. Franciſci mater diuinitus inſtructa, dixit. Quid putatis iſte filius meus erit? gratia, Dei filium ipſum noueritis affuturum.

Duodecimo b. F. qualis eſſet futurus oſtẽſum fuit fratri Silueſtro in viſione illa, de qua dictum eſt ſupra de dracone, & de cruce aurea, quam ex ore b. Frã. procedentem conſpexit; qua viſione ter ſibi demonſtrata mundum relinquẽs habitu profeſsione, & imitatione beato Franciſco cohęſit.

Tertio decimo declaratum fuit b. Fr. quid eſſet peracturus in fidelium cordibus, & præſertim, Regi verſuum, & laureato fratri Pacifico in habitu adhuc ſeculari degenti, qui b. F. reperiens prædicantem apud caſtrum ſancti Seuerini de Marchia, ſuper ipſum manu domini facta vidit prædicatorem crucis b. Fr. duobus enſibus valde fulgentibus in modum crucis ſignatum, quorum vnus a capite ad pedes, alius a manu in manum per pectus tranſuerſaliter tendebatur: qui beatum Franciſcum non noſcens, attamen tanto uiſo miraculo, & verbis eius compunctus, mundum abdicans, eidem b. F. cohęſit: quem ab inquietudine mundi ad Chriſtum conuerſum ſanctus Franciſcus fratrem Pacificum cenſuit appellandum. Hic temporis in proceſſu in omni ſanctitate proficiens, Thau meruit videre in facie beati Franciſci, ꝙ colorum varietate depictum, eius faciem miro venuſtabat ornatu.

Quarto decimo. Qualis eſſet beatus Frãciſcus futurus declaratus fuit a Deo domino papæ Innocentio tertio, qui in ſomnis Lateranenſem videbat Baſilicam ruiuæ fore iam proximam, quam ipſe beatus Franciſcus pauperculus modicus, & deſpectus, proprio dorſo ſubmiſſo, ne caderet ſuſtentabat: & tunc cognouit, ꝙ bea. Frã. eſſet ille miſſus a Deo, qui opere, & doctrina Chriſti ſuſtentaret eccleſiam.

Quinto

Quinto decimo fuit declaratus ſuis 12. ſocijs regula prima, iam habita, qualis eſſet ipſe. b. Franciſcus, qui abſentatus ab ipſis, circa mediam noctis horam, in curru igneo tranſfiguratus apparuit; ad quod ſecutum eſt illud mirabile, vt virtute talis luminis, quo beatus Franciſcus transfiguratus apparuit, alterius alteri conſcientia nuda fuit; & ꝙ, vt veri Iſraelitæ poſt ipſum incederent, qui virorum ſpiritualium, ut alter Elias factus fuerat a Deo, currus, & auriga.

Sexto decimo fuit fratri Leoni, qualis eſſet futurus beatus Franciſcus multipliciter declaratus ſurſum in eleuationibus in Deum, & diuinis ad b. Franciſcum locutionibus, cōtemplatione Ieſu beatum Franciſcum præcedentis in cruce aurea fulgentiſsima, ut infra ſuis dicetur in locis; ſed præcipuè hoc obtinuit, dum ſemel frater Leo ſtaret cum b. Franciſco, uidit enim chartam de cœlo deſcendere ſuper beatum Franciſcum ſcriptam, Hic eſt gratia Dei, quæ charta redijt in cœlum à fratre Leone perlecta.

Decimo ſeptimo beatus Franciſcus fuit declatus cuidam nobili, quem in fratrem ipſe b. Frāciſcus optabat habere: pro quo orans ipſe beatus Franciſcus, dictus nobilis uidit Chriſtum loquentem cum b. Franciſco: & ipſum bea. patrem tam mente, quam corpore a terra eleuatum. Quo uiſo ſtatim ad beatum Franciſcum homo cucurrit: cunctaque dimittens factus eſt frater minor deuotiſsimus, ut ſanctus pater flagrabat.

Decimo octauo fuit b. Franciſcus demonibus declaratus qua is eſſet futurus? nam vt habetur in legenda antiqua in miraculo de quodā demoniaco a beato Franciſco liberato: ipſe diabolus interrogatus de ſanctitate beati Frāciſci, antequam ipſe b. P. vbi erat ipſe inuaſus, accederet ſacerdoti, & alijs inter alia dixit: ꝙ in hora natiuitatis b. Franciſci tanta facta eſt in inferno commotio, ꝙ omnes crediderunt iudicium futurum adueniſſe. Et tandem uidentes, ꝙ iudicium non parabatur: dixerunt pro certo aliquem eſſe natum, qui ipſum commoueret infernum & deſtrueret. Et tunc a principe tenebrarum miſsi in omnem terram: hunc b. Franciſcum natum in illa hora repererunt: pro certo tenentes per ipſum eos fore, & ſuos deſtruendos; ſicut fructu tertio & conformitate plenius dicetur.

Decimo nono beatus Franciſcus fuit declaratus beato Dominico de ordine Prędicatorū; qui cum beato Franciſco ſe Romæ reperiens, in mutuos ruentes amplexus, ſanctus Dominicus cordam petens beati Franciſci cum impetraſſet: & a beato Franciſco receſſiſſet: dixit beatus Dominicus pluribus, qui aderant. In ueritate dico vobis, ꝙ hunc virum ſanctū Franciſcum cęteri religioſi ſequi deberent, tanta eſt ſuæ ſanctitatis perfectio. Declaratus fuit etiam beatus Franciſcus beato Dominico in capitulo generali celebrato per beatum Franciſcum apud Aſiſium; in quo cum eſſent ultra quinque milia fratrum, ipſe beatus Dominicus cum pluribus ex ſuis affuit fratribus; ubi diuinam prouidentiam agnouit circa fratres adeſſe meritis b. Franciſci, cum tot fratribus nihil habentibus, nec de uictu cogitantibus ſubito diuina prouidentia omnia eis miniſtrauit copioſè; propter quod ipſe beatus Dominicus dixit vere dominus habet curam de iſtis ſanctis pauperculis, & ego neſciebam.

Vigeſimo fuit beatus Franciſcus declaratus domino Gregorio nono, tunc Oſtienſi epiſcopo, cui beatus Franciſcus prædixit eum futurum eſſe ſummum Pontificem, ad quem ipſe habuit ſummam deuotionem, cui ipſe dixit, Franciſce fili, quòd bonum eſt in oculis tuis fac; quia dominus tecum eſt. Alteri etiam Cardinali fuit beatus Franciſcus cognitus, & declaratus qui cum a beato Franciſco de obſcuris ſermonibus interrogaſſet ſolutionem: & beatus Franciſcus profundiſsimè reſpondiſſet, dixit ad eum Cardinalis. Ego te non interrogo tanquam litteratum, ſed tanquam hominem habentem ſpiritum domini. Et ideo a te reſponſionis intellectum libenter accipio; quoniam ſcio ipſum a ſolo Deo procedere. Greg. 9.

Vigeſimo primo fuit declaratus uni ſacræ theologiæ magiſtro de ordine prędicatorum apud Senas; qui cum b. Frā. interrogaſſet de quodam paſſu, ſacræ ſcripturæ a b. F. reſponſum de prædictis reportauit: cum reſeratione ſui cordis nulli palam facta ſecretorum, qui ſtupore vehementi miratus theologiam b. P. & ſpiritum ſpecialiter commendauit.

Vigeſimo ſecundo b. F. fuit cognitus, & declaratus domino Bernardo de Quintaualle prudentiori, nobiliori, & ditiori de Aſiſio, qui b. F. perfectione agnita omnia vendendo, & pauperibus dando, nihil ſibi reſeruando; primus præ aliis beati F. factus eſt frater, & filius ſpiritualis.

Vigeſimo tertio fuit b. F. fratri Egidio declaratus; a quo cum fratres quærerent quid ſentiret de beato Fr. reſpondit totus inflammatus ex auditu beati F. dicens, ille homo beatus F. nūquam deberet nominari, quin homo prægaudio lamberet labia ſua, tantummodo ſibi defuit unum. ſ. corporis fortitudo. Si enim habere t tale corpus, quale ego habeo. ſ. ita robuſtum, proculdubio totus mundus eum ſequi minimè potuiſſet.

Vigeſimo quarto fuit b. F. beatæ Claræ declaratus: cuius monitu, & prædicatione dimiſſis omnibus, quæ ſunt mundi, ęterno ſponſo iuncta eſt: Nec id ſolum effecit, ſed uerbo Franciſci de Ieſu prædicantis, adeo fuit in bono firmata, ut nulla tribulatio ſeu aduerſitas,

deinde ſibi grauis, aut difficilis ad ferendum fuerit.

Vigeſimo quinto fuit b.F.Fratri Morico prius de ordine Cruciferorum, ſed poſt de ordine Minorum declaratus, qui cum morbo grauiſſimo laboraret, ſupplex per internuntium factus b.F. ut pro ſe ad dominum exoraret, antidoto a beato Fr. confecto, eiuſque prece ſtatim ab omni fuit infirmitate curatus.

Vigeſimo ſexto fuit beatus Fr. Miniſtris pluribus prouincialibus, dum conderet ultimam regulam declaratus, coram quibus uerbis beati F. Ieſus inclinatus ſuam intentionem, ſic eſſe de regula obſeruanda, eiuſque ſe conditorẽ eſſe, coram præfatis, & non beatum Franciſcũ acclamauit.

Vigeſimo ſeptimo fuit beatus Franciſcus agnitus, & declaratus fratribus conſocijs, quorũ conſcientias, & ſecreta agnouit; ut patet de fratre Maſſeo; fratre Leonardo de Aſiſio; fratre Rizerio; & de alijs pluribus; de quibus dicetur fructu, & conformitate. 18. & 26.

Vigeſimo octauo fuit beatus Franciſcus medico declaratus, cuius eſſet uirtutis, qui ignem crepitantem, ab vna parte capitis ad aliam cocturam pertrahendo, nullam vidit moleſtiam beato patri intuliſſe; & demum capilli beati Franciſci poſiti intra ſciſſuram ſuæ domus de ſero, in mane reperit eam totaliter coadunatam.

Vigeſimo nono fuit beatus Franciſcus Abbati ſancti Iuſtini declaratus, qui eius oratione præ ſolito conſolationem ſpiritus, perſenſit. Idemque epiſcopo Aſiſinati, qui præcipitanter bea. Franciſci cellam ingrediens, linguam cum uiribus amiſit, ſed pœnitens deinde recuperauit. Similiter Soldano fuit beatus Franciſcus declaratus, qui ad ipſum ſummam concepit deuotionem, & tandem ipſius meritis regeneratus in Chriſto eſt ſaluatus.

Trigeſimo fuit beatus Franciſcus agnitus, & declaratus omnibus generibus creaturarum qualis eſſet, uidelicet mari; igni; aeri; terræ; Angelis bonis; Demonibus; Prælatis Eccleſiæ, Regibus, principibus; hominibus alijs, mulieribus; animalibus brutis, uolatilibus, natatilibus, ferocibus, arboribus, & plantis, ut ſuis infra locis dicetur, & ſpecialiter fructu, & conformitate 13. Et ſic de ipſo beato. Franciſco tam ante ortum, quam in ortu, & poſt ortum
Pſal. 92. declarato, & agnito dicere poſſumus. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Celebre fa-
1. Reg. 18. ctum eſt nomen eius nimis. Vnde beatus Fran-
Ezech. 38. ciſcus poteſt dicere illud. Et magnificabor, & ſanctificabor, & notus ero in oculis gen-
Ioſue. 6. tium multarum. Nam nomen eius vulgatum eſt in omni terra.

SECVNDVS FRVCTVS, ET Conformitas. Ieſus emiſſus cęlitus. Franciſcus deſtinatur. Expoſitio primæ partis; uidelicet, Ieſus emiſſus cęlitus.



EITAS illa ſuperna, cuius omnipotẽtia de non eſſe ad eſſe, cuius clementia, & bonitate ſumus, cuius miſericordia ſuſtentamur; cuius liberalitate dona, tã naturæ, quàm gratię aſsidue percipimus, cuius gratuita pietate noſtris condeſcendit indignis præcibus; cuius ſapientia omnia moderantur, & ordinantur; cuius abundantia in bonis, & affluentia humanum genus in ſui exordio eſt multipliciter adornatum, ordinatum, & mirificatum, vt apparet non ſolum teſtimonio pſalmiſtæ Da-
uid. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis glo- Pſal. 8.
ria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius; oues, & boues uniuerſas inſuper, & pecora campi: uerum etiam ſi attendatur, quid Deus hominem condendo eidem exibuit, & donauit; ipſum enim primũ hominem.

Primo creauit ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem. Quid Deus homini in prima eius conditione donauit.

Secundo in paradiſo in loco amęniſsimo collocauit.

Tertio ſcientia omnium illuſtrauit.

Quarto dominium ſuper omnia condonauit.

Quinto in ætate florida formauit.

Sexto iuſtitia originali adornauit.

Septimo delitijs omnibus conſtipauit.

Octauo conſortio Angelorum lætificauit.

Nono ſui, ſcilicet Dei ſingulari cognitione prædotauit.

Decimo immortalitatem, ſi uellet conceſsit.

Vndecimo liberum arbitrium, quo poſſet ſtare indidit.

Duodecimo firma ſponſione ſi ſtaret, & obediret, uitam ęternam ſe daturum eidem repromiſit, & ſibi in petitis adeſſe ſpopondit; quibus & alijs primis parentibus exhibitis, liberalitas Dei ad hominem, & genus humanum ueraciter declaratur. Verum quia hominem probari decebat a Deo; ſi Deo pro impenſis gratus exiſteret; ſi ęterna potius, quàm temporalia quæreret; ſi Creatori, a quo factus erat diligenter inhæreret; & eius imperio ſubdi uellet; ſi armis liberi arbitrij fretus ſciret ſe cuſtodire, & ab hoſte defendere, ſi per merita cœlum adire ſtuderet; & ſi ſpiritualis potius optaret eſſe, quàm carnalis. Poſt præfata

Quare homini in prima eius cõditione præceptũ eſt datum.

homini

homini a Deo magnificè collata, ad eum probandum in iam dictis, præcepta a Deo nō grauia, ſed leuia; non ſpernenda, ſed toto poſſe capienda, & adimplenda, utpote, quia in cuſtodiendis illis retributio multa, homini ſunt data: Sed homo paruipendens creatoris imperium. non attendens ſuæ conditionis initiũ, aut ſuæ mentis inſignium, hoſtis maligni deſiderium carnis prauum dominium, uel cœleſtis patriæ præmium prudentiæ cuiuſque conſilium, ac ſuum liberum arbitrium: Quid egit inquam? fregit, contempſit, deſpexit, & a ſe deiecit diuinum mandatum, potius obſecundans carni, quàm ſpiritui; uxori quam Deo; Diabolo, quam conditori; appetitui beſtiali, quam rationali; paruiſsimo, uiliſsimo, & inſipidiſsimo pomi uetiti eſu, cuius guſtu homo Deum ſummè offendit eum uilipendendo, deſpiciendo, contemnẽdo, & eius excellentiã appetendo. Cœlum ſibi clauſit; intellectum obſcurauit; hebetauit ingenium: hæreditatẽ priuauit ęterna; a Paradiſo ſe excluſit; elongauit ab Angelis; Diabolo pro ſeruo ſe ſubdidit; donis ſe gratuitis ſpoliauit; iuſtitiam originalem amiſit; genus humanum originali culpa fœdauit; morti ſe tradidit, & ad inferna quantum in ſe fuit cum ſua poſteritate trãſmiſit, & deputauit: Quibus homo factus eſt de domino ſeruus; de ſpirituali, carnalis; de domeſtico domini hoſtis, & aduerſarius; de cœleſti terrenus; de libero, & ſoluto obligatus; de puro, infectus; de diuite, pauper; de cœli ciue, mundi accola; de ſano, infirmus; de virtuoſo, vitioſus; de homine, beſtia; de innoxio, noxius; Deo pro ſe, & tota ſua poſteritate debitor, & obnoxius, & ad ſatisfaciendum Deo multipliciter obligatus, & deputatus, ob commiſſa, dimiſſa, admiſſa, & amiſſa ab eo, & per eum; & adeò factus impotens ad Deo ſatisfaciendum pro peccato, ꝙ nec pro ſe, & ſua poſteritate, quàm culpabiliter infecerat quoquo modo valeret: loquendo ſtrictè de ſatisfactione.

In quas homo inciderit calamitates ꝑceptum cõtemnens.

Quod enim, nec pro ſe, aut ſua poſteritate de ſtricto rigore ſatisfacere nequiret, patet libro cur Deus homo c. 1. Quia cum dicat dominus venerabiliter Anſelmus. Quod ſatisfactio eſt redditio ęqualẽtis alias in debiti. Nec ęqualens ad humanum genus, & ſeipſum reddere poterat.

Quare primus homo non poterat ſatisfacere pro peccato.

Primo cum Deo in actionibus ex collatis, & in paſsionibus omnibus Deo ex peccato teneretur, æquiualens aliquod indebitum reddere non poterat, prout opportebat.

Secundo quia maculam, qua omnes infecerat & ſe, ab animabus nullo modo quibat remouere, cum hoc Dei ſit ſolius; qui ſicut animam per ſe creat, ut patet 2. ſen. d. 17. ſic, & mundat. 4. ſen. d. 18.

Tertio dominium rependere, quo ſe priuauit, dominium inquam carnis ad ſpiritum per iuſtitiam originalem, quam perditam recuperare, ex ſe non potuit, & dominium, quo ſoli Deo eſſet cum ſuis ſubiectus; dominium inſuper ad temporalia, & vt omnia ſibi ſuccederẽt ad nutum; & ſine difficultate parerent.

Quarto debitũ exſolueretur poterat, ꝙ exigebatur, offenderat .n. & ſi finitè quo ad actum, infinitè tamẽ quo ad obiectũ, & ſummè ipſum inhonorauerat ſibi creaturam præponendo: quomodo ergo aliquid, quod Deo placeret, poterat exercere ſicut offenſa diſplicuerat, & ꝙ eſſet bonum tantum in ſe, ſicut Dei offenſa mala eſt comprobata, & tantum de honore rependere, quantum inhonorauerat?

Quinto Diabolum ſubijcere, ſub quo detinebatur, cum non ſit poteſtas, quæ æquiparetur ei, & ei iuſtè, quia ſe voluntate Diabolo tradiderat, ſubijciebatur: quomodo ergo poterat ſe, cum ſuis, a ſuis euellere manibus, & remouere?

Sexto cœlum peccato clauſum ualebat, ne homo ſibi aperire, & ſuis ſequacibus? certe non. Quia, ipſius eſt aperire, de quo dicit Pſal. Tu es qui reſtitues hęreditatem meam mihi; & Leonis de tribu Iuda, cuius eſt aperire librũ, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Alijs rationibus poſſet deduci propoſitum; ſed ſufficiant prędictæ: Sic ergo patet, ꝙ primus homo, nec pro ſe ſtrictè loquendo, nec pro quocunq; loquendo pro ſua poſteritate, videlicet natura humana poterat ſatisfacere, ſed nec aliqua pura creatura hoc ualebat. Non Angelus, propter iam dictas rationes. Quia, & ſi Angelus bonus non tenetur Deo in paſsionibus, ſed in actionibus: nulla paſsio fuiſſet intenſiuè infinita, & tam bona, ſicut culpa, fuit mala. Item quodlibet citra Deum, eſt minus Deo, quare non ſufficiens. Item non Angelus eſt tam bonus, quàm bona erat tota humana natura, quam primus homo peccando infecerat, & occiderat. Item ſi Angelus pateretur pro culpa hominis, homo rationabiliter Angelo ſubijceretur, ut ſuo redemptori, & liberatori, & ſic homo ad ſtatum primum non reſtitueretur: in quo ſoli Deo erat ſubiectus, & nulli creaturæ. Quo concluditur, ꝙ ſi Angelus, qui eſt nobilior inter creaturas non potuit pro homine ſatisfacere, a fortiori nulla alia creatura.

Pſal. 15.

Apoc. 5.

Angelus non poterat ſatisfacere pro peccato hominis.

Vide in cõformitatibus. Virginis fructu 23.

Sed nunquid homo peccando debuit a Deo reparari? Reſpondetur, ꝙ ſic.

Primo, quia totum corruptum erat in primis parẽtibus.

Secundo, quia alio impellente ceciderat.

Tertio, nec propria malitia ſe infecerat.

Quarto, quia terminus nec tempus pœnitendi tranſierat: quæ omnia fuerunt in Angelis cadentibus: quare decentiſsimum erat Deũ ipſum hominem reparare.

Quare homo poſt peccatum debuit reparari, & quomodo.

Sed quomodo, & per quem debebat reparari?

Reſpon-

Reſpondetur, ꝙ decebat reparari per uiam ſatiſfactionis; & per hominem Deum. Et pro primi euidentia eſt ſciendum, ꝙ ſi conſideretur diuina potentia per ſe, & abſolutè, ideſt, quia infinita, & non coniuncta iuſtitiæ, & alijs perfectionibus diuinis, peccatum ſine ſatiſfactione Deus poteſt remittere; ſed quia Deus cuncta, quæ agit iuſte, & ſapienter facit; ſic cũ his perfectionibus Dei potentiæ coniuncta, quæ potentia Dei ordinata vocatur; Deus peccatum inultum, ideſt ſine ſatiſfactione illius, qui peccatum agit, vel alterius pro eo, dimittere non valet.

Primo, quia peccatum eſt contra Dei voluntatem.

Secundo hominem Deo rebellem facit.

Tertio priuat gratuitis.

Quarto diſplicet Deo.

Quinto fugibile ſummum eſt.

Sexto nihil inordinatum Dei ſapientia finit eſſe in mundo.

Septimo ad peccatum ſemper ſequitur pœna peccati.

Octauo ſi impunitum dimitteretur, nulli legi ſubiaceret, & ſic eſſet equale Deo.

Nono apud Deum iuſtus, & iniuſtus idem haberetur: Quare præfatis ponderatis, ſine ſatisfactione peccatum mortale dimitti a Deo non ualet; ſic enim faciendo, ſcilicet peccatum puniendo.

Primo diuina iuſtitia declaratur, quæ inſeparabiliter, & inobliquabiliter peccato annectit pœnam.

Secundo Dei ſapientia; pęna enim in peccati ſupplicium ordinata eſt ad decorem vniuerſi, & per conſequens, in laudem eſt diuinæ ſapiẽtiæ, quæ in modico turpari non ſinit vniuerſum.

Tertio diuina præſcientia, quam non aufugit peccatum; ſed eidem pœnaliter ſubijcitur, & ſupponitur, & ſuæ legi.

Quarto honorificentia maieſtatis diuinæ: quę rendo enim ſuum honorem, quem peccatum adimit, & hoc pœna debita, honor eius declaratur, & manifeſtatur: Et ſi dicatur, Si Deus peccatum inultum non relinquit, vbi eſt eius miſericordia? Reſpondetur, ꝙ Dei miſericordia reſeratur tali punitione; non ꝙ Deus non puniat; ſed quia in infinitum citra cõdignum punit; claret miſericordia Dei in ſuſtinendo peccatorem; poſt lapſum, in erigendo a peccato, a quo per ſe ſurgere non poteſt: in remittendo culpam, & ſibi ab ipſo illata. Sed iuſtitia apparet in punitione mitiſsima, quam ingerit peccato in infinitum citra condignum: & ſic Vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas: Sic ergo, patet ꝙ peccatum inultum dimitti non decet, & ſine ſatiſfactione. Sed pro euidentia ſecundæ partis. ſ. ꝙ decuit, vt ſatiſfactio fieret per hominem Deum: hoc declaratur quibuſdam prius attentis.

Primum eſt, ꝙ Deus hominem condidit ad beatitudinem dicente Salamone. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Prou. 16. Et Aug. 1. confeſ. Feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. hæc eſt concluſio Magiſtri 2. diſt. 1. ne igitur fruſtraretur intentum diuinum aliquando homo ad beatitudinẽ peruenire debebat.

Secundum eſt ꝙ ad beatitudinem homo peruenire non poterat de potentia Dei ordinata; niſi pro peccato hominis Deus ſatiſfaceret, vt dictum eſt.

Tertium eſt, ꝙ primus homo, nec aliqua creatura pro ipſius peccato ſtrictè loquendo ſatis facere Deo poterat.

Quartum eſt, ꝙ Deus eſt bonum infinitum, & cuicunque ſe inferiori uniret ad ſatiſfaciendum Deo patri, ſeu filio, vel ſpiritui ſancto, eſſet ſufficientiſsimum pretium, vt dicetur infra fructu, & conformitate 31.

Quintum eſt, quia homo tenebatur Deo pro peccato ſatiſfacere, & non poterat; & per conſequens per aliud maius homine hoc fieri oportebat.

Sextum eſt, ꝙ talem decebat, qui formam haberet, & aſſumeret humanã. Ratio, ex quo pro homine ſatiſfaceret, vt propria eſſet, ac ſic homo in primo eſſe libertatis remaneret, qua ſoli Deo ſubijciebatur, & quia homo Deo in hoc ſcilicet ad ſatiſfaciendum tenebatur; quibus patet, ꝙ per hominem Deum, homo, qui ceciderat decebat reſurgere: Nam cum nulla creatura hoc poſſet; & propoſitũ diuinum de homine non debebat fruſtrari; & iuſtitia ſatiſfactionem exigebat, ergo per aliquid maius homine, & quacunque creatura, hoc fieri debebat; & ideo per ſolum Deum, & non niſi hominem aſſumendo; quia ſolus homo tenebatur. Et quia paſſione ſola hoc habebat fieri, vt infra fructu, & conformitate. 31. dicetur; ideo tali ſatiſfactione penſata Deum, hominem fieri erat neceſſarium; vt per Deum hominem, vtpote bonum ſufficientiſsimum, homo reparetur: Sic ergo breuiter apparet diuinæ incarnationis congruitas, ac peccati primorum parentum iniquitas, ob quam remouendam neceſſarium, declarata neceſsitate fuit Deum incarnari.

Et quia in deitate tres ſunt perſonæ, videlicet pater, & filius, & ſpiritus ſanctus; quam harũ perſonarum decuit ad liberandum hominem incarnari? Certe non perſona patris, ne paternalis dignitas offenderetur; offenderetur quippe ſi aliquando filius eſſet. Inſuper pater, cũ a nullo ſit, nec ab alio mitti decebat, nec alteri ſupplicare, ne perſona alia prior, eo in diuinis eſſe videretur. Nec perſonam ſpiritus ſancti decebat incarnari, cuius eſt procedere non quomodo natus, ſed quomodo datus, ut dicit magi-

Quæ perſonarum diuinarum debuit incarnari.

magiſter primo ſen.di.13. quare eius proprie
tatem etiam extrinſecè obfuſcari naſcendo,
de æquo non decebat. Perſona filij naturam
humanam aſſumere debebat; quod, & fecit:
Et ꝙ debebat apparet congruentiis pluribus.
Prima, vt ſicut per verbum omnia ſunt in eſſe
cõſtituta,& creata; ſic & per ipſum omnia ad
eſſe gratificum forent reparata, & reformata.
Secunda,vt qui eſt Dei patris filius in diuinis,
fieret hominis filius in humanis.
Tertia, vt imago creata, peccato obfuſcata,
per imaginem increatam Dei filium.ſ. qui eſt
imago patris reformaretur.
Quarta,vt cum per hominem,& ſi toti Trinita
ti ſit offenſa illata; præcipuè tamen Dei filio,
qui eſt ſapientia Dei patris ſimilis, & æqualis
per omnia patri, ipſe enim homo ſapientiam
ſimilitudinem, & æqualitatem appetijt Dei;
quare per ipſum Dei filium, qui eſt ſapientia
Dei ſimilis patri,& æqualis; decuit reparari.
Quinta per filium quem, pater, vt ſe diligit,
decebat nos in Dei filios adoptari.
Sexta decebat filium patri ſupplicare pro no-
bis,& non econuerſo.
Septima per illum, ſcilicet Dei filium a mani-
bus Diaboli,decebat nos liberari, qui eſt Dei
virtus.
Octaua,per ipſum Dei filium qui eſt hæres vni
uerſorum,nos decebat in hereditatem induci.
Nona decebat,vt ille,qui eſt in cœlis ſine ma-
tre,carnem ſumeret de uirgine matre, utram-
que natiuitatem acciperet ęternam de patre,
temporalē de matre, ut idē eſſet,& filius Dei
patris,& virginis matris.
Decima, quia decebat, ꝙ ſicut genus huma-
num in eſſe exierat per verbum increatum, &
in culpam ceciderat deſerendo uerbum inſpi
ratum; nec minus ſit,ut dicit Aug. condita re
parare,quam in eſſe conſtituere; ſicut non mi
nus bene eſſe gratiæ,quam eſſe naturæ fie, &
reſurgere per verbum incarnatum. Aliæ con-
gruentiæ poſſunt adduci; ſed prędictæ ſuffici-
ant. Licet ergo miſterium incarnationis, &
opus tota Trinitas ſit operata, in filio tamen
ſolo, eſt hæc operatio terminata. Pater ergo
ęternus nolens, in ira circa hominem miſeri-
cordias ſuas continere, ad liberandum homi-
nem mittere filium ſuum decreuit,& ordina-
uit. Et quia hoc erat maximũ beneficiũ poſſi-
bile homini cõferri; incarnatio, videlicet filij
Dei; ut uidelicet homo Deus, & Deus homo
fieret; Deuſque teſte Amos, ut ſæpe dictũ eſt.
Non faciet uerbũ, ꝙ prius nõ loquatur ad ſer
Gen. 12. uos ſuos propheras; hinc eſt, ꝙ hoc donum ſe
Gen. 26. daturum patribus promiſit.ſ. Abrahæ. In ſemi-
Gen. 28. ne tuo benedicētur omnes gentes terræ. Iſaac
Pſal. 131. Iacob, Dauid de fructu ventris tui &c. Suumq;
A quibus prophetis prædictus ſit Chriſti aduentus. filium incarnandum reuelauit patribus, & pro
pheris. Quo cognito Deum affuturum in car-
ne humana prædixerunt: vt patet de Iacob,

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de ſe Gen. 49.
more eius donec ueniat, qui mittendus eſt;&
ipſe erit expectatio gētium. De Balaam. Orie Num. 24.
tur ſtella &c. De Salomone. Cum quietum ſi- Sap. 18.
lentium tenerent omnia; & nox in ſuo curſu
medium iter haberet; oĩs ſermo tuus domine
a regalibus ſedibus uenit. De Iſa. Ecce uirgo Iſa. 7.
concipiet,& pariet filium &c. De Ieremia. No Iere. 31.
uum faciet dominus ſuper terram: fœmina cir
cundabit virum. De Baruch. Exue te Ieruſa- Baruc 5.
lem &c. De Dan. In diebus autem regnorum Dan. 2.
illorum ſuſcitabit Deus regnũ cœli, ꝙ in ęter-
num non diſſipabitur &c. De Ageo. Ego mo- Age. 2.
uebo cœlum,& terram; & ueniet deſideratus
cunctis gentibus. De Zacharia. Ecce Rex tuus Zach. 9.
&c. De Michea. Tu Bethleem terra Iuda &c. Mich. 5.
Et ſequitur. Ex te enim exiet dux &c. De Ma- Mala. 3.
lachia. Statim ueniet ad templum ſanctum ſuũ
dominator &c. & ſic de alijs prophetis; qui-
bus reuelans Deus pater ſui filij in mundum
deſtinationem, de eius aduentu prophetaue-
runt, & uenturum in mundum prædicarunt:
Et non ſolum eum affuturum prædixerunt in
generali; ſed eius vitam deſcripſerunt typis,
& uerbis in particulari; ut fructu præcedenti,
& conformitate eſt dictum. Quam promiſ-
ſionem Dei patris, & prophetarum prædictio
nem fideles attendentes, & per longum tem-
pus dilationem deflentes ad Deum clamabāt,
ut patet de Moyſe. Mitte domine quē miſſurus Exod. 4.
es. De Dauid, qui dicit. Oſtende faciem tuam, Pſal. 79.
& ueni, ut ſaluos facias nos; & alibi. Saluum
me fac Deus; quoniam intrauerunt aquę &c.
Oſtende faciem tuam,& ſalui erimus. Oſten-
de nobis domine miſericordiam, & ſalutare
tuum da nobis. Et ſponſa Dei. Veni dilecte Cant. 7.
mi,&c. De Iſa. qui dicit. Vtinam diſrumperes Iſa. 64.
cœlos,& deſcenderes. De Dan. Propter temet Dan. 9.
ipſum Deus meus inclina aurem tuam, & au-
di: aperi oculos tuos, & uide deſolationem
noſtram. De Abacuc. Vſquequo domine cla- Abac. 1.
mabo ad te,& non exaudies? vociferabor uim
patiens, & non ſaluabis? De Ieremia dicens. Tren. 4.
Recordare domine, quid acciderit nobis, in-
tuere, & reſpice opprobrium noſtrum &c. &
ſic de alijs; quorum clamoribus Deus inclina-
tus,& eis compatiens. iuxta illud, ꝙ habetur
in figura. filij Iſrael ingemiſcētes propter ope Exo. 2.
ra vociferati ſunt. Aſcenditque clamor eorũ
ad dominum,& audiuit gemitum eorum,& ſe
quitur. Quod dominus ait Moyſi. Vidi affli- Exo. 3.
ctionem populi mei, & clamorem eius audiui;
& ſciens dolorem eius deſcendi, ut liberarem
eum. Et Iſa. prædixerat. Clamabunt ad domi Iſa. 19.
num a facie tribulantis; & mittet eis ſaluato-
rem & propugnatorem, qui liberet eos; Atta-
men ipſe Deus, cuius ſapientiæ non eſt nume
rus,& ſi tot clamoribus ſanctorum pulſaretur
precibus; ac multos deſtinaſſet probos, & ſan
ctos viros ad reformandum populum ab eo
electum.

electum, ſcilicet filios Iſrael; & hoc tempore legiſlatē præcipue; ante tamen miſerat quoſdam ad totum genus humanum reformandū, videlicet;

Primo tempore miſit patres. ſ. Seth, & Enos, qui incepit inuocare nomen domini; Enoch, qui tranſlatus eſt in paradiſum; & ſic de alijs.

Eccl. 44. Noe qui in diebus ſuis. inuentus eſt iuſtus; & ſic de alijs patribus.

Secundo miſit Patriarchas. ſ. Abraham, Iſaac, Iacob, cum .12. filijs ſuis.

Tertio miſit rectores. ſ. Moyſen, & Aaron.

Quarto miſit Principes. ſ. Naaſon, Aminadab & Salmon.

Quinto Iudices; ſicut patet per totum librū Iudicum.

Sexto Reges, vt Dauid; & alios.

Septimo Sacerdotes; ſicut Eleazar, Phinees Eli; & ſic de alijs.

Octauo, prophetas ſicut Samuelem, Natham, Eliam; & ſic de alijs.

Nono miſit duces; ſicut Zorobabel, & Salatiel.

Decimo viros iuſtos, & bonos, ſicut tempore Eſdræ, Iudit, Eſther, & Machabeorum; quorū temporibus fuerunt multi viri perfecti, ut patet de Tobia, Mardocheo, Eſdra, Neemia: & ſic de alijs. Hos, & ſimiles deus pater miſit nō ad redimendum genus humanum; ſed ad reformandum, loquens per eos patribus, & fidelibus; non tamen temporibus præfatorum pater cæleſtis; & ſi præfatos ad excolendum ſuā miſiſſet vineam, filium ſuum voluit deſtinare, nec mittere. Et quamuis ratio huius ſit notiſſima Deo; nobis tamen poterit apparere, ſi ſolutio quorundam videatur dubiorum.

Cur Chriſtus ſtatim poſt lapſum hominis nō eſt miſſus.

Primum dubium eſt, cur non ſtatim poſt lapſum primi hominis, filius a patre ad liberandū hominem eſt miſſus; videtur enim, ſic debuiſſe fieri; ratio quia, qui cito beneficium dat, bis dat. Inſuper cum miſericordia miſero ſit ſemper præſtanda; tali ſtatim miſſione, & primorum parentum reparatione videtur, ꝙ fuiſſet præſeruatio humani generis a malo: quare ſtatim, ut videtur uenire debebat, & dirigi.

Reſpondetur, ꝙ multiplex cōgruentia ad hoc poteſt aſsignari; & ratio vna ſola; quia voluntas Dei ſic voluit exercere; cuius voluntatis, cauſa non eſt quærenda, cum ipſa ſit prima omnium cauſa; & qua omnia ſapienter agit.

Vide conformitat. Virginis fructu 16.

Prima tamen congruentia aſsignatur a doctoribus, ꝙ remedium ſic eſt adhibendum morbo, ut morbus cognoſcatur; medicina quæratur; & remedium conceſſum acceptum, & gratum habeatur; ut patet experientia. Infirmus enim ſi ſtatim a ſua liberaretur infirmitate, non medico, ſed naturæ imputaret, nec ſuā agnoſceret infirmitatem, quanta ſ. laboraſſet, nec beneficium ſanitatis ei eſt, acceptaret; Sed cum diu infirmitatem patitur, & agnoſcit quid patitur, & videt ſe per naturam non poſſe liberari; tunc quærit medicum; & ſi liberatur, magnum putat a medico ſibi collatum beneficium. Hac de cauſa Deus voluit hominem cognoſcere ſuam infirmitatē, quam magna eſſet; ut diceret cum Pſal. Iniquitates meę multiplicatæ ſunt ſuper caput meum; & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Et infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia: Pſal.37.

Totum enim genus humanum infectum fuit, & infirmatum. Voluit etiam Deus, ꝙ experiretur ſi a ſua infirmitate naturalibus poterat liberari, & hoc tempore legis naturæ. Et cognouit ꝙ non. Inſuper ſi auxilio alicuius creaturæ. Et hoc tempore legis datę. Et hoc non: quia lex non iuſtificabat, ſed fides futuri: Quare uidens homo infirmitatem ſuam, nec ſe, nec alio creato poſſe iuuari; & ꝙ multiplicatę ſunt infirmitates, poſtea accelerauerunt. ſ. ad Deum ad petendum liberationem: dicens libera me de ſanguinibus, libera me de aquis multis: Quod figuratum fuit in filiis Iſrael tam exiſtentibus in Aegypto, quam tempore Iudicum exiſtentibus in terra eis tradita a domino; qui cum a domino receſsiſſent, ingemiſcētes propter illa, quæ patiebantur clamabant ad dominum: Et quia infirmitates agnoſcebant, deſcendebat Deus, & mittebat eis ſaluatorem, qui liberaret eos. Sic ergo humanum genus agnoſcens reatum ſuum, & iniquitates, ac infirmitates ſuas, ipſoque dicente, cū propheta: Miſerere mei domine; quoniam infirmus ſum. Sana me domine; quoniam defecit uirtus mea, Tunc ipſe ſaluator uenit. dicens, Ego ueniam, et curabo eum. Venit enim tunc magnus medicus, quando totum humanum genus per mundum iacebat ægrotum, ut dicit Augu. Tunc agnouit medicum, et eius remedium ſibi fore opportunum. Math. 8.

Secunda cōgruentia aſsignatur a doctoribus ex parte deſcendentis: Quia enim magnus dominus, & Deus ueniebat; ne eius aduentus ab hominibus ignoraretur, & ut debite reciperetur, longam præconū ſeriem præcedere decebat: Ideo primo per patres. Secundo per prophetas. Tertio per legem. Quarto per regnum, & ſacerdotium Deum incarnandum, eſt prædictum; ſtatim enim ne eius aduentum homines agnoſcerent, noluit uenire. Sed poſtquam typis, & verbis eſt declaratus hominibus; tunc Rex regum uenit in mundum.

Tertia congruentia, Modus in operibus a ſapiente debet ſeruari, & modus eſt, vt de imperfecto, ad perfectum procedat; & non econuerſo; Propterea decuit Dei filium incarnari nō in initio temporum; ſed in fine; vt ſicut primus homo, qui fuit totius mundi ſenſibilis ornamentum, vltimo fuit conditus, uidelicet ſexta die; ſic ſecundus homo totius mundi reparati complementum, in quo primum con-

jungitur

iungitur cum ultimo.ſ. Deus cũ limo decuit, ut fieret in fine temporũ ſexta, uidelicet mundi ætate,qua,& tempus gratiæ incœpit, & ipſe deſideratus aduenit.

Quarta cõgruentia diſtulit pater æternus mitere filium; quia locus dignus pro eius incarnatione non eſt repertus.ſ.uirgo Maria; quæſita enim eſt diu in omnibus finibus Iſrael aliqua pro loco Dei nec eſt inuenta; quia nulla illa puritate nitebat, qua ſub Deo maior nequit intelligi; & ſic de alijs uirtutibus,& gratijs, quibus decebat eam, ut Dei eſſet mater adornari. Sed nunquid Deus potuit iſtum locum præparare omni tempore.ſ. beatam Mariam? Certe ſic; ſed cõgruit,ut ipſius Dei genitricis,prius perfectio declararetur, & poſtmodum adeo in eſſe produceretur; ut quanta eſſet beatæ Mariæ excelentia,& ſanctitas declararetur,ſeu demõſtraretur; quare prius figurari debuit, & uerbis ſua excellentia declarari: quæ duo, & ſi aliquando ſint facta ſimul,attamen figurata eſt,patrum tempore,& declarata per prophetas. Cum ergo totum uetus teſtamentum horum duorum.ſ.patrum, & prophetarum temporibus decurrat; non in tempore prædictorum,ſed in fine, Deus pater naſci uoluit beatam Mariam; vt ſicut ab æterno eam deputarat matrem pro filio ſic,& in tempore eam faciendo naſci locum aptum pro filio diſponeret,& præpararet. Hac reperta ad Dei filium ſuſcipiẽdum apta, tam natura, quã gratia a Deo patre miſus eſt angelus Gabriel, vt eidem in ea Dei filium incarnandum nunciaret,& fieret,ipſa aſſenſum præbente. Congruentiæ aliæ multæ poſſunt adduci,ſed præfatæ ſufficiant, quia de hac materia dictum eſt per me ſufficienter in opere de vita Virginis beatæ fructu 16. Sic ergo apparet,quare pater æternus filium ſtatim poſt peccatum non miſit: & ſic patet ad primum dubium.

Quare Deus non diſtulit beneficium redẽptionis vſque in finem mundi.

Secundum dubium quare hoc beneficium in finem mundi non eſt protenſum, ad ipſum homini conferendum, ex quo dilatum eſt per quinque milia annorum?

Reſpondeo ꝙ hoc factũ eſt decentiſsime; quia ſi vſque in finem incarnari diſtuliſſet; nec miſericordia Dei apparuiſſet aliquando; ſed ſolum eius iuſtitia,qua puniebat; nec miſericordia ſuum tempus habuiſſet. Inſuper eius aduẽtus nimis tardus fuiſſet; quia nec morbo remedium pœnitentiæ; nec opportunitas ex tempore medio ante iudicium, homini currendi ad brauium affuiſſet; nec tempus gratiæ melius fore,quàm peccati eſſet oſtenſum. Sacramentorum pœnitentię, aut doctrinæ Euangelicæ tempus,non fuiſſet debitè ordinatum: Quare his de cauſis miſericordiam ſuam vſque ad iudicium,Deus non retinuit,ſed tempore plenitudinis gratię adueniente,ad liberandum hominem pater filium direxit, & miſit: Sic ergo apparet, ꝙ miſsio filij a patre,non debuit eſſe ſtatim poſt peccatum, nec vſque in finem debuit differri: Quare de iſto beneficio loquendo; cum fuerit maximum,non debuit dari ſtatim poſt peccatum,ſeu prius præcognoſci; quia ſicut nullum beneficium eſt dandum niſi præcognoſcenti, ſic nec iſtud. Inſuper, & ſi illam miſericordiam vltimam Deus nõ dederit homini; plures tamen dedit poſt peccatum; vt ipſo te ipſum in eſſe dimittendo, quo debebat priuari de rigore iuſtitiæ, ipſum ad pœnitentiã reſeruando,& gratiã infundẽdo;& ſic de alijs.

Quare ante peccatũ Chriſtus non eſt incarnatus.

Et ſi dicatur: cur Deus ante peccatum filium non miſit?

Reſpõdetur primo; quia paruum tempus fuit inter conditionem hominis,& eius lapſum,& tantum eius beneficium agnoſci debebat; qđ fieri non potuiſſet.

Secundo, quia cum naſci deberet ex fœmina, & nulla tunc eſſet niſi Eua,ex ea carnem ſumpſiſſet,& tunc,vel fuiſſet cognita poſtea ab Adam, & ſic inconueniens fuiſſet, ꝙ defloraretur per hominem; & ſi non: opportuiſſet Deũ in adiutorium primi hominis aliam mulierẽ condidiſſe, vt ex ipſis genus propagaretur humanum.

Vide conformitatẽ Virginis fructu 16.

Tertio,uel Eua potuiſſet peccare poſt, vel nõ; ſi ſic,indecentiſsimum eſſet, vt mater Dei aliquando peccaret; si non,& tunc fuiſſet confirmata in gratia,& ſic non potuiſſet mori,contra ſcripturam dicentem Eccl. 15. Quòd Deus fecit hominem rectum &c. Sequitur. Poſuit ante eum vitam & mortem &c. Et contra doctores dicentes. Primos parentes conditos eſſe,ut poſſent non mori,ſed non,ꝙ non poſſent mori: Sic ergo patet, quòd nec ante peccatũ; nec immediatè poſt,ſeu in fine temporum,circa iudicium pater miſit filium.

Sed quo tempore? Reſpondet Apoſtolus dicens, ꝙ Vbi venit plenitudo temporis; miſit Deus filium ſuum. *Gal. 4.* Preceſſerat tempus legis naturę,& legis ſcriptę. Reſtabat tempus gratiæ. In hoc ſiquidem tẽpore miſſus eſt de ualle Ebron Ioſeph a patre, ideſt Dei filius de cœlis a patre æterno,ad viſitandum fratres ſuos; & ſic venit in Sichem, ideſt in uallem hanc laborioſam,& miſeriæ; vt in figura habetur. *Gen. 37.* Tũc ſermo Domini a regalibus ſedibus venit. *Sap. 18.* Tũc venit Dauid in nube. *1. Reg. 18* Et ad gentes apoſtatrices miſſus eſt. Moyſes in Aegyptum. *Ezech. 2.* Elias in Berſabeę Iuda. *Exod. 3.* Neemias in Iudeam. Iſaias eſt miſſus a domino. *4. Reg. 17.* Abacuch uenit in Babilonẽ. Et Ionas ad Niniuitas. *Nemie 2.* Et ſic de alijs figuris ueteris teſtamenti, *Iſa. 6.* figurantibus hanc pijſsimam filij a patre miſsionem,& ad nos aduentum. *Dan. 14.* *Ionæ. 1.* Tunc arcus poſitus eſt in nube. *Gen. 8.* Colũba a Noe dimiſſa. *Gen. 7.* Archa fęderis domini poſita ſub tentorijs. *Exo. ult.* Et tabernaculum domini in ſylo. *Ioſue 18.* Maieſtas domini ingreſſa eſt templum domini. *3. Reg. 8.* Dominus ingreſſus eſt nubem, & Aegyptum.

Iſa. 19. ptum. A fœmina dominus circundatus. Per
Iere. 31. portam clauſam ingreſſus eſt dominus. Lapis
Ezech. 44. exciſus eſt de monte ſine manibus. Et ſol nu-
Dan. 2. Ezec. 32. be eſt tectus. Et ſic de alijs. Sed aduerte, quòd
Apoſtolus dicit; ꝙ in plenitudine temporis
eſt filius a patre directus: Vocat enim tempus
Chriſti aduentus tempus plenitudinis.
Primo: quia tunc uenit plenitudo, ideſt Chri-
Ioan. 1. ſtus: in quo eſt omnis plenitudo gratiæ & ue-
ritatis.
Secundo: quia mater eius Maria in plenitudi
ne gratiæ, & ſanctorum eſt poſita, & locata.
Eccl. 24. Nam Mariæ plenitudo gratiæ eſt collata, ut di
cit Ieronymus in ſermone de aſſumptione.
Hodie &c.
Tertio: quia primo gratia creata inerat hu-
mano generi; ſed tunc gratia increata animæ
Chriſti eſt iuncta, & vnita; & ſic omnis pleni-
tudo deitatis homini aſſumpto eſt commu-
nicata.
Quarto, quia omnia prophetata, figurata, &
promiſſa per ueritatem Chriſtum adimpleta
ſunt, & terminata.
Quinto plenitudo gratiæ eccleſiæ pro ſuis mē
bris, ad merendum data eſt, & conceſſa; quia
omnes accepimus de plenitudine eius.
Ioan. 1. Sexto, quia ſumma gratia, ideſt beneficium,
ſummę gratuitæ incarnationis Dei, eſt nobis a
Deo patre donatum.
Demum tempus plenitudinis, quia ſexta mun
di ętate, qua non iuſtitia, ut prius; ſed miſeri-
cordia domini, & gratia cunctis apparet fide-
libus, merito tempus gratiæ, & miſericor-
diæ dicitur, & uocatur. Hoc ergo in tempo-
re Dei ſapientia, ideſt Dei filius uenit; ſed quid
eius aduentu eſt a nobis perceptum, fructu di
cetur, & conformitate ſequenti. In hoc ſi qui-
dem tempore uerum Meſsiam, ideſt Deum,
hominē aſſumpſiſſe, & oculis apparuiſſe mor-
talium, oſtendunt.
Gen. 49. Primo a prophetis uaticinata. ſ. Iacob. in bene
dictione data Iudæ. Non auferetur ſceptrum
de Iuda &c: quę impleta eſt tempore Herodis
regis Iudeorum, qui non fuit Iudeus, ſed Idu-
Dan. 9. mæus. A Dan. poſt 70. hebdomadas anno-
rum &c. Quæ prophetia impleta eſt 18. Tibe
rij Imperatoris anno, quo tempore Chriſtus
Ageo. 20. paſſus eſt. Ab Ageo. c. 20. di. Poſt modicum
ego mouebo cœlum & terram; & veniet deſi-
deratus &c. Sequitur. Implebo domum hanc
gloria &c. quæ impleta eſt beata Maria in tem
plum filium præſentante; & ſic de alijs pro-
phetijs.
Secundo hęc oſtēdunt, quæ dicta ſunt de Meſ-
ſia, & figurata, in Chriſto terminata; de hoc di
ctum eſt ſerioſe fructu præmiſſo: Et quia illa
debebant impleri in aduentu Meſsię, & imple
ta ſunt in d. Ieſu patet propoſitum.
Dan. 9. Tertio oſtendit hoc vnctionis Iudæorum ceſ-
ſatio. Dan. 9. Cum venerit ſanctus ſanctorum
ceſſabit vnctio veſtra: Sic allegatur hæc aucto
ritas ab Aug. & ſic habetur in alia translatio-
ne: Sed cum Iudæi non habeant vnctionem re
galem, nec ſacerdotalem, patet propoſitum.
Quarto hoc oſtendit ipſorum Iudæorum ca-
ptiuatio, & deſolatio, quæ per mortem veri
Meſsię, & Chriſti eis euenire debebat; vt ha-
betur. quę captiuatio, & diſsipatio, ac deſola Dan. 9.
tio vſque in hodiernum diem, ab anno quadra
geſimo poſt paſsionem domini viget.
Quinto oſtendit hoc Iudæorum atteſtatio.
Ioannes enim Baptiſta fuit Iudęus & ſanctus,
& ipſe perhibuit Chriſtum veniſſe dicens. Me- Ioan. 1.
dius ueſtrum ſtetit, quem uos neſcitis &c. Et
infra dicitur, ꝙ Ioannes teſtimonium perhi-
buit: ꝙ Ieſus eſt filius Dei, Simeon Iudeus fuit.
Paſtores qui Chriſtum adorauerunt: etiam ip Luc. 2.
ſi Chriſtum ueniſſe perhibuerunt teſtimoniū.
ſicut etiam Ioſephus, qui fuit, nobilis Iudæus.
18. antiquitatum libro, de Chriſto Ieſu lo-
quens, ubi expreſſe ponit, ꝙ Ieſus fuit uerus
Chriſtus, ideſt Meſsias in lege promiſſus.
Sexto hoc oſtendit gentilium aſſertio. Sibilla Sibilla Erithrea.
enim Erithrea, quæ fuit tempore Ezechię, &
Nummę Pompilij ſecūdi regis Romanorum:
in expoſitione ſomnij uiſi ſimul a centum ſe-
natoribus, qui uiderunt nouem ſoles: & per
hos ſoles intelligendo 9. generationes; ſic in-
quit. In diebus quartæ generationis exurget
mulier de ſtirpe Iudæorum nomine Maria, ha
bens ſponſum nomine Ioſeph: & pro creabi-
tur, ex ea ſine cōmixtione viri, de ſpiritu ſan-
cto filius Dei nomine Ieſus. Et ipſa erit uirgo
ante partū, & uirgo poſt partum: Qui uero ex
ea naſcetur erit verus Deus, & verus homo; ſi-
cut omnes prophetę prędicauerunt. Et de tem
pore ſubdit. In diebus illis erit Cæſari Augu-
ſto celebre nomen. Et regnabit in Roma, &
ſubijciet omnem terram ſibi. Et plura dicit
ibidem. de quibus vide in opere a me edito de
vita beatæ Mariæ fructu 28. Hæc eadem ſibil- Sibilla Tiburtina.
la Tiburtina non ſolum prædixit; ſed & virgi
nem Mariam cum filio; Octauiano Imperato
ri oſtendit in cœlo.
Albumaſar ſexto maioris introductorij diffe- Albumaſar.
rentia prima ponit concordans cum aſtrolo-
gis, Babilonijs gręcis, & Aegyptijs, quod tem
pore Octauiani Imperatoris puella virgo pul
chra pareret filium nomine Ieſum.
Calcidius ſuper Timeum Platonis ponit, ꝙ Calcidius ſuper Timeum Platonis.
ſtella, quædam creata fuit deſsignans ortum,
& deſcenſum Dei, ad humanæ conuerſationis
gratiam mortalium; cuius inſpectione ſtellæ,
ſapientes Caldæorum quæſiſſe recentem ortū
Dei; repertaq; illa maieſtate puerili, eam ve-
neratos munera, & uota tanto regi conueniē-
tia miniſtraſſe. Magos etiam de quibus dicit
Calcidius quæſiſſe, & adoraſſe Deum natum,
ſcilicet dominum Ieſum in diebus Herodis
regis eſt certum. Centurio ille gentilis Deum
aduenisse

aduenisse cognouit in carnem dominum Ie-
ſum Chriſtum, quando ipſum adire domum
ſuam non permiſit indiguum ſe eſſe profiten-
do; ut ſub eius tecto tanta celſitudo intraret.
Math. 8. Matth. 8. Alter centurio paſſionis Chriſti tē-
pore,& Deum in carne uenisse: & dominū Ie-
ſum eſſe filiū Dei profeſſus eſt, ut patet Matt.
Mat. 27. 27. Nec mirum eſt ſi per ora gentilium domi-
nus aduentum ſuum uoluit eſſe cognitū, & te-
ſtatum. quia ipſe ad redimendum, tam genti-
les,quàm iudęos uenerat, & facere de eiidem
unum populum, & unum ouile, quorum om-
nium ipſe eſt paſtor. Et ideo Dauid propheta-
ta dicit,ꝙ dominus de Chriſti aduentu,& fide-
Pſal. 86. dis per eum. Narrabit in ſcripturis populorū.
Septimo ſupernorum ſpirituum proclamatio,
eius enim aduentum, & incarnationem, Ange
Luce 1. lus prædixit.Luc.1. dixit Ioſeph. Mat. primo.
Math. 1. Euangelizauit eius ortum paſtoribus. Luc.1.
Angeli,qui in eius ſacro ortu cecinerunt glo-
Luc. 2. riam Deo. Luc.2.Qui ipſi ſeruierunt in deſer-
Math. 4. to.Matt.4.Et eius,reſurrectionem annuncia-
Ioan. ult. uerunt;ut patet in Euangelio.Matt.Mar.Luc.
& Ioan.circa finem.

Octauo demonum proclamatio hoc oſtendit;
dęmones enim Ieſum eſſe filium Dei,et uenisse
ad eos torquendum clamarunt,ut patet Mat.
Luc. 9. Mar.et Luc.9. Hoc oſtendit miraculorū ope-
ratio; ſuſcitatio.n.mortuorū, & aliarum cu-
ratio infirmitatum ſolo iuſſu, & uerbo,ipſum
eſſe Deum, & uenisse in carnem oſtendunt.

Decimo oſtendit hoc inimicorum Chriſti de
iectio. & proſtratio.ſ. Iudæorum, Imperato-
rum,& tirannorum, Ieſum & ſuos perſequen
tium,quorum non eſt memoria amplius; mi-
ſerabiliter enim mortui ſunt, & exterminati.
Et licet ſint multa alia propoſitum oſtenden-
tia; prædicta tamen 10.ſufficiant ad præſens,
Quibus arguo.d. Chriſtum Deum eſſe,& a pa
tre deſtinatum & miſſum; ut dicit hæc prima
pars præſentis fructus,& conformitatis: uide-
licet Ieſus emiſſus cęlitus: & dicta ſufficiant
pro eius breui expoſitione.

EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS ſecundi fructus; videlicet Franciſcus deſtinatur.

EXPEDITA prima parte iſtius ſecundi fructus, & conformitatis, uidelicet. Ieſus emiſſus cęlitus. Conſequenter declarāda eſt ſecunda pars eiuſdem fructus, & conformitatis .ſ. Franciſcus deſtinatur, ſcilicet a Deo ipſe eſt emiſſus, & deſtinatus. Circa cuius expoſitionem ſunt tria uidenda.

Et primum,ꝙ beatus Franciſcus fuit a domi-
no deſtinatus.
Secundum de tempore,quo fuit,& debuit de-
ſtinari, & mitti.
Tertium ad quid faciendum a Deo.b. Franc.
eſt directus & tranſmiſſus. Quibus viſis pate-
bit expoſitio huius ſecundæ partis iſtius fru-
ctus, & conformitatis. Quantum ad primum B. F. a Deo
b. Franciſcum directum miſſum, & deſtinatū fuiſſe miſſum oſten
a domino multa oſtendunt. ditur. 12. vijs, &
Et primum eſt ſacræ ſcripturæ figura,ubi ad- Primo ſcri
uertendum eſt, ꝙ,ut dictum eſt fructu,& con ptura.
formitate præcedenti,quia b. Franciſcus gra-
tia diuina faciente fuit Patriarcha.Propheta.
Apoſtolus.Martir.Doctor.Confeſſor. Virgo.
& Angelus,& Chriſto præ alijs ſanctis confor
mior,ut præſens opus declarat: Si figuræ capi
tis Chriſti ad membra poſſunt aliquando co-
aptari.i.ad ſanctos,à fortiori.b. Franciſco, &
quia ſimilis fuit omnibus ſanctis, & electis, ꝑ
figuras omnium poteſt figurari; quare per miſ
ſos directos,& deſtinatos a domino,& ab his
qui domini uicem,ſeu figuram retinent, pro-
culdubio figuratur,uidelicet,per Ioſeph. dire Gen. 37.
ctum a patre ad fratres. Per Iudam miſſum a Gen. 45.
Iacob. Per Moyſen in Aegyptum directum. 2. Reg. 17.
Per Dauid miſſum ad Saul. Per Eliam miſſum
a domino in Bethel. Per Angelum miſſum a 1. Para. 11
domino ad percutiendum caſtra regis Aſſi- 4. Reg. 2.
riorum. Per Neemiam miſſum in Iudęam.Per Neem. 2.
Abacuch miſſum in Babilonem. Per Iſa. miſ- Dan. 14.
ſum a domino. Per Iere. Per Ezechielem miſ- Iſa. 6.
ſum ad gentem apoſtatricem. Per Ionam miſ Iere. 1.
ſum in Niniuem. Et per Ioan. Baptiſtam, ut Ionæ. 1.
dicetur miſſum a domino.Et ſic de alijs, quæ Ioan. 1.
ad beatum Franciſcum poſſunt ueraciter ap-
plicari. Et quia beatus Franciſcus eſt Ioſeph
ratione uaticinij prophetalis; Iudas ratione
collaudationis diuinæ; Moyſes ratione immu
nitatis a ſcelere; Dauid in diaboli ſuperatio-
ne; Elias in obſeruantia diuinæ legis; Angelus
ratione puritatis; Neemias in zelo; Abacuch
in carnis ſubiugatione; Iſaias in ſanctifica-
tione; Ieremias in compaſſione; Ezechiel in-
formatione; Ionas in ſimplicitate; Ioan. Bapti
ſta in pœnitentiæ exhibitione; Quia igitur b.
Franciſcus uirtute conformitatis præfatæ iſtis
eſt ſimilis, per ipſos habet figurari,& per ipſo
rum miſſionem; Et quia multa virtuoſa bea.
Frāciſcus exercuit,& hoc circa diuerſos,ideo
ad diſtincta loca,& actus more præfatorum di
citur deſtinatus,& miſſus,ut in ſequentibus ap
parebit. Et pręcipuè conformitate decima,
quando de ipſius agetur prædicatione; Suc-
cinte tamen poteſt dici. b. Franciſcus miſſus,
ut Ioſeph ad fratres;cum fratres congregauit;
profectum ordinis prædixit,& eorum conſciē
tias ſerenauit, & hoc ipſo bea. patre in curru
igneo transformato: Ut Iudas eſt miſſus a Ia-
cob ad Ioſeph, cum omnem intētionem. tam

ſuam, quãm fratrum agebat, & docebat iacta-
re in Chriſtum dicens fratribus eos mittendo.
Iacta cogitatum tuum in domino; ac omnia
ad Chriſti gloriam referrendo, & laudem.
Vt Moyſes ad Aegyptũ quãdo multos de erro
re præſentis vitæ, & tenebris ad lumen verita-
tis ſua prædicatione perduxit, vt patuit in fra
tre Pacifico, & latronibus per ipſum cõuerſis.
Vt Dauid ad Saul eſt directus; quãdo cithara,
.i. cruce Chriſti a demonio plures liberauit.
Vt Elias ad Bethel, ideſt ad ſanctam Mariam
de Angelis; ad quem locum zelum habuit,
& amorem pluſquam ad alia loca ordinis.
Vt Angelus eſt miſſus ad percutiendum; quan
do a ciuitate Aretij dęmones eiecit, & ad pa
cem ciuitas eſt reducta.
Vt Neemias directus in Iudæam, vt ædificaret
ciuitatem Hieruſalem, quia b. Franciſcus da-
tus eſt a Chriſto in lucem gentum, vt dicetur;
& reparationem Ieruſalẽ, id eſt eccleſiæ terre
ſtris, vt Chriſtus eidem dixit. Et dominus In-
nocentius tertius in ſuſtentatione eccleſiæ La
teranenſis a beato Franciſco conſpexit.
Vt Abacuch; quãdo habita prima regula b. F.
præcibus annonam ſibi, & ſocijs, Deus ab ho-
mine incognito direxit: ſicut & in mari fecit
Sclauoniæ ſubueniens nautis.
Vt Iſaias miſſus eſt; quãdo eius verba erãt cal
culo ignito.i. ſpiritu ſancto plena, & tã ſecu-
lares maſculos, quã fœminas ad Xp̃m conuer-
tit, vt patuit in trib⁹ ab eo inſtitutis ordinib⁹.
Vt Ieremias eſt miſſus ad compatiendum cun
ctis, quia omnibus, quibus non poterat dare
cenſum, ſeipſum prębebat, & affectum: nulli
rei parcebat, ſed omnia dabat, & ſuper im-
pendere ſemetipſum cupiebat.
Vt Ezech. ad infideles eſt directus conuerten-
dos: nam Soldanum ad Chriſtum conuertit,
ut patebit fructu, & conformitate 39.
Vt Ionas ad Niniuẽ; quando B. F. eundo per
mundum, tam exemplo eius, quãm verbo, mul
ti omnia dimittentes, ad Chriſtum conuerſi
ſunt, & vitam aſperrimam actitarunt; adeo, vt
fratribus per ipſum fuerit in quodam genera-
li capitulo mandatum ꝙ loricas, circulos, &
huiuſmodi omnino deberent deponere.
Vt *Io:* Bapt. eſt miſſus, vt dicetur; nõ ſolũ ad
pœnitentiam pręedicãdum, ꝓp quod, & ordinẽ
vnum fecit, qui titulo fratrum de pœnitentia
pręnotatur; ſed etiam directus eſt, vt viam pa
raret Chriſti.i. vitam Chriſti Euangelicam re
formaret, & Chriſtum crucifixum in cordibus
fidelium complantaret: Sic ergo præfatis, &
ſimilibus figuris apparet directio. b. Franciſci,
& cauſa figurarum b. Franciſco applicatarũ.
Sed inter alias ad noſtrum propoſitum eſt figu
ra de columba Noe ex archa emiſſa, quæ teſte
Ioachim in expoſitione Ieremiæ, & in alijs lo
cis pluribus. B. Franciſcum, & ordinem eius, ſi
gnificauit; Nam ordo Minorum ab ipſo ordo
columbinus vocatur, tam conformitate colo-
ris in habitu, quam proprietate, & columbæ,
effectibus: a Noe ergo columba emittitur,
quando b. Franc. a Chriſto, & Deo patre ad
mundum deſtinatur: ſed ex archa, quia inſi-
gnitus fide perfectiſsima ſanctæ Romanæ ec-
cleſiæ: Sed aduerte, ꝙ bis Noe ex archa emiſit Noe bis
columbam, quia bis Frãciſco fuit reuelatum, columbã
ut dicetur; ꝙ non ad loca ſolitaria iret ad mo ex arca
randum, ſed ad ciuitates, caſtra, & villas, quia emiſsit.
ad conuertendum animas, ſua prædicatione a
Deo erat directus: Sed ſecunda vice. b. Franci
ſcus portauit ramus oliuæ ad Noe, quia ſecun
do facta ſibi reuelatione a Chriſto, vt iret ad
prædicandum, ſtatim acceſsit, nec ſolum pa-
cem primo ſemper ennunciando, ſed a Chri-
ſto longinquos ad Criſtum pacificatos verbo,
ſuæ prædicationis reducendo; nam prædica-
tionem eius tunc homines de Cannario audiẽ
tes, tam maſculi, quam fœminæ caſtrum vole-
bant relinquere, propter quod tertium ordi-
nem communem, qui fratrum de pœnitentia
intitulatur inſtituit: Sic ergo, & ſi Franciſcus
primo emiſſus.i. cum ſibi primo reuelatũ fuit,
ꝙ iret ad prædicandum, magnum fecerit fru-
ctum; in ſecunda tamen emiſsione, ideſt poſt
ſecundam reuelationem maiorem fecit, quia
tertium ordinem de hominibus, & mulieribus
ad Chriſtum conuerſis inſtituit: Sic ergo ap-
paret miſsio, & directio beati Franciſci ſcri-
pturæ ſacræ figura.
Secundum oſtendens beatũ Franciſcum eſſe a
Deo deſtinatum eſt Eccleſiæ cenſura; Domi-
nus enim papa Gregorius 9. qui eum catalago Grego. 9.
aſcripſit ſanctorum in proſa, quam fecit de ip de b. Fran.
ſo, quæ incipit. teſtũ.
Caput draconis vltimũ, ultorẽ ferens gladiũ.
Aduerſus populum Dei, excitat bellũ ſeptimũ,
Contra cœlum erigitur, & nititur attrahere,
Maxima partem ſyderum ad damnatorum nu
merum. dicit beatum Franciſcum a Chriſto
deſtinatum ſic ſubdens.
Verum de Chriſti latere, nouus legatus mit-
titur.
In cuius ſacro corpore, vexillum crucis cer-
nitur.
Franciſcus princeps inclitus, Signum regale
baiulat.
Et celebrat concilium; per cuncta mundi cli-
mata.
Cõtra draconis ſciſmata, acies trinas ordinat.
Expeditorum militum, ad fugandũ exercitũ.
Et tres cateruas demonum, quas draco
ſemper roborat; Sic ergo patet auctoritate
Papali. b. Franciſcum a domino miſſum, & de
ſtinatum.
Tertium, ꝙ beatus Franciſcus ſit miſſus a do-
mino, declarat dignitas Cardinalis: Nam do
minus frater Bonauentura Cardinalis, Epiſco
pus Albanen. ſanctitate, & ſcientia orbi toti
præ-

præclarus, in prologo legendæ maioris ipſius beati Franciſci,ſic ad propoſitum dicit.Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri diebus iſtis nouiſſimis in ſeruo ſuo Franciſco,quem tanta Deus benignitate reſpexit excelſus, ꝙ non ſolum de mundiali puluere ſuſcitauit egenum, uerum etiam Euangelicæ perfectionis profeſſorem ducem, ac præconem effectum, in lucé dedit credentium,ut teſtimonium perhibendo de lumine, per uiam lucis, & pacis corda fidelium domino prępararet:Hic,& enim qua ſi ſtella matutina in medio nebulæ claris uitæ micans, & doctrinæ fulgoribus, ſedentes in tenebris,& vmbra mortis, irradiatione prætulgida direxit in lucem,& tanquam arcus refulgens inter nebulas glorię, ſignum in ſe Dominici fœderis repræſentans pacem, & ſalutem euangelizauit hominibus exiſtens, & ipſe Angelus ueræ pacis; ſecũdum imitatoriam quoque ſimilitudinem præcurſoris deſtinatus a Deo,ut uiam parans in deſerto altiſſimæ paupertatis,tam exemplo, quàm uerbo pœnitentiam prædicaret. Hæc doctor & dominus iſte.

Quartum, quod propoſitum oſtendit de miſſione beati Franciſci a domino eſt Chriſti charitas uiſceralis.b. enim Franciſcus, ut dicit ſecunda pars legendæ maioris inſtigante ſe ſpiritu,cum deambulans circa Eccleſiam ſancti Damiani eandem intraſſe ad orandum,& ante crucifixum orans conſolationem a domino recepiſſet; cumq; lachrimoſis oculis in dominicam crucem intenderet,uocem crucifixi ad ſe de ipſam audiuit ter ſibi dicentem,Franciſce Vade repara domum meam,quæ ut cernis tota deſtruitur. Ad raparandum igitur ſpiritualiter,potiuſquam corporaliter, domũ Dei mandatum accepit b.Franciſcus; & ſic conſequenter a Chriſto eſt deſtinatus,& miſſus.

Quintum,quod oſtendit beatum Franciſcum directum a domino eſt diuinalis reuelatio;ut enim dicit quarta pars legendæ maioris,habita prima regulæ confirmatione a domino Innocentio.3.cum in Valle Spoletanam eſſet reuerſus cum ſocijs, tractare cępit, utrum inter homines conuerſari deberet,an ad loca ſolitaria ſe transferre: Sed Chriſti ſeruus Franciſcus non de ſua, uel ſuorum confidens induſtria, per orationis inſtantiam diuinæ ſuper hoc uoluntatis beneplacitum requiſiuit; Supernæ igitur reuelationis illuſtratus oraculo, intellexit ſe adhoc miſſum a domino, ut Chriſto lucraretur animas, quas Diabolus conabatur auferre; ideoque magis omnibus, quàm ſibi uiuere ſoli pręlegit; illius, prouocatus exemplo,qui unus pro omnibus mori dignatus eſt; Et uice alia prout in 12. parte habetur maioris legendæ, dum dubitaret, an orationi, uel prędicationi uacaret,& dubitationem fratribus expoſuiſſet multa pro utraque parte allegando,& quia de ſe nihil confidebat, nec pręſumebat, uolens ſuper hoc ſcire domini bene placitum certum, fratrem Maſeum unum ex ſociis, cum alio fratre ad fratrem Siueſtrum, qui crucem auream progredientem uiderat ex eius ore, qui tunc in loco, qui de Carcere nunc uocatur manebat,miſit,ut ſuper hoc diuinum reſponſum perquireret.Id ipſum ſacræ Virgini beatę Clarę mandauit,ut per aliquam ſimpliciorem, & puriorem de ſuis uirginibus nec non,& per ſuam orationem ſcire a domino mereretur; qui frater Silueſter, & uirgo Deo dicata Clara, ac eius ſocia diuina reuelatione concordarunt beatum Franciſcum directum a domino, ut potius prædicaret, quàm oraret: Quapropter uir Dei cum ſumma reuerentia, quid dominus uellet de ipſo percipiens,ſtatim aſſumptis duobus ſociis, uidelicet fratre Maſſeo, & fratre Angelo ſanctis uiris,ad prædicandum acceſſit,ut ad quod miſſus erat a domino,perficeret ſine mora:Sic ergo diuina reuelatione patet, patrem Franciſcum a domino eſſe directum.

Sextum oſtendens noſtrum propoſitum eſt Virginis glorioſæ apud Chriſtum filium ſupplicatio; ut enim in legenda beati Dominici habetur, Chriſtus peccatis hominum, uidelicet ſuperbię,auaritiæ, & luxuriæ irritatus,dũ tres lanceas ad mundum deſtruendum uellet uibrare,meritis matris, & ſupplicatione cum promiſſione deſtinationis beatorum Franciſci, & Dominici ad mundum conuertendum, ab ipſa Dei genitrice inclinatus dominus, & mundo pepercit,& præfatos ad mundum conuertendum deſtinauit.

Septimum, quod oſtendit propoſitum eſt Diaboli atteſtatio; qui per os cuiuſdam mulieris de b. Fran. & eius loquens ordine dixit, quòd Deus pater propter peccata hominum,cum finem mundi uellet maturare Chriſtus, eius filius patri ſupplicauit,vt daret ſibi aliquos,qui eſſent ſuę crucis baiuli, ut numerus ſaluandorum augeretur, & ꝙ tunc a patre ęterno datus eſt ſibi beatus Franciſcus,cum ordine ſuo; & ipſum Chriſtus direxit,cum ordine ad præfąta.De multiplicatione etiam ordinis, & de multis aliis de quibus dicetur ſuis in locis infra,dixit Diabolus per os illius mulieris cuidã Baroni moranti inter alpes Vgubij,& Maſſam Trabarie.

Octauum, ꝙ oſtendit beatum Frãciſcum a domino directum eſt ſui, & fratrum deſtinatio: Statim enim,ut octo fratres fuere,eos b. Franciſcus ad quatuor orbis partes ad prædicandum direxit, ipſe cum ſocio unam partem eligendo; Sic etiam fecit temporis in proceſſu per orbem, & partes infidelium mittendo. Et quia nil agebat niſi quantum diuinus ſpiritus pręmonebat, à Deo hoc inditio.b. Franciſcũ cũ ſuis eſſe directum oſtẽditur,& declaratur.

Nonum, ꝙ oſtendit beatum Franciſcum deſtinatum

ſtinatum eſt domini Ieſu Chriſti ad beatum
Franciſcum locutio. Nam quando indulgen-
tiam pro ſancta Maria de Angelis a Chriſto
petijt, tunc Chriſtus eidem dixit, ꝙ peteret
quicquid uellet circa ſalutem gentium,& cō-
ſolationem animarum, & ad honorem deita-
tis,& reuerentiam; quia inquit, datus es in lu
cem gentium, & reparationem Eccleſiæ terre
ſtris. Hæc Chriſtus: Quare concluditur meri
to,ꝙ,vt alter Iſaias,& Ioannes Baptiſta,de q-
bus ſimilia decuntur beatus Fran. deſtinatus
eſt a domino.

Decimum propoſitum oſtendens eſt B. Fran.
ad animas feruor,& dilectio, ad quas uiſcera
geſtabat materna, pro quarū ſaluatione ora-
bat.prædicabat, exēpla ſanctitatis præbebat.
Et ſic de alijs. Quod utique ipſe tanto non fe
ciſſet feruore, niſi ſciret ſe ad harum ſalutem
procurandam à domino miſſum.

Vndecimum afferens propoſitum de b. Fran-
ciſco,eſt ipſius à Chriſto conſignatio,ſacrorū
enim ſtigmatum à Chriſto in b. Fran.impreſ-
ſio,eſt euidens argumentum,ipſum deſtinatū
à Chriſto ad mundum renouandum, ut ſta-
tim, & fructu, & conformitate 31. latius
oſtendetur.

Duodecimum oſtendens propoſitum,eſt ſan-
ctorum ſecundum diuerſitatem temporum in
mundum a Deo directio, & deſtinatio: Nam
a peccato primi hominis uſque ad tempora
b. Fran.operarios dominus non deſtitit mit-
tere in uineam omni tempore, & ſic tempore
fecit.b.Fran.ut ſtatim oſtendetur: Quare præ
fatis 12. uijs:& alijs,de quibus in expoſitione
huius conformitatis dicetur.patet b. Franc. a
domino miſſum, & directum, ꝙ erat primum
uidendum.

Videndum eſt nunc de ſecundo.ſ.de tempore
Apoc.6.7. quo eſt miſſus à domino. Et quantum ad hoc
patet reſponſio per Euangeliſtam Ioannem,
ꝙ in apertione ſexti ſigilli: Angelus eſt dire-
ctus habens ſignum Dei uiui. ideſt bea. Fran.
Pro cuius euidentia.& dicendorum eſt ſcien-
dum,ꝙ nouū teſtamentū in ueteri teſtamento
eſt ſicut rota in rotam: iuxta uiſionem Ezec.
Ezech. 1. Quare quemadmodum in nouo teſtamento
ſunt 7. ſigilla,ideſt totum tempus noui teſta-
menti per 7. curricula uoluitur, ſic & in uete-
ri teſtamento,& econuerſo,ſicut in ueteri, ſic
in nouo; in quorum quolibet,& ſi plures ho-
mines perfecti miſſi ſunt a Deo, inter eos ta-
men fuit aliquis præcipue miſſus homo Deo
acceptiſſimus, & ſingularis. Tot enim ſtellę
ſunt in firmamento Eccleſiæ militantis a Deo
poſitæ ad humani generis directionem, & lu-
cem; & tot in uineam operarij a domino miſ-
ſi, quot ſanctos Deus naſci in hoc mundo fe-
cit. Tempora ſeu ſigilla ueteris teſtamenti in
cipiendo a mūdi exordio,& lapſu primorū pa
rentum, uſq; ad Chriſti aduentū ſunt hæc,v3.

Primum fuit prima ętas, uidelicet mundialis Septem ſigilla ſiue ætates ueteris teſtamenti.
fabricationis, & primordialis obliquationis,
& incępit ab Adam,& durauit uſque ad Noe.
Hoc tempore,& ſingulariſsimus fuerit Adam,
quia tamen principium fuit noſtrę præuarica
tionis, non cōputatur inter electiſsimos Dei
Fueruntq; etiam alij,utpote Abel,Seth,Enos,
qui incępit inuocare nomen domini. Tamen Gen. 4.
præcipuus inter eos fuit Enoch.De quo Eccl.
44. dicitur,ꝙ Enoch placuit Deo, & transla-
tus eſt in Paradiſum; & quia debet uenire tē-
pore Antichriſti, ut patet. Ad quem finem ? Apoc. 11.
ſubditur in loco præallegato, ut det gentibus
ſapientiam,ideſt prædicet Chriſtum Dei uir-
tutem, & ſapientiam; uel ut alibi legitur det
gentibus pœnitentiam, ideſt ad pœnitentiam
adducat Antichriſti imitatores.

Secundum ſigillum, & ætas eſt humanalis de-
clinationis,& infectionis. Et cępit a Noe uſ-
que ad Abraham: quo tempore omnis homo
corruperat uiam ſuam uitio luxurię; adeo ut
pœniteret Deum hominem feciſſe. Attamen
mittendo diluuium Deus omnes necauit. Hoc
in tempore fuit homo ſingulariſsimus deſti-
natus a Deo.ſ. Noe iuſtitiæ pręco,;qui inuen- 1.Pet. 2.
tus eſt perfectus & iuſtus: & in tempore iracū
diæ factus eſt reconciliatio, & ſolus cum ſua Eccl. 44.
poſteritate eſt à Deo à diluuio reſeruatus. Gen. 7.

Tertium ſigillum, & ætas eſt ſingularis plebis
electionis; & cępit ab Abraham,& durauit vſ-
que ad Moyſen. Et vocatur ſingularis electio-
nis; quia hoc tempore Deus præcipiendo A-
brahæ,vt exiret de terra ſua,& iret in terram,
quam ei oſtenderet. Ipſe Abraham cum ſua Gen. 12.
poſteritate in peculiarem domini populū eſt
electus. Sed hoc tempore, & ſi multi iuſti fue-
runt.ſ.Abraham,Iſaac,& Iacob cum filijs;præ
cipue tamen fuit ipſe pater Abraham, Et ipſe
a Deo eſt miſſus. Quantum enim fuerit ſin-
gularis,& Deo acceptus: multa capitula oſtē-
dunt libri Gen. Sed de ipſo loquens Eccleſia-
ſticus.cap.44. ſic dicit. Abraham magnus pa-
ter gentium multitudinis; & non eſt inuentus
ſimilis illi in gloria,qui conſeruaret legem ex-
celſi. Et plura dicit ibidem ad eius laudem,&
commendationem: vide ibi: nam pater fidei
noſtræ ipſe vocatur ab eccleſia; quia credidit Gen. 15.
Deo.

Quartum ſigillum,& ętas eſt diuinalis poten-
tiæ demonſtrationis: quo tempore ipſe domi
nus in virtute multa populum de Aegypto ex-
trahendo: nomen ſuum Pharaoni, & eius po-
pulo indicauit.ſ. Adonai. Qua ętate dominus
ſingularem miſit virum.ſ.Moyſen, dilectum à
Deo,& hominibus;cuius memoria in benedi-
ctione eſt; & qualis hic fuerit libri. Exo.Leui. Exo. 12.
Numeri,& Deuteronimij manifeſtant. De illo Exo.3.& 4
loquens, dicit. Similem illum fecit in gloria Eccl. 45.
ſanctorum, & in verbis ſuis monſtra placauit.
Et multa de eo magna dicit ſcriptura: ꝙ non Deut.vlt.
ſurrexit

ſurrexit prophetia vltra in Iſrael ſicut Moyſes;
qui noſcet Deum facie ad faciem &c.
Quintum ſigillum, & ætas eſt peculiaris domi
nationis: & incępit a Dauid vſque ad Eliam.
Quo tempore populus Dei per reges eſt gu-
bernatus. Hoc tempore miſſus eſt Dauid a
Deo; qui erat vir ſecundum cor domini, qui
1. Reg. 13. fuit ſicut lux aurore abſque nubibus. de quo
2. Reg. 23. habetur. Qui cum leonibus luſit, ſicut cum
Eccl. 47. Agnis. Et ſequitur. In omni opere dedit con-
feſsionē ſancto, de omni corde ſuo laudauit
Deum &c. nam & ſi multi fuerint ſingulares;
ipſe tamen præ alijs commendatur, quia Chri
ſtus purgauit peccata illius, & exaltauit in ęter
num cornu illius, vt dicitur ibidem.
Sextum ſigillum, & ætas eſt prophetalis irra-
diationis, & cępit a tempore Eliæ vſque ad
tranſmigrationem Babilonis. Quo tempore
fuerunt multi prophetæ. Elias. Eliſeus, Iſa. Ie-
remias, & ſic de alijs. Et inter alios hoc tem-
pore fuit directus a domino ipſe propheta
Eccl. 48. Elias, de quo dicit Eccleſiaſticus, ꝙ ſurrexit
quaſi ignis, & uerbum ipſius quaſi facula arde
bat. Et plura dicit ad eius laudem, de cuius
mirabilibus habes in 3. Regum & in principio
4. Reg. 11. quarti; qui tandem in cęlum per turbinem cō
ſcendit, ut patet.
Septimum ſigillum, & vltimum, et ætas eſt ge-
neralis vexationis, & cępit in trāſmigratione
populi iudaici in Babilonem vſque ad Chri-
ſtum. Quo tempore populus Dei fuit multi-
pliciter afflictus; vt patet de Rege Babilonis.
De Rege Niniue tempore Iudith. De Aman
tempore Eſter. Et de alijs tempore Macha-
beorum. Et ſi multi fuerint ſingulares hoc tē-
pore. ſ. Ezech. Dan. Eſdras, Neemias. Tho-
bias, & ſic de alijs; præcipue tamen hoc tempo.
re miſſus eſt ille ſingularis homo a Deo, vide-
Eccl. 50. licet. Simon Oniæ, de quo dicitur. Qui in vita
ſua ſuſulſit domum. Et ſubdit, ꝙ fuit quaſi ſtel-
la matutina in medio nebulæ &c. multa dicit
ad eius commendationem. Ex quibus. 7. ſigil
lis, ſiue ætatibus omiſsis; quæ in eis facta ſunt:
patet ꝙ ſeptem ſingulariſsimos homines ad
mundum renouandum deſtinauit dominus
Deus; quorum ad inſtar in nouo teſtamento
7. ſigilla ponuntur, & ætates, de quibus 6. iam
vt creditur tranſierunt, & ſeptima expectatur,
ſiue iam incępit.
Primum igitur noui teſtamenti ſigillum eſt, vi
ſceralis miſerationis plenitudinis. ſ. gratiæ:
Sigilla ſiue ætates noui teſta. quo tempore Deus pater propter nimiam cha
ritatem ſuam filium ſuum miſit in ſimilitudi-
nem carnis peccati. Hoc tempore & ſi Ioan-
Ioan. 1. nes Baptiſta ſit miſſus a Deo: tamen quia ve-
nit in teſtimonium Ieſu Chriſti, ipſe Chriſtus
eſt iſte homo miſſus a Deo in mundum reno-
uandum, & redimendum; quem pater ſancti-
Lucæ 1. ficauit, & miſsit in mundum; qui fuit verus
Deus, & homo, potens in opere & ſermone,

de quo de quàm pluribus aliqua ponunt euan
gelia; vbi qualis fuerit moribus, vita, conuer-
ſatione, doctrina, & ſermone oſtenditur.
Secundum ſigillū, & ætas eſt Apoſtolaris prę-
dicationis, & incępit ab aduentu Spiritus ſan-
cti in Apoſtolos in die Pēte. Quo tempore, &
ſi miſsi ſint ſancti Apoſtoli ad prædicandum
in orbem vniuerſum, tamen vnum ſingulariter Math. vlt.
elegit, & miſit, ſcilicet Apoſtolū Paulum, qui
fuit vas electionis a Chriſto directum, ut eius
nomen portaret coram gentibus, & Regibus,
& filijs Iſrael. Qui Apoſtolus vocatur ſegrega
tus in Euangelium Dei. Raptus ad tertium cę
lum. Qui plus omnibus laborauit.
Tertium ſigillum, & ætas eſt victorialis trium-
phationis. ſ. tempore martirum. Et incępit a Act. 9.
perſecutione Neronis Domitiani, & aliorum Ro. 1.
Imperatorum, ſiue tirannorum Chriſtum pro 2. Cor. 12.
pter idola perſequentium, ac ſanctos Chriſtū 2. Cor. 15.
confitentes interficientium. Et hoc tempus
bene per 300. & vltra durauit annos, uſque a d
Conſtantini ad Chriſtum conuerſionem; quo
tempore miſsi fuerunt martires inſigniſsimi,
vt patet in Sanctorum legendis; ſed præcipuè
unus eſt miſſus a Chriſto, de quo præ alijs ma-
gis ſolemnizat Eccleſia, videlicet b. Lauren-
tius, hic qualis fuerit ſolēnitas Eccleſiæ decla-
rat euidenter.
Quartum ſigillum, & ætas eſt carnalis ſubiuga
tionis: & cępit a Baptiſmo Conſtantini, & du
rauit uſque ad tempora beati Benedicti, quo
tempore fuerunt illi Sancti Confeſſores in de-
ſertis Aegypti, & alijs locis morantes, inedia,
auſteritate uitæ, uigilijs, orationibus, diſcipli-
nis, & alijs carnem in ſeruitutem ſpiritus redi
gentes: ſed hoc in tempore, & ſi Paulus pri-
mus Eremita, & alij poſt eum plures ſanctita-
te famoſi ſint directi, præcipue tamen fuit b.
Abbas Antonius, pater quaſi omnium mona-
chorum, & anachoritarum, magiſter Pauli
ſimplicis, Ilarionis, Macharij, & ſic de alijs,
cui poſt ſuperationem demonum dixit Chri-
ſtus. quia uiriliter feciſti, te faciam in toto or
be uominari, quo nomine Aug. & alij ad ſan-
cte peragendum ſunt incitati.
Quintum ſigillum, & ętas eſt mirabilis mundi
ſubleuationis a preſſuris, quę inerant in orbe,
per gentes Vandalorum, Gothorum, Hunorū,
Longobardorum & ſic de alijs: quo tempore
miſsi ſunt multi probi, & ſancti uiri; prout bea
tus Papa Gregorius in libris recitat ſuorum
dialogorum; qui mirabiliter mundum ſignis,
& uirtutibus ſubleuarunt: ſed inter eos miſ-
ſus eſt ſingulariſsimus uir, re, & nomine Bene
dictus, cuius conuerſatio, uita, doctrina, ac p
orbem nominatio, qualis fuerit. b. Gregorius
2. dialogorum libro luculenter expreſsit.
Sextum ſigillum, & ætas eſt pęnitentialis, &
paſsionis crucis renouationis: quod tempus
incępit a b. Franciſco tempore. (vt ſupra dictū
eſt)

eſt. Federici ſecundi Imperatoris. 1306. domini anno, quo tempore apertum eſt.

Apoc. 6. Sextum ſigillum, vt Ioannes ponit, qua apertione ſigilli factus eſt terremotus &c. vt ſecunda parte primi fructus dictum eſt; illo enim tempore mundus cruciabatur, & ſpecialiter Romana Eccleſia propter Sarracenos per ipſum Federicum ad partes fidelium adductos; vt nullus auderet Papam ſeu Eccleſiam nominare, nec Chriſtum, ſeu Apoſtolos quis ſequebatur. Vita Chriſti erat in contemptu, & per deſpectum paupertatis, & appetitum diuitiarum omnino obliterabatur, intentus erat à maiori vſque ad minimum quilibet auaritiæ ſignatæ per malcolos; ſuperbiæ ſignatæ per ſtupam; Luxuriæ ſignatæ per picem; Inuidiæ ſignatæ per naptam: quibus fornax per miniſtros dæmones incenditur huius mundi: vt in

Dan. 3. figura habetur. Hoc inquam tempore, vt Ioan

Ioan. 7. nes Euangeliſta inſpexit. Sexto aperto ſigillo ab ortu ſolis, ideſt de Ciuitate Aſsiſij ad orientem poſita, aſcendit Angelus, ideſt, Angelicus vir Franciſcus puritate, & ſanctitate conſimilis Angelis, directus à Domino: ſed quo? inquit cum ſigno Dei viui, quia ipſe (vt dicetur fructu, & conformitate trigeſimaprima) ſolus ſignatus eſt ſigno ſtigmatum Dei viui: cum iſto ſigno venit b. Fr. ſed ad quid? ſtatim dicetur. Sic ergo patet, quod b. Franciſcus eſt directus à domino; Et quo tempore? quia ſub ſexti ſigilli apertione: vt dominus Bonauentura Epiſcopus Alban. aſſerit in prologo maioris legendæ. Et quod tempore Federici ſecundi b. F. ordinem incępit, & conſequenter à domino miſſus eſt, patet Chronicam intuenti. Regnauit enim 35. annis: & ſi pluribus ab Eccleſia depoſitus. Inſuper iſto Imperatore in Apulia exiſtente b. F. Baronibus ſuis prædicauit, & ab ipſo Imperatore tandem inuitatus ad cęnam, collocata eius mandato muliere in camera cum b. Franciſco, miraculo magno viſo de igne, ſuper quem nudum ſe b. F. poſuerat, & non læſus, ad ipſum b. Franciſcum deuotione efferbuit ſpeciali. Iſtius etiam tempore b. Clara poſt mortem beati Franciſci viuebat; & circa gentes eiuſdem exercuit illud miraculum, ut corporis Chriſti portatione omnes, qui iam ſuum intrauerant monaſterium effugaret.

De tempore ſeptimi ſigilli quando propriè incipiet, & quis ſpecialiter mittetur; quia non nobis certum eſt: ideo nihil ad præſens. Sic ergo patet de tempore: quod erat ſecundum pro præſenti declarandum.

Circa tertium, quod eſt uidendum, videlicet ad quid à domino b. Franciſcus eſt miſſus, & directus, eſt aduertendum: quod cum tempore, quo b. F. miſſus eſt, obliterata eſſet perfectionis via, quæ in Chriſti imitatione, & apoſtolorum fundatur, & homines peccatis irretiti, pœnitentię formam ignorabant, ac ſcientes peragere declinabant, & beneficium paſsionis Chriſti a cordibus hominum aberat totaliter; vtpote quia nec paſsio meditabatur à quoquam, nec Chriſtus crucifixus inter cordis viſcera velut faſciculus mirræ ſtringebatur. b. igitur Franciſcus ad hoc directus eſt à domino, ut pœnitentiam exercendo pęnitentiam prædicaret, & ad ipſam faciendam fideles induceret, obliteratam Chriſti uitam, & Apoſtolorum renouaret; eam tenēdo, profitēdo, & obſeruando, & demum ad Ieſum ſectandum meditandum, & cordis amplexibus perſtringendum omnes Chriſticolas induceret, & vocaret: ad hæc tria à Domino bea. Franciſcus eſt directus.

Quod enim ad pœnitentiam faciendam, & prædicandam b. F. eſt directus, & miſſus patet. primò Innocentij Papæ tertij mandato; qui regulam approbans dedit b. Franciſco, & ſuis ſocijs de pœnitentia prędicanda mandatum. Secundo patet, quia conuerſus ad dominum cępit pœnitentiam prædicare; cuius uerbis animati ad pœnitentiam exercendam, eidem plures omnibus relictis adhæſerunt; quos & fratres minores vir humilis cenſuit appellari. Tertio hoc patet verbis d. Bonau. Alban. dicentis in prologo legendę maioris; ſecūdum imitatoriam quoque ſimilitudinem præcurſoris eſt deſtinatus à domino; vt viam parans in deſerto altiſsimę paupertatis tam exemplo, quam uerbo pœnitentiam prædicaret, de cuius b. F. pœnitentia infra dicetur fructu, et cō formitate 19.

Quarto hoc patet exemplo ordinis, & experientia à b. F. inſtituti; nam tertium ordinem inſtituit, qui ordo fratrum de pœnitentia intitulatur. Sic & ordinem inſtituit Minorum, ac ordinem pauperum dominarum; qui tres ordines ad pęnitentiam exercendam peculiariter à Chriſto ſunt ordinati: & ſi mediante b. F. & quot eius exemplo, & verbo ſint, & fuerint pœnitentiam exercentes, illius eſt ſcire, qui ſolus ſtellas numerat, & ſua intelligentia cuncta cōprehendit: qui enim cupit pœnitentiam agere Deo acceptum, præfatorum. ſ. ordinum normam amplexetur, & mores; quod faciēdo, dignos pęnitentiæ fructus facere (mercede tamē percepta) agnoſcet. Beatus inſuper Franciſcus miſſus eſt ad uitam euangelicam in ſe, & alijs renouandam, profitendam, & obſeruandam: nam ipſe totum Euāgelium obſeruauit ad litteram, prout de ipſo cantatur: Franciſcus euāgelicum, nec apicem &c. Hoc patet etiam tam ex prima regula, quam confirmauit dominus Innocentius tertius; quam ex ſecunda, quam confirmauit Papa Honorius tertius: quæ regulę omnes ſunt fundatæ in ſancto Euangelio. Et prima uerba ſunt. Regula & vita minorū fratrum hęc eſt. ſ. domini noſtri Ieſu Chriſti

ſanctum

ſanctum Euangelium obſeruare. Et in fine dicitur. Et ſanctum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſsimus, obſeruemus. Et ꝙ regula fratrum Minorum fundetur in Euangelio non ſolum patet experientia, ſed etiam per determinationem Eccleſiæ dicente domino Nicolao Papa tertio in Regulę declaratione, & eſt poſita in corpore iuris, extra de uerborum ſignificatione libro ſexto. Exijt: vbi dicit, ꝙ Regula fratrum Minorum euangelico fundatur eloquio; vitæ Chriſti roboratur exemplo; fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum eorum ſermonibus, actibuſque firmatur. De prima Regula multa dicentur fructu, & conformitate nona: nulla alia Regula ſiue à beato Baſilio, ſiue à beato Auguſtino, ſeu à beato Benedicto cõpoſita, ſic verbo, & facto in Euangelio fundatur, ut Regula b. Franciſci, nullaque eſt, quæ ſic ſit vitę Chriſti expreſsiua, & Apoſtolorum: ac conſequenter, quia beatus Franciſcus audita forma uiuendi Apoſtolorum, eam aſſumpſit, vt dicit dominus Bonau. Alban. in 3. parte legendę maioris in principio: hanc ipſam Chriſtus dictauit, inſtituit, & ſic eſſe voluit, prout ipſe Chriſtus eloquio ſuo in Monte Rainerio, ſiue Monte Palumbæ multis miniſtris expreſsit, & fratribus: ex quo concludi poteſt, ꝙ per beatum Franciſcum, & ſuos vita Chriſti, & Apoſtolorum ſit renouata approbata, & obſeruata; & per conſequens patet beatum Franciſcũ ad hoc à Chriſto directum; ut in ſe, & ſuis; ac per ipſum conuertendis domini Ieſu uita, & ſuorum Apoſtolorum per imitationem ipſius renouaretur & ſeruaretur. Vnde Papa Alexander quartus, in priuilegio de ſtigmatibus b. Fran. conſiderans deſtinatum à Chriſto tam ratione pęnitentiæ inſinuãdæ, quàm vitæ Chriſti imitandæ (& incipit priuilegium) Benigna diuinæ operatio voluntatis; ſic dicit, Benigna diuinæ operatio uoluntatis in cœlo potenter innouans ſigna, & ſapienter immutans miracula ſuper terram; poſtquam Dei filius victor mortis ad patrem, vnde deſcenderat vehiculo proprię maieſtatis aſcendit; mirificæ fortitudinis uiros in confirmationem ſanctorum diuerſis temporibus ſuſcitauit, & ſubdit, inter alios autem temporibus noſtris almus Chriſti confeſſor apparuit Franciſcus, ſignis, & uirtutibus glorioſus; qui clariſsimis piè viuendi meritis, & exemplis fęcundauit Eccleſiam, & caligantia præſentis ætatis tempora fulgoris ſui lampade illuſtrauit, uiam perfectè iuſtitiæ parans in deſerto altiſsimę paupertatis; quã ipſe currens alacriter, & exultans contra carnem; mundum, & demonem velut gigas; traxit poſt ſe de demoniferis faucibus, & tranſduxit ad dominum populum humilem bonorum operum ſectatorem. Et ſequitur: Vt autem ad illuminationem gentium celebris eius memoria, tanquam rutilum ſydus in coruſco firmamenti myſtici æthere ſeruaretur; multis diuina potentia, & adhuc militantem inter homines, & demum in ſanctorum agmine triumphantem dignata eſt deificare miraculis. Et ſubdit poſtea, de ſtigmatibus, de quibus infra fructu, & conformitate trigeſimaprima habetur. Sic ergo apparet, ꝙ ad duo præfata. b. F. à domino eſt directus. Reſtat ergo oſtendendum, ꝙ directus eſt ad crucem domini prædicandam, baiulãdam, & cordibus fidelium implantandam. Et ꝙ ſic ſit oſtenditur.

Regula b. F. fundatur in Euangelio.

Priuilegiũ Alexandri quarti in commẽdationem b. Fran.

B. Fr. directus eſt à Deo ad crucem Chriſti baiulandam prędicandam, & cordibus fidelium implantandã.

Primo figura prophetali, ꝙ vir quidam apparuit ſignans Thau ſuper frõtes gementium, & dolentium; qua ſignatione à percuſsione angelica liberabantur. Et ꝙ hæc figura, & ſi primo ſit de Chriſto; ſecundario tamen ſit de Franciſco, patet viſione fratris Pacifici; qui uidit in facie b. F. Tahu. ſ. in frõte: Hoc. n. ſignum, b. F. ſemper amauit de ipſo ſępius prædicando, & ſuas litteras conſignando.

Ezech. 9.

Secundo hoc patet figura, quòd Ioannes vidit Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentẽ ſignum Dei uiui; & ſigno crucis, ne percuterẽtur ab Angelis fideles conſignantem. Hac figura b. F. oſtenditur, & Franciſci ſtigmatizatio. Secundo probatur figura Dei ſingulari; in ſignum enim huius. ſ. ꝙ à b. F. prædicanda erat crux, & multi eum; quo ad hoc ſequi debebãt; ipſi. b. F. oſtenſum eſt palatium cum militaribus armis, dictumque eſt ſibi ſua omnia fore, militumque ſuorum; uiſio Silueſtri dum adhuc eſſet presbyter ſecularis ter ſibi oſtẽſa de cruce aurea, ex ore. b. F. procedente pertingẽte ad cœlum, & ad terminos mundi &c. Prætendit idipſum. ſ. Franciſci meditationem paſſionis; quia ex ore, & prædicationem eius per attingentiam ad mundi terminos. Idipſum oſtendit uiſio fratris Pacifici de enſibus, quibus tranſuerſaliter b. Franciſcus erat cõſignatus: quo edoctus fuit per b. Fr. crucem debere celebrari, & prædicari, ac crucis gloria uelut gladium cordibus fidelium infigi. Apparet hoc etiam in b. F. in modum crucis repræſentatione uidelicet fratribus in capitulo Arelatenſi &c. Aſtruit hoc etiam b. F. in oratione ſubleuatio: nam à terra uiſus eſt multotiens ſubleuatus brachijs in modum crucis extẽſis, & nubecula clariſsima circundatus. Hæc omnia indicãt b. F. habuiſſe ad crucifixum ſingularem affectum, & amorem: & quia amantiũ mos eſt, vt amorem ſuum ſilentio tegere nequeant: ideo & lingua Franciſ. & conatus fuit alios ad Chriſti crucifixi amorem prouocare.

Apoc. 7.

Tertio oſtenditur propoſitum. b. F. ſtudio. Nã ut habetur in principio nonæ partis, & in fine legendæ maioris, totum ſuum ſtudium tã publicum, quam priuatum circa paſsionem domini erat; adeo ut omnis eius vita non niſi crucis veſtigia ſequeretur: non niſi crucis dul-

cedinem ſaperet : non niſi crucis gloriam. Quartò oſtenditur hoc.b. F. eloquio, vnde in quarta parte legendæ maioris dicitur, ꝙ carẽtibus libris fratribus ad dicendum diuinum officium, loco illorum, crucis Chriſti librum continuatis aſpectibus diebus, ac noctibus reuoluebant; exemplo. b. Fr. patris, & eloquio eruditi; qui iugiter faciebat eis de cruce Chriſti ſermonem, quod patet; quia nõ ſolum b. F. ſed fratres per eum inducti ſunt ad contemplandam dominicam crucem, & paſsionem.

Quinto hoc oſtendit crucifixi apparitio.b.Fr. contemplatori, ac crucis prædicatori : uoluit enim dominus Ieſus Chriſtus apparere uti cruci confixus, & adeo cor Frãciſci transfixit hęc apparitio, & uiſio; vt quaſi iugiter domini plagas cerneret, & uix a lachrimis continere valeret. Et iſta uiſio, & ſi in habitu ſeculari exiſtẽti.b. F. eſt facta, ad hoc eſt eidem oſtenſa, ut quid contemplare deberet, & quid prædicare cerneret, & quomodo crucifixio fuit amara ſibi à domino monſtraretur. Et in Eccleſia ſancti Damiani, Crucifixus fuit ei locutus; & ut Eccleſiam repararet demandauit eidem, vt per crucis meditationem ipſe.b. F. prænoſceret Eccleſiam terreſtrem ab eo fore reparandam.

Sexto oſtẽdit hoc habitus deſignatio; ut enim Chriſtus ad prædicandum crucem. b. F. direxiſſe oſtenderet; in habitu, quẽ portare ipſum voluit, declarauit: qui habitus in forma crucis eſt, & crucis intuitu à b. Fr. ſic deſignatus; vt corde prius ſecundo habitu, & demũ uerbo omnibus crucifixum demonſtraret.

Septimo oſtendit hoc diaboli atteſtatio præfato Baroni: vt dictum eſt ſupra. Et dixit diabolus, ꝙ & ſi tunc ordo b.F. eſſet paruus ſuper omnes alios ordines; tamen ꝙ multiplicaretur. patet ergo propoſitum.

Octauo oſtendit hoc b.F. à Chriſto ſtigmatizatio; ꝙ enim miſerit eum ad crucem, & paſſionem prædicandam imprimendo ſibi ſtigmata, cunctis euidenter declarauit: & quia de hoc plenę dicetur fructu, & conformitate trigeſimaprima, ad præſens omitto.

Nono hoc oſtendit miraculorum operatio facta cruce, & crucifixi inuocatione, de quibus miraculis habes infra fructu, & conformitate. 13. quibus nouem apparet b. Frã. directum à Chriſto, ut non ſolum crucem meditaretur, ſed & crucis gloriam prædicaret; ac prædicãdo ad Crucifixi ſectanda ueſtigia, & ſuæ paſſionis accipienda inſignia fideles inducerentur. Qui cupit ergo pęnitentiam exercere; vitam Chriſti tenere, ac Ieſu Crucifixi magnalia uidere b. F. inſpiciat, attẽdat, & proſequatur: ꝙ igitur ad præfata à Chriſto emiſſus ſit iam dicta docent, & ipſe docuit tam vita, quã exẽplo, & uerbo.

Obiectio. Sed quia in ſecunda parte huius expoſitionis, loquendo de ſexto ſigillo noui teſtamenti dictum eſt præ alijs.b.F. directum à Chriſto, qa plures tunc ſunt etiam deſtinati, ſicut ſanctus Bernardus Abbas, qui parum ante fuit.b.Frã. ſicut etiam ſanctus Dominicus, & ſic de alijs. Videtur ergo alijs ſanctis derogari, nec debere miſsionem.b. F. præ cęteris attribui.

Reſpondetur, quòd non eſt negandum: quin etiam prædicti ſint miſsi, cum in quolibet ſigillo, & ætate tam noui, quam veteris teſtamẽti ſint multi ſancti à domino miſsi: ſed præfati ſunt expreſsi ob excellentiam ſanctitatis ad alios.b.enim Fr. uenit, & aſcendit ab oriente; Dominicus, & Bernardus ab occidente. Inſuper Franciſcus in filijs ſanctitate numero, & ſcientia, & nobilitate eſt exaltatus; vt fructu & conformitate octaua patebit. Fuit etiam ipſe magis conformis Chriſto, vt hoc opus declarat: & ſuis ſtigmatibus conſignat, quo cęlſior aliis reperitur: vt oſtendit fructus, & conformitas trigeſimaprima. His ex cauſis dictũ eſt ſolum Franciſcum Antonomatice à Deo deſtinatum tali tempore: & ſpecialiter talibus finibus, & fine. Ex prædictis patet quomodo Franciſcus eſt deſtinatus à domino: quo tempore, & ad quem finem: & ſic patet ſuccincta declaratio iſtius ſecundæ partis, ſecundi fructus, & conformitatis, videlicet Franciſcus deſtinatur. Solutio.

FRVCTVS TERTIVS, ET Conformitas. Ieſus læte progenitus Franciſco vir lætatur. Expoſitio primæ partis.



IVINI conſilij imperſcrutabilis altitudo, ex quo decreuerat hominem à Diabolo, & à morte peccati redimere, & liberare; tempore gratię ſuperueniente ab arce patris miſſus eſt Dei filius, ac carni noſtræ in ſacro Virginis vtero in ſua permanens deitate, factus eſt homo uerus: in qua incarnatione mirifica innouata ſunt ſigna diuinæ potentiæ, & immutata ſunt mirabilia, ſtupendiora præſolito Deus excelſus faciens. Mirabilia, quæ i Chriſti incarnatione facta ſunt.

Et primum ſtupendum, & mirabile eſt Dei ad miſerandum inclinatio: nam per quinque millia annorum cõtinuit in ira ſua miſericordias ſuas, non flexus lachrimis; non precibus inclinatus; nõ miſerijs cõmotus ſanctorum patrũ; aut humani generis: attamen in hac Incarnatione quid ait? Illud deſcendi, vt liberarem populum meum. Exo. 3.

Secundum ſtupendum, & mirabile eſt Dei humiliatio;

miliatio; cum enim nihil uilius ſit carne humana; hanc tamen apprehendere humiliando ſe dignatus eſt Deus. Propter quod d. Apoſtolus, ꝙ Deus exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui accipiens. Vnde non ſolum eſt ſtupendum, hæc vnio mortalitatis noſtræ ad Deum; ſed ipſa carnis uilis aſſumptio, ſtuporem intuentibus ingerit ſingularem.

Philip. 2.

Tertium ſtupẽdum eſt naturarum permixtio; gutta enim aquę indita mari, & iniecta, nomen amittit, & naturam; & tamen natura humana mari infinito coniuncta, nomẽ retinet, & naturam, & ſine naturarum. ſ. diuinę, & humanæ commixtione, & confuſione, vtraque permanet in vna perſona, quę eſt Chriſtus Deus, & homo.

Idiomatũ communicatio inter naturam diuinam & humanam. Orig. lib. 3. Aug. 1. de trin. c. 13.

Quartum ſtupendum eſt idiomatum communicatio. Orige. lib. 3. ſuper Epiſtolam ad Ro. propter indiſſolubilem vnitatem uerbi, & carnis; omnia quę carnis ſunt, attribuuntur uerbo; & omnia, quæ uerbi ſunt, prædicantur de carne. Et Augu. primo de trinitate. cap. 13. dicit. Quod talis eſt illa aſſumptio humanitatis a diuinitate in Chriſto; ut deum hominem faceret; & hominem deum. Quo patet, ꝙ tali unione facta eſt naturarum cõmunicatio; ut quæ dicuntur de Deo, dicantur de homine, & econuerſo ſaltem concretiue; facta eſt enim communicatio.

Primo quo ad perfectiones eſſentiales; vt homo eſt ſpiritus infinitus: & Deus eſt corpus.

Secundo quo ad proprietates accidentales: ut Deus eſt albus: & homo æternus.

Tertio quo ad actiones; quia actiones naturarum communicantur adinuicem: vt homo creat: & Deus comedit.

Quarto quo ad paſsiones: quia ex quo in actionibus eſt communicatio: erit & in paſsionibus, & sic dicitur Deus paſſus: & homo æternaliter generatus.

Quintum ſtupendum eſt plenitudinis deitatis communicatio, & conceſsio; quia entitatiue, formaliter, & ſecundum omnem perfectionẽ, & gradum in immenſum ſe homini aſſumpto communicauit, ut dicit Apoſtolus ad Col. primo: in Chriſto habitat omnis plenitudo deitatis. Et Ioan. uerbum caro factum eſt. Eſt tamen ſciendum, quòd non eſt communicata ſecundum omnem modum perfectionalem, quia & ſi homo dicatur Deus: non tamen deitas in abſtracto: quia & si natura humana ſit facta una cum diuina, unitate perſone; non tamen unitate naturę: quare ibi eſt diſtinctio, & sic propoſitum. Inſuper tam animę, quam corpori ſic eſt unita deitas. ſ. ſecundum omnem perfectionem eſſentialem, carni tamen non; ſed animæ unita eſt ſecundum modum uitalis immutationis. Ratio quia corpus non, ſed anima eſſentia etiam eſt, ſed uitalis. Nec etiam animæ unita eſt ſecundum uitalem immutationẽ

Paul. ad Col. 1. Ioan. 1.

immenſæ quo ad gradum; ſed ſolum quo ad ſpetiem, & obiectum: quia anima non eſt capacitatis infinitæ.

Sextum ſtupendum eſt duarum naturarum, & ſubſtantiarum una perſonatio; in Chriſto. n. & si sint duę naturę; non tamen eſt niſi unum ſuppoſitum, et una perſona: natura enim humana non prius fuit condita, quàm aſſumpta in Chriſto: quare nunquam fuit perſona, ut docet Magiſter. 3. di. 5. & ſic quod natura humana diuino ſubſiſtat ſuppoſito, eſt ſtupendum.

Septimum ſtupẽdum eſt in atomo. i. in indiuiſibili totius hominis aſſumptio: ut dicit Dam. quia non prius corpus, quam anima uel econuerſo; ſed ſimul corpus, & anima: et ſi corpus mediante anima ſit aſſumptum: ut dicit Magiſter 3. di. 2. cap. 2. et 3. ut talis mediatio non dicat cauſam, & prioritatem colligantiæ, ſed congruentię: ad quod ſecutum eſt illud ſtupendũ. uidelicet, corporis Chriſti in in inſtanti organizatio; animę creatio, et in eodem inſtanti corporis, et animę cum deitate unitio: ut dicit Magiſter. 3. di. 4. cap. 4. contra ordinem naturę; quæ 46. diebus corporis humani, quo ad uirum intendit formationi.

Octauum ſtupendum eſt iſtius unionis naturę humanę non ad perſonam patris, nec ſpiritus ſancti; ſed ad ſolam perſonam uerbi terminatio; et ſi ſint indiuiſa opera trinitatis ad extra: quia hoc non eſt principaliter ad naturã, & conſequenter ad perſonam, ſed econuerſo: hinc eſt, quod una perſona poteſt incarnari ſine alia: ſed quare filius, & non pater, ac ſpiritusſanctus: dictum eſt fructu, et conformitate præcedenti.

Nonum ſtupendum eſt naturæ unitæ ſic copulatio, ut nũquam dimiſsio: quod ſemel aſſumpſit; nunquam dimiſit: ut dicit Dam. Et ſi paſſionis tempore, anima à corpore; neutrum tamen à deitate eſt ſeparatum: & ſic hęc unio ſtabit ſempiternaliter: ut nunquam deſinat Deus eſſe verus homo. Ex quo ſequitur ſtupẽdum illud, quòd nulla indiſſolubilior, & maior reperitur coniunctio; quam hæc unio benedicta; patet omnibus modis coniunctionis, et unionis penſatis cum cõmunicatione idiomatum; quæ eſt in iſta ſacra unione.

Decimum ſtupendum eſt animæ Chriſti ſapiẽtię infuſio, & quo ad portionem ſuperiorem beatificatio, et in parte inferiori doloris perceptio; quę tria ſunt miranda: nam anima Chriſti eſt omniſciens. 3. ſententiarum di 13. nec Chriſtus profecit quo ad habitum ſciẽtię, ſed quo ad experimentum: et beatus fuit in portione ſuperiori, & non inferiori: ut dicit Magiſter 3. di. 13.

Vndecimum eſt talis naturæ humanæ aſſumptio, hominis exaltatio; ut homo ſuſceptus ſit à Deo, et Deus factus: hoc eſt ſtupendum,

et antea inauditum,et cõſequenter ſuper om-
nia ſublimatus, utpote in bonis potioribus
Mar.vlt. ſublimatus,& locatus: quia à dextris Dei.
Duodecimum ſtupendum eſt per cultum la-
triæ humanæ naturę in Chriſto veneratio: ta-
lis.n.cultus ſibi congruit: vt docet Magiſter.
3.di. 9. Hac enim naturæ aſſumptione huma-
næ facta, Angeli;qui primo adorari ſe ab ho-
mine permittebant; deinceps non permiſſe-
Apoc. 19. & 22. runt.vt patet.Quibus apparet ꝙ ſigna ſtupéda
in filij Dei incarnatione ſunt à Deo operata.
Ponunt etiam alia ſtupéda videri facta in hac
incarnatione.
Primo, vt vna puella paupercula, & modica,
mater Dei efficeretur.
Secundo,vt puella ſine uiri complexu;et virgi-
nitate permanente grauidaretur.
Tertio, ut ſicuti dictum eſt in inſtanti corpus
Chriſti organizaretur; & formatio de puriſ-
ſimis beatæ Mariæ ſanguinibus fieret.
Quarto ſine labe à virgine contra morem alio
rum corporis Chriſti deciſio.
Quinto Chriſti perfectio; in primo enim in-
ſtanti,perfectus homo fuit vtens ratione. iux-
Iere. 31. ta uaticinium. Fęmina circundabit uirum.
Sexto corporis tam minimi, ſicut fuit Chriſti
in inſtanti animatio, contra morem aliorum.
Septimo totius trinitatis in Virgine deſcẽſio.
Octauo Chriſti a Virgine ſine pondere & gra-
uamine, in ſuo vtero baiulatio.
Nono mentis Virginis Chriſto in eius uentre
ſtante; ad cernendum ſuperna, euectio.
Decimo illius animæ benedictæ Virginis ſum
ma conſolatio,& refectio.
Vndecimo ultra morem aliorum Chriſti in vẽ
tre Mariæ permanſio; quia perfectus homo,
nouem ſtetit menſibus.
Duodecimo Chriſti plus ad matrem ſuam,
quàm ſit aliorum germanitatis, & ſanguinita
tis affectio,& dilectio: nam corpulentam ſub
ſtantiam totam habuit a ſola beata Virgine.
Alia ſtupenda poſſunt dici; ſed præfata ſuffi-
Multifariã loquitur Deus prophetis. ficiant. Sed hic Dei filius carne circundatus
poſtquam in vtero Virginis 9. ſteterat menſi-
bus;in publicum volens egredi,& ſua præſen-
tia mundum viſitare; vt quia ante multifarie,
multiſque modis fuerat patribus locutus.
Primo per ſomnia; vt Iacob,qui dum pergeret
Gen. 28. Aram de nocte. uidit ſcalam,& dominum ſibi
loquentem audiuit.
Secundo vocali expreſsione; ſicut Moyſi; qui
Exo. 3. dum iret ad videndum Rubi uiſionem, a do-
mino fuit uocatus.
Vide conformitates B. Virg. fructu 23. Tertio per occultam inſpirationem, ſicut fuit
Dan. quando iuuit Suſannam ab impoſitione
falſi criminis.
Dan. 13. Quarto per manifeſtam apparitionem;in qua
Pſal. 84. conſtat Deum loqui. Pſal. Audiam quid loqua
Oſeæ. 1. tur in me dominus Deus. Et Oſeę, principiũ
loquendi domino in Oſeæ.

Quinto per Angelicam informationem,ut pa-
tet. Ecce Angelus domini,qui loquebatur me Zach. 2.
cum. Quod fit ab Angelis per modum lumi-
nis irradiantis,vel ſpeculum oſterentis,uel lin
guæ efficaciter exprimentis.
Sexto operum ſignificatione: vt Iſa. d. Solue Iſa. 20.
ſaccum de lumbis tuis. Oſtendens, ꝙ iudęorũ
erat ſoluenda capitiuitas.
Septimo figuræ oſtenſione:quomodo Deus lo
quitur alijs;ſed Moyſi ore ad os. Num. 12.
Octauo ſignorum & portentorum exhibitio-
ne.Exo. 20. Cunctus populus audiebat vocẽ, Exo. 20.
& videbat lampades. &c.
Nono ſcripturæ impreſsione; vt Balthaſar, Dan. 5.
qui uidit manum ſcribẽtem in pariete; & per
articulos manus, eſt ei loquutus Deus.
Decimo miraculorum operatione: ut Eliæ,
Moyſi, & alijs Prophetis; quę miracula erant
uerbum naturale loquutionis diuinæ:ſicut eſt
effectus uerbum naturale cauſæ ſuæ, iuxta di-
ctum Chriſti. Ipſa teſtimonium perhibent de Ioan. 5.
me.
Vndecimo flagellorum incuſsione: Sicut lo-
quutus eſt Deus Pharaoni in Exodo.Et Elio- 2. Mala. 3.
doro.
Duodecimo doctorum eruditione. Loquitur
enim per linguas doctorum eruditione;ut pa-
tet de prophetis miſsis ad populum informã-
dum;quibus dicit Chriſtus. Qui uos audit, me Math. 10.
audit.
Tertiodecimo peccatorum improperatione.
Sicut loquutus eſt Adæ poſt peccatum domi-
nus dicens,Adam vbi es? Gen. 3.
Quartodecimo creaturarum informatione.
Pſal. 18.Cęli enarrant gloriam Dei &c. Pſal. 18.
Quintodecimo beneficiorum collatione. In
columna nubis loquebatur ad eos. Tandem Pſal. 98.
quid egit dominus? Inquit illud. Ecce ego ip Iſa. 9.
ſe,qui loquebar adſum. Ita ꝙ per ſeipſum,id-
eſt oſtendedo ſe incarnatum,voluit nobis lo-
qui:& hoc quando Dei genitrix ipſum pepe-
rit filium ſuum primogenitum: & tunc inter Luc. 2.
alia, duo facit.
Primo,quia nobis loquutus eſt multipliciter;
non lingua carnis tantum,ſed effectu, & exẽ-
plo operis.
Secundo tali alloquutione, & ſuo ortu, nos
multipliciter lętificauit.
Primo dico, ꝙ loquutus eſt nobis multiplici-
ter,non ſolum ipſe,ſed iuxta modum loquen
di apoſtoli. Pater æternus in filio nobis eſt lo Heb. 1.
quutus.Sed quomodo? Certe inquam. Pater
ipſum nobis largiendo filium.
Primo in pretium noſtræ redemptionis. Gal. 1.
Secundo in pabulum noſtræ refectionis. Pſal. 135.
Tertio in ſpeculum, & radium noſtræ cogni- Luc. vlt.
tionis.
Quarto in modulum, & titulum noſtræ cor- Ioan. 13.
rectionis.
Quinto in ſocium noſtræ conſolationis. Pſal. 104.

Sexto

Eccl. 24. Sexto in brachium perſeuerationis.
1. Cor. 5. Septimo in medium fæderationis.
Iſa. 42. Octauo in uinculum noſtræ adamationis.
Ioan. 17. Nouo in dominum gubernationis.
3. Re. 3. 13 Decimo in baculum ſuſtentationis.
Iſa. 49. Vndecimo ad ſtudium bonæ operationis.
1. Pet. 1. Duodecimo in præmium noſtræ remuneratio nis, & beatificationis.

Filius Dei naſcens ſpeciali modo nobis eſt loquutus.

Ipſe denique Dei filius ſpeciali modo naſcendo eſt nos alloquutus: exempla nobis ingerendo uidelicet. Obedientiæ; uenit enim ad noſtras calamitates, ut patri obediret. Humilitatis: dicente Apoſtolo. Quod humiliauit, & exinaniuit ſemetipſum; formam ſerui accipiens. Paupertatis; quam oſtendit in parentibus in loco, in quo natus eſt: in lecto, in quo eſt reclinatus: in pannis uilibus, quibus fuit inuolutus: & in incommodorum ſuſceptione. Mundi contemptus: in ſuo enim ortu ac uitæ progreſſu; omnia mundana contempſit. Charitatis: Hac dedit ſe nobis; non noſtris meritis. Auſteritatis pœnitentiæ: in ſuo enim ortu incępit cubitando in paleis: in frigore ſtãdo, & nuditate. Pie, & benigne conuerſationis: conſideratis cum quibus eſt conuerſatus; cum animalibus. ſ. mitibus, Maria, & ſuo ſponſo. Euitationis peccati: pro cuius expiatione natus; & tot incommoda ſuſcepit. Affectionis totalis ad patriam; dum enim mundum cõtemnit; exemplum præbet patriam appetẽdi. Perfectionis: omnia enim, quæ geſsit in ſuo ortu; perfectionem dicunt, & oſtendunt. Dilectionis diuinæ, a qua nunquam receſsit, quia ſemper eſt Deus; & ſi carnem aſſumpſit. Imitationis aſsiduę: ut quemadmodum fecit, ſic & nos faciamus: ſic aloquutus eſt nobis.

Philip. 2. 3.

Vide conformitat. B. Virgi. fructu 23.

Alloquutus eſt Ieſus oriens: multos & diuerſi mode.
Primo matrem; quam continue illuſtrabat.
Secundo angelos; quos ad Deum, & ſe laudã dum incitabat.
Tertio paſtores, & magos: quos ad ſe adorandum uocabat.
Quarto mundi principes: quos ſuo exemplo ad mundi contemptum inuitabat.
Quinto ſacerdotes: quos ad uerum ſacrificiũ de ſe offerendum ordinabat.
Sexto pauperes, & humiles: quibus ſe conformabat.
Septimo diuites: quorum ſtatum fugiendo; declinabat.
Octauo crudeles: quos ut Herodẽ ſuperabat.
Nono peccatores: adquos liberandos ſe humanabat.
Decimo ignorantes: quos ad ſe luce uenuſtabat.
Vndecimo patres antiquos: quos ut dicetur ſuo otu lætificabat.
Duodecimo indigentes: quos ad accipiendũ optata dulciter prouocabat.

Beatam Mariam ſuam matrem alloquebatur lingua Canahan: de qua Iſa. Quę glorificata interprętatur: quia eam ſuo ortu gloria maternitatis, & honore glorificauit. Iſa. 19.

Quibus linguis locutus ẽ Chriſtus in ſuo ortu.

Angelos alloquutus eſt lingua iudaica. De qua habetur ſecundi Paral. quę confitens domino interprętatur: nam in ſuo ortu Deum cõfitentes laudauerunt. 2. Paral. 31

Paſtores, & magos alloquutus eſt lingua clementię: de qua habetur. Prouer. quos clementer ad ſe adorandum uocabat. Prou. 31.

Mũdi principes alloquutus eſt lingua Siriaca. de qua habetur. 4. Reg. Quæ lingua ſublimis interprętatur; quia per contemptum mundi ad ſublimia appetenda mens eleuatur. 4. Reg. 18.

Sacerdotes lingua angelica: de qua habetur primę ad Corin. eſt alloquutus: quia ut Angeli debent eſſe in puritate, ut Deo placeant. Cor. 13.

Pauperes, & humiles lingua humana, & benigna: de qua habetur primæ ad Corin. quibus ſe conformauit. Cor. 13.

Diuites alloquutus eſt lingua ignea. Iſa. quia tales, ut ignem de ſuo conſortio emittebat. Iſa. 30.

Peccatores alloquutus eſt lingua lactea & mellita. Canticorum, quia ad dulcedinem ſuæ miſericordię inuitabat. Cant. 8.

Crudeles alloquutus eſt lingua ferrea, & Caldaica; quia ipſos ſuperauit.

Ignorantes alloquutus eſt lingua erudita. Iſa. Iſa. 5.

Patres antiquos alloquutus eſt lingua exultationis. Pſal. Pſal. 135.

Indigentes alloquutus eſt lingua ſapientię. Prouer. præfatis linguis iuxta proprietatem eorum quos alloquebatur, puer, & infans Ieſus in ſuo ortu eſt loquutus.

Chriſtus naſcẽs omnia lætificauit.

Ad iſtam denique alloquutionem dulciſsimã, & ſuauiſsimam Dei patris in filio, & filij in ſe ipſo, ꝙ per ſeipſum, quid ſecutum eſt? Certe noſtra exultatio, & lętificatio: & iſtud ſecundum erat quod eſt uidendum: de quo dicit prima pars huius tertij fructus, & conformitatis uidelicet, ꝙ Ieſus lęte quo ad nos, & omnia eſt, à beata Maria progenitus. Et circa hanc partem eſt ſciendum ꝙ Chriſtus humanã carnem aſſumendo, & poſt modum ad nos egrediendo, omnia lætificauit: iuxta id qđ Dauid in Pſal. prædixerat di: Tunc exultabunt omnia lingua ſiluarum &c. & lux orta eſt iuſto, rectis corde lętitia. Et alio. Cantare domino canticum nouum; quia mirabilia fecit. Sequitur. Iubilate Deo omnis terra &c. Exultauerunt, & lætificata ſunt omnia. Pſal. 95. Pſal. 96. & 97.

Primo lætificauit ſuper cœleſtia.

Primo Supercęleſtia ſcilicet cœleſtes Spiritus propter multa.
Primo quia aſſumptione animę, quę eſt ſoror, Angelorum; eorũ natura eſt nobilitata: quia Deo anima eſt indiſſolubiliter unita.
Secundo ipſorum ruina eſt reparata, & ſi non Chriſti ortu, tamen ſine incarnationis.
Tertio hoſtium ipſorum. ſ. dęmonum ſæuitia eſt mitigata:

mitigata: nam poſt incarnationem Chriſti eorum audacia eſt refrenata, & ſpecialiter Chriſti paſsione.

Quarto, quia eorum cuſtodia circa homines eſt roborata: nam ante, nullum ad paradiſum poterant deducere; ſed modo ſic, nam diaboli ab eorum manibus omnes homines, ſiue bonos ſiue malos accipiebant; & ad limbum ſiue, infernum deducebant, nunc vero non.

Quinto quia pax cum homine, & cõcordia eſt celebrata: propter quod cantauerunt. In terra pax hominibus bonę voluntatis.

Sexto eorum oratio pro homine à Deo eſt accepta: vt enim parceret Deus homini, inſtanter expoſcebant.

Septimo, quia ipſorum domini eſt miſericordia mirabiliter declarata: de honore etiam diuino gaudent; quare & uidendo Deum incarnatum: hanc miſericordiam exhibuiſſe homini.

Octauo, quia gaudium eorum accidentale accreuit, animam Chriſti cernentes beatam; & alios per Chriſtum in breui beatificandos.

Nono, quia à gloria animæ Chriſti vita ſuperna, & ciuitas, vtpote ab anima ſuper omnes beatificata eſt, & ſplendore nimio clarifice perluſtrata.

Decimo, quia ipſorum puritas, & integritas in Maria pariente, & Chriſto oriente eſt declarata, & ſimilia ſimilibus gaudent.

Vndecimo eſt operatio diuina excellenter demonſtrata; quia Deus fecit effectum inſolitũ, & de honore & gloria conditoris gaudent.

Duodecimo, quia munificentia ſummi domini, & Dei ipſorum; homini eſt reſerata; quia non dedit Deus ſe homini quo ad partem, ſed totum: quia Deus factus eſt homo, & homo Deus: quare lætificati cantauerunt in natiuitate domini. Gloria in altiſsimis Deo patri mittenti, & filio venienti, & ſpiritui ſancto naturã humanam cum diuina vnienti.

Secundo lætificauit cœleſtia. Secundo lętificata ſunt cœleſtia: quod patuit in ſtella oriente; ſtatim enim cœli ſtellam miſerunt, & ſi non ſuam, ſaltem ſuis ſimilem, & præ alijs ſtupendiſsimam: vt fructu, & conformitate ſequenti dicetur in parte.

Tertio lætificauit inferiora. Iſa. 9. Tertio lætificata ſunt elementa. Aer enim noua Chriſti, ortu indutus eſt claritate; iuxta vaticinium. Iſa. capitulo nono. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Aqua quæ ſe conuertit Romæ in oleum in taberna emeritoria, & abundantiſsime fluxit. Mira in xp̄i ortu contigerunt. Terra, quæ in ſtatuis idolorum emarcuit; & ad nihilum eas redigẽdo ſe purgauit. Templo Romuleo Romæ cadente. Terra Deum ſolum natum, & adorandum eſt profeſſa. Ignis ſcilicet ſol, qui eſt igneus effectualiter; qui ſe triplicauit. Et ſic elementa, & elementata præſolito facta, lætificata ſe eſſe Chriſti ortu profeſſa ſunt.

Quarto lætificauit animata. Quarto lætificata ſunt animata. Si de animatis, anima vegetatiua: patet in vineis Engadi; quæ floruerunt, & Balſami fructum dederunt. Si de anima vegetatiua, & ſenſitiua: patet de Boue, & Aſino, iuxta vaticinium. Iſa. 1. qui cognouerunt poſſeſſorem ſuum, & pręſepe domini ſui, ipſum dominum adorando. Si de animatis, anima vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua ſcilicet de hominibus: patet quod Chriſti ortu gauiſi, ſunt & lætati. Et primo generaliter ob beneficia percepta Chriſti ortu, incarnatione, & natiuitate: nam Chriſti ortu, & incarnatione data eſt patria exulibus; panis eſurientibus; aqua vitæ ſitientibus; portus naufragantibus; lumen ignorantibus; antidotum languẽtibus; requies laborantibus; vita morientibus; ſalus deſperantibus; venia peccatoribus; via errantibus; ſummum bonũ in cœlo commorantibus: propter quę merito debet homo gaudere.

Alia etiam beneficia homini ſunt collata: Primum diuinæ miſerationis; quia deitas ad miſerandum homini eſt inclinata.

Secundum eſt pacificationis; quia pax inter Deum, & hominem, & angelum eſt facta, & celebrata.

Tertium eſt promiſsionis factæ patribus adimpletionis; quia quod loquutus eſt, & promiſit patribus perfecit, & ſic quietauit eorum deſideria, & affectus.

Quartum eſt deificationis: nam homo factus eſt Deus, & Deus homo, vtraque natura impermixta, & maieſtate.

Quintum venerationis; nam natura humana propter aſſumptionem à verbo, ab Angelo, & alijs veneratur, & honoratur: vt patet Apoc. Apoc. 22.
22. Vbi Angelus Ioannem non permiſit ſe adorare.

Sextum Diaboli ſubiugationis; quia per incarnationem filij Dei, & paſsioné, ab eius ſumus manibus liberati.

Septimum eſt exauditionis; nam per Chriſtũ exaudimur dicentem, quicquid petieritis in nomine meo, dabitur uobis. Et ante dixerat cum multiplicaueritis orationes ueſtras; non exaudiam.

Octauum gratię collationis; quia tempus pręſens vocatur tempus gratiæ, & de plenitudine gratiæ Chriſti omnes accepimus. Ioan. 1.

Nonum eſt hæreditatis reſtitutionis. Tu es, Pſal. 15.
qui reſtitues hæreditatem meam mihi: ipſe. n. eſt qui aperuit librum figuratũ Apoc. quinto.

Decimum eſt noſtræ exaltationis; quia à dextris Dei natura humana in Chriſto collocatur.

Vndecimum ſuper omnes dominationis; quia Chriſtus factus eſt imperator cœli, & terræ; q. eſt frater noſter.

Duodecimum eſt beatificationis; quia homo totus in Chriſto beatificatur quo ad animam

in deitate; quo ad corpus in humanitate: ſic ergo his beneficijs generaliter natura humana aduentu, & ortu Chriſti Ieſu exultat, & lætatur. Lętari debet quilibet homo huiuſmodi benedicti pueri Ieſu à Maria progeniti conditionibus conſideratis; quas ponit ſanctus Luca. in Euangelio ſuo; quod Euangelium in nocte cantatur natiuitatis ipſius.

Luc. 2.

Nam ipſe eſt primo orbis imperator, quia eſt Ceſar Auguſtus, & conſequenter magnificus.

Secundo mundi ordinator, quia edictum emiſit; quare prudentia conſpicuus.

Tertio plebis examinator, quia mundum deſcribit; & ſic eſt iuſtificus.

Quarto fidei noſtræ cõdonator; ſinguli enim ſuo ortu profitentur; quare eſt pro noſtra ſalute ſollicitus.

Quinto veri demonſtrator; vadunt enim ſinguli ad ſuam ciuitatem: quare in omnibus veridicus.

Sexto gratiæ largitor, & miniſtrator, quia Ioſeph aſcendit &c. & ſic eſt totus gratificus.

Septimo fratrum exaltator, quia eum parit Maria: quare & amator noſter præcipuus.

Octauo matris conſeruator, quia peperit filium ſuum primogenitum: quare & actor mirificus.

Nono pompæ abdicator, pannis inuolutus; quare vir cęlicus.

Decimo carnis macerator, quia in præſepio reclinatus; quare imitatione dignificus.

Vndecimo cordis excitator, quia paſtores &c. quare & operator viuificus.

Duodecimo mentis illuſtrator, quia claritas Dei &c. quare ipſe eſt fontalis radius.

Tertiodecimo gentis roborator, quia nolite timere &c. quare totus ſaluificus.

Quartodecimo noſter conſolator; euangelizo vobis &c. quare deificus.

Quintodecimo cętus adamator, quia omni populo, & non vni &c. quare in donis munificus.

Sextodecimo à morte peccati liberator, quia ſaluator; quare in cunctis ſaluificus.

Decimoſeptimo Deus, & Creator, quia Chriſtus, id eſt Meſsias eſt; quare factor ſingulariſſimus.

Decimo octauo omnium gubernator; quia dominus; quare rector aſsiduus.

Decimonono verax, & promiſsi obſeruator, quia hoc vobis erit ſignum; quare teſtis indubius.

Vigeſimo ſolus triumphator; ſtatim enim militia cœleſtis ei congregatur: quare victor exercitus.

Vigeſimoprimo aptus præmiator, & cęlibator; quia gloria in altiſsimis eſt: quare noſter finis perpetuus.

Vigeſimoſecundo noſter mediator; quia pax &c. quare fidus noſter, & medius.

Vigeſimotertio omnis perfecti patrator; quia bonæ voluntatis: quare bonus ſanctus; factor boni indeſinens, & continuus: Hæ ſunt conditiones pueri Ieſu ad nos egredientis: quare ſuſceptione eius, & tanti domi lætificari debemus: quibus euidenter oſtenditur, ꝙ homo quilibet in natiuitate domini gaudere, & lætari debet: & dicere cum Iſa. Gaudens gaudebo in domino &c. Iſa. 61.

Sed in ſpeciali debet ne homo aliquis lætari & gaudere? dicitur ꝙ ſic.

Bea Virg. ſpecialiter in natiuitate Chriſti debuit gaudere, & propter quæ dona.

Et primo ſancta eius genitrix Maria: nam natiuitate Dei filij in eius vtero, & ortu & ſi ante multa haberet, & habuit, habuit tamen ea modo perfectiori, & aliqua, quæ ante non habuit: & quæ habuit beata Maria, vnde lætatur, & lætificata eſt eius benedicti filij ortu; multa inquam habuit.

Primo, quia fuit perfectiſsimè ſanctificata. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus. Pſal. 10.

Secundo fuit gratia plenè fęcundata. Luc. 1.

Tertio eſt in gratia, & plenitudine conſumata: vt dicit Ieronimus in ſermone de Aſſumptione. Hodie &c. & Ricardus de ſancto Victore in expoſitione. Ecce virgo concipiet. lib. 2. Tãtam enim plenitudinem gratiæ Deus animę beatę Marię indidit; quantam eam pro futuro promereri conſpexit.

Quarto donis ſpiritus ſancti repleta, & impinguata; quia ſpiritus ſanctus venit ſuper eam excellentiori modo; quam ſuper aliquam puram creaturam.

Quinto fuit in bono, & in gratia confirmata. Hoc aſſerit Ricardus loco prællegato. Et Bern. in Epiſtola ad Lugdun. Nõ enim habuit potentiam peccandi poſt ſecundam ſanctificationem. vt dicit Bona. 3. diſt. 3. q. 6. Thomas parte tertia. q. 27. art. 5. in reſponſione ad ſecundum articulum. Alexander de Al. 3. parte. q. 88. Et Ricardus de media villa. 3. di. 3. q. 4.

Sexto de perſeuerantia in gratia, & ſtabilitate finali certificata; hoc. n. ſciuit Magdalena de parte optima electa. Apoſtoli de permanſione ſpiritus ſancti in eis in æternũ. Paulus Apoſtolus de inſpiratione à charitate Chriſti. Ideo non debet hoc à Virgine negari; quia priuilegia gratiarum ſecundum Ber. alijs conceſſa; ab ipſa negari non debent, ſed concedi: & hãc certitudinem habuit, & habere potuit diuina inſpiratione, vel reuelatione, vel alio modo ad hoc conuenienti. Luc. 10. Ioan. 14. Rom. 8.

Septimo fuit internaturaliter radiata; quia lucę æterna eam radiante edidit canticum, Magnificat; in quo trino lumine prophetico. ſ. præſentis, pręteriti, & futuri ſe illuminatã deprompſit.

Octauo ſunt ei ſacræ ſcripturæ miſteria, quo ad incarnationem reuelata: vt ipſa expreſsit in vltimo cantici ſui verſu, cum dixit. Sicut locutus eſt ad patres noſtros &c.

Nono

Nono ſuit ſibi Dei facies, vt pie creditur reuelata; ſaltem hoc pie credi poteſt uerbo in eius vtero commorante eſſe factum.

Decimo, ſecundum ꝙ poſsibile eſt in præſenti vita recreata; hoc ſequitur ad nonnni præmiſſum; Petrus enim viſa gloria transfigurati, dixit Domine bonum eſt nos hic eſſe. Quid beata Maria viſa deitate?

Vndecimo mater Dei vocata, & facta; quo nihil poteſt dici maius ad virginis honorẽ; hoc enim ſolo poſito, ꝙ ipſa eſt mater Dei; ſequitur ꝙ beata Maria eſt puriſsima, quia Deus in mundiſsimo habitare dignatur. Gratijs, & donis pleniſsima; vt mater Dei eſſet hoc exigebatur: Deo acceptiſsima: quia ipſa ſola hāc apud Deum inuenit gratiam. Omni laude digniſsima: quia ipſa ſola præ alijs hac gloria decoratur. In mente eleuatiſsima: ſpiritus.n. eius in Deo exultauit ſalutari ſuo. Intellectū illuminatiſsima: habuit enim lucem in acceſsibilem in ventre ſuo; & conſequenter in mente. Vita ſingulariſsima: in verbo, cibo, potu, & cōſolatione diuina. Sua anima perfectiſsima: ſaltem in eſſe perfectionis, & gratiæ eſt verum, & credendum: & etiam de eſſe naturali. Cunctis creaturis amātiſsima: quia genuit creatorem omnium. Ad dandum, & influendum copioſiſſima: per eius enim gratiam largo ſpiritus ſancti imore perfuſa eſt omnis creatura, ſecundū Ieronymum. Super omnes mulieres excellentiſsima, conditionibus etiam alijs. Et ſuper omnia eminentiſsima: quia imperatrix eſt cęli, & terrę, hæc & alia Virgo beata habet; quia mater Dei.

Duodecimo; quia eſt ſuper omnes puras creaturas exaltata, Gratia, meritis, & gloria. Magnitudo gloriæ Mariæ proceſsit ex 11. præmiſſo; quia mater Dei: quia ex hoc fuit, & eſt ſuper omnes exaltata: quia igitur hoc 12. ſingularia fecit Chriſtus in beata Maria virginitate eius ſeruata in partu: matremque effecit: ipſa ſuo ortu in vtero, & ex vtero eſt à filio lætificata; propter quod ipſa hoc conſiderando in ſe facta, intonuit in laudem Dei dicens. Magnificat anima mea dominum. Cuius cantici expoſitionem cum factis à Ieſu filio in Maria: vide in opere edito à me de Virgine Maria fructu. 22.

Lætatus eſt Io. Bapt. in Chriſti ortu, & propter quæ dona.

Secundo ſuo ortu.d. Ieſus in vtero Ioannembaptiſtam lætificauit: nam in montana beata Maria pergens, & intrās domum Zacharię, dum ſalutat cognatam, virtute Ieſu iam orti in vtero Mariæ, Ioannes in vtero matris exultauit: & merito, quia viſitatione Ieſu, & Mariæ, Ioannes fuit tunc.

Primo ab originali purgatus.

Secundo gratificatus, quia gratia in eo fuit.

Tertio ſpiritu ſancto repletus.

Quarto modo miro tam negatiuè, quam priuatiuè, quam modis alijs ſanctificatus.

Quinto confirmatus in gratia; vt nunquā peccaret mortaliter.

Sexto cognitione viri, & ſenſu illuſtratus ſecūdum Auguſtinum & Iero.

Septimo de deitate Ieſu certificatus.

Octauo exhilaratus: quia exultauit in gaudio.

Nono regem Chriſtum veneratus: eius aduentum gaudio declarando.

Decimo ſummè refectus, & conſolatus: quia diem Chriſti uidit. Quapropter Ioannes gaudendo Ieſu nato, Ieſus eſt ei natus lętifice. de hoc pleniſsime vide in arbore de vita beatæ Mariæ fructu 20.

Vide conformit. de vita B. Virgin. in fruct. 10. & 22.

Lætata eſt Eliſabeth, & propter quæ.

Tertio in ſuo ortu eſt Eliſabeth mater Ioan. Baptiſtæ lætificata. Nonne Eliſabeth eſt Chriſti ortu in vtero lætificata? quæ Impleta eſt ſpiritu ſancto præſentia eius viſitata cū filio; voceque ſalutata Mariæ: exclamaſſe voce magna Euangeliſta teſtatur. Hæc ſacra mulier domini præſentia viſitata; Chriſto videlicet exiſtente in vtero Marię cognouit Ieſum beatę Mariæ filium.

Primo promiſſorum impletorem: ut ſicut promiſerat, ſic in Maria incarnatus erat; vt ipſa agnoſcebat.

Secundo veterum terminatorem; incernando enim ſe, dicta, & prophetata quo ad multa ſunt impleta.

Tertio cordium lætificatorem; patuit in filio, qui exultauit.

Quarto miraculorum operatorem, filio Ioanni uſum rationis contra conſuetudinem infundendo.

Quinto mentium illuminatorem; quia ſe ſibi, & filio reuelauit: vnde filius exultauit, & ipſa exultauit.

Sexto criminum purgatorem: ſe enim & filiū a peccato purgauit.

Septimo hominum ſanctificatorem; ipſam.n. cum filio ſanctificauit.

Octauo recreatorem omnium, & conſolatorem: patuit exultatione filij.

Nono donorum diffuſorem: filium.n. & ipſam ſpiritu ſancto repleuit.

Decimo fidelium protectorem, & adiutorem: patet in Maria, quam cernebat per tātum iter ad ſe ueniſſe infatigatam: & ꝙ filium ſuum Ioannem deinceps à peccato ſeruauit.

Vndecimo omnium fœderatorem: videndo ipſum coniunxiſſe ſumma imis, & Deū homini.

Duodecimo omnium gubernatorem, & dominatorem: nam Mariam vocat matrem domini.

Tertiodecimo benedictionis obtentorem, & impetratorem: quia ipſum benedictum fructum dicit.

Quartodecimo hominum renouatorem: dicens ex quo facta eſt vox &c.

Quintodecimo ad laudandum Deum incitatorem

torem & excitatorem: quia Eliſabeth exclamat.

Sextodecimo humilium dilectorem: quia mater domini: & ideo dilecta ab ipſo.

Decimo ſeptimo pauperum promotorem & exclamatorem, dicens. Vnde hoc mihi, ut mater domini mei ueniat ad me? hæc omnia Eliſabeth uidendo merito de Ieſu nato in utero, & ex utero debebat gaudere.

Lætificabatur etiam Eliſabeth pręſentia Mariæ, talem filium habendo in utero, & ſe uiſitando. Quo modo enim non lætificabatur agnoſcendo conſanguineam ſuam &c.

Primo obedientiſsimam, & promptiſsimam, cum enim Maria impulſu diuino ageretur, cũ feſtinatione ad Eliſabeth eundo; obedientiã ſummam oſtendit, & promptitudinem.

Secundo in cultu honeſtiſsimã: ad eam enim, & ſi acceſsit ut ſeruiret; iuit nihilominus, ut uitaret conſortia hominum.

Tertio ipſam eſſe patientiſsimam, per tantum iter ad ipſam accedendo.

Quarto ſanctiſsimam; hoc compræhendit, & domum intrando, & ipſam ſalutando.

Quinto eam eſſe uirtuoſiſsimam; quia eam ſalutando; ſalutem eidem præcata eſt, & obtinuit.

Sexto ipſam eſſe ſingularem, quo ad operetionem, & efficaciam; ad uocem.n. Mariæ commouetur infans, & exultar in utero.

Septimo plenam eſſe Dei gratia, & charitate; quia ipſam Eliſabeth repleuit ſpiritu ſancto meritorie, & interceſsiue.

Octauo ipſam eſſe ſumme poteſtatis; quæ ſic eam commouit, & exclamare coegit.

Nono ipſam eſſe Deo acceptiſsimam; quia eã benedictam inter mulieres, ideſt ſuper omnes mulieres aſſerit.

Decimo ipſam eſſe Dei filio fœcũdatam; quia benedictus fructus uẽtris tui; & matrem eam domini dixit.

Vndecimo præcunctis eam prædicat humilitate inſignẽ, unde inquit mihi hoc, ut mater domini mei ueniat ad me?

Duodecimo ipſam eſſe excellentiſsimam quo ad dignitatẽ dicens eam matrem domini.

Tertiodecimo puriſsimam eſſe: dum eam aſſerit Dei matrem.

Quartodecimo benigniſsimam: quia inquit ad me ueniat; cuius non ſum digna corrigiam calciamenti ſoluere.

Quintodecimo liberaliſsimam; dona ipſa recipit: inquit enim ex quo facta eſt uox tua in auribus meis.

Sextodecimo ipſam eſſe ſumme magnificentię, & bonitatis: quia beata quæ credidiſti.

Decimoſeptimo ipſam eſſe refulgẽtiſsimam: eam illuminando de multis, & eundo ad ipſam, & cum ea ſtando; propter quę ipſa dicit: perficientur in te, quæ tibi ſunt dicta à domino. Quia ergo Eliſabeth talem agnoſcebat matrem domini, & ſic in ſe habere ortum Dei uerbum: merito gaudebat ipſa Eliſabeth, & lętabatur Chriſti ortu. Poteratque dicere cum Abacuch. Ego autem in dño gaudebo, & exultabo in domino Ieſu meo: & ſic apparet quare, & quomodo ante eſt lætificata: de hoc uide plenius in opere à me edito de uita Virginis fructu 21. Abac.3. Cõformit. Virg. fructu. 21.

Quarto Chriſti ortu eſt lætificatus ille ſenex antiquus, & ſummus ſacerdos Zacharias, pater Ioan. Baptiſtæ: qui prout in ſuo patet cantico: cognito Chriſti ortu, & pro quo fine, gandioſe, & læte Deum benedixit Iſrael; ſe enim gaudere declarauit de Chriſti ortu ex conſequentibus. Lætatus eſt Zacharias.

Primo quia Pater æternus Chriſto directo humani generis fecit redẽptionem; accipit præteritum propter infallibilitatem diuinæ præſcientię, & ordinationis pro futuro.

Secundo noſtram de Ieſu Chriſto incarnato, & nato fecit ſublimationem; carnem ſumendo de Dauid; ſublimiſsimum cornu fecit noſtrę ſalutis hominem Deum faciendo.

Tertio ipſum Ieſum fecit terminatorem omnium promiſſorum: fideliter enim adimpleuit, quæ locutus fuerat per os ſanctorum tam uerbis, quam figuris.

Quarto de ipſo Chriſto fecit hoſtis diaboli deiectionem, & proſtrationem; eum priuando poteſtate, & ſanctos patres ab eius manibus extrahendo.

Quinto ipſo uerbo incarnato: quia reconciliati Deo patri, indulgentiam, & miſericordiã ab ipſo obtinuimus.

Sexto, ꝙ patribus ad gaudium eſt, promiſſum Zacharias dicit impletum.ſ. domini ad patres iuſiurandum, ꝙ ſe per incarnationem daret nobis: quare præfatis generaliter Chriſti ortu collatis, inducit nos Zacharias ad gaudioſe, & lęte domino ſeruiendum, & modum oſtẽdit; quia in ſanctitate uitę: in iuſtitia quo ad Deum, & proximum, cuilibet quod ſuum eſt tribuendo: non ſolum autem gaudebat Zacharias factis Ieſu circa homines generaliter; ſed propter acta circa filium ſpecialiter.

Primo, quia fecit eum ſuum fidelem ſeruitorem; quia puerum altiſsimi.

Secundo illuminauit: quia prophetam.

Tertio ſuum præcurſorem, & declaratorem fecit: ut eum aduenisse mundo reſeraret; & ſic ſcientiam daret de eo, & agnitionem.

Quarto prędicatorem ſingularem; cuius prædicatione cum fide redemptoris gentes remiſſionem peccatorum haberent.

Demum Zacharias magis lætabatur; quia ortus Chriſti noſtris non eſt meritis, ſed per uiſcera ſuę miſericordiæ, & quãtum bonũ Chriſti ortu eſt ſecutum; quo merito ipſe, & nos lętari debemus oſtendit, quia fidem dedit, qua illumi-

illuminamur in hac valle tenebrarum, ac viam
oſtendit, per quã pedes noſtri, ideſt affectus,
& opera dirriguntur in viam obtinendæ perpe
tuæ pacis: ecce quàm mira Ieſus ortus in vte-
ro operatur; propter quæ natus lætificatione
Zachariæ declaratur.

Lætatus eſt Archangelus Gabriel. Quinto Chriſti ortu lætatus eſt Archangelus
Gabriel; qui ipſum naſcendum matri Mariæ
nunciauerat; quia quod prędixerat, erat im-
pletum: & quia regem ſuum cernebat natum,
& finem ſciebat, propter quæ, & alia cum ipſo
Angelo facta eſt multitudo militiæ cœleſtis
Luc. 2. exercitus laudantium Deum lętè, & gaudiosè.
Sexto Ioſeph ipſe vir Mariæ eſt Chriſti ortu læ
tificatus; quia & ſi Ieſus non erat filius ſuus,
erat tamen ſuus; quia mutua traditione cor-
porum facta in matrimonio inter ipſum, & Ma
Lætatus eſt Ioſeph. riam lege thori ſeruata; quicquid ex Maria
exibat, erat ipſius: quare & Ieſus. Et quia inte
gritatem agnoſcebat Mariæ informatione an
gelica, ſanctitatem, ac filij diuinitatem, finẽq;
quia ſalutem humani generis fiendam per ip-
ſum; gaudebat ſumme, & lętus erat i quid. n.
Ioſeph habuerit matrimonio, & conſortio Ma
Conform. Virg. fructu. 15. & 18. riæ, & Ieſu; dixi in arbore Virginis Mariæ fru-
ctu 15. & 18. Gaudebat enim Ioſeph videns à
Chriſto, & ſua vxore Maria, in Ioanne baptiſta
mira fieri; in Eliſabeth ſua matre, & patre Za-
charia, & ſpecialiter in Chriſti ortu cœleſtes
ſpiritus gratulari; lucem ineffabilem tenebras
noctis expellentem terris dari; de Ieſu paſto-
res informari; animalia puerum Ieſum venera
ri; Magos ad Chriſtum adorandũ ſtellæ ſigno
duci; elementa deitatem Chriſti proteſtari; Si
meonem cum Anna de puero Ieſu iucundari,
ac Ieſum ſpecioſum præ filijs hominum filiũ
Dei patris ſibi in cuſtodiam dari, & aſsignari;
qui puer ſua deitate ipſum illuminauit, ſua
ſanctitate ſanctificauit, ſua gratioſitate lętifi-
cauit: nõ immerito ergo poterat dicere illud
1. Cor. 7. Apoſtoli. Superabundo gaudio, repletus ſum
Prou. 13. conſolatione. Et ipſi puero Ieſu illud. Gaude
bit cor meum tecum. Nec immerito, quia illũ
cernebat oculis; cuius diem Abraham viden-
do ſola promiſsione gauiſus eſt; qui eſt gau-
dium, & lętitia omnium beatorum; & qui eũ
nouis reuelationibus, & gratijs continue tan-
gendo, ſtringendo, & cum eo ſtando replebat.
Sunt lætificati alij Chriſti ortu, videlicet Paſto
res; qui ſunt ſeptimi in ordine, Magi, Simeon,
& Anna: & quia de his dicetur fructu, & con-
formitate ſequenti: ad pñs dimitto, & venio
ad alios.

Lętificati ſunt Chriſti ortu, & ſunt in hoc ordi
ne, ſancti Patres in limbo degentes; ſi enim An
gelus ad gaudium Chriſti ortũ nunciauit pa-
ſtoribus; pie credendum eſt, ꝙ etiam ſanctis
patribus. Inſuper tripudium, & gaudium ab
Angelis eſt factũ Deo patri in natiuitate Chri
ſti: quare & ſi ſancti non audierunt; tamen ad
ipſos Angeli deſcendentes factum gaudium,
& cauſam nunciauerunt, cum angelorum ad
ipſos continuus eſſet deſcenſus: aliter nullam
conſolationem, ſed deſolationem ſemper ha-
buiſſent, tam ex loco, quàm demonum viſio-
ne, cuius oppoſitum doctores dicunt. Inſuper
multi ſancti in præſenti vita exiſtentes Dei re-
uelatione agnouerunt, non ſolum Deum in-
carnandum, ſed etiam tempus ſciuerunt: pa-
tet de Iacob. Non auferetur ſcepterum de Iu- Gen. 49.
da, Iſa. Ageo. Dan. & ſic de alijs: nec talium Iſa. 7.
poſt mortem ſunt obliti, cum recordentur p̃- Ageo. 2.
teritorum. vt dici. Augu. ſuper illud. Pſal. Fiãt Dan. 9.
filij eius orphani &c. Et nono Confeſ. Et Gre-
go. exponens illud. Miſericordias domini in
æternum cantabo. & omnes Doctores catho
lici idipſum dicunt: hanc materiam tranctan
tes, 4. ſententiarum. diſt. 43. quare tempus ad-
ueniſſe Chriſti ortus gaudebant. Sed qua de
cauſa? certe.

Prima erat, quia videbat eorum deſideria ge-
tata, optabant enim totis pręcordijs Deũ de-
ſcendere per carnis aſſumptionem, dicẽte Iſa. Iſa. 62.
vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes. Et
ſic de alijs; & videndo Deum incarnatum me-
rito gaudebant.

Secunda cauſa, quia promiſſa à Deo erant ve-
rificata, & obſeruata; ſicut locutus eſt ad ip-
ſos, ꝙ incarnari deberet.

Tertia ſub figuris, & enigmatibus ab eis viſa;
impleta erant, & declarata: nam quod viderat
Adam. Lucem factam, impletum videbat: quia Gen. 1.
deitas incarnata: terram germinare herbam
virentem: quia Maria germinauit Chriſtũ hu- Gen. 2.
milem, ſexta die ſe factum ad imaginem Dei.
Sic ſexta mundi etate factus eſt alius Adam: q Gen. 2.
eſt ymago Dei inuiſibilis, fontem aſcendentẽ
e terra. Chriſtum egredientem à Maria, Para- Gen. 2.
diſum plantatum, & lignum vitæ poſitum in
medio; Mariam Paradiſum cum anima Chri-
ſti intelligebat: in cuius Mariæ vtero, vt in me-
dio Chriſtus eſſet collocatus. Noe quod uide Gen. 6.
rat, de arcę fabricatione, & eius ingreſſu, Chri
ſtum intelligebat Mariam cõdidiſſe, & ipſam
ſe incarnando introiſſe. De arcu poſito in nu
be; Dei uerbum in carne, ad quod reſpiciens
Deus recordatur miſericordiæ ſuæ. Abraham
cui dictum eſt, ꝙ ſtellas cœli ſi poſſet, numera- Gen. 14.
ret, hoc uidebat in Chriſto impletum; cu-
ius anima ad inſtar cœli beata, infinitis gra-
tijs, & uirtutibus eſt repleta; Rebecca Iſaac
eſt iuncta: Maria Ieſu Chriſto eſt copulata.
Iſaac agrum dicit benedictum Gen. 26. anima Gen. 22.
Chriſti & Mariæ omni benedictione ſunt re- Quid Ioſeph vidit per tres propagines.
pletæ. Iacob. cernit ſcalam, cui ſtat innixus
Deus: hic uidebat impletum deitate humani-
tati indiſſolubiliter unita. Ioſeph. Tres pro- Gen. 27.
pagines uni uiti uidit inſeri, hoc cernebat im- Gen. 41.
pletum in unico ſuppoſito: tria. ſ. deitas, ani-
ma, & caro inſimul eſſe. Manipulus Ioſeph
ſtat,

ſtat, quia deitas carne non inficitur, & huma-
Gen. 3. nitas latriæ honore ueneratur. Moyſes rubum
ardere inſpexerat, & non comburi. hoc cernit
impletum, quia deitas iu carne non mutatur.
Exo. 3. Exemplar in monte ponitur. Chriſtus plenus
Exod. 25. virtutibus in Maria, Man. cœlicum in archa.
Exo. 16. Cum Chriſtus in medio ventris eſt locatus Ma
riæ. Nuben ceruit ſurgere de tabernaculo,
Num. vlt. quia caro verbi ſcinditur de Maria. Virga ſta-
Num. 17. tim floret, quia iu inſtanti corpus Chriſti cou
ficitur ex Maria. Ioſue cernit ſtare ſolem in
Ioſue. 6. medio cœli, quia Ieſus ſtat in Maria. Gedeon
Iud. 6. videt rorem in uellus deſceudentem, ideſt dei
tatem carni vniri. Salomon vidit gloria domi
3. Reg. 8. ni templum plenum, quia humanitatem dei-
tate. Archam collocat in ſancta ſanctorum,
3. Reg. 8. quia anima Chriſti deitati vnitur. Elias cernit
3. Reg. 18. nubem eleuari à mari, quia humanitas Chri-
ſti de virgine ſumitur. Iſa. videt cum Ezechia
4. Reg. 20. ſolem. 10. lineis retrogradum, quia nouem an
gelorũ prætermiſſis ordinibus; decima drag-
ma natura humana à verbo eſt inuenta, & eidẽ
vnita. Dauiel lapidem de monte ſine manibus
cernit ſcindi: quia ſine coruptione Marię: ca-
ro verbi ab ea accipitur. Moutem Iſaias dixe-
Iſa. 2. rat ponendum in vertice montium. Hoc in-
tuebatur impletum humanitate deitati copu-
lata. Portam clauſam intrat Deus, ut uiderat.
Ezech. 43. Ezech. quia Mariam incorruptam deitas ſe
Eſther. 2. incarnando. Heſter. iungitur aſſuero, ideſt hu
manitas noſtra Dei filio. Et ſic de alijs figu-
ris: quæ in ſacro eloquio (vt attinet ad propo
ſitum) reperiuntur; quæ quia impletioue erãt
declaratę, ad gaudium de Chriſti ortu patres
merito inducebant.
Quarta cauſa, quia ſe exaltatos ſummæ huma
nitatis aſſumptione, & vnioue ad Dei uerbũ,
quo videbant Deum factum homiuem, & ho-
minem Deum, quo nihil maius.
Quinta ſe de propinquo intelligebant redimẽ
dos; quia noſtræ carnis à Deo ſuſceptio ad
hoc ordinabatur: quare & à tali captiuitate,
in qua degebant liberandos.
Sexta hoſtem infernalem ſuppeditandum: qui
eos tanto tempore ſub ſuæ tirannidis habenis
habuerat conſtrictos.
Septima, quia redemptione ipſorum à Chriſto
facta: per ipſum ad hæreditatem amiſſam, erãt
introducendi, & reſtitueudi; quibus ex cauſis
Chriſti ortum agnoſcentes, tam reuelatione
Dei intrinſeca, quàm inſinuatione angelica
lętati ſunt lætitia magna; quæ audita eſt pro-
cul: vt in figura habetur.
2. Eſdr. 12. Octauo ortus Chriſti Ieſu fuit lætificus, & de-
bet eſſe iuxta dictum. Rectis corde: quia lux
orta eſt iuſto, & rectis corde lętitia: Lux eſt
Malach. 4. vere orta iuſto; quia pueri Ieſu ortu, qui eſt
Ioan. 1. & 8. ſol iuſtitiæ, & lux vera, ac lux mundi. Lux & lu
Lux orta ẽ iuſto in χρi natiuitate. men datum eſt iuſtis multipliciter.
Primo reſpectu credendorum; quia puer Ie-
ſus natus eſt Deus, ſecunda in trinitate perſo-
na; à cuius deitate cum humanitate ortum
habet fides catholica.
Secundo reſpectu colendorum; in natiuitate
enim Chriſti, in ſignum ſolius Dei adoratio-
uis; Angeli non creaturæ, ſed Deo gloriã con-
cinunt. Luc. 2.
Tertio reſpectu abhorrendorum; vitia enim
ſunt deteſtata; quæ Deus homo puer Ieſus in
ſuo ortu nõ accepit, ſed ipſis caruit: & ſi alios
defectus humanos accepit.
Quarto reſpectu contemnendorum; naſcẽdo
enim Chriſtus iuſtis oſtendit mundi contem-
ptum, & abdicationem: quia nihil pompæ di
uitiarum, & quæ ſunt mundi habere voluit.
Quinto reſpectu acceptandorum; nam uirtu-
tes oſteudit totis præcordijs acceptandas; dũ
omnes ſe ſuſcepiſſe, & habuiſſe oriendo decla
rauit, vt ſupra dictum eſt.
Sexto reſpectu ſubiugandorum, & refręnan-
dorum. ſ. ſeuſualitatis, & carnalis cõtagionis;
qualiter enim ſint domanda pręfata: in fęno,
iacens paruo lacte nutritus frigore affectus, &
nuditate: & ſic de alijs incommodis Ieſus
oſtendit.
Septimo reſpectu peragendorum; quia Dei
mãdata perficienda puer Ieſus declarat; quia
vt iniuncta patris perficeret, uoſtra ſuſcipien-
do, ad noſtram miſeriam eſt egreſſus.
Octauo reſpectu patiendorum, ut enim nõ tur
betur iuſtus illatis, aut incommodis; puer Ie-
ſus non querimouiam edidit; ſed corde taci-
to tolerando aduerſa; patientiam conſerua-
uit.
Nono reſpectu expiandorum, ut enim pro te
Deo patri ſatisfaceret. ſ. pro peccato; carne ſe
induit puer Ieſus, & ad nos egreſſus eſt redi-
mendos.
Decimo reſpectu appetendorum; nam Deũ
nos ſemper appetere debere, & ei coniungi;
puer Ieſus oſtendit; qui natus nobis; deitati
ſemper remanſit vnitus.
Vudecimo reſpectu intelligendorum: uam
prophetata, tam quo ad uerba, quàm etiam
figuras puer Ieſus oriens impleuit: quare &
intelligenda quomodo forent; iuſtis lumen
oſtendit, & infudit.
Duodecimo reſpectu beatificandorum: nam
Ieſus puer naſcens, in quo ſit totius hominis
beatitudo depromipſit: in humanitate enim
reſurrectione beatificanda; & in ſua deitate
corporis, & animæ uoſtræ beatitudinem con-
ſiſtere declarauit? ſic ergo præfatis patet: Lu-
cem iuſtis ortam eſſe natiuitate Dei filij: ſed
non ſolum lucem; ſed & cordis lęticiam re-
ctis dicit Pſal. eſſe ortam. Sed quomodo? At-
tende ꝙ ſi Dei allocutio, ſeu ſuæ viſionis cõi-
catio fuit ad gaudiũ patribus, quibus ſic ſunt
factæ multo magis ad gaudium extitit vide-
re Deum incarnatum, natum, factum noſtrum

fratrem, noſtrum conciuem, noſtrum ſocium, noſtrum ſeruum, & miniſtrum, noſtrum liberatorem, noſtrum medicum, noſtrum patrẽ, noſtrum ducem, regem, & Deum noſtrum, bonum noſtrum, & finem noſtrum.

Diſcurſus. Gauiſus eſt pater Adam Deum videndo in cõditis, & creatis, & donis eidem traditis. Noe alloquutione diuina cum pręſeruatione à diluuio. Abraham in promiſsionibus à Deo ſibi factis. Iſaac in benedictione à Deo in cunctis accepta. Iacob in viſione domini. Ioſeph in occultorum reuelatione. Moyſes in legis perceptione, & Dei ad ipſum, ut amici ad amicũ alloquutione. Ioſue in ſua à Deo protectione. Gedeon in uoluntatis à Deo impletione. Samuel in Dei uocatione. Dauid in ſua exaltatione. Salomon in ſua acceptatione. Elias in commonitione. Iſaias in ſui deſtinatione. Ieremias in ſanctificatione. Ezechiel in mentis ſubleuatione. Daniel inſcriptione: & ſic de modis alijs; quibus Deus ſanctos patres, & prophetas alloquutus eſt; quibus merito lętitia eis eſt immiſſa: quia tamen enigmaticè Deus eis loquebatur, & non carnis aſſumptione: hinc eſt, ꝙ eis lętitia, & ſi magna affuerit, non tamen ut rectis corde; quibus pater in natiuitate loquutus eſt in filio ſuo: Deo enim humanato, & nobis liberaliter condonato, iuſtis, & rectis corde lux noua orta eſt: gaudiũ,

Eſther. 8. honor, & tripudium, ut habetur Eſther.

Nono & ultimo omnibus conditis, & creatis, lætè dominus noſter Ieſus Chriſtus; quod utique & ſi iam dictum ſit ſupra, ut apparuit ex pſarum creaturarũ omnium atteſtatione generali; attamen hoc oſtenditur ex dono eis dato ſingulari, magnifico, & ſpeciali; dictũ eſt enim ꝙ exultauerunt: ſed de cauſa eſt uidendum. Vbi ſciendum ꝙ omnis entitas creaturarum, & ſi uariè diſtinguatur; Chriſti ortu habet gaudere. [illegible]

Primo conſiderato omni ente; quia Deus eſt omnium conditor, gubernator, & conſeruator: quare ſicut omnia donum ab eo habent creationis, & aſsiduæ manutenentiæ, & gubernationis; ſic creaturam ad ſe aſſumendo, in eis eſt materia continuę iubilationis: quare eo oriente creaturæ copulato, gaudium in eis eſſe debet. [illegible]

Secundò conſiderata re à Dei uerbo progrediente aſſumpto, ſcilicet homine; quia enim homo per eſſe conuenit cum lapidibus, per uiuere cum arboribus, per ſentire cũ animalibus, & per intelligere cum ſpiritibus: hinc eſt, ꝙ aſſumptione hominis à deitate, exaltatio eſt omnium creaturarum: & cum talis aſſumptio hominis ſit omnibus reſerata à Chriſto in ſuo ortu, & natiuitate; quare tunc omnia debuerunt præ ſolito gaudere.

Tertio fructu penſato prouenîente, & conſequẽte; nam unione hac ſacra hominis à Deo quæ ortu Chriſti eſt cunctis manifeſtata, omnis creatura poteſt dici ex participatione ad hominem.

Primo Deo unita & copulata.

Secundo deificata.

Tertio ſpecialiter adamata.

Quarto ſumme exaltata.

Quinto non uilipenſa, ſed honorata.

Sexto perpetuata: quia perpetuo Deo unita.

Septimo dignè ueneratur: quia latria colitur.

Octauo mundificata: quia nihil labis, ſeu peccati in homine aſſumpto reperitur.

Nono in ſuo eſſe conſeruata: quia & ſi ſit aſſumpta, non tamen in Dei naturam conuerſa, ſeu mutata.

Decimo beatificata: quia prius anima Chriſti beatificata fuit ſecundum portionem ſuperiorem, & non totum aſſumptum.

Vndecimo; quia renouata, & reparata.

Duodecimo eſt indiſſolubili fœdere Deo pacificata: quare his diligenter attentis; omnis creatura Chriſti ortu eſt gauiſa, & lætificata; ac conſequenter patet prima pars huius tertij fructus, & conformitatis: quomodo eſt intelligenda, uidelicet. Ieſus lætè progenitus, quæ erat declaranda. Reſtat declaranda ſecunda pars, uidelicet. Franciſco uir lętatur.

SECVNDA PARS TERTII FRVCTVS, Et conformitatis, videlicet, Franciſco vir lętatur. Expoſitio.

[illegible]

POSTQVAM uiſum eſt in præcedentibus, quomodo intelligitur prima pars tertij fructus, & conformitatis: reſtat conſequenter uidendum, quomodo ſecunda pars habet intelligi, uidelicet. Franciſco uir lętatur. Pro cuius euidentia eſt ſciendum: ꝙ ſicut dictum eſt ſupra per Amos. Quod Deus non Amos. 3. facit uerbum, quin loquatur prius ad ſeruos ſuos prophetas: & per hoc oſtenſum eſt beatum Franciſcum fuiſſe declaratum eloquijs plurium, & enigmatibus figuratum: quare & hi, quibus de aduentu beati Franciſci eſt reuelatum; ipſum futurum agnoſcentes; propter eminentiam ſuæ ſanctitatis, & fructuoſitatis, quæ fienda erat per ipſum, & ſuos copioſè quo ad animas, merito lætabantur.

Vnde cum duplex eſſe reperiatur, uidelicet naturæ, & gratiæ: ſic & duplex eſt ortus ſeu natiuitas: primus cum quis ex vtero egreditur in Sic duplex eſſe ſic duplex eſt natiui. publicum naſcendo temporaliter de matre. Secundo quando quis baptiſmo primo, & demum per perfectam Chriſti imitationem renaſcitur Deo: ſic & duos ortus oportet nos beati Franciſci attendere. Primum de matre. Secundum in religione, quando omnibus dimiſis,

miſis, Chriſto totaliter inhærendo, ſpiritualiter mundo, & Eccleſiæ eſt natus. Modo cum multi ſancti beatum Franciſcum uiderint affuturum; tam in eſſe naturæ, quàm gratiæ, & hoc diuina reuelatione, ſicut Ioannes Euangeliſta, qui ſtatum totius Eccleſiæ, uſque ad finē diuina reuelatione agnouit: ſicut & Cirillus, & Policarpus diaconus: & Abbas Ioachim: & ſic de alijs, de quibus dictum eſt ſupra fructu primo, & conformitate parte ſecunda: quare præfati agnoſcentes ipſum beatum Frāciſcum deſtinandum, & ſtigmatibus decorandum, & diem ipſius præuidentes, iuxta dictū Chriſti, Ioannis. 8. Abraham uidit diem meū, & gauiſus eſt: lætati ſunt, & gauiſi. In ſignum cuius dicit Abbas Ioachim: ut dictum eſt ſupra. 7. cap. prophetię Cirili. O quàm gauderem, ſi tantum patrem cum filijs mererer uidere: uidebat enim eum ſpiritu; quem tamen & corporaliter optabat uidere; et ſicut eſt de ipſo, ſic eſt et de alijs, qui ipſum uenturū agnouerunt, quomodo enim homo exiſtens in gratia; facta ſibi reuelatione de aliquo ſancto futuro, et miris per ipſum fiendis: poſſet gaudio priuari, et lętitia ſic agnoſcendo: quare nec pręfati de ortu beati Franciſci tam in mūdum, quàm in religionem non potuere non lætari.

Abac. 3. Sed ſciendum pro materia dicendorū, ꝙ prout patet in ſcriptura diuina. Aliquando quis gaudet de futuro. Gaudens gaudebo in domino &c. & de Apoſtolis dicitur, ꝙ Chriſtus dixit eis. Iterum uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum. Aliquando quis gaudet de præterito, et exultat, ſicut Anna mater Samuelis; quæ dicit. Exultauit cor meum in domino. Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua domine. Et dicitur ꝙ ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij; quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati: Apoſtoli gaudent, et lætantur uiſo domino. Sic et Mariæ. Iacob de Ioſeph. Lętus moriar quia faciem tuam uidi. Iudæis noua lux oriri uiſa eſt gaudium &c. Aliquando lætatur quis, & gaudet de præſenti, iuxta illud Chriſti. Ioannis 10. in ſuſcitatione Lazari, quando dixit gaudeo propter uos. Et Apoſtolus. Gaudeo, & congratulor uobis. Et Angelus Chriſto nato dixit paſtoribus. Annuncio uobis gaudiū magnum &c. Ad propoſitum noſtrum de ortu, & natiuitate beati Franciſci tam in eſſe naturæ, quam gratię, quidā lætificati ſunt ipſum futurum agnoſcentes: & hi dupliciter diſtinguuntur; quia quidam ſunt ſupercæleſtes, & ſuperiores: utpote cœleſtes ſpiritus. Alij ſunt inferiores, & terreſtres, idest homines. Superiores & cœleſtes cum beatum Franciſcum in ſpeculo illo diuino cernerent cum ſuis perfectionibus, ipſum enim non puto eis aſconditū fuiſſe: procul dubio de eius ortu, & aduentu

Gaudere multipliciter quis poteſt.
Ioan. 16.
1. Reg. 2.
Pſal. 96.
Act. 5.
Ioan. 21.
Gen. 46.
Eſther. 8.
Ioan. 10.
Phil. 1.
Luc. 2.

lętati ſunt, & generaliter.
Primo in zelo animarum.
Secundo in amore ad dominum.
Tertio in obſeruantia diuinorum mādatorū. Singuli beatorum ſpiritum ordi. de ortu. b. F. ſunt lęta.
Quarto in puritate.
Quinto in abiectione terrenorum omnium. De quibus ipſi in ſe nihil habent: Et quia in agnitione abditorum fuit eis ſimilis, et conformis, & ſpecialiter Seraphin; quia ipſum ſciebant eorum incēdio igniendum. Si ergo gaudent de aliquo, qui ad eorum ordinem aſſumitur, et eorum reparatur ruina; multo fortius de beato Franciſco; qui & ſi futurus erat in re quandoq;: & aliquando in eſſe gratię: quia tamen futura ſunt eis præſentia: lętati ſunt merito beati Franciſci ortu & natali.
Cherubin quoque lætati ſunt eum agnoſcēdo diuinorum archanorum miſterijs imbuendū.
Throni in ipſo Deo pręparari habitaculū ſingulare: et Deo totaliter uniendum.
Dominationes per ipſum edoceri carnis ſupercilium ſpiritui ſubijciendum.
Virtutes per ipſum miracu'a fienda.
Poteſtates per eum intelligendo dęmones, & ipſorum uirtutem ac dominium proſternendum.
Principatus ipſum principem ſingulari Chriſti inſignitione, tam in Eccleſia militante, quā triumphante inſtituendum.
Archangeli per eum ſecreta cœleſtia hominibus intimanda.
Angeli eius prędicatione, et ſuorum agnoſcēdo, ad dominum conuertendos. Quare beati ſpiritus perpendentes in arte prima, et ſpeculo diuinali: per beatum Franciſcum, & ſuos ob prędicationem uitam, et exemplum mundum conuertendum, quo ipſorum ruina reparatur: de beati Franciſci ortu, et aduentu mirum in modum ſunt gauiſi.
Sunt et lętitia perfuſi inferiores, et terreſtres beati Franciſci ortu; eum talem ſcientes futurum: utpote prophetæ ueteris teſtamenti, qui tempora futura agnouerunt, et conſequēter ſanctos futuros inſpexerunt.
Multi etiam in nouo teſtamento habentes ſpiritum propheticum, utpote Ioannes Apoſtolus. Paulus. Cirillus. et hi quos pauloante nominaui, diuina inſinuatione, beatum Franciſcum, et ſanctitatem eius ſcientes: de utroque eius ortu, et natiuitate ſunt lętati. Dauid clamat ſe lætatum in his, quæ dicta ſunt ei. Pſal. 121. Quare et iſti dicentes cum Pſalmiſta. Lętabor ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quomodo inquam habentes charitatem Dei, ſcientiam Dei, et diuinæ uoluntati conformes; poſſent de Beati Franciſci ortu non gaudere? Ex quo uidebant eum à Deo patre directum, ut mundum renouaret; à Deo filio electum, ut ſuam uitam perageret, et crucem baiularet: à ſpiritu ſancto, cuius templū debebat

Pſal. 121.
Pſal. 118.

debebat eſſe perfectum per ſanctificationem, & virtutum ornamentum ; quare ſi angeli in Paradiſo lętati ſunt; ac homines hic degentes à Deo inſpirati : quid homines in patria tum angelis, & Deo coniuncti ? certe & ipſi gauiſi ſunt de deſtinatione, & natiuitate Beati Franciſci vtraque .

Gauiſi ſunt Patriarchæ : in filijs electis beatũ Franciſcum eis fore comparandum .

Prophetæ attendentes eum ſpiritu prophetico radiandum .

Apoſtoli eis vita,& mundi contemptu conformandum .

Martires voluntate , & opere eis ſociandum .

Doctores per eum cętum informandum.

Confeſſores in eorum numerum,& collegium computandum .

Virgines puritate decorandum .

Sancti omnes ſcientes per beatum Franciſcum eorum numerum multiplicandum: & ſi de ortu iuſti , recti gaudent & iuſti , vt dicit beatus Ambroſius , quare & de ortu beati Franciſci vtroque prætati ſunt gauiſi , & lætati : utpote in ſpeculo diuino de beato Franciſco magnalia intuentes . Sic ergo futurum aliqui beatũ attendentes Frãciſcũ in eius ortu ſunt lætati. De præſenti ſunt plerique lętiſicati de Franciſci ortu tam in eſſe naturæ , quàm gratiæ , & primo ſancti Angeli ; ſicut enim in Chriſti ortu tripudium geſſere magnum ; ſic piè credendum eſt factum in beati Franciſci natiuitate . Quod etiam aſtruitur per locum ab oppoſitis ; Angeli,& demones & ſi natura ſint cõformes: difformes tamen ſunt gratia , merito, & voluntate; & quod uni placet, alteri diſplicet: & de quo vnus ſcilicet demon deflet, & plorat: alius ſcilicet angelus cantat, laudat, & iubilat : ſed in beati Franciſci natiuitate demones infernales maximo affecti ſunt terrorẽ , & dolore : ergo Angeli lætati ſunt .

De præſenti,& futuro gaudium habuit , & lætitiam mater ipſius Beati Franciſci vocata domina Picha ; quę morum præclaritate & virtute : uelut altera Eliſabeth ſpiritu irradiata diuino ; cum beatum Franciſcum concepiſſet , ſciens quę fienda erant per ipſum filium ſuum; non ſolum lętata eſt, ut Eliſabeth in ortu eius; ſed ipſum Ioannem in ſacro baptiſmo uocauit , dans intelligere beatum Franciſcum puerum filium ſuum ſancto Ioanni Baptiſtæ ſimilandum in pluribus , & conſormandum: Si.n. beatus Franciſcus ſimilis factus eſt filio Mariæ domino Ieſu Chriſto ; à fortiori ſancto Ioannibaptiſtæ; Beatus enim Franciſcus ipſi ſancto Ioannibaptiſtæ ſimilis eſſe reperitur: nam ſanctus Ioannes Baptiſta præcurſor Chriſti fuit : beatus Franciſcus prędicator,& ſignifer Chriſti ; qua in re Ioãnem ipſum excedit: Sanctus Ioannes fuit pœnitentię prædicator : Beatus Franciſcus & prędicator, & ordinis pœnitentiæ inſtitutor, & ordinator,& quo ad hoc beatus Franciſcus Sanctum Ioannem præcedit : quia plures ad dominum conuertit ; & in pluribus locis per ſe,& ſuos pœnitentiam prędicauit : quia ſanctus Ioannes in iudeę gremio umbilico , & populo : beatus Franciſcus cum ſuis in toto mundo : ac tres ordines pęnitentiales inſtituit, ſcilicet fratrum Minorum:Sororum : & fratrum de pœnitentia . Sanctus Ioannes omnia deſeruit , & ad deſertum perrexit : Beatus Franciſcus paternæ hęreditati coram epiſcopo abrenuncians,uniuerſa dimiſit ; nihilque eorum , quę ſunt mundi habere voluit, & loca ſolitaria , & deſerta hilari animo, totoque affectu ſemper quęſiuit. Sanctus Ioannes conuertit multos ad pœnitentiam per duos annos, & parum plus prædicando.Conuertit plures beatus Franciſcus cum ſuis per annos decem , & octo continue prædicando. Sanctus Ioannes prædicando,verbum de pœnitentia accepit à domino : beatus Frãciſcus de prędicanda pœnitentia accepit à Deo mãdatũ,& à Domino Papa.Sanctus Ioannes qualis eſſet futurus: per Angelum patri,& per Spiritum ſanctum ; & per Prophetas fuit declaratus: Beatus Franciſcus à Prophetis fuit declaratus & à domino Ieſu Chriſto,vt dictum eſt ſupra conformitate , & fructu primo. Per Angelum fuit matri etiam declaratus , & ſamulę in ſpecie peregrini : vt dictum eſt ſupra, & dicetur fructu & conformitate ſequenti . Sanctus Ioannes matrem interceſsinè ſpiritu prophetico repleuit : beati Franciſci matrem dominus prophetam fecit ; quæ admirantibus vicinis de filio ſuo ſcilicet beato Franciſco ; eum futurum gratiæ prędixit filium : ſanctus Ioannes ſic eſt vocatus à matre:Beatus Franciſcus in baptiſmo Ioannes eſt à matre ſua vocatus. ſanctus Ioannes in vtero , & extra prophetauit. beatus Franciſcus in vtero,ideſt in carcere apud Peruſium captus; cum gaudio ſe magnum futurum in mundo prædixit , & in vita ſua ſpiritũ prophetico claruit. ſanctus Ioãnes amicus ſponſi : Beatus Franciſcus ſimilis domino Ieſu Chriſto: ſanctus Ioannes obiurgator peccatorum : Beatus Franciſcus deteſtator prauorum: patet in nobilibus de Peruſio, quorum prędixit expulſionẽ ob ipſorum peccata : & patet ex alijs in legenda : vt dicetur fructu , & conſormitate nona . ſanctus Ioannes congregator fuit diſcipulorum : beatus Franciſcus aggregator fratrum, & omniũ ſanctorum : ſanctus Ioannes vita fuit ſingulariſsimus : Beatus Franciſcus in victu fuit parciſsimus: vtpote qui vix ſumebat ea,quæ ad ſuſtentationem naturæ neceſſaria ſunt,& in vna quadrageſima de duobus panibus , medietatem ſumpſit vnius . ſanctus Ioannes mundo ſingulariſsimus fuit ſanctitate . beatus Franciſcus excellentiſsimus fuit , ad Chriſtum prę alijs ſtigmatizatio-

B.Fr. in baptiſmo Ioãnes vocatus eſt, qui S. Io. ſimilis.

Ordines à B.Fran. inſtituti.

ſtigmatizationis conformitate. Sic ergo per ea, quæ dicta ſunt manifeſtum eſt, & clarum quod, quia beatus Fräciſcus futurus erat ſancto Ioanni conformis: mater eius diuino ſpiritu afflata, & illuſtrata eum vocauit Ioannem: ac velut Eliſabeth in eius natiuitate, & ortu læteta eſt. Sed nunquid alij ſunt gauiſi de ortu Beati Franciſci? Certe dicendum eſt, ꝙ ſic: & pro hoc iſta ſecunda pars principaliter ponitur: ſed qui fuerunt hi? dico quod fuerunt Enoch, & Elias: hi enim ortum miſsionem, & natiuitatem beati Franciſci in mundum in eſſe gratiæ, & regionis agnoſcentes, maximo geſtiere gaudio, maximaq; lætitia lætati ſunt. Sic ergo vir ſanctus Enoch, & Elias propheta præclarus; vnuſquiſque eorum de beato Franciſco eſt lætatus: nec immerito cum ſimile ſimili gaudeat, & lætetur. Beatus enim pater Franciſcus cum fuerit Enoch in oratione, voluntatis diuinæ impletione, & Dei beneuolentia, ac Elias verbo ignito, zelo, vitæ auſteritate, contemplatione; ac in curru igneo ſubleuatione, & transfiguratione: de eius ortu, vt ſancti, & iuſti gauiſi ſunt. Sic ergo apparet quomodo aliqui de preſenti gauiſi ſunt, & lætati de beati Franciſci ortu, & natiuitate tam in eſſe gratiæ, quàm naturæ.

Fuerunt, & ſunt multi qui lætantur, & gaudẽt de beati Franciſci ortu vtroque, & natiuitate pro præterito: qui gaudent de ipſius in mundum ortu, & deſtinatione.

Primo.n. gaudet mater eccleſia, ad cuius directionem, & reparationem (vt Chriſtus dixit) beatus Fr. erat à Deo deſtinatus, & directus. Secundo Ieruſalem ſuperna: ideſt ciuitas cœleſtis: cuius ciuitatis factus habitator, & ciuis eam nobilitat ſua gloria cũ comitiua ſuorũ. Tertio omnes angeli, & ſancti cæteri, quorum conſortio inſertus, inter ipſos ſtigmatum impræſsione præcellit priuilegio ſpeciali. Quarto gaudet ſancta Dei genitrix ſemper virgo Maria; cui deuotiſsimus ſeruus fuit, & filius, & per eius obtentum multas gratias à domino Ieſu Chriſto obtinuit.

Quinto lætatur ipſe ordo fratrum minorum, cum ordine ſororum, & fratrum de pœnitentia; quorum pater, & inſtitutor fuit ipſe beatus Franciſcus: cuius inſtitutionibus optimis dirigitur, & protectionibus quotidie adiuuatur.

Sexto exultat Aſsiſij Ciuitas, quæ hunc peperit orbi; cuius ſanctitate, & miraculis diuulgatur in mundo, & declaratur.

Septimo tota Italia cum prouincia Tuſciæ: que ipſo celebris habetur vbique: & eius factis, & geſtis præ alijs patrijs honoratur, & eruditur.

Octauo gaudent animæ in purgatorio degentes; quæ eius natalitio, & meritis à penis liberantur, & ad gaudia volant paradiſi.

Nono gaudent omnes malè habentes, & varijs detenti infirmitatibus; cuius inuocatione cum precibus à Deo perfectiſsime liberantur, & curantur.

Decimo gaudent mortui; qui eius meritis reſuſcitantur à Deo: de quibus conformitate & fructu.39. tractatur.

Vndecimo peccatores exultant; qui eius precibus de morte ad vitam reſuſcitantur; vt pœnitentiam peragãt: vt patet ſpecialiter de domino Petro Rodoñ. Epiſcopo: qui gratiam inueniunt in præſenti; & miſericordiã, & gloriam in futuro, iuxta promiſſa à Chriſto beato Franciſco.

Duodecimo lætantur infideles: quorum terra filiorum beati Franciſci fratrum inſigni martirio coronatur: & ſanguine irroratur: ac per filios beati Franciſci ad lumen veræ fidei deducuntur.

Tertiodecimo gaudent ipſius deuoti: cuius patrocinio in præſenti proteguntur ab hoſtibus; & demum cœleſtium bonorum participes fiunt.

Vltimo gratulatur, & gloriam recipit ipſa beata Trinitas Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ex effectibus mirandis in beato Franciſco peractis: & per ipſum beatum Franciſcum actitatis; ſicut artifex in ſuo artificiato; & ex eo commendatur, & laudatur; ac in ipſo complacet, & delectatur. Sic ergo manifeſtè apparet per ea, quæ à nobis dicta ſunt ſecunda pars huius tertiæ conformitatis, & fructus, videlicet. Fräciſco vir lætatur. Accedendum eſt nunc ad expoſitionem quarti fructus, & conformitatis.

QVARTVS FRVCTVS, ET conformitas. Ieſus Magis exhibitus. Franciſcus amplexatur. Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus Magis exhibitus.

NATO Saluatore, ſicut eius ortus cunctarum creaturarum atteſtatione eſt mundo declaratus ad gaudium eſſe omnium conditorum; ſic ipſe, à Deo patre per ſuam matrem dulciſsimã, ſcilicet Beatam Virginem Mariam multis traditus eſt, & exhibitus ad ipſorum lætitiam, & gaudium, & conſolationem, videlicet ſanctis Paſtoribus; Magis; Simeoni; et Annæ, prout in parte ſuperius eſt actum. Quod autem hic fructus, & conformitas non de Paſtoribus, Simeone, & Anna facit mentionem, ſed ſolum de Magis; pro tanto de ipſis ſpecialitet ponitur: quia ipſi ratione regię dignitatis, cæteris nobiliores, et excellẽtiores æſtimantur. Et quamuis (vt dictum eſt)

ſtat de eis ſpāliter mētio; de alijs nihilominus
intelligitur: decebat.n.vt puer Ieſus, & ſi hu-
militer natus eēt, à quolibet tñ genere creatu
rarũ agnoſceretur, & p conſequēs ſicut ab An
gelis, rebus inſenſatis, brutis animalibus eſt
cognitus: ſic & ab homine, propter quem vene
rat agnoſceretur, ac cognitus honoraretur, &
veneraretur, & ab hominis ſtatu quolibet, ac
ſexu. Cum ergo in ſtatu hominis quidam ſint
Hominum diuerſi ſtatus. plebei; & tales per Paſtores. Aliqui nobiles; &
hi deſignantur per Magos reges. Aliqui de or
dine ſacerdotali; & hi per Simeonem. Alij ve-
ro ſunt ſexu mulieres; & hi deſignantur per
Annam viduam. A paſtoribus: Magis: Simeo
ne, & Anna agnitus puer Ieſus, tam à ſexu vtro
que hominis, quàm ſtatu quolibet agnitus eſt:
quis, qualis, & quantus eſſet, & non ſolum tali
bus ad lætitiam eſt natus: ſed etiam exhibi-
tus eſt a matre proculdubio ad gaudium, &
exultationem, ac conſequenter vt eius maieſta
tem quilibet panderet, eum digne excoleret:
& in humanitate pueri Ieſu eius deitatem ho-
mines agnoſcentes, Deum verum, & hominē
prædicarent. Maria enim non inuida, ſed be-
neuola; non ſuperba, ſed humilis ancilla: miſe
ricordiæ mater, & regina, lætificata ſui filij or-
tu: & propter fœcunditatem cum virginitate,
& virginitatem cum fœcunditate, & ſui filij
deitate, ac maieſtate, nec non & alia; de qui-
bus dictum eſt fructu, & conformitate præce-
denti, benedictum filium volens omnibus
oſtendere, & ad lætitiam dare; non in loco
clauſit ſecreto, ſed in publico poſuit, videli-
cet in diuerſorio, vt omnibus aduentantibus
pateret libere qui ad ipſum debitè accederēt,
& deuotè. Sed licet quantum in ea fuit omni-
bus eum ad videndum expoſuerit: quia tamē
tanti pueri non quilibet dignus erat aſpectu;
ſecreto Dei conſilio ad vidēdum præbuit præ
alijs quatuor generibus perſonarum.
Et primo paſtoribus, ideſt ſimplicibus, ſeu hu
milibus ad videndum præbuit, & adorādum:
& vt piè creditur ad oſculandum. Et quia, vt
dictum eſt Dei conſilio Maria hoc egit: viden
dum eſt quales hi fuerunt paſtores, & quid ag
nouerunt eſſe puerum Ieſum; & conſequen-
ter apparebit, ꝙ non fortuitu, ſed Dei proui-
dentia tales præ alijs ad Deum videndum hu-
Cur Chriſtus paſtoribus priuſquam alijs exhibitus eſt. manatum ſunt admiſſi: & ſic parebit qualiter
Chriſti ortu, & facta eis demonſtratione ſunt
gauiſi.
Pro prima euidentia quærendum eſt: cur bea-
ta Maria, & pater cœleſtis voluit prius Chri-
ſtum exhibere paſtoribus, quàm alijs homini-
bus, vtpote; magis ſacerdotibus, & potētibus.
Reſpondetur, ꝙ hoc actum eſt, ne Deus vide-
retur eſſe acceptator perſonarum; vt magis vi-
deretur diligere potentes, quam humiles, &
pauperes.
Secundo, quia pauperes, & humiles exaltat: ſu
perbos odit, & humiliat.
Tertio, vt effectu oſtenderetur, quod poſtmo
dum per ipſum Chriſtum eſt proclamatum; Math. 11.
vt ſanctus Mathæus Euangeliſta in vndeci-
mo capitulo ſui Euangelij dicit, ſcilicet. Con-
fiteor tibi pater domine cœli, & terræ; quia ab
ſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, &
reuelaſti ea paruulis.
Quarto, vt quorum conſortium diligeret, ſci-
licet humilium, in paſtoribus demonſtraret.
Quinto, quia ipſe de paſtoribus corpulentam
traxit ſubſtātiam; vt patet de Abraham. Iſaac.
Iacob. Iuda. Dauid: qui paſtores fuerunt. Ad
paſtores enim loquens ſcilicet præfatos ſe vē
turum promiſit; Cum paſtoribus fuit prius
amicabilis eius conuerſatio, hoc manifeſtum
eſt: cum Abraham enim non ſolum eſt loquu-
tus multoties, ſed et comedit, vt in decimo
octauo capitulo libri Geneſis patet. loquutus
eſt Iſaac. Iacob. Moyſi. Dauid &c. Sicut patet
ex ſerie ſacræ ſcripturæ; Paſtorum prius ſacri
ficia acceptauit. Patet de Abel. Abraham &c. Gen. 4.
Paſtoribus populi ſui imperium, et regnum
Sex conditiones paſtorum, quibus meruerunt uidere Chriſtum. dedit: patet in Moyſe: Dauid, & alijs. Quare
& Chriſtus eſt prius exhibitus paſtoribus, quā
alijs. Sed ſex ſunt in cauſa horum paſtorum
conditiones. Licet enim quiſpiam poſsit di-
cere, ꝙ pro tanto prius viderunt: quia propin
quiores erant ad locum, vbi puer Ieſus erat:
vt oſtendit Euangelium: attamen conditio-
nes Deo placentes in cauſa fuere; hi enim pa
ſtores, vt dicit ſanctus Lucas in Euangelio, Luc. 2.
erant à ſomno peccati elongati: quia erant vi
gilantes: ſenſus internos, & externos ſollici-
te gubernantes; quia erant cuſtodientes gre-
gem ſuum: Dei dona conſiderantes; quia ſer
uabant vigilias noctis: In vigilia matutina p-
cuſsit dominus caſtra Aegyptiorum, per pa- Exo. 14.
ſtorem Moyſen. Innocentia decorati; quia
paſtores, ideſt ſimplices. Deo accepti; quia
Angelus domini ſtetit iuxta illos, non ante
vel ſupra, nec poſt vel ſubter; quare & gratia
repleti. Notitiam Dei habentes: quia claritas
Dei circunfulſit illos. Timorati: ideo dicitur
ꝙ timuerunt. Contra diabolum ſecurati; ideo
dicitur eis. Nolite timere. Ad fidem euocati:
Ideo dixit eis Angelus, Euangelizo vobis gau
dium magnum. Lætitia diuina confortati:
ideo gaudium magnum poſsident. In fide
plenius inſtructi: quia eſt vobis Saluator na-
tus: Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Ab
omni hæſitatione, & dubitatione ſeparati:
ideo dicitur hoc erit vobis ſignum. Charitate
Dei feruentes: non ſolum vnus Angelus, ſed
plures eis apparuerunt. vt dicitur. Factum eſt Luc. 2.
dum diſceſſerunt Angeli ab eis: quàm plures
viderunt: concentus angelicos audientes, ſci
licet cantātes Angelos gloria in excelſis Deo.
Prompti ad Dei mira indaganda, & veneran-
da: quia loquebantur adinuicem dicentes:
tran-

tranſeamus vſque Bethleem;& videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod fecit dominus, et oſtendit nobis &c. Super terrena per cogitationem erant eleuati: quia verbum intellexerunt carnem eſſe factum. Sollicitudine non pigri, ideo venerunt feſtinantes. A Deo præ cunctis alijs accepti, quia inuenerunt beatam Mariam, et infantem poſitum in Præſepio. De promiſsionibus factis patribus certificati: quia viuentes cognouerunt de verbo, quod dictum eſt illis de puero hoc, et reliqua. Dei magnalia prædicantes: quia mirati ſunt omnes, qui audierunt &c. Pro impenſis beneficijs Deo grati: quia laudãtes, et glorificantes Deum: quia ergo ſic erant iſti ſancti paſtores beata virgo Maria prius eis, quã alijs filium ſuum exhibuit videndum, et adorandum.

Sed quomodo ad Ieſum Chriſtum videndum venerunt? Certe diuina reuelatione, quia Angelus apparuit eis, et non naturalibus freti vident Deum, ſed gratia diuina, quia claritas Dei circunfulſit illos.

Sed quid intellexerunt eſſe Ieſum puerum filium Mariæ? Certe Imperatorem angelorum, quia ad ipſos angelum deſtinauit. Illuminatorem cordium; quia claritas Dei circunfulſit illos. Protectorem ſuorum; quia facit Angelos ſtare iuxta ipſos. Debilium roboratorem: ideo dixit eis Angelus, Nolite timere. Veri reſeratorem: quia euangelizat eis. Mentis recreatorem: quia gaudium magnum dat ipſis, et omni populo. Deum verum, et hominem: Quia Chriſtus. Omnium gubernatorem: quia Dominus. Noſtrum redemptorem: quia Saluatorem. Hominum deuotorum refectorem: quia in ciuitate Dauid.i. Bethleem naſcitur. Promiſſorum exhibitorem: quia hoc erit vobis ſignum. Mundanorum deteſtatorem: quia pannis inuolutũ, et reclinatũ in præſepio etc. Angelorum, et aliorum Iocundatorem: quia gloriam cantant Angeli ipſi Ieſu Chriſto nato. Quæ in re hæc attendentes ſancti paſtores iuxta dictum Angeli, Ieſu viſo, et adorato gauiſi, et lætati fuere, vt in præcedentibus eſt dictum, et iuxta dictum Angeli gaudium magnum habuerunt; et ſic paret, ꝙ beata virgo Maria prius filium ſuum paſtoribus, ideſt humilibus exhibet, et quibus de cauſis.

Secundo beata virgo Maria, vt dicit hic fructus, et conformitas, ſanctis Magis exhibuit, et dedit ad videndum filium ſuum puerum, adorandum, et oſculandum.

Sed ſciendum primo, ꝙ cum Chriſtus puer eſſet Rex regum, et dominus dominantium: licet ex humilitate in præſepio pauperrimus decubaret: decentiſsimum tamen fuit, vt in ſuo ortu monſtraretur regibus, agnoſceretur a regibus; timeretur à regibus; veneraretur à regibus; inquireretur à regibus; diuulgaretur a regibus; profiteretur à regibus; cum gaudio videretur à regibus; et vt generalis Imperator, et dominus honoraretur à regibus.

Secundo ſciendum, ꝙ et ſi magnum fuit Ieſu Chriſti ortum per creaturas atteſtari ſenſibiles, et Angelos, veruntamen quo ad homines magnum fuit teſtimonium accepiſſe à Magis: et ratione gentis; quia non Iudæi, ſed Gẽtiles fuerunt: ratione officij, et dignitatis; quia reges erant, vt dicit Eccleſia: Ratione intelligentiæ, et ſufficiẽtiæ; quia in Aſtrologia erãt peritiſsimi, ſecundum ꝙ Ioannes Chriſoſtomus teſtatur: ratione certificationis; quia Chriſti Ieſu ſtellam viderunt: ratione apparatus, et oſtenſionis; quia non latenter, ſed apparenter venerunt, quia Ieruſalem Ciuitatẽ, ſcilicet famoſam, et toto orbi tunc celebrem: ratione teſtificationis dicentes, Vidimus ſtellam eius in oriente, etc. ratione profeſsionis dicentes, Venimus adorare eum: ratione deuotionis; quia adorauerunt eum: ratione deductionis; quia eo adorato deducti ſunt per aliam viam in regionem ſuam.

Tertio ſciendum, ꝙ Ieſum Chriſtum puerum, et ſi viderunt eum: poſtea per Mariam matrẽ eis exhibitum: eum tamen viderunt prius in ſigno inſolito, et ſingulari; quo viſo ad eum videndum corporaliter, et venerandum acceſſerunt, videlicet in ſtella. Quod ſignum ſtellæ, et ipſa ſtella quo ad cauſam efficientẽ fuit ſignum excellentiſsimum: vt dicit gloſa Matthæi ſecundo: fuit à Deo, quia creatum: quo ad materiam fuit ſingulariſsimum hoc ſignũ; quia non de præiacente materia, ſed de nouo creata: quo ad formam, fuit ſtella veriſsima, vt dicit beatus Papa Gregorius ſexto libro ſuorum Moralium: ſed pulchrior alijs in forma, et figura: vt dicunt beatus Papa Leo in ſermone de Epiphania domini. et.ſ. Auguſtinus: quo ad refulgentiam fuit radioſiſsima; nam multipliciter Magos illuminauit, vt dicetur; quo ad influentiam fuit efficaciſsima; nã dedit ſanctis Magis intellectum de Ieſu Chriſto, et audaciam in profitẽdo Ieſum Chriſtũ: quo ad ea, quæ geſsit fuit ſtupendiſsima; patet in apparitione eius, occultatione, reapparitione, ductione ad Ieſum Chriſtum, et operatione; quia Magos lætificauit, ad Chriſtum Ieſum perduxit, et miſterio expleto eſſe deſiit: quare hoc ſignum fuit ſingulare, et alias inſolitum, et inuiſum, et ſi per Balaham fuerit prophetatum. Orietur ſtella ex Iacob etc. huius ergo ſtellæ viſione maximo ſtupore, et admiratione affecti ſunt ſancti Magi; vtpote quæ ab eis nunquam eſt alias viſa: conſolatione ſpirituali repleti; ortum Dei per ipſam intelligentes: Iocundati; Deum humanatũ per ipſam agnoſcentes, ac gaudio magno repleti, & lætificati ipſius demonſtratione, atque ducatu ad adorandum Deum hominem pertingentes:

Stellæ quã viderunt Magi, dignitas ſignificatio, & conditio.

Vide plura in conformitat. Virginis fructu 30.

Num. 24.

gentes: huius miniſterio ſancti Magi, et aliud viderunt, & aliud mente conſpexerunt: vt dicit. Beatus Papa Leo in ſermone 1 vnde hanc ſtellam, quæ duo ſignificabat Mariam, ſcilicet & filium; ſancti Magi videntes (vt puto) de eis magnalia perpenderunt, prophetia enim Balaham de ſtella Iacob, poteſt tam ad Mariam Virginem, quàm ad eius filium, vt in opere de Virginis Mariæ vita declaraui, referri. Quare ad vtrunque ſtellæ miſteria coaptando; & primo ad matrem, deinde ad filium. Dico ꝙ ſancti Magi per ſtellam, quam in aere primo viderunt beatam Virginem Mariam intellexerunt; quam & poſtea oculis corporalibus cum filio aſpexerunt; ipſa enim eſt ſtella ex Iacob nata, & ex Dauid ſplendida, & matutina. Huius ſtellę radij ſunt mirabiles, & per Magos miſteria liter intellecti; intellexerunt enim huius ſtellæ, videlicet.

Stella Magorum B. Mariam ſignificabat.

Primum radium ſcilicet eam eſſe quo ad genus pręclariſsimam; quia eius filium Regem Iudęorum profeſsi ſunt; quare & matrem origine inſignisſimam; vtpote quæ ex viginti, & vno regibus orta eſt.

Secundum radium prophetis ſanctis notiſsimã; patet, quia Balaham hanc vidit: Micheas ortum prædixit filij: quare propoſitum.

Tertium radium ipſam eſſe mundiſsimã; quia non habitat in carne Deus ſubdita peccatis; in hoc iſtud oſtenderunt ſe eius filium Deum dicentes veniſſe adorare; quare & matrẽ Dei eam aſſerentes.

Quartum radium eam eſſe pauperrimam, & cultu abiectiſsimam, hoc ex loco apprehenderunt; vbi eum filio reſidebat, & vtrorumq; ornatum, & apparatum.

Quintum radium ipſam eſſe humilimam cum filio humiles diligentem manere conſpicientes.

Sextum radium in aſpectu verecundam; nõ in publico vagantem: ſed intus cum filio ſtantẽ; oculos deflexos ad terram habentem aſpexerunt.

Septimum radium eſſe reuerentiſsimam in obſequendo; inuenerunt enim eam cum puero eidem officioſiſsime obſequentem; nec in pũcto, vt humilis ancilla ab eo recedentem.

Octauum radium eam eſſe prudentiſsimam, & in verbis & in geſtu; & ad hoc oſtendendũ Euangelium nihil ponit beatam Virginẽ Mariam Magis loquutam eſſe.

Nonum radium ipſam eſſe liberaliſsimam; cuius liberalitatem perpenderunt ex filij ad videndum, oſculandum, & adorandum traditione, & conceſsione; tãtum donũ eis largiendo.

Decimum radium eam eſſe plenam gratia, & in donis copioſiſsimam; intelligentes enim eam Dei matrem; conſequenter agnouerunt ei eſſe conceſſa; quæ ad Dei maternitatem exigebantur.

Vndecimum radium ipſam eſſe ſuper omnes ſanctos, & ſanctas ſanctisſimam: quia ad ſupremum ſanctitatis gradum Dei maternitate peruenit.

Duodecimum radium eam eſſe Deo dilectiſsimam; & hoc ex eius electione ad Dei maternitatem prę alijs mulieribus intellexerunt.

Tertium decimum radium ipſam eſſe illuminatiſsimam, quod ex radiatione ſtellæ materialis apprehenderunt: ſi enim illa ſic relucebat: quanto magis Maria per ipſam deſignata.

Quartum decimum radiũ eam eſſe ſuper omnes mulieres in benedictione excellentiſsimã: quia ſola ipſa Dei filium generauit.

Quintum decimum radium ipſam eſſe ſuper omnes creaturas eminentiſsimam; quia nihil maius poteſt effari, quam ipſam domini Dei matrem dici, quare propoſitum concluditur.

Sextum decimum radium omni laude digniſſimam: quia virtuoſiſsimam, gratioſiſsimam, & Dei matrem, quare propoſitum. Hi ſunt radij, quos de ſtella ſcilicet beata virgine Maria procedentes: ſancti Magi viderunt, & intellexerunt.

Sed ſi radios hos de beata virgine Maria: iuxta dicta Balaham, quæ apud eos manebãt, volumus intelligere; poſſumus dicere ꝙ ſanctã Mariam beati Magi.

Primo viderũt eſſe patrum imitatricem; quia ſicut à Iacob (vt dicit prophetia) corpoream traxit ſubſtantiam: ſic habuit virtutem per imitationem.

Secundo parentum, & aliorũ conſolatricem: ad parentum enim cõſolationem eſt, vt ex eis aliquis magnus oriatur; Maria autem eſt orta ex Iacob.

Tertio ſanctorum illuminatricem; Si enim Balaham vt cognoſceret Mariam virginem, fuit illuminatus; qui erat prauus, & malus; multo fortius prophetæ alij, ꝙ ex Iacob ipſa oriri deberet, ſunt illuminati, ea pro futuro hoc merendo.

Quarto diuinorum inſpectatricem, vnde per ſcalam Iacob: ſtella ex eo nata aſcendebat, & hæc exurgebat, vt dicit prophe. orietur ſtella ex Iacob, &c. Num. 24.

Quinto vitiorum extirpatricem; quia ſtella & conſequenter puriſsima.

Sexto omnium benedictionum cõtentricem, quia ex Iacob orta: & cõſequenter, vt ipſe omni benedictione eſt benedicta. Gen. 26.

Septimo errorum, & hęreſum diſsipatricem; quia ſtella: quare clariſsima, & ſine errorum macula, & ex Iacob, in quo non eſt idolum.

Octauo rectorum operum exemplatricem; quia vt ſtella, fulget vt Iacob. 12. filios, ideſt 12. virtutes emittens; quę opus bonum oſtendunt, & efficiunt: quę ſunt Humilitas. Manſuetudo. Paupertas. Charitas: Auſteritas. Rigiditas. Fidelitas. Miſericordia. Pietas. Iuſtitia. Tempe-

Temperantia,& in bono perſenerantia.
Nono petitorum impetraticem,quia ſtella ex
Iacob orta; quare cum non minor Iacob: ex-
audi[illegible] cunctis,vt ipſe Iacob fuit.
Decimo hoſtium ſupplantatricem & ſubiectri
cem: quia ex Iacob, qui ſupplantator inter-
prætatur; at Mariæ virginis ſub pedibus hoſtis
Diabolus ſtat proſtratus.
Vndecimo arcanorum ſpeculatricem: quia
Gen. 32. orta ex Iacob: qui dominum vidit facie ad fa
ciem: quare & Dei conſpectrix.
Duodecimo futurorum inſpectatricem: quia
Gen. 49. orta eſt ſtella ex Iacob: qui propheta fuit.
quare & ipſam hoc donū habere dignū fuit.
Tertio decimo chriſtianorum dilectricē:quia
orta ex Iacob, qui amore tenerrimo ſuos di-
lexit filios;quare & virgo Maria Chriſtianos à
Chriſto Ieſu filio ſuo progenitos, diligit, &
amat amore ſingulari.
Quarto decimo donorum largitricem: qnia
Gen. 32. ex Iacob orta: qui donis ſuis fratrē placauit;
Maria omnibus dat affluenter.
Quintò decimo mundi imperatricem:quia vt
Iacob factus eſt à patre Iſaac dominus fratrū
ſuorum: ſic ipſa à Ieſu Chriſto facta eſt impe-
ratrix cunctorum.
Sexto decimo ſeruatricem mādatorum: quia
Iacob Dei præcepta ſeruauit: ſic & Maria vir-
go eius voluntatem effecit dicens:Ecce ancil-
la domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.
Sancti Magi, & ſi non ponitur expreſsè in ſa-
cra ſcriptura ꝙ prędicta viderint de Maria
Virgine: tamen in lumine illo ſuperno, quo
cognouerunt Deum carnem aſſumpſiſſe de ip
ſa; præfata & maiora cognoſcere valuerunt:
qnibus agnitis de iſta ſtella benedicta: videli-
cet beata virgine Maria gaudium magnum,&
Stella Magorū principaliter Chriſtum ſignificabat. lætitiam habuerunt. Verum & ſi ſtella, quam
viderunt beatam deſignaret virginem Mariā;
principaliter tamē deſignat dominum Ieſum
Chriſtum: quare ad fulgorem huius micantis
ſyderis,ſcilicet pueri Ieſu Chriſti oculos men
tales eleuantes, viderunt multa, velut radios
ab ipſa ſtella procedentes: oſtendit enim ſe
puer Ieſus Chriſtus his ſanctis Magis multos
radios à ſe erga ipſos emiſiſſe; quibus de ipſo
notitiam ſingulariſsimam habuerunt: nā aò
ipſa ſtella Ieſu Chriſto viderunt Magi egredi
ad ſe illuminandos.
Primum radium, oſtendendo ſe eſſe conſola-
torem afflictorum: quia natum ſe eis oſtendi;
Luc. 2. cuius ortus ad gaudium magnum eſt omni po
pulo, vt dixit Angelus.
Secundum radium oſtendendo ſe eſſe veterū
terminatorem, & promiſſorum; dum in die-
bus Herodis regis natus eſt,& à ſanctis Magis
Gen. 49. adoratus; cuius in tempore prophetia Iacob,
impleta eſt. Non auferetur ſceptrum de Iu-
Dan. 9. da &c. Sic,& Daniel,de ſeptuaginta ebdoma-
dibus annorum.

Tertium radium, oſtendendo ſe eſſe excitato-
rem deuotorum: nam ipſe ſanctos Magos ex-
citauit ad ſe quęrendum, & ideo hoc oſtēdit.
Euangeliſta Mat. ſecundo dicens. Ecce Magi
ab oriente &c. nam eos excitauit, & ad ſe ado
randum perduxit.
Quartum radium, oſtendendo ſe eſſe cordiū
corroborarem; corda enim Magorum adeo
roborauit,vt non timerent Herodem,ſeu Ro-
manos, quærendo regem Iudęorum.
Quintum radium,oſtendendo ſe eſſe guberna
torem mundanorum; quia cum dicendo re-
gem; patet ipſos illuminatos à Chriſto fuiſſe:
eſſe rectorem mundanorum;Vbi eſt(inquiunt
Magi) rex Iudæorum?
Sextum radium, oſtendendo ſe eſſe mirorum
patratorem,& creatorem; quia inqniunt Ma-
gi,hoc radio illuminati: Vidimus ſtellā eius,
&c. quam ſcilicet condidit, & creauit.
Septimum radium,oſtendendo ſe eſſe obcęca
torem malignorum: quod vtique agnouerunt
videntes Herodem, & Ieroſolimitas turbatos
eſſe Chriſti ortu, & natiuitate:qui ſi oculos vi
dentes habuiſſent, de Chriſto, non perturba-
tionem,ſed gaudium percepiſſent.
Octauum radium ſe eſſe oſtendendo ductorē,
& directorem inſciorum; quod oſtendit, dum
eis à Ieroſolima diſcedētibus, ſtellam, quam
prius viderant emiſit; vt iter pręberet vſque
ad locum,in quo degebat.
Nonum radium ſe oſtendendo eſſe recreato-
rem anxiorum; nam qui amiſſione ſtellę prius
erant deſolati; ea recuperata lætati, & gauiſi
ſunt gandio magno.
Decimum radium,ſe oſtendendo eſſe contem
ptorem mundanorum;nam ipſum reperierūt
non in pallatio, ſed in Pręſepio: non in loco
odorifero, ſed fętenti, quia in ſtabulo: non
amictum pannis ſericeis; ſed contectum vili-
bus panniculis: non in culcitra; ſed in fęno cu
bitantem:quæ videntes de eius paupertate, &
humilitate tanta admirati ſunt.
Vndecimum radium, ſe eſſe oſtendendo Deū
verum; & habere cum humanitate deitatem:
& per conſequens omnium entium primum,
& ſuprēmum: nam eo viſo ſtatim genuflexi,
adorauerunt eum.
Duodecimum radinm;ſe eſſe oſtendendo ge-
neralem dominum mundi,& habere,imperio-
ſitatem; quia in ſignum ſubiectionis tria de-
dere munera. Aurum, Thus,& Myrrham.
Tertium decimum radinm,ſe eſſe oſtendendo
cognitorem occultorum: nam inſpecta mala
intentione Herodis; Magos monuit,ne ad ip-
ſum redirent Herodem.
Quartum decimum radinm, ſe eſſe oſtenden-
do pręuiſorem futurorum; per aliam viam ip
ſos ad propria reducendo: quibus radijs ſan-
cti Magi de puero Ieſu Chriſto habitis,& illu-
minati, merito de Ieſu Chriſto à Maria virgi-

ne eis exhibito; ad oſculandum, videndum, & adorandum ſunt gaudio magno lætati. Sic ergo patet quomodo beata virgo Maria puerum Ieſum Chriſtum ſecundario exhibuit Magis, quo datur intelligi ꝙ ſollicitè quærētibus Ieſum Chriſtum, & propriam patriam relinquentibus, dominus Ieſus Chriſtus ſe oſtēdit, dat, & exhibet libenter cum ſumma conſolatione, vt effectum eſt in ſanctis Magis.

Tertio à beata virgine Maria puer Ieſus Chriſtus exhibitus eſt ſancto ſeni Simeoni; qui non ſolum eum vidit, ſed in vlnis ſuis accepit, & habuit, quem tenēdo in brachijs, propter multa, quæ in ipſo fecit puer Ieſus Chriſtus; & quę de ipſo agnouit, gaudio magno repletus, & cō ſolatione; Pſalmum. Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace &c. deuotiſsime perorauit.

Sanctus ſenex Simeō commendatur.

Sed qualis erat hic ſenex Simeon; qui Ieſum Chriſtum ſic accepit, & cui beata virgo Maria ſuum puerum libenter dedit, & exhibuit: Lucas exprimit capitulo ſecundo ſui Euangelij hunc ſenem commendās de multis, videlicet. Primo de virtute & perfectione; quia erat homo ſcilicet virtuoſus, & non vitioſus; qui iumentis aſsimilatur.

Secundo de pacifica conuerſatione; quia in Ieruſalem in loco pacis, correſpondens locus locato, & econuerſo.

Tertio de inſtantia in oratione; quia vocatur Simeon; qui exaudibilis interpretatur. Ioannis nono: Qui Dei cultor fuerit; hunc Deus exaudit.

Quarto de operatione; quia erat iuſtus.

Quinto de deuotione ad Deum; quia erat timoratus.

Sexto de vera ad proximum dilectione; quia expectans non ſuam; ſed conſolationem Iſrael.

Septimo de recta intentione; quia Spiritus ſanctus erat in eo.

Octauo de eius cum Deo intima coniunctione mente; quia reſponſum acceperat à Spiritu ſancto ſe mortem non viſurum niſi videret Chriſtum domini &c.

Nono de cognitione; quia venit in ſpiritu in templum; & cognouit Ieſum Chriſtum natū, & portatum.

Decimo de acceptatione à Deo; quia viſio Ieſu Chriſti conceſſa eſt ei ante mortem.

Vndecimo de innocentia, & purgatione; quia cępit puerum Ieſum Chriſtum in vlnis ſuis.

Duodecimo de gratitudine, & gratiarū actione; quia benedixit Deum: ecce qualis eſt homo iſte ſenex: cui exhibet beata virgo Maria filium.

Sed quid hic puer Ieſus in hunc ſenem ab eo acceptus fecit? vere multa & ſtupenda: nam ipſum.

Primo ab omni macula, ſi qua inerat, vel inſuiſſet purgauit; & fortè in gratia confirmauit, quare ipſe Deum benedixit.

Secundo gratias Deo exhibuit, & reddidit: beneficio enim accepto Deum benedixit.

Tertio quæ Chriſtus fecit generi humano; per hunc ſenem reticere noluit: quia benedixit, ideſt benedictionem datam, per Chriſtum cū ctis, hic ſenex expreſsit.

Quarto ipſum ſanctificauit, & gubernauit; quare vocat eum dominum dicens, Domine.

Quinto eius deſiderium quietauit; appetebat enim eum videre, vidit; ideo dixit. Dimittis &c.

Sexto ipſum, ut promiſſerat ſecundum verbū ſuum viſitauit; & ſanctis patribus.

Septimo Deo fęderauit; quia in pace ſcilicet eum poſuit.

Octauo illuminauit, vt eius intelligeret deitatem; ideo dicit, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum dominé.

Nono à morte peccati liberauit præſeruādo eum, ideo ſalutare eum vocat.

Decimo ſe proſequendum, & imitandum ab ipſo, & alijs indicauit, & reſerauit; ideo dicit eum paratum à Deo patre, ante faciem omniū populorum.

Vndecimo ad diſcernendum Dei magnalia facilitauit; ideo lumen ad reuelationem gentium dicit.

Duodecimo ſpe glorificauit; quia gloriam plebis tuæ Iſrael, ſcilicet ei daturum repromiſit. Quare non immerito: hic ſanctus ſenex Simeon, Chriſti ortu, & donatione pueri Ieſu à Maria matre gauiſus eſt, & lętatus, & non ſolum ob predicta in ipſo effecta lætatus eſt; ſed & cernendo Ieſum, quem in vlnis talem tenebatur, & qualem declamauit eum dicens. Nūc dimittis &c. vbi oſtendit puerum Ieſum Marię filium eſſe.

Primo afflictorum conſolatorem, & ſolatium; quia eſt conſolatio Iſrael, quam expectabat.

Secundo ad Deum laudandum incitatorem; quia eum ad Deum benedicendum incitauit.

Tertio generalem mundi Imperatorem, Monarcham, dominum, & Gubernatorem; quia dominum eum dicit.

Quarto veridicum impletorem; quia ſecundū verbum ſuum dicit ſibi, & alijs feciſſe.

Quinto mirificum federatorem Dei, ſcilicet, & hominū; quia in pace ſcilicet nos poſuiſti.

Sexto cordium gratificum conſolatorem, & quietatorem; quia dimittis me ſcilicet conſolatum.

Septimo illuminatorem deificum; quia oculi mei per te aperti; viderunt tua deiica.

Octauo humani generis redemptorem, & liberatorem; quia ſalutare eſt, ideſt Saluator noſter.

Nono reſeratorem almificum; quia in ſe velut in exemplari perfectiſsimo, omnem declarat perfectio-

perfectionem; ideo dicit eum præparatũ ante faciem omnium populorum.
Decimo doctorem clarificum; quia lumẽ eſt, & doctor perfectus gentium.
Vndecimo malorum punitorem; quia dicit eum poſitum in eorum ruinam.
Duodecimo glorificatorem perfectiſsimum; quia inquit ad gloriam plebis Iſrael ſcilicet datus, & ordinatus.
Tertio decimo ſuorum fidelium ſublimatorẽ; quia in reſurrectionem eſt multorum in Iſrael.
Quarto decimo deteſtatorem omnis prauitatis; quia ſignum cui contradicetur.
Quinto decimo viuificatorem noſtræ mortalitatis; & quando inquit tuam pertranſibit gladius animam.
Sexto decimo reſeratorem cordium, & occultorum; & hoc tempore generalis iudicij, & æquitatis. Hæc ſunt teſtimonia pueri Ieſu, quæ agnoſcendo Simeon de ipſo palam, & publicè profitetur. Sic ergo præfatis apparet qualis fuit hic ſenex; & quid in ipſo puer Ieſus effecerit, & quid de ipſo ſit atteſtatus.
Tertio loco Simeoni Maria, filium ſuum exhibuit; quo & merito eſt lætatus, & gaudio repletus, per quem patet, ꝙ ſeruantibus diuina præcepta Ieſus datur, & communicatur.
Quarto loco, & vltimo à Maria puer Ieſus eſt Annę vetulæ exhibitus, & monſtratus, vt patet ex ſerie Euangelij, capitulo ſecundo beati Lucæ. Cuius laudes declarans Euangeliſta beatus Lucas loco præallegato, oſtendit eam fuiſſe.
Primo Deo acceptam ex nomine, quia Anna, gratia interpręt atur.
Secundum gratam pro impenſis; quia de templo non diſcedebat.
Tertio promptam ad Deo parendum; quia dicit Euangelium, Deo ſeruiebat.
Quarto eleemoſynarum largitricem; nam Anna donans, ideſt largiens interpretatur.
Quinto à Deo pluribus pręuẽtam gratijs; quia Anna donatio interpretatur, ſcilicet Deo facta ei de ſuis donis.
Sexto Dei contemplatricem; quia filia Phanuelis; quę cõtemplans Deum interpretatur.
Septimo motus ſenſuales coercentem; quia Phanuel, cuius fuit vera filia; facies Dei interpretatur; quia imaginem mentis, quæ Dei facies eſt; mundam tenuit; quare & propoſitũ.
Octauo de futuris à Deo illuminatam; quia prophetiſſa fuit.
Nono à Deo viſitationibus, & conſolationibus viſitatam; quia erat de tribu Aſſer; qui diuitiæ, vel beatitudo interpretatur; quia diuitiæ conſolationis, & beatitudinis per viſitationem à Deo ſunt ei datæ.
Decimo vero coniugio alligatam; quia ſeptẽ annos cum viro ſuo ſtetit; quare & matrimonio ſanctè vſa fuit.
Vndecimo vita famoſam propter antiquitatem, & vitæ religioſitatem Proceſſerat in diebus ſuis &c.
Duodecimo Deo dicatam, non diſcedebat de templo; quare locus locato congruebat, & econuerſo.
Tertio decimo carnem maceraſſe; quia ieiunijs.
Quarto decimo depræcationibus pro ſe, & alijs continuè intentam; quia inquit occupata erat obſecrationibus.
Quinto decimo diuinis præceptis per omnia mancipatam; quia inquit Deo ſeruiebat; non vno tempore ſed die, ac nocte. Has laudes de iſta ſancta muliere Anna dicit Euangeliſta, vt cui Maria filium exhibet perpendatur.
Sed hæc ſancta domina vidẽdo puerum Ieſum, quid egit? & quid de ipſo omni volenti audire; & redemptionem Iſraelis expectanti promiſit? certe miranda: hęc enim ſancta vetula puerum Ieſum prædicat.
Primo Deum verum, & hominem: confitetur eius deitatem, & humanitatem redẽptorem, dum eum nominat.
Secundo dicit eum omnipotentiſsimum; quia ſe faciendo hominem, & Deum homini coniũgendo; infinita potentia concurrit: hoc dicit dum eum redemptorem aſſerit.
Tertio ſufficientiſsimum; quia redemptorẽ eum nominat.
Quarto beneuolentiſsimum; quia redemptionem noſtram non egit noſtris meritis, ſed ſola ſua beneuolentia, & pietate.
Quinto veraciſsimum; quia redemptionem patribus promiſſam facere debebat.
Sexto iuſtiſsimum; quia non potentia, ſed iuſtitia, noſtam redemptionem voluit exercere.
Septimo humilimum; intantum enim inclinatus eſt, vt carnem ſumeret, & ad redimendum nos, mori decreuit.
Octauo ſanctiſsimum, ex quo fecit redemptionem noſtram; ſanctiſsimus & Deo acceptiſsimus fuit.
Nono prouidentiſsimum, & ſapientiſsimum; tanta ſapientia noſtram redemptionem operando.
Decimo vigoroſiſsimum faciendo noſtram redemptionem; conſequenter nos a diabolo eripuit.
Vndecimo efficaciſsimum; quia nos redemit à morte peccati, & reduxit ad vitam gratiæ.
Duodecimo eum pãdit glorioſiſsimum; quia ipſe ſolus de noſtra redemptione triumphum reportauit. Hoc aſſerit Anna dum dicit Euangeliſta, ꝙ ipſa de puero Ieſu loquebatur omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael deſignans ipſum redemptorem eſſe, & in ipſo fiendam noſtram eſſe redemptionem. O quàm læte hoc vetula de puero Ieſu loquebatur: nec immeritò quia interius lætificata: os gaudium,

gaudium, & lingua exultationem habebant. Sic ergo patet præfatis quatuor cum antedictis in præſenti fructu, & conformitate, ꝙ beata Maria ad gaudium, & lætitiam filium ſuum paruulum exhibuit; ſicut exhibuit gratioſè omni hominum ſtatui; ſic & ſexui, & Ieſu ortu viſione, & contrectatione omnia ſunt gauiſa, & lætificata: Nec mirum videndo illum, q eſt gaudium noſtrum, & ſolatium, ad ipſum tā gendo: Si enim fimbria veſtimenti Ieſu, & herba tangens eius veſtimenta, mirabilem efficaciam habebat, quanto magis cum tangendo; Lucæ 6. cum ſcriptum ſit, quod Quotquot tangebant eum ſanabantur; & corporaliter, & ſpirituali ter: quare conſolatione recreati interna, diuino gaudio, & lęticia conſolabantur. Sed aduerte, ꝙ & ſi per Mariam ſit datus puer Ieſus in ſuo ortu, & poſt omnibus lætifice; tamen quibuſdam eſt datus diuerſimodè: nam datus eſt Marię filius.

Ioanni Baptiſtæ in ſolatium.
Eliſabeth in radium.
Paſtoribus in gaudium.
Magis in præconium.
Symeoni in pacis vinculum.
Annæ in faſtigium.
Aegyptijs, ad quos acceſsit, in lucis ſpeculum.
Ioſeph ad meritum.
Apoſtolis in magiſterium.
Pauperibus in ſocium.
Aegrotis in remedium.
Perfectis in exemplum.
Iuſtis in ſubſidium.
Peccatoribus in refugium.
Populis in pabulum.
Nobis in pretium.
Beatis in præmium.

Matri marię ad omne bonū, ſublimationem, & ſuper omnes conſolationem, & pleniſsimū gaudium, & contubernium. Sic ergo præfatis apparet declarata prima pars huius quarti fructus, & conformitatis, videlicet. Ieſus Magis exhibitus.

SECVNDA PARS QVARTI fructus, & conformitatis, videlicet Franciſcus amplexatur.

Expoſitio.

REſtat nunc declaranda ſecunda pars huius quarti fructus, & conformitatis, ſcilicet Franciſcus amplexatur. Quia enim beatus pater noſter Frāciſcus, & ſi nō in initio ſui ortus, & natiuitatis in mundum, fuerit gratia, & virtutibus plenus, ac perfectus, ſed in ſecundo ortu, & natiuitate, videlicet in eſſe gratiæ, & religionis, quando mundo apparuit paupertatis profeſſor; pœnitentię forma; veritatis præco; ſanctitatis ſpeculum; euangelicę perfectionis exemplar; pudiciciæ titulus; carnis macerator; & omni virtute conſpicuus: Attamen, quia ſcriptura aliquādo dicit eſſe, quod in proximo fiendū eſt indubiè, ac in Dei proſpectu beatus Frnciſcus, & prædeſtinatione gratia, & virtutibus, fuerit ſemper amictus; idcirco in primo ortu, & natiuitate Deus voluit ſibi, videlicet beato Franciſco parum ante iam nato, fieri, quod fiendum erat temporis in proceſſu, & hoc per Angelum ſuum, qui vt ortum Beati Franciſci Deo placitum oſtenderet; ipſum puerum, vt ſancti Magi, tāgeret; in ſuis vlnis acciperet, vt Symeon; & quid futurus eſſet Franciſcus, vt Symeon, & Anna clarius reſeraret: & hac ex cauſa principaliter ponitur hæc ſecunda pars, ſcilicet, Franciſcus ad inſtar Chriſti ad videndum eſt traditus, & amplexandum: vt enim legenda pandit antiqua, & frater Nicolaus de Aſsiſio, guardianus poſt Spoleti, habuit à domina Margarita ſua matre, vicina, & nota matri Beati Franciſci: matre referente, & pediſequa, ſeu famula beati Fanciſci, ipſo die, quo beatus Franciſcus natus eſt: Ad oſtium domus beati Franciſci quidam aduenit Angelus in ſpecie peregrini, petens inſtanter à famula, vt puer Franciſcus eidem ad videndum, & tāgendum exhiberetur: Sed cum famula timeret hoc agere, ac iſte in rogatu perſiſteret; tandem mandato matris beati Franciſci peregrino Franciſcus eſt oblatus. Qui eum in ſuis vlnis accipiens, ſtringēs, & oſculans, eius humeris in parte dextra crucem impresſit; dixitque, Hodie in iſto vico, ſunt nati duo pueri, hic Franciſcus, & alius: Hic erit de melioribus hominibus de mundo, & alius erit de peioribus: Demum pręedixit infantulum Franciſcum in magna cuſtodia gubernandum, propter inſidias Demonum; qui de eius ortu turbati, ad necandum eum multas inſidias pręepararent eidem: Atque his dictis ſtatim diſparuit, nullibi in dicta Aſsiſij ciuitate amplius viſus. Quibus apparet Chriſtū beato Franciſco in amplexu, & viſione, & datione in manibus alterius, vt factum eſt de ipſo, voluiſſe ſimilari; cum ſicut beata Maria Ieſum tradidit Mago quærenti; ſic mater Beati Franciſci dedit eum peregrino petenti. Et ſicut Symeon plura de Ieſu, & futuris circa ipſum dixit; ſic & de beato Franciſco per Angelum in tali ſpecie peregrini, eſt matri reſeratum: Patet ergo ad quid hæc ſecunda pars poſita eſt pro conformitate beati Franciſci ad Chriſtum.

Sed ſciendum ꝙ beatus Franciſcus, & ſi non in primo ortu, & natiuitate ſit datus omnibus; ſed modo ſolum præfato: attamen in ſecundo ortu, videlicet gratiæ, & religionis, ipſe pater beatus Franciſcus datus, & exhibitus eſt à Chriſto diuerſis generibus perſonarum, à quibus

bus dulciter, non corporaliter, ſed ſpiritualiter potius eſt ſtrictus, & amplexatus. Nam eſt exhibitus.

Primo ſanctis prophetis per ſpiritus luculentiam ad ipſum futurum conſiderandum; & cũ quanta virtuoſitate; vt dictum eſt ſupra fructu primo, & conformitate.

Secundo matri ad gaudium, & lętitiam, quæ ſpiritu futurum agnoſcendo filium, & videndo ipſum mira facturum in orbe, lętitia eſt repleta.

Tertio modo ad renouationem, nam, vt dicit ſecundus fructus, & conformitas, beatus Franciſcus ad mundum totum renouandum eſt à domino directus; quod, & fecit vita, doctrina, & ſignis; vt patet omnibus euidenter.

Quarto Eccleſiæ militanti ad eius reparationem; vt Chriſtus Franciſco dixit: & dominus Innocentius in uiſione conſpiciendo Franciſcum Eccleſiam Lateraneñ. ne caderet ſuſtentantem, hic clare vidit: ac in tribus à beato Fran. inſtitutis ordinibus patuit luculenter.

Quinto ciuibus ad conuerſionem. Aſiſinatibus enim beatus Franciſcus prę alijs datus eſt ad eorum conuerſionem ad dominum; ſicut patuit in fratre Bernardo de Quintaualle; fratre Petro: Fratre Egidio: quorum primus nobilitate, diuitijs, ſcientia, & ſenſu fuit famoſior de dicta ciuitate; qui vitam agnoſcẽdo B. Franciſci reiectis omnibus, & pauperibus datis, primus filius, & frater beati Franciſci fuit.

Sexto fratribus ad imitationem. Nam multi ſeculo relicto, poſt Franciſcum veſtigia velut per callem tutiſsimum, & ſancti hominis ſemitam, incedentes, ad apicem omnis ſanctitatis peruenerunt; vt fructu octauo dicetur.

Septimo in ſublimi poſitis regibus, & prælatis, & aliis pręſidentibus in deuotionem. Nonne domini mundi Chriſto inhærere optantes beato Franciſco vita, & habitu cohęſerunt? ſicut Rex Ioannes. Rex Ieruſalem, & Imperator Conſtantinopolitanus. Ioannes rex Armeniæ: & multi alij: dominus Viceplacentinus in cardinalatu, & ſic de alijs, vt dicetur fructu octauo, & conformitate, qui facti ſunt fratres minores.

Octauo demonibus ad terrorem, & deiectionem, quos prædicatione & ad Chriſtum conuerſione à fidelibus repulit: & eos de obſeſſis eiecit; & de ciuitate Aretij ſolo Imperió effugauit.

Nono deuotis ad perfectionem: qui ipſum Ieſum cupit proſequi imitetur regulam Euangelicam, quam Deus exibuit beato Franciſco, qui Euangelij nec iota de obſeruantia dimiſit, adeo extitit vir perfectus, vt in regularũ conditionibus ei ſimilis non habeatur; quare, vt perfecta proſequaris in regulis trium ordinum, ſecundum ſtatus tui decentiam à beato Franciſco inſtitutis age.

Decimo ſcientibus ad illuminationem. Nam viris eruditis nõ vt homo ſcientificus: ſed Dei ſpiritu illuminatus abdita pandidit diuinorũ eloquiorum: vt patuit in reſponſione data ſacræ theologiæ magiſtro, & Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Vndecimo Angelis in amicitiam, & complacentiam, qui beatum Franciſcum, & ſæpius viſitare, & cum ipſo ſtare: ac melodiam peragere, vt ipſorum fido amico, ſunt dignati.

Duodecimo, ſanctis in ſpecialem ſeruum, & reuerentiam. Habuit enim beatus Franciſcus ſpecialem dilectionem ad beatam Virginem. Michaelem Archangelum. Ioannem baptiſtã. Petrum, & Paulum: & ſic de alijs, quorum deuotioni, vt ſeruum fidelem ſe tradidit, ieiunando, & alia faciendo: Qui verſa vice ipſum beatum Franciſcum diligentes, multas conſolationes, apparendo, amplexando, & cum ipſo manendo peręgere.

Tertio decimo, populo ad informationem. Nam ob animarum lucrum ibat circũeundõ ciuitates, & caſtra; non in doctis verbis; ſed in Dei virtute prædicando, & populum inſtruẽdo; cuius inſtructio mirabilem fecit fructum; vt fructu. 20. & conformitate dicetur.

Quarto decimo peccatoribus ad conuerſionem; patet in multis latronibus, quos verbo conuertit, & apud Chriſtum pro eis veniam miſericorditer impetrauit; vt de fratre Angelo, & alijs in proceſſu operis patebit.

Quinto decimo, perfectis ad virtutum conſummationem; Vis ad apicem venire perfectionis? vitam cum moribus attende beati Franciſci; quam fratres Bernardus. Egidius & alij: vt dicetur fructu octauo, & conformitate attendentes, ad omnis ſanctitatis propoſitũ peruenerunt.

Sexto decimo, actiuis in operationẽ; & Quã? certe, vt ſeruiant ſumma cum diligentia ſuo exemplo leproſis, & horribilibus: & ſic fratribus mandabat ſtatim ordinem ingreſsis; vt in talibus obſequijs Deo ſtuderent placere.

Decimo ſeptimo, pauperibus in amorem, & dilectionem, quos ſpeciali dilexit affectu, quibus omnia, vt infra patebit fructu. 16. & conformitate largiebatur etiam ſemetipſum: Ad nullos enim ſic afficiebatur, vt ad pauperes tã in habitu ſeculari, quam in religione conſiſtẽs.

Decimo octauo, altis corde in abnegationẽ, & humiliationem: Nõ enim laudes quęrebat, de ſe audire, ſed vituperia: Nec in altis, ſed in minimis de ſe ſentiendo ambulauit, omnia ad humilitatem pertinentia faciendo, vt fructus 17. oſtendit.

Decimo nono, prauis ad pœnitentiæ exhibitionem: Multi enim varijs irretiti peccatis, & prauis moribus deordinati, exemplo beati Franciſci vana deſerentes, ad pœnitentiã conuerſi, ad cœli alta aſcendere meruerunt poſt deceſſum;

dectſſum; ſicut in fratre Pacifico patuit, & plu ribus alijs; ob hoc enim ipſe ſolus de pęnitentia ordinem ſpecialem inſtituit.

Vigeſimo, bonis ad crucis, & paſsionis Chriſti meditationem: cum enim beatus Franciſcus ſtudium totum haberet circa paſsionem, & crucis meditationem fratres, & alios ad id peragendum inducebat: Vnde ſic allecti, ad meditandum domini paſsionem die, cum nocte inſiſtebant.

Vigeſimo primo, pijs ad miſericordiæ continuationem.

Non ſemel beatus Frãciſcus indigentibus impartiebatur; ſed aſsidue: Statim enim videndo miſeros ſpoliando ſe: habitum porrigebat, vel mantellum.

Vigeſimo ſecundo, auaris in mundi contemptum. Nihil enim voluit habere cum mundo proprium, ſed omnia penitus contempſit, & deſpexit; nullus tam auidus theſauri, quàm iſte contemptor.

Vigeſimo tertio, malis ad punitionẽ. non parcebat peccantibus quin, & verbo, & quandoq; facto feriret; quia non adulator, ſed iuſtus erat reprehenſor; patet in hominibus de Grecio, & nobilibus de Peruſio: Gedeone prębẽdario: ac muliere in caſtro Ciſternæ: quę mõnitioni patris nõ acquieſcens: à Diabolo fuit aſportata, vt fructu 10. & conformitate habetur.

Vigeſimo quarto, omnibus animabus ad indulgentię obtentionem; procurauit enim indulgentiam à Chriſto, & matre eius, ac à domino Papa Honorio pro omnium peccatorũ remiſsione; obtinenda: in introitu ſanctæ Mariæ de Portiuncula. ſecunda die Auguſti: quolibet anno, omnibus Chriſtianis pœnitẽtibus, & confeſsis.

Vigeſimo quinto lubricis, & carnalibus ad carnis macerationem; beatus enim Franciſcus ieiunijs diſciplinis, & alijs rigiditatibus carnem coegit ſeruire ſpiritui; vt fructus decimus nonus, & conformitas oſtendit: vnde in fine habuit dicere, ꝙ de nullo habebat culpã recognoſcere: niſi quia fratrem corpus, qui ſe ſponte ſubdiderat ſpiritui male tractaſſet.

Vigeſimo ſexto, prælatis ad ſui deiectionem, & humiliationem, & inclinationẽ; Beatus enim Franciſcus noluit fratres ſuos in præſidentia eſſe, ſed vt minores vocantur in imis perſiſtere: ac ipſe generali cœdens officio, ſub vnius ſociorum ſuorum vſque ad finem voluit obedientia viuitare.

Vigeſimo ſeptimo religioſis in conſiderationem: Nam tanta fuit ſanctitas beati Franciſci, vt beatus Dominicus diceret de eo, ꝙ omnes religioſi ad eum attendere deberent, proſequi, & reuereri.

Vigeſimo octauo, fidelibus in mirorum executionem: Nam beatus Franciſcus non ſolum operibus ſanctitatis; ſed ſignis, & miraculis extitit celeber, & orbi glorioſus; de quibus habes fructu 13. & conformitate, & præcipuè trium mortuorum ſuſcitatione.

Vigeſimo nono, Dei amicis in orationem, id eſt in normam orationis, & orandi; Nam ambulans, & ſedens: laborans, & vacans: intus & foris: vi mentis ſemper erat orationi intentus, vt quicquid erat in eo operis, & temporis, orationi dedicaſſe videretur.

Trigeſimo Deum guſtantibus in contemplationem: Non ſolum enim, qualiter ad contẽplationem homo venit; beatus Frãciſcus oſtẽdit; ſed qualiter miris exceſsibus, & viſionibus de ipſo habitis in contemplatione vir Dei ſe debet habere, clarè expreſsit: De quibus habes fructu: 15. & conformitate.

Trigeſimo primo, ad Chriſti adhæſionem: Nã qualiter, & quomodo homo Chriſto debeat inhærere, Beatus Franciſcus oſtendit dimiſſione omnium, toto affectu ad ipſum; & intra vbera ſuæ deuotionis Chriſtum habendo, & tenendo; ac pro ipſius amore mortẽ optãdo.

Trigeſimo ſecundo, animalibus in dulcedinẽ, & compaſsionem. Ipſi enim beato Franciſco tanquam vero Trinitatis cultori, ſicut omnis creatura (vt dicetur) parebat ad nutum; ſic animalia libenter inhærebant; quibus & verã oſtendit pietatem, & magnam pro tempore exhibuit compaſsionem: Patet de lupo ferociſsimo apud Eugubium ſicut agno effecto; & de alijs animalibus. vt fructus 13. & conformitas oſtendit.

Trigeſimo tertio, cordi in perſcrutationem; Cordium enim vidit arcana; ſicut patuit de fratre Maſſeo, Ricetio, fratre Leonardo de Aſſiſio, & de alijs.

Trigeſimo quarto, tempori in agnitionem; vidit enim, quæ ventura erant pro tempore futuro; ſicut ordinis dilatationem perſecutionem, & deuiationem prædixit.

Trigeſimo quinto, afflictis in fiduciam, & cõſolationem; patuit de fratre Leone tentato: fratre Ricerio: fratre Rufino: & ſic de alijs: quos à tentatione, & afflictione liberando, eis gaudium dedit, & conſolationem.

Trigeſimo ſexto, deficientibus in ſubleuationem. patet quando frat i de nocte deficienti ſubuenit, & triginta fratres, & amplius de tribus panibus cibauit; & in mari Sclauoniæ de paucis eleemoſynis multos, diebus plurimis, multiplicatis ſubleuauit.

Trigeſimo ſeptimo, ægrotantibus in libarationem: omnes enim morbos expulit, & infirmitates; & ꝙ maius eſt leproſos ſuis manibus, contrectando liberauit.

Trigeſimo octauo, infidelibus in ſaluationẽ: Nam Soldanum Babiloniæ conuertit, & alios infideles; tam per ſe, quàm per filios fratres ad viam ſalutis deduxit.

Trigeſimo

Trigeſimo nono. Conditis in dominium, & præſidentiam: Omnia enim condita ſibi obedientia fuere: Aer ſibi lucidus. Ignis calorē mitigans. Terra in domo medici ſe glutinando. Aqua ſe in vinum mutans: & ſic de alijs.

Quadrageſimo. Papę & Cardinalibus in præcipuam regulam. Nam Papa, & Cardinales præcipua ad ipſum reuerentia, & deuotione ferebantur, eum honorantes in omnibus, & libētiſsime ſiſcitantes; ſicut in operis huius pluribus in locis patebit.

Quadrageſimo primo, ſanctis in ſtuporem, & admirationem: dum ſtigmatibus eſt à Chriſto ſignatus ſuæ ſacratiſsimæ paſsionis.

Quadrageſimo ſecundo, cœleſtibus in honorem, gloriam, & iubilationem; dum eſt inter eos collocatus, gloria, & honore præ alijs ſublimatus.

Quadrageſimo tertio, mortuis in viuificationem; cum eius inuocatione, & meritis, ipſe dominus Ieſus ſuſcitauit vltra triginta mortuos. vt patet fructu. 39. & conformitate: & ſuſcitat continue, & ſpiritualiter & corporaliter; ſi debitè beatus Franciſcus imploretur.

Quadrageſimo quarto, & vltimo, Chriſticolis omnibus, in exultationem, ſublimationem, & honorem. Nam ꝙ tantus ſit, & talis beatus Franciſcus effectus à Deo, ad gloriam eſt cunctorum fidelium exiſtentium, tam in Eccleſia triumphante, quàm militante; cum inter ſanctos ſit ſingulariſsimus, meritis, & dignitate ſtigmatizationis. Sic ergo beatus pater Franciſcus à Chriſto exhibitus iam præfatis, ab eis amplexatur; & ſtrictus ē brachijs totius amoris. Quibus iam dictis diligenter inſpectis, patet expoſitio ſecundæ partis huius quarti fructus, & conformitatis: videlicet. Franciſcus amplexatur: tam ratione primi, quàm conſequenter dictorum, quomodo beatus Franciſcus eſt à Chriſto multis variè exhibitus, & monſtratus.

QVINTVS FRVCTVS, ET Conformitas. Ieſus paruus inſequitur.

Expoſitio:

VIRTVTVM omnium dominus Ieſus Chriſtus, cum ſit rex & dominus; vt ait. Pſal. Ac fons, & origo, vt ait. Ber. virtutum; ac inter virtutes, virtus patientiæ homini neceſſaria pro ſtatu iſto multipliciter comprobatur; vtpotè, quia aſsiduè impugnatur à diabolo, carne, & mundo: vt ſe à præfatis valeat præſeruare, defendere, & cuſtodire: hanc debet habere pro thorace, galea, & ſcuto; ſpata, & lancea, ſcilicet patientiæ virtutem; quæ teſte Caſsiodoro ſuper Pſal. omnia vincit aduerſa, non colluctando, ſed ſufferendo; non murmurando, ſed gratias agendo. Ipſa eſt, quæ fęcem totius voluptatis abſtergit: ipſa, eſt quæ limpidas animas Deo reddit. Hinc eſt, ꝙ hanc virtutem, cùm in vitæ ſuæ proceſſu plu ries oſtenderit facto, verboq; docuerit. in ſuæ vitæ principio eam opere placuit demonſtrare. Ipſam enim oſtendit naſcendo, ſi conſiderentur incommoda, quæ ſuſtinuit, Quo ad locum; quia in Præſepio fœtido. Quo ad lectū; quia in fœno, & palea, ammota culcitra cubitauit. Quo ad veſtitum, cum frigus eſſet intenſum. & igne caruit, & pannos ad ſe cooperiendum non habuit. Quo ad alia neceſſaria; quia natus eſt pauperrime. Multaque alia incommoda ſuſtinuit; & non murmur, non querimoniam edidit; ſed patientiſsime omnia portauit, ipſamque veràciter oſtendit; quando, dum menſium vix eſſet duorum, ab Herode ad mortē quæſitus, monitu diuino, Ioſeph ipſum cum beata Maria matre eius, in Aegyptū fugiendo, deduxit.

Christus ſuo exemplo patientiam etiam neceſſariā oſtendit.

Sed qualis, quantaque fuerit eius patientia, hac perſequutione Herodis, & ad Aegyptum acceſſu, & ibi per ſeptennium manſione patere poteſt. Si conſideretur ipſius Ieſu altitudo, quia Deus, & ſic mirum fuit quomodo à creatura Deus perſequi ſe permiſit. Si conſideretur ſanctitudo eius, quia ſanctus ſanctorum, quare non perſequi, ſed venerari a quolibet decebat. Si conſideretur teneritudo, quia infans; nullus deberet ei obeſſe, ſed prodeſſe. Si conſideretur eius pulchritudo, quia ſpecioſus forma, prę filijs hominum; omnes deberent in eo complacere, & nullus diſplicere. Si conſideretur gratiæ plenitudo; quia plenus gratia, & veritate. Quare adhærere ei, & non repellere quis deberet à ſe. Si conſideretur magnitudo, ſuper omnes Deos eſt magnus: quare omnes debent eum exorare, & ſub eius manibus corpus, et animam committere. Si conſideretur eius dignitudo; quia rex regum, et dominus dominantium, à ſubiectis non debet abijci, ſed ſuſcipi. Si conſideretur gratitudo; quia ſuauis, et dulcis; quare debet à quolibet diligi, et non odiri. Si conſideretur rectitudo; quia iuſtus, et nullum offendit; offendere ergo eum prauum, et iniquum eſt. Si conſideretur fortitudo, quia poteſt perſequētes anichilare; vnde non eſt inſectandus. Si conſideretur limpitudo; omnia enim videt; quare, et conſilia, quæ per malos fiebant contra eum. Si conſideretur eius beatitudo; cum enim ſit omnium beatitudo, & beatitudo, à quolibet naturaliter appetatur, puer Ieſus inſequi non deberet, ſed omni affectione ſuſcipi, et acceptari. Sic ergo conditionibus pueri Ieſu penſatis, ei nullam perſequutionem decebat inferri. Quare cum oppoſitum ſit factū, vt dicit prima pars huius fructus, et conformi

tatis ſcilicet. Ieſus paruus inſequitur: hanc perſequutionem incipiēdo mitiſsimè, patientię virtutem opere omnibus declarauit. Quā patientiam declarat vlterius ętas ipſius; quia paruus, & vix duorum menſium, prolixitas itineris, quia vltra 20. dietarum eſt iter per viā, quam acceſsit, Vnde mater, & Ioſeph fatigabantur, & ipſe puer Ieſus, & ſi in gremio ſeu brachijs portaretur, & foueretur ſuæ matris; vię incomoditas, quia non homines, ſed beſtiæ; non arbores, ſed terra ſterilis; nec aqua ad potandum, niſi bis in tanto itinere inuenitur. Quare ibi aderat indigētia, & neceſsitas rei familiaris. Dolor Marię videndo filium perſequi; à finibus proprijs expelli, & ad terram incognitam ſe cum filio deduci. Magnitudo timoris tam Marię, quam Ioſeph, in cuius ſignum de nocte ſurrexit, & ad Aegyptum perrexit. In Aegypto permanſio per tantum tempus, cum ſumma paupertate incogniti, linguam neſcientes, nec habentes hoſpitium, nec ad conducendum pecuniam poſsidentes. Hęc & alia, quę debent circa hoc cogitari ſi penſentur. perſequutionē habuiſſe diram Ieſum, matrem, & ſponſum apparet, ac patientiā magnam eius pandunt, clamant, & oſtendunt. Sed quare hanc patientiam, & virtutem voluit opere ſic oſtendere in ſua infantili ætate? niſi, quia iuſtis voluit eſſe conformis, & electis:

Diſcurſus. Quis enim fuit iuſtorum, qui perſequutionē non habuit in hoc mundo? Abel à fratre Chain mactatur. Noe ſubſanatur, & deluditur, dū diluuium prædicaret futurum. Abraham in igne ponitur. Iſaac ab Abimelech expellitur. Loth omnia perdit. Iacob ab Eſau, & Laban fatigatur. Ioſeph à fratribus venditur. Moyſes ad mortem queritur. Iepte, Sanſon, & Gedeon perſequutionibus agitantur. Dauid inſidijs vndique circonuenitur. Tobias excęcatur. Iob flagellatur. Ezechias à Senacherib concluditur. Ioſias occiditur. Iſaias ſecatur. Ieremias obruitur. Daniel in lacum mittitur, & ſic de alijs prophetis, & iuſtis: qui varijs ſunt laceſsiti iniurijs; & patientiæ virtute probati; ſicut enim præfatis Ieſus fuit cōformis, quo ad corpoream ſubſtantiam, quia homo; ſic & conſimilis eis eſſe voluit, quo ad patientiæ virtutis ſuſceptionem. Voluit etiam hac virtute probari; vt ipſam prius nobis facto, & demum in vitę progreſſu, facto declararet ſuſcipiendam à nobis, & verbo. Hæc enim eſt virtus.

Notan. Primo, qua homo vincit ſe ipſum. Multi ſunt, qui vrbes magnas in ſua redegerunt poteſtate, ſed pauci, qui ſe: vt dicit Seneca in quæſtionibus naturalibus.

Secundo reddit hominem inuictum. glo. ſuper illud Iob 4. vbi eſt fortitudo tua. di. Qui ſe vincit, cōtra omnia fortis eſt; vere vnus homo patiens à toto mundo vinci non pōt. Et Seneca. (Seneca.) Facilius eſt gētē vnā, quā vnū hominē vincere.

Tertio de hoſte glorioſe triumphat; Diabolus patientia ſuperatur. In vitis patrum. Demoniacus cum percuſsiſſet ſenem in maxillā; & ille cum patientia præberet etiam aliam, Diabolus ſtatim aufugit.

Quarto facit hominem ſui poſſeſſorē. Luc. 21. In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Luc. 21.

Quinto iram Dei mitigat. Prouer. 25. Patientia lenietur princeps. Dauid patientia Deum placat. 2. Reg. 15. Prou. 25. 2. Reg. 15.

Sexto homo reddit vices Deo hac virtute. 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt &c. Et ſequitur, vt ſequamini veſtigia eius. Chriſtus piſcem aſſum comedēdo, reliquias dedit Apoſtolis. Et Apoſtolus Colloceñ. 1. Adimplebo, quę deſunt paſſionum Chriſti in carne mea. 1. Pet. 2. Collo. 1.

Septimo hominem martirem facit. Grego. Sine ferro, vel flammis, martires eſſe poſſumus; ſi patientiam in animo conſeruamus.

Octauo mira agit Grego. 1. Dial virtutem patientiæ ſignis, & miraculis maiorem puto. Rubus ardet, & non comburitur: ſic & vir patiēs, & ſi malis pulſetur; non tamen deijcitur.

Nono ſapientiam inducit. Prouer. 14. Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia. & c. 19. Doctrina viri per patientiam agnoſcitur. Prou. 14. Prou. 19.

Decimo animam perficit. Iacobus in canonica. cap. 1. Patientia opus perfectum habet. Habent & alię virtutes opus ſuum, quantum ad ſufficientiam; ſed hæc quantum ad ſufficientiam, & efficaciam: quia omnia conſumat.

Vndecimo animi magnitudinem oſtandit. Seneca. Magni animi eſt, iniurias in ſua patientia pati.

Duodecimo, & vltimo. Cęlum acquirit. Beati, qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Matth. 5.

Quia ergo, tot bona facit patientia: vt nobis ſuſcipiendam oſtenderet puer Ieſus; hanc accepit inſecutus iniuſte ab Herode, & à Iudæis. Vlterius pro euidentia patientię Saluatoris in pueritia inſpice cauſam. Ieſus paruus inſequitur, ſcilicet ab Herode, cuius regnum non accepit, nec accipere venerat; quia regnum eius, non eſt de hoc mundo; eum non irritauerat verbo: facto non laceſsiuerat: ad cuius ſalutem, & aliorum natus erat: & ei ſe daturū gloriam, & gratiam ſi vellet, venerat. Sic, non iudæos, qui de eius ortu turbati ſunt, qui vna cum Herode ad inſequendum ipſum, erant armati, non offenderat vnquam; imo ſuis beneficijs ſemper iuuerat, & ſe eis beneuolum oſtēderat: Quare, cum nulla ſuppeteret cauſa perſequendi puerum Ieſum: & Chriſtus patiēter omnia tolerando, ſuam oſtendit patientiam magnam, & perſequutionem atrocisſimā fuiſſe, & crudelem. Sic ergo, apparet, quomodo intelligitur prima pars huius quinti fructus & conformitatis. Ieſus paruus inſequitur. Nam

cum

eum Herodes, & iudęi extinguere voluerunt; & hoc in infantili ętate: quamuis id perficere diuino prępuenti conſilio non potuerunt. Sed hunc puerum Ieſum, quem necare non potuerunt; & vt ipſum Herodes crudelis eſtinguere, pueros innocentes, necauit, temporis in proceſſu, iam defuncto Herode, forſan audiue runt? & ab eius perſequutione abſtinuerunt? Certe non. imo iniurijs innumeris ſunt inſequuti; ipſum enim contemptibilem, & deſpicabilem populo reddere ſunt conati, diuerſas vias, & modos inuenientes, vt famam eius denigrarent.

Primo, eius vitæ detrahendo dicentes, de eo. Hic homo vorax eſt, & potator vini, publicanorum, & peccatorum, amicus.

Luc. 11. Secundo, eius miracula contemnendo. in Belzebub principe demoniorum eicit demonia.

Ioan. 11. Tertio, eius famæ, & fauori inuidendo. dicentes. Ecce totus mundus vadit poſt eum; quid facimus? ſi dimmittimus eum ſic, omnes credent in eum.

Quarto, eum deſpiciendo. Quomodo hic ſcit litteras cum non didicerit? Non ne hic eſt fabri filius? &c.

Math. 22. Quinto, ſuę doctrinę inſidiando. Conſilium inierunt, vt eum caperent in ſermone.

Pſal. 8. 10. Sexto, ipſum perſonaliter perſequendo. volue runt enim eum lapidare, & capere. Pſal. 8. & 10.

Ioan. 8. Septimo, ei non credendo, dicentes. Tu de te ipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuum nō eſt verum.

Ioan. 8. Octauo, eum blaſfemando. Non ne bene dicimus nos; quia Samaritanus es, & demoniū habes?

Nono, in paſſione, eum illudendo, dicentes,
Luc. 22. Prophetiza nobis; quis eſt qui te percuſsit.

Math. 27. Decimo ipſum deridendo. Vah qui deſtruis templum Dei &c.

Vndecimo accuſando Pilato. Si non eſſet hic malefactor &c.

Duodecimo, mortem turpiſsimam inferēdo, & condemnando; quia, vt crucifigeretur petie runt. Hę iniuriæ; & ſi aliquę fuerunt reales, vt plurimum tamen verbales fuerunt. Verum ipſi non contenti verbis, ad opera accedētes, ipſi Chriſto Ieſu noſtro Saluatori, magnas iniurias irrogarunt.

Et primo, in ordinatione ſuæ captionis; cum capere cum diſcipulo pro paruo precio ordinauerunt.

Secundo, in captione; quia, vt ad latronem capiendum acceſſerunt.

Tertio, in deductione quia eum ligauerunt.

Quarto, in domo Annæ, velatione dicentes prophetiza &c.

Quinto, in maxillæ percuſsione, in loco tam ſolemni, & tali corporis parte, & ſine cauſa, & à tam vili perſona.

Sexto, in facie in ſputis deturpatione.

Septimo, in traditione ipſius in manibus Pilati, vt malefactor.

Octauo in miſsione ad Herodem, & deſpectione ipſius ab Herode, & ſuis.

Nono, in Barabam petitione, & dimiſsione.

Decimo in flagellatione; quia Pilatus voluit eum, corripere.

Vndecimo, in condemnatione ad mortem, vt latro.

Duodecimo, in crucifixione.

Tertio, decimo, in latronum cum ipſo crucifixione, & aſſociatione.

Quarto decimo, in aceti cum felle potatione.

Quinto decimo, in tituli appoſitione.

Sexto decimo, in ſpoliatione, & denudatione.

Decimo ſeptimo, in exprobratione, & deriſione latronum, & aliorum.

Decimo octauo, poſt mortem lanceatione:

Tot ergo iniurias inferentibus iudæis, quid egit Chriſtus? inquit Petrus in ſua canonica. 1. Pet. 2.
Cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur non comminabatur. Sic ergo patet; quæ, & quanta dominus Ieſus ſuſtinuit. vt nobis capiendam virtutem patientiæ indiceret; ſuoq; exēplo inſtrueret; & doceret pro pſequētibus, exorare vt Luc. ſcribit d. Pater ignoſce il Luc. 23.
lis: quia neſciunt quid faciunt. Patet ergo præfatis ſuccinctè expoſitio primę partis, huius quinti fructus, & conformitatis. Videlicet Ieſus paruus inſequitur.

SECVNDA PARS QVINTI FRVCTVS, & Conformitatis, videlicet. Franciſcus agitatur. Expoſitio.

EXPEDITA primæ partis huius quinti fructus, & conformitatis expoſitione; videndum eſt de intelligētia ſecundæ partis, videlicet. Franciſcus agitatur. Pro cuius euidentia eſt ſciendum, ꝙ vt patet ex ſcriptura diuina, & ſanctorum exemplis; vir per patientiam pluribus modis probatur; & patiens eſſe cognoſcitur.

Et primo carnis infirmitate, & percuſsione: vt beato Gregorio in quarto dialogorum commendatur vir Dei Santulus; qui omni tempore vitę ſuæ iacuit in lectulo membris omnibus deſtitutus. [Per patientiam homo probatur. 12. modis.]

Secundo, in diſplicentiæ omnis illatione. De hac Chriſtus in cruce commendatur; qui ſe cōſolantem non inuenit.

Tertio, verbis iniurioſis impertitione; de hac commendatur Sarra, quę ab ancilla maximas iniurias audiuit, & patienter portauit. Gen. 16.

Quarto, nulla habita ſibi cōpaſsione, ſub hac

Exo. 1. probati ſunt filij Iſrael, quibus pręfecti Pharaonis nullam habebant compaſsionem in eorum laboribus.

Gen. 39. Quinto, mala ſui tractatione. de hac cōmendatur Ioſeph; qui venditus, à fratribus, infamatus a fęmina; coniectus eſt in vincula.

Exo. 2. Sexto, ſui à patria expulſione, Sub hac, fuit Moyſes expulſus de Aegypto à Pharaone.

Iob. 1. Septimo, flagellorum percuſsione, & verberatione. In hac præcipuè fuit Iob percuſſus, & flagellatus à diabolo.

1. Reg. Octauo, aſsidua perſequutione: hanc perpeſſus eſt Dauid, capitulis pluribus à Saul; qui vſque ad mortem non deſtitit Dauid perſequi, vt patet ibidem.

Nono bonorum temporalium amiſsione. De hac laudatur ſanctus Euſtachius, & Iob. a quibus bona fortunę, & naturæ, ſcilicet filij, fuerunt ablata.

Gen. 11. Decimo; conſolationis ſubtractione; In hac fuit Abraham in Vr Caldęorum .i. igne. Tres

Dan. 3. pueri, in camino ignis per tempus. Suſanna,

Dan. 13. qui omnes in principio priuati videbantur hominibus conſolatione; tandem patientia ſunt recreati dulcedine ipſa diuina.

Vndecimo, Diaboli infeſtatione aſsidua; vt fuit in Paulo Apoſtolo; cui erat datus carnis ſtimulus.

Duodecimo, & vltimo, illius, quod homo appetit ſubtractione. hac fuit probatus Tobias ſenior, lumine oculorum orbatus, pro tempore: ſed patienter ferendo, reiterato à Deo lumen ipſum recepit. Pręfatis ergo modis, vt patet ex ſcripturis virtus patientiæ declaratur. Et ſi doctores alios aſsignent; ad prædictorū, vel aliquem præmiſſorum poſſunt reduci. Verum, cum ſancti, iam dictis modis, probati à Deo fuere; nec prędicti contra inferentes turbati, aut malum pro malo, corde, voluntate, nec opere reperti ſunt reddere; imo eis compati; pro inferentibus deprecari; eiſque humiliter, & benignè indulgere; ob patientiam prefectum opus habentes, patientię viciſsitudine præmiantur à Chriſto: Quorum exemplo vir glorioſus beatus Franciſcus, patientię quo ad præfata oſtendit virtutem non ſolum poſtquam Chriſtum perfectè induit religione incepta: ſed in habitu ſeculari exiſtens: ſub pręfatis patientię modis agitatis, quia tolerauit cuncta patienter, Chriſto Ieſu in hoc reperitur conformis: prout hic fructus quintus, & conformitas quo ad ſecundam partem nititur demonſtrare. Fuit enim beatus Franciſcus ſub prędictis modis.

Sub primo modo fuit. ſ. Infirmitate, & corporis paſsione, ſecularis exiſtēs: quia enim ignorabat cœleſtis alloquutionis, arcanum; facta eſt manus domini ſuper eum; & caſtigatus fuit exterius prolixi langoris grauedine; & clarificatus fuit interius ſancti ſpiritus vnctione. Factus frater; quia naturæ erat debilis, ſemper erat infirmus, & præcipuè infirmitate epatis, ſplenis, & ſtomaci: & hæc ei acciderant ex corporis, dira pertractatione. Circa finem vero varijs cœpit infirmitatibus laborare, & doloribus continuis comprobari: nec tamen aliquando eſt conqueſtus; ſed pęnas ipſas, ſorores eſſe ſuas, vocabat. Adeo enim in hoc, diuinæ voluntati, concors erat: vt ſemel dicenti ſibi fratri, q̄ rogaret Chriſtum, vt ſecum mitius ageret. Reſpondit cum maximo eiulatu. Niſi noſcerem in te ſimplicem puritatem tuam, ex nunc abhorrerem conſortium; qui auſus es circa me, diuina iuditia reprehenſibilia, iudicare; & proſtratus in terram, oſsibus collīſis, ad dominum inquit. Gratias tibi ago domine Deus meus, de omnibus his doloribus meis, teque mi domine rogo: vt centuplum addas, ſi tibi placuerit; quia hoc erit mihi acceptiſsimum; ut affligens me dolore, non parcas: cum tuæ ſanctę voluntatis adimpletio, ſit mihi conſolatio ſuperplena. In ſuis infirmitatibus non didicit pater cōqueri: ſed ſemper lętitiam ſingularem oſtendere, non conqueſtus aliquando; ſed Deo gratias ſemper agens.

Nota mira. de b.F. charitate: & patientia.

Sub modo ſuo ſecundo. beatus Franciſcus, videlicet Diſplicentiæ omnis illatione: pluries enim, & multiens diſplicentias accepit, & ſuſtinuit. Nam ſecularis dum eſſet, & guerra eſſet inter Peruſium, & Aſsiſium, captus cum pluribus ex ſuis ciuibus, in carcerem miſſus, ibidē per annum ſtetit, donec pax inter Aſsiſinates firmata eſſet, & Peruſinos. In quo carcere, dū eſſet; cum diſplicentiā habere deberet ex his, quæ in carceribus habentur: & libertate, qua carent: vir Dei Franciſcus alijs cōcaptiuis dolentibus, & triſtantibus, ipſe iocundus ſtabat, & alacer, vt adeo ad ſtultitiam ſibi imputaretur. Concaptiuus ergo manens Peruſij, velut alter Tobias, ſuis concaptiuis ſeruiebat, vt poterat. Ac vnum militem, qui iniuriam alteri irrugarat; propter q̄ emiſſus erat ab alijs: Beatus Franciſcus nec ſocietate deſeruit: nec ei adminiſtrare ceſſauit. Poſtquam vero mundo renunciauerat, & fratres habere inceperat, omnis conſolatio aberat; & quantum ad tegumentum: quia villiſsimè indutus: quantum ad locum, quia in ſtabulo quodam, propè Aſsiſium, quod eos capere non poterat: quātum ad lectum, quia terra: quantum ad cibum pręſame, quia nō dabantur eis eleemoſynæ, vtpotè incognitis adhuc; quare rapas comedere eos oportebat, per loca, ad quæ ibant. Quidam dicebant eos inſanos, & luto, & lapidibus impetebantur: & quandoque per caputia trahebantur, & retro reportabantur. Quidam dicebant eos fures, & latrones; nec eos volebant ſub tecto, aut porticibus recipere ad hoſpitandum; & tamen omnia Dei amore libenter, & patienter ferebant. Quapropter beatus

Franciſcus

Franciſcus hunc patientiæ modū volens oſtēdere:& de hoc certiorem facere ſocium ſuum fratrem Leonem, dum iret cum eo tempore magni algoris, de Peruſio Aſsiſium: dixit ipſi fratri Leoni. Quamuis fratres minores in omni terra dent exemplum magnæ ſanctitatis, honeſtatis,& ędificationis;ibi tamen non eſt perfecta lætitia. Et quamuis frater minor illuminet cęcos; contractos extendat; & demones pellat; ſurdis auditum; claudis greſſum;& mutis reſtituat verbum, & ꝙ plus eſt, quatriduanum reſuſcitet mortuum: ibi non eſt perfecta lætitia. Et ſi frater minor ſciret oēs linguas,& omnes ſcientias,& ſcripturas;ita vt ſciret prophetare,& reuelare non ſolum futura;ſed etiā conſcientias aliorum: ibi non eſt perfecta lætitia. Et ſi frater minor loquatur linguā angelica,& ſciat ſtellarum curſus;& virtutes herbarum;& ſint ei reuelati omnes theſauri terrarū; & ſi cognoſceret virtutes, & ꝓprietates auiū, piſcium,animalium, hominum,& radicum,lapidum arborum, & aquarum: ibi non eſt perfecta lætitia. Et ſi ſciret tam ſolemniter prædicare; ꝙ conuerteret omnes infideles ad fidem: ibi non eſt perfecta lætitia. Et cum frater Leo peteret ab ipſo, in quo eſſet perfecta lætitia. Reſpondit dicens. Quando veniemus ad ſanctam Mariam de Angelis ſic balneati,pluuiaque, & frigore congelati: & luto etiā deturpati, ac fame afflicti; & ad portam loci pulſabimus, & portinarius veniet iratus di: Qui eſtis vos? Et nos dicemus. Sumus duo,de fratribus veſtris: & ille econtrario diceret; imo eſtis duo ribaldi, qui itis circumquaque per mundum, pauperum eleemoſynas rapiendo;& non aperiret nobis, ſed faceret nos ſtare ad niuem,& aquam in frigore, & fame vſq; ad noctem. Tunc ſi nos tot impulſus, & iniurias ſine turbatione, & murmuratione tolerabimus patienter,& cogitauerimus humiliter, & charitatiuè; ꝙ ille portinarius veraciter nos cognoſcit, & ꝙ Deus linguam ſuam exercet contra nos; o frater Leo ſcribe: ꝙ ibi eſt perfecta lætitia. Et ſi nos perſeuerauerimus in pulſando; & ille portinarius,tanquam contra importunos,exeat cōtra nos,& diriſsimè nos afficiat alapis; dicens. Recedite hinc,pultrones viliſsimi; & ite ad hoſpitale: qui eſtis vos? penitus hic non manducabitis: Et ſi nos hæc patienter portabimus, & iniuriati; cum amore pepercerimus toto corde: ſcribe frater Leo: quia,ibi eſt perfecta lætitia. Et ſi nos vndique afflictos fame vrgente; frigore affligente,nocte inſuper appropinquante, pulſabimus clamabimus, fletu inſtabimus, vt aperiatur nobis,& ille deinde ſtimulatus, dixerit. Iſti ſunt homines procaciſsimi,& proterui, & ego placabo eos; & exiens cum vno fuſte nodoſo;capiens nos per caputium,& ad terram ſuper lutum,& niues proijciet, & taliter nos verberabit cum fuſte prædicto; ꝙ vndique nos plagis implebit: ſi tot mala; ſi tot iniurias, & verbera; cum gaudio tolleremus; cogitantes,ꝙ pęnas Ieſu Chriſti benedicti, nos tollerare, & portare debemus: ſcribe frater Leo; ꝙ ibi eſt perfecta lætitia. Et addidit. Inter omnia chariſmata ſpiritus ſancti,quæ cunctis ſuis amicis conceſſerit Ieſus Chriſtus,& concedet;eſt,vincere ſe ipſum; & libenter propter Ieſum Chriſtum, & charitatem Dei opprobria ſuſtinere. Nam in omnibus mirabilibus ſupradictis, nō poſſumus gloriari; quia non ſunt noſtra, ſed Dei. Sed in cruce tribulationis, & afflictionis poſſumus,gloriari; quia id eſt noſtrum. Ideo dixit Apoſtolus. Mihi autē abſit gloriari, niſi Gal. 6.
in cruce domini &c. Hęc beatus Franciſcus.

Sub tertio modo,fuit beatus Franciſcus: videlicet, Verbis impetitus iniurioſis; dum perſequutionem patris,voluiſſet ad tempus vitare; & in quadam occulta fouea ſtetiſſet per dies; tandem ſpirituali quadam lętitia,completus, & virtute indutus ex alto; relicta fouea,ciuitatem intrauit Aſsiſij. Quem, cum iuuenes cernerent,& ciues facie ſqualidum, et mente mutatum,ac per hoc alienatum putarent à ſenſu; luto platearum,et lapidibus impeterent,et tāquam inſano,et dementi clamoroſis vocibus, inſultarent. Famulus domini nulla fractus,aut mutatus iniuria; vt ſurdus in omnibus pertrāſibat. Fructus religioſus,& frater(vt docet dominus Bonauentura in ſecunda parte, legendæ maioris) ſtultum indicabat mundanis, extolli fauoribus; gaudebat de opprobrijs, et de laudibus triſtabatur: malebat quidem de ſe vituperium audire, quam laudes: ſciens ꝙ hæc ad ſe emendandum inducerent; illa autē ad cadendum. Et cum laudaretur à populis, fratri mandabat ſocio; vt verba ipſum vilificantia ſuis auribus inculcaret. Et licet inuitè, id ſocius expleret; ruſticum,mercenarium imperitum,et inutile dicendo; exhilaratus tam mente,quàm facie, reſpondebat. Benedicat tibi Deus fili chariſsime; quia tu veriſsimè loqueris: et talia filium Petri Bernardinis,decet audire. Imo ad ſibi dicendas iniurias,et opprobria inferenda, populos inducebat, occultos defectus, palam referando. Vnde in legenda antiqua in capitulo de perfectione humilitatis, ipſe beatus Fran. aliquando, dixit ſocio. Non mihi videtur,ꝙ ſim frater minor; niſi eſſem in ſtatu, in quo tibi dicam. Ecce fratres cum magna reuerentia, et deuotione inuitāt me,ad capitulum; et motus ex deuotione ipſorum vado ad capitulum cum eis. Ipſi autem congregati rogant me: vt annunciem verbū Dei: et prædicem inter eos; & ſurgens prędico illis ſicut docuerit me Spiritus ſanctus: finita prædicatione:ponatur,ꝙ omnes fratres clament aduerſum me,dicentes. Nolumus te regnare ſuper nos; non enim es eloquens, ſicut decet;

decet; & es nimis ſimplex, & idiota, & verecũdamur nimis, talem habere prælatum, ita ſimplicem, & deſpectum ſuper nos; vnde de cętero non præſumas te noſtrum vocare prelatũ: & ſic eijciunt me, cũ vituperio, & opprobrio: non videtur mihi, ꝙ ſim frater minor, ſi eodẽ modo non gaudeo; quando me villipendunt, & cum verecũdia me eijciunt; nolentes, vt ſim prælatus eorum; ſicut quando venerantur, & honorant me; eorum profectu, & vtilitate. Nam ſi gauiſus ſum, cum exaltant, & honorãt me propter profectum, & deuotionem ipſorum; vbi tamẽ animę meę periculum eſſe poteſt; multo magis debeo delectari, & iocundari de profectu, & ſalute animæ meę; cum vituperant me, vbi eſt certum animæ lucrum. Hoc idem habetur in ſexta parte legendę maioris. Et ideo beatus Fran. in ſuis admonitionibus, de hoc tertio, patientię modo loquens dicit. Beatus ſeruus, qui, cum reprehenditur, & accuſatur, illam reprehenſionem, & accuſationem, ita patienter, ſuſtinet ab alijs, ſicut à ſemetipſo. Beatus ſeruus, qui reprehenſus, benigne acquieſcit, verecunde obtemperat, humiliter confitetur, & libenter ſatisfacit. Beatus ſeruus, qui non eſt velox ad ſe excuſandũ, & humiliter ſuſtinet verecundiam, & reprehenſionem de peccato, vbi non commiſit culpam. Hęc beatus Franciſcus.

Fuit beatus Franciſcus ſub quarto patientię modo. videlicet. Si nulla habebatur ei compaſsio. Franc. ſeculari exiſtente: videns eum pater à ciuibus impeti, luto, & lapidibus; habuit ne ſibi compaſsionem? Certe non. Audito ſiquidem pater rumore, quem ciues cõtra filium, faciebant; accurrens omni miſeratione naturali, & compaſsione ſubtracta, non ad liberandum eum, ſed perdendum, pertractum domi, primo verberibus, deinde vinculis angit. Prius enim pater ipſius, inſecutus eſt eum, ob pannos, & equum venditos, pro reparatione Eccleſię ſancti Damiani, de cuius reparatione mandatum à Ieſu Chriſto acceperat, cuius perſequutionem beatus Franciſcus declinans, in quadam occulta fouea, vni ſoli, de ſua domo nota pluribus ſtetit diebus. Inſuper cum iam abrenunciaſſet omnibus, & patri etiã veſtimenta tradidiſſet: nudo ipſo remanente: pater non fuit pietate commotus; vt aliquid ei, de veſtimentis daret; & ꝙ iniquius eſt, ipſum videndo, iam Ieſum Chriſtum induiſſe, & algore deficientem, ad tradendum ei pannum, pro tunica aliqua, nullatenus fuit aliqua pietate, commotus. Sicque Franciſcus à ſuis derelictus, à patre patrum, qui in cęlis eſt, in quem affectum totum poſuerat, benigniſsimè ſuſceptus, abundanter ob patientiam, cuncta peroptata accepit. Et ideo ipſe pater Beatus Franciſcus dixit in ſuis admonitionibus, loquens de hoc quarto patientiæ modo. Non poteſt cognoſci ſeruus Dei, quantam habet patientiam, & humilitatem, dum ſatisfactum eſt ei ſecundum voluntatem, & neceſsitatem ſuam. Cum autem venerit tempus, quo illi, qui debent ſatisfacere ei, faciunt ſibi contrarium; quantam habet ibi patientiam, & humilitatẽ; tantam habet, & non plus.

Fuit etiam beatus pater Fran. ſub quinto modo huius virtutis. f. Patientiæ comprobatus; videlicet ſui mala tractatione. Secularis enim à patre. videlicet, vt viam Dei deſereret, & mundum proſequeretur fuit nequiter tractatus; vtpote verberibus attritus, & vinculis alligatus, ac verbis indecentibus laceſsitus. Frater iam exiſtens, ab epiſcopo Imolenſi fuit expulſus indebite; & quia patienter tulit, iterato reuerſus, ab ipſo laudabiliter eſt ſuſceptus. Sic ipſius ad Soldanum acceſſu captus à Saracenis, qui tãquam lupi accurrentes in oues feraliter comprehenſum, crudeliter, & contemptibiliter pertractarunt, afficientes conuitijs, affligentes verberibus, & vinculis alligantes: vt dicitur in nona parte legendę maioris. Sed quia ſciebat beatos dictos à Chriſto, qui patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum, pręfata omnia Chriſti amore gaudenter ſuſcepit. Et ideo dicit ipſe beatus Franc. in ſuis admonitionibus: exponens illud, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur. Illi ſunt vere pacifici, qui de omnibus, quę in hoc ſeculo patiuntur propter amorem, domini noſtri Ieſu Chriſti, in animo pacem ſeruant.

Math. 5.
Mat. 5.

Fuit beatus Fran. ſub ſexto modo patientię, videlicet, A patria expulſione. Fuit enim perſequutione paterna, ab Aſsiſio effugatus, per dies nonnullos. Quia enim vidit, ꝙ eum reuocare nequiret, de prouincia ſaltem, conatus eſt effugare: vt dicit ſecũda pars legendæ maioris: verum vir Dei beatus Franc. cum bonis paternis abrenuntiaſſet, & à patre, & omnibus liber effectus, ciuitate relicta Aſsiſij, Eugubium perrexit, & ibidem per tempus aliquot manſit. Et quia forti viro omne ſolum, patria eſt. Nec iuxta Apoſtoli dictum ad Hebr. 13 Habemus hic manentem ciuitatem: ſed futuram inquirimus: hinc eſt, ꝙ ſicut beatus Fran. plus de vna patria, quam de alia, non curauit; ita & fratres de hoc ſpecialiter in regula admonuit. cap. 6. dicens. Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem; ſed tanquam peregrini, & aduenæ ſint in hoc ſeculo; in paupertate, & humilitate domino famulantes. Non de expulſione curant à patria. qui locum proprium nullum hñt. Bias. vt dicit Valerius libro. 7. rubrica de ſapienter dictis, amiſſa patria, cum rebus, nihil curauit: quia non ſua iudicabat illa, quæ fortuna quandoque poſſet auferre. Sic & beatus Franc. cęli iã ciuis, de patria mũdi, penitus nihil curauit.

Heb. 13.
Bias philoſophus.

Fuit etiam beatus Franc. ſub ſeptimo patientiæ modo, videlicet. Flagellorum percuſsione. beatus enim Fran. à patre prius, diris eſt flagellis attractus; demum à Saracenis, ac in hoſpitio domini Cardinalis Leonis a demonibus eſt crudeliter flagellatus,& verberatus; verum quia carnem ſuam continuè diſciplinis flagellabat,& abſtinentia edomabat; non cõquerebatur de flagellis corporis; vbi cauſa nõ adeſſet in ipſo facinoris; immo, vt iam dicta demonſtrat dominum deprecabatur; vt ſibi flagella renouaret, & pœnas: vnde dicebat. Pſal. 37. Ego in flagella paratus ſum. Et ideo ipſe Bea. Fran. in ſuis admonitionibus dicebat: beatus ſeruus,qui ſemper manet ſub virga correctionis; nam Deus flagellat omnem filium, quem Heb. 12. recipit. Ait Apoſtolus.

Fuit etiam beatus Fran. ſub octauo modo,patientię probatus.videlicet, Aſsidua perſequutione: dum ſecularis eſſet,perſequutus fuit à patre,& ſocijs, quos deſeruerat; a quibus luto, & lapidibus eſt impetitus. Sed ipſo, ad Deum conuerſo:paterna perſequutio non ceſſauit,nam vbicumque eum reperiebat, ſibi maledicebat. Quod beatus Franciſcus attendẽs, quendam hominem pauperculũ, & deſpectũ in patrem aſſumpſit; cui,& de eleemoſynis dabat, cui, & dixit. Cum videris patrem meum maledicentem mihi; & ego dixero tibi,benedic mihi pater: Signabis me,& benedices vice illius. Sic ergo illo paupere ſibi benedicente: beatus Franciſcus dicit ad patrem. Non credis, ꝙ Deus poſsit mihi dare patrem bene dicentem mihi, contra tuas maledictiones? Sic,& multi deridentes eum, videntes, omnia patienter ſuſferre mirabantur. Frater quoq; ipſius carnalis, nec a perſequutione eius,ceſſauit: immo eum cum alijs deridebat:vnde tempore intenſi algoris,cum vidiſſet beatum Franciſcum pauperculis contectum indumentis, orantem,dixit vni ſuo conciui ironice. Dicas Fran. ꝙ tibi vnam nummatam vendat de ſudore; cui beatus Fran. reſpondit gaudio perfuſus: Ego charè vendam domino meo iſtum ſudorem. Et quia ſeruos Dei nouerat perſequutionibus aſsiduis comprobari velut aurum in fornace; hinc eſt, ꝙ de talibus perſequutionibus nihil curabat: ſed potius appetebat; ac tales, qui huiuſmodi patiebantur vexationes, verbis ſingularibus demulcebat. Vnde cuidã fratri tentatione grauiſsima laboranti; cum Exemplũ. Deum exorare pro amotione eius; nec obtinendo, quod petebat ſe à domino relictum putaret: talia deprompſit beatus Franciſcus. Crede mihi fili,quoniam magis propterea ſeruum Dei te credo: & quo magis tẽtatum,magis à me dilectum, te noueris. Nullus enim ſe ſeruum Dei reputare debet; quouſque per tẽtationes, & tribulationes non tranſierit. Annulus eſt, quodammodo victa tentatio; quo Deus ſibi deſponſat animam ſerui ſui. Plures ſibi, de annoſis meritis blandiuntur: & nulla ſuſtinuiſſe tentamenta lętantur. Sed quoniam ante congreſſum,ſolus eos terror elideret; ſciant ſpiritus ſui debilitatem cõſideratam a domino: vix enim objiciuntur certamina fortia, niſi vbi fuerit virtus perfecta. Signum amplioris eſt gratiæ,nihil in ſeruo ſuo impunè relinquere, dum viuit in hoc mundo. Hæc beatus Franciſcus. vt dicit frater Thomas in ſua legẽda.

Sub nono modo patientię probatus fuit beatus Franc. videlicet, Omnium bonorum temporalium amotione. Nam,& ſi ſponte omnia temporalia reliquerit: tamen ſub ſanctæ paupertatis,indigentiæ,& incommoditatis camino,& patientia fuit. licet enim paupertatem præ alijs, dilexerit,& tenuerit: eam tamen ſeruando, multis indiguit, quorum indigentia, ei ad patientię meritũ fuit, & præcipuè in ordinis exordio,habẽdo rerum penuriam: quia non agnoſcebatur ipſe,nec ſocij; nec tunc aliquis pauper erat voluntarius dimittendo omnia, & oſtiatim mendicando: quare habẽtes defectum panis,& aliorum, comedere rapas, cum ſuis,ob famẽ eſt compulſus. Inſuper, vbi non agnoſcebatur,quia beatus Frãciſcus erat paruus,& deſpectus, panis fruſta non dabantur ſibi tam bona,nec pulchra, ſicut ſocijs; vt patuit, quando ipſe iuit pro pane cum fratre Maſſeo ſocio ſuo,quia frater Maſſeus erat pulcher homo,& beatus Franciſcus non,& tamen in quomodocũq; collatis, beatus Frã. gratias immenſas reddebat altiſsimo. prout dicit legenda antiqua,indignum ſe tãto eleemoſynę dono,profitendo: propter quod temporis in proceſſu,ſemper de eleemoſyna,abiectiora,& deteriora accipiebat fruſta pro ſe,meliora, & albiora alijs fratribus dimittendo. Et quia rebus temporalibus inops fuit, & patienter eorum penuriam ſupportauit;Deus ſibi ad nutũ in eunctis paruit.Vt fructu 16. & conformitate dicetur. Quapropter ei dominus potetat dicere. Elegi te in camino paupertatis. Nam Iſa. 48. relictis omnibus, ſecutus eſt eum.

Sub decimo modo patientiæ probatus fuit Math. 9. beatus Franciſcus,videlicet Cõſolationis ſubtractione. Vbi ſciendum,ꝙ cum beatus Franciſcus in habitu eſſet adhuc ſeculari, & Deum ferventer oraret, dictum eſt illi à domino. Frãciſce omnia,quæ carnaliter dilexiſti, & habere deſideraſti,oportet te contemnere,ac odire, ſi meam vis agnoſcere voluntatem; quod poſtquàm inceperis facere,quæ tibi prius ſuauia videbantur, erunt tibi importabilia, & amara; atque in his,quę prius horrebas; hauries magnam dulcedinem, & ſuauitatem immenſam. Quo factum eſt; vt in his,in quibus homines ſuas ponunt conſolationes, & gaudia,b.Franciſcus per oppoſitum, ad deſolationem

tionem putauit,& afflictionem: nempe mondani in diuitijs,delitijs; voluptatibus corporis; pulchro amictu; carnis delectationibus; & huiuſmodi ſuas ponunt conſolationes; ſed beatus Fran.oppoſitum: Nam diuitias abhorruit; delicias euitauit,frenum ſenſibus poſuit; veſtimẽtis pauperrimis,& viliſsimis vſus fuit; carnem nouis continuè abſtinentiæ modis,coercuit: & quę pertinent ad carnis delectationem,omnino neſciuit: Et quia talibus carere pęnale eſt,& durum: ſic beatus Franc.talium delectationes fugiendo,ſub cõſolationis omnis ſecularis,ſubtractione fuit, ſciens dictum
Gal. vlt. ab Apoſtolo. Qui autem ſunt Chriſti(vti.b.Fr, fuit) carnem ſuam crucifixerunt, cum vitijs,& concupiſcentijs: Quomodo vero id effecerit multis in locis patebit huius operis; & ſpecialiter 19. fructu,& conformitate. Et non ſolum prefatis carere omnino curauit: verum etiam in conſolationis diuinæ ſubtractione,aliquando, à Deo probatus fuit: nam ſemel per plures menſes immaniſsima, non carnis,ſed ſpiritus tentatione probatus,pro cuius amotione, præ ſolito, ſe affligebat ieiunijs, diſciplinis mactabat,& orationi feruentius inſiſtebat; et adeò hęc tentatio erat valida: vt ab ipſo omnem dulcedinem ſpiritus propulſaret, in tantum,ꝙ ſe à Deo derelictum,b.Franciſcus omnino putaret:& cum magno tempore,ſub hac tribulationis vexatione à Deo fuiſſet probatus: die quadam, cum Ieſum oraret cum lachrimis,apparuit dominus dicens. Neſcis tu illud Euangelij:Si fidem,vt granum ſinapis habueris: & dices huic monti mitte te in mare, & fiet? Mons eſt tentatio tua: & cum beatus Franciſcus diceret ſumma fide, & deuotione Chriſto: fiat voluntas tua, ſtatim tentatione fugata,conſolatione fuit repletus diuina.

Sub vndecimo modo,patientiæ beatus Franc. fuit poſitus: videlicet, Diaboli infeſtatione aſſidua. Et quia de hoc dicetur fructu ſeptimo; & conformitate,ſufficiat pro nunc,iſtum modum tangere, & leuiter declarare. Diabolus enim(vt dicetur) diuerſis vijs,& modis conatus eſt beatum Fran: vexare,& à propoſito reuocare. Nam adhuc ſecularis exiſtens; dum die quadam,ad quandam criptam ad orandũ perexiſſet,diabolus ſibi apparens,ei timorem incutere voluit,& horrorem: Nam quædã mulier erat Aſsiſij gibboſa deformiter; quam demon viro Dei Franc. apparens,ſibi ad memoriam reducebat,comminans eidem,ꝙ gibboſitatem illius mulieris iactaret in ipſum: niſi à concepto propoſito reſiliret; ſed Chriſti miles fortiſsimus,minas diaboli vilipendens, intrans criptam: vt Deus dirrigeret viam deuotẽ,orauit. Perſequutionem, quam Franciſcus paſſus eſt à patre,& ciuibus, quis ſuſcitauit eidem,niſi hoſtis antiquus? quem enim cognoſcebat ſui futurum percuſſorem,& deſtructorem: vt ipſum à Dei via retraheret,& ad ſuam proſequendam voluntatem, omni via, eſt conatus,& modo. Et quia ſtatim dicetur in ſeptimo fructu de hoc, & conformitate: ad præſens dimittatur.

Sub duodecimo,& vltimo probationis patientię modo,fuit.bea.Fran illius, quod appetit ſubtractione. Et pro illius euidentia, eſt aduertendum: ꝙ homo naturaliter, tam inclinatione naturæ inſtitutæ;quam peccato proſtratæ,appetit multa;quæ Fran.& ſi aliquando appetierit; nõnulla tamen abhorruit. Quidam, vt habeant diuitias,ab eleemoſynis manus retrahunt: Fr.naturaliter fuit liberalis,& virtute indutus ex alto,petenti pro amore domini, ſi poſsibilitas affooret,dabat libenter. Laſciuia mundi appetitur à multis: hanc horruit beatus Fran:corpus ſuum, à tali præſeruans appetitu. Aliqui appetunt magnitudinem ſtatus. Fran. & ſi militiam appetierit,facta eidem reuelatione, nullatenus amplius peroptauit. Iocis quidam intendunt,& ludis: Franciſcus,& ſi quandoque intenderit; demum tamen omnia reliquit. Orationem fugiunt quidam. Frã. ſecularis adhuc,orationi inſtabat. Crucifixum attendère inter Chriſticolas pauci optant. Fr. adhuc ſecularis paſsionem altè deplorat, & oculos,ex paſsionis lachrimatione, ſanguinolentos tenet. Quidam, Dei non obſecundant mandatis. Fran.voci diuinæ votiuæ obedit,dũ reparare ſancti Damiani Eccleſiam nititur. Multi naturaliter horrent infirmitates leproſorum,& vlcera: beatus Fran.ipſos viſitat,tangit,dat eleemoſynam,& oſculatur. Paternam hæreditatem habere conantur omnes: hanc coram Epiſcopo,patri,beatus Franc.reſignat. Quidam totis ſtringunt mundum affectibus: Fran.nudus proſilit, è mundo. Incommoda declinant multi,& labores: Franc. corpus ſuũ laboribus exponit, & oneribus lapidum. Aliqui inter ſuos mendicare erubeſcunt: Franciſcus verecundia depoſita,eleemoſynam de minimis petere,non horret. Cibo,& potu,& alijs ſuum cum affectu,reficiunt corpus. Fran.tenui cibo,& potu: adeò, vt vix neceſſaria ſumeret ad ſuſtentationem naturæ, carnem ſuam ſub abſtinentia,cohibet. Flagella,& diſciplinas ſibi apponi plurimi negant Fran. hoc corpori ſuo fratri aſino, ingeminat. Mollia ferunt ad carnem plures: Fran. cilicium latenter gerit ad carnẽ,veſtem delicatam nunquam admittens. Pœnas fugiunt omnes. Fran. in pœnis delectatur,& infirmitatibus. Lumen occulorum ab hominibus deſideratur: Hoc Fran.non curans lachrimis eſt orbatus. Velle famam quiſque inhiat: Franciſcus vituperari à cunctis peroptat,& mandat. Mortem omnia condita formidant,& horrent: beatus Fran. ter eam.pro Chriſti nomine habere anhelat. Sciẽtiam mundi quidam charius amplectuntur: beatus Fran

ciſcus

ciſcus hac dimiſſa, docet orationi inſtādū: tota enim beati Fran. vita appetitui mundanorum, & naturali contraria fuit. Quare ſub hoc patientiæ modo, declaratus fuit. omnia, quæ alia appetunt refugiendo, & à ſe remouendo. igitur. 12. præfatis. diligenter cogitatis, apparet, ꝙ beatus Franc. ad ſimilitudinem Chriſti ſub patientia agitatus; probatus in patientiæ virtute; perfectus inuentus eſt: prout dicit ſecunda pars illius quinti fructus, & conformitatis. videlicet. Fräciſcus agitatur. Et ſic patet declaratio totius quinti fructus, & conformitatis.

SEXTVS FRVCTVS, ET Conformitas. Ieſus abiectus cernitur. Franciſcus ſeparatur: Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus abiectus cernitur.

DICET SALVATORIS vita, & conuerſatio, tam in ſui exordio, quam in proceſſu, fuerit omnis humilitatis, abiectionis, & contéptus mundi expreſſiua: ſui tamen abiectionem, & ſi oſtendit in incarnatione, & natiuitate ſemetipſum exinaniendo, formã ſerui accipiens, ac in fine inter latrones eligens crucifigi: hanc præcipuè voluit demonſtrare: quando maiorem honorem (ætate cōderata) à ſapientibus iudæorum recepit. anno rum dum eſſet. 12. quàm poſt doctorum infor mationem ſuis interrogationibus, & reſponſionibus, in medio eorum ſeſſionem, & ipſorum de eo, ſtupidam admirationem reſeruauit: videlicet ſui contemptum, & mũdi deſpectũ, & abiectionem. Pro cuius euidentia, eſt ſciendum ꝙ Saluator, & Deus noſter dominus Ieſus: cuius ſapientiæ non eſt numerus, in ætate duodecim dum eſſet annorum, quo ad corpoream ſubſtãtiam multa peragere complacuit: quæ ſolerter intuentibus exprimũt, in primis abiectionem ſui, & contemptum; & conſequẽter mundanorum cunctorum: exercuit enim plures actus, & ſingulares.

Chriſti exẽplo oẽs minũtur ad mundi, & ſuipſius cõtemptum.

Et primo templum adeundo: oſtendit ſe legi eſſe ſubditum, & ſubiectum. Cum enim lege non aſtringeretur; ſed ſupra legem eſſet; quia Dei filius, voluit tamen legi ſe ſubdere. Sed qua de cauſa, niſi, vt ipſam bonam hactenus oſtenderet fuiſſe? Circunciſus fuit hac de cauſa: ad templum ductus à matre: ſic, & templi aſcenſu, idem oſtendere voluit.

Secunda de cauſa, vt ſe legi ſummittendo; qa lex iuſto non eſt poſita, ſed peccatori: ſe velut hominem peccatorem, tali obſeruantia declarando, ſemetipſum abnegaſſe cunctis declararet fidelibus.

Tertia cauſa adijcitur: vt exemplum præberet, nos diuinis omni affectu, mandatis obtẽperare debere: quia in cuſtodia eorundem retributio multa. Et quantumcũque magnus, etiam ad quæ non tenetur, pro ſui humiliatione aliquando operari condecere ſuo exemplo monſtrauit; ac poſt dimiſſam infantiam, dum homo incipit ratione vigere; ſeruire Deo incipiat: vt egit ipſe. 12. dum eſſet annorum.

Secundo ſui abiectionem, & deſpectum Chriſtus oſtendit in alio actu. videlicet, ſuos parentes deſerendo: nam ignorantibus matre, & Ioſeph, in Ieruſalem ſolus remanſit. Sed hic ſunt aliqua dubia remouenda. No. frater illud. Remãſit puer Ieſus in Hieruſalẽ.

Primum, ꝙ cum virgo ſumma diligentia Chriſtum cuſtodiret; quomodo potuit Chriſtus eam ſic dimittere, vt de hoc ipſa nullo modo perpenderet? Reſpondet Beda, ꝙ cum per aliã viam incederent viri, & per aliam mulieres beata Maria credidit puerum eſſe, cum Ioſeph in comitatu: econtrario, Ioſeph ipſum abiiſſe cum matre: ſic potuiſſe ramanſiſſe ignorante matre. Aliter reſpondet Origenes, ꝙ ſicut inſidiantibus iudæis elapſus eſt de medio eorũ, & non apparuit; ſic dicit factum, cum remanſit in Ieruſalem, ignorantibus parentibus.

Secundum dubium, cum Ieſus nihil magis diligeret excepta humanitate aſſumpta, quàm beatam Virginem: cur eius conſortium ſic dimiſit? Reſpondetur, ꝙ hoc fecit.

Primo, ne in diſputatione fienda parẽtes eius eſſent ad impedimentum.

Secundo, ne ſi parentes ſcirent, & aliud vellet, & ipſe id faceret; de inobedientia poſſet quo quomodo reprehendi.

Tertio, vt oſtendat, ꝙ Deo potius eſt obediẽdum quàm parentibus.

Quarto, ꝙ quæ Deus inſpirat, non debent parentibus propalari.

Tertium dubium, an debuit Chriſtus inſcia matre ſic latere, & tantum dolorem in eam permittere? Reſpondetur, ꝙ Chriſtus decẽtiſsimè ſe habuit ſic peragendo.

Et primo reſpectu ſui: & hoc (conſiderato primo tempore) quia homo ſtatim, cum incipit vti ratione, debet incipere inquirere, & tenere, quæ Dei ſunt: exemplo Tobiæ qui filiũ ab infantia docuit Deum timere, & mandata eius ſeruare. Tob. 1.

Secundo (loco penſato) Aptior locus ad honorandum Deum, nullus reperitur, quàm Eccleſia, vel templum; quare ad ipſum eſt accedendum, vt Deus à nobis honoretur.

Tertio (ſocietate cogitata) bene facit puer, vbi conſortium ſpernendo puerorum, conuerſetur cum probis. ſ. doctoribus, & rectoribus cultus diuini.

Quarto (modo habito inſpecto) caute enim

debet impedimenta vitare, quæ ad benefacien
dum cōiter dantur à parentibus: quare Chri-
ſtus, cum tempore congruo fecerit. ſ. 12. anno
rum: locum aptum adierit, quia Dei templū:
ſocietatem proborum. ſ. doctorum elegerit: &
modum cautum tenuerit, in vitādo parentes;
quo ad ſe optimè in hoc facto, ſe habuit.
Secundo, ſe habuit decenter, incipiendo quæ
ſunt, ad Dei honorem: quod vtique fecit in-
quirendo.
Primo, à perſonis ſcientibus, quia a doctori-
bus: quos interrogabat.
Secundo, tales audiendo: libenter enim au-
diebat illos.
Tertio, interrogando: nam eos interrogabat.
Quarto, in perſeuerando: quia ſedebat in me
dio doctorum. ſ. cum illis.
Tertio ſe habuit decenter: quia Deum prætu
lit omnibus amicis, & parentibus. Et quia hoc
eſt conſonum rationi: quare decentiſsimè
Chriſtus ſe habuit, reſpectu ſui ſic faciendo.
Secundo ſe habuit decentiſsimè reſpectu ma-
tris.
Primo enim amor maternus, ex dolore à ma-
tre, hoc actu ſuſcepto declaratus fuit.
Secundo declarauit quantam confidentiam
haberet in matre, quam ſciebat ſibi condeſcē
dere in omnibus: ſicut illa, quę Deo erat ſem
per conformis.
Tertio referauit Chriſts eam plus diligere
amore ſpirituali, quàm carnali, dum ſic egit.
Quarto, vt in tali actu ſe Deum eſſe demōſtrā
do; quanta eſſet Maria, quæ ipſum genuit de-
clararet.
Tertio habuit ſe decentiſsimè, quo ad nos.
Nam oſtendit paternitatem diuinam præpo-
nendam paternitati carnali: nec parentum
quærimonijs ab his, quæ Dei ſunt ceſſandum:
ac in his, quę ſunt contra Deum non obedien
dum. Et ſi in ſcijs parentibus, ab eis abſenta-
mur: non faciamus, gratia male agendi, ſed
bene: quia ipſe templum adijt, & Dei patris
honorem quęſiuit. Quare præfatis patet reſpō
ſio ad dubium; quòd Ieſus decēter ſe habuit.
Quartum dubium, quare ſic agere voluit?
Reſpondetur.
Primo ad Virginis patientiam comproban-
dam, & demonſtrandam: quia ad tēpus Deus
cōſolationes ſuas retrahit: afflictiones immit
tit, vt probet: vt factum eſt in Tobia.
Secundo, vt ſollicitudo ipſius, ad filium inqui
rendum, quanta eſſet oſtenderetur.
Tertio, ad commendandum eorum, ſcilicet
Marię, & Ioſeph deuotionem: qui Chriſtum,
non eſſe cum eis videntes, ſemper inquieti fue
runt.
Quarto, vt declararet, quāta cuſtodia eſt Chri
ſtus à nobis retinendus, dum apud nos eſt: cu
ius abſentia ingerit tantam mæſtitiam, & do-
lorem.

Quinto, ad oſtendendum, ꝙ Deus non ex affe
ctu carnali ſe reuelat: ſed potius ſpirituali, à
matre pro tempore ſe ſe abſcondit.
Sexto, vt declararet, ꝙ Deus non omnia vni,
& ſimul reuelat: ſed vnum poſt aliud pro lo-
co, & tēpore. Quare prętatis ſic agere voluit.
Ex quibus declaratis apparet, ꝙ Chriſtus vo-
lens oſtendere abiectionem ſui, & abnegatio-
nem; non parentes amplexus eſt, ſed deſeruit:
cuius comitatu, nec deſpectus videretur, nec
derelictus.
Tertio oſtendit deſpectum, & ſui contemptū,
nullis adminiculis corporalibus ſe muniēdo,
ſed omnibus ſpoliādo: nam ſicut in Ieruſalem
remanſit ſolus; ſic priuatus pecunia, domo, le
cto, & victu: quia nec panem, nec vinum, ſecū
habuit: quare ſic omnia dimittēdo, & ſoli di
uinæ prouidentiæ committendo; ſui contemptū
oſtendit cum abnegatione.
Quarto idipſum, videlicet abnegationem ſui,
& abiectionem oſtendit alio actu. ſ. de ſe ni-
hil præſumere declarando, & oſtendendo: Si
enim ſe ad docendum iniecisſet, faſtum, & ela
tionem appetere fuiſſet viſus: quia vero non
docuit cum Deus, & doctor maximus eſſet, ſic
agendo, videlicet interrogando, & reſponden
do, & non principaliter docendo: nō laudem
ſui appetere, ſed contemptum: velut inſcius
velle adiſcere declarando oſtendit.
Quinto, in actu alio oſtendit ſe abnegaſſe ve-
raciter, videlicet reuerenter ſe habēdo: quod
patuit, quia non rectus ſtetit; ne imperare, ſed
docere velle oſtenderet; ſed ſedit: nec ſupra
eos ſedit, nec in capite, ſed in eorum medio:
quare locus oſtendit Chriſti innatam humili-
tatem, & eius à ſe abnegationem, cum ſupra
eos, vt Deus, & Imprator debuiſſet ſedere.
Sexto, in alio actu, hoc idem oſtendit humili-
ter reſpondendo: maximus. n. faſtus apparet
multoriens ex loquela; ſicut patuit in Nabal
carmelli Dauid deſpiciente. Et in Siba filio 1. Reg. 25.
Bochri; Ac in Roboam filio Salomonis; Sic, 2. Reg. 20.
& ſui profunda humilitas, & cōtemptus in hu 3. Reg. 12.
mili reſponſione: quod vtique egit puer Ieſus
non docendo: ſed humiliter ad interrogata
reſpondendo; quod declarauit, & ſuam abie-
ctionem: & nobis exemplum præbuit, quem
modum in reſpondendo haberemus tenere.
Septimo oſtendit ſui contēptum in alio actu,
videlicet morigeratè in cunctis ſe habendo, in
ipſorum doctorum, non deſpectione, ſed vene
ratione, in reſponſione, & interrogatione. Et
quia prudenter, humiliter, & benignè ſe in cū
ctis gerebat: merito ſuper doctrinam tam mo
rum, quàm ex interrogationibus eius, & re-
ſponſionibus, qui audiebant mirabantur: Mo
res enim exterius, compoſitæ mentis, & humi
lis ſunt ſigna euidentia: Cuius oppoſitum plu
res faciunt, deſpiciendo omnes, & quo ad mo
res, ſtatum, & doctrinam: ſicut iudęi egerunt

circa cęcum à natiuitate à Chriſto illuminatum; cuius verba deſpexerunt cum omnibus.
Ioan. 9. Octauo, Deo omnia tribuendo: hoc expreſsit non de ſe alta ſapere, ſed contemptum ſui.
Nabuchodonoſor ciuitatis Babiloniæ ſtructuram, non Deo: ſed ſibi tribuebat. Herodes id
Dan. 4. Act. 12. ipſum fecit de ſua eloquentia; quare à Deo puniti fuere. Sed puer Ieſus omnia tribuit patri: patet ex loco, in quo ſtabat, quia in templo: quare non contraria peragebat his, quę fieri debent in templo: quæ ſunt, gratias agere Deo, & omnia tribuere eidem: ſicut egit
1.Paral. vlt. Dauid, quando dixit, Quæ dedimus tibi, hæc tua ſunt, & de manu tua accepimus. patet etiam ex reſponſione data matri. Et ideo dicere poterat tunc, quod poſtea dixit iudæis.
Ioan. 8. Ego gloriam meam non quæro, ſed eius, qui miſit me: quare Deo omnia tribuendo ſeipſum abnegaſſe hoc actu oſtendit.
Nono Dei patris, quæ ſunt ad honorem exequendo. Non ſua debet quis quærere: quia nec ſuam voluntatem facere: qui ſemetipſum abnegat cum Chriſto: ſed voluntatem eius, qui miſit eum, ſcilicet Dei patris: quod Chriſtus oſtendit temporis in proceſſu, dicens.
Ioan. 8. Ioan. 6. Quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Non veni, vt faciam voluntatem meam; ſed eius, qui miſit me patris: quare & puer idipſum matri reſpõdendo deprompſit dicens. Neſciebatis, ꝙ in his, quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? id eſt, quia me ipſum propter formam ſerui, quam ſuſcepi abieci: oportet me eſſe, & quærere, quæ ſunt, ſcilicet pro honore patris mei?
Decimo oſtendit ſui abiectionem in triduo: ſtipem ſecundum Bernardum Hoſtiatim quærendo. Cum enim remanſerit in Ieruſalem ſine pecunia: & tanta de ſua ſapientia oſtenſa virtute: non fuit inuitatus ab aliquo, nec hoſpitio receptus: ſed inter pauperes commorãdo, quos amabat: more eorum mẽdicando victum quæſiuit. O quanta abnegatio ſui, & contemptus: vt Deus homo: puer delicatus, & verecundus: panem oſtiatim expetendo acceperit. Confunditur humana ſuperbia tanta, & ad talia inclinatione ſummi Dei. Hic eſt actus per quem præſens fructus principaliter ponitur, quo ad primam ſui partem dicens. Ieſus abiectus cernitur. Nonne tibi abiectus Ieſus videtur derelictus ab omnibus: à nullo receptus, & inuitatus: ſtipem quæritando per domos: & forte ſic quærendo expulſus à pluribus: nec victus datus, vt petebat: nec hora, qua indigebat: nec forte in tanta quantitate, vt ei opus erat? Quare hunc actum præ alijs meditando, Ieſum ſe contempſiſſe omnibus euidenter apparet; qui omnes paſcit, & alit: ſibi parui cibi, & potus denegat ſubuẽtionem: niſi acquirat mendicando. Filios Iſrael pauit in deſerto quadraginta annis, cibo miſſo de cœlo. Eliam pauit per coruum primo: demũ per Angelum. Nonne poterat ſibi per Angelos, deferri facere cibos, ſicut fecit ſuo pacto ieiunio? Certe ſic. Sed id fecit, vt in nullo eſſe, & ſtatu de noſtra abiectione confunderemur, ac Dei amore omnia libenter ſufferremus: & noſcet ſe homo ad perfectionem poſſe nullatenus peruenire, ſi non ſibi ipſi ſit per omnia abnegatus.
Vndecimo oſtendit ſui contemptum Chriſtus conſortium magnorum deſerendo, & humilium appetendo. Cum enim ſimile iungatur ſimili: Ieſus noſcens humilitatem, & abiectionem ſuę pijſsimæ matris, & ſuperbiam doctorum, ipſos deſeruit: & ad matrem pergens ſibi ſimilem, cum ipſa permanſit.
Duodecimũ, quod Chriſti acclamat abiectionem, & oſtendit, eſt ſe matri, & Ioſeph per omnia ſupponendo, & ſubijciendo. Quod Deus ſe ſubijciat, & ſpecialiter vni mulieri: hoc eſt ſignum euidentiſsimum ſuæ abnegationis, & abiectionis, cõtemptus ſui, & deſpectus. Quo peracto Ieſus non ſolum perfectæ ſuæ abnegationis dedit exemplum, ſed multorum oſtẽdit diſciplinam.
Primo, vt homo non attendat, cui ſubiicitur, ſed propter quẽ: Ieſus mulieri, & Ioſeph ſubiectus perſonis abiectis, ſed propter Deum.
Secundo oſtendit, quorum conſortium abnegans ſe, debet habere: quia non ſuperborum, non. n. ſtant duo contraria ſimul, ſed humilium: Ieſus Chriſtus deſerit conſortium doctorum, & vadit ad ſtandum cum matre, & Ioſeph.
Tertio, oſtendit cuncta obedire ſuæ matri Mariæ, ex quo ipſe, qui omnium eſt creator obedit reuerenter. Multa alia poſſunt dici: ſed ſufficiant præfata.
Pręfatis. 12. non ſolum noſtri Saluatoris oſtẽditur abnegatio, & abiectio: ſed & conſequenter mundi contemptus abdicatio perfecta, & deſpectio: & quòd ita ſit, apparere poterit diſcurrendo per modos præfatos.
Primo, quia ſi quæ ſunt mundi dilexiſſet, nec templum adijſſet, vt faciunt mundani, nec ſub iectum, ſe legi oſtẽdiſſet: immo ſupra legem, cum ſuperbia vigeat in mundanis. 1.Ioan.2.
Secundo non parentes declinaſſet, immo ſecũ habere voluiſſet: quia cum deſertione parentum ſtat mundi contemptus: vt dicit ipſe Saluator.
Tertio non ſe exuiſſet adminiculis corporalibus: cum mundani non in Deo, ſed in mundo ſpem ſuam figant.
Quarto non reuerenter ſe ad alios habuiſſet; ſed præſumptuoſe ſe ad docendum inieciſſet, proprium, & non aliorum honorem quęrẽdo: nam mundani, teſte Pſalmiſta dicunt. Linguã noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter dominus eſt. Pſal. 11.
Quinto nec locum in medio, ſed ſupra eos vel

primum quæſiiſſet: ſicut quęrebant mundani
Math. 23. Phariſæi. Primos accubitus in cœnis, & primā
cathedram in ſinagogis: & ſalutationes in fo
ro: & vocari ab hominibus Rabi.

Sexto non humiliter reſpondiſſet: immo op-
Exo. 5. poſitum, ut Pharao fecit Moyſi dicens. Ne-
ſcio dominum: & Iſrael non dimittam. ſic fe
cit & Sedechias: qui percutiendo Micheam
prophetam in maxillam, voluit φ ſuum ſerua-
3.Reg. 22. retur verbum, & non Micheæ. Achitophel, qui
2. Reg. 17. ſuperbus non videns factum conſilium ſuum,
ſe ſuſpendit.

Septimo in ſuis verbis ſe morigeratē non ha-
buiſſet, nec in geſtis: quia mundanis eſt patēs
Pſal. 5. guttur eorum, vt Pſal. dicit. ac mores mali cō
ſequentur: quia mores bonos corrumpunt
colloquia mala: patet hoc in Iaſone Iudęo;
qui moribus ſanctis dimiſsis: mores induit
1. Mach. 4. & 8. græcorum, & mundanorum: & quales fuerint:
habentur in libro eodem.

Octauo, Deo non omnia attribuiſſet: immo
mundani dicunt ſemper illud. Gloriam meam
alteri non dabo. patet hoc generaliter in hy-
pocritis, qui quæ agunt, non Deo, ſed ſibi vo-
lunt attribui.

Nono, quæ ſunt ad Dei honorem nō quæſiiſ-
ſet: quia mundani omnes, quæ ſua ſunt quę-
Philip. 2. runt: vt dicitur Apoſtolus: non quę ſunt Ie-
ſu Chriſti.

Decimo non abieciſſet diuitias, nec mendi-
caſſet: quia mundanis eſt inimica paupertas,
neque voluntaria: immo ad habendum diui-
tias aſsiduē inardeſcunt: quia tales omnes
ſtudent auaritię, vt dicit ſcriptura.

Vndecimo non humilium appetiiſſet conuer-
ſationem, & ſocietatem, ſed magnorum: nā
mundanus diues Lazari conſortium deſpicie-
Luc. 16. bat. Sic & iudæi dicentes ſe nolle ſocietatem
Chriſti. Tu diſcipulus (inquiunt ad cęcum illu
Ioan. 9. m natum) illius eſtis; nos autem Moyſi. &c.

Duodecimo non fuiſſet ſpontē ſubiectus hu-
milibus. Nam mundani potius ad præſiden-
tiam habendam ſtudent, quam ſubiectionem,
Iud. 1. ſicut patuit in Nabuchodonoſor; qui omnem
terram ſuo Imperio optabat ſubijci. Sic Ale-
1.Mac. 1. xander Macedo. & ſic de alijs. Quare diligen-
ter attentis omnibus ſupradictis, apparet eui
denter Saluatorem noſtrum, & ſe abieciſſe, &
mundum penitus deſpexiſſe: abiectione ſui,
mundi contemptus ab eo apparet: & non ecō
trario, cum multi abnegent mundum, qui nō
ſeipſos: ſicut hypocritæ faciunt, & multi alij
religioſi, voluntatem propriam nunquam de-
ponentes. A Chriſto exemplum accipiēdum
eſt mundi contemptus; qui cum omnibus lici
tē poſſet vti, omnia tamen abiecit, cum ſe, &
feciſſe ſic, prima noſtri huius fructus pars di-
cat, φ Ieſus abiectus cernitur. Sed cur Ieſus
Chriſtus voluit ſe abnegare, & mundum ſic de
ſpicere? Certe vt ageret prius, quod demum
prædicaret. Abnegationem docet ſui exem-
plo, vt dictum eſt, & verbo, Qui vult poſt me Math. 16.
venire, abneget ſemetipſum &c. Mundi abne-
gationem oſtendit: quando diſcipulos omni
bus ſpretis, habere voluit: nec ipſos, quę ſunt
mundi habere, vel poſsidere: vt patet Mathæi. Math. 10.
Exemplo ergo Chriſti, & verbo inducti: pri-
mo abnegemus nos, & demum mundum fun-
ditus contemnamus: ad cuius contemptum
non ſolum Chriſtus inducit, ſed multa alia.

Primo enim mundum eſſe cōtemnendum do- Mundū eſſe contēnendū teſtātur multa.
cet ſcripturę ſacræ monitio, & auctoritas.
Clamat enim Ioan. d. Nolite diligere mun-
dum, & ſequitur qua de cauſa: quia omne, 1. Ioan. 2.
quod eſt in mundo, eſt concupiſcentia carnis,
oculorum, & ſuperbia vitæ, & cum hęc tria, ra
dices ſint omnium vitiorum: qui vitia vult á ſe
ſeparare, mundum debet abdicare.

Item clamat. Mundus eum non cognouit. Ioan. 1.
Qui ergo cupit Dei notitiam habere: mundi
caliginem á ſe debet abijcere.

Item clamat Diabolum mundi principem.
Qui ergo non vult ſub Diabolo ſtare: mundū Ioan. 14.
debet abnegare.

Item clamat, Mundum preſſuram inferre. Qui Ioan. 16.
ergo optat pacem habere: mundum debet á
ſe remouere.

Item clamat Mundum ſanctos odire. Qui er- Ioan. 16.
go cupit conſortium ſanctorum: contemptor
debet eſſe mundanorum.

Clamat Paulus, mundum ſtultitia plenum. 1. Cor. 3.
Quare qui vult ſapientiam poſsidere: ab hac
mundi ſtultitia debet cauere.

Item clamat, mundum eſſe fugacem, quia præ 1. Cor. 7.
terit eius figura: quare, qui eſſe ſemper deſi-
derat: mundum certe non diligat.

Item clamat mundum plenum guerris, & pu- Eph. 6.
gnis. igitur qui ſecuritatem conſiderat: mun-
dum iam abijciat.

Clamat Ioannes, mūdum laqueis hoſtium ple
num. Qui igitur libere cupit incedere, debet 1. Ioan. 5.
mundum abijcere.

Item clamat mundum plenum falſitate, & va-
cuum veritate. Qui ergo ſcire optat veritatē 1. Ioan. 4.
mundi fugiat falſitatem.

Item clamat mundum ineptū ad ſpiritus ſan-
cti ſuſceptionem: Quare qui ſpiritum ſanctū Ioan. 14.
cupit accipere, debet mundum refellere.

Clamat Paulus mūdū dānandū. Quare, ſi cupis 1. Cor. 11.
ſaluari: ad mundi contēptum debes animari.

Clamat ſcriptura, in obliuione Dei, & homi-
num eſſe mundi amatorem. Quare homi- Eccl. 14.
nes non debent eſſe mundi dilectores. Multa
alia ſcriptura ponit; quibus inducit, vt mun-
dus á nobis nullatenus diligatur.

Secundo, ipſum mundum deſpiciendum oſtē- Male conditiones mundi.
dunt ipſius mundi prælia, & mala conditio;
Mundus enim eſt.

Primo, vallis lachrimarum, & fletuum ad quā Iud. 2.
flentes intramus.

1.Ioan.5. Secundo mundus eſt poſitus in poteſtate tenebrarum, & demonum :

Pſal. 103. Tertio omni genere periculorum plenus vt-
Iſa. 24. pote mare.

Hier. 6. Quarto omni dolo, & fallacia refertus.

Gen.14. Quinto ſe amantes non permittit cœleſtia cogitare, ſed ſolum terrena.

Iſa. 13. Sexto homines peſsimos in ſe permittit habitare. In ipſo habitant vlulę, & piloſi &c.

Sap.6. Septimo eſt tenebroſus, & veritate priuatus.

Eccl. 1. Octauo inſtabilis lubricitate.

Sap. 5. & Nono plenus laboribus, & doloribus.

Eccl. 2. Decimo immundus, contagioſus, & plenus
Sap. 14. immudiciarum ſtercoribus.

Vndecimo eſt rota volubilis, & impermanēs.

Pſal.82. Duodecimo eſt fornax homines diuerſis vitijs incendens: quibus inſpectis, à mundo per eius contemptum, eſt egrediendum.

Tertio ad mundi contemptum inducit nos, eorum, quæ in mundo reperiuntur, conſidera-
Oſeæ. 4. tio. Non eſt veritas, non eſt miſericordia, nō eſt ſcientia in terra: nam maledictum, mendacium, & homicidium, furtum & adulterium
Eccl. 1: inundauerunt ſuper terram. Omnia vanitas, & afflictio ſpiritus. In mundo ſiquidem reperitur nihil boni, ſed mali: nihil perfectionis, ſed imperfectionis: nihil vitæ, ſed mortis: nihil virtutis ſed vitiorum. In ipſo ſiquidem eſt Superbia. Iactantia. Ambitio. Arrogantia. Irreuerentia. Inobedientia, Contemptus. Conuitium. Contentio. Diſcenſio. Præſumptio. Inuidia. Dolus. Fraus. Odium. Detractio. Malitia. Nequitia. Ira. Inimicitiæ. Rancor. Dolor. Lepor. Accidia. Clamor. Blasfemia. Contumelia. Triſtitia. Planctus. Luctus. Inquietudo. Immunditia. Auaritia. Fallacia. Inconſideratio. Præcipitatio. Deriſio Dei, & ſuorum mandatorum. Mutabilitas. Imperſeuerantia. Inconſtantia. Tentatio diaboli, & afflictio mundi. merito quia hæc, vt patet intuentibus in mundo reperiuntur: quare conſequenter qui amicus eſt huius mundi: concluditur, ꝙ ſit Dei ini-
Iacob 4. micus, vt dicit Iacobus in canonica ſua.

Exempla mutabilitatis fęlicitatis mundanæ.

Quarto ad mundum cōtemnendum inducit, hominum diligentium mūdum pertractatio, quid fuerunt, quid ſunt, & vbi ſunt. Si quæras quid fuerunt, Imperatores? & Monarchæ? Reges? Duces? Comites? Satrapę? Magiſtratꝰ? Tyranni? Cōſules? Præſides? Præfecti? Principes? Barones? & Nobiles? & qui alias dignitates, & gradus habuerunt? ita ꝙ magni fuerunt, non exemplificando de prętatis, breuitatis cauſa: omnes tamen homines mortales, vt nos ſumus fuerunt. Sed præfati quid ſunt? certe mortui ſunt: nihil de mundo ſecum portarūt præter peccata.

Sed libet intueri mente, & attendere: vbi ſunt huius mundi amatores, ſcilicet Cain crudelitas: qui fratrem ſuum Abel occidit?

Gigātū proceritas, qui fuerūt in diebus Noe.

Nembrot oppreſsio? fuit enim robuſtus venator hominum ideſt oppreſſor?

Nini imperium: qui fuit primus Rex Aſsiriorum?

Semiramidis intemperantia? quę etiam filiū proprium cognouit?

Zoroaſtris Bactrianorum Regis incantatio: qui artes magicas inuenit?

Regum Pentapoleos carnis ſpurcicia: qui tūc cęlitus conflagrati fuerūt cum omnibus ſuis?

Pharaonis regis Aegipti rebellio: populum mandato Dei nolentis dimittere?

Cadmi Thebarum cōditoris fœlicia exordia: qui à Tiro venit Boetiam: & Thebas ædificās, ibidem regnauit, vxore dotatus & filiabus; ſed non ſic fœliciter deceſsit: interfectis filiabus à viris & nepotibus: ipſe factione Agenoris à regno pulſus, vſque in exitum infęlicem duxit vitam?

Vbi eſt Aeetę Colcorum Regis magnificētia, quam oſtendit Iaſonem Theſalum recipiēdo cum ſuis?

Vbi eſt Iaſonis proditio: qui proditorie Medeam filiam dicti Aeetę capiens; ipſam etiam prodidit, & decepit?

Pelei ſagacitas: qui Iaſonem direxit pro aureo vellere, vt moreretur?

Vbi leges Minois regis Cretenſis?

Adoniſedech iniquitas: ſub cuius menſa, vt canes comedebant ſexaginta Reges amputatis manuum, & pedum ſummitatibus?

Vbi Eglon Regis Moab ad filios Iſrael hoſtilitas?

Vbi Siſarę Regis Madian in finibus Iſrael diſſipatio?

Vbi Lai, nè filius cū interficeret, ſcilicet Oedipus præuiſio?

Vbi eſt Oedipi valor: qui neſciens matrem ſua probitate in vxorem accepit, patre interfecto: ſed tandem dolore cęcus, vita infœlici deceſsit?

Vbi Thieſtis, & Atrei diſcordia: ob quam Atreus occiſis tribus filijs Thieſtis: carnes ad comedendum & ſanguinem in vino mixtum, ad bibendum patri dedit?

Vbi Theſei vigor: qui tot probitates geſsit cum Iaſone pro aureo vellere? cum Hercule contra Amazonum Reginam? in inferno mira fecit: liberauit Athenas à Cretenſibus: & multa proba geſsit facinora: ſed expulſus à ſuis infęlicem duxit vitam?

Vbi Herculis furor?

Vbi Laomedontis ſtrenuitas Regis Troianorum?

Vbi Priami maieſtas; quę digna Imperio cenſebatur?

Agamemnonis Regis, & Ducis Gręcorum prudentia?

Vbi eſt dolus Vliſsis?

Vbi Diomedio loquacitas?

Vbi Hectoris fortitudo?
Vbi concupiſcentia Paridis?
Vbi Achillis impetus?
Vbi Pirrhi in Poliſſenam, & Troianos vindicatio?
Vbi Saulis Hebreorum primi regis proceritas?
Vbi Goliath exprobratio?
Vbi Ieroboam contra Deum ingratitudo?
Vbi Zara Ethiopum gentis multitudo?
Vbi Sardanapali incontinentia & muliebritas?
Vbi Senecharib contemptus contra Deum?
Vbi Aſtiagis prouidentia, ne à Ciro nepote ſibi regnum tolleretur?
Vbi Ciri Perſę dominandi auiditas?
Vbi Darij carnalitas?
Vbi Xerſis exercitus?
Vbi Nabuchodonoſor ſuperbia?
Vbi Balthaſar inſania?
Vbi Candauli Lidorum regis opulentia?
Vbi Creſi diuitię?
Vbi Amulij ambitio?
Vbi Suffecij verſutia?
Vbi Hoſtilij ſeuetitas?
Vbi Priſci deceptio?
Vbi Tarquinij inuaſio?
Vbi Holofernis ferocitas?
Vbi Ariopaſtis fraus?
Vbi Melciadis Athenienſis victoria?
Vbi Alcibiadis pulchritudo?
Vbi Hanonis Chartaginenſis appetitus?
Vbi Dionyſij tirannides?
Vbi Policratis fortuna?
Vbi Agathoclis cautela?
Vbi Philippi Macedonis ſeuitia?
Vbi Alexandri Magni audacia?
Vbi Demetrij arrogantia?
Vbi Ptolomeorum Regum Aegypti vita infamis?
Vbi Vexoris dominium?
Vbi Seleuci improbitas?
Vbi Eudoxi philoſophi mendacia?
Vbi Iugurthę exercitatio?
Vbi Marij aſpectus?
Vbi Mitridatis cuſtodia?
Vbi Cęſaris ſagacitas?
Vbi Pompei expeditio?
Vbi Octauiani proſperitas?
Vbi Marci Antonij temeritas?
Vbi Herodis impietas?
Vbi Gaij ad malum auiditas?
Vbi Neronis voluptas?
Vbi Vitelij guloſitas?
Vbi Domitiani præcipitatio?
Vbi Diocletiani aduerſus Chriſtum contemptus?
Vbi Maximiani inconſtantia?
Vbi Iuliani apoſtaſia?
Vbi improborum Romanorum Imperatorũ, quo ad plures dira dominatio?
Vbi Theodorici malignitas?
Vbi Totilę flagellum? & ſic de ſimilibus. Iſti fuerunt in ſeculo, & mundo ob dignitates, & dominia viri famoſi, mundi glorię intendentes, eam optantes, & habentes. Sed quis horũ extitit finis, & terminus? certe cuiuslibet fuit malus, & prauus.

Cain enim fuit à ſuis deſcendentibus, videlicet Lamech ſagitta petitus. Gen. 4.

Gigantes ſubmerſi ſunt in diluuio. Gen. 7.

Ninus Rex Aſsiriorũ primus ab aduerſarijs ſagitta illius obijt.

Nembroth linguæ diuiſione ſuo deſiderio de imperando omnibus fruſtratus fuit.

Semiramis à filio ſtuprata eſt occiſa.

Zoroaſter Nini gladio infęliciter eſt mactatus.

Reges Pentapoleos igne cœleſti ſunt cremati.

Pharao in mari rubro cum ſuis ſubmerſus.

Cadmus (vt dictum eſt) poſt fęlicia infœlix factus, apud Illirios latebram petens, poſt regni amiſsionem, morte perijt ignota.

Aeetes Colcorum Rex filio Aegialeo interfecto à filia Medea furtiuè à Iaſone rapta, vitã infœliciſsimè duxit.

Iaſon decepta Medea, ipſius factione Medeæ, filios proprios ipſa tradente comẽdit.

Peleus regnum dare inuitè ſuo nepoti Iaſoni eſt coactus.

Minos filius Paſiphaes Solis filię: & Cretẽſium Rex, filij mortem dum cupit vindicare, à Theſeo expulſus adulterio vxoris, & filiarum cum Theſeo, dum fugacem Dedalũ ſequitur: apud Siculos à filiabus Cocali ipſe mortem inuenit.

Adoniſedech ab Iſraelitis captus ſummitatibus manuum, & pedum amputatis, quę alijs geſſerat; ipſe excepit.

Eglon ab Aioth ſicca in adipẽ immerſa obijt.

Siſara a Iael, clauo in tempore infixo occiditur.

Laius iuxta accepta à dijs à filio Oedipo incognitè eſt occiſus.

Oedipus deſponſata matre, & occiſo patre, dum hæc ſciuiſſet, regijs inſignijs depoſitis: dolore oculis ſibi erutis: tandem poſt mutuã cędem filiorum, Creontis imperio catenis onuſtus, in exilium eſt actus.

Tyeſtes ob ſtuprum cõmiſſum in cognatam: & Atreus crudelitate ambo infęliciter obijerunt.

Thereus poſt multa facta, Ippolito filio ſuggeſtione falſa Phędre vxoris occiſo: ab ingratis ciuibus repulſus, apud Syrum inſulam infęlicis vitæ diem clauſit extremum.

Laomedon in prælio à Iaſone, & Hercule proſternitur.

Priamus poſt tam magna facta in Troia, & regnorum ſubiectionem: à Græcis decennio obſeſſus fraude, capta ciuitate, à Pyrrho crudeliter poſt amiſsionem filiorum, & omnium eſt mactatus.

Agamemnon Clitenneſtrę vxoris ab Aegiſtho cognitę factione occiditur.

Hercules effœminatus à Iola tandem Neſſi Cētauri veſte, & ſagitta eſt furore proſtratus.

Vliſſes à filio incognito ſauciatur crudeliter.

Diomedes expulſus a Regno infœliciter conſumatus eſt.

Hector proditoriè ab Achille perimitur.

Paris filius Priami à rege in prælio morti ſociatur.

Achilles in templo in Troia ſagittis Paridis mortem guſtauit acerbam.

Pyrrhus eius filius poſt reuerſionem à Troia: fraude Macharei ſacerdotis in templo Apollinis ab Oreſte interfectus.

Saul inobediens Deo, Regno priuatus, Diabolo ad vexationem traditus, in monte Gelboe, cum tribus filijs eſt proſtratus.

Goliat à Dauid puero funda, & lapide eſt deiectus.

Ieroboam cum ſuis omnibus ad internitionē eſt à Deo datus.

2.Para.14. Zara ab Aſſa & ſuis cōturbatus & fugatus eſt. ſecundi Paralipomenon. 14.

Sardanapalus inter mulieres ab Arbato Medorum præfecto aggreſſus: cum ſe nequiret defendere regia incenſa cum omnibus voluptatibus concrematus eſt.

Senacherib poſt damnum ſuorum interfectis de ſuis per Angelum. 185. millibus: fugiens à filijs duobus dum oraret Neſrach Deum ſuū
4.Reg.19. eſt mactatus. 4. Reg. 19.

Aſtiages Rex Medorum: à Cyro nepote ex filia priuatus Regno Medorum: in Hyrchania ſibi tradita ab eodem moritur.

Cyrus bellū dum Amazonibus intuliſſet: circunuentus cum ducentum millibus Perſarum occiſus, & decapitatus: in vtrem ſanguine repletum eius caput eſt, vt biberet, proiectum.

Darius Rex Perſarum cum reginam Scitarum vi habere vellet, amiſsis vitra centum millibus de ſuis: & deinde apud Marathonem debellatus à Græcis, ad infœlicem mortem deuenit.

Xerſes mille millibus amiſsis de ſuis in Græcia per Leonidam Spartanorum Ducem ſuperatus, nauibuſq; omnibus ſubmerſis, vel captis per Themiſtoclem Athenienſium ducem, & in Perſiam reuerſus, odioſus omnibus, ab Artabano præfecto obtruncatus eſt.

Balthaſar dum vaſa domini malè tractat, regno, & vita à Dario, & Cyro eſt priuatus.

Dan. 4. Candaulus Rex Lidorum fœlix aliquando cōiuge, & regno, ab amico Gigę tandem vxore, regno, & vita priuatur.

Creſus etiam Lidorum Rex ditiſsimus fuit omnium regum: hic captus à Cyo rogo ſuperimpoſitus; & ſi imbris ſuperuentione ſit liberatus: regno tamen priuatus permanſit.

Amulius Numitore fratre à regno exupulſo, ſolus in Alba regnat: ſed Remi, & Romuli auxilio, Numitor regno potitur; Amulio interfecto.

Suffecius Metius Rex fuit Albanorum: cum contra venientes cum Tullo Hoſtilio, & Romanis iuiſſet, ſe cum ſuis in partem ſubtraxit, vt victori in auxilium eſſet: cuius fraudem Tullus eum attendiſſet: eo capto, & virgis cęſo; demum per manus, ligato ad quadrigas, & pedes, impulſis equis, eius corpus ſpectantibus Albanis, & Romanis in partes diuerſas eſt conciſum.

Tullus Hoſtilius præfatus Romanorum Rex poſt mira pro Romanis ab eo facta, cum Regina à fulgure eſt crematus.

Priſcus Tarquinius Rex Romanorum deceptis filijs Anci Martij regis Romanorum: ex mercatore factus Rex: ab eiſdem cum ſecuri percuſſus regnum amiſit cum vita.

Tarquinius ſuperbus ſeptimus & vltimus Rex Romanorum, expulſus ab vrbe ob ſcelus in Lucretiam commiſſum; à filio: nec repetere vrbem vnquam valuit, & Cumas pergens cum Ariſtomene tirranno ſenectutem ſuam tabefactus conſumpſit.

Holofernes Nabuchodonoſor Regis Aſſiriorū princeps militiæ, ferocitatem ſui pectoris Iudith hebrea amputando caput extinxit.

Melciades Athanienſium apud Marathonem Darium cū ſuis expugnauit & liberauit Athenas: captus deinde ab Athenienſibus, & onuſtus catenis, in carcere eſt trucidatus.

Alcibiades Dux Athenienſium forma, genere, diuitijs, bello, facundia admirandus: poſt multa fęlicia, & infęlicia: tandem domo incenſa, in qua manebat, ab inſequentibus crematus, & priuatus iacuit ſepultura.

Hanno Amilcaris Ducis, Cartaginenſium filius, ditiſsimus fuit: hic Cartaginis dominiū dum appereret, primo Senatum veneno occidere operam dedit: ſecundo manu ſeruorum fretus dum imperare optat, captus, & in conſpectu populi nudatus, virgis cęſus, oculis extractis, amputatis manibus, & pedibus, confractis cruribus, ferro vita eiecta, corpus vulneribus confoſſum, in cruce altiſsima eſt ſuſpenſum; filijs nepotibus, parētibus, & amicis cum ipſo pariter enecatis.

Dionyſius Siracuſanorum Rex fuit: hic poſt multa infanda commiſſa in fratres, cognatos, ciues, Deos, & exteros, expulſus à Regno, Corinthum miſſus eſt in exilium: vbi primo lenonibus iunctus: deinde pueros docens in triuijs, vitam, vt creditur miſerabiliter terminauit.

Policrates Sami inſulę Tirannus fuit: omnia ſibi fortuna ad votum pro tempore impendit: ſed in fine captus ab Orunte Darij præfecto, culpatus, ꝙ aduerſus Darium hoſtibus præberet auxilium, in ſummo Midalenſis montis vertice, in cruce eſt ſuſpenſus.

Agatho-

Agathocles Siculorum Rex, ab Afris Siracuſis obieſſus, ciuitate munita fratri relicta: cũ exercitu tranſiuit in Africam; ibique victorioſus contra Cartaginenſes; Siracuſas reuerſus ad obſidendum Brutios contendit: ibi dum eſſet regno capto a nepote, filio priuatus eſt, ac timore Aegyptum petens ibidem morbo, & peſte conſumptus eſt.

Philippus Macedo verſutijs ſuis, Græcis ſubiectis, & pluribus alijs iuxta vaticinia, à gladio in manubrio quadrigam ſculptam habente per Pauſaniam interfectus eſt.

Alexander Magnus Macedo poſt ſubiectum, vi, & timore orbem, apud Babiloniam venenatus à Caſſandro triumphum morti dedit.

Demetrius Rex Siriæ poſt impiè multa commiſſa: reiectus ab vxore, filijs, & alijs; cum iret in Tyrum, ac in portum deſcenderet iuſſu præfecti loci obtruncatur.

Reges Aegypti plures fuerunt dicti Ptolomei: qui proditionibus mutuis, rapinis, luxurijs, crudelitatibus, & regimine prauo notati, vitã nequam ducentes, diuerſis cladibus interierunt.

Vexores Rex fuit Aegypti: qui ambiens Scitarum dominium: ab ipſis de regno Aegypti, quod habebat expulſus: vitam infælicem duxit, alieno & proprio priuatus regno.

Seleucus Rex poſt multas victorias, & inſignẽ militiam ſub Alexandro peractam, Ptolomei Ceraunij inſidijs captus, & necatus eſt.

Antiochus Rex Syriæ poſt multa infanda in Deum & Iudæos illata: vltione diuina doloribus & corroſione vermium miſerabiliter è vita deceſsit.

Annibal pœnus. 18. annis, attritis Romanis in Hiſpania, & i Italia, & multis crudeliter geſtis: ſuperatus à Scipione Africano, ad Pruſciam regem, hoſtem tunc Romanorum fugit: ſed pace facta inter Pruſciam, & Romanos: cum ſciret ſe tradendum Romanis: veneno hauſto, quod ſecum ſemper ferebat: infœlicem animam emiſit.

Pruſcias Bithiniæ Rex: dum filios nouercæ filio legitimo vellet præponere, à filio expellitur de Regno; qui cum paucis ſeruis recedẽs, ab eis ſolus ſenex dimiſſus: dum timore filij pergens per incognita loca, & ſe alium eſſe dicens ſtipem quæritando, de die reſidendo in tenebris, & noctu ambulans: vltimo ad manus filij deueniens occiditur.

Perſeus ſpurius Rex fuit Macedoniæ: qui ſuæ conditionis oblitus, poſt multa nefanda ab eo patrata, victus à Paulo Emilio, Senatus iuſſu ad perpetuum carcerẽ cum filijs eſt damnatus: uerum cum horrore, & fœtore carceris ac dolore, diem clauſiſſet extremũ: filius eius ob inopiam Romæ artem ærariam didicit, & exercuit.

Pſeudo Philippus mendacio ſe fingens Perſei fratrem, Macedoniam à Romanis accepit: qui tandem captus à Metello, ante eius currum ductus Romam, ibidem ignominioſè eſt necatus.

Iugurta Rex Numidiæ naturalis fuit: hic tribus fratribus occiſis legitimis, Regnum Numidiæ obtinuit: ſed fratrum mortem non ferentes Romani, per Caium Marium multis prælijs ad deditionem redactus, captus ante currum eius pro triumpho, & catenatus ductus eſt: & non multo poſt mole ad collum appenſa ex lapide Tarpeio, in Tiberim proiectus, necatus eſt.

Marius Arpinas primus conſul ex plebe ſeptẽ conſulatus habuit: hic multa peragens iniqua: Prænestæ ceruicem feriendam ſeruo præbuit.

Mitridates Rex Ponti: hic linguas plures ſciuit, inimicos per viginti annos non permanendo in loco euitauit, crudeliter ſe habuit ad Romanos: oẽs enim in regno ſuo, & mercatores, & alios occidi iuſsit: bellum per quadraginta annos, & vltra habuit cum Romanis: victus à Pompeio, obſeſſus à filio Pharnace: ſumpto prius veneno, ſed nihil ei nocente: tandem à Gallo milite eſt occiſus.

Cæſar Iulius habita victoria de Põpeo, & ſuis: Roma potitus, non multo poſt, coniuratione quorundam ciuium, pluribus vulneribus confoſſus occubuit.

Pompeius magnus in ſua iuuentute, & poſt per tempus in bellis fœliciſsimus fuit: nam cum 22. regibus bella geſsit: ſed diſcordans à Cæſare, apud Epirum multis ſuffultus regibus pugna habita ſuccubuit: qui dum peteret Aegyptum, Ptolomeo mandante, à ſuis Satellitibus decapitatur: corpus eius quiſquilijs ſemiuſtum à Codro quæſtore ipſius Pompei cũ lachrimis poſitum eſt ſub arenis.

Octauianus poſt triumphos multos habitos: & ſi in pace regnauerit magno tempore, & deceſſerit: infœlix tamen fuit in filijs: qui omnes ante ipſum mortui ſunt: ſed infœliciſsimus in filiabus: quas omnes ob ſtupra occidi mandauit: & demum filium non habendo, Tiberio priuigno in filium adoptato dimiſit regnum.

Gaius Caligula Imperator luxurioſiſſimus: adeo, vt non ſe à ſororibus abſtineret: inſolentiſsimus pro Deo ſe coli faceret, & crudeliſsimus: nam parẽtes, Senatores, & alios multos occidit: & poſt eius mortem diuerſa venena ſunt reperta: quæ in mare proiecta piſces innumeros necauere.

Nero factione matris Romano adepto imperio: nefandiſsimus homo, fuit ſtupratis ſororibus; matre occiſa: omnibus parentibus necatis: incenſa maxima parte vrbis: deprædatis omnibus hoſtibus, iudicatus à ſenatu, proprio pugioni incubuit.

Marcus Autonius Iullij Cæſaris nepos ex ſorore: cũ multa improba ageret, & Octauiano inſidias moliretur: aduerſus quẽ Octauianus profectus apud Accium promontoriũ, Epiri, eum debellando in Alexandriam fugere coegit: quam cum obſideret Auguſtus, & fame omnes periclitarentur ad regalia monumenta accedeus, Antonius cultro ſeipſum transfodit.

Herodes Aſcalonita ob ortum Chriſti pueris in Bethleem uecatis, filijs proprijs quampluribus occiſis: doloribus inſectatus, & vermibus, vltró gladio animam à ſe eiecit.

Vitellius Imperator ab exercitu Imperator creatus: guloſitati & voracitati deditus fuit præ alijs: & cum multa impia ageret, relictus à militibus catenatus, & incarceratus: primo ligatis manibus poſt tergũ, ac collo laqueo impoſito: equo, & luto, ac ſtercoribus deturpatus: minutim à carnificibus ſpectante populo vſque ad necem diſcerptus eſt: demum iniecto vnco in naribus tractus, & in fluuium Tiberim eſt proiectus.

Domitianus Cæſar poſt multà mala commiſſa: à cubicularijs mandato Senatus interemptus eſt.

Diocletianus abiecto Imperio: timeus à Conſtantino, quem Cæſarem fecerat, ſibi inferri mortem: veneno ſe occidit.

Maximianus cum genero ſuo Conſtantino inſidias pararet; opera Conſtantini trucidatus eſt.

Iulianus apoſtata, homagiò facto diabolo, abnegata fide, ex clerico Imperator factus, quod per annum obtinuiſſet, ſagitta ſauciatus interijt; vel (vt quidam aiunt) à quodam milite Perſeo; vel (vt alijs placet) à Mercurio milite Chriſtiano occiſus fuit.

Theodoricus ſubita morte decedens: propter Ioannem Papam, & Simacum patricium, quos occiderat, in ollam Vulcani proiectus eſt.

Totilla flagelatus tandem à Deo, vitam cum dominio amitit.

Imperatores Romani, videlicet. Galba. Ottho. Comodus. Pertinax. Aelius. Iulianus. Cęſar. Peſcennius. & Albinus. Aurelius. Caracalla. Marcus. Heliogabalus. Alexander. Maximus, & Gordianus. Decius. Gallus Hoſtilianus. Aemilianus. Valerianus. Galieuus. Quintilius. Aurelianus. Tacitus. Florianus. Probus. Carus. Numerianus. Galerius. Maxentius. Valens, & ſic de alijs; omnes, vel à ſe, vel ab alijs ſunt trucidati. Multos omiſi de magnis mundi principibus: de regibus Caldęorum; Aſſiriorum; Perſarum; Medorum; Ethiopum; Aegyptiorũ Gręcorum; Hiſpanorum; Gallorum; & aliorum Regnorum; qui toto conatu ſtrinxere mundum; quem ad votum habere putantes, & regno, & vita caruerunt; vt de quibuſdam oſtendit Oroſius in ſuis libris de Ormeſta mundi.

Mulierum plurium: mũdi amatricem varij interitus.

Sed ecce dum diſcurrimus per homines mundi amatores, dignitatibus varijs fulgentes: nunquid idipſum patet in mulieribus, quod euenit eiſdem? Certe ſic.

Semiramis enim, de qua eſt dictum Regina Aſſiriorum vxor Nini vanitatibus mundi dedita: à filio ob ſtuprum exanimata eſt.

Dido Cartaginenſium Regina, amore Aeneæ, vt docet Virgilius: eius abſceſſu cultro ſe peremit.

Phædra vxor Theſei Regis Athenarum incuſato Hippolyto Theſeo, quòd eam violare tentaſſet, & occiſo Hippolyto à Theſeo, audita ipſius Hippolyti morte, & dolo reſerato, gladio Hippolyti ſe occidit.

Iocaſta vxor Lai Thebanorum Regis, & demum coniux Oedipi filij ſui, quo cognito, Oedipi gladio, quo Laium patrem occiderat, ſe peremit.

Athalia iudęorum Regina, poſt cędem omnis ſtirpis regalis: vt facilius dominaretur: dum regnaſſet pro tempore, demum excerebrata eſt.

Tulia Priſci Tarquinij Regis Romanorum filia, & vxor Tarquinij ſuperbi Romanorũ Regis: crudeliſsima cum viro ab vrbe abiecta: infœlicem vitam, & finem habuit.

Olimpias Alexandri mater: cum poſt mortẽ filij in nobiles debacchGaretur; à Caſandro, qui Alexandrum occiderat, mortem impauida ſuſcepit.

Barſame vxor Darij, & Roſanes filia Darij regis Perſarum, & vxor Alexandri Magni: incarceratę ab Antipatro, à Caſſandro demum interfectę ſunt.

Teſalonice Aridei regis filia, & Caſſandri vxor ab Antipatro filio nihil valentibus lachrimis eſt occiſa.

Cleopatrę quatuor fuerunt: prima filia Ptolomei Epiphanes, & nupta Philopatri: Philopatre occiſo, Euergeti ſe tradidit: cuius filiũ ipſo die nuptiarum vir, in eius gremio confodit: filiam ſuſceptam ex ea ſtuprauit: & eam in coniugem, repudiata vxore accepit.

Cleopatra Alexandri Zebennæ regis Sirię primo vxor: inde Demetrij: tertio Antiochi Sirię regum, occiſo filio Seleuco, cauſa dominãdi; dum Criſpo filio parat venenum, id ſumere ipſa eſt compulſa.

Cleopatra altera vxor Euergetis: à filio in exilium acta, & necata eſt.

Quarta Cleopatra non tradita viro, quàm volebat: ſed alteri viro ſororis: deciſis manibus propter vulnera multo ſanguine fuſo expirauit.

Cleopatra alia fuit Regina Aegypti per Pompeium Ptolomeo eius fratri nupta: à quo poſtea ipſe Pompeius fuit occiſus: hęc primo Ptolomęo, ſecundo Cæſari ſtupro iuncta: ac

filio ex ea ſuſcepto: quem Octauianus poſtea occidit, tertio Marco Antonio iuncta: cũ poſt mortem eius Octauiano ſua pulchritudine placere conatetur, & fruſtrata, videns ſe pro triũpho ſeruari, ſepulchrum ingreſſa Antonij: apertis venis, & appoſitis ſerpentibus infęlicẽ vitam terminauit.

Meſſallina vxor fuit Claudij Imperatoris, & ſi formoſa, incredibilis fuit libidinis: nã vt multos haberet; mutata veſte lupanaria adibat, ſad tandem à viro confodi eſt iuſſa.

Agripina mater Neronis, & vxor Claudij Imperatoris: cuius factione Nero adoptatus in filium Claudij, & ad imperiũ ſublimatus eſt: quam Nero nudam ex palatio eiecit, præcepto dato, vt nullus eam reciperet: deinde Puteolis, vt abſorberetur in naui ſolubili poſita, & vix liberata: apud Baios miſſo decurione eam iuſsit occidi.

Roſimunda filia Gunimundi regis Gepidarũ, & vxor Alboini regis Longobardorum: quę virum fecit occidi ab Hemelchildo; quem in virum poſt mortem datam Alboino ſuſcepit: ſed poſt, Helmechildo diſplicẽte eidem, cum eum veneno occidere vellet, & nubere Longino patricio, venenum bibere ab Helmechildo coacta, ambo pariter ſunt extincti.

Brinchildis francorum Regina, filia fuit Leuicaldonis regis Hiſpaniæ, & vxor Sigilberti regis Francorum, quæ accuſata filio iam regnanti, & iniuſte, ligata ad pedes indomitorũ equorum, æquis dimiſsis membratim eſt diſcerpta.

Romilda vxor fuit Siſulphi nepotis Alboyni Forũiulij ducis, q. interfectus à Cacano rege Bauarorum: Romilda vxor cum filijs in quodam caſtro ſe clauſit: quã Cacanus dum obſideret, viſus à Romilda in pulchritudine armorum, immemor viri recenter occiſi, philocapta de eo, promiſit caſtrum reddere, ſi eam in ſuam vellet accipere vxorem; quo annuente, caſtro dato, omnibus filijs, & filiabus Romildæ occiſis; eam Cachanus in vxorem accepit, & ſe fruendum ei per totam noctem cõceſsit: ſed mane ſuperueniente acceptis Cacanus. 12. fortioribus de ſuis, eis ſucceſsiuè abutendam tradidit Romildam; quam diu cum illu fiſſent: in locis genitalibus coram omnibus Romildæ palum iuſsit infigi: & ſic cum palo per totum Duci exercitum ad illudẽdum: quæ miſera deluſione, & dolore exanimata eſt.

Irene imperatrix poſt ambitiouem dominij, qua multa improba comiſerat: à Nicephoro fratre deiecta, in Lesbos inſula miſera ſenectute contabuit.

Marteſia cum ſorore Lampedia Regina Amazonum; poſt multas victorias circunuentæ, à Barbaris occiſę ſunt.

Pantheſilea Amazonum Regina ob amorem Hectoris in bello Troiano, multa fecit mira, ſed tandem à Gręcis eſt occiſa.

Hecuba Troianorum fuit regina. 19. inter filios & filias genuit: viſo excidio Troiæ interfectione filiorum, filiarum, & viri in rabiem verſa, apud Thracios agros finiuit vitam.

Polyxena filia Priami incredibilis pulchritudinis, tandem poſt excidium Troię, à Pyrrho filio Achillis ſupra eius ſepulchrum intrepidà eſt interfecta.

Caſſandra filia regis Priami captiua data Agamemnonis interfecto à Clytęneſtra Agamẽnone, & iaſa necata eſt.

Helena, per cuius raptum à Paride, Troia eſt deſtructa, infęliciter deceſsit.

Clytęneſtra carnaliter iuncta Aegiſtho. ſua factione ab eodem Agamẽnon Rex Mycenarum vir ſuus eſt occiſus; ſed poſt annos ſeptem cũ Aegiſtho Amaſio, a filio Agamẽnonis Oreſte eſt truncata.

Camilla Volſcorum fuit Regina, quę limites tranſcendens fœmineos ſe armis dedit, & Turno Regi Rutulorum, dum fert opem contra Aeneam, ſagitta in mammilla percuſſa interijt.

Sophoniſba Aſdrubalis Giſgonis filia, Siphacis Numidię regis vxor, & demum poſt eius mortem vxor Maſiniſſæ: ne in manus Scipionis veniret veneno ſe necauit.

Mariannes Hebrea filia Ariſtoboli iudæorum regis, Herodi Regi iuncta in matrimonium: cuius imago non videbatur mortalis, ſed cœlẽſtis; hęc incuſata viro in eius mortẽ ordinaſſe, iuſſa eſt mori.

Samiamira mater fuit Heliogabali Imperatoris: cuius induſtria filius ad Imperium eſt ſublimatus, cum filio, & ipſa interfecta eſt.

Niobe Tantali Phrygiorũ regis filia: & vxor Amphionis Thebanorum regis, ſeptem filios, & totidem filias habuit ex marito: hæc lętali morbo filios omnes amiſit: Vir eius orbus effectus ſe proprio occidit gladio: Ipſa vero dolore quaſi lapis eſt effecta.

Sabina Pompeia inuiſæ formoſitatis fuit: hæc tamen à Nerone Imperatore ſuſcepta coniugio: cuius factione Nero occidit matrem, filiam Claudij Octauiani in exilium deſtinauit: demum ipſa ſecundo prægnans, calce à Nero ne percuſſa, diem clauſit extremum: De multis alijs probis mulieribus exempla ad propoſitũ poſſunt adduci: ſed ſufficiant pręmiſſa, quia idem iudicium eſt, & de alijs. Quia ergo mundus ſuis amatoribus falaciſsimus reperitur, & deceptorius, debet à prudente derelinqui, vt patet in prædictis, quos decepit. Sic ergo apparet quid fuerunt: ſed quid ſunt patet: quia morte violenta omnes exterminati ſunt. Et quia veram non habuerunt ſapientiam: perierunt propter ſuam inſcipientiam. Sed vbi quæ Baruc. 3. ſo ſunt, quos ambiebat ciuium moltitudo, cuſtodiebãt ſatellitum turmæ, quos timebat orbis? quibus fiebant applauſus, & feſta pręclaras?

ra: quibus ſuperi, inferi, & omnia ad nutum videbantur parere: nonne in paucis verſibus vitæ eorum memoria eſt? Vide ſepulchra: & diſcerne ſi potes, quis ſeruus: quis dominus: quis pauper: quis diues: Diſcerne vinctum à rege, debilem à forti, & pulchrum à deformi. Amatores iſti huius mundi comederunt, biberunt, riſerunt, duxerũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Hic caro eorum vermibus datur, & illic animæ eorum ſempiternis deputantur incendijs: nec immerito quia cęleſtia non inquiſierunt ſed terrena: digne terrenis perpetuo ſubmerguntur.

Quinto ad mundi contemptum inducunt deſpicientium ipſum exaltatio, & diuulgatio. Conſidera diligenter, quam diuulgantur per orbem qui mundum contempſerunt. Patet primo in Apoſtolis: quorum ſonus in orbem terrarum exiuit. In ſanctis alijs tam Martiribus, videlicet. Laurẽtio & ſic de alijs: qui omnia pauperibus dederunt: quam Confeſſoribus, videlicet. Antonio, Ilarione, Machario, & alijs patribus. Patet in beato Benedicto: beato Frãciſco, & ſic de alijs: quorum nomina viuent in ſecula. Vide quam ſolemniter talium à fidelibus memoria colitur, non in vno loco ſolum, ſed per orbem: Fuit ne ſic pro Imperatoribus, Regibus, & alijs principibus mũdum diligentibus? certe non; quia perijt memoria eorum cum ſonitu: ac ſi nunquam fuiſſent in mundo. Hodie non nominantur: imo quod maius eſt de multis Imperatoribus, vbi iacent eorum cineres minimè inuenitur: ſancti vero mundum relinquentes nominantur: prædicantur eorum facta, & cum ſumma deuotione viſitantur eorum ſepulchra, & quare? quia corpora eorum in pace ſepulta ſunt: & in memoria ęterna erit iuſtus. Ad habendum famam, & laudem philoſophi omnes ſunt conati: ſicut & antiqui Romani: hoc fine illi ſtuduerunt, & alij pugnauerunt. Cõparetur Petrus ad principes quoſcunque mundi. Petrus piſcator, & vilis mundum contẽnens, tanta eſt gratia repletus, vt eius vmbra infirmos curaret; quis Principum huius mundi hanc habuit virtutẽ? certe nullus: Petrus ſuſcitabat mortuos, ſed mundi Principes mortificauerunt viuentes. Ecce Petrus gaudet in innumeris eccleſijs, & magnus Alexander, Octauianus, & Iulius in incognitis, & vix in immis reconditi manent locis: & ſicut dictum eſt de Apoſtolo Petro: ſic & de alijs ſanctis eſt dicendum; quare hoc inſpecto: ad mundum abdicandum vir prudens debet animari.

Sexto ad mundi cõtemptum inducit pręmiorum quantitas, excellentia, & remuneratio, ac expectatio. Quid expectant mundi amatores niſi mortem vtriuſque hominis? horum. n. finis mors eſt, & gloria in confuſione, qui terrena ſapiunt. Sed mundi contemptores, quid Rom. 8.
expectant? Certe vitam ęternam poſsidebunt.
Quantum eſt præmium? Certe maximum. Si Math. 19.
quęlibet ſtella viſu notabilis eſt maior tota
terra, & quantum eſt pręmium repoſitum ſupra ſtellas, & ſupra cœlum ſtellatum? Certe dicit Ieſus. Cẽtuplum accipiet. Tantum eſt pręmium beatorum, & contẽnentium mundum Math. 19.
Dei amore: quantum eſt ipſe Deus, qui eſt infinitus. Sed quale eſt hoc pręmium? Certe vt di-
cit Iſa. & Apoſtolus. Nec oculus vidit: nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: quę 1. Cor. 7.
pręparauit Deus diligentibus ſe. Nolimus ergo fratres pro modica terra, amittere ſtellã, quę maior eſt tota terra, & conſequenter ſummum bonum, quod eſt maius omnibus ſtellis, & omnibus inſimul creatis. Cogitemus ergo quanto gaudio, & gloria animę in cœlis perfruantur: quorum corpora hic ſic miraculis coruſcant, & venerantur, talium enim reliquię cum reuerentia tenentur, & pro magno munere habentur: & quod oppoſitum euenie in mundi delectatoribus, quorũ corpora vermibus, & reliquiæ canibus ad corrodendum traduntur: & quid fit per demones eorum animabus in inferis, quorum reliquię ſic tractantur in terris. Propter pręd.icta, & alia plura ad propoſitum deduci poſsibilia, & noſtri ſaluatoris exemplum, mundum, & ſi non corpore, ſaltem mente totaliter abijciamus, & deſeramus. Nos ipſos abnegemus, quę retro ſunt dimittentes: ad cęleſtia appetenda toto corde ſimus anhelantes, vt tandem iuxta Saluatoris dictum, vbi eſt theſaurus noſter, ibi ſit, & cor noſtrum. Sic ergo apparet iam dictis, Chriſti abiectio, & per ipſum mundi contemptus, & conſequẽter eſt declarata prima pars iſtius fructus, videlicet. Ieſus abiectus cernitur. Et quomodo habeat intelligi, & declarari.

SECVNDA PARS SEXTI fructus, & conformitatis, ſcilicet. Franciſcus ſeparatur. Expoſitio.

SECVNDA pars huius ſexti fructus, & conformitatis eſt, Franciſcus ſeparatur: quę pars dupliciter põt intelligi, videlicet. primo vt intelligatur, Frãciſcus ſeparatur, ſcilicet à ſeipſo per ſui perfectam abnegationẽ. Alio modo Franciſcus ſeparatur, videlicet à mundo per abdicationem, & iuxta duplicem intelligentiam pręfatam, hæc pars dupliciter exponetur.

Primo de beati Frãciſci abnegatione, & abiectione.

Et ſecundo de abdicatione mundi ab eodem. Iuxta primum intellectum exponendo iſtam partem Franciſcus ſeparatur, eſt ſciendum, ꝙ beatus Franciſcus ſe abiecerit, & abnegauerit perfectè, 12. declarant.

Declarantia b. Fr. ſe perfectè abnegaſſe.

Primum eſt mendicatio: vt enim habetur in legenda trium ſociorum, Beatus Franciſcus in habitu ſeculari exiſtens, ad viſitandum limina Apoſtolorum Romam adijt; & intrans beati Petri Eccleſiam, conſiderans aliorum oblationes, ꝙ modicę eſſent, & indecentes tanto principi Apoſtolorum; in feruore ſpiritus manum ponens ad burſam plenam denarijs, traxit, eoſque per feneſtram altaris proijciẽs tantum ſonum fecit; ꝙ de tam magnifica oblatione, omnes aſtantes ſunt plurimum admirati; exiens portas Eccleſię animatus ad ſui cõtemptum, & Chriſti pauperis amorem, qui eleemoſynam petiit, cum vidiſſet multitudinem pauperum, non deſpexit eorum conſortium, ſed dilexit. Nam acceptis ſecretò cuiuſdam pauperis panniculis, & ſuis depoſitis, in gradibus ſtans eccleſię cum alijs pauperibus, gallicè & ſi non bene ſciret linguam, eleemoſynam poſtulauit; & cum ſic feciſſet, & per ſpatium ſtetiſſet, depoſitis dictis panniculis, & proprijs reaſſumptis, deuenit Aſſiſium; quo perueniens, cum iam mundo coram Epiſcopo abrenunciaſſet; id quod cęperat, Romę poſtea habitu religionis aſſumpto ſeruauit ſemper, videlicet libentiſſimè pro ſui abiectione, & Chriſti imitatione pro eleemoſyna eundo; in principio cum fratres habere cępiſſet, parcens illorum verecundiæ, & honorans eos; ſolus quottidie ibat pro eleemoſyna: cumq; ex hoc multum fatigaretur; quia debilis erat cõplexione, & abſtinentia, nec poſſet tantum laborem ſuſtinere, & ſciens fratres ad ſui abiectionem vocatos, & ſi ipſi mundum plenè intelligerent, dixit beatus Franciſcus ad eos: Chariſſimi fratres, & filioli mei, nolite verecũdari ire pro eleemoſyna; quia dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo: hęc enim eſt hęreditas noſtra, quam acquiſiuit, & reliquit nobis dominus Ieſus Chriſtus, & omnibus, qui ſuo exemplo volunt viuere in ſancta paupertate: cuius exemplo elegimus viam veriſſimę paupertatis. In veritate dico vobis, ꝙ multi ex nobilioribus, & ſapientioribus huius ſeculi, venient ad iſtam congregationem, & pro magno honore, & gratia habebunt ire pro eleemoſyna: ite ergo confidenter, & animo gaudẽti pro eleemoſyna cum benedictione Dei; et magis liberè, & gaudenter debetis ire pro eleemoſyna; quàm ille, qui de vna numata afferret cẽtum denarios: quia offeretis illis amorem Dei, à quibus petetis eleemoſynam dicentes. Amore Dei facite nobis eleemoſynam: cuius comparatione nihil eſt cœlum, & terra: Quibus verbis accenſi fratres, cum magna alacritate iuerunt per loca adiacentia, pro eleemoſyna, & eleemoſynas, quas inuenerant cum magno gaudio oſtendebant beato Franciſco, & dicebat vnus alteri: Ego plus de eleemoſyna acquiſiui, quam tu. Vnde beatus Franciſcus gauiſus nimis, cernens eos ita hilares, & iocundos: & extunc quilibet libenter petebat licentiam eundi pro eleemoſyna. Beatus Franciſcus licet vellet fratres ire pro eleemoſyna: tamen pro die vno, & non pro alio volebat ipſam eleemoſynam à fratribus haberi, ne fieret contra Euangelium dicẽs Nolite ſolliciti eſſe de craſtino; & ꝙ fratres deberent ire pro eleemoſyna in regula antiqua ſic poſuit beatus Franciſcus dicens. Omnes fratres ſtudeant ſequi humilitatem, & paupertatem domini noſtri Ieſu Chriſti: & recordentur, ꝙ nihil aliud oportet nos habere de toto mundo, niſi ſicut dicit Apoſtolus, Habẽtes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, & debent gaudere quando conuerſantur inter viles, & deſpectas perſonas: inter pauperes, & debiles infirmos & leproſos, & iuxta viam mendicantes, & cum neceſſe fuerit vadant pro eleemoſynis, & non verecundentur; quia Chriſtus iuit pro eleemoſyna, & Maria; & magis recordentur, ꝙ dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei viui omnipotentis poſuit faciem ſuam, vt petram duriſſimam, nec verecundatus fuit, & fuit pauper & hoſpes, & vixit de eleemoſynis ipſe, & beata Virgo, & diſcipuli eius, & quando facerent eis homines verecundiam, & nolent eis dare eleemoſinam, referant inde gratias Deo: quia de verecundijs recipiẽt magnum honorem ante tribunal domini Ieſu Chriſti; & ſciant ꝙ verecundia non patientibus, ſed inferentibus imputatur, & eleemoſina eſt hæreditas & iuſtitia, quæ debetur pauperibus: quam nobis acquiſiuit dominus noſter Ieſus Chriſtus; & fratres, qui eam acquirendo laborant, magnam mercedem habebunt, & facient lucrari, & acquirere tribuentes: omnia enim, quæ homines relinquent in mundo peribunt, ſed de charitate, & de eleemoſynis, quas fecerunt habebunt præmium. Et in regula noua dicitur, quòd fratres vadant pro eleemoſyna confidenter: nec opꝫ eos verecũdari, quia dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo: cuius præceptis fratres antequam eſſent multiplicati per omnia intendentes; & iam multiplicati, cum irent per mundum prædicando, & inuitarentur ab aliquo quantũcunq; nobili, & diuite, vt comederent apud ipſum, & hoſpitarẽtur; ſemper hora comeſtionis antequam irẽt ad eum, ibant pro eleemoſyna prius propter bonum exemplum, & dignitatem dominę paupertatis. Beatus etiam Franciſcus dicebat his, qui inuitabant eum. Ego nolo dimittere dignitatem meam regalem, & hæreditatem,

ac

ac profeſſionem meam, & fratrum meorũ, videlicet, ire pro eleemoſyna oſtiatim, & aliquando ibat cum eo, qui eum inuitauerat, & eleemoſynas, quas beatus Franciſcus acquirebat, accipiebat, & pro reliquis conſeruabat. Inuitatus ſemel à domino Oſtienſi, iuit prius pro eleemoſyna oſtiatim, et cum eſſet reuerſus: iam dominus Oſtien. intrauerat ad menſam cum multis militibus, & nobilibus. Accedens beatus Franciſcus: illas eleemoſynas ſuper menſam poſuit coram domino Cardinali, quas inuenerat, & intrauit ad menſam iuxta ipſum, & verecundatus fuit inde aliquantulum dominus Cardinalis, eo ꝙ iuerat pro eleemoſynis, & poſuerat eas ſuper menſam; ſed nihil ei dixit tunc propter recumbentes. Cũq; beatus Franciſcus comediſſet aliquantulum, accepit de ſuis eleemoſynis, & cuilibet militi, & capellanis domini Cardinalis miſit parum ex parte domini Dei: qui omnes eum magna reuerentia, & deuotione accipiebant: extrahentes caputia, & infulas, & alij comedebant, & alij reponebant propter eius deuotionem: ex hoc gauiſus eſt dominus Cardinalis videns illorum deuotionem, & maxime, quia illæ non erant de frumento: Sumpto prandio dominus Cardinalis vocauit beatum Franciſcum, & dixit ei. Quare mihi feciſti verecundiam, veniendo ad menſam meam iuiſti pro eleemoſyna? Reſpondit beatus Franciſcus. Imo domine vobis magnum honorem exhibui; dum maiorem dominum honoraui. Me oportet eſſe formam, & exẽplum fratrũ meorum: maxime quia ſcio, ꝙ multi in hac fratrũ religione ſunt, & erunt fratres minores nomine, & opere, qui propter amorem domini Dei, & ſpiritus ſancti vnctione, quæ docebit eos; de omnibus humiliabuntur ad humilitatem omnem, & ſubiectionem, & ſeruitium fratrũ ſuorum: ſunt etiam & erunt de illis, qui aut verecundia detenti, aut propter malum vſum dedignantur, & dedignabuntur ſe humiliare, & inclinare ad eundum pro eleemoſynis, & facere alia opera ſeruilia: propter quod oportet me opere docere eos, qui ſunt, & erunt in religione: vt in hoc ſeculo, & in futuro ſint inexcuſabiles coram Deo: exiſtens ergo apud vos, & alios nolo verecundari ire pro eleemoſynis: imo volo hoc habere, & tenere ſecundum Deum pro magna nobilitate, & dignitate regali, atque honore ipſius, qui cum eſſet dominus omnium, pro nobis fieri voluit ſeruus omnium; & cum eſſet diues, & glorioſus in maieſtate ſua, venit pauper, & deſpectus in humanitate noſtra: Vnde volo, ꝙ fratres ſciant; qui ſunt, & qui erunt, ꝙ pro maiori conſolatione animæ, & corporis habeo: quando ſedeo ad menſam pauperum fratrum, videoq; ante me pauperculas eleemoſynas, quæ acquiruntur oſtiatim amore domini Dei, quàm cũ ſedeo ad menſam veſtram, & aliorum dominorum diuerſis ferculis præparatam: panis enim eleemoſynæ, eſt panis ſanctus, quem ſanctificat laus, & amor Dei; quoniam cum frater vadit pro eleemoſyna, prius debet dicere. Laudatus & benedictus ſit dominus Deus, poſtea debet dicere Facite nobis eleemoſynam amore domini Dei: De quibus verbis dominus Cardinalis fuit valde ædificatus, & dixit illi: Fili mi, quod bonum eſt in oculis tuis facias; quoniam dominus tecum eſt, & tu cum ipſo.

Modus petendi eleemoſynam.

Voluntas fuit beati Franciſci; ſicut ipſe multotiens dixit, ꝙ frater non deberet diu ſtare, ꝙ non iret pro eleemoſyna, propter meritum magnum; & ne verecundaretur poſtea ire: nã ſemel cuidam fratri venienti ab eleemoſyna de Aſsiſio, & alta voce Deum laudanti, obuiã iuit, & taſcam de collo accepit, prius eius collo oſculato; ſic ergo beatus Franciſcus, & ſimilis eſſe Chriſtus voluit in eleemoſynæ acquiſitione, & ſui hoc primo modo abiectionẽ oſtendit nobis.

Secundo ſui abiectionem oſtendit beatus Frãciſcus cum ſcutella eundo, cibaria quærendo, & procurando; cum enim ipſe b. Fran. relicto mundo, cum ſacerdote ſtaret Eccleſiæ ſancti Damiani, ac ſacerdos ſibi faceret coquinam: quia fatigabatur multum in opere dictæ Eccleſiæ: Beatus Franciſcus hoc aduertens ad ſeipſum conuerſus ait. Inuenies tu quocũq; ieris hunc ſacerdotem, qui tantam præſtet humanitatem? non nẽ eſt hæc vita pauperis, quã elegiſti? Sed ſicut pauper vadens oſtiatim portã in manu paropſidem, & neceſsitate coactus, diuerſa in ea cibaria coaduna; ita voluntariè oportet viuere amore illius, qui pauper natus, pauperrimus in ſeculo vixit; ac remanſit nudus, & pauper in patibulo, ſepultuſq; in alieno ſepulchro. Surgens igitur quadam die accepit paropſidem; & ingreſſus ciuitatem iuit petendo eleemoſynam oſtiatim: cumq; diuerſa cibaria poneret in ſcutella, mirabantur multi; quia ſciebant eum tam delicatè vixiſſe, videntes ipſum ad tantum ſui contemptum ſic mirabiliter transmutatum: Quando autem voluit comedere illa cibaria ſimul poſita, horruit primo; quia non ſolum comedere, ſed nec videre talia conſueuerat: Tandem vincẽs ſeipſum cœpit comedere, & viſum eſt illi, ꝙ in comedendo aliquod electuarium; nunquã ita fuerit ſic delectatus; proinde tantum cor eius exultauit in domino, ꝙ caro ipſius licet debilis, & afflicta, corroborata eſt ad quæcũque aſpera, & amara lætanter pro domino tollerãda. Gratias inſuper egit Deo; ꝙ amarum ſibi in dulce conuerterat, et eum multipliciter cõfortarat. Dixit ergo illi ſacerdoti, ꝙ de cetero pro ſe aliqua cibaria non faceret, nec fieri procuraret. Ecce vilipenſio b. F. et ſui abiectio.

Seipſum alloquens F. quid faciat propter ſui abnegationem.

Tertio

Tertio beatus Franc. oſtendit ſui abnegationem, leproſis ſeruiendo: nam poſtquam Chriſtus eidem dixit oranti: Franciſce omnia, quę carnaliter dilexiſti, & habere deſideraſti; oportet te contemnere, & odire, ſi meam vis agnoſcere voluntatem, quod poſtquam inceperis facere; quę tibi prius ſuauia, & dulcia videbātur, erunt importabilia tibi, & amara, atq; in his, quæ prius horrebas, hauries magnā dulcedinem, & ſuauitatem immenſam: & cum ipſi beato Frā. videre leproſos eſſet horribile, die quadam dum ęquitaret, leproſum quendā habuit obuium, & vim ſibijpſi faciens, de ęquo deſcendens obtulit ei denarium, oſculans ſibi manum, & accepto oſculo pacis ab ipſo, reaſcendit ęqum: & exinde cępit magis, ac magis ſeipſum contemnere: donec ad ſui victoriam perfectè Dei gratia perueniret. Poſt paucos dies aſſumens magnam pecuniam, ad hoſpitale leproſorum acceſſit; & congregans omnes ſimul, dedit ſingulis eleemoſynam, oſculans ſibi manum, & ſic quæ erant ſibi prius amara, ſcilicet de viſione, & cohabitatione leproſorum, facta ſunt ei dulciſſima: Et hoc cum eſſet in habitu ſeculari; Mundo verò abrenunciato, vt dicit dominus frater Bonauētura in ſecunda parte legendę maioris, coram Epiſcopo ad leproſos totius humilitatis amator ſe tranſtulit: eratq; cum eis diligentiſſimè ſeruiens eis; lauabat enim ipſorum pedes; ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & ſaniem abſtergebat: inauditi quoque feruoris exceſſi, vlceroſarum plagarum ruebat in oſcula: os ſuum ponens in puluere, vt ſaturatus opprobrijs, carnis ſuperciliū legi ſpiritus poteſtatiuè ſubijceret, ſuique dominium hoſte ſubacto domeſtico pacifice poſſideret. Quā uero fuerit leproſorum amicus, & medicus; quia infra fructu. 17. & conformitate plenius dicetur; hæc ſufficiant pro probatione tertia abnegationis ſuę.

Quæ dixerit Chriſtus Franciſco, & quæ propter illa fecerit Franciſcus.

Quarto beatus Franciſcus oſtendit ſui abiectionem pro reparatione Eccleſiæ ſancti Damiani deuotiſſimè mendicationi inſiſtendo: cum enim a Crucifixo exiſtēte in Eccleſia pręfata dum oraret mandatum accepiſſet; vt tūc beatus Franciſcus intellexit, ꝙ ipſam Eccleſiam repararet, quæ nimiam minabatur ruinam; & idem beatus Franciſcus protinus multis venditis, pro eius reparatione ſacerdoti Eccleſię pecuniam obtuliſſet, quam ſacerdos ob timorem parentum accipere dum nollet: eam beatus Franc. in quandam Eccleſiæ feneſtram velut puluerem abiectam vilipēdit; quā pater poſtea inueniens aſportauit: abdicatis omnibus, quæ ſunt mundi, operi dictæ Eccleſiæ totum ſe dedit: vnde ciuitatem ingrediēs, omni verecundia poſtpoſita tanquā ebrius ſpiritu, per vicos, & plateas cępit dominum collaudare: qua laudatione completa, ad acquirendos lapides cępit intendere dicens, qui mihi dederit vnum lapidem, habebit vnā mercedem: qui duos, duas: qui tres, tres. & ſic dicebat de alijs: Quidam eum audientes ipſum inſanum putabant, & deridebant eum: alij vero commoti mouebantur ad lachrimas, vidētes eum de tanta laſciuia, & ſeculi vanitate, ad tantam ebrietatē ſpiritus, & diuini amoris tā cito veniſſe: at ipſe abiector ſui, deriſiones cōtemnens in ſpiritus feruore gratias Deo referebat. In opere dictæ Eccleſię multum laborauit; corpus ſuum confectum ieiunijs ſupponēdo oneribus lapidum, & non ſolum cum ſui deriſione, & abnegatione ſancti Damiani mēdicando reparauit Eccleſiam, ſed beati Petri, & Virginis glorioſæ; quibus conſideratis beatum Franciſcum ſe abnegaſſe apparet euidenter.

Fran. multum laborauit quærendo, & aſportando lapides pro reparatione Eccleſiæ S. Damiani.

Quinto oſtendit beatus Franc. ſe abnegaſſe, habitu abiectiſſimo, & viliſſimo ſe induendo: Beatus enim Fran. mundo abnegato, cum nudaſſet ſe coram Epiſcopo, patre, & alijs, & nihil ſibi reſeruaſſet; ſed patri omnia tradidiſſet, oblatus eſt ei quidam mantellus pauper, & vilis cuiuſdam ruſtici Epiſcopo ſeruientis, de quo ipſe tunicam ſibi formauit, cum cęmēto in modum crucis, & pauperis crucifixi: quā tunicam, ſiue habitum, per duos annos in modum hominis Eremitæ portauit: tandē audito euangelio; cum corrigiam, baculum, perā, & cætera alia ad modum Apoſtolorum abieciſſet, tunc fecit ſibi tunicam valdè contemptibilem, & incultam: nam in vilitate tunicę, & contemptibilitate: vt fructus dicit. 16. & cōformitas: nullus eum quantuncunq; pauper, mendicus, & deſpectus exceſſit: Homo apparebat in paupertate, paruitate habitus, & vilitate alterius ſeculi, & ſic voluit idipſum fratres peragere, vnde mandauit in regula, ꝙ fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: Ad quid? Certè ad ſui contemptum, & obſeruantiam ſanctæ paupertatis.

Sexto beatus Fran. oſtendit ſe abieciſſe, diuina conſilia ſuis in omnibus pręponendo, quando frater Bernardus, tunc vocatus dominus Bernardus de Quintaualle, voluit beatū Fran. ſequi, & mūdum relinquere; & id dixiſſet beato Franciſco: beatus Franc. dixit, quod ſuper hoc Dei conſilium erat quærendum. Et tunc Eccleſiam ſancti Nicolai iuxta plateam ciuitatis Aſſiſij intrantes, orationi prius inſiſtentes; finita oratione beatus Fran. miſſale clauſum accipiens aperuit, & in prima apertione occurrit illud domini conſilium. Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia &c. Sed quia cultor ipſe Trinitatis trino teſtimonio voluit confirmari: ſecundo, & tertio librum aperiēs: In ſecunda apertione, occurrit illud. Nihil tuleritis in via &c. In tertia apertione occurrit illud, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum

B. F. diuina cōſilia ſuis propoſuit, vt hic patet in acceptatione fratris Bernardi.

metipſum

metipſum &c. Quo comperto; beatus Franciſcus conſilio domini per omnia acquieſcens, ait præfato domino; hæc eſt vita, hæc regula noſtra, & omnium, qui voluerint noſtræ ſocietati coniungi. Sic etiam ſecularis dum eſſet; ſolum à Deo eius volūtatem ſupplicabat oſtēdi, quid ipſum vellet peragere, voluntatem diuinam ſuæ præpoſuit; quando voluit ſcire, an inter homines conſeruari deberet, vel ad loca ſolitaria pergere: Sic etiam quando ad prędicandum acceſsit; diuinam ſuæ præpoſuit voluntatem: & quia diuinæ voluntati ſe in omnibus ſubdidit, Beati Frācıſci voluntati Deus per omnia acquieuit; nihil ab eo aliquando petijt, quod non obtinuerit: vt patet eius legendam aſpicientibus.

Septimo beatus Franciſcus oſtendit ſe abnegaſſe omnem laudem declinando: nam cum beatificaretur ab hominibus, dicebat filios, & filias adhuc habere poſſem: nolite me laudare, vt ſanctum. Nemo laudandus, cuius incertus eſt exitus, & ſibi ipſi dicebat. Latroni, ſi tanta contuliſſet altiſsimus: gratior te foret Franciſce. Fratribus ſæpe dicebat. De omni eo, quod peccator poteſt; nemo debet ſibi iniquo applauſu blandiri: peccator autem ieiunare poteſt, orare, plangere, carnem propriā macerare: hoc ſolum non poteſt domino. ſuo eſſe fidelis: In hoc itaque gloriandum ſi ſuam dño gloriam reddimus: ſi fideliter ſeruientes, ipſi quicquid donat aſcribimus.

Nota tu o prædicator & diſce humiliari.

In ciuitate Iteranni dum prædicaſſet populo in platea, & Epiſcopus affuiſſet: poſt prædicationem cum Epiſcopus dixiſſet populo, ꝙ dominum Deum laudare debebant: quia per ora ſimplicium eos ſic informabat: exhilaratus beatus Fran. proiectus ad pedes Epiſcopi, regratiatur eidem dicens, ꝙ ipſe ſolus ſciuit ſeparare nobiliſsimum à viliſsimo: quia non ſibi, ſed Deo attribuit prædicationis gloriam, & honorem.

Octauo oſtendit beati Franciſci abiectionē: iniuriarum & quo ad verba, & verbera ſuſceptio: de quibus dictum eſt fructu pręcedenti, & conformitate. In iniurijs delectabatur dicens, ꝙ talia audire decebat filium Petri Bernardonis: imo dicebat de ſe fratribus, quando perſuaſerant domino Oſtien. vt diceret beato Franciſco, ꝙ ipſe conſilia ſapientum fratrum ſequeretur: quia ſic docent regulæ Auguſtini, Benedicti, & Bernardi, & Cardinalis dixiſſet hæc Beato Franciſco, Beatus Franciſcus nihil reſpondendo, duxit eum per manus ad fratres dicēs. Fratres mei, fratres mei Deus vocauit me per viam ſimplicitatis, & humilitatis: & hanc viam oſtendit mihi in veritate pro me, & pro illis, qui volunt mihi credere, & me imitari, & ideo nolo, ꝙ nominetis mihi aliam regulam præter illam, quæ mihi à domino miſericorditer eſt oſtenſa, & donata; & dixit mihi dominus, ꝙ volebat me eſſe vnum fatuellum in hoc mundo, & noluit vos ducere per aliam viam, quām per iſtam ſcientiam; ſed per veſtram ſapientiam, & veſtram ſcientiam Deus vos confundet: Fatuum ergo ſeipſum dixit, vt verè ſeipſum abieciſſe declararet.

Nono oſtendit beatus Fran. ſe abnegaſſe: nō de ſe alta ſentire, ſed per oppoſitum altitudinem declinare omnino: Cum enim vas eſſet virtutis & gratiæ, ſe maximum profitebatur peccatorem, quod patet; nam interrogatus B. F. à fratre Pacifico; quid de ſeipſo ſentiret. Reſpōdens Beatus Franciſcus, videor (ait) mihi eſſe maximus peccatorum: Et cum frater Pacificus diceret, ꝙ ſalua conſcientia illud dicere non poterat, nec ſentire. Subiunxit beatus Fran. Si quantuncunq; ſceleratum hominem, tanta fuiſſet Chriſtus miſericordia proſecutus, arbitror ſanè, quod multo pluſquā ego Deo gratior eſſet. Sicque frater prædictus de b. Fran. reputatione, & abnegatione informatus extitit; & quia de ſe alta noluit ſcire, in conſpectu ſuo, & omnium, ipſum. B. Franciſcum magnificauit Deus: quia beatum ſe reputabat, qui poſſet eum tangere; vt patuit quando per Burgum ſancti Sepulchri tranſiuit. Qui eum poſſet tenere, vt patuit de domino Cardinali Leone. Qui eum poſſet alloqui: ſicut patuit de domino Orlando, qui dedit ei ſacrum montem Aluernæ, de quibus omnibus inferius dicetur in ſuis locis extenſè.

Quid de ſe ipſo ſentiret s. Fran.

Decimo beati Franc. abnegationem oſtendit aliorum obedientiæ ſubiectio. Ipſe enim officio ceſsit generalatus, & frater Petrus Catanei eſt factus: vnum ex ſocijs petiuit ſibi guardianum dari, cui vſque ad mortē in omnibus obediuit: ſolitus etiam erat ſocio itineris quantuncunq; modico obedientiam promittere, & ſeruare, & dicebat (vt ſuam veram abnegationem fratribus oſtenderet) hanc gratiam mihi dominus contulit, ꝙ ita diligenter nouitio vnius diei obedirem, ſi mihi guardianus daretur; ſicut antiquiſsimo & diſcretiſsimo fratri: Subditus (inquit) prælatum ſuum non hominem conſiderare debet; ſed eum, ꝓ cuius amore eſt ſubditus, & ſubiectus: quanto autem contentibilior præſidet; tanto magis humilitas obedientis Deo placet. Hanc obedientiam. b. Fran. voluit in ſe experiri: vt nullum tempus ſine merito, & lucro tranſiret, & ſui abiectionem cunctis oſtenderet.

Vndecimo. bea. Franc. ſeipſum contempſiſſe oſtendit defectuum ſuorum publicatio: ipſe enim beatus Fran. virtutes, & gratias in ſui pectoris abſcondebat arcano: niſi quantum diuinus inſtinctus ad reuelandum induceret, aut zelus fraternæ ſalutis: defectus etiam ſuos publicè omnibus dicebat: abnegato mundo dum ſemel iret per Aſsiſium quærēdo oleum pro lampade Eccleſiæ ſancti Damiani: quam reno-

B. Fran propter abiectionē ſui proprios defectus pandebat.

renouauerat, & ad locum veniſſet, vbi erat hominum multitudo: verecundatus fuit eleemoſynam petere: ad ſe tandem reuerſus ad dictum locum acceſſit: dicens coram aſtantibus culpam ſuam: quomodo propter eos verecundatus fuerat eleemoſynam petere: petijt ergo, & ad ipſum locum præ alijs ſępius iuit. Dederat ſemel mantellum vni vetulæ, dū per ciuitatem iret Aſſiſij, & vanam gloriam habuit; ſtatim ſe ſequentibus prodidit; quomodo vanam gloriam habuerat dando mantellum. In hoc totum fuit ſuum ſtudium, vt nec coram Deo, nec coram hominibus hypocrita inueniretur. Incuſauit ſe ſemel chorda poſita ad collum, & nudus populo Aſſiſinatū quomodo ſanctus non erat: quia in infirmitate ſua comederat carnes, & brodium conditum: ſic etiam in publica prædicatione in quodam Eremitorio ſe populo incuſauit; quia in quadrageſima ſancti Martini comederat cibaria condita cum lardo: hæc & alia ſimilia reſerando, latentes defectus beatus Fran. manifeſtabat, vt ſe veraciter contemneret, & abnegaret.

Duodecimo omnis virtutis, & boni Chriſto attributio. Hoc beato Fran. diſplicebat ſi aliquid perfectionis ſibi atttibueretur, & tunc gaudebat quando Deo: & ideo dicebat ipſe beatus Fran. ſicut enim in picturis domini, & beatæ Virginis in ligno depictis, honoratur dominus, & beata Virgo, & tamen lignum vel pictura, ſibi nihil attribuunt: ſic ſeruus Dei, homo enim Dei pictura eſt: in qua Deus honoratur propter beneficium ſuum: ſed ipſe ſibi nihil debet attribuere: quia reſpectu Dei minus eſt, quàm lignū vel pictura; immo eſt purum nihil. Et ideo ſoli Deo honor, & gloria eſt reddenda: ſibi autem ſolummodo verecūdia, & tribulatio, dum viuit inter miſerias huius mundi. Quod enim referret in Chriſtum, patuit in Cantilena, quam ordinauit de laudibus creatoris, & per creaturas: quam vocabat canticum fratris: vbi oſtendit, quod omnia Deo ſunt tribuenda. Patuit etiam quodā facto ab ipſo cantico; Ipſe enim beatus Fran. cum propter ſuam ſanctitatem honoraretur multum à populo, & non ſolum oſculabantur eius manus, immo, & pedes: nec talē reuerentiam renueret: ſocius de hoc ſcandalizatus dixit ad eum. Frater non vides, & non attēdis quod tu facis? nam homines te tantum honorant, et tu talia non renuis, imo in eis videris complacere. Reſpondit beatus Franciſcus dicens. Iſti homines nihil faciunt de reuerentia reſpectu eius, ꝙ debent facere: quod ſocius audiens fuit magis turbatus: cui beatus Franciſcus dixit. Frater vide. totam iſtam reuerentiam, quæ mihi fit, nō mihi approprio, ſed ipſam totam ad Deum remitto, et me ipſum conſeruo in fece meæ humilitatis, et totū honorem reddo Deo. Homines autem, ex hoc lucrantur, quia Deum recognoſcunt, et honorant in ſua creatura, et in membris: quo audito frater ædificatus remanſit: Et quia beatus Franciſcus omnia à Deo eſſe tenebat, et cognoſcebat, ideo omnia ad ipſum referebat, vt dicit dominus frater Bonauentura in decima parte legendæ. De omnibus ſibi ſcalam faciebat; donec ad ipſum perueniret; qui eſt totus deſiderabilis: et quia Deum in omnibus cognoſcebat, ipſum in omnibus poſſidebat, laudabat, et glorificandum cenſebat, et ipſi ſoli ſit honor, et gloria omnis; prout in prima regula. cap. 23. et ponitur infra fructu. 12. et conformitate in cap. de diligendo Deum, vide ibi; ipſe beatus Franciſcus ſic ſēdum fratribus, et eſſe mandabat: Sic ergo. 12. præfatis modis patet beatum Franciſcum ſe ad inſtar Chriſti abieciſſe funditus, et abnegaſſe, prout prima pars expoſitionis exigebat, dicens. Franciſcus ſeparatur, videlicet à ſeipſo per ſui contemptum, et deſpectionē. De hac materia multa, et plura habes infra fructu. 17. et conformitate, vbi de humilitate tractatur beati Fran. et ſpecialiter in reſponſione ipſius beati Franciſci facta, Fratri Maſſeo eius ſocio dicenti. b. Franciſco; vnde tibi ꝙ totus mundus iret poſt ipſum &c. vide ibi. Sic ergo beatus Franciſcus impleuit cōſilium, quod in tertia libri apertione repetitur, videlicet. Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum etc. Declarato ergo quomodo intelligitur vno modo, Franciſcus ſeparatur, declarandum eſt quomodo intelligitur ſecundo modo de ſeparatione ipſius beati Franciſci à mundo, et licet infra fructu, et conformitate. 16. plenè dicatur de hoc, oſtendendo b. Franciſcum paupertatem præ omnibus dilexiſſe, attamen ſuccinctè eſt hic oſtendendum: Et licet pars hæc pateat ex dictis in prima expoſitione præmiſſa, ſicut dictum eſt de Chriſto; quia non ſtat aliquem perfectè ſe abnegare, et mundum diligere, licet non ē contrario; tamen b. Franciſcum mundum totaliter abdicaſſe plura oſtendunt.

Bea. Fran. mundum totaliter abnegaſſe plura oſtēdunt.

Primum eſt diuitiarum deſpectio. Factus.n. frater, & poſt mundi abrenunciationem corā Epiſcopo, licet omnem pecuniam, vt diabolū horruerit; tamen ſecularis exiſtens, & mercator, non ſperauit in pecunia, & theſauris: imo liberalis fuit naturaliter, & diſpenſator erat vaniſſimus; vnde ſocijs, & alijs curialiſſimus fuit: cęnas, & prandia, & talia huiuſmodi faciendo; prout dicit legenda trium ſociorum, & adeo fuit liberalis, ꝙ faciebat, & expendebat vltra ſuam facultatem; ac de ſua liberalitate per totam vallem Spoletanam rumor exiuerat. Verum cum hæc feciſſet aliquando pro mundi fama, à domino reſpectus ad ſemetipſum conuerſus ſuit: Ex quo largus, & curialis

es apud homines, à quibus nihil recipis niſi fauorem tranſitorium,& inane, iuſtum eſt, vt propter Deum, qui largiſsimus eſt in retribuẽdo,ſis largus,& curialis pauperibus,& tunc ꝓpoſuit omni petenti ſi poſsibilas affore t, pro amore domini tribuere; maxime ſi diuinum allegaret amorem: quod vſque ad mortẽ ſeruare non deſtitit: Et quia oẽs mundani diligunt munera. Hoc fuit ſignum in beato Franciſco, ꝙ mundum contempſit: quia ipſum nõ dilexit. Nonne beatus Franciſcus cum pro reparatione Eccleſiæ ſancti Damiani ſacerdoti pecuniam obtuliſſet, & ille non accepiſſet, in quandam feneſtram proiecit,vt puluerem vili pendendo?

Iſa. 1.

Secundum,quod oſtendit mundi contẽptum, eſt humilium perſonarum amor, & dilectio: abiectas enim perſonas,ſcilicet pauperes dilexit eis benefaciendo,dando eleemoſynas,vnde præ ſolito panem ſemper ponebat in menſa: adhuc ſecularis menſam panibus replendo: & cum à matre interrogaretur quare hoc faceret; reſpondebat ꝙ pro eleemoſynis dandis pauperibus, quia propoſuerat omni petẽti pro Deo eleemoſynas largiri: Extra domũ vero ſemper pauperibus de denarijs prouidebat: & ſi quando pecunia non adeſſet ad locũ ſecretum pergebat,exuebat camiſiam,& pauperi dabat, vel mittebat: Non ne militi egeno veſtimenta, quæ ſibi ipſi de nouo parauerat ſe exuendo tribuit? vnde die quadã mercantiarum abſtractus tumultibus; cum pauperem eleemoſynam petentem repuliſſet,gratia diuina proſpectus,ſeipſum arguit actũ ſe egiſſe magnæ ruſticitatis,dicens; ſi pro magno comite,vel barone pauper ille à te aliquid poſtulaſſet,certe poſtulatum ſibi dediſſes; quanto ergo magis pro rege regum,& omnium domino id facere debuiſti? & tunc propoſuit pro tanto domino poſtulatã de cætero non negare: Non ſolũ pauperibus benefecit; immo eorum cõſortium ſecularis exiſtens libenter habuit: patet,vt dictum eſt ſupra, quando Romæ ſtetit cum pauperibus;& cum leproſis cõuerſabatur, eis ſeruiendo,& benefaciendo: ipſorum etiam pauperum ſtatum præ alijs ſanctis amauit,& tenuit; quibus amor ad pauperes ipſius eſt expreſſus.

Tertium,quòd oſtendit beatum Fran. mundũ deſpexiſſe eſt,parentum deſpectio,derelictio, & declinatio,iuxta conſilium Chriſti. Siquis venit ad me,& non odit patrem ſuum, & matrem,& fratres &c. Et beatus Franciſcus hoc egit; nam patrem deſerit ſibi contrarium in Dei ſeruitio,volentem ipſum inflectere ad ea, quæ ſunt mundi: ipſi publicè corã omnibus, cum ſua facultate renunciauit, & coram prælato.ſ.Epiſcopo dixit ad patrem;vſque modo te vocaui patrem in terris; amodo poſſum ſecurè dicere: Pater noſter, qui es in cœlis. Et vide, ꝙ parentum abrenunciatio per beatum Fran. facta eſt cum deliberatione, in loco patenti, coram perſona publica, & autentica.ſ. Epiſcopo. Et ꝙ ad voluntatem,vt ageret,quæ ſunt mundi,nec minis,nec vinculis, nec verberibus per patrem beatus Fran. potuit inclinari, & non ſolum patrem; ſed etiam matrem, quæ ipſum tenerrimè diligebat, pro Chriſti amore reliquit: ſic & fratres,& parẽtes alioſque, quocunque gradu ſibi attinentes.

Luc. 14.

Quartum, quod declarat mundum à beato Franciſco contemptum,eſt omnium terrenorum reiectio: Nam Apoſtoli & ſi nauem, & alia reliquerunt, non tamen veſtimentum,qđ in dorſo habebant.B.vero Fr. non ſolum omnium facultati abrenunciauit; ſed etiam pannos, & femoralia reiecit, nudum corpore, & mente ſe offerens brachijs crucifixi, quod de nullo alio ſancto mundum abrenunciante alicubi legitur: vnde bene poterat dicere Chriſto veraciter. Reliqui omnia, & ſecutus ſum te. Et ſic in hoc beatus Franciſcus ſingularis ab omnibus reperitur.

Quintum oſtendens beatum Fran. mundo abrenũciaſſe,eſt vitę Apoſtolorum electio: licet enim, vt dicetur fructu.16.& conformitate, multi diuitias,& mundum cõtempſerint;nullus tamen, vt Apoſtoli: qui omnia dimittentes,quę habebant;& habere poterant Chriſtũ ſunt ſecuti: quorum vita fuit,quę ſunt mundi abdicare,& Chriſti veſtigia proſequi. Beatus Fran.Euangelium ſeruauit ad integrum;vt de eo cantatur. Franciſcus euangelicum,nec apicem vel vnicum, tranſgreditur nec iota: Chriſtum ergo ſequendo, nec in communi,nec in proprio aliquid voluit poſsidere, nec pro ſe, nec pro ſuis fratribus:& tamen Papa Ioannes determinauit, ꝙ in cõmuni habuit Saluator, & Apoſtoli: Et licet.B.Fran.nec in communi habere voluerit,nec in proprio,non eſt dicendũ,(dicit dominus Papa Ioannes;) ꝙ vita beati Franciſci fuerit perfectior vita Chriſti, & Apoſtolorum, quia nulla perfectior ea inuenitur:Sic ergo eligendo ſeruare Euangelium, & vitam Chriſti,& Apoſtolorum pr̨ alijs,qui ante eum fuerunt,beatum Fran. mundum abdicaſſe ex hoc declaratur.

Sextum oſtendens mundi contemptum à Bea. Fran.eſt paupertatis arreptio,deſponſatio,& acceptio,de qua quia fructus eſt 16.& conformitas, nihil dico ad pñs.

Septimum eſt in ędificijs nulla oſtenſio. Mundani optant domos altas,pulchras,ſumptuoſas, & latas. Beatus Franciſcus nihil talium optauit, nec habere voluit: immo volebat ꝙ domus,& loca fratrũ quo ad materiam non eſſent de lapidibus,videlicet. de ſaxis aut lateribus; ſed de viminibus luto paleis cõſerto: quo ad coperturam de paleis: quo ad latitudinem eſſent parua tuguriuncula: & ſic de

altitudine & longitudine: unde vt dicetur fructu. 16. & conformitate, omnia talia ædificia, quæ ſummam non prætenderet paupertatem, diſplicebant ſibi, & offendebatur: nam domū factam per communitatem Aſsiſij in loco ſanctæ Mariç, voluit deſtruere, ſed impeditus fuit ab hominibus ciuitatis. Vicarium ſuum fratrem Petrum Cathanij reprehendit; qui domum paruam çdificari fecerat, & vilem ad officium dicendum, & recipiēdum fratres: quia multiplicationes domorum ſibi diſplicebant: Et poſt mortem quendam fratrem, qui locū mutauerat, & domos latiores çdificauerat, reprehendit acriter, & q̃ poſt mortem iuditium Dei non euaderet.

Octauum, quod beatum Fran. oſtendit mundum contempſiſſe: eſt veſtium, & tunicarum deultatio, & quo ad ſumptuoſitatem, quia de panno viliſsimo, & rudi indutus eſt ſemper, & quo ad multitudinem: nam tunica ſola habituali, corda fuit contentus, & fęmoralibus: nā veſtitos dupliciter oderat, & ſignum extincti ſpiritus hoc eſſe dicebat: quia tunc caro ad petendum ſua inclinatur. De hac materia habes fructu & conformitate. 16. Nec tunica ſua erat ſua, imo dabat libenter petenti: ſicut patuit quando eam fratri Ruffino poſt impreſſionem ſtigmatum ab ipſo requiſitus dedit. Sic & in loco de Grecio cuidam fratri eam petenti de Francia. Sic & paupribus ſi aliquid non haberent: vnde nec cellam, nec tunicam, nec aliquid habere voluit, quod ſuum cenſeretur: Quærendo ſemel beatus Fran. ab vno fratre vnde venerat, & ille diceret de cella tua, quia audiuit tua: in cella prædicta noluit amplius habitare: Bononiæ ad locum accedere pro fratribus pręparatum noluit: quia locus fratrum dicebatur; ſed legato apoſtolico, locum accipiente nomine Eccleſię, & fratribus ipſum concedente in eo ſtetit.

Nonum, mundum oſtendens à beato Franciſco contemptum, eſt Regulæ ipſius compoſitio; ipſa enim præ alijs, vt patet intuenti totum mundum cum ſuis abdicat, & ſuadet ipſius contēptum. Et quia eā ad litteram ſeruauit, argumentum eſt eius obſeruantia ad mundi contemptum.

Decimum eſt oſtendens mundi contemptum beati Fran. fratrum ad ordinem receptio, nullum. n. fratrem voluit ad ordinē recipere, niſi expropriatum, & terrenis datis omnibus pauperibus. In marchia quendam, qui dederat ſua parentibus, & non pauperibus, noluit ad ordinem recipere; dicens eum indignum iungi pauperibus Chriſti; qui pauperes defraudauerat: Contemptum enim omnium terrenorum dicebat ſui ordinis eſſe fundamētum: vnde ad ordinem venienribus dicebat verbū Euangelij. Si vis perfectus eſſe; vade & vende omnia, & da pauperibus: ne aliter faciendo, ad ſcandalum animæ eſſent fratribus loculi reſeruati.

Vndecimum oſtendens propoſitum. b. Fran. de mundi contemptu, eſt fratrum in ſtatu vocationis eorum, permantio: nam, vt fratres ad nihil mundi afficerentur, ipſos noluit ad Eccleſiaſticas dignitates promoueri, vnde domino Oſtiēſi, qui fuit poſtea Papa Gregorius nonus, ſiſcitanti ab eo, ſi ſibi placeret, q̃ fratres promouerentur ad dignitates Eccleſiaſticas, reſpondit: Domine, minores ideo vocati ſunt fratres mei; vt maiores fieri non pręſumant: ſi vultis autem, vt fructum faciant in Eccleſia Dei, tenete illos, & conſeruate in ſtatu vocationis eorum; & ad prælationes Eccleſiaſticas aſcendere nullatenus permittatis, vnde nec ambiuit gradum Eccleſiaſticum nec fratres voluit ad talia anhelare.

Duodecimum, & vltimum oſtendens beatum Fran. mundum deſpexiſſe, eſt ad nil mundi affectio; ſed tota mente, & deſiderio ad patriā ſuſpiratio, & intentio: vnde non pręlationē, quia hanc depoſuit: nec pecuniam; quia hanc deſpexit: non honores; quos declinauit: non aliquid terrenum appetijt; ſed tota affectione ſuſpirabat ad patriam; vt Chriſto vniretur per gloriam; cui incorporatus manebat per imitationem, & dilectionem: & ſicut mente erat ad ęterna ſuſpenſus, ſic & corpore, & præſertim facie, ad cęleſtia ſtabat totus affectus: vt enim dicit dominus frater Bonauentura in quarta parte maioris legendę: videbatur intuentibus homo alterius ſeculi: quippe, qui mente, ac facie in cœlum ſemper intentus; omnes ſurſum attrahere niteretur. Nec immerito ſic videbatur: quia cum eo pergente, Chriſtus Crucifixus ibat; cum ſtante, Chriſtus, beata Maria, ſancti, Ioannes Baptiſta & Euangeliſta, Petrus, & Paulus, & alij ſancti morabantur. Hunc ſancti Angeli ſæpe viſitabant; ac gratiarum diuinarum influentia pertangebant; quare cęlibatus ſuperni magis, quam mundani incolatus effigiem prætendebat. Iam dictis ergo poteſt clareſcere ſeruum altiſsimi beatum Franc. mundum funditus deſpexiſſe; quod erat declarandum pro expoſitione ſecūda huius fruct⁹, & cōformitatis; videlicet quo ad eius ſecundam partem; quæ dicit Franciſcus ſeparatur. ſ. ad inſtar Chriſti, à quo ſcilicet à mundo, per ipſius totalem abdicationē, & deſpectum: Et ſic patet quomodo beatus Fran primo ſe, deinde mundum abiecit, abnegauit, & contempſit: & ſic conſequenter apparet declarata huius ſexti fructus, & conformitatis, ſecunda pars, quę erat videlicet Franciſcus ſeparatur.

INCIPIT FRVCTVS SEPTIMVS, & conformitas, videlicet. Ieſus hoſti exponitur, Franciſcus moleſtatur.

Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus hoſti exponitur.

QVIA in huius fructus ſeptimi,& conformitatis,prima parte, agitur de tentatione domini Ieſu Chriſti facta, per hoſtem diabolum, ipſo exiſtente in deſerto: hinc eſt, ꝙ pro eius expoſitione ſunt tria videnda.

Primum quibus modis genus humanũ à Diabolo impetitur,& tentatur.

Secundum quare dominus noſter voluit à Diabolo tentari,& quali modo tẽtationis ab hoſte propulſatus eſt.

Tertium quibus modis ab homine Diaboli tẽtariò ſuperatur, & abijcitur: Sed ante omnia ſciendum eſt,ꝙ hic agetur de tentatione Diaboli,prout tota tentatio eſt à Diabolo, & ſuperatio a tentato: ipſum abijcit, & repellit: fructu vero, & conformitate 21. agetur quomodo diabolus ab homine expellitur per ipſius ſuperationem ab eo, quem diabolus impetijt,& tandem diuina gratia eſt, & fuit ſuperatus.

Pro primi euidentia eſt ſciendum,ꝙ hoſtis antiquus diabolus Leo, & draco eſt; & vocatur draco,propter malitiã, & nequitiam: de quo
Pſal. 103. dicit Pſalmiſta. Draco iſte,quem formaſti ad
Apoc. 20. illudendum ei &c. Et Apoc. Diabolus draco,
2. Pet. 5. & ſerpẽs appellatur: dicitur etiam leo rugiẽs,
& hoc ratione violentię,& potentię, quem nõ poteſt vincere malitia: multotiens ſuperat potentia: Quia ergo leo,& draco eſt ipſe hoſtis diabolus: hinc eſt, ꝙ duobus modis nos tentat.

Primo,vt draco malitia, & verſutia.

Secundo,vt leo potentia, & violentia.

Quomodo diabolus tẽtat aſtutia, ut draco. 12. modis.

Tentandi modos diaboli declarando præfata duplici via, & primo quomodo tentat malitia,vt draco, eſt ſciendum, ꝙ ſic multis modis tentat, & tentauit genus humanum: aſtutia ergo tentando,& malitia ipſe tentat.

Primo modo,videlicet ſuaſione ſuadendo, &
Gen. 3. hoc modo, tentauit Euam,& decepit.

Secundo modo blanda illectione: & ſic tenta
Gen. 6. uit genus humanum, videlicet filios Seth, qui dicebantur filij Dei: hos tentauit eſca.ſ. pulchritudine filiarum Cain: & ſic earum adinuicem commixtione, iratus Deus perdidit omnem carnem: Noe cum vxore filijs, & vxoribus eorum præſeruando: & quaſi rationabiliter, quod ſuggerit fieri debere oſtendendo.

Tertio modo in errorem deductione. Hoc modo tentauit filios Iſrael in deſerto, ad ido Exo. 32.
latriam perducendo. Num. 25.

Quarto modo promiſsione, promiſit enim primis parentibus deitatem. & Chriſto vt dicetur infra omnia regna mundi ſi perageret, quod ſuadebat.

Quinto modo difficultatis ad bonum peragẽdum oſtẽſione. dicens ꝙ arcta via eſt,quæ ducit ad paradiſum, & ad vitam; & ſic tentauit
filios Iſrael,qui ob difficultatem nolebant ire Num. 14.
ad terram promiſsionis.

Sexto tędij poſt bonum inceptum,ne perficiatur immiſsione,& ſic tẽtauit, & alias filios Iſ-
rael, qui libenter exierunt de Aegypto, & de- Exo. 16.
ſertum intrauerunt, ſed labore itineris vlte- Num. 20.
rius ire nolebant: & ſic quoſdam tentauit de
ſequentibus Chriſtum,qui audientes Chriſtũ, Ioan. 6.
dicebant,durus eſt hic ſermo; & ab eo receſſerunt.

Septimo modo ad dubietatem mentis perdu
ctione: ſic tentauit Balaam, qui ab Angelo Num. 23.
retardabatur, ne iret ad maledicendum filijs Iſrael, & Diabolus ad oppoſitum eum inducebat &c. Sic & filios Iſrael tempore Eliæ, qui-
bus ipſe Elias dicebat. Vſquequo in duas par 3. Reg. 18.
tes claudicatis &c.

Octauo modo importunitate, & aſsidua in-
quietatione. Hoc modo voluit tentare Io- Gen. 39.
ſeph, per mulierem Aegypriacam, quæ ſibi erat importuna,& cęperat eum.

Nono ſubitè & improuisè animæ aggreſsione, & præſertim quando otioſam inuenit, & malè diſpoſitam: ſic tentauit Iudam ſcarioth, qui videns vnguentum effundi ſuper caput Ieſu, murmurauit ſtatim, & eius mortem ordinauit.

Decimo modo occulta inſidiatione.hoc mo-
do tentauit Ananiam, & vxorem eius Saphi- Act. 5.
ram, vt occultarent de prætio poſſeſsionum ſuarum,& mentirentur Apoſtolis.

Vndecimo modo fraude,& deceptione: ſic tẽ
tauit illum diuitem nequam; qui deceptione Luc. 12.
diaboli credebat diu viuere, & ſubito mor-
tuus eſt: ſic etiam decepit Achab promiſsio- 3. Reg. 22.
ne victoriæ.

Duodecimo ſe in Angelum lucis iuxta dictũ Apoſtoli transformatione: ſic multos in uitis patrum decepit, apparendo in forma angelorum pro parte Dei ſanctorum patrum,& mulierum: ſic etiam volendo Chriſtum decipere, in forma humana apparuit: Et quamuis ſint multi alij modi, quibus diabolus tentat, vt draco, cum ſint ei mille ad nocendum artes; ſufficiant tamen pro præſenti duodecim modi præfati.

Et quia non ſolum draco eſt, ſed & leo ipſe hoſtis antiquus: icc irco, quos ſuperare non poteſt aliquando, vt draco, per aſtutiam, &
malitiam, alijs modis ſuparat.ſ. per violen- Quõ tẽtat
tiam,& potentiam, vt leo. ut leo.

Et primo modo afflictiones temporales pro
Exo. 3. & 5. curando; ſic tentauit filios Iſrael, faciendo
Act. 12. eos affligi, vt Deum non audirent: ſic Petrum afflixit, faciendo eum poni in carcerem, &c.
Iob 30. Et ideo dicebat Iob. Pharetram ſuam aperuit idest tribulationes, & afflictiones: & afflixit me.

Secundo modo carnem flagellando: ſicut fecit
Iob. 2. Iob, quem percuſsit vlcere peſsimo, vt malediceret domino Deo ſuo.

Tertio modo bona fortunę auferendo: ſic ten
Iob. 1. tauit Iob omnia temporalia auferãdo ab eo:
Tob. 1. ſic & Tobiam.

Quarto modo, quę amamus ſubtrahendo. ſ. filios, & filias. Hoc patuit in Iob; & ſancto Euſtachio &c.

Quinto modo, quę naturaliter odimus ingerendo: ſicut infirmitates, vt Iob; qui infirmatus eſt: Et Tobias excęcatus eſt; vt de domino murmurarent.

Sexto modo prauos homines contra bonos prouocando, & inducendo, qui ſui ſunt ſatellites; ſic fecit filijs Iſraelis patet de Senacherib, Nabuchodonoſor; Holoferne, Antiocho, & ſic de alijs, quod hodie facit per Tirannos & Sociardos &c. Chriſtum fecit occidi per Pilatum, & iudęos, & Romanos, qui omnes membra erant ipſius Diaboli.

Septimo ſe viſibilem, vt timeatur oſtendendo, & demonſtrando; ſicut fecit Beato Antonio, beato Benedicto, & pluribus ſanctis.

Octauo modo bona, quę agimus impediẽdo: ſic beatam Claram ab oratione retrahere eſt conatus: ſic & multos in vitis patrũ tentauit.

Nono modo Sanctos perſequendo: quoſdam carnis tentatione: ſicut beatum Criſantum; Ioſaphath; Benedictum &c. quoſdam accidia: quoſdam alijs vitijs. Vt vidit beatus Abbas Macharius, quando in ſpecie medici diabolũ eum diuerſis ampulis ad fratres pergentem conſpexit.

Decimo delectatione reſoluẽdo, ſicut Dauid: quem non potuit perſequutione ſuperare, vicit delectatione cum Berſabee.

2. Reg. 11. Vndecimo modo non conſentientes opprimendo: ſicut de ſancto Antonio abbate, & de beato Antonio noſtro; ad cuius guttur diabolus poſuit manus, vt eum ſuffocaret.

duodecimo ad deſperationem conducendo: ſicut facit continue, quia multi ita impetuntur ab ipſo acriter: ꝙ deſperantes tentationi
2. Reg. 17. bus eius conſentiunt: ſic tentauit Achithofel: qui ſeipſum ſuſpendit: & ſic de multis alijs, q; ſeipſos diuerſis modis interemerunt. Præfatis modis diabolus tentat vt leo: & ſi alij modi ſunt; quia poſſent ad pręfatos reduci, dicti iam ſufficiunt. Et ſic patet primum, quod erat videndum.

Secundo videndum erat, quare dominus noſter Ieſus Chriſtus voluit tentationi diaboli ſubijci: & quomodo. Et breuiter hanc partem exponendo, videndum eſt primo: quare vo- Chriſtus q̃ à Diabolo uoluit tentari.
luit tentari à Diabolo.

Ad quod reſpondetur, vt nos pariter verbo informaret, & exemplo: cum enim tota vita noſtra ſit plena tentationibus; quia tentamur à mundo, carne, & diabolo: Chriſtus igitur tentari voluit.

Primo, vt exemplum patientię nobis pręberet: quia ſi ipſe, qui ſine peccato erat tentationem pariẽter portauit, multo fortius nos peccatores.

Secundo, vt modum oſtenderet diaboli tentationem ſuperandi, de quo in tertio modo dicetur.

Tertio, vt fructum oſtẽderet (ſi tentatio ſuperetur): quia angeli accedunt ad talem; & miniſtrantei: vt factum eſt ipſi Chriſto: ſed hic ſunt aliqua dubia.

Primum eſt, quis fuit iſte hoſtis, & Diabolus?
Reſpondetur, ꝙ creditur, ꝙ fuerit lucifer qui Quis diabolus fuerit ille, qui Chriſtũ tẽtauit.
primos tentauit parẽtes: quia hic hoſtis Chriſto promittebat omnia Regna mundi, & ſi fallaciter: Lucifer enim eſt Rex ſuper omnes fi-
lios ſuperbię, ad ipſum tentandum ſagacior Apoc. 19.
venit, & aſtucior: quare, & ipſe princeps mundi lucifer: quem ſuperando, & fugauit à mundo, & ligauit.

Secundum dubium, an in propria forma temptauerit?

Reſpondetur ꝙ non: nẽ quis eſſet, agnoſcere- An in propria forma tentauit.
tur; ſed nec homo in proprio eſſe ſubſtantias ſeparatas cernere valet: quare creditur, ꝙ in forma humana eidem ſe oſtenderit.

Tertium dubium, in quo loco Chriſtum tentauerit?

Reſpondit Euangelium, ꝙ in deſerto, vt vide- Math. 4.
licet oſtenderet.

Primo, ꝙ diabolus maximè bene volẽtes ope- In quo loco tẽtauit.
rari aggreditur.

Secundo, vt ſancti poſt eum futuri, qui ad deſerta pergerent, ſcirent ſe perlaturos hoſtis tẽtationes.

Tertio, vt oſtenderet, ꝙ ſolitarios Diabolus aggredi conatur.

Quarto, vt oſtendat ꝙ omnia, & ſe relinquentes (quia tales ſunt in deſerto) et ſi a Diabolo inuadantur, non tamen ſuperantur.

Quinto, vt quanta ſit difficultas in bene agendo oſtenderet: Chriſtus enim non iuit ad deſertum, vt tentaretur; ſed, vt ieiunaret, ſed ad hanc operationem, eſt conſequuta diaboli tentatio.

Sexto, vt quando fit rectum aliquid à nobis, & diabolus conatur impedire ſuis modis, non debet dimitti, ſed proſequi: quia perſeuerans in campo certaminis, triumphum obtinet per optatum.

Viſo ergo quare Chriſtus voluit hoſti, (quo Quare diabolus Chriſtum tentauit.
ad tentationẽ) ſubijci, videndũ eſt, quare Diabolus

bolus ad tentandum ipſum acceſſit. Et dicũt, doctores, ꝙ volebat experiri, an eſſet Deus, vel purus homo: quia argumenta erant pro vtraque parte: Quòd eſſet homo, quia ieiunio expleto eſuriuit, vt homo: Quòd eſſet pluſquã homo: quia nullo alio cum eo exiſtente, ieiunauit 40. diebus, et totidem noctibus: quando enim Moyſes ieiunauit, ipſe erat cũ Deo: Elias ex cibo prius ſumpto, ſic ieiunauit: ſed Chriſtus cibum non ſumpſit, & ſolus à Diabolo eſt inuentus: et ideo hoc videndo, vt agno ſceret, an eſſet Deus: ipſum tentare voluit, & ideo dixit in prima, & ſecunda tentatione, Si filius Dei es &c.

Quomodo diabolus Chriſtum tentauit.

Sed quomodo potuit Diabolus Chriſtum Deum eſſe ignorare, cum tôt ſigna in natiuitate eius fuerint facta?

Reſpondetur, ꝙ diuina virtute ipſum latuit. Reſtat ergo videre quomodo Diabolus Chriſtum tentauit. Vbi ſciendũ eſt, ꝙ tentatio Diaboli fit tripliciter, videlicet ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu. Item tentatio alia interior, quę fit à carne, et aliquando à Diabolo: alia exterior, quę fit à Diabolo. Dictum eſt etiã, ꝙ Diabolus tentat, vt draco, et vt leo. Ad propoſitum: Diabolus vt leo Chriſtum tentare non potuit: quia vim ei inferre non valuit; ſed vt draco tentauit. ſ. malitia, et aſtutia: vt ſicut primos parentes tentauit de gula, de ſuperbia, & de auaritia. ſ. de cupiditate habendi ſcientiam boni, & mali: ſic & Chriſtum præfatis modis tentauit: de gula, de præſumptione, quę eſt filia ſuperbiæ; et de auaritia, omnia regna mundi promittendo. Sed Chriſtum interiori tentatione tentare non potuit: quia nihil impellens ad malum in ipſo fuit, ſola tẽtatione exteriori ipſum pulſauit: Nec delectatione, aut conſenſu potuit Chriſtum tentare: quia Chriſtus peccare non potuit; quare ſolo primo modo. ſ. ſuggeſtione ipſum tẽtauit: quibus apparet quomodo hoſtis antiquus Chriſtum tentauit.

An homo debeat appetere tentari.

Sed quia dictum eſt, ꝙ Chriſtus voluit tentari, vt nobis pręberet exemplum, poſſet quęri, An nos tentari appetere debeamus?

Reſpondetur, ꝙ à carne non: ratio, quia talis, non eſt ſine peccato, ſaltem veniali. dicit magiſter. 2. diſt. 21. A Diabolo non, a viris imperfectis, nec perfectis; Chriſtus non dedit exemplum tentationem appetendi: ſed exemplum prębuit, vt ſi tentatio afforet, eam vincendi, & ſuperandi. Et ſic patet ſecundum, quod erat videndum, videlicet cur Chriſtus hoſti fuit expoſitus, et de modo.

Quib⁹ modis uincatur tentatio.

Reſtat videre de modo tentationes Diaboli ſuperandi; quod eſt tertium videndum. Circa quam partem, et ſi doctores diuerſimodè loquantur.

Quidam enim dicunt, ꝙ ſuggeſtioni Diaboli ſi non attẽdatur: vtpote ad aliud conuertẽdo cogitamen, tentatio ſuperatur.

Alij dicunt cogitando ſtatim, quando Diabolus tentat, pęnas infernales.

Alij dicunt, ꝙ cogitãdum eſt premium, quod promittitur, tentationi non conſentientibus: attamen Saluator noſter in ſancto Euãgelio, oſtendit modos aliquos.

Et primo per ieiunium carnis extenuatione: nam, vt ipſe Apoſtolis dicit. Hoc genus demoniorum eijcitur ieiunio, & oratione: & hanc viam oſtendit ipſe Saluator: qui ieiunauit 40. diebus, & 40. noctibus oſtendens ieiunium appetendum, propter multa, quę facit ieiunium, vt dicunt doctores de ipſo loquentes, & tractantes: & quia cum inſtrumentum diaboli ſit noſtra caro; ieiunio atteritur, & domatur. Marc. 17.

Secundo, fide, & tota in Deo ſpei, & fiducię poſitione: Nam anima debet eſſe in deſerto, id eſt ſeparata ab omni ſpe alia à Deo, & tunc ſi habebit fidem, & dicet monti, id eſt tentationi, vt transferatur, id eſt abſcedat, fiet, vt Ieſus beatum Fran. docuit.

Tertio ſacræ ſcripturę memoria, & attentione. Ipſe Saluator in tentatione ſua ad ipſam ſuperandam, & diabolum conuicendum ſola ſcriptura eſt vſus diuina, ad oſtendendum, ꝙ ipſa docet diaboli tentationem euitare. Et pro huius euidentia inueſtigandum eſt quomodo ſcriptura docet hoc: vbi ſciendum, ꝙ diabolus de bono non tentat, nec inducit hominem ad bonum per agendum, ſed malum, & ſi malum ſub ſpecie boni ſaltem delectabilis: Modo, de nullo malo ſpeciem pręferente boni, poteſt diabolus tentare: de quo ſacra ſcriptura inſpicientem diligenter non informet, & verbo, & exemplo.

Quo per meditationem ſcripturæ diuinæ uincitur tenta.

Si enim Diabolus tentat te de aliquo vitio, vt potè, de ſuperbia, debes videre, quid ſcriptura verbo promat, & exemplo: nam, ꝙ non aſſentias huic tentationi, te docet oſtendendo, ꝙ mala ſit ſuperbia, dicẽs illud. Odibilis Deo, & hominibus ſuperbia. Et Iacobi. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et beata Maria dicit. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Et non ſolum verbo docet: ſed etiam exemplo, quomodo ſuperbia non eſt appetenda: oſtendendo mala, quę de ipſa proueniunt. Superbia enim Angelus ſupremus Diabolus efficitur. Adam à paradiſo in hanc miſerię vallem deijcitur. Arphaxath regno priuatur. Senacherib gente ab Angelo ſpoliatur, & ſic de alijs. Tentatus ergo à diabolo de pertinẽtibus ad ſuperbiam, vt de appetitu dominij, & ſtatus, & ſimilibus; quia videt, ꝙ ſcriptura verbo, & exemplo oppoſitum oſtendit, debet nolle ipſam in ſe locũ habere: quare nõ aſſentit Diabolo ſibi hoc perſuadenti, immo accipit oppoſitũ, videlicet humilitatem, quã aſſumere ſcriptura inducit verbo dicens illud. Humilium, & manſuetorum Deo ſemper placuit

Eccl. 10. Iacobi 4. Luc. 1. Iſa. 14. Iud. 1. 4. Reg. 19. Iud. 9.

cuit oratio,& ſupplicatio. Pſ. Reſpexit in orationem humilium &c. Exemplo. Dauid humilis fit Rex. & Maria humilitate fit mater Dei. & ſic de alijs. Modo tentatus debet dicere, qđ bonum eſt,& facit bonum habenti, eſt proſequendum,& ꝙ malum eſt in ſe,& facit malum habenti, eſt fugiendum; ergo nolo ſequi ſuperbiam, ſed humilitatem: quare demon tuę nõ aſſentio tentationi. Et ſic patet de modo vincendi tentationem diaboli per ſcripturam: & ſicut dictum eſt de vitio ſuperbię, ſic etiã eſt de alijs.

Si de luxuria tentat, quid ſcriptura dicit
Ephe. 5. verbo? Certe illud. Omnis fornicator, aut immundus non habet partem in regno Chriſti,& Dei. Quid oſtendit exemplo? Certe, ꝙ ipſa eſt fugienda: quia per ipſam genus huma-
Gen. 7. num in diluuio ſubmergitur. Sodomitæ cœle-
Gen. 19. ſti igne comburuntur. Amon ex pręcepto Ab-
2. Reg. 13. ſalon occiditur. Et ſic de alijs.

Quid de oppoſito dicit ſcriptura. ſ. continen-
Ephe. 5. tia & caſtitate? Certe illud. Vnuſquiſque veſtrum ſciat ſuum vas poſſidere,&c. Quid oſtẽdit de hoc exemplo? Certe, ꝙ caſtitate homo à Deo diligitur & ad gloriã ſublimatur patet
Gen. 32. in Ioſeph,& ſic de alijs hoc perpendens tentatus, non aſſentit libidini, ſed diligit caſtitatẽ, & mundiciam.

De ira ſi tentat diabolus, vadat tentatus ad ſcripturam, & videat ſi ſuadet ipſam, vel eius oppoſitum,& videbit, ꝙ diſſuadet iram ver-
Eccl. 30. bo, dicens illud, zelus. & iracundia minuunt dies. Exemplo. Cain à Deo deſpicitur,& damnatur.
Gen. 5. Saul à diabolo captiuatur, & ſic de alijs.
1. Reg. 16. Suadet autem irę oppoſitum. ſ. pacem,& tranquillitatem. di. illud Pſ. Si vis videre dies bonos, inquire pacem,& perſequere eam. Exemplo Moyſi, qui fuit mitiſsimus,& pacificus, &
Num. 12. à Deo dilectus. debet ergo tentatus dicere tentatori. Ego volo viuere; quare nolo iram ſequi, ſed pacem habere; quia ero Dei amicus,& ſic à tentatione irę liberabitur.

De auaritia ſi tentatur, reſpiciat quid de ipſa
Eccl. 10. dicit ſcriptura verbo. Certe illud. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Et Apoſtolus. Auaritia eſt ido-
Collo. 3. lorum ſeruitus. Quid oſtendit exemplo? Cer-
Num. 31. te Balaam auaritia necatum. Achan à popu-
Ioſue. 7. lo lapidatum, & ſic de alijs.
Prou. 28. Et de oppoſito dicit verbo illud. Qui odit auaritiam longi fient dies eius, exemplo quid oſtendit? Tobias fuit liberalis ad pauperes,&
Tob. 11. dominus cum bonis repleuit. Quia ergo auaricia eſt tam mala, & eius oppoſitum eſt ſic bonum, dicat tentatus tentatori. ego nolo primum ſequi, ſed ſecundum.

De inuidia, ſi quis tentatur, ei occurrit ſcriptura oſtendens malum inuidię, dicens ver-
Sap. 2. bo. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, & ſequuntur eum, qui ſunt ex parte illius. exemplo. Achitofel inuidia ſe ſuſpendit, 2. Reg. 17.
Chore cum alijs à terra viuus abſortus eſt, & Num. 16.
ſic de alijs. Oppoſitum oſtendit, dicens Dili- Math. 19.
ge proximum tuum ſicut teipſum. Et diligite Math. 5.
inimicos veſtros. exemplo. Dauid,& Ionatas 2. Reg. 1.
intimi fuerunt &c.

De accidia, ſi tentat, vide ſcripturam dicentẽ.
Multa mala docuit ocioſitas, & qui ſequitur Eccl. 33.
otium non videbit bonum. exemplo Sodomitarum, ad quod peccatum, vt dicit, Ezech. In-
duxit accidia. Oppoſitum ſuadet dicens Ec- Ezech. 16.
cleſiaſtes nono. Quicquid poteſt manus tua Eccl. 9.
operare &c. exemplo. quia operantibus in vinea, datur vitæ ęternę pręmium. Quare nõ eſt Math. 20.
acquieſcendum tentationi, dicat tentatus de accidia, ſed eius oppoſito.

De gula, ſi tentatur, quid ſcriptura dicat verbo, videat. Amaritudo animę vinum multum Eccl. 31.
potatum &c. exemplo, Holofernes a Iudith truncatur, & Symon Machabæus occiditur.
De ſobrietate dicit. Sobrij eſtote &c. Exem- 1. Mac. vlt.
plo Salomonis, qui abſtinuit à vino &c. Et Da- 1. Pet. 5.
nieli Deus dedit ſapientiam. Quia ergo gula Dan. 1.
incipientem,& ſobrietas facit ſapientem: dicat tentatus tentatori. Ego nolo eſſe imprudens, quare, nec gulam ſectari: ſed volo eſſe ſapiens, quare oppoſitum volo proſequi, & ſic eius tentationem ſuperat,& vincit. De multis alijs exempla, & verba patent in ſcriptura: quæ ſi diligenter intueantur, homo à tentatione non ſuperatur: verum, quia hic modus eſt hominum intelligẽtium ſolum,& nõ ignorantium, & ſic non omnium generaliter; datur à Chriſto modus alius, diaboli tentationem ſuperandi in orando.

Quarto modo. ſ. oratione. Nam in deſerto, ipſe nihil aliud faciebat, niſi orabat. Oratione
diabolus expellitur, vt ait Saluator. Moyſe Marc. 13.
orante ignis. ſ. tentationis abſortus eſt. To- Num. 16.
bia orãte demonium ab Angelo expulſum eſt. Tob. 8.
Quinto humiliatione, Chriſtus in deſerto oſtẽdit humilitatem de ſe non pręſumendo, Deũ ſolum adorando,& cum beſtijs conuerſando, ac permittendo ſe à diabolo duci,& tangi: Et ꝙ humilitas diabolum pellat: patet viſione beati Antonij; qui in aere ſubleuatus, vidit totum mundum, laqueis diaboli plenum,& cum Antonius diceret; quis euadet? dictum eſt ſibi humilitas. Contraria contrarijs curantur. diabolus ſuperbus ab humili ſuperatur. Frater Ruffinus viſus à demone habitante in homine, ꝙ ibat pro pane: ſtatim quem poſſidebat dimiſit dicens, ꝙ eius tantam humilitatẽ ferre, non poterat.

Sexto, Dei timoratione: cum dixit, dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerutes. ſ. nõ ſeruili timore, ſed filiali: Sed ꝙ timor filialis omnem ſuperet tentationem, patet ſcriptura
dicente. Timor domini expellit peccatum. Eccl. 1.
Nam ſi homo de quacuq; te ſeruire Deo ten-

tetur

tetur à diabolo: ſi eſt timor Dei in eo ſtatim dicit. Ego debeo ſeruire Deo timore filiali, & filius debet ſibi cauere ab omni eo, quod eſt patris offenſiuum, ſed cum Deus ſit meus pater,& hoc, de quo tentor non eſt in Dei cõplacentia, immo oppoſitũ: quare ego, vt bonus filius patrem ipſum nolo turbare,& conſequēter,quod mihi ſuggeritur, nolo exercere: Et ideo bene dicit ſcriptura. Beatus cui datũ eſt habere timorem domini; quia timore domini filiali exiſtente in anima, cum præſeruet eam ab omni,quod eſt offenſiuum Dei,& per conſequens à peccato: homo à nulla poteſt ſuperari tentatione. Iſtos ſex modos ſaluator dum ſuperat hoſtem; ad ipſum vincendum nobis clementer oſtendit.

Sed nũquid alij modi reperiuntur à præfatis? Certe ſic, & multi.

Et primus modus eſt Ieſu benedicti nominis inuocatione: tentatio ſic ſuperatur. In nomine meo demonia eijcient,& dixerunt Apoſtoli Ieſu: In nomine tuo demonia ſubijciuntur nobis. *Math. vlt. Luc. 10.*

Secundus modus eſt Virginis glorioſæ Mariæ nominatione dicendo. Aue Maria gratia plena &c. vel illam orationem Maria mater gratiæ,mater miſericordię,tu me ab hoſte protege, & in hora mortis ſuſcipe: qua expertum eſt diabolum abſcedere ſtatim. *Oratio ad pellendam tentationē experta.*

Tertius modus eſt alicuius ſancti deuotione; Ad aliquem ſanctorum conuertere. Beatus Andreas Apoſtolus ſibi Epiſcopum deuotum, à Diabolo in tentatione liberauit. *Iob 6.*

Quartus modus eſt huius verſiculi perſonatione mente,& attentionē videlicet. Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina. ſtatim homo tentatus liberatur, vt dicit Ioannes Caſſianus in 2. collatione abbatis Iſaac. *Alia oratio ad idē.*

Quintus modus crucis Chriſti facta in fronte, & membris deuota figuratione, & ſignatione ſtatim tentatio, vel mitigatur, vel abſcedit: quia diabolus cum ſtatim fugiat, abſcedit & eius tentatio. Hoc modo quendam beatus Baſilius à Diabolo, & ſua tentatione, eum ſignando,liberauit.

Sextus modus eſt oculorum ad cœlum eleuatione, dicendo Ieſu fili Dauid miſerere mei. Hæc dicendo Cananea à Chriſto meruit obtinere filię ſuæ à demonio liberationem.

Septimus modus paſsionis Chriſti memoria, & recordatione. Dauid citharam percutiendo diabolum à Saul abigebat. Cithara paſsionem, & crucem Chriſti, vt dicunt doctores ſignificabat. Chriſtus multis apparuit diuerſimode tentatis; ſed crucifixus de plagis ſanguinem eijciens, & præfatis dixit, q̃ quando tentarentur, dictas plagas inſpicerent,& ſanarentur, vt fructu nono & conformitate habetur.

Octauus modus continua carnis maceratione,& iugi ſenſuum gubernatione. Contra carni deditos diabolus prępualet, vt dixit Raphael ad Tobiam. Et Chriſtus dicit, cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, ideſt mentem, & ſenſus ſuos in pace ſunt omnia, quæ poſsidet. Sanctus Benedictus diaboli tentationem carnis maceratione ſuperauit. *Tob. 6.*

Nonus modus exercitio,& operatione. Ieronimus. Semper aliquid boni facito, vt diabolus te inueniat occupatum. Euam otio ſani tẽtatione vicit: ſed Paulum Apoſtolum intentum operi nunquam ſuperauit.

Decimus modus tentationis, per confeſsionē reuelatione. Statim enim, vt homo tentationem patri ſpirituali confitetur, & diabolus videt ſe detectum fugit, & recedit, vt patuit in pluribus in vitis patrum. Tali enim extricatione egreditur (vt dicit Iob) coluber tortuoſus.

Vndecimus modus ꝓſperitate diabolus multos ſuperat: ſed paucos aduerſitate. Tempore perſequutionis Dauid a diabolo non fuit ſuperatus, ſed bene tempore proſperitatis: Quare homo ſi Deus ſibi immittit tribulationes,libenter ſufferre debet, vt diaboli tentationes valeat ſuperare.

Duodecimus modus totius ſpei noſtrę in Deũ proiectione, vt ſicut ipſe fecit nos, & non ipſi nos,& cura eſt ei de omnibus: ſic in ipſo tota ſpes ponatur,dicendo,Domine ſicut vis,& ſicut ſcis miſerere mei. Chriſantus hoc modo tentationem ſuperauit,dicens cum Pſalmiſta. Domine dic animæ meę ſalus tua ego ſum. *Pſal. 34.*

Multi alij proculdubio ſunt modi, ſed hi ſufficiant pro generali modo ſuperandi tentationes diaboli, quia de his,& doctores,& ſcriptura, vt patet loquitur. Et ſic patet: tertium, q̃ erat declarandum pro huius fructus ſeptimi, & conformitatis prima parte, videlicet Ieſus hoſti.ſ.diabolo exponitur, ſcilicet eius tentationi. Et conſequenter prædicta prima pars eſt breuiter declarata.

SECVNDA PARS FRVCTVS, ET Conformitatis ſeptimæ, ſcilicet: Franciſcus moleſtatur. Expoſitio.

PRIMAS partis viſa expoſitione: fructus ſeptimi, & conformitatis: conuenienter videndum eſt de parte ſecunda, videlicet. Franciſcus moleſtatur, ideſt. Qualiter à diabolo beatus Fr. fuit tentatus, vt ſimilis in hoc ipſi Chriſto inueniatur: Vbi ſciendum, q̃ ſicut nullus ſanctorum eſt (Virgine excepta) qui à diabolo non ſit agitatus perſecutionibus: ſic nullus eſt, qui non ſit tentationibus expetitus.

expetitus. Et præcipue fuit.B.Franciſcus,cuius ortu in inferno facta eſt cõmotio magna, vt dictum eſt fructu. 3. & conformitate: per quam perpenderunt per B. Franciſcũ,& ſuos, infernum deſtruendum; ne tot ad ipſum pergerent, ob eius merita,vitam,exempla,& verba,& ſuorum, quot ante ad ipſum infœliciter deſcendebant; quod ſic agnoſcentes, ad perſequendum ipſum principaliter, & poſtmodũ ſuos,ſunt conati. Et quemadmodum dictum eſt, diabolum tentare dupliciter.ſ. vt draconem, & vt leonem: ſic. B. Franciſcum tàm in ſeculari habitu exiſtentem: quàm poſt inceptum ordinem: pręfatis duobus modis,eſt perſequutus. Inſecutus eſt hoſtis.b. Franciſcum primo,vt draco malitia, & aſtutia multipliciter.

Multipliciter diabol' inſequutus eſt B.F.

Primo perſuaſionibus: ipſum vt mundanis daretur inducendo: nam. b. Fran. exiſtens ſecularis,& mercator pannorum, cum eſſet naturæ hilaris & iocũdus,ac liberalis: Diaboli perſuaſione deditus fuit plurimum mundanis: vanis iocis, & cantibus:& in comeſtionibus ꝓfuſior alijs vltra decentiam ſui ſtatus,ſic & curioſitate veſtimentorum fuit valde mũdanus: ſicque mundo deditus Diaboli perſuaſione,in cibo,& in veſtimentis fuit valde vanus,& ſi nõ quo ad laſciuiam: domino eius corpus mundum ſeruãte,quod ſacris ſtigmatibus figurare volebat.

Vanitas b. Fran ante cõuerſionẽ.

Secundo blandicijs,& allectionibus. Eſca paratur captionibus piſcium, & b. Fran. quibuſdam honoribus impenſis: ipſum Diabolus ad ſe inflectere per imitationẽ mundanorum ſtuduit,quia enim multum erat curialis,& icirco de hoc à vanis commendabatur,ad expendẽdum ex hoc incitatus, tales, & tam magnas faciebat expenſas, ꝙ à parentibus multotiens fuit argutus dicentibus, ꝙ tàm magnas, quò ad ſe,& quo ad alios expenſas faceret. ꝙ nõ eorum filius, ſed cuiuſdam magni baronis videretur: quibus largis expenſis factum eſt vt de eo, quò ad hoc per totam prouinciam fama diuulgaretur, & ipſe à ſocijs princeps fieret; baculuſque ſibi daretur, vt domino eorum, & ipſe ſecundum voluntatem ſuam expẽſas faceret in comeſtionibus, & alijs,& ſic,vt eorum princeps, & dominus baculum portando in manibus:per ciuitatem cantando incederet:& talibus applauſibus(diabolo procurãte)alliceretur,ad quæ ſunt mundi proſequẽda cum corde. Nonne hoc inductionę hoſtis fiebat,vt pro fauore tranſitorio Franciſcus expenderet ſua: non dando pauperibus,ſed mũdanis,& lecatoribus? Et ſic,vt vacaret comeſtionibus die, ac nocte, & cantibus diabolus, vt draco.b.Fran. tentauit.

Tertio promiſſionibus, cum.n. plebeius mercator eſſet, & popularis, cordi eius Diabolus tentationibus immiſit,vt fieret miles,& adeo hoc eius cordi fuit impreſſum,vt arma,pãnos, & neceſſaria prępararet,pro militia conſequẽda, volens ad quendam nobilem de regno accedere nomine Gentilem; per quẽ ſperabat, eidem obſequendo, decus obtinere militiæ. Sic ergo Diaboli tentatione in mundo tenebatur mente: vt non de Deo, ſed de mundi pompa,& gloria totaliter cogitaret,& quod maius eſt poſt induitionem militis pauperis, quem ſe expoliato veſtierat Chriſti amore: domino ſibi apparente de nocte, & palatium ſpecioſum,& magnum cum militaribus armis oſtendente eidem,ac ipſum ſuum eſſe,& ſuorũ militum aſſerente; dum ſurgeret à ſomno:non ad ſpiritualem,ſed ad temporalem ſui exaltationem,viſionem inflexit,credens ex hoc,in mundo ſe magnificè ſublimandum gloria temporali.

Quarto beatum Franciſcum diabulus tẽtauit erroribus. Nonne.b.Franciſcus errabat intelligendo temporaliter circa ipſum fieri,quod Deus ſpiritualiter intelligebat?b.enim Franciſcus militiæ ſpiritualis caput eſſe debebat, non carnalis; & ſpirituales milites habere debebat, non carnales, cum arma noſtre militię ſint non carnalia,ſed ſpiritualia: verum, quia ſpiritus ſancti vnctionem: quę docet omnia, nondum acceperat: non mirum ſi inſtinctu malignĩ, errore ſic laberetur; vt videlicet, militiam temporalem percipere, ſe crederet; & ad obtinendum proſequeretur pro poſſe:vt.n. obtineret militiam in Apuliam ire deliberauerat; tantaque lętitia repletus eſt viſione diuina ad bonum proſperitatis temporalis,ipſam credens dirigi; vt multis mirantibus, & quærentibus,vnde ſibi tanta ineſſet lętitia, reſponderet dicens. Scio me magnum Principem affuturum: vnde iter arripiens neceſſarijs habitis,pro militia conſequenda, Spoletum deuenit: vbi poſt cogitationem tam de itinere cępto perficiendo, quàm de optato fine adipiſcendo,ſopori deditus, ſumma luce viſitatur à Chriſto:& de mente errorem abijciens; Frãciſcum inſtruit,quo pergat,& cum Fran. totũ reteraſſet; quod ſuo verrebat in pectore, inquit Chriſtus ad eum. Quis poteſt tibi melius facere dominus,an ſeruus? Et cum reſpondiſſet Franciſcus, ꝙ dominus: intulit ipſe Chriſtus. Cur ergo relinquis pro ſeruo dñm:& principem pro cliente? Tunc ait B.F. Dñe,quid vis me facere? Ieſus lux vera reſpondit. Reuertere in terram tuam:quia viſio quã vidiſti,ſpiritualẽ præfigurat effectum,non humana, ſed diuina in re diſpoſitione complendum, quo audito Fran.(errore abiecto) Aſsiſium ſecutus reuerſus,& gaudens; præſtolabatur domini voluntatem.

Chriſtus loquitur B. Franciſco.

Quinto à diabolo beatus Franciſcus perſequitur varijs oſtenſionibus, quam arduum foret domini viam velle ingredi, & per eam ambu-

lare:

lare: dum enim Franciſcus deditus eſſet proni tate naturę ad proſequendum mundana,& patrem ad hoc impellentem haberet, & à bono totaliter retrahentem, ſocios ſolatijs,& iocis, & alijs laſciuijs, prouocantes ad vana ſequenda; nullumq; haberet, qui eum ad bonū propelleret; niſi Chriſtum, qui nondum ſe plene eidem expreſſerat: hinc eſt, ꝙ ſumma cum difficultate Fran. bonum peragere poterat;& potius ad dimittendum aggreſſam viam domini, vbi cępiſſet, quàm ad proſequendum pręfatis vijs, ſuggeſtione diabolica impellebatur: quibus per tempus commotus Franciſcus, viā non proſequutus ſpiritus, ſed mundi, ſtetit, quo ad vſque viſitatus ex alto, vetera abijciēs, & quę retro ſunt, ad noua, & veriora ſpiritus ſe extendit. Ipſo denique à Spoleto reuerſo, poſt dies aliquos ſero quodam in dominum electus à ſocijs,& cęna, ſua diſpoſitione affluētiſsimè pręparata, ac ipſo refecto cum ſocijs, non dat pro impēſis Chriſto domino gloriā: ſed per ciuitatem ſocijs eum præcedentibus, decantando cum baculo; vt dominus eos ſubſequitur vanus vir Franciſcus: Verum cum talia perageret ignoranter, à domino viſitatur; & ꝙ mundana gaudia nihil ſunt, ſuperinfuſa dulcedine eius cordi, dominus ei expreſsit; qua dulcedine, non ſolum in virum mutatur alterum, ſed ſenſu, motu priuatur, & lingua, vt nihil aliud ſentire, vel audire, niſi dulcedinem iſtam valeret,& (ſicut poſtea ipſe retulit) ſi totus fuiſſet inciſus, ſe de loco mouere non potuiſſet.

Sexto diabolus aggreſſus eſt b. Franciſcum terroribus, eumq; iuxta poſſe, poſtquam Chriſti incępit ſcandere viam,& mundana dimittere, reuocare eſt conatus: nam cum ad quandam criptam ad orandum pergeret, vt eum dominus dirigeret in agendis, hoſtis antiquus, vt eum à bono propoſito reuocaret, timorem ſibi incuſsit pariter, & horrorem, apparensq; ei viſibiliter, cuiuſdam mulieris gibboſę deformiter in ciuitate exiſtentis Aſsiſij memoriam ei impreſsit, comminans gibboſitatem illius mulieris, in ipſum iactare; niſi à concepto propoſito reſiliret: ſed ipſe, miles Chriſti iam factus, minas diaboli parui pendens, intra dictam criptam deuotè orando, vt eū dominus dirigeret, permanſit.

Septimo modo diabolus. B. Franciſcū aggreſſus eſt. videlicet dubietatibus,& diſtractionibus. Non eſt poſsibile, pedem tenentibus in mundanis, in ijs, quę ſunt Dei, tota mente verſari, nec ea ab eiſdem perfici, in multa enim,& varia occurrunt, & ſe in portu poſitos exiſtimantes, in medio maris tumultuum,& diſtractionum ſe inueniunt proiectos: beatus enim Franciſcus, & ſi guſtato ſpiritu plura perageret perfectionis: quia tamen nondum totaliter mundum dimiſerat: hinc eſt ꝙ diſtractionibus multis diſtrahebatur. Si bonum agere volebat; impellentem, aut conſulērem ad hoc, non habebat: ſed ad oppoſitum: quare non tota mēte complexabatur altiſsimum,& multotiēs timori terreno cor eius ſubijciebatur. Nonne hęſitare viſus eſt. b. Franciſcus dū poſt allocutionem diuinam ſibi factam in Spoleto de via Dei aſſumenda, cum ſe ſcenis, et iocis daret, præferebat prauum bono; & quæ erant ſpiritus ſubmittebat appetitui ſenſuali? Nonne ipſe plus vendirionem pannorum, vt Eccleſiam ſancti Damiani repararet, dum patris,& parentum eum perſequentium minas audit, terrore concuſſus, nec confiſus de diuino auxilio latebram fouit? quare minis, terroribus, & detractionibus, vt neſciret quid ageret, ab hoſte fuit impetitus. Verum quia dominus ſuæ conſolationis,& illuminationis radijs, iā eius ſcintillauerat mentem, et ſi pro tunc non perpenderet, diſtractionibus ſepoſitis, et melius decernens ſeruire altiſsimo, quam mūdo, timore,& dubitatione abiectis, de fouea exiuit; et ciuitatem conſtanter intrauit, & temporis in proceſſu in tanta tentatione eum po ſuit diabolus (ſubtrahente domino ſolitas cōſolationes) vt ſe derelictum hæſitaret à Chriſto.

Octauo modo diabolus. B. Franciſcum aggreſſus eſt importunitatibus: Nonne diabolus erat importunus. b. Franciſco, cum patrē eius, & parentes aſsiduè induceret, vt B. Fran. reuocaretur ad vomitum, nec ſemel, bis, vel ter; ſed continuè, non ſolum verbis, ſed minis, vinculis,& verberibus. Hęc pugna, quia aſsidua, cęteris pręcedentibus validior fuit, et ſi à Bea. Franciſco gratia freto diuina, ſit ſuperata, ab negatis parentibus, et mundo coram Epiſcopo, et Chriſto prorſus innixo.

Nono aggreſſus eſt diabolus. b. Franciſcum ſubitis agitationibus. Multotiens enim creditur diabolum ab homine abſceſſiſſe, qui ſemper eſt pñs, vt dum non adeſſe creditur, cum mens torpeſcat, eam ſubito, et improuiſo ipſe hoſtis agrediatur: quod in patre. B. Franciſco ſemel euenit inter alia, cum nocte quadā, propter infirmitatē capitis, et occulorum pręter ſolitum morem ceruical de pluma poſitū haberet ad caput, ſtatim diabolus ipſum intrans, vſque ad matutinum, inquietum multimodè, à ſanctæ orationis ſtudio perturbauit, ſed ſocio vocato puluinar cum demonio extra cellam fecit aſportari: qui dum illud deferret, ſtatim membrorum omnium vires amiſit, quouſque vocem. b. Franciſci hoc cognoſcentis in ſpiritu, vigor priſtinus cordis, et corporis fuit eidem plenariè reſtitutus.

Decimo aggreſſus eſt aliquando. b. Franciſcū hoſtis, occultis perturbationibus; diabolus. n. aliquando non per ſe inquietat ſanctos, ſed per alios fieri hoc procurat. b. Franciſco exi-

ſtenti ſeculari perſecutiones parauit per ſocios, qui videntes eum ſuum conſortium dimiſiſſe, et fatuum eum putantes, luto et lapidibus impetierunt: facto iam denique perfecto, occultius inſidiatus eſt per mulieres; dum. n. ad Soldanum iuiſſet, ad peccandum à muliere eſt inuitatus Saracena: ſic Imperatoris Federici Satellitis diaboli iuſſu, fœmina incluſa cum B. Franciſco in camera ipſius. B. Franciſcus inquietationibus diaboli conturbatus eſt: de quibus ſuis in locis dicetur inferius.

Vndecimo. B. Franciſcum aggreſſus eſt diabolus fraude, et deceptionibus: et hoc ſibi exhibuit, dum in Eremo de Sartiano. B. Franciſcus habitaret. Ibi enim dum vacaret orationi, ter à diabolo Franciſce, Franciſce, Fran. inclamatur: cui cum quid quæreret reſponderet, fraudulenter, et falaciter ille ſubiunxit: Nullus eſt in mundo peccator: cui ſi conuerſus fuerit, non indulgeat Deus: ſed, qui pœnitentia dura ſe necauerit, miſericordiam non inueniet in ęternum: cuius fallaciam vir Dei per reuelationem cognouit, et quid vellet eum peragere euentus ſequens oſtendit: Nam vehemens enim carnis tentatio apprehendit: Quam, vt præſenſit ipſe ſanctæ caſtitatis amator, depoſita veſte, chorda cępit ſe verberare fortiſſimè, et in niuem demergens corpuſculum iam nudatum, per pœnas carnis incendium extinxit libidinis: quo, et tentator ſtatim abſceſſit, et taliter, ꝙ nunquam perſenſit in poſterum.

Duodecimo transfigurationibus b. Franciſcũ diabolus conatus eſt tentare: et quia, quod membris fit, capiti inferri dignoſcitur, præſertim capite, quod fit membris agnoſcẽte: licet enim beatus Franciſcus diabolum nunquam viderit in Angeli lucis ſpeciem transfiguratũ (ꝙ de eo legatur) niſi vellimus dicere eidem in forma aliqua, quam ſit ſua frequenter apparuiſſe: tamen quia fratri Ruffino, quem Bea. Franciſcus, vt filium, & ſe diligebat, diabolus in forma Chriſti apparere multotiens præſumpſit, vt eum ab inceptis deflecteret: de quo dicetur fructu. 12. & conformitate ſequenti, & B. Franciſcũ non latuit, immo omnia vidit, & ipſum a deceptionibus diaboli liberauit: ſic ergo modis, & vijs præfatis, vt draco diabolus. B. Franciſcum aggrediens, ab eo eſt victus tandem, & ſuperatus. Et non ſolum, vt draco. B. Franciſcum diabolus impetijt, ſed, vt leo: & tam ipſum, quam eidem fratres adherentes: ſicut in fructu, & conformitate ſequenti patebit de pluribus fratribus à diabolo impetitis, qui ipſum viriliter ſuperarunt. Volens igitur hoſtis antiquus beatum Franciſcum aggredi, vt leo vexare eum cępit.

Et primò temporalibus afflictionibus (ſi loquimur de ſtatu eius in ſeculo) hoſtis antiqui factum eſt operatione, vt ipſe B. Fran. ſecularis exiſtens à Peruſinis caperetur, & per annum in cuſtodia affligeretur.

Suggeſtione diaboli factum eſt, vt à patre verberaretur, ſtringeretur loris, & vincularetur.

Inſtigatione inimici factum eſt, vt Fran. à ſocijs lapidibus, & luto impeteretur.

Agitatione eiuſdem demonis peractum eſt, vt beatus Fran. & ſibi fratres in principio adhærentes, tàm à ſecularibus affligerentur, quã à Prælatis vilificarentur, fame cruciarentur, & alijs incommodis vexarentur, & cum mali omnes ſint, ſtante eorum malitia, diaboli membra, prout dicit beatus Gregorius, & ſi mali Chriſtiani, multo fortius infideles Saraceni, beatus Franciſcus ab ipſis tormentatus, & multipliciter eſt afflictus in acceſſu ad Soldanum, ſub iſto modo hoſtis diaboli eſt tentatione probatus.

Secundo modo beatus Franciſcus vexatus à Leone eſt, ideſt à diabolo carnis flagellationibus. A domino Cardinali ſanctæ Crucis, ſibi deuotiſsimo inuitatus beatus Franciſcus, vt in vrbe ſecum aliquantulum moraretur. & acquieuiſſet, cum poſt orationem quieſcere vellet, ſuperuenerunt demones in ipſum atrociter inſurgentes: quem diu cum verberaſſent, ac duriter, ad vltimum, quaſi ſeminecẽ reliquerunt: qui talibus ſublatis flagellis valefaciens Cardinali, abſceſsit.

Tertiò bonorum fortunæ ſubtractionibus: licet enim beatus Franciſcus inuiolabiliter paupertatis votum ſeruauerit: attamen piè credẽdum eſt, ſocios de diuitijs, & alijs fuiſſe à diabolo ſub diuerſis tentatos coloribus: Quandoque in communi volebant habere aliquid. Quandoque propter ſuperuenientes fratres hoſpites, volebant de rebus intrãtium, ꝙ quædam ſeruarentur. Aliquando pauperum intuitu, vt eis poſſet prouideri: ſic diabolus ſtatum paupertatis infringere eſt conatus: Sed à beato Franciſco ſemper fuit ſuperatus; quia nec in proprio, nec in communi voluit fratres aliquid habere; nec de fratribus intrantibus aliquid reſeruari; nec pecuniam inuentã quocunque colore tangi: nam per Apuliam pergens iuxta Barum dum iret, per viam burſam magnam ipſe, & ſocius in itinere poſitam inuenerunt: verum ipſe ſciens hoc eſſe diabolicum figmentum, ſocium inſtantem, vt burſa ad dandum pauperibus tolleretur, præmonuit, vt caute eam tolleret: dum eam tangit, ſtatim diabolus in ſpeciẽ colubri, ab ea egreſſus ſimul cum burſa, diſparuit. Alius frater contradicente ſocio, dum denarium in via repertum ad dãdum pauperibus ſuſcipit in ore, per diabolum lingua, & membris ſtatim priuatus fuit: ſed denarium dum ab ore proijcit, & pœnitentiam peragit liberatur. Sicque non dubium, ꝙ talium bonorum ſubtractione: cũ eſſet pęnalis, Diabolus aliquando filios. B. Frãciſci, & fratres tentauit: quæ, quia minimè ipſum.

Diabolus ſemper à B. Fr. fuit ſuperatus.

ſum.B. Franciſcum latebant. in filijs. B.Franciſcum hoc modo tentaſſe poteſt dici.
Quarto modo diabolus vexatus eſt B.Franciſcum aliorum, quos ipſe. B. Franciſcus amabat inquietationibus: diabolus.n. videns. b. Franciſcum non poſſe tentare, neque ſuperare; ad fratres tentandos, & filios, ſe conuertit: nam Frater Bernardus, vt beatus Franciſcus cognouit, à ſubtiliſsimis demonibus fuit impetitus: a quibus, vt liberaretur.B. Franciſcus Chriſtum deuotiſsimé exorauit. Frater Ruffinus à diabolo tentatus, & deceptus, per ipſum.Bea. Franciſcum ad lumen veritatis eſt perductus. Frater Egidius, vt patebit fructu, & conformitate ſequenti, à diabolo fuit multipliciter afflictus. Frater Angelus ſocius.Bea. Franciſci cum à diabolo inquietaretur, & ipſum valde timeret; nec vellet ob hoc ſtare ſolus.b. Franciſco hoc reuelans, eidem ſanctus mandauit, vt montem altum aſcenderet, & demones vocaret dicendo: Superbi demones omnes ad me venite, & facite in me quicquid poteſtis: ſed nullo veniente impauidus deinceps remanſit. Tentauit ergo alios patris ſocios, vt dicetur, & tamen ab eis eſt victus.

Frater Ruffinus à diabolo tentatus, & deceptus.

Nonne ipſe. b. Franciſcus vidit totum locum ſanctæ Mariæ de Angelis a demonibus obſeſſum, vt fratres tentaret? tamen ad ſolum vnũ meditantem contra fratrem vindictam, vnus de præfatis demonibus eſt ingreſſus: quem.b. Franciſcus, vt dicetur fructu.17. & conformitate liberauit.

Demõ quẽdam fratrẽ ingreſſus.

Nonne.b.Franciſco capitulum generale apud ſanctam Mariam de Angelis celebrante; in quo ad ſex milia fratrum fuerunt, decem & octo milia demonum congregati ſunt in hoſpitali parietis, quod eſt inter ſanctam Mariã de Angelis & Aſsiſium, & contra.b.Franciſcũ, & fratres cõſilium inierunt, quomodo ipſum, & ipſos agrederentur tentationibus? & cum multi plura dixiſſent, tandem vnus de ſubtilioribus demonibus dixit. Conſulo, ꝙ cũ Franciſcus, & ſui ſint abſtracti à mundi amore, & Deum ita feruenter diligentes, & corpus affligentes, & ideo nihil poſsit fieri contra eos, ꝙ dimittamus eos modo; & expectate donec inter eos intrent iuuenes, & ſenes infirmi cũ feruore modico, & tunc impugnabimus eos, & paulatim ducemus eos ad mundi amorem, & ſui, & diuitiarum, & ſic habebimus de eis victoriam. Et ſic omnes huic cõſilio adhæſerũt. Et vtinam non eſſet hoc conſilium in nobis, & prędeceſſoribus impletum. Demones ergo fratres varie tentando (cum tanquam filij diligerentur à B. Franciſco) inquietando eos, hoc modo, & beatum Fran.tentauerunt.

Quinto modo perſecutionibus, & ſpecialiter quę naturaliter quis odit, ingerendo. Duo prę alijs homo amat, videlicet lumen oculorum, & quietem: vtroque Diabolus.b. Franciſcum eum inſequendo priuare, eſt conatus: & hoc ſpecialiter, cum aliquando eſſet in ſancto Damiano cum beata Clara, adeo enim fuit tunc in oculis (diuina permittente ſapientia) graui infirmitate percuſſus; quę, et ſi ex fletu euenerit: ſubito tamen, & cum moleſtia ſumma factum eſt Diaboli operatione; quare a loco non valens diſcedere.b. Franciſcus fecit de ſtorijs quandam cellam, vbi cum dicta grauiſſima infirmitate, per dies quadraginta in ſummo dolore permanſit: Nec deſtitit diabolus hoc ab eius perſequutione: ſed in ſpecie murium, & ratorum ſe fingens, eum non permiſit in dicta infirmitate quietem aliquam obtinere: quod cum pater Franciſcus aduertit, et Diaboli eſſe vexationem agnoſcens, Deo gratias quantum valuit reddidit, rogans, vt ſuper adderet, ſi ſuę eſſet placitum voluntati.

Duo prę alijs homo amat.

Diabolus in ſpecie murium ſe fingit.

Sexto continuis agitationibus eum tentauit: adeo enim beato Franciſco fuit moleſtus, vt eum ſine ſui vexatione eſſe non ſineret, & hoc per magnum tempus durauit; et ideo ipſe.b. Franciſus dicebat. Si ſcirent fratres, quot tribulationes faciunt mihi demones, nullus eſſet illorum: qui pietatem magnam, et compaſſionem de me non haberet: et ideo hac de cauſa multotiens dicebat ſocijs, ꝙ non poterat de ſe ſatisfacere fratribus, & oſtendere illis aliquando familiaritatem, ſicut fratres deſiderabant.

Septimo modo diabolus.b.Franciſcum tentauit apparentibus viſionibus: non.n. aliquando in ſimulata ſpecie apparebat diabolus beato Franciſco: ſed clara, et aperta viſione ſe in proprio eſſe ad eum terrendum oſtendebat, et quàm terribilis ſit effigies eius, ipſe.b. Franciſcus expreſsit ſancto fratri Egidio: qui cum à Diabolo valde moleſtaretur, interrogauit.b.Franciſcum, ſi aliquid eſt ita terribile in mundo, ꝙ homo per vnum Pater noſter, non poſſet ſuſtinere. Reſpõdit beatus Franciſcus, Diabolum eſſe: quem nullus poſſet ſuſtinere per medium Pater noſter: donec diceretur, quin ſtatim moriretur; niſi domini ſubſidio adiuuaretur, viderat.n. eum multotiens, vt dictum eſt: quare et quàm terribilis eſſet explicabat.

Octauo modo diabolus.b.Franciſcum, vt Leo aggreſſus eſt multis impetitionibus: nam, vt dicit dominus frater Bonauentura in decima parte legendę maioris, multotiens orãdo horribiles pugnas demonum frequenter ſuſtinuit, qui ſecum ſenſibiliter confligentes, manu ad manum nitebantur ipſum ab orationis ſtudio perturbare: Ipſe vero armis munitus cęleſtibus; quanto vehementius impetebatur ab hoſtibus, tanto fortior in virtute, et feruetior reddebatur, in præce fidenter dicens ad Chriſtum. Sub vmbra alarum tuarũ protege me, à facie impiorum: qui me afflixerunt, ad

demones autem, Facite in me, quicquid valetis ma igni ſpiritus, et fallaces: Non enim poteſtis niſi quantum vos manus ſuperna relaxat. Et ego ad perferendum omnia, quæ illa decreuerit infligenda, cum omni iocunditate paratus aſsiſto: Quam mentis conſtantiam, ſuperbi demones non ferentes, abſcedebant confuſi.

In Eccleſia ſancti Petri de Bonario prope Treuium emiſſo ſocio; cum (dicto complectorio, et alijs orationibus peractis) vellet quieſcere, non potuit: Spiritus autem eius cępit timere, ac ſentire diabolicas ſuggeſtiones. Et ſignans ſe, ſtatim exiuit Eccleſiam dicens: Ex parte Dei omnipotẽtis dico vobis demones, vt exerceatis circa corpus meum, quod datum vobis fuerit à domino Ieſu Chriſto; quoniam ſum paratus ad omnia ſuſtinenda: Cum enim maior inimicus, quem habeam ſit corpus meum, vindicabitis me de aduerſario meo, et peſsimo inimico, et ſtatim ſuggeſtiones illę ceſſauerunt, et ipſe ad locum reuerſus, vbi iacebat dormiuit in pace.

Nono modo Diabolus aggreſſus eſt beatum Franciſcum malis informationibus: Nam, vt dictum eſt, tentationem carnis in Eremo de Sartiano eidem immiſit: quam diuina gratia ſuperauit.

Alia vice in loco ſanctę Mariæ de Portiuncula, vt non aggrederetur pęnitentiam, diſſuaſit, videlicet. cum beatus Fran. oraret in cella, et domini paſsionem ploraret: diabolus apparens eum increpauit de nimia pęnitentia; quam faciebat dicens ei: Neſcis, ꝙ dormire corporis eſt potiſsimum alimentum? tu iuuenis es, & vt alias tibi dixi in quadam Eccleſia, quę vocatur quatuor capellę de comitatu Tuderti: ꝙ alias poteris facere pœnitentiam de peccatis tuis; ad quid ergo te affligis in vigilijs, & orationibus? Statim beatus Franciſcus tunica exuta, & femoralibus de cella exiens ad ſiluam prope Eccleſiam exiſtentem, ſic nudus cum frigus eſſet, & niues ac glacies acceſſit: quam per clauſam ſepem intrans, & ſpinoſam ſe in dicta ſæpe, & ſilua ſpinis plena, voluntando in corpore ſpinarum punctiiris, cruentatus fuit dicens: melius eſt mihi, ꝙ ſic agnoſcam domini paſsionem: quàm ꝙ obtemperem blandicijs deceptoris: Ad quod eſt ſecutum, ꝙ ſilua ſtatim (cum eſſet nox) diuina claritate eſt perfuſa, & non ſolum talibus informationibus malis, ſed multis alijs beatum Frãciſcum ſuperare eſt conatus, vt in ſequentibus apparebit.

Decimo conatus eſt diabolus ſuperare beatum Franciſum in delectationibus. Et quo ad guſtum, videlicet quando ibat per mundum, & recipiebatur ſumptuoſiſſime. Et quo ad cibaria, ſic prçparabat laqueum: Sed beatus Frãciſcus, & ſi parciſsimus in cibo fuerit, & potu, vt dicetur infra: tamen propter verbum Euangelij ſe conformabat ſuſcipientibus in qualitate ciborum: ſed ſic manducabat, vt non ſolum abſtinendo, ſed etiam manducando, prębebat ędificationis exemplum: vt dicit quinta pars legendę maioris. Et quo ad honorem, & famam, quia vbique honorabatur, & per totum orbem ibat fama ſuę ſanctitatis: Attamẽ nec honore fuit aliquãdo elatus, nec fama delectatus: immo de oppoſito, vt ſuperius in alijs fructibus eſt dictum.

Etiam Diabolus delectatione carnali conatus eſt eum titillare; vt dictum eſt in duabus mulieribus ipſum ad turpia inuitantibus: quas caſtitatis amator ad vitam ſanctam conuertit. Diuitiarum delectationibus etiam propulſare eum diabolus voluit: quando ei per Soldanum munera offerri fecit: quę beatus Franciſcus, vt ſtercora vilipendit. De ſtatu, & prelatione, in quibus nonnulli delectantur, eum voluit hoſtis inquietare, vt ipſe delectaretur: quod humilitatis amator, vt perpendit; quia in prçlatione caſus eſſe poterat, officio prælationis renunciauit, malens viuere ſubditus; quàm prçlatus: Et ſic de aliis modis, & vijs: quibus homines delectantur, & talium delectatione à Diabolo illaqueantur.

Vndecimo beatum Franciſcum conatus eſt diabolus ſuperare oppreſsionibus: videns. n. Diabolus, ꝙ beatum Franciſcum ſuperare nõ valebat modis iam dictis, eum opprimere, & occidere eſt conatus: Nam in monte Aluernę, dum oraret, in quadam prerupta montis rupe, ſub qua erat magnum precipitium, Diabolus arripuit eum, vt per deuexitatem illam eum iactaret (de quo certe fuiſſet mortuus niſi diuina gratia eſſet adiutus) beatus Franciſcus manus ad ſaxum extendit, & lapis ille (vt apparet hodie cernentibus) vt cera digitis B. Franciſci ceſsit, & manibus, & ſic domini auxilio inuocato, & ad lapidem ſe fortiter tenendo, caſum euaſit inimici.

Duodecimo, & vltimo beatum Fran. Diabolus aggreſſus eſt deſperationibus; quando (diuina gratia permittente) per plures menſes fuerit, vt dictum eſt ſupra tanta hoſtis vexatione tentatus; vt ſi oraret, & alia ageret; quia non viſitabatur à domino, ꝙ ſe à domino derelictum reputaret; ſed tandem edoctus a domino, vt haberet fidem grani ſinapis, montẽ, ideſt tentationem (domino faciente) à ſe propulſauit. Diabolus etiam ad ſummum dolorem eum conatus eſt deducere: & hoc malis exemplis fratrum; quibus beati Franciſci viſcera transfodiebat; & hęc omnia hoſtis agebat, vt quem in ſe ſuperare nequibat, turbatione de alijs obtineret: Sic ergo patet, quot modis, & quo modo, Franciſcus ad inſtar domini noſtri Ieſu Chriſti moleſtatus fuit ab hoſte: nec victus ab eo. Sed Chriſti gratia ab eius

tentatio-

tentationibus liberatus eſt, & præſeruatus. Et quia viriliter ſe habuit contra hoſtem Diabolum. Chriſtus ipſum beatum Fran. vt Antonium Abbatem, nunquam deſeruit: & per orbem nomen eius celebre effecit: Sed propter quæ exiſtentia in beato Franciſco; Ipſe pater beatus, à Diabolo nô eſt victus: immo hoſtis ab ipſo ſuperatus eſt, dicetur fructu at. & conformitate, & ſic patet breuiter ſecunda pars iſtius ſeptimi fructus, & conformitatis declarata, videlicet. Franciſcus moleſtatur.

SEQVITVR FRVCTVS VIII. & conformitas, videlicet. Ieſum cętus proſequitur. Franciſcus fæcundatur. Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſum cœtus proſequitur.

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus, cum ſit Deus, & homo: ac côſequenter omnia continens, & donans; quibus homines alium, ſeu alios proſequuntur, & imitantur tam temporaliter, & corporaliter, quàm ſpiritualiter, vt pote; quia ipſe eſt ſalus, & medicina: quare infirmi. Lux & candor: quare ignorantes. In quo ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientię Dei abſconditi: quare ſapientes. Diues immenſus omnibus dans affluenter: quare pauperes, & indigentes. Ipſe dominus virtutum: quare iuſti, & ſancti. Veritas, & via indicans: quare errantes. Vita: quare deficiêtes. Miſericordia: quare peccatores, & ſic de alijs eius conditionibus: omnes debent eû rationabiliter, videlicet proſequi, & imitari, & ſi fuerit factum (iuxta modum loquendi Iudęorum) Totus mundus vadit poſt eum: decentiſsimum erat, ꝙ ſic fieret, videlicet, ꝙ vt virtuoſiſsimus, & ſanctiſsimus ab omnibus ſequeretur: non ſolum à pluribus, ſed ab omnibus. Verum quia facilius doctrina alicuius, & vita virtuoſa, à paucioribus imitantur, & melius capiuntur, quàm à pluribus: hinc eſt, ꝙ Saluator noſter non omnes homines mundi voluit habere diſcipulos; & ſi veniſſet pro omnium ſalute: ſed aliquos ſpecialiter, quibus perfectè informatis, de ſua doctrina, & vita, & ſuis mirabilibus, per ipſos, velut per imitatores perfectos ſuipſius alij informarentur, ac ad proſequendum domini veſtigia, inducerentur. Et ꝙ ita ſit factum oſtendit Matthæus in 4. cap. ſui Euangelij, & 10. vbi dicit dominû Apoſtolos ad ſe vocaſſe ſequendum, & ſpecialiter cap. 10. vbi oſtendit, ꝙ duodecim vocauit ad ſe ſequendum prę alijs, videlicet Petrû & Andream. Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius. Philippum, et Bartolomeum. Thomam, & Matthęum. Iacobum Alphei, & Thadęum. Simonem, & Iudam Scariotis: cuius loco, electus eſt Mathias. Hos duodecim principaliter voluit habere diſcipulos: quos de doctrina, et vita, ac ſuis informauit virtutibus: Sed poſt iſtos, vt dicetur, deſignauit & alios ſeptuaginta duos: qui eius fuerunt diſcipuli, vt habetur Lucæ, de quibus ad pñs, propter prolixitatem vitandam nihil dicetur: ſed de primis intendo ſuccinctè loqui: De quibus loqui volendo, eſt videndum quales fuerunt generaliter: & ſecundo de quolibet ſpecialiter. Sed prius, quoddam dubium eſt ſoluendum, & ſi pro parte tam pateat eius ſolutio.

Math. 10. Act. 1. Luc. 10.

Dubium eſt iſtud, an dominus noſter Ieſus Chriſtus decenter fecit Apoſtolos, eligendo, et diſcipulos habere ſpirituales volendo? quia videretur melius fore habere multos, quàm paucos, & omnes, quàm aliquos ſpeciales. Reſpondetur, quòd dominus decêtiſsimè fecit. Primo volêdo hebere diſcipulos, & ratio prima eſt, quia cû eſſet virtuoſiſsimus, aliquos ipſius ad inſtar aliorum imitatores habere debebat, Pithagoras, Plato, Socrates, Ariſtoteles, et ſic de alijs: Ioannes Baptiſta, habuerût diſcipulos: quare ipſe à fortiori. Secunda ratio eſt, ad maiorem autenticanonem ſuæ vitę, et doctrinæ, ac ſignorû ſuorum: quia ſi in ore duorum, vel trium ſtat omne teſtimoniû, multo fortius in ore plurium: quare diſcipulos habere debebat.

Quare xpi diſcipulos habere voluit.

Secûndo principaliter multos habere debebat, et non omnes in teſtimoniû, vt eſt dictû: Sed, ꝙ non omnes, patet ex hoc: quia verba miſterij non omnibus erant propalanda: quia non intellgentibus fuiſſet potius ad errorem, quàm ad vtilitatem, ſicut accidit de quibuſdam Chriſtum ſequentibus: qui in verbo eius ſcandalizati ſunt, et abierunt retro. Item vita Chriſti erat perfectiſsima: quare non erat faciliter ab omnibus proſequenda: Chriſtus ergo elegit aliquos: quos de vita, et alijs informauit, per quos de his alij ſunt fideliter, et veraciter informati: quare non omnes: ſed aliquos elegit in diſcipulos.

Ioan. 6.

Tertio duodecim primo eligendo, et poſtmodum ſeptuaginta duos: duodecim diſcipulos dominus habere voluit, vt figurę veteris teſtamenti implerentur, et nouum teſtamentum concordaret cum veteri: decebat. n. vt, quia Chriſtus eſt pater, et Deus, ſicut Iacob duodecim filios habuit: ſic, et Chriſtus duodecim Apoſtolos, et ſicut ipſi duodecim Iacob filij, duodecim fuerunt Patriarchæ populum Dei generantes: ſic et ipſi Apoſtoli populum Chriſtianum per fidem Chriſto producentes. Qui Apoſtoli ſunt duodecim fontes aquarum in Elim: ratione gratiæ et ſpiritus ſancti. Duodecim principes filij multitudinis filiorû Iſrael, quia principes ipſi ſunt populi Chriſtiani.

Quare duodecim habere voluit.

Figure præfigurantes duodecim apoſtolos.

Gen. penult. Exo. 15. Num. 17.

Duodecim

Num.13. Duodecim exploratores, pro terra promiſſionis: quia totum mundum quęſierunt ad populum ducẽdum ad terram nobis promiſſam à Chriſto.ſ.vitam ęternam.

Ioſue. 4. Duodecim viri lapides tollẽtes de medio Iordanis. Eccleſiam catholicam fundantes.

3.Reg.7. Duodecim leones ratione fortitudinis: ſuper quos ſtetit mare, ideſt Chriſtus.

2.Para 9. Duodecim leonculi throni Salomonis.i. Ieſu Chriſti; quia fides catholica tota fuit in eis.

Num. 7. Duodecim acetabula argentea, per quæ incenſum placationis offertur domino.

Ioan. 11. Duodecim horę diei, quia ipſi duodecim articulos veri ſolis.i.de Chriſto ordinauerunt.

Apoc.21. Duodecim fundamenta muri ciuitatis Ieruſalem, quia ipſam ciuitatem fide, & pręedicatione conſtruxerunt.

Apoc. 21. Duodecim poteſtates, ibidem: quia ipſis mediantibus introitus ad cęlum obtinetur.

Exo. 29. Duodecim lapides pręcioſi, quos Chriſtus habet per imitationem, vt ſummus ſacerdos in veſtimento ſuo.

Leuit.24. Duodecim panes: qui Deo offeruntur, quia ipſis Dei miſericordia obtinetur. Multæ ſunt figurę aliæ ſanctos ipſos Apoſtolos figurãtes; quæ claræ ſunt intuentibus, Apoſtolorum inſpectis conditionibus: Sic ergo dominus noſter Ieſus Chriſtus præfatis de cauſis: duodecim habuit Apoſtolos, & diſcipulos prę alijs ſingulares,

Quare xpſ poſt Apoſtolos, elegit diſcipulos 72. Verum tertio anno ſuæ prædicationis, deſignauit & alios, pręter duodecim Apoſtolos, ſeptuaginta duos diſcipulos: & miſit illos ad prędicandum, vt ſicut.72.viri a Deo impleti ſunt ſpiritu Moyſi ad informandum ſinagogam; ſic 72. eſſent diſcipuli Dei ſpiritu pleni ad fundandum, & edocendum fideles in catholica Eccleſia: Sic ergo apparet præfatis, præmiſſi dubij ſolutio, & ſuccincta.

Reſtat nunc videre quales diſcipulos Chriſtus voluit habere. Et primo loquendo generaliter de omnibus ſimul. Secundo ſpecialiter de quolibet videndo ſigillatim. Et ad videndum in generali quales fuerunt ipſi Apoſtoli: hic poteſt videri in generali, ſcilicet.

Primo quomodo ſunt à Chriſto, & ſancto Euangelio nuncupati.

Secundo, quomodo fuerunt in ſe ordinati.

Tertio ad quid ſunt per Chriſtum deputati.

Quibus nominibus Apoſtoli ſunt à xpo nuncupati. Circa primum videndum eſt quomodo ſunt Apoſtoli à Chriſto declarati, & vocati: quibus apparebit, ꝙ ipſi fuerunt homines inſigniſſimi: Chriſtus enim vocauit eos.

Math.5. Primo lucem mundi. Vos (inquit Apoſtolis) eſtis lux mundi, & ſic vita exemplariſſimos.

Math. 5. Secundo ſal terræ, ibidem propter, quod dixit eos prudentiſſimos.

Math. 5. Tertio ciuitatem: ibidem. Non poteſt ciuitas abſcondi, poſita ſupra montem: quo dixit eos tutiſſimos.

Quarto lucernam, ibidem: quare & illuminatiſſimos. Mat. 5.

Quinto oues. Ego mitto vos ſicut oues inter lupos: & ſic mitiſſimos. Math.10.

Sexto Deo acceptos, ibidem: Qui vos recipit, me recipit, & ſic Deo ſingulariſſimos. Math.10.

Septimo, matrem, & fratres: Ecce mater mea, & fratres mei, & ſic dilectiſſimos. Math.12.

Octauo filios nuptiarum, & ſic electiſſimos. Marc. 2.

Nono amicos. Vos dixi amicos &c. & ſic de ſecretis Dei informatiſſimos. Ioan. 15.

Decimo filiolos. Filioli mei &c. & ſic pro regni hæreditate deputatos. Ioan. 13.

Vndecimo diſcipulos. Cępit lauare pedes diſcipulorum ſuorum, &c. & ſic ſanctiſſimos. Ioan. 13.

Duodecimo mundos: Vos mundi eſtis &c. & ſic mundi puriſſimos. Ioan. 14.

Tertio decimo orphanos. Non relinquam vos orphanos, & ſic de morte Ieſu contriſtatiſſimos. Ioan. 14.

Quarto decimo palmites. Ego ſum vitis, & vos palmites: & ſic opere fructuoſiſſimos. Ioan. 15.

Quinto decimo pueros. Pueri habetis aliquid pulmentarij, & ſic innocentiſſimos. Ioan. 21.

Sexto decimo teſtes ſuos, & ſic eos prodidit veraciſſimos. Luc. vlt. Præfatis nominibus in ſacro euãgelio Apoſtolos à Chriſto nominatos inuenitur fuiſſe: qui quales eſſent ex præfatis nominibus declaratur, & oſtenditur, & ſic patet breuiter primum.

Videndum eſt nunc de ſecũdo, videlicet, quomodo fuerunt ordinati: & hoc poteſt videri ſi conſideretur. Quales fuerunt Apoſtoli Chriſti in generali.

Primo, quales ipſi in ſe fuerunt, & ſic conſideranti apparebit ꝙ ipſi fuerunt.

Primo mundanorum contemptores: Nam relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum. Math.19.

Secundo Chriſti amatores. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Rom. 8. Et ibant Apoſtoli gaudentes à conſectu concilij, &c. Act. 4.

Tertio operatores ſtrenui. Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna, &c. Act. 4.

Quarto prædicatores feruidi. Non poſſumus quæ audiuimus, & vidimus nõ loqui, &c. Act. 4. Pſal. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.

Quinto Diaboli, & hæreſum expugnatores: nã ſub cultura Dei totum mundum poſuerunt.

Sexto domini collectores. Alij ſeminauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Ioan. 4.

Septimo populi illuſtratores, quia lux mundi ſcilicet, virtutibus & ſignis.

Octauo Chriſti imitatores præcipui dicentes Chriſto, ſecuti ſumus te. Math.19.

Nono contemplatores lucidi: quia viderunt Chriſti gloriam, & ante reſurrectionem, & poſt.

Decimo confirmatores placidi: nam per impoſitionem manuum Apoſtolorum ſpiritus ſanctus dabatur fidelibus. Act.8.

Vndecimo fundatores ſolidi, ſcilicet fidei. Ephe.4.

Super-

ſuperędificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum &c.

Duodecimo gubernatores ſeculi, & condem-
Luc. 22. natores. Ego diſpono vobis regnum &c. &
Math.19. Math. Sedebitis ſuper ſedes iudicantes 12. tribus Iſrael.

Ioan. 16. Tertiodecimo impetratores omnium. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

Quarto decimo corregnatores ſuperũ, quia.
Ioan. 14. Vbi ego ſum, & vos eſtis. Quibus apparet breuiter: quales fuerunt ſancti Apoſtoli in ſeipſis: ſed apparet etiam quales fuerunt Apoſtoli ſi conſiderentur, quo ad ea, quę ipſi ſeruauerunt.

Math. 5. Primo enim fuerunt, vt habetur, pauperes ſpiritu, omnia relinquentes voluntarie.

Secundo mites conuerſatione.

Tertio lugentes, ſ. miſeriam vitæ præſentis.

Quarto eſurientes iuſtitiam, eam ſeruantes.

Quinto miſericordes, alijs compatientes.

Sexto mundo corde, ab omni peccato ſe cuſtodientes.

Septimo pacifici, pacem habentes & procurantes.

Octauo perſecutionem ſuſtinentes, ſumma patientia, omnia conſilia Dei, & mandata cuſtodientes: ipſi enim ſecuti ſunt Chriſtum & corporis greſſu, & virtutum Chriſti obſeruatione ſpeciali; vt patet cuilibet vitam, & mores eorum in Euangelio expreſſos intuenti. Ex quibus quales ſancti Apoſtoli fuerunt, euidenter declaratur, & ſic patet ſecundum.

Tertium, quod Chriſtus eis fecit. Ipſe enim Saluator ſanctos apoſtolos ſuos.

Quibus donis Apoſtoli à Chriſto decorati ſunt. Primo vocauit ad ſtatum perfectionis, & ſummæ dignitatis, ſcilicet apoſtolatus, non in ſeruos, ſed in ſocios, & amicos: qui ſtatus eſt ſummæ perfectionis.

Math. 19. Secundo liberauit eos ab omni macula mundanæ prauitatis: omnia enim dimiſerunt, quę ſunt mundi.

Tertio illuſtrauit doctrina ſalutari. Doce-
Math. 21. bat eos quotidie de regno Dei. Omnia, quæ
Ioan. 15. audiui à patre meo nota feci vobis.

Quarto auctorizauit poteſtate ſingulari: nam dedit eis poteſtatem calcandi ſuper omnia
Ioan. 22. demonia, & vt languores curarent: ad dimittendum peccata poteſtatem tradidit.

Quinto mirificauit ſignis: virtute ſpeciali; cũ
Marc. vlt. in nomine Ieſu demonia eis ſubijciebantur, & infirmitates curabant.

Ioan. 22. Sexto adornauit ſanctitate diuinali ſpiritu ſan-
Act. 2. cto eos replendo.

Septimo diuulgauit eloquio virtuali: In om-
Pſal. 18. nem terrã ſonus prædicationis eorum exiuit.

Octauo ordinauit in ſacerdotes, & diſpenſandum eis tribuit ſui corporis, & ſanguinis ſa-
Math. 26. cramentum. Hoc facite in meam commemorationem.

Nono meritis ſublimauit, ipſos ponendo Eccleſiæ fundamentum: plantauerunt enim Eccleſiam ſanguine ſuo.

Decimo gloriam ſuam eis reſerauit, & in mon- Ioan. 20.
te, & in reſurrectione, vt patet.

Vndecimo in cœlis collocauit ſpe, & promiſ- Math. 19.
ſione. Vitam æternam poſſidebitis.

Duodecimo iudices omnium delegauit. Cum Math. 19.
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes, duodecim tribus Iſrael. Multa alia dominus Ieſus ſuis fecit diſcipulis: ſed prædicta ſufficiant pro præſenti: Sic ergo ex prædictis apparet quales fuerunt diſcipuli, & apoſtoli domini Ieſu, tribus vijs præfatis, & in generali.

Reſtat dicendum de eis in ſpeciali, & ſuccin- Quales fuerint Apoſtoli Chriſti in ſpãli.
cte propter operis prolixitatem vitandam, & tractandum eſt de eis ſecũdum ordinem, quo nominantur, vt dictum eſt ſupra. Matth. 10.

Primus in ordine eſt beatus Petrus: qui qualis fuerit patet ex ſcriptura diuina, ſcilicet Petri Apoſtoli præconia.
Euangelio, & in Act. Apoſtolorum.

Fuit enim primo penitus mundanorum abdicator. Vidit Ieſus Petrum, & Andream, & vocanit eos, & ſtatim relictis retibus, ſecuti ſunt Math. 4.
eum.

Secundo verus abnegator. Ieſu volente eius pedes lauare dixit. Domine tu mihi lauas pe- Ioan. 13.
des &c. ecce ſui abiectio & humilitas: Sed nõ ſui, ſed domini voluntatẽ velle peragere oſtẽdit dicens. Domine non tantum pedes: ſed & manus, & caput.

Tertio mandatorum Chriſti executor: patet primo in ſua vocatione, vocatus enim à Chriſto, ſtatim omnibus dimiſſis poſt eum iuit.

Imitatione ipſius ad mare pro ſtatere exiſten- Math. 17.
te in ore piſcis. Quando dixit domino, ſi tu Math. 14.
es domine iube me venire ad te ſuper aquas. inſuper ad Chriſti præceptum, cum laboraſſet Luc. 5.
per totam noctem: laxauit rete.

Quarto feruidus Chriſti amator, quem amorem ad Chriſtum oſtendit.

Primo omnia relinquendo.

Secundo pro Chriſto mori volendo. Math. 8.

Tertio à Chriſto nullo modo recedendo, cum alij receſſiſſent, dicens. Domine ad quem ibi- Ioan. 6.
mus &c.

Quarto quando paratus erat, vt animam pro Math. 8.
Chriſto poneret.

Quinto, quando nimio eius amore Chriſtum ſecutus vſque in atrium iudæorum, non recordabatur de eo, quod ſibi Chriſtus prædixerat ſcilicet de ſui negatione.

Sexto quando audita eius reſurrectione iuit Ioan. 20.
ad monumentum currendo. Luc. 24.

Septimo quando Chriſto apparente in litto- Ioan. 20.
re ſe nudauit, vt ad ipſum veniret.

Octauo quando ter à Chriſto interrogatus ſi Ioan. 21.
eum diligeret: q; ſic, reſpondit. Verum quia ſe diligentes

diligentes Chriſtus diligit, & ipſum Petrum amaſſe Chriſtus oſtendit.

Primo ad ſuum diſcipulatum eũ admittendo.

Secundo ſuum nomen ei communicando, & concedendo, quia petra eſt Chriſtus: à petra Petrus, id eſt à Chriſto eſt dictus.

Tertio cęteris Apoſtolis pręficiendo.

Quarto de interrogatis à Petro reſpõdendo, & aperiendo veritatem, vt infra patebit.

Quinto ad ſua ſecreta admittendo, & adducendo, vt patuit in ſuſcitatione puellę; transfiguratione in monte, & oratione in horto.

Sexto ſuam gloriam ei in monte oſtendendo.

Septimo operandi mira poteſtatem ei tribuendo.

Octauo tempore negationis eum reſpiciẽdo.

Nono tempore reſurrectionis ei ſpecialiter apparendo.

Decimo ſuum populum, & oues ad cuſto-
Ioan. vlt. diam committendo. Et ſic patet Petrum à
Math. 16. Chriſto dilectum.

Quinto verus teſtificator, cum Ieſus quæreret, quem eum homines dicerent, & quid ipſi. reſpõdit Petrus: tu es Chriſtus filius Dei viui &c.

Math. 17. Sexto diuinorum aſpectator, quando duxit eum; cum Iacobo, & Ioanne Ieſus in monte, & transfiguratus eſt &c.

Math. 19. Septimo Chriſti perfectus imitator, ideo dixit Chriſto, ſecuti ſumus te &c. & dixit Ieſus
Ioan. 21. Petro ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eũ &c.

Octauo arcanorum indagator. B. Petrus præ alijs Chriſtum audacter interrogabat, vt fructu. 12. dicetur, & conformitate.

Act. 2. Nono donorũ receptator, ſpiritu ſancto fuit repletus.

Act. 2. Decimo magnus prædicator: nam prædicatione tria milia conuertit, & multos alios per orbem, & Romæ, patet.

Vndecimo gratus informator, patet in ſuis epiſtolis: quæ profunditate, & diſcretiſsima informatione ſunt plenæ.

Act. 3. & 10. Duodecimo acceptus exorator: nam libenter orabat, Aſcendit in templum ad orandum, & facta oratione fuit in extaſi. Act. 10.

Tertio decimo efficax operator. patet, quia eius vmbra ſanabat infirmos, & mortuos plurimos ipſe ſuſcitauit.

Math. 16. Quarto decimo Eccleſiæ gubernator, quia ſuper hanc petram Chriſtus Eccleſiam ſuam ędificauit, quia ipſe paſtor eſt ouium, & ſummus pontifex: quo declaratur, ꝙ ipſe fuit homo ſummæ fidelitatis: Miræ ſtabilitatis: Aptæ affabilitatis: magnæ ſanctitatis: Rectæ æquitatis. Sanctæ exemplaritatis. Dignæ auctoritatis. Claræ veritatis. Veræ honeſtatis. Pœnitentiæ, & auſteritatis. Prudentiæ, & ſagacitatis. Clementiæ, & charitatis; quæ omnia vero paſtori debent ineſſe: quæ perfectè fuere in beato Petro.

Quinto decimo patientię demonſtrator: quãdo capite verſo ad terram voluit crucifigi & mori: quibus apparet beati Petri vitæ excellentia, & ſanctitas.

Secundus in ordine ponitur beatus Apoſtolus Andreas: qui qualis fuerit & euangelia, & eius legenda declarant. Hic Apoſtolus Andreas fuit. Andreæ Apoſtoli mira.

Primo boni indagator: nam fuit ipſe primo, Ioan. Baptiſtæ diſcipulus, & poſt domini Saluatoris.

Secundo, quæ ſunt ſanctitatis executor: nam audito à Ioãne de Ieſu, ꝙ eſſet agnus Dei &c. ad Ieſum iuit, & per totam diem ſecum ſtetit.

Tertio domini receptator: nam in naui eius, & Petri Ieſus ſtetit, & cęperunt piſcium multitudinem. Luc. 5.

Quarto mundi execrator: vocatus à Chriſto omnibus relictis ſecutus eſt eum. Math. 4.

Quinto aliorum ad bonum euocator: nam fratrem ſuum Petrum ad Chriſtum adduxit. Ioan. 1.

Sexto mirorum contemplator in deſerto, quãdo dominus de quinq; panibus ſatiauit quinque milia hominum, Andreas dictos panes puerum dixit habere, &c.

Septimo verorum demonſtrator: Egeæ rationibus pulcherrimis oſtendit Chriſtum voluntariè paſſum, & crucis ſubire voluiſſe patibulum.

Octauo gratus perorator: ſua eloquentia totam Achaiam conuertit ad dominum.

Nono ſignorum operator in vita ſua: vt dicit eius legenda, miracula multa, & ſigna eſt operatus.

Decimo habuit animi cõſtantiam: nam Egeæ dicenti ſibi, ꝙ crucis ferre ſupplicium eum cogeret. Reſpondit ſi crucis patibulum expaueſcerem, crucis gloriam non prædicarem.

Vndecimo in eo fuit paſsionis tollerãtia: fuit enim primo à 20. hominibus cęſus, & demum crucifixus.

Duodecimo de crucifixione habuit complacẽtiam, patet: quia crucem ſalutauit, crucis ſe amatorem ſemper fuiſſe declarauit, à cruce noluit remoueri, in cruce mori voluit, & de cruce ad Deum ire: quibus ſuccinctè, patet, qualis fuerit beatus Andreas Chriſti diſcipulus.

Tertius Apoſtolus, & diſcipulus domini in ordine, ponitur Iacobus Zebedei, qui Iacobus maior vocatur; qui qualis fuerit patere poteſt ex his. Iacobi maioris dona.

Primo enim fuit Deo obedientiſsimus; vocatus enim à Chriſto, ſtatim patrem, & omnia reliquit. Math. 4.

Secundo voluntariè pauperimus: nam bona omnia tam naturæ, ſcilicet patrem, & matrẽ, quàm fortunę dimiſit, & pauperimus eſt effectus. Mat. 4. & 19.

Tertio Chriſti amantiſsimus: pro cuius amore patrem reliquit, & matrem, & omnia, & ipſi ſoli adhæſit.

Quarto Dei honoris zelantiſsimus,
Quinto Chriſto fideliſsimus: cui, vt ſibi fide-
Math. 17. liſsimo Chriſtus oſtēdit ſuam gloriam in mō-
te. Hunc admiſit in puellę ſuſcitatione, & in
oratione in horto.
Sexto ad paſsionem pro Chriſto ſuſcipiēdam
Math. 20. parariſsimus, dicto ei à Chriſto. Poteſtis cali-
cem bibere &c. Reſponderunt poſſumus &c.
Septimo in morte ſuſtinenda conſtantiſsimus
&c. quia decapitatus &c.
Octauo in multis inuenitur ſingulariſsimus.
Primo, quia fuit primus martir de apoſtolis.
Secundo regnum cœlorum de Apoſtolis pri-
mus intrauit.
Tertio ſtatum, et pręmium Apoſtolorum in
cœlo ipſe primus ſuſcepit.
Quarto ipſe fuit primus reddens vicem Chri-
ſto, pro ipſo moriendo.
Quinto primus, qui dictū Chriſti verificauit.
Math. 23. dixit enim. Mittam ad vos Prophetas, &c. ſe-
quitur, & ex illis occidetis &c.
Sexto primus, qui in Ieruſalē pro fide eſt mor-
tuus, de Apoſtolis.
Septimo, cuius martyrium eſt celebrius, loco
conſiderato.
Octauo primus, qui triplicem in cœlo coro-
nam habuit, videlicet martirij, caſtitatis, &
doctrinæ.
Nono à Chriſto in cęlo primus ſuſceptus.
Decimo primus beatificatus.
Vndecimo primus in cœlo canonizatus.
Duodecimo præ alijs Apoſtolis exaltatus, iu-
Math. 21. xta dictum. Qui minor eſt in regno cęlorum,
maior eſt ipſo.
Nono eſt cunctis gratioſus; quia omnibus ſub
uenit, ad eum recurrentibus.
Primo enim ipſe ab infidelitate liberat, & du-
cit multos ad fidelitatem; vt patet de regina
Lupa, & eius viro.
Secundo diſcipulos, eius corpus deferentes in
columes reſeruauit.
Tertio deditos Diaboli ſeruitio eripuit, patet
de Phileto, & Hermogene.
Quarto ſuſpenſis opem impendit; patuit de
filio peregrini &c.
Quinto vinculatos abſoluit, patet, de illo; qui
erat in fundo turris &c.
Sexto mortuos ſuſcitauit; patet de illo, qui ſe
occidit diabolo decipiente.
Septimo à ſententia æterna cuſtodiuit militē
quendam.
Octauo famelicis ſubuenit, cuidam deficienti
panem ſubcinericium dando.
Nono aliquos, ne poſſent capi cuſtodiuit.
Decimo traditos incēdio, liberauit: vt patuit
de illo, qui miſſus fuit in ignem: quia eum in
ſegetem poſuerat &c. & ſic de alijs: quibus aſ-
ſiduè beneficia porrigit, & præſtat.
Vndecimo eſt toti mundo radioſus, patet;
quia iter ad ſancti Iacobi ſepulcrum, notum
eſt omnibus Chriſtianis: Quibus apparet iam
dictis; qualis fuerit hic Apoſtolus Iacobus
omnibus euidenter.
Quartus Apoſtolus & diſcipulus, eſt Ioannes
Euangeliſta; cuius ſanctitatis fuerit, & excel- Ioānis Euā
lentiæ, apparere poterit ſi eius eſſe confidere- geliſtæ ex-
tur, & quomodo dilectus fuerit à Chriſto: Cū cellentia.
enim ipſe beatus Ioannes ſe pluribus in locis
aſſerat a Chriſto dilectum, videndo quomo-
do fuerit, apparebit, quàm excellentiſsimus
fuerit ſanctitate: pro quo not. eſt, quòd dñs
Ieſus ad beatum Ioānnem plura ſigna oſten-
dit dilectionis, & modis pluribus:
Et primo, vocando eum ad ſtatum ſummæ
perfectionis: vocauit enim eum ad ſtatum Math. 4.
Apoſtolicum, qui eſt ſtatus perfectus, & hęc
vocatio fuit in iuuentute: & tunc beatus Ioan Math. 4.
nes bona naturæ. ſ. patrē reliquit, & matrem,
& bona fortunę, vt patet.
Secundo præſeruando eum ab actu dirę im-
perfectionis. ſ. incontinentię: quia volentem
nubere (ſecundum Ieronimum) ad ſe vocauit.
Tertio admittendo ad ſecreta ſuæ cognitio-
nis, in ſuſcitatione puellæ, in transfiguratio-
ne, in oratione in horto, & ad eius nuptias p-
ſonaliter aſsiſtendo.
Quarto ipſius petitionem acceptando; patet,
quando interrogauit eum de ſuo proditore Vide con-
in cœna; & Chriſtus reſpondit. formitate
Quinto, ſuper ipſius pectus in cęna recumben Virginis.
do, & reclinando: vnde fluenta Euangelij, vt fructu 51.
cantat Eccleſia traxit, & hauſit.
Sexto ſuam matrem in cruce ei comēdando:
vnde ſciendum eſt, ſecundum Ieronimum, in
ſermone de aſſumptione. Cogitis me. factus
eſt Ioannes filius Virginis, commendatione
tali facta de Ioanne, Virgini Mariæ. Sed quo-
modo? dicit cura adoptionis; fuit ergo non
filius naturalis, ſed adoptiuus ipſius Mariæ.
Sed tunc eſt dubium: cum per baptiſmum, & Dubit.
gratiam ſimus nos oēs filij Dei adoptiui: quo
adoptio noſtra differt ab adoptione Ioannis
filij Marię? Reſpondetur, ꝙ eſt valde diſtincta. Solutio.
Et primo per reſpectum ad Chriſtum cum ex-
tra ſe nihil charius, & diligentius haberet Vir
gine Maria: quare hanc ſibi recomendando
(quia fecit eum pręalijs theſaurarium ſuum)
magnum amorem oſtendit.
Secundo per reſpectum ad beatam Mariam:
Ipſa enim obediens filio; ipſum pręalijs Apo
ſtolis dilexit, & ad ipſum, vt mater in omni-
bus ſe habuit: Et vide, quòd relinquenti mū
dum, non ſolum Chriſtus eſt mater, & frater;
ſed Maria in matrem datur Chriſto; ſpeciali-
ter Cruci eius aſsidua meditatione aſsiſteri.
Tertio per reſpectum ad Ioannem: ipſe enim
ex hoc plura habuit.
Primo, quia cum virgo eſſet gratia plena; de
ſua gratia eidem dedit ſaltem interceſsiuè, &
meritoriè.

Secundo, quia factus eſt frater Chriſti, modo ſpeciali præ alijs.

Tertio, quia ex hoc eſt Ioannes declaratus, ꝙ erat humillimus, & puriſsimus, & ſic de alijs virtutibus, ex quo beatæ Mariæ ſic eſt iunctus; quia ſimile ſimili iungitur.

Quarto exhibitus eſt Ioanni fiducia'ior acceſſus ad Chriſtum, & ad beatam Virginem præ alijs in ſuis oprâtis, quia filius ad matrem fiducialiter accedit, & frater ad fratrem: quo ſequitur, ꝙ quicquid petit obtinet. Et ſic patet qualis eſt Ioannis adoptio.

Septimo præ cunctis de abditis diuinis illuſtrando. Paulus ad tertium cœlum, Ioannes ſuper omnia, vt dicit Aug. eleuatus intonuit. In principio erat verbum.

Octauo omnia futura circa ſtatum Eccleſiæ reuelando; patet in Apocalipſi quod nulli fecit Apoſtolorum, quod nobis pateat.

Nono ſpiritu ſancto replendo, & per eius manus impoſitionem ſpiritum ſanctum fidelibus dando, & forte habuit præ alijs ſingularem.

Act. 2.

Decimo omnium ſanctorum conditionibus adornando: fuit enim Apoſtolus in ſequendo Chriſtum. Euangeliſta in Euangelio. Martir in dolio. Confeſſor Chriſtum conſtanter confitendo; & patet in actibus Apoſtolorũ, et ſua legenda in principio; Virgo puriſsimus; quia ſic electus, & ſic permanſit; Propheta fuit &c.

Vndecimo de ipſo ſpecialem curam habendo, & oſtendendo; patet in tradendo matrẽ eidem.

Duodecimo ſua doctrina eccleſiam illuſtrando, et radiando, patet de eius Euangelio, et Epiſtolis.

Tertio decimo charitate mirabiliter eum replendo: patet, quia in ſuis Epiſtolis de ea eſt ſpecialiter loquutus.

Quarto decimo miraculis maximis declarando: patet de pluribus mortuis in ſua legenda.

Quinto decimo in ſuo deceſſu ipſum viſitando, et vocando.

Sexto decimo à mortis dolore, vt dicit beatus Ieronymus præſeruando; Præfatis ergo apparet beatum Ioannẽ dilectum fuiſſe à Chriſto.

Io: à Chriſto plus alijs Apoſtolis dilectus eſt, & quo amore.

Sed cum dicit Euangelium. Ioan. 13. ꝙ Chriſtus omnes Apoſtolos dilexit, cur B. Ioannes de dilectione Chriſti plus alijs comendatur? Reſpondetur: ꝙ amore interiori Chriſtus, & ſi omnes æqualiter forte dilexerit, non tamen amore exteriori: qui in duobus eſt principaliter, videlicet in familiaritatis oſtenſione, & ſic beatum Ioannem plus alijs dilexit: vel in donorum exhibitione, & ſic beatum Petrum plus dilexit: quia principem eum Eccleſiæ fecit: & ſic ſub eius cura Virginem, & alios Apoſtolos, & ſuas oues dedit. Quibus iam dictis ſanctitas apparet beati Ioannis, & qualis fuerit.

Quintus diſcipulus, & Apoſtolus eſt beatus Philippus: qui in ſua legenda comendatur de pluribus, videlicet. Philippi Apoſtoli cõmẽdatio.

Primo de prædicationis inſtantia, per 20. annos per Scithiam gentibus prędicauit Chriſtum, & patrem ad fidem conuerit.

Secundo à virtutis gratia: Nam draconem abſcedere cõpulit: mortuis vitam præbuit: draconis flatu morbidos curauit, & ſanauit.

Tertio à ſuæ mortis præſcientia: nam per dies ſeptem ante, mors ſua eſt ei à domino reuelata.

Quarto à paſsionis tolerantia; nam per ſpiritus ſancti reuelationem, cum ad prędicandum Indis perrexiſſet, in ciuitate Ieropoli à Paganis captus, octuageſimo ſeptimo ſuæ vitæ anno crucifixus pro Chriſti amore, ad Deum migrauit: Quibus quattuor teſtimonijs ipſe oſtẽditur fuiſſe ſanctitate pręclarus, & inſignis.

Sextus Apoſtolus, & diſcipulus eſt beatus Bartholomęus: qui in ſua legenda quatuor principaliter comendatur.

Bartholomæo Apoſtolo attributa.

Primo à ſanctitatis eminentia: quæ patet ex multis.

Primo ex demonis teſtificatione: qui interrogatus, quis eſſet b. Bartholomęus, reſpõdit: ꝙ amicus Dei omnipotentis, &c.

Secundo ex oratione: centies in die, & centies in nocte flexis genibus Deum orabat.

Tertio ex angelorum obſecutione: angeli Dei cum eo ambulabant &c.

Quarto ex ſecretorum cognitione; demon inquit omnia pręuidet, omnia nouit &c.

Quinto ex terrenorum deſpectione: vnde regi Polemoni munera ſibi offerẽri reſpondit. Ego nihil terrenũ, nihil carnale deſidero &c.

Secundo auſteritatis efficacia: quę quidem patet.

Primo ex demonis conſtrictione, & ligatione: ligauit enim demonẽ, vt non poſſet loqui, &c.

Secundo demonis expulſione, à filia regis Polemonis.

Tertio demonis obtemperatione: nam eius iuſſu demon omnia idola confregit.

Quarto demonis oſtenſione: diabolum oſtẽdit Regi Polemoni, & alijs, qualis eſſet.

Quinto fructuoſa prædicatione: regem Polemonẽ, cum ſuo regno ſua prædicatone conuertit.

Tertio comendatur, à ſumma patientia.

Primo. n. fuit fuſtibus cęſus.

Secundo viuus decoriatus: quod nulli ſanctorum eſt factum.

Quarto fuit corpus eius in multis à diuina prouidentia proſpectum & conſeruatũ, vt in eius legenda habetur. Quibus ſuccintè beati Bartholomęi ſanctitas apparet.

Septimus Apoſtolus, & diſcipulus eſt beatus Thomas: quem oſtendit eius legenda & euangelium fuiſſe. Thomæ Apoſtoli inſignia.

Ioan. 11. Primo fidentiſsimum. Eamus ait ad Apoſtolos, & moriamur cum illo.
Ioan. 20. Secundo fideliſsimum: poſt reſurrectionem omnia credendo Chriſtũ Deum ſuum eſt profeſſus.
Tertio ſignis notiſsimum: patet de multis miraculis per ipſum factis, tam in morbis ſanatis, quam mortuis ſuſcitatis.
Quarto eloquio acceptiſsimum: multos conuertit ſua prædicatione, & grata informatione, vt patet in legenda.
Quinto paſsione clariſsimum: bis in carcerem eſt miſſus; ſuper ardentes laminas inceſſit. In ardentem fornacem eſt iniectus, & tandem gladio eſt tranſuerberatus.
Sexto à populis poſt mortem honoratiſsimũ, vt dicit alia legenda. Mira corpus eius faciebat in mari, & in aliis: quibus glorioſa conuerſatio beati Thomæ, & vita patet.
Matthæi Apoſtoli vita. Octauus Apoſtolus, & diſcipulus eſt, beatus Matthęus Euangeliſta.
Hic primo mundum abdicauit perfectionaliter. de hoc habetur. Vocatus à domino ſecutus eſt eum. Math. 9.
Secundo euangelium ordinauit: hic enim fuit primus ſancti Euãgelij ſcriptor, & ordinator.
Tertio hæreſes extirpauit. Magos, qui ſe pro Deo coli, faciebant.
Quarto dracones effugauit.
Quinto mortuum regis filium ſuſcitauit.
Sexto honorem ſibi impenſum refutauit.
Septimo multos ad fidem conuertit, & baptizauit.
Octauo glorioſa conſtantia occiſus ad cęlos migrauit: quibus ſanctitas beati Euangeliſtę Matthęi clare patet.
Nonus Apoſtolus, & diſcipulus eſt beatus Iacobus minor, dictus Iacobus Alphei.
Iacobi minoris comẽdatio. Hic primo comendatur de prærogatiua diuinæ aſsimilationis. Fuit enim Chriſto ſimillimus.
Secundo de excellentia perfectionis: quia vocatus eſt iuſtus.
Tertio de primitate miſſę celebrationis. Fuit enim ipſe primus qui miſſam celebrauit.
Quarto de feſtiuitate dominicę apparitionis: quia primo ſibi dominus Ieſus apparuit poſt ſuam reſurrectionem.
Quinto de conuerſationis ſanctitate: vita ſua fuit tota ſanctiſsima, vt patet in ſua legẽda.
Sexto de tollerantia paſsionis: de pulpito fuit proiectus: lapidibus obrutus, & pertica Fullonis pro Chriſti fide excerebratus: quibus ſex patet eius vitę excellentia, & ſanctitas.
Taddæi Apoſtoli præclaritas. Decimus Apoſtolorũ eſt Taddęus Apoſtolus. Qui præclarus fuit primo verbo, & doctrina: nam multis prædicauit: & ad fidem conuertit, ac vtilem Epiſtolam edidit, & fecit.
Secundo ſigno, & poteſtate diuina: nam Abagarum regem curauit: & plura ſigna fecit, & quia legendam habet cõmunem cum ſancto Simone: ideo legenda vtrumque ponit.
Vndecimus Apoſtolus eſt Simon Cananęus: qui cũ beato Taddæo in legenda comẽdatur.
Simonis Cananæi commendatio. Primo, ꝙ ipſi fuerunt ſanctitate excellentes: Eorum enim præſentia demones in idolis reſponſa dare non potuerunt.
Secundo eloquentia pollentes: patet in eorũ eloquutione ad principem regis Babilonię.
Tertio futura pręſcientes: pędixerunt.n. euentum belli &c.
Quarto clementes, & miſericordes, patet contra magos: quos liberauerunt.
Quinto, mira exercentes: nam draconem per puerum eodem die natum: loqui eum facientes liberauerunt; ſic & tigrides.
Sexto per martirium ad Deum aſcendentes: Quibus, & alijs: quales fuerunt intelligi cunctis datur.
Mathiæ Apoſtoli laudes. Duodecimus Apoſtolus & diſcipulus eſt beatus Mathias. hunc commendat.
Primo à Chriſto diſciplinatio & eruditio: fuit enim de 72. diſcipulis.
Secundo inter duodecim Apoſtolos annumeratio: vt habetur Act. 3. Act. 3.
Tertio ipſius conditio: Fuit enim in lege doctiſsimus: corpore mundus: animo prudens: in ſoluendis quęſtionibus ſcripturæ acutus: in conſilio prouidus, & in ſermocinatione expeditus.
Quarto eius martirizatio: falſo enim incuſatur, lapidatur, ſecũri percutitur, & manibus ad cęlum extenſis, ad Deum perexit: quę quattuor ipſum commendabilem faciunt: & toti mundo ſanctitate illuſtrem. Hæc pauca in ſpeciali poſui de quolibet Apoſtolorum, quibus ſi dicta in generali cuilibet applicentur: ad loquendum de quolibet, materia erit lata & ſufficiens: quę pro præſenti declaratione partis primæ ſufficiant: Quibus claret quibus diſcipulis, & qualibus fretus eſt, & vallatus dominus noſter Ieſus Chriſtus.
Pauli Apoſtoli præconia. Verũ, & ſi B. Paulus Apoſt. nec de 72. nec de 12. fuerit vnus, quia tamen meruit thronum duodecimũ poſsiderẽ, & antonomaticẽ apoſtolus nuncupatur: & à domino non ab homine inſtitutus eſt Apoſtolus, & electus: qualis fuerit ſuccinte videndum eſt. Vnde beatus Paulus, vt patet conſideranti eius acta comendatur:
Primo à nobili progenie, & generatione: quia de tribu Beniamin: de Tharſo Cilicię, & ciuis fuit Romanus.
Secundo à legali informatione: in lege enim fuit doctor excellentiſsimus, quam ad pedes didicit Gamalielis.
Tertio à ſingulari vocatione: nam dum iret ad perſequendum Chriſticolas inclamatus à Chriſto de cęlo, & ferocitatem depoſuit, & ſe diuinæ voluntati per omnia ſubmiſit.

Quarto à ſpiritus ſancti repletione: nam ſpiritu ſancto fuit repletus.

Quinto à ſpeciali ſui in Apoſtolum electione.
Act. 9. Dicente Chriſto de eo. Vas electionis eſt mihi iſte &c.

Sexto à cordiali Chriſti dilectione. ſtatim baptizatus: ingreſſus in ſinagogas conuincendo iudęos probauit Ieſum eſſe Chriſtum.

Septimo à fideli profeſsione: nullus Apoſtolorum ſic fidem, nec tamdiu, vt Paulus prędicauit.

Octauo à diuinali informatione; non enim Euangelium habuit ab homine, ſed per reue-
Gal. 1. lationem Ieſu Chriſti.

Nono à prudentia, & diſcretione: licet per reuelationem habuiſſet Euangelium: tamen Ieroſolimam aſcendit: ad conferendum cũ Apoſtolis de his, quæ prædicauerat; ne in vanum curreret, aut cucurriſſet.

1. Cor. 9. Decimo à carnis edomatione ait enim. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.

Vndecimo ab ipſius à Deo ad prędicandum
Act. 13. emiſsione. Spiritus ſanctus dixit. Separate mihi Barnabam, & Paulum &c.

Duodecimo ab eloquentia, & prædicatione. Fuit enim eloquentiſsimus, & lingua difertiſ-
Act. 14. ſimus: vnde vocabatur Mercurius.

Tertio decimo de ſollicitudine, & gubernane: nunquam ſtabat in loco: hodie hic, & cras ibi, & ideo dicebat de ſeipſo: Inſtantia mea, & ſollicitudo omnium Eccleſiarum.

Quarto decimo à cordis humiliatione: cum
Galat. 1. maior eſſet alijs minimum Apoſtolorum ſe nominat, qui non erat dignus vocari apoſtolus &c.

Quinto decimo ab aſsidua operatione: non ſtabat Paulus otioſus: aut. n. orabat: aut prędicabat; aut manibus operabatur, vt patet
Act. 18. Act. 18.

Sexto decimo ab ædificatione. nihil enim erat auſus dicere: niſi, quę per ipſum Chriſtus operabatur, vt cum alijs prędicaret, reprobus non inueniretur.

Decimo ſeptimo à puritate, & munditię nitore: fuit enim virgo puriſsimus, & ſi ſtimulus carnis ei eſſet datus.

Decimo octauo à charitatis feruore, dicebat
2. Cor. 11. enim. Quis infirmatur, & ego non infirmor, & de charitate nullus eo, melius dixit.

Decimo nono à patientiæ longanimitate, decem & nouem tangit genera tribulationum:
2. Cor. 11. quibus fuit afflictus.

Decem, & nouem generibus tribulationũ afflictus fuit Paulus.

Primum cum dicit in laboribus plurimis, ſcilicet per mundum diſcurrendo: per 30. annos maximam partem mundi quęſiuit: De eius laboribus patet in Act. Apoſtolorum.

Secundum genus tangit: cum dicit in carceribus; in carcere fuit in Philippis. in Ieruſalẽ,
Act. 16. 21. 24. in Ceſarea, vbi ſtetit duobus annis; & Romæ etiam fuit.

Tertium genus tangit cum dicit in plagis: pla- Act. 16.
gatus fuit, & miſſus in carcere, & in Ieruſalem Act. 21.
templo clauſo.

Quartum genus tangit. cum dicit. In morti- Act. 23.
bus frequenter, vt patet Act. 23. & niſi fuiſſet liberatus per milites, eſſet mortuus: vnde nota, quod iudæi decies ei inſidias parauerunt: vt eũ occiderent.

Decies Iudæi parauerunt B. Paulo inſidias.

Primo in Damaſco.
Secundo in Ieruſalem ibidem. Act. 9.
Tertio Antiochiæ. Act. 13.
Quarto in Iconio. Act. 14.
Quinto Licaonię, ſiue Liſtris ibidem ictibus lapidum.
Sexto Theſalonicæ. Act. 17.
Septimo in Corinthio. Act. 18.
Octauo ipſo volente ire in Siriam. Act. 21.
Nono in Ieruſalem quando templum clauſerunt. Act. 21. 22.
Decimo quando 40. iurauerunt non comeſturi: niſi eum occiderent; vnde bene fuit in mor- Act. 23.
tibus frequenter. In Philippis, vt patet Act. 16. Act. 16.
In Epheſo: fuit etiam in morte, vt patet in Act. Act. 19.

Quinto genus tãgit, cum dicit. A iudæis quin- Act. 21.
quies quadragenas vna minus accepi, & hoc in templo clauſo &c.

Sextum genus tangit cum dicit Ter virgis &c. Act. 16.
Primo in Philippis. Secundo, & Tertio in Ieruſalem, vt habetur Act. 21. vel in Ico- Act. 21.
nio. & 14.

Septimum genus tangit; cum dicit ſemel lapidatus ſum &c. & hoc in Liſtris. Act. 14.

Octauum genus tangit cum dicit ter naufra-
gium feci, hoc creditur, quod fuerit quando iuit Act. 26.
Romam.

Nonum genus tangit: cum dicit nocte, ac die in profundum maris fui. Remigius ſuper Epiſtolam ad Romanos dicit: quod ſic fuit ad litteram, ſed quando, non patet ex ſcriptura. Alia vero genera partim tãgit propter itinera: partim ex alio. vnde in itinere paſſus eſt.

Decimum genus, ſcilicet pericula fluminum.

Vndecimum periculum latronum, qui ipſum deprædati ſunt &c.

Duodecimum periculum ex genere; famis, & ſitis, & aliorum incommodorum, quæ itinerãtibus eueniunt.

Decimumtertium periculum ex gentibus: Nã
peregrini & extranei patiuntur à gentibus: de Act. 17.
Paulo Athenienſes truſabantur.

Decimumquartum periculũ in ciuitate, quia itinerando homo deuenit ad ciuitates; Paulus paſſus eſt periculum in ciuitate. ſ. Damaſci. Ieruſalem. Anthiochiæ. Liſtris. Iconio. Philippis. Corinthi. Epheſi. Ceſareę, & Romæ.

Decimumquintum periculum in ſolitudine: patet in inſula Mitilinenſi, quando vipera ma-
num eius apprehendit. Similiter quando vo- Act. 28.
luit ire in Siriam. Act. 21.

Act. 27. Sextumdecimum periculum in mari,
Decimumſeptimum periculum in falſis fratribus, ideſt comitibus. Iudæi vt dictum eſt, voluerunt eum decem vicibus occidere.

Act. 27. Decimumoctauum tangit in fame, & ſiti, & de frigore.

Decimumnonum tangit in labore: de quo
Act. 18. 20. Act. 14. Act. 18. & 20. de ieiunijs Act. ſub tot ergo generibas afflictionum Paulus poſitus; ſemper patientiſsimus eſt inuentus.

Vigeſimo commendatur Paulus de ſapientiæ luciditate, Scripſit 14. Epiſtolas plenas diuina ſapientia: per quas fides catholica ſufficiẽter alia ſcriptura ſepolita teneretur, & nutriretur.

Vigeſimo primo de mundi deſpectione: omnia reliquit, & nihil voluit habere niſi Chriſtũ, & vt ſtercora omnia reputauit.

Gal. 2. 1. Cor. 1. Vigeſimoſecũdo de crucis meditatione. Chriſto confixus ſum cruci &c. Et mihi abſit gloriari niſi in cruce &c. Et nihil ſciebat niſi Chriſtum, & hunc crucifixum.

Vigeſimotertio de ſignorum exhibitione: multa fecit miracula mortuos ſuſcitando: cęcos illuminando. Vide in Act Apoſtolorum.

Vigeſimoquarto de exhortatione fuit homo ſciens mirabiliter exhortari homines contra omnes cauſas ingruentes, vt patet in ſuis dulciſsimis Epiſtolis.

Vigeſimoquinto de contemplatione: quia raptus bis ad tertium cœlum, ideſt viſionem ſolum intellectualem; Qui vt dicit Augu. vidit Deum, vt vident beati: qua viſione fuit ſuper omnia leuatus: quia ad tertium cęlũ. In Deum
2. Ioan. 4. transformatus: quia ſimilis Deo, & ſic deificatus. Certificatus .i. de ſancta Trinitate; de Angelis, & de futuris &c. Informatus, quia audiuit arcana verba &c. Beatificatus beatitudine, non permanente, ſed tranſeunte. Saciatus, iuxta dictum Pſal. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Quietatus iuxta dictum Auguſtini, ideſt confeſsionum in Deo quieſcendo. Securatus de permanentia in gratia. ideo dicebat:
Rmo. 8. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti &c. Letificatus de gloria ſua futura & aliorum.

Vigeſimoſexto de veri atteſtatione: quia vbique Chriſtum confeſſus eſt ſpecialiter Romæ, diſputando cum iudæis, & gentilibus coram Nerone, & plures de familia Neronis conuertendo.

Vigeſimoſeptimo de martirizatione, ꝑ Chriſti nomine decapitatus fuit.

Vigeſimooctauo de glorificatione, quia glorioſus apparuit Neroni poſt mortem, & alijs: bonum enim certamen certauit, & ſibi vt triũphatori repoſita corona data eſt in gloria à domino. Ex his paucis, quia innumera ſunt: quæ de ipſo poſſent dici, & eſſent dicenda: patet, quàm virtuoſus fuit. b. Paulus Apoſtolus diſcipulus domini Ieſu; Et ſic ſuccintè viſum eſt de cętu Dominum Ieſum Chriſtum proſequente: de quo dicit prima pars illius octaui fructus, & conformitatis, videlicet, Ieſum cętus; ſcilicet Apoſtolorum proſequitur, & hæc ſufficiant ad pñs pro eius declaratione.

SECVNDA PARS OCTAVI fructus, & conformitatis, videlicet. Franciſcus fęcundatur.

Expoſitio.

FRANCISCVS fęcundatur: hęc eſt ſecunda pars huius fructus octaui & conformitatis; in qua eſt agendum de fęcundatione & multiplicatione ipſius, quo ad prolem, & filios: quos exemplo, vita, conuerſatione, & verbo Chriſto domino generauit; tam quo ad fratres minores; quàm ſorores: quàm etiam fratres, & ſorores de pœnitentia; quos ordines ipſe Chriſto operante inſtituit; & ab Eccleſia Romana manent approbati.

Pro cuius materiæ euidentia ante notandum eſt, ꝙ in iſto fructu, cum de fratribus minoribus, ſororibus, & de pœnitentia fratribus habeam pertractare: quia iuxta optata de prętatis; quo ad ſanctitatem vitæ, & miracula non inueni: huius ſecundæ partis expoſitioni cum intenderem: quare ſi temporis in proceſſu mihi aliqua de prędictis occurrerint: in fine huius operis tractatum faciam de eis ſpecialem, vt inſpectione iſtius, & illius patere queat quãta ſit filiorum beati Franciſci ſanctitas, efficacia, & virtutum præclaritas: hoc prœmiſſo.

Sciendum eſt, ꝙ dominus noſter Ieſus Chriſtus ſicut beatum Franciſcum ſimilem voluit habere in pluribus: ſic & in hoc, videlicet, vt ſicut ipſe habuit 12. Apoſtolos ſic Franciſcus 12. haberet ſocios. Similitudo ſociorum 12. B. F. ad 12. apoſt.

Et ſicut vnus de Apoſtolis fuit prauus, & laqueo ſe ſuſpendit: ſic & beatus Franciſcus vnũ de 12. ſociis habuit, qui laqueo ſe ſuſpendit.

Et ſicut Apoſtoli domini ſanctitate, & ſignis fuerunt mirabiles: ſic & ſocij beati Franciſci vita glorioſi fuerunt, & ſignis: & in vita, & in morte.

Et ſicut ſancti Apoſtoli vitam, & doctrinam Chriſti toto nixu ſeruauerunt: ſic & beati Franciſci ſocij vna cum ipſo ſanctum Euangelium obſeruauerunt.

Et ſicut vltra 12. Apoſtolos dominus Ieſus habuit alios diſcipulos, ſic & Beatus Franciſcus vltra 12. ſocios prædictos & diſcipulos: plures alios habuit ſingulares vita ſanctitate, & perfectione.

Et ſicut per ipſum Chriſtum, & Apoſtolos totus mundus renouatus eſt: ſic per beatum Frãciſcum, & fratres ad Chriſti vitam proſequen

dam

dam & pęnitentiam exercendam eſt, innoua-
tus: quorum Eſſe, Qualitatem; diſpoſitionẽ,
& Sanctitatem hic pñs fructus & conformitas:
quo ad iſtam ſecundam partem declarat.
Sed videndum eſt prius qualiter dominus Ie-
ſus Christus beatum Franciſcum filijs diſcipu
lis, & fratribus fęcundauerit. Pro quo eſt ſciẽ
dum, ꝙ beatus Franciſcus abrenuncians mun

Ordinem mino. fratrum quando incepe-rit. B.F.

do, non ſtatim ordinem fratrum minorum in-
cępit: nec ſtatim fratres ſibi habuit adhæren-
tes. Ratio eſt: quia, & ſi more apoſtolorũ om-
nia reliquerit patris & renunciauerit: non tñ
vitam euangelicam arripuit ſtatim ſeruandã,
& quia Christus ad hunc finem eum dirige-
bat, vt oblitteratam vitam Euangelicam ipſe
cum ſuis reuocaret: non ſtatim fęcundatus
eſt filijs, & fratribus: Et ideo, vt dicit legenda
trium ſociorum, vilem habitum eremiticum

Habitum eremiticũ per duos portauit B.F.

per duos annos portauit: baculum portans in
manibus, cinctus corrigia, & calciatus ince-
dens, ac accipiens eleemoſynas, & ſpecialiter
pro reparatione trium Eccleſiarum; quas iſtis
duobus annis reparauit, videlicet ſancti Da-
miani. Sancti Petri Apoſtoli, & ſanctę Marię
de Angelis: verum cum ad renouandum mun
dum per vitam Euangelicam eſſet à Deo di-
rectus; poſt prędicta, dum vna dierum inter
miſſarum ſolemnia perlegi audiret euangeliũ
illud, in quo diſcipulis ad prędicandum miſ-
ſis; Euangelica norma in viuendo præſcribi-
tur, vt videlicet non poſſiderent aurum, vel ar
gentum; nec in zonis pecuniam; nec peram
defferrent in via; nec duas tunicas haberent;
nec calciamenta; nec virgam; ſtatim prædi-
ctorum verborum auditu; Spiritus domini ſu
per infuſione repletus, illico calciamenta de-
poſuit; reiecit baculum; peram, & pecuniam
abdicauit; vna rudi, & deformi contentus tu-
nicula; in crucis modum expreſſa; dimiſſa cor
rigia, pro cingulo funem ſumpſit; omnem ſol
licitudinem cordis apponens; qualiter audita
perficeret, & apoſtolicæ rectitudinis regulæ ſe
per omnia coaptaret; ſic igitur à Beato Fran-
ciſco vita, & norma aſſumpta Apoſtolica; ſta-
tim cępit diſcipulis, & fratribus fęcundari: cũ
enim diuino inſtinctu aliquos ad iuſticiam in
ducere, cęteros vero ad pęnitentiam animare
cepiſſet: tam vita quàm verbo; cuius verba
non erant inania, nec riſu digna; ſed ſpiritu
ſancto plena, erant medullas cordis penetran
tia; vt in ſtuporem audientes conuerterent,
& obſtinatorum mentes, efficacia virtuoſa,
mollirent: eius eloquia, & vitam attendentes
nonnulli viri: quidam cęperunt ad pœniten-
tiam animari, & eidem relictis omnibus habi-
tu, vitaque coniungi: quos & fratres mino-
res, iuxta dictum Euangelij. Quod vni ex mi-

Fratres, & primi ſocij B.F.

noribus meis feciſtis &c. vir humilis cenſuit
appellari: intra quos duodecim fuerunt pri-
mi, videlicet. Frater Bernardus de Quinta val
le. Frater Petrus Chatanij. Frater Egidius. Fra
ter Sabatinus. Frater Moricus. Frater Ioãnes
de Capella. Frater Philippus longus. Frater
Ioannes de ſancto Conſtantio. Frater Barba-
rus. Frater Bernardus de Cleuiridante. Frater
Angelus Tancredi, & Frater Silueſter. Hi ſunt
primi: qui beato Franciſco adhæſerunt vita, &
habitu; & poſt iſtos multi alij vita, & verbo,
& ſignis inſignes, vt patebit. Et ſic à beato Frã-
ciſco, & iſtis, Ordo fratrum minorum euange

Ordo fratrum min: quo tempore fuerit inſtitutus.

licus, & primus à beato Franciſco inſtitutus
eſt, anno, videlicet. 1207. die 16. Aprilis: Alij
vero ordines. ſ. pauperum Dominarum à bea-
to Franciſco inſtitutus eſt ſexto anno, à ſua
conuerſione: Et Tertius ordo. ſ. fratrum de
pœnitentia nono anno cępit ab eius ad Chri-
ſtum, conuerſione: Sed quia primus ordo in-
ſtitutus à B. Franciſco eſt Ordo fratrum mi-
norum, de ipſo eſt primo dicendum, & demũ
de alijs.

DE primo ordine loqui volendo, & de
fratribus, qualis ſit, ſub quadruplici cõ
ditione eſt declarandum, videlicet, ꝙ hic Or
do eſt ſingulariſſimus præ alijs inſtitutis ordi
nibus:
Primo vitæ ſanctitate.
Secundo ſcientiæ luciditate.
Tertio nobilitate.
Quarto numeroſitate fratrum; quę quatuor
pandunt qualis ſit Ordo fratrum Minorum,
& fuerit, intendendo, ꝙ pręterita reſpondeãt
præſentibus, & futuris. Dico ꝙ primum, quod
oſtẽdit quales fuerint filij diſcipuli, & fratres
beati Franciſci eſt, ſi attendatur fratrum quo
ad vitam primo, & ſecundo, quo ad ſigna, &
miracula ſanctitas ad quod videndum, iſte
ordo eſt ſeruandus, quia primo in generali
quædam dicentur: ſecundo in ſpeciali quædã
de nonnullis tangentur: Verum neſcio ſi ne-
gligentia ſit factum, ſeu fratrum inaduerten-
tia, aut diuina ordinatione; quòd multorum
ſanctorum fratrum, tàm de primis ſocijs bea-
ti Franciſci, quam de alijs, nec quo ad vitam,
nec quo ad miracula, aliqua reperiuntur; Et
de quibuſdam ſolum in generali dicitur, ꝙ mi
raculis claruerunt: quare qui pręſentem fru-
ctum, & conformitatem perlegerint, non mi-
rentur: ſi de infraſcriptis fratribus præmiſſis;
non repererint clarè eorum facta: Generaliter
ergo loquendo de præfatis & ſuccintè; ſocij
& fratres. B Fran. tales fuerunt.

Quales fuerunt ſocij, & fratres B.F.

Quidam volabat ad diuinę ſapientiæ lumina,
vt aquila, videlicet, frater Bernardus primus
frater poſt. B. Fran. qui ſcripturas profundiſſi
mè declarabat.
Quidam raptus ad tertium cœlum, vt Paulus
Apoſtolus, videlicet, frater Egidius.
Quidam tactus ab Angelo calculo ignito; ſi-
cut Iſaias, videlicet, frater Philippus Longus.
Quidam loquebatur cum Deo, ſicut amicus
cum

cum amico, velut alter Moyſes, vt frater Silueſter.

Quidam ſanctificatus, & canonizatus in cœlo fuit dum hic viueret, videlicet, fr. Ruffinus nobilis de Aſsiſio.

Quidam fuit vita ſpectabilis, vt ſol præclarus, ſcilicet, frater Petrus Chatanij, qui Vicarius fuit. B. Franciſci: & generalis miniſter beato Franciſco dimittente offitium generalatus.

Quidam ſpiritu prophetico illuſtratus, vt frater Leo.

Quidam peruenit ad ſummæ humilitatis apicem. ſ. frater Maſſeus.

Quidam crudis herbis, & leguminibus more ſanctorũ patrum victitabat. ſ. frater Moricus, & ſic de alijs: Quorum quilibet aliqua ſingulari fulſit virtute, vt patebit ſtatim. Verum ſicut a collegio Apoſtolorum Iudas ſcarioth, qui ſe ſuſpendit amotus eſt, & beatus Mathias eidem eſt iniectus: ſic à conſortio, 12. ſociorum. B. Franciſci. frater Ioannes de Capella remotus eſt; qui primo biretum ſiue almucium inter fratres inuenit & portauit: vnde ab ordine egreſſus; effectus leproſus; ob impatientiã ſe ſuſpendit; loco cuius vir perfectiſsimus frater Guilielmus Anglicus dicitur inſertus; vita ſingularis, & ſignis. Quomodo vero in hoc ordine fuerint de quolibet ordine ſanctorum dicetur iuxta finem huius fructus, & conformitatis: & hæc ſufficiant pro oſtendenda generaliter ſociorum. B. Franciſci ſanctitate.

Reſtat ergo nunc. Secundo videre de ipſis in ſpetiali, & volendo de ipſis tractare videtur mihi, ꝙ hic ordo ſit tenendus: quia cum fratres ordinis, & ſi de vna eſſent ciuitate, & patria, in alia ſunt patria, & prouincia tumulati, ibique ſigna fecerunt, quare iuxta numerũ, & diſtinctionem prouinciarum erit, & locorũ demonſtratio; oſtendendo iuxta inuenta, in quibus iaceant locis, miraculis claruerint, & incipiendo à prima prouincia ordinis, videlicet. B. Franciſci in locis infraſcripris habentur hi ſancti fratres ſepulti, & reconditi.

De loco Aſsiſij.

IN loco de Aſsiſio iacent hi fratres ſanctiſſimi.

Primus eſt pater ſanctiſsimus noſter, videlicet beatus Franciſcus: qui ſingulariſsimus fuit inter ſanctos vita, & ſimilitudine ad Chriſtum, hic requieſcit: de cuius corpore ad oſtendendum populis, nihil inuenitur nec habetur, ac in quo Eccleſiæ loco iaceat, & ſi quibuſdam ſit agnitum: quibus vero nulli eſt notum.

De S. Bernardo ſocio B. Fran.

SEcundus frater Sanctus, qui iacet ibi, eſt frater Bernardus de Quinta valle, Primus filius. b. Franciſci, & primus frater minor poſt ipſum. B. Franciſcum: & quia hic fuit ſanctitate inſigniſsimus, vt veritas de hoc videatur, videnda ſunt de ipſo tria.

Primum, Quomodo ad Deum eſt conuerſus.

Secundum, Quomodo eſt conuerſatus.

Tertium, Quomodo in domino obdormiendo eſt à Chriſto præmiatus.

Circa primum de conuerſione beati Bernardi ad Chriſtum, ſciendum, ꝙ facta eſt hoc modo: ipſe enim frater Bernardus vocatus primo dominus Bernardus, cum eſſet de nobilioribus, ditioribus, & ſapientioribus de Aſsiſio: cuius conſilijs omnes acquieſcebant, cum ſapienter conſiderare cępiſſet in beato Franciſco mundi contemptum; tantam conſtantiã in iniurijs, ac longanimitatem in tolerando, ꝙ quaſi per duos annos ſic abhominatus, & deſpectus ab omnibus ſemper conſtantior videbatur, dixit in corde ſuo, nullo modo poſſet eſſe; ꝙ hic Franciſcus non haberet magnam gratiam Dei; & inſpiratus à Deo inuitauit eũ, vt manducaret cum eo de ſero: cui beatus Frãciſcus aſſentiens, humiliter manducauit ſecũ. Dominus autẽ Bernardus poſuit in corde ſuo velle ſcire, & explorare ſanctitatem. B. Franciſci: vnde inuitauit eum etiam, vt illa nocte in domo ſua quieſceret, & ſancto Franciſco annuente, Dominus Bernardus fecit parari lectũ pro beato Franciſco in ſua camera: in qua iugiter lampas ardebat: Sanctus autem Franciſcus ſtatim, vt intrauit cameram (vt abſconderet diuinam gratiam, quam habebat) proiecit ſe in lectũ, velle dormire ſe oſtendens: Dominus autem Bernardus poſuit in corde ſuo, latenter eum obſeruare de nocte; vnde tali eſt vſus cautela: Cum enim aliquantulum in ſuo lecto quieuiſſet, finxit ſe alte dormire, & profundiſsime ſtertebat: Sanctus autem Franciſcus ſecretorum Dei abſconditor fidelis, cum crederet dominum Bernardum profundè dormire, in profundo noctis ſilentio ſurgit de lecto, & leuata facie in cœlum, manibus, & oculis ad Deum totus intentus, & feruenter ignitus, deuotiſsimè orans dicebat, Deus meus, & omnia. Et hæc verba cum tantis lachrimis geminabat ad Deum, & cum tanta moroſitate deuota, eadem frequentabat, ꝙ vſque ad mane, aliud non dicebat niſi; Deus meus, & omnia. Hęc autem dicebat beatus Franciſcus admirans diuinæ maieſtatis excellẽtiam, quæ periclitanti mundo condeſcendere videbatur, & per ipſum Franciſcum pauperculum diſponebat de ſalutis remedio prouidere; ſpiritu enim prophetico illuſtratus pręuidendo magnalia, quæ per ipſum, & ſuum ordinem Deus erat facturus, & eodem docente ſpiritu, ſuam inſufficientiam videbat, & paruitatem virtutis, inuocabat Deum, vt quid ipſe nõ poterat, Deus ipſe perficeret; ſine quo nihil poteſt humana fragilitas: propterea dicebat. Deus meus, & omnia. Dominus autem Bernardus, lampade ibidẽ ardente, cuncta hęc videns, & verba intelligens diligenter, & ſancti deuotionem

Dominus Bernardus explorauit ſanctitatẽ B.F.

tionem perpendens, tactus à ſpiritu ſancto in medullis cordis intrinſecus, mane facto dixit ad beatum Franciſcum. Si quis à domino ſuo haberet multa, vel pauca, quæ tenuiſſet per multos annos, & nollet amplius retinere, quid de ipſis agere poſſet, quod melius eſſet? Reſpōdit beatus Franciſcus, ꝙ ea domino ſuo reddere debet, à quo eadem recepiſſet: Et dominus Bernardus ait. Et ego frater Franciſce omnia mea bona temporalia volo errogare amore domini mei: qui ea mihi contulit, prout tibi melius videbitur expedire; & te ſequi, & facere quæcunque mandaueris. Sanctus autem Franciſcus hoc audiēs repletus gaudio dixit. Domine Bernarde iſtud eſt opus tam arduū: & de hoc eſt domini noſtri Ieſu Chriſti conſilium requirendum, vt ipſe dignetur beneplacitum ſuum oſtendere, qualiter iſtud perficere valeamus. Tunc ad Eccleſiam ſancti Nicolai prope plateam ciuitatis Aſsiſij ierunt, vna cum alio, nomine Petro: qui etiam cupiebat frater fieri, & ibi audita miſſa, & oratione vſque ad tertiam prolongata: tandem beatus Franciſcus librum clauſum flexis genibus accipiens de altari (vt dicit legenda trium ſociorum) & ſibi crucis ſigno facto, codicem Euangeliorum ſine miſſale aperuit, & in prima apertione occurrit illud conſilium domini. Si vis perfectus eſſe vade, & vēde omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: Quo comperto beatus Franciſus gauiſus eſt valde, & gratias egit domino. Sed quia verus cultor Trinitatis, trino voluit teſtimonio confirmari, ſecundo, & tertio librum aperuit: & in ſecunda apertione occurrit illud. Nihil tuleritis in via &c. In tertia vero illud occurrit. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Dominus Bernardus, & alius nomine Petrus, qui fiant fratres, & ſocij B. F.

Tunc beatus Franciſcus dixit prædictis viris domino, videlicet. Bernardo, & Petro. Fratres Hęc eſt regula, & vita noſtra, & omnium, qui voluerint noſtræ ſocietati coniungi. Ite, & ſicut audiſtis implete: Abiit itaque dominus Bernardus, qui erat diues valde, & venditis omnibus, quæ habebat, multaque pecunia congregata, pauperibus ciuitatis vniuerſa diſtribuit, nihil penitus ſibi reſeruans. Petrus autem pro poſſe, diuinum cōſilium adimpleuit. Diſtractis autem omnibus, habitum, quē paulo ante aſſumpſerat Sanctus Franciſcus, poſt quam reliquerat habitum Eremiticum, ambo pariter aſſumpſerunt: & ab illa hora ſimul cū ipſo, vixerunt ſecundum formam ſancti Euangelij à domino eis oſtenſam. Sic ergo dominus Bernardus ad Deum modo præfato conuerſus filius primogenitus eſſe promeruit. B. Franciſci, tàm primitate ordinis, quàm gratiæ perfectionis, vt dicetur. Sic patet primum, quod erat videndum.

Circa ſecundum, eſt ſciendum, ꝙ hic ſanctus F. Bernardus fuit paupertati affectus, & eius ſpecialis amator: nā omnia relinquendo voluntariè pauper factus, nihil vnquam in hoc mundo habere voluit.

Secūdo patiētia multipliciter comprobatus. Et primo Florentiæ: Nā cum ſepte eſſent fratres B. F. duos Florentiam miſit, v3 fratrē Bernardū, & vnū alium: quo peruenientes, hoſpitiū nō potuerunt inuenire: & veniētes ad quādam domum habentem porticum; & ſi dominam rogaſſent, vt intra domum reciperet eos, & illa nollet, in porticu illa tota nocte ſteterunt, nihil tegumenti habentes, cum eſſet intēſiſsimum frigus: vir enim dictæ mulieris: quia credebat eos ribaldos eſſe, & fures, nihil voluit eis accomodare; & ſummo mane recedētes à dicto porticu, ad Eccleſiā perrexerunt: quos mulier prędicta videns orantes, intra ſe dixit. Iſti non ſunt ribaldi, vt dixit vir meus: & cum quidam eius nomine Guido, velut pauperibus vellet eis dare, ſicut alijs pauperibus pecuniam, recipere noluerunt: & cum didiciſſet eos voluntariè pauperes effectos, daris omnibus amore Dei: primo à dicta muliere ad domum inuitati ſunt, deinde à prædicto ciue ad domum ſuam adducti, ibidem aliquibus diebus ſteterunt, ipſum ædificantes, verbo, & exemplo. Vnde hic dedit multa pauperibus. Licet autem à dicto Guidone bene tractarentur: ab alijs tamen viliſsimi reputati, iniurias multas tam à paruis, quàm à magnis recipiebant: acceptis enim veſtimentis vilibus, quæ habebant ab eis, cumque remanerent nudi, non repetebant; ſed ſi dabantur eis recipiebant. Quidam lutum ſuper eos iactabant: alij vero ponentes taxillos in manibus eorū, inuitabant ipſos, ſi ludere vellent: alij vero capucia eorum à tergo trahentes poſt dorſum ſuum, ſic ſuſpenſos portabant. Et ſic non ſolum famis, & ſitis, & frigoris, & nuditatis, tribulationes patienter portabant: ſed multis alijs modis. Ipſi non triſtabantur, nec turbabantur, nec inferentibus maledicebant, ſed omne gaudium exiſtimantes tribulationes, & tentationes in hoc mundo ſuſtinere, pro inferentibus exorabant. Quod videntes homines, & cognoſcentes eos viros ſanctos, & diſcipulos domini, multi corde compuncti ad eos accedebant, pro illatis veniam poſtulantes: Quibus remittentes ex corde, nonnullos in ſocietatem ſuam recipientes, ad beatum Franciſcum ad ſanctam Mariam de Angelis ſunt reuerſi, recepti à beato Franciſco, & ſociis cum ſummo gaudio, et lætitia.

Frater Bernardus Florentię patientia probatur.

Eodem modo fuit B. Bernardus Bononię cōprobatus: Nam approbata regula à domino Papa Innocentio tertio, Frater Bernardus ſolus miſſus eſt, à B. Franciſco Bononiam: ad quam cum perueniſſet, videntes eum pueri in inſolito

Frater Bernardus a B. F. Bononiam miſſus, ibidem patientia probatur.

inſolitô habitu, et valde deſpecto, multas illi iniurias irrogare cęperunt: qua cum magna lætitia ſuſtinebat, & vt melius illuderetur ab omnibus, ſe in platea poſuit ciuitatis, pluribus diebus; vbi multi pueri, et homines congregati: alij trahebant capucium eius retro, alij ante: Quidam vero puluerem: alij vero lapides iactabant iu eum. Quidam inſuper hinccinde eum grauiter impingebant: Ad cuncta vero frater Bernardus patiẽtiſsimus permanebat, nulli renitens, et de nullo murmurans, ſemper imperturbatam faciem oſtendendo: Quod attendens quidam iudex ſapiens, et tantam conſtantiam examinans, dixit in corde ſuo. Impoſſibile eſt, ꝙ iſte non ſit ſanctus homo: Et ad ipſum acceſsit dicens: Quis es tu? & ad quid veniſti? Fr. a. Bernardus miſit manum ſuam in ſinum, & protulit regulam Euangelicam Beati Franciſci; quam in corde portabat, & opere adimplebat: quam cum legiſſet iudex, & admirans, vertens ſe ad ſocios dixit. Hic eſt altior ſtatus, quàm vnquam audiuerim; & propterea iſte homo cũ ſociis ſuis, eſt de ſanctioribus hominibus de mundo: vnde magnum peccatum faciunt, qui ſibi iniurias inferunt: quia non iniurijs: ſed maximis honoribus eſt dignus. Et ducens eum ad domum ſuam cum magno gaudio, eum recepit: locum ei pro fratribus dedit ad habitandum, & expenſas omnes perſoluit, & aduocatus eſt factus fratrum quamdiu vixit.

Iudex legẽs regulã B. Fran. à B. Bernardo ſibi oſtenſam, quid dicat.

Cum autem Bononiæ frater Bernardus eſſet, propter ſanctam conuerſationem ſuam cępit multum honorari, adeo, vt ſanctum ſe putaret, & beatum, qui poſſet eum tangere, & audire, vel videre. Ipſe vero humilis Chriſti diſcipulus timens, ne tantus honor eius quietem, & ſalutem impediret, ad beatum Franciſcum redijt; quæ geſta ſunt narrauit; & ꝙ alios fratres Bononiam mitteret, & non ſe, inſtanter rogauit: quod, & factum eſt. Quibus apparet eius patientia, humilitas, & ſui cum mundo contemptus.

Fuit tertio obedientię ſingularis: nam ſemel cum ad ſanctum Iacobum beatus Fran. iret cum fratre Bernardo, & aliquibus de ſuis ſociis: & dum in quadam terra vnum repetiſſent infirmum, dixit ſanctus Franciſcus fratri Bernardo. Fili mi volo, ꝙ remaneas ad ſeruiẽdum iſti infirmo: qui ſtatim flexis genibus, & capite inclinato, ſuſcepit reuerentiſsimè mandatum obedientiæ ſancti patris. Et cum redijſſet ſanctus Fran. à ſancto Iacobo, inuenit ibidem beatum Fratrem Bernardum, & infirmũ, perfectè ſanatum: vnde ſequenti anno eidem conceſsit, ꝙ ad ſanctum Iacobum iret ipſe frater Bernardus: quod & fecit.

Hunc fratrem Bernardum. B. Franciſcus magnis extollebat laudibus, & dicebat ipſum ordinem iſtum fundaſſe, omnia vendendo, & dando pauperibus, ac ſe nudum offerendo brachijs crucifici: omnia enim dedit etiam, et veſtimenta, et habitum, quo indutus eſt mendicatione obtinuit.

Beatus Franciſcus quantum dilexerit fratrẽ Bernardum, in fine de hoc mundo receſſurus oſtendit: Nam aſtantibus coram. B. Franciſco pauperum Patriarcha filiis, et pro ſubtractione tam amabilis patris, lachrymantibus, dixit ipſe B. Franciſcus: Vbi eſt primogenitus meus Frater Bernardus? Veni fili, vt benedicat tibi anima mea antequam moriar: Tunc Frater Bernardus dixit fratri Eliæ, qui erat Vicarius ordinis, ſecreto: Pater vade ad dexteram ſancti: vt te benedicat. Cum autem frater Elias ſe poſuiſſet ad dexteram. B. Franciſci, et factus beatus Franciſcus cęcutiens præ lachrimis manum ſupra caput eius poſuiſſet: dixit, iſtud nõ eſt caput primogeniti mei fratris Bernardi. Tunc Frater Bernardus acceſſit ad ſiniſtram eius. Beatus autem Frãciſcus cancellatis brachiis mutãdo ſiniſtram poſuit ſuper caput fratris Eliæ, dextram vero ſuper caput fratris Bernardi: dicens ipſi fratri Bernardo. Benedicat te pater domini noſtri Ieſu Chriſti in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto: ſicut primo electus es in ordine iſto ad dandum bonum exemplũ Euãgelicum, et ad imitandum Euangelicam paupertatem Saluatoris, vel ad imitandum Chriſtum in Euangelica paupertate: quia non ſolum tua liberaliter obtuliſti, et pro Chriſti amore integrè diſperſiſti, verum etiam temet ipſum in odorem ſuauitatis obtuliſti, vel in odorem ſuauiſsimi ſacrificij contuliſti, benedictus ſis ergo à domino noſtro Ieſu Chriſto, et à me ſuo pauperculo ſeruo, benedictionibus ſempiternis, ingrediẽs, et egrediens, vigilans, et dormiens; viuens et moriens: Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur, et qui maledixerit tibi, non erit immunis. Eſto dominus fratrum tuorum, et tuo imperio cuncti fratres ſubiaceant. Et quoſcunq; volueris recipere ad ordinẽ iſtum, recepti ſint; et quoſcunque emittere volueris, emittantur; et nullus ſuper te poteſtatem habeat; et liberè quocunque volueris poſsis pergere, vel morari. Hæc eſt benedictio data fratri Bernardo per B. Franciſcum.

B. Bernardus primogenitus. B. F.

Benedictio B. Fr. facta fratri Bernardo.

Deo placente, fratrem Bernardum ad ſe vocare: quia fratres eum affectu paterno venerabantur, ex diuerſis partibus cum appropinquaret ad mortem, concurrerunt ad eum: inter quos affuit ille ſeraphicus, et diuinus ſanctus Frater Egidius. Qui cum vidiſſet ſanctum fratrem Bernardum dixit. Surſum corda, cum gaudio maximo: Frater etiam Bernardus dixit ſurſum corda, habemus ad dominum, et dixit vni fratri ſecreto; vt locum aptum pararet contemplationi: vt ſanctus Frater Egidius

poſſet cęleſtia contemplari. In ipſa ſua infirmitate vocatis fratribus Fratres Bernardus dixit eis: ꝙ de corpore curam nolebat eos habere. Et ideo quicquid facerent erat contentus, ſed de anima: Et ex quo cępit infirmari, ſemper iuxta ſe voluit habere fratrem ſacerdotē, vſque ad horam mortis,& quando aliquid occurrebat in mente,quod eius conſcientiā oneraret, ſtatim confitebatur. Cum autem Frater beatus Bernardus ad illam horam extremam migrandi, perueniſſet,fecit ſe erigi, & aſtantibus fratribus dixit. Fratres chariſsimi nolo vobis multa verba dicere: ſed conſiderare debetis,ꝙ ſtatum, quem ego habui, vos habetis, & quem ego nunc habeo, vos habituri eſtis: Inuenio autem in anima mea, ꝙ pro mille mūdis ęqualibus iſti, nollem non ſeruiſſe domino Ieſu Chriſto. Et de omni offenſa:quam ego feci, accuſo me Saluatori meo domino Ieſu Chriſto, & vobis: & rogo vos fratres chariſsimi,vt diligatis vos inuicem. Et poſt hæc verba,& alia ſalubria hortamenta,cum fratres eū in lecto reclinaſſent, facta eſt facies eius ſplendida nimis,& læta non ſine admiratione omnium, qui aſtabant: Et in ipſa lætitia anima illa fęlix,cum victoria ſibi promiſſa à Chriſto, ad gaudia tranſiit beatorum. Poſt mortem vero factus eſt albus,& caro ſua mollis,& quaſi ridere videbatur: vnde pulchrior erat mortuus, quàm viuus: & plus delectabantur omnes eum videre mortuum,quam viuentem: uidebatur enim ratione ſanctus ridens. Sepultus eſt Aſsiſij in Eccleſia.B. Franc. prope eius altare: vt patet cernentibus eius ſepulchrum. Sic ergo apparet de B. fratre Bernardo eius initium,medium,& finis,ad laudem Ieſu Chriſti amen.

Quæ fratribus in hora extrema ſuæ mortis dixit.

Qualis fuerit frater Bernardus poſt mortem.

De B. fratre Silueſtro ſocio B. Franciſci

TErtius ſanctus Frater, qui iacet Aſsiſij in Eccleſia ſancti Franciſci eſt.S.Fr. Silueſter: qui primo fuit ſacerdos in ſeculo. Et hoc modo venit ad ordinem. Nam cum Fr. Bernardus ſupradictus ſua cuncta diſtracta daret pauperibus. B. Franciſco ipſum ad prædicta fideliter adiuuāte: hic presbyter vel dominus Silueſter, dum diſpergere videret hęc omnia, auaritia ductus, dixit.B. Franciſco. Tu de quibuſdam lapidibus, quos a me emiſti pro Eccleſiis reparandis, non mihi plene ſoluiſti. B. Franciſcus admirans eius auaritiam, & nolles cum ipſo contendere, vt verus Euangelij obſeruator, miſit manum in ſinum fratris domini Bernardi, & plenam pecunia poſuit in ſinu domini Silueſtri; & ait, ꝙ ſi plus vellet adhuc plus daret. Ille autem contentus receſsit. Et cū in ſua eſſet domo,& cogitare cępiſſet, quæ fecit, redarguens auaritiam ſuā, ac feruorem fratris Bernardi,& ſanctitatem.B.Frāciſci cōmendans,in prima, ſecūda, & tertia nocte candem inſpexit viſionem. Videbāt namque in ſomnis totam Aſsiſij ciuitatem à dracone immenſo circundari: prę cuius magnitudine nimia,tota regio videbatur exterminio ſubiacere. Contuebatur poſt hæc crucem auream ex ore procedentem.B.Fran. cuius ſummitas cœlos tangebat: cuiuſque brachia protenſa in latum,vſque ad mundi fines videbantur extendi: ad cuius etiam aſpectum præfulgidum, draco teter ille, & horridus penitus fugabatur. Hęc dum tertio ſibi monſtrarentur, viro Dei per ordinē, & fratribus enarrauit: ac omnibus diſtractis, & datis Dei amore pauperibus.B. Franciſci Frater eſt effectus: vita eius in ordine ſic fuit ſancta: ꝙ autenticam reddidit eam, quam in ſeculo habuerat viſionem. Hic B. Frater Silueſter tam magnę perfectionis,ſanctitatis,gratiæ eſt effectus: ꝙ loquebatur cum Deo, ſicut amicus cum amico, ſicut pluries.B.Fran.eſt expertus. Ad hunc fratrem Silueſtrum.B.Fran ſtantem in loco de Carcere in monte Subaſio: cum vellet ipſe.B.F.certificari: an ad prædicandum ire deberet, vel orationi vacare: miſit fratrē Maſſeum,vt quia ipſe erat tantæ ſanctitatis, & deuotionis: ꝙ ſtatim exaudiebatur à domino Ieſu Chriſto, & ſpiritus ſanctus eum dignum fecerat, diuino colloquio, propter quod.Bea. Franciſcus magnam deuotionem ad eum habebat: Cui, cum verba dixiſſet beati Franciſci: ſtatim ipſe B. Frater Silueſter ad orationem perrexit, & cum oraret ſtatim habuit diuinū reſponſum: Vnde exiuit ad fratrem Maſſeum, dicens. Hęc dicit dominus,vt dicas fratri Franciſco,ꝙ ipſum non propter ſeipſum ſolum vocauit; ſed vt fructum faciat animarum, & multi per eum lucrentur: Quo edoctus.B.Fran. eloquio, ad prædicandum acceſsit. Hic eſt ille frater Silueſter: cum quo.B.Fran. Aretium deueniens, inuenit ciuitatem ipſam inteſtino bello quaſſatam,& propinquum ſui minantem excidium: cui enim in eius ſuburbio eſſent hoſpitati, vidit beatus Franc. exultantes demones, ac perturbatos ciues ad cędem mutuam ſuccedentes. Vt autem ſeditioſas illas effugaret aereas poteſtates, vocauit beatus Fran. ſocium ſuum fratrem Silueſtrū, columbinę ſimplicitatis virum dicens. Vade ante portam ciuitatis,& ex parte Dei omnipotentis demonibus in virtute obedientię præcipe, vt exeant de ciuitate feſtinanter. Quod frater Silueſter, vt filius obedientiæ cum perfeciſſet, ſtatim demonibus recedentibus, ad pacem ciuitas eſt reducta. Hic poſt multa mira perrexit ad Chriſtum dominum. Et ſepultus eſt Aſsiſij in Eccleſia beati patris noſtri Franciſci.

Fratris Silueſtri ſomnium.

Quid in Aretio frater Silueſter iuſſu B.F.fecit.

De fratre Electo.

QVartus Frater Aſsiſij ſepultus in Eccleſia beati Frā. eſt frater Electus: De quo nihil reperi niſi,ꝙ hic ſpiritu claruit propheticò. Nam domino Petro Cardinali Albanenſi,cum

ſi, cum eum viſitaſſet, eidem dixit. Tu hodie morieris. Et ſic euenit.

De fratre Leone.

QVintus frater iacens Aſiſij in Eccleſia beati Fràciſci, eſt Frater Leo confeſſor b. Fran. Qui (vt de eo dicitur) inter alias virtutes, fuit homo puriſſimus, ſimpliciſſimus: de quibus B. Frà. eum præcipuè cõmendabat: Vnde propter eius columbinam ſimplicitatē, B. Fran. eum ſpecialiter diligebat, & fratrem Pecorellam vocabat, & ad ſua ſecreta tam ex confeſſione; quàm ex alijs admittebat: Quando enim beatus Franciſcus ad montem Aluernæ perrexit, fratrem Leonem ſecum, cum fratre Maſſeo, & fratre Angelo milite duxit, & ſibi in ipſo monte quàdiu ſtetit, fideliter deſeruiuit. Hunc fratrem Leonem beatus Franciſcus, (vt dictum eſt ſupra fructu, & conformitate ſexta) informauit, dum irent de Peruſio, in quo eſſet perfecta lętitia: quia videlicet in actibus patientiæ.

F. Leo, F. Pecorella à B. F. vocabatur.

Dum quodam tempore frater Leo iret, cum beato Franciſco verſus ſanctam Mariam de Portiuncula, vidit crucem auream pulcherrimam beatum Franciſcum præcedentem, & in ea Chriſtum crucifixum ſtantem; & videbat, ꝙ cum ſtante ſtabat, & cum eunte ibat: & crux erat tanti ſplendoris, ꝙ & faciem beati Franciſci, & partem aeris circumquaque illuminabat.

De virginitate beati Franciſci frater Leo tripliciter fuit certificatus: vt dicetur infra, ſcilicet per confeſſionem, viſionem, & ſuperno oraculo.

Hic frater Leo vidit chartam deſcendentem de cœlo ſuper beatum Franciſcum ſe ponentem: in qua erat ſcriptum, hic eſt gratia Dei. Tempore quo in monte Aluernę ſtabat beatus Franciſcus: frater Leo vadens de nocte, vt diceret matutinum: cum beatum Franciſcum non reperiſſet in cellà, vidit eum aliquando tàm alte eleuatum, ꝙ tangere poterat eius pedes: quos oſculando, & amplexendo dicebat: Deus propitius eſto mihi peccatori. Et per merita huius ſanctiſsimi viri, fac me tuam miſericordiam inuenire.

Aliquando vidit eum eleuatum ad cacumina arborum.

Aliquando in tanta altitudine eleuatum eundem conſpexit, ꝙ vix viſu poterat eum attingere, & tunc proſternens ſe in loco, vnde beatus Fràciſcus erat aſſumptus, præfata ſuperius orando ingeminabat.

Fratris Leonis beatus Franciſcus vidit tentationem, & dàdo ſibi ſcripturam de ſua manu, eum liberauit: vt fructu & conformitate. 18. & 26. dicetur.

Huic fratri Leoni exiſtenti in monte Aluernę; beatus Franciſcus prędixit de ſua ſtigmatizatione in breui futura, indicando ei, ꝙ Deus in monte illo faceret ad paucos dies mirabilia, quæ nunquam fecit alicui creaturæ: de quibus admirabitur totus mundus.

Hic frater Leo cum beato Franciſco erat in monte Aluernę: quando dominus ſtigmata ipſi beato Franciſco impreſſit.

Huic ſoli fratri Leoni beatus Franciſcus ſua ſtigmata committebat tangenda, & nouis peciolis, etiam mutanda: quas qualibet die Ebdomadę inter clauos illos mirabiles, & carnē reliquam ad retinendum ſanguinem, & mitigandum dolorem renouabat: excepto die iouis de ſero, & per totum diem veneris: in quo nullum remedium volebat apponi, vt amore Chriſti eo die crucifixi, cum ipſo penderet.

Aliquando manus illas, tam venerandas ſtigmatibus inſignitas; ante cor, & oculos fratris Leonis ſanctus Franciſcus ſtudioſius apponebat: ex qua appoſitione tantam deuotionem frater Leo ſentiebat in corde, ꝙ quaſi expirabat, frequentibus ſingultibus in ſtupore ſalubri immutatus.

Beato Fràciſco infirmanti, cum frater Leo eidem aſsiſteret, ſemel orans deuotè, & factus in extaſi, ductus eſt in ſpiritu, ad quoddam flumen impetuoſum, profundum, & latum: vbi cum tranſeuntes aſpiceret, vidit aliquos fratres oneratos ingredi illud flumen: quorum aliqui ſubmergebantur in principio: aliqui in medio: alij vltra plus, vel minus ſecundù maiorem, vel minorem ponderis grauitatem: quod frater Leo non poterat ſine compaſsione videre. Vidit poſtmodum alios fratres exoneratos, ſine aliquo periculo, vel læſione tranſire. Beatus vero Franciſcus cognoſcens ipſum aliquam viſionem vidiſſe, præcepit, vt illam ei diceret. Quod cum feciſſet: dixit beatus Franciſcus vera ſunt, quæ vidiſti: Nam flumen eſt iſte mundus: in quo fratres ſubmerguntur: qui non habent voluntariam paupertatē. Veri autem fratres minores, omnia mundana cõtenentes, ſine periculo à temporalibus tranſeunt ad ęterna.

Claruit frater Leo, ſignis, cum adhuc viueret. Quædam enim mulier de Códale communitatis Spoleti habens apoſtema ſub mamilla, quod multam ſaniem emittebat: & auxilio medicorum nullatenus poſſet iuuari, ad fratrem Leonem accedens: cum eum rogaſſet, vt ſupra vulnus apoſtematis ſignum faceret crucis: cũ feciſſet, ſtatim liberata eſt, vt nullum ſignum cicatricis remaneret.

Miracula F. Leonis.

Quidã puer morbo caduco laborans, omni die ad fratrem Leonē accedēs, clam de tunica eius accipiens, ſuſpēdit ad collum, & liberatus fuit: ſed caſu decidente à collo prædicto fruſto tunicæ, cũ morbo priſtino laboraret, ad præfatum fratrē Leonē rediens de tunica cũ accepiſſet, & ad collũ ſuſpēdiſſet ſtatim fuit, & perpetuo à dicto morbo liberatus.

Quidam de caſtro Treuij in carcere à Duce Spoletano tenebatur: qui ſe orationi fratris Leonis exiſtentis in loco de Portiuncula commendauit: apparente ſibi fratre Leone in medio die, cum gauiapa in manu, & patefaciens carcerem: videntibus alijs, ipſum de carcere extrahendo, ad ſanctam Mariam de Portiuncula adduxit. Cumque ille quæreret fratrem Leonem, & inueniret, ac gratias referret. Reſpondit non mihi, ſed beatæ Mariæ de Candelis: cuius eſt hodie feſtum, gratias referas, quæ te liberauit.

Quidam à carcere liberatus.

Frater Leo in die dominico, cum iret ad ſanctum Paulum, vbi erant molendina de Aſsiſio molentia: & redarguens molendinarios: qui culpam ſuam dicentes, dum ad molendinum redijſſent, molas ſtantes inuenerunt: aqua currente, & omnibus ſtantibus, vt prius.

Comitiſſa de Anguillaria fratri Leoni deuota, dũ amiſiſſet loquellam, & omnia pro eius morte eſſent parata: à quadam domina fuit ſibi dictum. Tu habes fidẽ in ſancto fratre Leone, recomenda te ſibi. Illa cum loqui non poſſet ore, corde ſe recomendans fratri Leoni: ſtatim fuit optime liberata.

Hic mandato fratris Creſcentij generalis miniſtri, & capituli generalis, cum fratre Ruffino, & fratre Angelo legendam compoſuit B. Franciſci: quam legendam trium ſociorum in hoc opere multoties nominaui, & nominabo. Frater Leo iſte, fratrem Bernardum de Quinta valle glorioſum, poſt mortem eius, vidit. Hic tandem ſanctitate plenus ad Deum pergens, poſt mortem, ſepultus eſt Aſsiſij, cum beato Franciſco in eius Eccleſia, & cum alijs focijs.

De fratre Guilielmo de Anglia.

Sextus frater, qui iacet Aſsiſi in Eccleſia ſancti Fran. eſt frater Guilielmus de Angia, vt dicitur, loco fratris Ioannis de Capella, qui ordinem exiuit, & factus leproſus ſe ſuſpendit: & ſic à numero duodenario ſociorũ beati Fran. excluſus eſt: ratione vitæ. & ſanctitatis tali numero duodenario ſociorum inſertus, velut alter Mathias collegio apoſtolorũ & duodecimus frater, & ſocius beati Fran. computatur.

F. Ioan. de Capella ſe ſuſpendit.

Hic qualis fuerit in vita, poſt eius mortem miracula declararunt. Adeo magnis, & multis claruit ſignis: vt Bea. Fran. famam ſanctitatis obumbrare videretur.

De fratre Angelo vno de ſocijs B. Fran.

Septimus frater ſanctus, qui Aſsiſij iacet in Eccleſia beati Fran. eſt frater Angelus de Reate. Hic fuit primus miles, qui ordinem ingreſſus eſt. Cum iſto denique fratre Angelo, fratre Petro Cathanij, & fratre Bernardo de Quinta valle, iuit. Bea. Franciſcus Romam ad dominum Papam Honorium: vt diem determinaret pro indulgentia Sanctæ Mariæ de Portiuncula: quam antea ſibi Petuſij conceſſerat. Hunc beatus Franciſcus, cum fratre Leone, & fratre Maſſeo aſſumpſit in ſocium: quando primo ad ſacrum mõtem Aluernę acceſsit: & ibi cum eo ſtetit. Iſtum credo eſſe illum fratrem Angelum, de quo habetur in legenda antiqua, qui valde timebat demones, & de nocte nac de cauſa non audebat ſtare ſolus: quod cum manifeſtaſſet beato Franciſco: eidem ipſe pater mandauit, ꝙ aſcenderet ſolus unum montem valde altum, & alta voce diceret. Superbi demones, omnes venite ad me modo, & quicquid poteritis, facite mihi. Quod cum ille humiliter feciſſet, nec aliquis demon ad eum veniſſet: poſtea impauidus effectus eſt. Ad mortem deueniens: cum præfatis fratribus ſanctis eſt tumulatus, & vt ſanctus habitus eſt, & depictus.

De beato Fratre Maſſeo vno de ſocijs beati Franciſci.

Octauus frater ſanctus iacens Aſsiſij in Eccleſia B. Franciſci, eſt frater Maſſeus Marignani: qui fuit gratia verbi adornatus, & diſcretione præcipuus: Propter quę Beatus Franciſcus: quia quando rapiebatur, ſatisfaciebat ad ſe venientibus, libenter eum ſecum ducebat. Hunc beatum Fratrem Maſſeum beatus Franciſcus volens probare: eo vocato dixit: ꝙ quia ſocij ſui habebant gratiam orandi, & contemplandi Deum, ipſe volebat, ꝙ omnia officia eorum faceret. ſ. faciendo portam, coquinam, & omnia officia domus, & hoc per obedientiam. Frater Maſſeus iniuncta omnia perfecit libenter. Sed ſuper hoc ſtimulati con ſcientiã fratres eius ſocij, ꝙ ſolus ipſe omnem loci portaret laborem, à tali onere beato Fr. diuidente officia, & ſingulis dando ſuum, Frater Maſſeus eſt liberatus.

Hic eſt ille frater Maſſeus, qui beati Frã. probauit humilitatem: Nam beato Fran. reuertẽti de ſilua, & ad cellam pergenti, in loco de Portiuncula, factus obuiam frater Maſſeus, eum ſic cępit alloqui, dicens. Vnde tibi, vnde tibi, vnde tibi? Et quærenti. B. Frãciſco, quid? Reſpondit frater Maſſeus dicens, ꝙ totus mũdus vadit poſt te. Tu non es homo pulcher, nec litteratus, & ſic de alijs, vt dicetur infra fructu & conformitate. 18. Reſpondit beatus Fran. poſt ſpatium, oculis eleuatis in cęlum. Vis ſcire vnde mihi (inquit) hoc mihi eſt, ab illis oculis domini ſanctiſsimis: qui non viderunt inter malos magis peccatorem, viliorẽ, & ſimpliciorem me. Quo audito: Frater Maſſeus de humilitate B. Fran. fuit certificatus.

Nota humilitatem B. Fran.

Cum beatus Fran. ſocios ſuos ad diuerſas orbis partes ad prædicandum binos miſiſſet, vt quod præceperat ipſe exerceret; elegit ire verſus Franciam cum fratre Maſſeo. Et cum ad quaſdam habitationes veniſſent fidelium, neceſſe habuerunt, vt regula mandat, mendicare,

B. F. & Maſſeus in Galliam ſe cõferunt.

re. Et cum B. Franc. iuiſſet per vnam viam, & frater Maſſeus per aliam, eleemoſynas acquiſierunt. Et quia beatus Fran. erat homo deſpectus, & frater Maſſeus pulcher, plures, & pulchriores habuit eleemoſynas, & bolos panis. Cum vero ad quendam fontē veniſſent: in cuius margine lapis erat pulcher, & magnus, extrahentes fruſta, quæ acquiſierant, videns beatus Fran. ꝙ fruſta fratris Maſſei erāt pulchriora, quām ſua, exultans in ſpiritu pro deſiderio paupertatis ait. O frater Maſſæ, nos non ſumus digni de tanto theſauro, & tām magno: Et hæc gradatim vocem eleuando, pluries replicauit. Reſpondit frater Maſſeus: Pater chariſsime, quomodo poteſt dici theſaurus: vbi eſt tanta paupertas? quia non eſt hic cultellus, neque tobalea, nec ſcutella, nec inciſoriū, nec domus, nec menſa, nec famulus, nec famula. Reſpondit beatus Franciſcus: & hoc eſt, qđ puto magnum theſaurum, vbi nihil eſt de his, quæ præparantur humana induſtria: ſed quicquid adeſt, totum eſt à diuina prouidentia miniſtratum: ſicut apparet manifeſtē in pane acquiſito, in lapide tam pulchro, & in fonte tam limpido: Vnde volo ꝙ rogemus Deum; vt theſaurus ſanctæ paupertatis tam nobilis: qui habet Deum adminiſtratorē, faciat nos, eum toto corde diligere: Et ſic de illis fruſtulis panis ſatiati, gratias agentes Deo, verſus Franciam iter arripiunt: Et cum veniſſent ad quandam Eccleſiam, & in eam intrantes, Beatus Franciſcus iuit ad orandum poſt altare: vbi viſitationis diuinæ recepit tam ignitū feruorem eius animam, ad paupertatis concupiſcentiam inflammantem, ꝙ videbatur ex facie, & oris hiatu, quaſi flāmas ardoris emittere: Et egrediens ad ſocium ſic ignitus ore vehementer dicebat a, a, a Frater Maſſæ: præbe mihi te ipſum: Et hoc fecit ter. Frater Maſſeus ſtupens de tam vehementi feruore: cum tertia vice dixiſſet Beatus Franciſcus præbe mihi te ipſum, miſit ſe totum in brachia ſancti patris. Tunc Beatus Franciſcus cum hiatu magno, & ſpiritus ſancti feruore, ac clamore valido reiterando a, a, a: leuauit Fratrem Maſſeum cum ipſo flatu in aerem: & impulit illū ante ſe, quantum eſſet vnius haſtę longæ menſura: quod videns frater Maſſeus, ſtupuit de tam mirando ſancti patris feruore: & retulit poſtea ſocijs, ꝙ in illo ſancti Franciſci impulſu tantam dulcedinem, & conſolationem ſpiritus perſenſit, ꝙ nunquam in vita ſua tam maximam cōſolationem ſe meminerat habuiſſe.

B. F. erat deſpectus.

Hic frater Maſſeus audiuit Chriſtum concedentem indulgentiam Beato Franciſco pro Eccleſia ſanctę Marię de Portiuncula, dum eſſet ipſe Beatus Franciſcus in dicta Eccleſiæ eo tam Chriſto, virgine Maria, & Angelis: & iuit cum eo Peruſium ad dominum Papam Honorium: & dominus Honorius Papa conceſsit ſibi, vt dicetur fructu, & conformitate quarta decima. Et beatus Franciſcus dixit fratri Maſſeo: ꝙ indulgentia ſibi per dominum Papam conceſſa, à Chriſto erat in cęlo confirmata.

F. Maſſeus audiuit Chriſtum concedentem indulgentiam B. F. pro eccleſia S. M. de Portiuncula.

Beatus Franciſcus, vt dictum eſt ſupra, volens ſcire, an deberet orare, vel ire ad prædicandum, hunc fratrem Maſſeum ad fratrem Silueſtrum miſit, & ad beatam Claram: vt per eos de beneplacito declaratus diuino, ſciret quid ageret; Sed fratre Maſſeo, Beato Franciſco referente de voluntatis domini reſponſo, idem B. Franciſcus ipſo fratre Maſſeo accepto pro ſocio, & fratre Angelo (vt credo) de Reate, iuit ad prędicandum: Et tunc euenit miraculum illud coram pręfatis; ꝙ multitudo maxima auium congregata ad audiendum prędicationem beati Franciſci ſteterunt, & venerunt.

Aues prædicationē B. F. audientes.

Hunc fratrem Maſſeum beatus Franciſcus miſit ad fratrem Ruffinum tentatum, à diabolo, & nequiter deceptum: quam nolentē ad beatum Franciſcum, operatione diaboli venire, Frater Maſſeus ſuo eloquio ſancto perduxit, ac à Diaboli inſidijs extitit liberatus, vt ſtatim dicetur.

Frater iſte Maſſeus audiens quendam fratrem habere profundiſsimam humilitatem: quæ ipſum ſanctificabat, confirmabat, & in Dei gratia creſcere faciebat (& ꝙ melius eſt) nunquā à Deo cadere permittebat habentem, ad habendam hanc virtutē humilitatis Frater Maſſeus exarſit, intātum, ꝙ eleuans occulos ad cœlum voto ſe ſtrinxit firmiſsimo, nunquam ſe in iſto mundo velle lętari: ſi hanc ſuæ animæ virtutem, non ſentiret adeſſe; quia videbatur ſibi, ꝙ eſſet dignus inferno, niſi ad ipſam humilitatem perueniſſet. Et cum triſtis ſic per dies plurimos permanſiſſet, in fame, & ſiti, & multis lachrimis ſe mactando, ac dum quadā die per ſiluam eundo pro deſiderio vehementi dictæ virtutis, & ſingultus, & luctus, clamores, & lachrimas emittendo, & dari à domino ſibi humilitatem poſtulando, vocem de cœlo bis eum vocantem audiuit. Frater Maſſeæ. Qui per ſpiritum Chriſtum benedictū recognoſcens, reſpondit: Domine mi. Domine mi. Et dominus ad eum. Quid vis dare. Quid vis dare, ad hanc gratiam poſsidendam? & Frater Maſſeus reſpondit: oculos capitis mei. Et dominus ad eum. Et ego volo, ꝙ oculos, & gratiam habeas. Tunc Frater Maſſeus remāſit in tanta gratia optatę humilitatis, & lumine Dei, ꝙ continue erat in iubilo.

Votum à F. Maſſeo factum.

Et ſuper hoc humillimus factus, ſe viliorem cunctis hominibus reputabat.

Interrogauit ſanctus frater Iacobus de Falerono Fratrem Maſſeum, quare verſum non mutabat in iubilo, Reſpondit Frater Maſſeus cum magna lætitia. Quia, eum in vnare inueniam omne bonum, non oportet variare verſum.

Sanctus Frater Maſſeus requiſitus ſemel, quare erat

re erat pręſolito triſtis, Reſpondit, Quia & ſi profundiſsimã humilitatem poſsideam (Dei gratia) hoc tamen mihi non eſt conceſſum, ꝙ & ſi nollem aliquod malum illi, qui mihi: feciſſet iniuriam: & ſi bona cupiam, & procuré, vt mihi: tamen eum non ſic diligo, vt me: nec placet mihi, quando audio eum comendari.

Iſtę Frater Maſſeus erat ſolitus dicere, ꝙ melius eſt ire ad ſanctos viuos, quam mortuos, id eſt ad bonos homines, qui ſuperſunt in mundo, quam viſitare ſanctorum limina; Nam tales docebunt te multa, per quę tranſierunt ſcilicet periculoſas tentationes, temporales, & ſpirituales.

Optimum documentum.

Vni referenti aliorum mala dixit Frater Maſſeus. conſidera ſemper facta bonorum, ſcilicet Beatæ Virginis, & ſanctorum; & nunquam facta malorum. Si enim malus es, conſiderando facta bonorum, hodie, & cras habendo ante oculos facta bona, de neceſsitate fies bonus. Si bonus es, eris melior. Sed conſiderando facta malorum ſi bonus es, fies malus: ſi malus, fies deterior.

Hic F. Maſſeus de ſero comedebat, & ſtatim cellam intrabat, & dormiebat: & poſtea ſurgebat, dicens per totam noctem: Domine mi da mihi contritionem, de omni diſplicentia, & offenſione; da mihi gratiam emendandi, & ſatisfaciendi ſecundum voluntatem tuam. Et poſt miſſam claudendo ſe, in cella, dicebat: Fac Domine te me cognoſcere, & amare toto corde. Et hoc dicebat cum maximis lachrimis, & deuotione.

Hic migrans ad dominum, ſepultus eſt Aſsiſij in Eccleſia beati Franciſci.

De beato F. Ruffino vno de ſocijs beati Franciſci.

NOnus Frater iacens Aſsiſij, eſt ſanctus Frater Ruffinus conſanguineus beatæ Claræ, & ſepultus in Eccleſia beati Franciſci, Qui Frater Ruffinus beati Franciſci vita prouocatus, & doctrina, habitum fratrum minorum cum magna deuotione ſuſcepit. hic fuit virgo puriſsimus, orationis, & contemplationis prærogatiua ſublimis, odoriferæ conuerſationis floridus, coram Deo & hominibus virtutibus adornatus.

Teſtimonium B.F. de fratre Ruffino.

Hunc beatus Franciſcus magnis præconijs extollebat: Cum enim quadam vice beatus Frãciſcus in quodam locello ſe cum ſocijs in diuinis colloquijs exerceret, Frater Ruffinus, cũ non eſſet tunc cum eis; ſed in ſilua in oratione, contigit, vt expleta oratione de ſilua exiret, & parũ a longe à beato Frãciſco trãſiret.

F. Ruffini tentatio.

Sed antequam, ad hunc ſanctitatis, & gratię veniret ſtatum, a diabolo fuit inter alia tentatus, & ſi per beatum Franciſcum liberatus. Præcipuè, (vt dicit frater Corrad⁹ de Offida) fuit à Diabolo tentatus, vt beati Franciſci non ſequeretur veſtigia, & ſpecialiter; quia beatus Franciſcus erat idiota, & ſimplex; & fratres hincinde per hoſpitalia leproſorum tranſmittendo, frequenter à ſtudio orationis diſtrahebat. Sed via tuta erat, vt ſequeretur viam Beati Antonij, & aliorum anachoritarum in deſertis ſolitariè commigrando: hæc primo ſuggeſsit cordi: deinde in angeli lucis forma apparens, prædicta dixit eidem: Et ſic fuit Frater Ruffinus in dicto propoſito confirmatus.

B.F. qualis erat.

F. Ruffinus à diabolo deluſus.

Vnde, cum ſtaret in monte Subaſsio in cellula in quadrageſima ſolitarius, & fratres alij in cellulis factis de arborum ramis, ſic ipſe Frater Ruffinus fuit à diabolo deluſus, ꝙ non veniebat ad beatum Franciſcum hora comeſtionis, more ſolito: Sed mendicando in Aſsiſio panem per totam ebdomadam, clauſus manebat; & beatus Franciſcus, & alij fratres credebant, ꝙ propter ſolitudinem, quia erat homo magnæ orationis, hoc ageret: & ſic ſtetit in tota quadrageſima; in die vero cœnæ, beatus Franciſcus miſit pro omnibus fratribus, qui erant in illo monte ſolitarij; vt communicarent, & facerent domini cęnam: Frater autem Ruffinus, fratri ipſum vocanti, reſpondit, Dic fratri Franciſco, ꝙ nolo ad eum venire; nec de cætero eum ſequi; ſed volo morari hic ſolitarius; quia melius potero ſaluari, quàm ſequendo eius ſimplicitates: vt mihi dominus reuelauit. Quæ beatus Franciſcus audiens triſtis effectus, miſit ſibi iterum alium nuntium: Qui ad ipſum venire recuſauit, ante eleuationem euchariſtię miſit tertio pro ipſo, vt ſaltẽ ad videndum corpus domini veniret. Qui noluit facere; ſed verba primis ſimilia, beato Franciſco dicenda miſit: quibus auditis, beatus Franciſcus ſumpta ſacra communione, locum intrauit ſolitarium, & triſtitia totus abſortus cępit lachrimare, & magno eiulatu dicere. Domine, vt quid tam ſimplicem permiſiſti errare? Et ſurgens perſonaliter ad fratrem Ruffinum acceſsit, & dixit ſibi. Quare frater Ruffine tantam mihi triſtitiam dediſti, & ter vocatus ad tantam ſolẽnitatem venire noluiſti? Qui reſpondit, ꝙ volebat vitam eremitarum ſequi, & non ſuam: quia ſic faciendo, nullus poterat eſſe error, ſed bene ipſum ſequendo; cum propter ſuas ſimplicitates, fratres ab oratione multotiens diſtrahebat. Sed cum beatus Franciſcus rogaret eum, ꝙ veniret ad comedendum cum fratribus, & ille nollet: tandem acquieuit; ſumptoque prandio, cum beatus Franciſcus vellet eum ad fratrum communitatem reducere: & peteret ab eo quis ipſum ad hoc induxerit: & frater Ruffinus diceret diuinam inſpirationem, & angelicam allocutionem ſibi, ſuper hoc factam: quare ſic velle agere dixit. Tunc beatus Franciſcus dixit. Ego oſtendam tibi illum Angelum ſeductorem, qui te decipiendo talia tibi ſuggeſsit: Et oratione facta, ſtatim apparuit Angelus

Diabolus in Angeli formā traſfiguratus.

gelus tenebrarum ita decorus, & ſplendidus, vt omnes eſſent ſtupefacti; quem frater Ruffinus vidēs cum gaudio dixit. Hic Angelus mihi talia dixit. Tunc beatus Franciſcus poſt orationem præcepit illi Angelo, vt quis eſſet viſibiliter appareret: & vidente fratre Ruffino, transfiguratus eſt in ſpeciem tam horribilem: ꝙ prę timore, & horribili fętore in terram, frater Ruffinus cecidit quaſi mortuus: & à beato Franciſco ſubleuatus, & confortatus fuit, & in iuſtitia confirmatus: & dicebat poſtea frater Ruffinus, ꝙ in tali forma apparuit, ꝙ non poſſet corde credi, vel verbo declarari. Et dicebat, ꝙ per magnum tempus, & non ſine magna pœna ſibi videbatur prędictum fętorem ſentire.

Dum frater Ruffinus ſemel iret pro pane quæritando per Aſsiſium, ecce quidam demoniacus ligatis manibus, pedibus, à multis ſociatus ducebatur ad beatum Franciſcum, vt eum liberaret: Qui cum à longe vidiſſet ſanctum fratrem Ruffinum, ſtatim cępit clamare, & furere tam fortiter; ꝙ fractis omnibus vinculis, de manibus omnium exiliuit: Et cum illi de hoc mirarentur, & demoniacum interrogarent, quare ſic feciſſet, reſpondit. Quia ille frater pauperculus, ille frater humilis ſanctus frater Ruffinus: qui incedit cum taſca, ſuis ſanctis virtutibus, & humilibus orationibus, me incendit, & cruciat: vnde non poſſum hic plus morari, & ſtatim exiuit. Quod aduertēs frater Ruffinus; quia illi homines, & homo ſanatus magnam ſibi reuerentiam exhibebāt, hortatus eſt eos, vt in his omnibus glorificarent Deum, & Saluatorem noſtrum dominum Ieſum Chriſtum.

Frater Ruffinus ſtigmata B. F. videre promeruit.

Item frater Ruffinus ſtigmata beati Franciſci videre promeruit: Sed ad cognitionem vulneris lateralis triplici modo, & via peruenit. Primo lauando femoralia Beati Frāciſci: quæ ex parte dextri lateris multipliciter cruentata de ſanguine: qui de plaga lateris exibat, inuenit: Nam Beatus Franciſcus poſt impreſsionem ſacrorum ſtigmatū femoralia vſque ad ſtellas portabat.

Secundo ſcalpendo beatum Franciſcum, digitos in dictam plagam ſtudioſe immiſit. Propter quod beatus Franciſcus anguſtiatus, maximum clamorem emiſit dicens. Parcat tibi Deus frater Ruffine: quare hoc facere voluiſti? Tertio dicendo Beato Franciſco, ꝙ ſibi hanc gratiam faceret, vt eius tunicam ipſe acciperet, & ſibi ſuam daret: Quod cum beatus Frāciſcus faceret expoliando ſe: quia non habebat niſi vnam tunicā, frater Ruffinus curioſe intuendo, dictū vulnus laterale oculis aſpexit.

De Fratre Guidone de Senis laico.

Decimus Frater, qui iacet Aſsiſij in Eccleſia Beati Franciſci, eſt Frater Guido de Senis laicus: huic Frater Leo ſocius beati Franciſci, iam mortuus apparuit: Et mortem ſuam fratribus ipſe prædixit.

De Fratre Egidio de Capotijs.

Vndecimus frater, qui iacet Aſsiſij in Eccleſia ſancti Franciſci, eſt frater Egidius de Capotijs vir Magnæ ſanctitatis.

De fratre Valentino de Narnia.

Duodecimus frater iacens Aſsiſij in Eccleſia beati Franciſci ſepultus; & paruū tempus eſt, ꝙ deceſsit, eſt frater Valentinus de Narnia: qui nobilis genere habuit filias duas, & tres filios, & vnum caſtrum: Hic diuino compunctus ſpiritu, omnia relinquens, filias in monaſterio ſororū ordinis Sanctæ Claræ poſuit; ſe vero cū tribus filijs fratrē minorem fecit: ſed primogenitus nouitius receſſit, & doctor legum in mundo extitit. Minimus dum vellet ab ordine egredi, orationibus fratris Nicolai laici, de Aſsiſio, qui nunc corruſcat miraculis, Peruſij retentus, mortuus eſt in ordine, & deuotè. Alter etiam in ordine ſtetit.

Fratris Valentini vita.

Hic frater Valentinus vixit in ordine bene triginta annis, ſemper comedendo panem, & aquam, decem annis comedendo ſine aliqua alia admixtione, ſolum panem in aqua abſinthij intingendo. Ad carnem cilitium ſemper detulit, tunica habituali, chorda, & femoralibus diues, nil aliud ferendo in capite, nec in pedibus, vſque ad vitæ finem ſic permanſit.

Hic in loco de Carcere tempore ſtetit permaximo, ac ibidem diem clauſit extremum, & primo ad ſanctam Claram: demum ad Eccleſiam Beati Franciſci de Aſsiſio deductus, & ibidem tumulatus: multis claruit, & claret miraculis.

Iſti ergo duodecim fratres ſunt Aſsiſij in Eccleſia Beati Franciſci, qui ſanctitate fulſerunt, tumulati. In alijs locis prouincię multi ſancti fratres iacent, miraculis, & ſanctitate præclari.

In loco ſanctæ Mariæ de Angelis, ſiue de Portiuncula iacent infraſcripti fratres.

De Fratre Petro Cathanij ſocio beati Franciſci.

Frater Petrus Cathanij fuit ſanctus frater, & filius, ac ſocius Beati Franciſci. Illum Beatus Franciſcus, cum eſſet canonicus maioris Eccleſiæ de Aſsiſio, diſtractis omnibus vna die cum ſancto fratre Bernardo de Quinta valle ad ordinem recepit, & fratrem fecit.

Hic Frater Petrus primo fuit Beati Franciſci Vicarius; & demum Beato Franciſco renunciante officio Generalatus coram fratribus, ipſe frater Petrus factus eſt generalis miniſter.

Ab iſto fratre Petro, dum Beatus Franciſcus abrenunciaſſet generalatus officio, petiit ipſe beatus Franciſcus, vt ſanctæ obedientię haberet meritum, ſibi vnum de ſocijs, in ſuum dari guardianum:

guardianum, cui humiliter obediret: quod & factum eſt: Cui beatus Franciſcus uiuendo,& moriendo firmiter obediuit.

Huic fratri Petro ſuo Vicario, beatus Franciſcus culpam fratris infamati diſcutiendam commiſit:& ſi culpabilem reperiret puniret: ſi vero non, infamauti redderet pœnam cunctis notabilem.

In loco ſanctæ Mariæ de Portiuncula iacent quattuor fratres de ſocijs beati Fráciſci cum iſto fratre Petro: quorum nomina nó inueni. Iacent etiam in eodem loco ſex fratres alij: qui animam Beati Franciſci in ſpecie ſolari, cœlum viderunt adire.

Frater Iacobus in hoc etiam loco Sanctæ Mariæ iacet, qui vidit animam Beati Fráciſci euolare ad cœlum, ſicut ſtellam ſuper nubem candidam.

De fratre Ioanne Simplici.

FRater Ioánnes ſimplex in hoc loco Sanctæ Mariç de Portiúcula iacet: qui frater Ioánes ſimplex videns beatum Franciſcum quandam ſcopantem Eccleſiam, eum adiuit: & ad ordinem per Beatum Franciſcum receptus, cum ipſo Beato Franciſco ſçpe ibat, & adeo erat ſimplex, ꝙ quicquid faciebat beatus Fráciſcus,& ipſe faciebat; ſi ſpuebat beatus Franciſcus,& ipſe ſpuebat; ſi genu flectebat, & ipſe flectebat genua, & ſic de alijs: Et cum à beato Franciſco ſuper hoc reprehenderetur. Reſpondit: ego promiſi facere omnia, quç tu facis.

Quid reſpondeat frater Ioannes B. F. ipſum reprehendenti.

Hic tantum in virtutibus creuit,& ſanctis moribus, ꝙ omnes fratres mirabantur. Et tandé ante mortem beati Franciſci obiit: Vnde B. Franciſcus narrando fratribus eius conuerſationem, non fratrem Ioannem, ſed ſanctum fratrem nominabat.

Plures alij ſancti fratres in hoc loco ſunt ſepulti.

In hoc loco in ſignum dilectionis Beatus Franciſcus voluit, ꝙ poſt mortem ſuam ſuum cor à corpore aminotum collocaretur (vt à fratribus antiquis ego ipſe accepi)& eſt (vt dicitur) in altari capellç beati Franciſci ibidem locatum: Ipſum enim locum, (vt dicetur Fructu quartodecimo,& vigeſimo octauo,& conformitate) prç omnibus locis mundi Beatus Fráciſcus dilexit.

De B. F. Egidio tertio ſocio B. Franciſci.

IN Peruſio iacent iſti ſancti Fratres, videlicet frater Egidius ſanctç memoriç de Aſſiſio: qui fuit tertius frater, filius,& ſocius beati Franciſci: cuius vitam ſuccincte primo hic ſubdam,& demum eius ſacra dicta, & admonitiones.

Hic glorioſus vir de Aſsiſij ciuitate oriundus, cum audiret à ſuis conſanguineis, ꝙ dominus Bernardus de Quinta valle maior homo de Aſsiſio; & dominus Petrus Cathanij, qui erat canonicus Eccleſiæ Cathedralis, diſtractis omnibus, vita, & habitu beato Franciſco adhæſerant, à Deo inſpiratus poſt octo dies ad beatum Franciſcum ſtuduit ſe transferre: vt ſe eidem præfatorum habitu, & vita coniungeret; Et cum locum neſciret, vbi Beatus Franciſcus, cum præfatis maneret, in quodam triuio poſitus, dominum rogauit, vt ſibi viam panderet ad inueniendum beatum Franciſcú, ipſoque dirigente ad locum, ſeu tugurium, in quo beatus Franciſcus, cum præfatis morabatur, peruenit: Et cum de his, quæ conceperat cogitaret, Beatus Fráciſcus ei occurit: qué ipſe Egidius videns, ad eius pedes proſtratus, cçpit eum rogare, vt eum cum fratre Bernardo,& fratre Petro ad ſuum conſortium recipere dignaretur. Beatus Franciſcus attendens eum eſſe fideliſsimum, & deuotum, eidem dixit, Chariſsime magná gratiá tibi facit Chriſtus: qui te in ſuum militem eligit, & ſeruitorem,& ſic confortauit eum, & monuit eum; vt in vocatione ſua, qua à domino vocatus erat, perſiſteret; vocauitque beatus Franciſcus fratres Bernardum,& Petrum dicens, Vnum bonum fratrem nobis miſit dominus: Qui ſimul gauiſi in domino comederunt. Cumque beatus Franciſcus, cum ipſo Egidio Aſsiſium pergeret; vt pro habitu eius pannum procuraret, occurrit beato Franciſco in via mulier paupercula petens eleemoſynam; cumque beatus Franciſcus nihil haberet ad dádum, vultu Angelico conuerſus ad ipſum Egidium dixit. Demus ſibi mantellum tuum chariſsime, amore domini noſtri Ieſu Chriſti: Qui vultu hilari expolians ſe, dedit illi; Et ſtatim viſum eſt ipſi Egidio, ꝙ eleemoſyna illa aſcenderet cçlum; & ſenſit ſe protinus gaudio quodam perfundi. Sed demum ipſum beato Franciſco in feſto ſancti Georgij habitu ordinis induente, factus eſt Frater minor: Quo induto Beatus Fráciſcus cum ipſo verſus Marchiam pergens, exhortabatur homines ad pœnitentiam; & beatus frater Egidius dicebat, vt eidé crederét; quia bonum conſilium eis dabat. In ipſo auté itinere beatus Franciſcus prophetando de dilatatione ordinis, dixit fratri Egidio. Noſtra religio ſimilis erit homini piſcatori, qui mittit retia in aquam capiens piſcium multitudinem copioſam, & paruos in aqua relinquens, magnos eligit in vaſa ſua.

Temporis in proceſſu beatus Franciſcus ad ſanctum Iacobum eundi licentiam conceſsit: in quo itinere nunquam famem à ſe repulit, propter penuriam, quam domini amore tollerabat: vnde die quodam, cum iuiſſet pro eleemoſyna,& nihil inueniſſet, ad quádam aream perrexit,& inuétis quibuſdam granis fabarú, ſe refecit; & cum ſe ſomno dediſſet, ſurrexit adeo fortis, ac ſi multa genera pigmentorum comediſſet. In quo itinere obuians cuidam

De eius deuotione.

pauperi

pauperi motus pietate, caputium auferens ab habitu, ſibi dedit, & diebus viginti ſine caputio ambulauit. Cumque ſic deformis ad caſtrum, quoddam Lombardiæ nomine Ficarolum perueniſſet, à quodam Lombardo vocatus, ad ipſum (quia indigebat) libenter acceſſit, ſperans aliquid habere amore Dei: taxillos ille, ſi vellet ludere in manibus eius, ponit: Frater vero Egidius in nullo motus dixit ſibi. Dominus parcat tibi. Et ſic per mundum habitu deformi eundo: frequenter deridebatur.

Poſt hoc, ſocio habito à beato Franciſco, & licentia de viſitando domini ſepulcrum, Brunduſium deuenit, & cum ibi eſſet pluribus diebus, procurato vrceo, ibat aquam portando, & neceſſaria pro victu ſibi, & ſocio acquirebat. Poſtea mare tranſiens, cum deuotione maxima ſepulcro viſitato cum alijs locis; ad ciuitatem Achaiæ deuenit: ibique moram cõtrahẽs, vt de labore ſuo viueret, faciebat ſportas ex iuncis: quibus illi homines vtebantur: portabat etiam defunctos ad cimiterium, & aquam per ciuitatem, & ſic vitę neceſſaria lucrabatur: Quando hęc facere non poterat, recurrebat ad mẽſam domini eleemoſynã oſtiatim petendo: Demum ad ſanctam Mariam de Portiuncula eſt reuerſus.

Viſitauit etiam ſanctum Angelum, & ſanctum Nicolaum de Bari; & quando ibat per mundum, hortabatur homines, & mulieres, vt Deum diligerent, & timerent, ac pœnitentiam agerent de peccatis. Die quadam dum eſſet feſſus valde ex itinere, & famem pateretur, iuxta viam ad dormiendum ſe poſuit, & cũ ſurgeret à ſomno, inuenit iuxta caput ſuum (diuino beneficio) dimidium panem: & gratias Deo agens, cum comediſſet, eſt confortatus.

De exercitio eius, & vitatione ocioſitatis.

Miſſus à beato Franciſco ad ſtandum Romæ, volens de labore manuum ſuarum viuere, ibat ad ſiluam diſtantem per quattuor miliaria, & incidebat ligna, & portabat ad vrbem, & neceſſaria pro victu accipiebat: Semel ligna vendidit vni mulieri, & cum (videndo eum eſſe religioſum) vellet ſibi plus dare, quam pacta eſſet cum eo: Frater Egidius noluit accipere: ſed medietatem etiam pretij ſibi dimiſit, dicens. Nolo, ꝙ auaritia me vincat: vnde aliquod opus quãtumcunque vile, non dedignabatur peragere, dummodo honeſte id poſſet exercere. Ibat tempore vindemiarum ad colligendum vuas, & eas in torculari exprimebat; & neceſſaria pro vita ſic ſummebat.

In monaſterio ſanctorum quattuor coronatorum prope ſanctum Ioãnem de Laterano purgabat farinam, accipiendo pro ſalma ſeptem panes. Similiter pro aqua deferenda ibat per milliare ad fontem ſancti Sixti: de qua aqua bibebant monachi: & fiebat panis, & pro his panes recipiebat, & quod ſibi ſuperfluebat dabat pauperibus.

Dum ſemel aquam pro monachis ibidem adduceret, & quidam ad bibẽdum de ea exegiſſet. Reſpondit non poſſum tibi dare, & reliduum monachis deferre. Ille multas iniurias dixit ſibi: Sed frater Egidius, alio vrceo accepto, iuit pro aqua, & ad domum ſe iniuriantis, portauit: Quod, vt vidit ille ſuam culpam dicendo, ꝙ parceret ſibi, rogauit: quod, & libenter fecit.

Nunquam frater Egidius in aliquo labore ſe, per totam diem obligauit alicui: vt ſuas horas dicere, & orationi poſſet vacare. Summa ergo diligentia frater Egidius vitauit otium: vnde, vel laborabat manibus, vel orabat, vel deuotioni, vel ſalutiferis vacabat verbis. Vnde cũ ipſe frater Egidius eſſet apud dominum Epiſcopum Tuſculanum Cardinalem, & iret ad colligendum oliuas, & alia ſeruitia faciendũ, & panem ad dicti Cardinalis hoſpitium portaret, & Cardinalis diceret ſibi, vt de pane ſuo, tanquam pauper manducaret, reſpondebat verbum prophetę. Labores manuum tuarũ, quia manducabis &c.

Huic fratri Egidio tanquam homini boni exẽpli dedit licentiam liberam beatus Frãciſcus, vt videlicet iret quocunque vellet; & ſtaret vbicunque ſibi placeret. Reſpondit frater Egidius, ꝙ in tam libera licentia ire, & ſtare nolebat: Et tunc beatus Franciſcus ſeptimo conuerſionis ſuæ anno, miſit eum ad eremitorium de Fabrione comitatus Peruſij: vbi dum eſſet, faciebat caſulas pro ciathis conſeruandis, cophinos, & caricannas: & poſtea deferebat ad ciuitatem, & vendebat; & neceſſaria pro victu, & veſtitu recipiebat: Et ſic inſiſtebat labori, ꝙ vnum fratrem induebat.

Ad prædictum locum accedens ibat diſcalceatus, & ſolo habitu contentus tempore magni frigoris: cui quidam obuians dixit: ꝙ non ſic iret, ſi ſciret ſe ſtatim paradiſum debere intrare: ad quod verbum hoſtis antiquus ei tantũ frigus immiſit, ꝙ ferè algore moreretur. Sed meditatione Chriſti quomodo ibat nudus, & diſcalceatus, ſubito calefactus laudauit altiſſimũ. qui ſuo igne, ſic ſubito eum calefecerat. In quo loco cum per plures annos ſtetiſſet, & ſemel recordatus peccatorum ſuorum, ſiluã intrauit, & vocato quodam fratre puero nudauit ſe; & poſita chorda in collo, pręcepit illi fratri, vt eum traheret cum chorda ad locũ fratrum: Quo ingreſſi beatus frater Egidius vociferando clamauit: Miſeremini mei fratres, miſeremini mei peccatoris: Ad quem fratres conuenientes, & videntes eum ſic nudũ, lachrimari cęperunt dicentes. Indue te pater tunica: Et ille: Non ſum dignus eſſe frater minor: tamen ſi vos vultis mihi reddere tunicã pro miſericordia, & eleemoſyna recipio, vt indignus: & ſic recepit, & induit.

De eius humilitate.

Hunc beatus Franciſcus cernens eſſe idoneũ, & vo-

De eius deſiderio ad martyrium.

& voluntarium ad martyrium, ipſum cum alijs fratribus ad Saracenos deſtinauit: Qui venientes Tunicium a Chriſtianis prohibiti ſunt Saracenis prędicare: timebant enim Chriſtiani, ne propter eos occiderentur à Saracenis: vnde ipſos vi in nauim repoſuerunt: & ſic ad partes fidelium ad beatum Franciſcum ſunt reuerſi.

De eius obedientia.

Fuit autem frater Egidius magnę obedientię: Nam cum in loco Angeli ſtaret, & aliquã tulum ſemel extra locum iuiſſet, fuit ſibi dictũ ex parte generalis miniſtri, ꝙ iret Aſiſium ad eum: qui noluit ad locum redire: ſed via recta Aſiſium accedebat. Et cum fratres ſuaderet, vt locum primo reintraret, & poſtea iret. Reſpondit, ꝙ nolebat dicens, Mihi mandatũ eſt, ꝙ vadam Aſiſium, non ꝙ reuertar ad locum. Et ſic de loco vbi præceptum audiuit, iuit Aſiſium: & hoc propter obedientiam, quam ſeruabat ſtrictiſſime.

Cuidam fratri conquerenti ſibi, ꝙ guardianus eidem oranti mandaſſet, ꝙ iret pro pane: & melius ſibi videbatur orare, quàm ire pro pane. Reſpondit frater Egidius. Nondũ quid ſit oratio cognouiſti: quia vera oratio eſt, ꝙ ſubditus prælati ſui faciat voluntatem: Et dixit frater Egidius ſignum ſuperbię eſt nolle ponere caput ſub iugo obedientiæ: & extrahere inde, vt viam, quæ ſibi perfectior videtur, adimpleat: Quãdiu bos tenet ſub iugo caput, implet horrea frumento. Si homo eſſet tanta deuotione, & gratia eleuatus, ꝙ loqueretur cum Angelis, & à ſuo prelato vocaretur, ſtatim debet colloquium Angelorum dimittere, & prælato protinus obedire: Idipſum exemplo firmauit Frater Egidius ſemel: qui raptus coram domino papa Gregorio, & Cardinalibus, qui ipſum iuerant ad viſitandum Peruſij ad locum de monte: ſibi pręcepit dominus Papa, ꝙ ſtatim ad eos deberet redire: ſtatim, qui inſenſibilis videbatur, cucurrit ad Papam, & eius pedibus prouolutus dixit humiliter culpam ſuam.

Audiens frater Egidius caſum fratris Eliæ de inobedientia, & apoſtaſia, ac excommunicatione, proſtrauit ſe in terram; & terrę ſe fortiter toto corpore conſtringebat: Et interrogatus, quare hoc faceret? Reſpondit volo deſcendere quantum poſſum, quia ille deſcendit tantum propter ſaltum.

Semel frater Egidius dixit, obedientiam volo experiri cuiuſdam Fratris in ſacra theologia magiſtri, qui ſanctæ Clarę prædicabat, & eius ſororibus: Cui prædicanti dixit frater Egidius. Tace magiſter: quia ego volo prędicare. Qui ſtatim tacuit: Et poſtquàm frater Egidius in feruore ſpiritus, eructauit melliflua, dixit magiſtro, Perfice nunc ſermonem, quem in cepiſti: & ſic fecit. De quo beata Clara exultans in ſpiritu dixit: hodie completum eſt deſiderium beati Franciſci mihi aliquando dicentis, Opto multum fratres meos clericos, ad tantam humilitatem uenire, ꝙ magiſter in theologia à uoce laici prędicare uolentis, à prædicatione ceſſaret. Dico vobis fratres, ait ſancta Clara; ꝙ plus me ędificauit magiſter ſua humilitate, quam ſi vidiſſem eum mortuũ ſuſcitantem.

De amore paupertatis.

Fuit frater Egidius amator paupertatis: Vnde licet laboraret manibus: nihil tamen pecunię recipiebat: ſed quantum pro victu ſufficiebat, & reſiduum dabat pauperibus: Et quia hanc amauit, dominus ſibi in neceſſarijs condeſcendit; vt patuit ſupra in pane ad caput eius inuento ſibi diuinitus miniſtrato: & ſimiliter, cum in principio eſſet in quodam monte ſupra caſtrum Dirutę, & nullus ſciret hoc de caſtro, vel de contrata; & cum ſocio, ibi ageret quadrageſimam, ac niues tribus diebus, & noctibus in tanta copia deſcendiſſent, ꝙ nullo modo, nec ad acquirendum panem, nec ad laborandum poſſet exire, inuocato domino per ipſum, & ſocium, vt eis ſubueniret; diuina prouidentia ſtatim affuit, & cuidam de caſtro Dirutæ inſpirauit; vt ad Eccleſiã ſancti Laurentij, vbi erant duo fratres, accederet, & panem & vinum eis deferret: quod, & fecit: cuius hortatu, & verbo alij de caſtro, eis neceſſaria ſufficienter portauerunt: Quod videns frater Egidius dixit ſocio. Frater huc uſque rogauimus dominum, & exauditi ſumus; ſed amodo ei regratiemur, & rogemus pro illis, qui eleemoſynas nobis fecerunt: & ſic eſt factum. Ad ipſius fratris Egidij exemplo, & ſocij, multi conuerſi de illa contrata ſunt ad dominum; & facti ſunt fratres: Alij vero vxorati in domibus proprijs pœnitentiam exercebant.

Cum frater Egidius ſemel iuiſſet Aſiſiũ; Fratres eum per domum duxerunt oſtendentes ei ædificia ſumptuoſa, quæ conſtruxerant, quaſi in eis gloriantes: Quibus diligenter inſpectis frater Egidius dixit fratribus illis. Dico fratres, ꝙ nihil deficit vobis niſi vxores: Et perturbati fratres, de hoc fortiter ſcandalizati fuerunt: Quibus dixit frater Egidius. Fratres mei. Vos bene ſcitis, ꝙ ita eſt vobis illicitum diſpenſare in paupertate, ſicut in caſtitate: poſtquam paupertatem à vobis reiecitis, de facili reiicere poteſtis, & caſtitatem.

De carnis maceratione, & mundicia. Caro noſtra ſicut porcus.

Mortificationi carnis intendebat aſſiduè in ſeruitutem eam reducendo: quare candore præfulſit nitidæ puritatis. Vnde frater Egidius ſemel comedebat in die hora ſerotina, & tunc parum valde; Et dicebat frater Egidius, ꝙ caro noſtra eſt ſicut porcus, qui auide currit ad lutum; & eſſe in luto continue delectatur. Et caro etiam eſt ſicut ſcrabo: qui ſimũ equinũ uoluere cupit; Caro eſt pugil inimici. Interrogatus à fratre quodam, quomodo poſ

ſemus

ſemus carnem à vitijs ipſius pręſeruare. Reſpõ
dit frater Egidius. Qui vult transferre magna
ſaxa, vel trabes grandes, ſtudeat eas transfer-
re ingenio, magiſquam viribus: & in hoc facto (Exemplo.)
eſt ſimiliter procedendum. Omne vitium læ-
dit caſtitatem; eſt enim ſicut ſpeculum clarũ,
quod per ſolum halitum obſcuratur. Impoſsi
bile eſt hominem venire ad gratiam Dei, dum
ei placet in carnalibus delectari. Caro vult
nos tradere die, ac nocte: quam, qui vincit, oẽs
vincit inimicos, & venit ad omne bonum. Et
aliquando dicebat. Inter omnes virtutes ego
diligerem caſtitatem, & cum quidam frater di
ceret. Nonne maior eſt charitas? Reſpondit
frater Egidius. Et quid eſt maius caſtitate? &
frequenter canendo dicebat. O ſancta caſti-
tas, qualis es? qualis es? tu es talis, & tanta, qua
lem, quantam te fatui non cognoſcunt.

Et cum frater peteret quid vocaret caſtitatẽ.
Reſpondit. Caſtitatem voco omnes ſpiritus
cuſtodire gratię Dei. Et cum ſic caſtitatem
commendaret, quidam ſecularis pręſens di-
xit. Ego abſtineo me ab omnibus, prǽterquã
ab vxore mea, ſufficit mihi ſic ſtare? Reſpon-
dit frater Egidius. Videtur tibi, ꝙ homo non
poſsit inebriari vino vegetis ſuæ?

Apud Spoletum, dum eſſet, audiens vocẽ vnius
mulieris, tantã ſenſit tentationem; quantam
nunquam fuerat paſſus: quam orõne, verberi-
bus, & operibus diuinis, à ſe expulit; & ſic
plenariè liberatus.

Quidam frater tentatus dixit. O ſi viderem
fratrem Egidium, cui poſſem iſtam tentatio-
nem reuelare; & cum a longe eſſet, nec poſſet
licẽtiam eundi ad illum habere, cum vice qua
dam, ſe ſopori dediſſet, aſtitit ei frater Egi-
dius: ad cuius præſentiam maximam conſola
tionem ſuſcepit; & expoſita tentatione; Reſ-
pondit frater Egidius. Quid faceres cani, ſi te
morderet? Reſpondit ille Percuterem eum,
& ſic à me fugarem. Sic, inquit frater Egidius,
vade, & fac ſimiliter tuę tentationi: & cum a
fratre rogaretur, vt pro ſe oraret, dum ſurgit
à ſomno, ſenſit ſe à tentatione liberatum.

Plures tentatos exire ab ordine retinuit; & à
varijs tentationibus liberauit.

(De ſpiritu eius prophetico.) Claruit ſpiritu prophetico. Fratri prædicato
ri tentato de virginitate beatę Marię, & eunti
ad eum pro conſilio, frater Egidius hoc vi-
dens in ſpiritu, ei ocurrit, & baculo ter terrã
percutiendo, dicebat. Virgo ante partum, in
partu, & poſt partum; & qualibet percuſsio-
ne terrę, lilio oriente, fratrem à tentatione
liberauit.

Sanctum Ludouicum Regem Francorum co-
gnouit: qui ad ipſum videndum in habitu pe-
regrino Peruſium venerat; & ei occurrens in
amplexus mutuos ruentes, ſe ſolo ſpiritu, &
non verbo extrinſeco alloquentes, ab inuicem
diſceſſerunt ſummè conſolati.

Vltima infirmitate decubans, cum Peruſini cu
ſtodirent eum, dixit prophetando. Dicite Pe-
ruſinis, ꝙ nec propter miracula; nec propter
canonizationem meam, vnquam pulſabuntur
campanæ; & ſignum aliquod non dabitur eis,
niſi ſignum Ionę prophetæ. Et ſic fuit; ꝙ poſt
mortem, in ſepulchro inuento, in quodam
agro, vbi erat ſculpta hiſtoria Ionę prophetę
eſt tumulatus.

Hic ſanctus, poſtquàm in actiuę vitæ operibus (De eius cõtemplatione, & raptu multiplici.)
deuotiſsimè ſe exercitarat, placuit altiſsimo
ad ſtatum cõtemplationis, eum deducere præ
alijs viuentibus; ſexto enim à ſuæ conuerſio-
nis anno, in loco de Fabrione, qui eſt in plani
tię Peruſij, quadã nocte, dum deuotè oraret,
tanta fuit cõſolatione, & dulcedine repletus,
ꝙ ſibi videbatur, ꝙ dominus vellet animã eius
à corpore educere, & cępit ſentire qualiter
corpus moriebatur, primo à pedibus, & ſic cõ
ſequenter donec anima exiuit: & ſtans extra
corpus prę nimia pulchritudine delectabatur
videre ſemetipſam: erat enim ſubtiliſsima,
& lucidiſsima ſupra extimationem, ſicut ipſe
retulit prope mortem. Et tunc anima fuit ra-
pta ad contemplanda ſecreta cœleſtia: quæ
nunquam voluit reuelare. Ad auditum ſiqui-
dem domini, vel patriæ cęleſtis, ſtatim coram
omnibus rapiebatur: vnde hoc agnoſcentes
paſtores, & pueri, vt eum videbãt, ab alijs edo
cti clamabãt Paradiſus, Paradiſus, & ipſe au-
diens ſtatim rapiebatur ibidem; & quia ſic fre
quenter rapiebatur, à conſortio hominum ſe
ſubtraxit, & ſtabat in cella recluſus. Fuit ra-
ptus ſemel coram quinque miniſtris, qui ad
eum viſitandum acceſſerant. Alia vice coram
fratre Bonauentura miniſtro generali in hor-
to, fuit raptus per tres horas. Coram domina
Iacoba de ſeptem ſolijs, & fratre Gerardino,
petendo, ſi gutta aquę cadens in mari, nomen
mari imponat, & reſpondente fratre Gerardi
no, ꝙ non: ſed abſorbetur à mari, & ſubſtan-
tia, & nomen: ſtatim coram omnibus fuit ra-
ptus.

Dominus Papa Gregorius nonus Peruſij cum
miſiſſet pro eo, & cum ipſo loqueretur, ſtatim
immobilis ſtetit oculis in cœlum eleuatis.

Inuitatus à domino Papa prædicto ad pran-
dium, vt cum eo loqui valeret, & à Papa cum
gaudio receptus, quidam de aſtantibus ſuggeſ
ſit domino Papæ, vt faceret eum cãtare: Quod
cum Papa hoc ei mandaſſet. Frater Egidius
reſpondit. Quem cantum pater vis me canta-
re? & ſic pluries replicans, & currens ad aliam
partem palatij ponendo vnum pedem, ſuper
alium, raptus ſtetit vſque ad horã vſpertinã;
& probauit dominus Papa, & qui cũ eo erant,
ꝙ nec ſenſus, nec pulſus erat in eo. Cęnante cu
ria, & illo ſic permanente, Papa ſibi aſsiſtenti-
bus dixit. Perdidimus ecce iſtum hominem:
ſed in eo probemus virtutẽ obedientiæ; &

tunc præcipiendo per obedientiam, ꝙ ſtatim ad eum deberet ire (mirabile dictu) ſtatim frater Egidius, qui inſenſibilis videbatur, cucurrit ad Papam, & pedibus eius prouolutus, dixit culpam ſuam. Et tunc dominum Papā alloquendo informauit eum, de modo in religione obſeruando.

Quomodo a diabolo vexatus eſt. Et licet ſanctus frater Egidius eſſet ſic virtutibus plenus, & tantis contemplationum exceſſibus ſublimis; à Diabolo tamen eſt multipliciter tribulatus: Nam habita illa viſione diuina in loco Fabrionis, vt dictum eſt; nō poſt multos dies, dum ſtaret ad orandum in cella, diabolus tam terribilis ei apparuit, ꝙ ipſe pre timore loquelam amiſit: ſed corde (quia non poterat ore) inuocando diuinum auxilium, ſubito fuit liberatus: vnde poſt interrogauit beatum Franciſcum, ſi aliquid eſt tam terribile in mundo; ꝙ homo per vnum pater noſter non poſſet ſuſtinere; & reſpondit beatus Franciſcus, Diabolus eſt: Nullus enim eum reſpiciēdo poſſet ſuſtinere, dicendo dimidium pater noſter; quin ſtatim moreretur; niſi diuino ſubſidio adiuuaretur. Et frater Egidius, quia fuerat expertus, credidit eſſe verum.

In Spoleto in Eccleſia ſancti Apolinaris, dum de nocte tempeſtiue intraſſet Eccleſiam, & inclinatus oraret: diabolus ſuper eum aſcendit, & opprimebat: Qui ſurgere non valens, traxit ſe, vt potuit ad vas aquæ benedictæ; qua fide aſperſus, fuit à demonis moleſtia liberatus.

Iuxta finem ſuæ vitæ, ſcilicet anno quinquageſimo ſecundo ab ingreſſu ordinis, cępit diabolus ſolito eum fortius moleſtare: namquadā nocte poſt orationem, dum vellet quieſcere, accepit eum diabolus, & in tam arcto loco poſuit, vt nō poſſet ſe aliquo modo mouere: nec etiam adiutus à ſocio potuit inde remoueri; ſed, diuina gratia tandem exiuit.

Alia vice eum orantem, intantum, diabolus turbauit, ꝙ vocibus terribilibus cępit clamare, ſuccurrite fratres, ſuccurrite: ſed fratre Gratiano ſocio accedente, fuit confortatus. Et ſic frequenter diabolus turbabat eum, ꝙ ſæpe de ſero eundo ad cellam dicebat. Nunc expecto martirium meum.

De eius morte. Morte propinquante fratris Egidij ſancti, acutiſsima febre, tuſsi, & dolore capitis, ac pectoris fuit adeo grauatus; vt non poſſet quieſcere, dormire, vel comedere: ſed oportebat, ꝙ fratres eum ſuper lectum portarent: vt aliquam requiem inueniret. In vigilia ſancti Georgij hora matutinali, cum fratres eum ſuper lectum poſuiſſent, quaſi ſint tractu, vel corporis motu violento, clauſis oculis, & ore, anima illa ſanctiſsima, carne exuta, cœleſtia petijt, eo videlicet die, completis quinquaginta duobus annis, ſcilicet in feſto ſancti Georgij: quo b. F. eum habitu induerat ordinis.

Tranſijt autem ſanctus frater Egidius ex hoc mundo anno 1282. in nocte ſancti Georgij à ſua conuerſione anno quinquageſimo ſecundo: Poſt cuius mortem Peruſini quærentes lapidem pro eius ſepultura, ſepulcrum reperiūt marmoreum: in quo Ionę prophetę ſculpta erat hiſtoria: & iuxta quod prædixerat, ibi poſuerunt eum.

Hic ſanctus frater Egidius ſeptem habuit ſingularia; quæ ipſum magis, ac magis ad perfectionem deduxerunt.

Primum quia fideliſsimus, & catholicus fuit,
Secundum, quia deuotiſsimus.
Tertium, quia reuerens.
Quartum, quia pius, & compatiens.
Quintum, quia ſollicitus.
Sextum, quia obediens.
Septimum quia gratiſsimus fuit Deo, & hominibus de beneficijs ſibi datis.

Huic ſancto fratri Egidio conceſſum eſt à domino, vt in his, quæ ad bonum animæ pertinent, efficaciter adiuuet inuocatus.

Miracula eius poſt mortem. Poſt mortem diuina potentia eum celebrem miraculis reddidit: Tres enim ab oculorum diuerſis infirmitatibus, liberauit. Duos a pedum dolore. Tres contractos. Ab infirmitate oris & guturis tres. A manuum, & brachiorum infirmitate duas mulieres. Mulierem liberauit à partus periculo, & abortiuo. Ab infirmitate lapidis vnum. Duos à febribus: Lac dedit mulieri pauperculę ad filios nutriēdos. Aliam mulierem morbo, & infirmitate horribili laborantem. Sic & aliam, quę per ſeceſſum omnia emittebat ſtatim ſicut ſummebat, voto ad ipſum facto, liberauit. Sic, & alios multos à diuerſis infirmitaribus clementer ſuis precibus eripuit. Et ſic patet primum, quod erat videndum. Reſtat nunc ſecundo videre de fratris Egidij doctrina. Licet enim literas ignorauit: quia non inſtructus humanitus, & laicus fuit.

Dicta fratris Egidij diſtincta per materias hic ſubſcribuntur. De Conſilijs animarum datis diuerſis perſonis. Cap. I.

FRatri Iacobo de Maſſa habenti gratiam raptus, petenti à fratre Egidio qualiter à dicta gratia ſe haberet. Reſpondit frater Egidius. Nec addas, nec minuas, & fuge multitudinem, quantum potes. Et cum quæreret ille, quid eſſet, ꝙ diceret. Reſpondit ſanctus frater Egidius. Quando mens eſt apta introduci ad illa glorioſa lumina diuinę bonitatis; nec debet addere per pręſumptionē; nec diminuere per negligentiam; & debet diligere ſolitudinem quantum poteſt: ſi vult, ꝙ gratia cuſtodiatur, & creſcat.

Cuidam fratri interroganti eum, quid poſſet facere Deo magis gratum. Frater Egidius manę facto, cantando reſpondit, Vna vni, & nihil

hil plus reſpondit, nec dixit: Sed cum ille non ſe eum intelligere diceret: Frater Egidius dixit. Vna, & ſola anima ſine intermiſſione, & medio vni ſoli Deo eſt committenda.

Fratri Gratiano ſibi dicenti, ꝙ ipſe ſciret prędicare, conſulere, & multa ſciret: ſed cui operi magis adhęrere debeé (inquit neſcio.) Volo tuum conſilium. Reſpõdit frater Egidius. Nihil eſt, in quo magis placeas Deo, quàm ꝙ te per gulam ſuſpendas. Et cum ille horreret verbum. Reſpondit frater Egidius. homo (inquit) ſuſpenſus non eſt in cœlo, & tamen eſt ſubleuatus à terra, & ſemper reſpicit inferius. Et ita tu facias: cum in cœlo non ſis, potes tamen à terrenis leuari, & in virtuoſis operibus te exercitare, de te humiliter ſentire, & Dei miſericordiam expectare.

Nota.

Cuidam dicenti ſibi, ꝙ omnino volebat religionem intrare, Frater Egidius reſpondit. Si hoc vis facere, cito interfice parentes tuos. Et ille cum lachrimis perfuſus diceret: Quomodo poſſem facere tantum ſcelus? Reſpondit ego non dico, ꝙ tu materiali gladio interficias eos; ſed mentali: quia qui non odit patrem, & matrem, non poteſt eſſe Chriſti diſcipulus.

Duobus Cardinalibus ad eum venientibus, & ſupplicantibus, vt pro eis oraret. Reſpondit, ꝙ non erat neceſſe: quod ipſe pro eis oraret; quia maiorem fidem, & ſpem habebant quàm ipſe. Et illis dicentibus, Quomodo? Reſpondit frater Egidius, quia vos cum tot honoribus, diuitijs, & proſperis ſperatis ſaluari: Ego autem cum tot calamitatibus, & aduerſis timeo dãnari: Quo audito corde compuncti, & in melius mutati, receſſerunt ab eo.

Cuidam fratri, à tentatione detento: pro qua Deum rogauerat, nec exaudiretur, & hoc dixiſſet fratri Egidio, reſpondit. Non mireris frater; ſi dominus vult te pugnare contra hoſtes: à quo tot gratias recepiſti. Quãto enim, Rex virilius munit milites ſuos, tanto vult eos fortius pręliari.

Cuidam eum interroganti, quomodo poſſet libenter ad orationem pertingere, cum ſentiret ſuum cor indeuotum. Reſpondit frater Egidius. Ecce Rex habet duos ſeruos fideles, quorum vnus armatus eſt, & alter inermis: qui ambos mittit ad pręlium contra hoſtes. Armatus vero viriliter ad bellum procedit. Inermis vero ſic loquitur domino ſuo dicens: Vt vides, arma non habeo: ſed propter amorem tuum procedam ad bellum contra hoſtes. Videns autem dominus fidelitatem illius ſerui dicit miniſtris ſuis: Ite & pręparate arma, quibus induatur hic ſeruus meus fidelis; & ponite in eo ſignum armorum meorum. Sic ſi quicunque inſipidus ad orationis bella procedit confidenter; dominus ei de neceſſarijs prouidebit.

Exempli.

Cuidam petenti conſilium, ſi deberet religionem intrare. Reſpondit frater Egidius. Si aliquis multum pauper ſciret theſaurum in agro: nunquid ad fodiendum illum conſiliũ poſtularet? Quanto magis homo debet non procraſtinando currere ad inueniendum regni cœleſtis theſaurum infinitum. Qui ſtatim conſilio acquieſcens, relictis omnibus, in religionem intrauit.

Cuidam iuriſperito dixit frater Egidius. Credis, ꝙ dona Dei ſint magna? Qui reſpondit, ꝙ ſic: Cui frater Egidius. oſtendam tibi, qđ non credis. Quantum valent res tuę? Reſpondit ille forſitan mille libras. Nunc probo, ait ſanctus, ꝙ ſolo verbo credis: Si enim dares illas mille libras pro centum millibus, maximum lucrum reputares, & tamen eas non dares pro regno cœlorum, ergo à te cœleſtia reſpectu terrenorum pro nihilo reputantur.

Cui iudex, Credis tu, ꝙ quilibet tantum operetur quantum credit? Reſpondit frater Egidius. Si bene crederes, bene operareris, ſicut ſancti faciunt. Et iudex conſenſit ſententiam fratris Egidij eſſe veram.

Cuidam interroganti, & dicenti fratri Egidio, Quid faciam? Si bene ago glorior: ſi male, deuenio in triſtitiam, & quaſi in deſperationem. Reſpondit frater Egidius. Benefacis, ſi doles de peccato: ſed dole moderate, conſiderans maiorem eſſe potentiam Dei ad miſerandum, quàm tuam ad peccandum: Si enim agricultor conſideraret, antequam ſeminaret intra ſe dicens. Si ſemines nunc, venient volucres cœli, & beſtię terrę, & deuorabunt germen tuum, nunquàm ſeminaret; & ſic, quid comederet, non haberet. Cultor autem diſcretus ſeminat, & finaliter colligit ſufficiẽtia ſibi: Non dimittas propter vanam gloriam bonum opus; quia ſi tibi diſplicet, ſemper melior, & maior pars apud te remanebit.

Quidam interrogauit ſanctum fratrem Egidium dicens. Poteſt aliquis in ſeculo exiſtens Dei gratiam inuenire? Reſpondit frater Egidius, poteſt. Sed ego præeligerem vnam gratiam in religione, quàm decem in ſeculo. Gratia enim habita in religione de facili creſcit, & conſeruatur; quia homo in religione eſt ſegregatus à tumultu, & turbatione ſollicitudinis ſecularis, quæ eſt gratię inimica. Fratres etiam ſui verbo charitatiue exhortationis, & ſanctæ conuerſationis exemplo ipſum retrahunt à malo, & ad bonum prouocant, & accẽdunt: Gratia autem, quam quis habet in ſeculo de facili perditur, & difficillime conſeruatur; quia ſecularium ſollicitudo negotiorum mater turbationis, dulcedinem gratiæ impedit, & perturbat. Alij etiam ſeculares per ſuaſione peſtifera, & dãnabilis conuerſationis exemplo, à bono retrahunt ipſum; & ad malum quaſi violenter impellunt, Nam honeſte

agentem

agentem non adiuuant, ſed derident, inimicos autem Dei non arguunt; ſed extollunt. Melius eſt ergo vnam gratiam ſecurè poſsidere, quàm decem in tanto diſcrimine, & timore.

Cuidam à fratre Egidio reprehenſo, & turbato ex hoc, in nocte in viſione quidam aſtitit dicens. Ne indigneris: quia beatus erit, qui fratri Egidio credet: Qui ſtatim mane ſurgens iuit ad fratrem Egidium, dicens culpam ſuam de indignatione, rogans, vt ipſum frequenter corripere; quia paratus erat ſuas reprehenſiones patienter portare.

Cuidam fratri Egidio dicenti, vt pro ſe oraret Deum. Reſpondit ora tu pro temetipſo. Quare, te remanēte cum ire poſsis, alium pro te mittis?

Et cum ille diceret. ego ſum peccator: vos autem amicus Dei, & ideo ipſum cito pro vobis, & pro alijs poteritis obtinere.

Reſpondit frater Egidius dicens, chariſsime ſi omnes plateę ciuitatis eſſent plenæ auro, & argento, & mitteretur bannum, ꝙ quilibet poſſet accipere: mitteres tu nuncium ad accipiendum pro te?

Qui reſpondit, certè non; imo ego perſonaliter irem, nec confiderem in alio quantumque fideli.

Et frater Egidius dixit, ſic eſt de Deo, totus mundus eſt eo plenus, omnes poſſunt eum inuenire: vade ergo tu, & alium non mittas.

Alteri dicenti, ꝙ omnino volebat ire Romam, dixit Frater Egidius: Saltem ſcias eligere meliorem monetam, & abijcere malam, vocabat autem peccata, & mala exempla, malam monetam: virtutes verò, & merita, meliorem monetam.

Cuidam militi conuerſo, & ordinem intranti, cum dixiſſet fratri Egidio, ꝙ de ipſo non curabat, nec volebat ſecum conuerſari, vt faciebat, dum ipſe eſſet in ſeculo.

Reſpondit frater Egidius. Frater mi tu es de familia domini, & ego, & tu ſub eodem domino ſocij militamus, & quid ego ſcio, ſi dominus noſter vult, ꝙ aliud officium facias, quàm ego darem tibi, ego de vno te informarem, & forſitan Deus aliud de te diſponere vellet.

De Via ſalutis, & perfectionis.

Cap. II.

DIcebat ſanctus frater Egidius: Si vis ſaluari, non petas rationē ab humana creatura de his, quę tibi accidunt; ſi vis ſaluari diligenter ſtude, & ſatage te ſeparare ab omni conſolatione, & honore; quam conſolationē poteſt tibi dare aliqua creatura: quia demones cōſolationum ſubtiliores, & peiores ſunt, quàm demones tribulationum, & maiores ſunt caſus, & frequentiores pro conſolationibus, quàm pro tribulationibus. Omnis magnus caſus, & omne magnum periculum non veniunt propter aliud, niſi propter eleuationem capitis, & omne bonum inuenitur propter inclinationem capitis. Veh illis, qui volunt honorari de ſua malitia: ſi te credis creatorem omnium offendiſſe, ab omnibus pariter ſuſtinere debes omnia aduerſa; quia aduerſus aliquem rationem non habes.

Si aliquis tecum contendit, ſi vis vincere perde; quia in fine quando credideris te viciſſe, tunc perdidiſti. Documenta notanda.

Si vis benè, & acutius videre, erue tibi oculos.

Si vis bene, & perfectè audire; aures obtura, & ſis ſurdus.

Si vis bene, & ornatè loqui; incide tibi linguam, & fias mutus.

Si vis benè tua opera perficere; tibi manus abſcinde.

Si vis omnia tua membra habere perfecta; ipſa incide.

Si vis benè viuere; occidere te ſtude.

Si vis bene comedere; ieiuna.

Si vis benè, & quietè dormire; vigila.

Si vis benè lucrari; perdere ſcias. O quàm magna ſapientia eſt iſta facere; non omnibus tamen datum eſt.

Gratia Dei, & virtutes ſunt via, & ſcala aſcendendi in cœlum: vitia vero, & peccata ſunt toxicum, & viæ deſcendendi ad infernum: vitia, & peccata ſunt toxicum; virtutes, & bona opera ſunt triacha.

Gratia attrahit gratiam; & vitium vnum trahit ad aliud.

Gratia non vult laudari; vitium non vult vituperari.

Mens in humilitate requieſcit; patientia eſt filia eius.

Puritas cordis videt Deum.

Deuotio manducat ipſum.

Si amas, amaberis.

Si times, timeberis.

Si ſeruies, ſeruietur tibi.

Si bene te geris erga alios, & alij ſe bene gerent erga te.

Beatus qui amat, & nō deſiderat inde amari.

Beatus qui ſeruit; & non deſiderat ſeruiri.

Beatus qui ſe bene gerit de alijs, & non deſiderat ꝙ alij ſe bene gerant de eo. Et quia hęc magna ſunt: ideo ſtulti ad hęc non pertingūt.

Tria ſunt valde magna & vtilia: quę quicunque haberet, male cadere non poſſet. Tria magna, & vtilia.

Primum ſi omnem tribulationem, quę accidit libenter ſuſtineas.

Secundum eſt ſi de omnibus, quę facis, & recipis, magis humiliaris.

Tertium eſt ſi fideliter diligis illa bona, quæ videri non poſſunt corporeis oculis. Ea quæ vilipenduntur, & relinquuntur ab omnibus mūdanis, magis honorantur, & recipiuntur à ſanctis, & à Deo; omnia enim diligenda, odit homo miſer, & diligit odienda.

Interrogauit

Interrogauit ſemel frater Egidius quendam fratrem dicens, habes tu bonam animam? Reſpondit frater ille. Frater mi neſcio.

Quæ faciāt animā ſanctam, & bonam.

Dixit frater Egidius. Sancta contritio. Sancta humilitas. Sancta charitas. Sancta deuotio. Sancta lætitia faciunt animam ſanctam, & bonam.

De Fide. Cap. III.

OMnia, quæ poſſunt excogitari, narrari, videri, vel palpari nihil ſunt reſpectu eorum, quæ non excogitari, nec videri, nec palpari poſſunt. Omnes ſapientes, & ſancti, qui fuerunt ſunt, & erunt; qui locuti ſunt, vel loquentur de Deo; non dixerunt, nec vnquam dicent de Deo in comparatione eius, quod eſt; niſi ſicut eſt punctus acus in comparatione cœli, & terræ, & omnium creaturarum, quæ in eis ſunt, & pluſquā millies minus. Tota .n. ſacra ſcriptura loquitur nobis quaſi balbutiēdo; ſicut mater balbutit cum filio ſuo paruo, qui aliter non poſſet verba intelligere. Dicebat frater Egidius cuidam iudici ſeculari, credis tu ꝙ dona Dei ſint magna &c? Vide ſupra in primo capitulo. Et iudex dixit fratri Egidio. Credis tu ꝙ aliquis homo tantum operetur, quantum credit? Reſpondit frater Egidius, Sancti, & ſanctæ bona, quæ potuerūt facere ſtuduerunt; & quæ non potuerunt cōplere opere compleuerunt ſanctis deſiderijs; defectum operis compleuit deſiderium ſanctum; ſi quis haberet perfectē fidem veram, veniret in ſtatum talem; in quo daretur ei plena certitudo; nam homini, qui certè expectat magnum, & æternum bonum; quid ei mali poteſt facere aliquod malū? & homini, qui expectat magnum, & æternum malum, quid boni poteſt ei facere aliquod bonum? nunquā tamen aliquis peccator dum viuit, debet deſperare de Dei miſericordia; quia vix eſt arbor ita ſpinoſa, & nodoſa, quam non poſſint homines planam, & pulchram facere, & ornare: multo magis nō eſt aliquis ita grauis peccator in mundo; quem non poſſit dominus gratia, & virtutibus adornare.

De Dilectione. Cap. IIII.

DIlectio maior eſt cunctis alijs virtutibus. Beatus qui nō ſatiatur illis rebus, quas ſemper debet deſiderare. Dicebat frater Egidius cuidam fratri ſpeciali amico ſuo. Credis tu, ꝙ ego diligam te? Reſpondit ille credo, Dixit ei frater Egidius. Non credas, ꝙ diligam te; quia ſolus creator eſt ille, qui vere diligit creaturā, & amor noſter nihil eſt reſpectu amoris creatoris. Et quidam alius frater dixit fratri Egidio, Quid eſt quod propheta dicit. Omnis amicus fraudulenter incedit in me? Cui reſpondit frater Egidius, ideo ſum tibi fraudulentus; quia bonum tuū non facio meum: quanto enim amplius bonum tuum facerem meum; tanto minus eſſem tibi fraudulentus: quanto amplius quis lętus fuerit de bono proximi; tanto erit inde particeps: & quanto quis de malo alicuius gaui ſus fuerit; tanto magis erit inde particeps: ſi ergo vis eſſe particeps bonorum omniū; gaudeas de bono omnium. Bonum ergo aliorū facis tuum; ſi tibi placet, & malum alienum facis tibi cuſtodiam, ſi tibi diſplicet: hæc eſt via ſalutis, vt ſis lętus de bono proximi, & dolens de malo ſuo, & credas bonum de alijs, & de te malum, & honores alios, & te deſpicias: qui non vult alios honorare, nō honorabitur, & qui non vult cognoſcere, non cognoſcetur; & qui non vult fatigari, non requieſcet, Labor itium ſuper laboricitium eſt ſtudere pietati, & benignitati: quicquid fit ſine dilectione, & amore; non eſt placitum Deo, & ſanctis eius. Si quis efficitur pauper ſuis, diuinis efficitur diues: ergo diuina debet homo eligere, & ſua contemnere. Quid eſt maius, quàm ſcire cōmendare beneficia Dei, & ſcire reprehendere ſe de malitijs proprijs? In hac ſcola vellē ſtuduiſſe à principio mundi, & ſtudere vſque ad finem mundi ſi tantum vixiſſem, & victurus eſſem. ſ. in conſideratione, & commendatione beneficiorum Dei, & in conſideratione, & reprehenſione maleficiorum meorum: & ſi deficeret dum haberem in reprehenſione mei de maleficijs meis, nollem defectum habere in conſideratione beneficiorum Dei. Vides ꝙ minimi commendant miro modo, qui dant eis vnū cintium. Quid ergo nos debemus facere domino Deo noſtro? multum deberes eſſe fidelis in amore illius, qui te liberare vult ab omni malo, & qui tibi vult dare omne bonum.

De Humilitate. Cap. V.

NEmo poteſt venire in cognitionem Dei, niſi per humilitatem; via eundi ſurſum, eſt ire inferius. Omnia pericula, & omnes caſus magni, qui acciderunt in mundo; non niſi propter eleuationem capitis acciderunt: ſicut patet in illo, qui fuit creatus in cœlo; & in Adam; & in phariſæo euangelico, & multis alijs: & omnia bona, quæ acciderunt, facta ſunt in flectendo caput: vt patet in beata Virgine; in publicano; in ſancto Latrone, & pluribus alijs: non poſſemus nos habere vnam molam grauem, quæ faceret nos ſemper caput humiliare?

Dixit ei quidam frater, quomodo poſſemus nos fugere iſtam ſuperbiam? Ille reſpondit, laua tibi manus, & pone ibi os, vbi tenes pedes: ſi conſideres beneficia Dei, debes inclinare caput tuum; et ſi cōſideres peccata tua, debes caput tuum ſimiliter inclinare; veh autem illi, qui vult honorari de malitia ſua, vnus magnus gradus humilitatis in homine, eſt cognoſcere ſe ſemper eſſe contrarium bono ſuo: Ramum etiam humilitatis reputo reddere aliena, et nō ea ſibi appropriare. Ideſt omnia

bona

bona Deo attribuere, cuius ſunt,& ſibi ipſi attribuere mala.

Beatus eſt ille: qui ita ſe habet vilem coram hominibus;ſicut vilem ſe inuenit coram Deo.

Beatus eſt ille,qui ſeipſum nunc iudicat; quia non veniet ad aliud iudicium.

Beatus qui ambulat fideliter ad obedientiã, & iudicium alterius: hoc enim fecerunt Apoſtoli; poſtquàm ſpiritu ſancto fuerunt repleti: qui vult pacem, & tranquillitatem habere; omnem hominem reputet ſuum ſuperiorem.

Beatus eſt ille, qui non vult videri in ſuis verbis,& moribus niſi in illa cõpoſitione, in qua diuina gratia componit eum.

Beatus qui ſcit conſeruare,& abſcondere reuelationem Dei; quia nihil occultum, quod nõ reuelet dominus, quando placet ſibi: ſi quis eſſet ſanctior homo de mundo,& ſe reputaret viliorem de mundo, in hoc eſſet humilitas; quæ neſcit loqui, & patientia nõ audet loqui: humilitas enim videtur mihi eſſe quaſi fulgur, ſicut enim fulgur facit pcuſsiones terribiles, & poſtea nihil poteſt inueniri ex eo; ſic humilitas diſsipat omne malum, & eſt inimica omnis peccati, & facit hominem ſeipſum nihilum reputare: per humilitatem inuenit homo gratiam coram Deo,& pacem cum hominibus: ſicut enim ſi Rex aliquis magnus vellet mittere filiam ſuam ad aliquem locum,nõ (Exemplũ.) poneret eam ſuper equum indomitum,ſuperbum, & calcitroſum; ſed ſuper equum manſuetum,& ſuauiter ambulantem:ſic Deus non ponit gratiam ſuam in ſuperbis; ſed in humilibus.

De Timore. Cap. VI.

TImor domini ſanctus omnem malum timorem expellit, & cuſtodit illa bona, quę non poſſunt lingua exprimi, nec etiam excogitari quem habere;quia maximum donum Dei eſt non omnibus datum; qui non timet, oſtendit ſe non habere,quod perdat: Timor Dei regit,& gubernat hominem, & facit eum inuenire gratiam domini, quam ſi habet homo,timor domini conſeruat eam,& ſi non habet,facit ad eam peruenire; omnes enim creaturę rationales, quæ cęciderunt; nũnquam cęcidiſſent, ſi hoc donum habuiſſent. Hoc ſanctum donum non eſt niſi ſanctorum, & ſanctarum: & quãtọ aliquis eſt magis gratioſus,non eſt minus humilis,& timoratus: & virtus, quę minus eſt comparata ab hominibus, non eſt minor alijs. Homo qui offendit in tantum Deum, ꝙ dignus eſt morte, qua ſecuritate poteſt ire ante præſentiam eius? Beatus qui ſe cognoſcit eſſe in carcere in hoc mundo, & ſemper ſuum dominum offendiſſe. Multum valde debet homo timere à ſuperbia, nè pręcipitet eum; à te ipſo,& à ſimili tui timeas ſemper, & caueas: non eſt perfecta ſecuritas homini, dum eſt inter inimicos ſuos; inimicus noſter eſt caro noſtra,& ipſa cum demonibus ſemper eſt aduerſaria, & contraria animæ noſtræ: maiorem ergo timorem debet homo habere,ne malitia ſua propria vincat eum,quàm de alia re de mundo: impoſsibile eſt enim ꝙ homo poſsit ad gratiam Dei conſcendere,vel in ea perſeuerare ſine ſancto timore,& ſancto pauore, quem qui non habet, ſignum eſt pereundi; hic timor facit humiliter obedire,& flectere caput vſque ad terram ſub iugo obedientię ſanctæ. Item quantum quis maiorem habet timorem, tanto plus orat: cui autem datur gratia ſanctę orationis,non eſt parũ quid: opera hominum quantumcunque videantur magna,non ſunt ſecundum extimationem hominis, ſed ſecundum extimationem, & beneplacitum Dei; & ideo nobis eſt ſemper timendum.

De Patientia. Cap. VII.

QVi patienter ſuſtineret tribulationes ꝓpter Deum, cito veniret in magnã gratiam, & eſſet dominus huius mundi, & teneret iam pedem in alio mundo: quicquid homo facit ſiue bonum, ſiue malum ſibimetipſi facit. Non ergo debes ſcandalizari, ſi quis facit tibi iniuriam; ſed debes compati peccato eius.

Suſtine patienter iniurias tibi factas à proximo propter Deum, & propter proximum, & propter teipſum: quantum quis paratus eſt ſuſtinere tribulationes, & iniurias propter Deum; tantum eſt magnus apud Deum,& nõ plus: & quanto quis eſt debilis à tribulatione,& dolore ſuſtinendo propter Deum: tanto minor eſt apud Deum, & non cognoſcit quid ſit Deus. Si quis dicit tibi malum, adiuua illum, et ſi quis dicit tibi bonum, redde illud Deo: adiuuare debes eum,vt ſi dicit tibi malum, tu dicas deterius de te. Si vis facere partem tuam bonam; facias partem tuam malã, et partem alterius bonam, hoc eſt factum, & dictum alterius lauda, & tuum reprehende, & ſi vis facere partem tuam malam, facias e contrario: Quando aliquis contendit tecum, ſi vis vincere perde: nam in fine quando credideris te viciſſe, inuenies perdidiſſe. Via ergo ſaluationis,eſt via perditionis: non ſumus boni ſupportatores tribulationum; quia nõ ſumus boni ſectatores ſpiritualium conſolationum; qui enim fideliter laboraret in ſe, & ſuper ſe,& pro ſe ſuauiter omnia ſuſtineret. Iniuriam nulli facias, & ſi quis tibi facit iniuriã; ſuſtine eam patienter amore Dei, & propter remiſsionem peccatorum tuorum: multo.n. melius eſt vnam grauem iniuriam ſuſtinere ſine murmure aliquo propter amorem Dei,quã paſcere quotidie centum pauperes, & per plures dies ieiunare vſque ad cœlum ſtellatũ. Quid prodeſt homini deſpicere ſeipſum,& tribulationes ſuo corpori facere in ieiunijs, &

orationibus,

orationibus, vigilijs, & diſciplinis, et nō poſſe vnam iniuriam à proximo ſuſtinere? de quo reciperet maius pretium, vel pręmium, quàm de his, quę portat ſua propria voluntate: Suſtinere tribulationes ſine murmure, magna purgat peccata hominum, quantum effuſio lachrimarum.

Beatus ille, qui ſemper habet ante oculos peccatum ſuum, & beneficia Dei; & ſuſtinet patienter omnem tribulationem, & anguſtiam: vnde debet habere magnam conſolationem. Beatus ille qui non petit, nec deſiderat aliquam conſolationem ſub cœlo ab aliqua creatura: non expectet præmium à Deo ſi eſt humilis, & quietus ſolummodo dum bene ſatiſfit ei in omnibus: Qui ſemper bene haberet prę oculis peccata ſua, in nulla tribulatione deficeret; omne bonum, quod habes, debes recipere à Deo, & omne malū à peccato tuo: ſi enim vnus homo feciſſet, & faceret omnia bona, quę fecerunt, & faciunt, & facient omnes homines de mundo; tamen ſi bene inſpiceret, inueniret ſe ſemper contrarium in bono ſuo.

Dixit ei quidam frater. Quid faciemus ſi venerint in tempore noſtro tribulationes magnæ? Reſpondit ſanctus frater Egidius. Si plueret dominus lapides, & ſaxa de cœlo, non nocerent nobis, ſi eſſemus quales eſſe deberemus: ſi homo eſſet qualis eſſe deberet, malum conuerteretur ei in bonum: ſicut habenti malam voluntatem, ipſum bonum retorquetur in malum, ita habenti bonam voluntatem, malum conuertitur in bonum: omnia enim magna bona, & magna mala ſunt intus in homine, quæ videri non poſſunt; ad infirmitatem magnam, & ad laborem magnum, & ad famem magnam, & ad iniurias magnas alicui factas, currunt peſsimi demones. Si vis ſaluari non petas tibi iuſtitiam fieri ab aliqua creatura; viri ſancti bona faciunt, & mala patiuntur. Si cognoſcis te offendiſſe creatorem, & Deum omnium cognoſce, quia dignum eſt, ꝙ omnia perſequantur te, & vindicent iniuriam, quam feciſti domino: ab omnibus creaturis debes ſuſtinere patienter moleſtias tibi factas, quia contra aliquam non habes iuſtitiam, cum ſis dignus puniri ab omnibus; magna virtus eſt homini vincere ſemetipſum. Si vincis teipſum, vinces omnes inimicos tuos, & peruenies

Aurea verba.

in omne bonum, magna virtus eſſet ſi quis permitteret ſe vinci ab omnibus hominibus, quia talis homo eſſet dominus huius mundi. Si vis ſaluari conare vt deſperes ab omni conſolatione, quā tibi poteſt dare aliqua creatura mortalis; quia maiores, & frequentiores ſunt caſus ex conſolationibus, quàm tribulationibus accidentes; nobilis eſt natura equi; qui licet ſit in curſu velociſsimo; tamen is qui equitat, poteſt eum auertere ab vna via, & dirigere ad aliam: ſic debet homo in impetu ſuo permittere ſe regi ab illo, qui corrigit eum, ad ſolam memoriam Dei debet homo deſiderare quantum eſt pro ſe dare pretium alijs, vt darēt alapas, & colaphos, & vt traherent eum per capillos. Murmurabat quandoque quidam religioſus coram eo de quadam graui obedientia ſibi data: cui dixit ſanctus. F. Egidius. Amice mi quanto plus murmuras, tanto plus te oneras; & quanto deuotius, & humilius ſubmiſeris caput obedientię ſanctę; tanto leuius, & ſuauius erit tibi: tu nō vis vituperari in hoc mundo, & vis honorari in alio: non vis maledici, & vis benedici: non vis laborare, & vis quieſcere, deceptus es; quia per vituperium peruenitur ad honorē; per maledictionem habetur benedictio, & per laborem requies, prouerbium verum eſt. Qui non dat de eo, quod dolet, non poteſt habere de eo, quod vult. Non mireris ſi proximus te offendit aliquādo; quia etiam Martha, quę ſancta erat, volebat prouocare dominum contra ſororem ſuam carnalem; tamen iniuſtè murmurabat Martha de Maria: Et quāto plura membra amiſerat quo ad vſum Maria, quam Martha; tanto plus laborabat, quàm Martha: amiſerat enim loquelā, viſum, auditum, & guſtum. Studeas eſſe gratioſus, & virtuoſus, & pugna contra vitia, & ſuſtine patienter tribulationes, & verecundias: nō enim eſt aliud, niſi vt vincas teipſum; quia parum eſt homini attrahere animas ad Deum, niſi vincat ſeipſum.

De Otioſitate. Cap. VIII.

OTioſus hunc mundum amittit, & alium; non fructificando ſibi nec alijs: impoſsibile eſt virtutes acquiri ſine ſolicitudine, & labore: ſi potes eſſe in ſecuro, nō ponas te in dubio. Ille eſt in ſecuro; qui laborat pro Deo. Iuuenis qui laborem recuſat, regnum cœlorum recuſat: Si ſollicitudo non prodeſt; negligentia non obeſt, nec nocet. Sicut otioſitas mala via eſt ad infernum; ita otioſitas, & quies ſancta, eſt via ad cęlum. Multum deberet homo eſſe ſollicitus ad cuſtodiendum gratiam ſibi datam à Deo, & cum ea fideliter laborare, quia ſępe amittitur fructus pro frondibus, & grana pro paleis. Quibuſdam autem dat Deus fructus, & frondes facit eis charas; quibuſdam dat vtrumque; & quidam carent vtroque. Maius reputo bona data à domino conſeruare; quam ea acquirere; qui nouit acquirere, & neſcit reponere; nunquam ditabitur: ſcire vero reponere, & neſcire acquirere, non eſt magnum; multi lucrantur multa, ſed nunquam fiunt diuites; quia non cuſtodiunt, quod lucrati ſunt: Et aliqui paulatim lucrantur, & fiunt diuites; quia id quod lucrantur, bene cuſtodiunt. Fluuius Tiberis quantam congregationem aquarum haberet; ſi non continue deflueret? homo petit donum à domino

ſine menſura,& fine,& vult ei ſeruire cum mẽſura,& fine. Qui vult ſine modo, & ſine amari, & remunerari,debet ſine modo amare,et ſine fine ſeruire; propter negligentiam ſuam homo amittit perfectionem ſuam.

Loquebatur ſemel frater Egidius cuidam volenti pergere Romam dicẽs. Quando ibis per viam, noli attrahere tibi ea, quæ videbis, ne impediant te; et ſcito eligere bonam monetá à falſa: multæ ſunt aſtutiæ inimici, & eius laquei occulti, & varij. Beatus qui exfructuat corpus ſuũ amore altiſsimi, et de bono quod facit à cœlo, inferius aliquod præmium non requirit: Si quis eſſet pauperrimus valde,& diceret ei aliquis frater. accomodo tibi hanc rẽ meam, vt per tres dies exfructues eã: & per hoc habebis theſaurum infinitum. Nonne, ille pauper ſi conſtaret ei hoc eſſe verum,ſtuderet ſollicitè rem illã exfructuare? Res mutuata nobis à Deo, eſt caro noſtra, & quaſi tres dies ſunt totum tempus vitę noſtrę: Si vis ergo frui; ſtude lucrari: Si.n.non laboras, quomodo quieſces? Si omnes agri, & vineę huius mundi eſſent vnius hominis, ſi nõ coleret eos, nec coli faceret, quem fructum perciperet inde? Alius autem habens paruam quantitatem agrorũ,& vinearum,& ipſos benè colens, percipit inde fructus pro ſe,& ꝓ alijs pluribus. Si quis vult facere malum, vix petit conſilium. Et quando vult facere aliquod bonum;ſtudet à multis conſilium perquirere. Prouerbium Ironicum eſt. Ad ſpem tui vicini non ponas ollam ad ignem. Non eſt homo beatus ſi bonam tantum habeat volũtatem, niſi bonis operibus ſtudeat eã ſequi, quia ad hoc dat Deus homini gratiam ſuam, vt ſequatur eam.

Dixit ſemel ſancto fratri Egidio quidam homo vagabũdus,vt videbatur. Frater Egidi fac mihi conſolationem: Reſpondit frater Egidius. Stude bene agere,& conſolationem habebis. Niſi enim in ſe homo præparauerit locum Deo,non inueniet locũ in creaturis Dei. Quis eſt, qui non velit facere id, quod eſſet melius non ſolum animæ ſuæ, ſed etiam corpori in hoc mundo? Nos autem nec bonum animæ, nec bonum corporis volumus operari. Ego poſſem dicere veraciter,ꝙ qui alleuiat ſibi iugum domini,aggrauat ſibi illud; & qui illud aggrauat ſibi; ipſum ſibi alleuiat. Vtinã homines facerent illud quod eſſet melius corpori etiam in hoc mundo. Qui fecit alium mũdum,fecit & iſtum; & de bonis,quę tribuit in alio mundo, poteſt in iſto retribuere,& corpus ſentit de bonis animæ.

Tunc dixit ei quidam frater. Forte moriemur antequam experiamur aliquid boni. Reſpondit frater Egidius. Pelliparij nouerunt de pellibus; Cerdones de calciamentis; Fabri de ferro, & ſic de alijs artibus. Quomodo poteſt homo ſcire artem, in qua nunquam ſtuduit? Credis tu ꝙ magni domini dent dona magna ſtultis hominibus,& inſanis? Nõ dant: Bona opera ſunt via ad omne bonum; ſicut mala opera ſunt via ad omne malum. Beatus ille, quem nulla à cęlo inferius deędificant, & quem omnia,quę videbit, & audiet vel ſciet ędificabunt, & de omnibus ſtudebit eligere vtilitatem ſuam.

De Contemptu mundi. Cap. IX.

VEh homini illi qui ponit cor ſuum, & deſiderium ſuum, & vires ſuas in rebus terrenis; propter quas relinquit, & perdit cęleſtia bona: Aquila quę volat altiſsimè, ſi haberet alligatam cuilibet alę vnam de trabibus Eccleſiæ ſancti Petri, nõ volaret ita altè: Multos inuenio laborãtes pro corpore, & paucos pro anima: multi etiam laborant pro corpore multum, frangentes ſaxa; cauando montes, & alia opera grauia faciendo; ſed pro anima quis ita viriliter, & feruenter laborat?

Auarus ſimilis eſt talpæ, quę non credit alium theſaurum eſſe, nec aliud bonum; niſi cauare terram,& inhabitare eam: tamen ſunt alij theſauri quos ignorat. Auarus cui aſsimiletur.

Aues cęli,& beſtię terræ, & piſces maris quando habent ſibi cibum competentem, contenti ſunt: Cũm ergo homo contentus non ſit terrenis rebus,ſed ſemper ſuſpiret ad alia; patet ꝙ ad hoc non fuit principaliter factus, ſed ad alia: Corpus enim factum fuit propter animam, & mundus iſte propter alium mundum. Mundus iſte eſt talis campus, ꝙ habens ex eo partem maiorem, habet partem deteriorem. Item dicebat ꝙ beato Franciſco non multum placebant formicę propter nimiam ſollicitudinem congregandi victualia ſua; ſed aues cęli magis placebant; quia non congregant in horrea.

De Caſtitate. Cap. X.

CAro noſtra eſt ſicut porcus, qui auidè currit in lutũ,& delectatur eſſe in luto. Caro noſtra cui aſſimiletur.
Caro eſt ſicut ſcrabro,qui ſemper ſtercus equinum voluere delectatur.
Caro noſtra eſt pugil diaboli.
Dixit ei quidam frater. Quomodo poſſemus cauere nobis à vitijs carnis? Reſpondit frater ſanctus Egidius dicens. Qui vult ſaxa magna, & trabes grandes transferre; ſtudeat eas transferre ingenio magis, quam viribus: & in hoc facto ſimiliter eſt procedendum: omne vitium lędit caſtitatem, eſt enim ſicut ſpeculum clarum &c. vt dictum eſt ſupra capitulo primo.

De Tentatione. Cap. XI.

GRatia magna in pace poſsideri non poteſt; quia ſemper oriuntur ei multa cõtraria: Quanto homo gratioſior fuerit, tanto plus à diabolo impugnatur: non tamen debet homo propter hoc ceſſare ſequi gratiam ſuam; quia quanto grauior fuerit pugna; tanto

to (ſi vicerit) maior erit corona. Nos ideo non habemus multa impedimenta; quia non ſumus quales eſſe deberemus: verumtamen ſi quis bene iret per viam domini, nec fatigationem haberet, nec tædium; ſed in via ſeculi fatigationem habet homo, & tędium vſque ad mortem. Reſpondit ei quidam frater dicens: tu videris dicere duo contraria ſibi ipſis. Reſpondit ſanctus frater Egidius, nonne demones plus currunt ad hominem habentem bonam voluntatem, quàm ad alios? ecce impedimentum. Et ſi quis venderet denariatam ſuam plus milies, quam valeret: quam fatigationem ibi ſentiret? Ecce ſoluta eſt contrarietas. Dico ergo ꝙ quanto quis magis erit repletus virtutibus: tanto magis infeſtatur à vitijs; & tanto magis ea odio deberet habere: de omni vitio, quod vinces, virtutem acquires. Et de quocunque vitio, magis tribularis; de eo maius præmium recipies ſi deuinces: Quacunque cauſa omittit homo ire per viam domini ſui, ipſa de cauſa amittit præmium ſuum.

Dixit ei quidam frater. tentor frequenter tentatione peſsima, & pluries dominum rogaui, vt auferret eam à me, quam non aufert. Reſpõdit ſanctus Frater Egidius. Quanto aliquis Rex magis munit milites ſuos armis: tanto vult vt fortius prælientur. Si quis etiam vadit ad prælium orationis quaſi ſine armis: quia ſentit ſe aridum, & indeuotum; Deus videns fidelitatem eius ponit in eo ſignum armorum ſuorum. Sic eſt de tentationibus aliquando ſicut eſt de agricola, qui videt ſiluam arborum, & veprium in aliquo territorio ſuo; in quo vellet facere nouale, & granum ſeminare. Sed multis laboribus, ſudoribus, & anguſtijs fatigatur, antequam colligat inde granum, & quandoque quaſi pœnitet, ꝙ laborem illum aſſumpſit, propter labores, & anguſtias, quæ ſibi in opere illo emergunt.

Primo enim intuetur ſiluam extirpandam; & non videt granum.

Secundo cum laboribus multis incidit arbores, & nondum videt granum.

Tertio cum multo labore, & graui euellit radices arborum; & nondum videt granum.

Quarto proſcindit terram, & aptat, & nondũ videt ibi frumentum, pro quo tantum laborauit.

Quinto arat iterum terram.

Sexto ſeminat eam.

Septimo purgat eam.

Octauo mettit.

Nono triturat, & hæc omnia cum labore magno facit.

Decimo reponit eum quaſi non recordans tãti laboris propter fructum multum, quem habet in fine. Multos etiam labores plures iſtis ſuſtinet; quos omnes benedicit propter granum: quia fructum bonum percipit.

Iterum dixit ei quidam. Quid poſſum facere? Si enim facio aliquid boni, habeo inde vanam gloriam, & ſi facio malum, incido in triſtitiã, & quaſi in deſperationem. Reſpondit frater Egidius, benefacis ſi doles de peccato tuo; tamen conſulo tibi vt doleas temperatè, & moderatè: ſemper enim debes credere, ꝙ maior ſit potentia Dei in parcendo, quam tua potentia in peccando: Si Deus facit miſericordiã alicui magno peccatori: credis tu ꝙ minorẽ peccatorem relinquat? Ceterum propter tentationem inanis gloriæ non deſiſtas facere bonum; ſi enim agricultor vellens iacere ſemen in terra, diceret intra ſe. Nolo ſeminare in hoc anno; quia ſi ſeminauero, fortè venient volucres, & comedent ex ſemine illo: & propter hoc ſi nõ ſeminaret, non haberet fructum terræ ſuę ad comedendum. Si autem ſeminat, licet aliquid de ſemine pereat; tamen maior pars ſeminis remanebit ei. Sic eſt de illo qui tentatur à vana gloria, & pugnat contra eam. Quidam frater dixit ei. Legitur de beato Bernardo, ꝙ ſemel dixerit ſeptem Pſalmos pœnitentiales; nec quicquam aliud cogitauit, niſi ſuper his, quæ dicebat. Reſpondit ſanctus F. Egidius, maius reputo ſi caſtrum aliquod expugnatur, & defendit ſe viriliter, & valẽter.

De Pœnitentia. Cap. XII.

Dicebat ſemel quidam iudex ſecularis ſancto F. Egidio. Quomodo poſſemus nos ſeculares aſcendere ad ſtatum gratiæ, & virtutis? Reſpondit frater Egidius.

Primo debet homo dolere de peccatis ſuis.

Secundo confiteri pure.

Tertio pœnitentiam ſibi iniunctam facere.

Quarto cuſtodire ſe ab omni peccato, & ab omni occaſione peccati.

Quinto debet ſe in bonis operibus exercere. Benedictum ſit illud malum, quod conuertitur in bonum homini: & maledictum ſit illud bonum, quod conuertitur homini in malum: Libenter debet homo ſuſtinere mala in hoc mundo; quia de hoc dedit nobis exemplum in ſe dominus noſter Ieſus Chriſtus. Beatus qui habebit dolorem de peccatis ſuis; & plorabit die ac nocte; nec conſolabitur in hoc mundo, donec perueniat illuc, vbi omnia deſideria cordis ſui complebuntur.

De Oratione. Cap. XIII.

Oratio qd ſit.

Oratio eſt initium, & complemẽtum omnis boni: quia illuſtrat animam, & per eam cognoſcitur bonum, & malum. Hanc orationem debet facere omnis peccator ad dominum, vt det ei cognoſcere miſericordiã ſuam, & peccata ſua, & beneficia ſua: Qui neſcit orare non cognoſcit Deum: Omnes qui debent ſaluari ſi habent vſum orationis; de neceſsitate oportet, vt in fine ſuo ſe ad orationem conuertant. Ponamus ꝙ aliqua mulier ve-

recunda multum, & ſimplex haberet vnicum filium; qui propter aliquam offenſam eſſet captus à Rege,& ad ſuſpendium duceretur; non ne hæc vidua licet verecunda, et ſimplex, ſolutis crinibus, & nudato pectore vociferãdo clamaret; & ad Regem rogandum curreret pro liberando filio ſuo. Amor filij, & neceſsitas mulierem verecundam, et vix extra limen domus exeuntem prius; quaſi effrontem poſtea compellit ire per plateas inter homines eiulãtem, et ſimplicem reddit ſapientem. Sic bene ſciret orare, et vellet, qui mala ſua, & pericula,& damna ſua veraciter cognoſceret.

Dixit ei quidam Frater. Multum deberet homo dolere, quando in oratione non poteſt gratiam deuotionis inuenire. Reſpondit Frater Egidius, conſulo tibi, ꝙ planè facias factũ tuum: Si.n. haberes aliquantulum boni vini in vegete, et fex eſſet ſub vino; velles tu vegetem concutere, & vinum cum fece miſcere? Non eſſet hoc faciendum; & ſi mola molendini aliquando nõ facit bonam farinam, molendinarius non confeſtim confringit eam cum maleo; ſed planè, & paulatim reparat molam illam, et poſtea facit bonam farinam. Facias tu ſimiliter: et cogita te nullatenus eſſe dignũ conſolationem aliquam à Deo in oratione accipere: Nam ſi quis vixiſſet ab initio mundi vſque nunc, et victurus eſſet vſq; ad finẽ mundi, et in oratione deduxiſſet omni die plenam paropſidem lachrimarum, non eſſet dignus, tunc in fine mundi, vt dominus conſolationẽ aliquam, vel vnicam ei daret.

Dicebat ei aliquando frater quidam. Quare plures tentationes patitur homo quando orat Deum; quàm alijs temporibus? Reſpondit frater Egidius: quando aliquis habet cauſam cõtra aliquem aduerſarium ſuum in curia Principis alicuius: ſi homo ille vadit ad principem illum, vt proponat, et faciat aliquid contra aduerſarium ſuum; aduerſarius ille hoc ſciens, opponit iſti totis viribus, ne ſententia detur pro iſto: Sic facit diabolus contra nos. Ideo ſi ſteteris in colloquio cum alijs; videbis frequenter te non ſentire multa bella tentationum: Sed ſi ad orationem perrexeris ad recreandam animam tuam; tunc ſentiens contra te ignita iacula inimici; non debes tamen propter hoc orationem relinquere; ſed firmus ſtare: quia hęc eſt via ad ſupernam patriam: Et ille, qui propter hoc orationem relinquit, eſt ſicut ille, qui de pręlio fugit.

Dicebat ei quidam. Multos video, qui ſtatim videntur habere gratiã deuotionis, et lachrymarum, quando vadunt ad orationem; ego autem inde vix poſſum aliquid ſentire. Reſpõdit frater Egidius. labora fideliter, et deuotè; quia gratiam, quam non dat tibi Deus vna vice; poterit dare alia: Et quod non dat tibi vno die, vel in vna ſeptimana; poterit tibi dare in alia die, vel in alia ſeptimana, vel in alio menſe, vel anno: Pone tu laborem tuum; & Deus ponet gratiam ſuam, ſicut ſibi placebit. Faber qui fabricat cultellum; antequàm cultellus perficiatur, multas dat tunſiones ſuper ferrum, de quo facit cultellum; ſed poſtremo in vna percuſsione cultellus perficitur. Multũ debet homo eſſe ſollicitus de ſalute ſua: Si.n. totus mundus eſſet plenus hominibus etiam vſque ad nubes, ſi eſſet poſsibile; et de his nõ deberet ſaluari niſi vnus; tamen quilibet deberet ſequi gratiam ſuam, vt eſſet ille vnus; quia non eſt amittere corrigiam calciamenti, amittere ſupernam patriam. Sed veh nobis, quia eſt qui det, et non eſt qui accipiat.

Alio tempore quęſiuit quidam à ſancto fratre Egidio. Quid facis frater Egidi? Reſpondit facio malum.

Ille vero dixit iterum fratri Egidio. Quod malum facis tu, qui es frater minor? Et frater Egidius dixit cuidam fratri minori aſtanti. Frater quis eſt paratior, vel Deus dare nobis gratiam ſuam; vel nos accipere? Reſpondit ille. Deus eſt paratior dare nobis, quàm nos accipere. dixit frater Egidius, et facimus nos benè? Ille frater reſpondit. Imo facimus male, et conuerſus frater Egidius ad illum, qui quęſierat ab eo quid faceret, ait, ecce patet ꝙ dixeram tibi verum: cum reſpondi me facere malum.

Item dicebat, multa opera commendantur in ſacra ſcriptura: vt veſtire nudos, paſcere famelicos, et alia multa: tamen de oratione dominus loquens dicit. Nam et pater tales quærit, qui adorent eum: Bona opera adornant animam: ſed oratio nimis eſt magnum quid. Sancti religioſi ſunt quaſi ſancti lupi, qui vix Nota. exeunt in publicum niſi pro magna neceſsitate, et tunc in publico contrahunt paruam moram.

Dicebat fratri Egidio quidam frater familiaris eius. Quare non exis aliquando ad homines ſeculares volentes tibi loqui? Reſpondit frater Egidius dicens: volo ſatisfacere proximo meo cum bono animæ meæ: Non credis tu, ꝙ ego darem potius aliquando mille libras, ſi haberem eas, quam ego darem me proximo? Reſpondit Frater, credo. Et credis ꝙ ego darem potius quatuor millia librarum, quàm darem me aliquando proximo? Reſpondit ille credo. dixit ei ſanctus Frater Egidius. dominus dicit in Euangelio: Qui reliquerit patrem, et matrem, et fratres, et ſorores etc. propter nomen meum centuplum accipiet in hoc mundo.

Fuit autem quidam Romanus, qui intrauit ordinem fratrum minorum; cuius facultates dicebantur valere ſexaginta millia librarum: ergo aliquod magnum eſt, quod dat in hoc mundo dominus Deus, ex quo valet centies

ſexa-

ſexaginta milia librarum; ſed nos ſumus cæci, et velati: Si videremus hominem multũ gratioſum, et virtuoſum non poſſemus ferre perfectionem eius; Si quis eſſet vere ſpiritualis vix videre vellet aliqua, vel audire, vel moram facere cum aliquo, niſi pro magna neceſſitate, ſed ſemper optaret ſolitarius eſſe.

Dicebat iterum de ſeipſo; ego potius vellem eſſe cęcus; quàm eſſe pulchrior, vel ditior, vel ſapientior, vel nobilior homo de mundo. Dixit ei quidam. Quare velles eſſe potius cęcus, quàm habere iſta? Reſpondit: quia timeo nè impedirent iter meum. Beatus erit qui nõ cogitabit, nec dicet, nec faciet aliquid reprehenſibile.

Interrogauit aliquando frater Egidius quendam fratrem dicens, quid dicunt iſti ſapiẽtes de contemplatione? At ille dixit; multa dicunt; & ille, vis vt dicam tibi quid mihi videtur? et ille modo dic. dixit ſanctus Frater Egidius fratri. Gradus contemplationis mihi videtur eſſe. Ignis, vnctio, extaſis, contemplatio, guſtus, requies, gloria.

De cautela ſpirituali, et eius conſideratione. Cap. XIIII.

SI vis bene videre, erue oculos tuos, et eſto cęcus.
Si vis bene audire; eſto ſurdus.
Si vis bene loqui, eſto mutus.
Si vis bene ambulare, abſcinde tibi pedes.
Si vis bene operari, mutila tibi manus.
Si vis bene amare, habeas te odio.
Si vis bene viuere; te mortifica.
Si vis bene lucrari; ſcito perdere.
Si vis eſſe diues; eſto pauper.
Si vis eſſe in delitijs; affiige te.
Si vis eſſe ſecurus; eſto ſemper in timore.
Si vis exaltari, humilia te.
Si vis honorari; deſpice te, & honora te deſpicientes.
Si vis habere bonum; ſuſtine malum.
Si vis eſſe in quiete; labora.
Si vis benedici; deſidera maledici. O quàm magna ſapientia eſt ſcire hoc facere, et quia magna ſunt; non omnibus data ſunt: Si mille annis viueret homo, nec haberet aliquid facere extra os ſuum, ſatis haberet facere intus in corde ſuo, nec poſſet ad complementum perfectum venire, tm̃ haberet facere ſolum intus in corde ſuo: Nullus deberet velle videre, vel audire aliquid, ſiue loqui de aliqua re, niſi vſque ad vtilitatem ſuam, nec vltra procedere vllo modo; Qui non vult cognoſcere, non cognoſcetur: Sed veh nobis: illi qui habent dona Dei, non cognoſcunt; et qui non habent, non quærũt; homo fingit Deum qualem vult: Sed ipſe eſt talis, qualis ipſe eſt.

De ſcientia vtili, et inutili: et de Prædicatoribus verbi Dei. Cap. XV.

QVi vult ſcire ſatis, inclinet caput ſatis, et operetur ſatis, et trahat ventrem per terram, et dominus docebit eum ſatis: Summa ſapientia eſt bona opera facere; bene cuſtodire ſe, et iudicia Dei conſiderare.

Dixit ſemel cuidam volenti ire ad ſcolas cauſa diſcendi. Cur vis ire ad ſcolas? Summa totius ſcientiæ eſt timere, et amare Deum: hæc Deo ſufficiunt tibi, tantam ſapientiam habet homo, quantum boni operatur, et non plus: Non ſis nimis ſollicitus eſſe vtilis alijs; ſed eſto magis ſollicitus, vt ſis vtilis tibi ipſi. Volumus aliquando multa ſcire pro alijs, et pauca pro nobis: verbum Dei non eſt audientis, vel dicentis; ſed operantis illud; multi neſciẽtes natare, intrauerunt in aquas: vt adiuuarent pereuntes in eis, et cum pereuntibus perierunt: prius erat vnum damnum, poſtea fuerunt duo. Si benè procuras ſalutẽ animæ tuę; benè procurabis ſalutem omnium amicorum tuorum. Si benè facis factum tuum; bene facis factum omnium benè volentium tibi; prædicator verbi Dei poſitus eſt à Deo, vt ſit candela, ſpeculum, & vexillifer populo Dei. Beatus eſt ille, qui dirigit aliquos per viam rectam; & ipſe non ceſſat ire per eam: Sicut enim inuitat aliquos ad currendum, quo ipſe currere non deſiſtit; ſic eſt adiutor alijs, vt fiant diuites, vt ipſe ex hoc non fiat pauper: Credo ꝙ bonus prędicator magis loquitur ſibi, quàm alijs. Videtur mihi ꝙ qui vult animas peccatorum trahere, magis debet timere ne ipſe ab alijs malè trahatur. Cui dixit quidam frater. Quomodo? Et ille, auerte oculos tuos, nè videant vanitatem: Illi qui dicunt non comprehendunt; & illi qui audiunt, non intelligunt. Dixit ei quidam, quid eſt melius bene prędicare, an facere? Reſpondit quis magis meretur? Vadens ad domum ſancti Iacobi; vel viã ad ſanctum Iacobum eundi alijs oſtendens? Multa video, quę non ſunt mea; multa audio, quę non intelligo; & multa loquor, quæ non operor: ergo videtur mihi, ꝙ per ſolũ viſum, loquelam, & auditum non ſaluatur homo.

De verbis bonis, & non bonis. Cap. XVI.

QVi loquitur bona verba, eſt quaſi os Dei: & qui loquitur mala verba, eſt quaſi os diaboli. Quando ſerui Dei cõgregantur in aliquo loco ad colloquendum, debent tractare de pulchritudine virtutum: vt placeant eis virtutes; quia ſi placerent eis, exercerentur in eis: & ſi exercerentur in virtutibus; ſemper ab eis virtutes amplius amarentur. Quãto magis homo eſt plenus vitijs; tanto eſt magis ei neceſſarium de virtutibus loqui: Sic enim ex frequenti colloquio ſancto de virtutibus, faciliter inducitur, & diſponitur

tur

tur ad virtutes. Sed quid dicemus? De bono non poſſumus dicere bonum; & de malo non poſſumus dicere malum. Quid ergo dicemus? De bono enim non poſſumus dicere quãtum bonum ſit; nec etiam de malo quantum malum ſit; cum vtrumque incomprehenſibile ſit à nobis: Ego non reputo minoris virtutis eſſe ſcire bene tacere; quantum ſcire bene loqui: Et videtur mihi, ꝙ homo deberet habere collum ad inſtar gruis; vt quaſi per multos nodos tranſiret verbum; antequam ex ore egrederetur.

De Perſeuerantia. Cap. XVII.

QVid prodeſt homini ieiunare, orare, eleemoſynas facere, ſeipſum affligere, ſentire quoque magna de cęlo, & non peruenire ad portum ſalutis? Ecce aliquando apparet aliqua nauis in mari formoſa, magna, noua, & multo theſauro plena; tamen ſibi aliquo periculo occurrente; ad portum ſalutis non venit: ſed miſerabiliter perit. Et quid illa omnis bonitas, & pulchritudo eius? Et iterum apparet aliquando in mari nauis aliqua deformis, non grandis, vetuſta; deſpecta, non multo theſauro repleta, & cum multo labore euadens maris pericula: Fęliciter tandem venit ad portum, & hæc ſola commendabilis. Simile quoque euenit in hominibus mundi huius: merito ergo omnibus eſt timendum. Quãuis arbor ſit nata, non tamen ſtatim eſt magna; & ſi magna, non florida, & ſi floret non ſtatim producit fructus; & ſi producit fructus, non ſtatim magnos; & ſi magni, non tamen ſunt maturi, & ſi maturi non omnes ad os comedentis perueniunt: ſed multi decidunt, & putreſcunt, & vel à porcis, vel à beſtijs alijs deuorantur. Dixit ei quidam. Dominus benefaciat te finire. Reſpondit frater Egidius. Quid mihi prodeſt ſi regnum cœlorum centũ annis mãducaſſem, nec bene finirem? Duo magna bona hominis reputo. Deum amare: & ſemper à peccato cauere. Qui haberet hæc duo haberet omnia bona.

Homo quę habere debeas.

De Religione. Cap. XVIII.

DIcebat ſanctus frater Egidius de ſeipſo loquens, vellem potius habere modicũ gratiæ in religione; quàm multum in ſeculo; quia plura pericula, & pauciora adiutoria ſunt in ſeculo, quàm in religione: Sed homo peccator plus formidat bonum ſuum; quàm malum ſuum: quia timet pęnitentiam agere, & religionem intrare; pluſquam in peccato iacere, vel in ſeculo remanere.

Item petijt ab eo quidam ſecularis: ſi religionem deberet intrare. Cui frater Egidius dixit. Si quis pauperrimus ſciret theſaurum præcioſum abſconditum in aliquo agro cõmuni: nunquid ab aliquo conſilium quęreret; an ad theſaurum ire deberet? Quanto magis ad fodiendum cœleſtem theſaurum deberet timẽs homines ire cum feſtinatione? hoc vt ille audiuit venditis omnibus bonis ſuis religionẽ intrauit.

Dicebat quoque ſanctus frater Egidius, multi religionem ingrediuntur: & quę conueniunt religioni, non operantur. Et ſunt huiuſmodi, ſicut agricola, qui arma Orlandi indueret; & cum eis pugnare neſciret: Non enim omnes homines equm baiardum ſcirent equitare: nec inſidentes ei ſcirent à caſu ſibi cauere: Non reputo magnum curiam regis intrare; nec reputo magnum bona à rege recipere: ſed magnum reputo ſcire, ſicut decet in curia regis ſtare. Curia magni regis eſt religio; quã non eſt magnum intrare; & aliqua dona Dei in ipſa recipere; ſed ſcire ſicut decet in ea viuere, & vſque in finem perſeuerare, & deuotè, ac ſollicitè. Potius vellem in ſeculari ſtatu exiſtere, & viuere, & ad religionis ingreſſum ſuſpirare: quàm in religione exiſtere, & ſatur eſſe. Glorioſa Virgo mater Dei nata fuit de peccatoribus, & peccatricibus, nec fuit in aliqua religione, & tamen eſt id, quod eſt: debet religioſus credere ſe neſcire, nec poſſe viuere ſine religione. Videtur mihi, ꝙ religio fratrũ minorum vere fuit miſſa à Deo in hunc mundum ad magnam hominum vtilitatem: Sed veh nobis, niſi ſimus tales homines, quales eſſe debemus; religio fratrum minorum videtur mihi paupetior, & ditior huius mũdi; Sed hoc mihi videtur noſtrum vitium: quia nimis volumus altè ambulare: à principio mundi vſque nunc melior religio, nec expeditior religione fratrum minorum apparuit.

Ille diues eſt, qui imitatur diuitem.

Ille eſt ſapiens, qui imitatur ſapientem.

Ille eſt bonus, qui imitatur bonum.

Ille eſt pulcher, qui immitatur pulchrum.

Ille eſt nobilis, qui imitatur nobilem: dominum Deum noſtrum.

De Obedientia. Cap. XIX.

QVanto magis conſtrictus eſt religioſus in amore Dei ſub iugo obedientię, tãto maiorem fructum reddet: Et quanto magis eſt religioſus obediens, & ſubiectus prelato propter honorem Dei: tanto magis eſt paupet, & mundus à peccato ſuo præ cęteris hominibus huius mundi.

Religioſus bene obediens, ſimilis eſt homini bene armato; vel militi ſedenti ſuper bonum equm; qui tranſit ſecurus inter hoſtes: & nemo poteſt eum offendere.

Religioſus autem obediens cum murmure, ſimilis eſt militi inermi, ſedenti ſuper malum equm; qui tranſiens inter hoſtes, cadit, & ab inimicis rapitur.

Religioſus, qui in propria voluntate vult viuere; ad ignẽ inferni vult ire: Quandiu bos tenet caput ſub iugo, implentur horrea frumento: Bos autem non tenens caput ſub iugo; ſed

vagando

vagando diſcurrens: magnus dominus ſibi eſſe videtur: ſed frumento horrea non implentur. Magni, & ſapientes ponunt caput humiliter ſub iugo obedientię: Et ſtulti deſub iugo caput extrahunt; & obedire contemnunt. Mater quandoque nutrit filium, & exaltat; qui poſtquam magnus effectus eſt; matri per ſuã ſuperbiam non obedit: ſed eam deridet, & ſpernit: Maius reputo obedire homini prælato propter amorem Dei: quàm obedire ipſi creatori per ſeipſum mandatum aliquod imperanti: Qui.n.obedit Vicario domini: bene obediret dño ſibi aliquid imperanti. Videtur autem mihi, ꝙ ſi quis eſſet in tãta gratia, ꝙ cũ Angelis loqueretur; ſi vocaretur ab homine, cui promiſit obedientiam: deberet colloquiũ dimittere angelorum; & homini, cui propter Deum promiſit obedientiam, obedire. Qui vero ponit caput ſub iugo obediẽtię, & vt ſequatur viam perfectionis, poſtea extrahit de ſub iugo obedienſiæ caput ſuum, hic eſt ſignum latentis ſuperbiæ magnæ. Bona conſuetudo eſt via ad omne bonum, & mala conſuetudo eſt via ad omne malum.

De memoria mortis. Cap. XX.

SI quis vixiſſet ab initio mundi vſque modo, & ſemper paſſus fuiſſet malum in omni vita ſua; & modo iret ad omne bonũ: quid noceret ei; omne malum quod paſſus eſt? Et ſi quis habuiſſet ſemper bonum ab initio ſeculi vſque nunc; & nunc iret ad omne malum; quid prodeſſet ei omne bonum, quod habuit? Dixit ei quidam ſecularis. Vellem in hoc mundo diu viuere; & in omnibus abundare; cui reſpondit. Si viueres mille annis, & eſſes dominus totius mundi; in morte quod pręmium reciperes à corpore, cui ſeruiſti? Sed in modico tempore, qui ſe bene gerit, & bene ſe cuſtodit: præmium inenarrabile recipiet in futuro.

De Contemplatione. Cap. XXI.

CVm nullus ſit, qui ad cõtemplatiuam uitam aſcendere valeat, niſi per actiuam fueriter, & deuotè exercitatus fuerit; oportet vt cum omni ſollicitudine actiua vita vtatur. Ille eſſet bonus actiuus, qui ſi poſſibile eſſet, omnes pauperes huius mũdi paſceret, omnes veſtiret, omnia eis neceſſaria tribueret abundanter, & omnes Eccleſias, & hoſpitalia, & omnes potentes huius mundi faceret; & ſi poſtea haberetur malus homo ab omnibus hominibus de mundo, & ipſe bene hoc ſciret, & nollet teneri niſi malus, & propter hoc à nullo bono opere ceſſaret; ſed magis ardenter, frequenter, & feruenter in omni bono opere ſe exerceret: ſicut ille, qui non vult, nec deſiderat, nec expectat aliquid in meritum in hoc mundo. Conſiderans qualiter Martha ſollicita circa frequens miniſterium, adiuuari petẽs à ſorore, à domino eſt increpata: & tamen à bono opere non ceſſauit: Sic & bonus actiuus nulla increpatione, vel deſpectione debet à bono opere ceſſare; quia non terrenum ſed æternum expectat habere inde præmium. Ad contemplandam gloriam diuinæ maieſtatis, nullus poteſt accedere, niſi per feruorẽ ſpiritus, & frequentem orationem: Et per feruorem ſpiritus accenditur homo, & ad contemplationem aſcendit, quando cor cum membris eſt ad hoc totum diſpoſitum plenè, ita ꝙ nihil aliud vult, nec poteſt cogitare: niſi quod habet, & ſentit: Ille eſſet bonus contemplatiuus, qui ſi haberet inciſos pedes, & manus, & extractos oculos, & inciſum naſum, aures, & linguam præ magnitudine ſuauiſſimi, & ineffabilis, & inextimabilis odoris, gaudij, & dulcedinis nulla alia membra, nullaque alia, quæ citra cœlum excogitari poſſunt; curaret, vel habere deſideraret, propter illud quod habet, & ſentit. Sicut Maria ſedens ſecus pedes domini tantam recipiebat dulcedinem verbi Dei, ꝙ nullum habebat membrum, quod poſſet, vel vellet facere aliud, quàm id quod faciebat: Et hoc eſt ſignum, ꝙ conquerenti ſorori ſuę ꝙ eam non adiuuaret; nihil verbo vel indicio reſpondit; cuius aduocatus factus eſt Chriſtus pro illa reſpondens; quę reſpondere nõ poterat, quia aſſentiebat, & cogitabat quæ illa clamabat, contemplari eſt ab hominibus eſſe diuiſum, & ſoli Deo eſſe coniunctum.

De Virtutibus. Cap. XXII.

DE diuinis rebus fit homo diues, & de humanis fit pauper, ergo multum ea debet diligere homo, & iſta odire: ſicut vniuerſæ viæ terræ plenæ ſunt vitijs, & peccatis: ſic omnes viæ cœli plenæ ſunt gaudijs, & virtutibus: Gratiæ, & virtutes ſunt creaturis præparatę vocantes omnes, & dicentes: venite & recipite nos, & docebimus vos viam virtutis, & miſer homo non vult ire: Cuius culpa ergo: ſi homo viuit in miſeria, & paupertate; cum vocetur ad dominum, & non vult laborare ire ad ipſum? & ideo dignus eſt pęnis ęternis: Sicut virtutes, & gratiæ ſunt viæ, & ſcalæ eundi ad regnũ cœlorum: ita vitia, & peccata ſunt viæ, & ſcalę eundi ad profundum inferni. Periculoſum eſt à domino petere gratias, & virtutes; quia ſi ſecundum gratias, & virtutes à domino tibi datas non operaris; efficeris maior inimicus Dei. Et ita plus petere, eſt te maiorem Dei inimicum facere propter ingratitudinem. (Homo quo [illegible] ues, & pauper fiat.)

Quanto maiora dona offert dominus ſeruo ſuo; tanto eſt magis ingratus, ſi non cuſtodit, & reddit ſibi gratiam.

Quanto magis eſt homo plenus vitijs, & peccatis; tanto eſt magis ei neceſſarium loqui de virtutibus, & gratijs.

Quanto magis impugnatus eſt a vitijs, & à peccatis; & tanto magis debet ea odiu habere: Vnde de omni vitio, quod vicerit, acquirit ſibi virtutem.

De dictis moralibus fratris Egidij.
Cap. XXIII.

Gratiæ & virtutes in oratione inuentæ.

MVltæ merentur, & inueniuntur gratiæ in oratione,& virtutes: quarum.
Prima eſt hęc, ꝙ illuminatur homo in mēte.
Secunda. ꝙ roboratur in fide.
Tertia, quia ſuas cognoſcit miſerias.
Quarta, quia peruenit in timorem, & humiliatur,& vileſcit ſibi ipſi.
Quinta, quia peruenit in contritione.
Sexta, quia occurrunt lachrimæ contritionis.
Septima, quia venit in cordis emendationē.
Octaua, quia purificatur conſcientia.
Nona, quia ſtabilitur in patientia.
Decima, quia ſupponit ſe obedientię.
Vndecima, quia peruenit in veram obedientiam.
Duodecima, quia peruenit in ſcientiam.
Tertiadecima, quia peruenit in intellectum.
Quartadecima, quia peruenit in fortitudinē.
Quintadecima, quia peruenit in ſapientiam.
Sextadecima, quia peruenit in notitiam Dei; quia ſe manifeſtat his, qui adorant eum in ſpiritu,& veritate.
Poſtea accenditur in amorem.
Currit in odorem.
Peruenit in dulcedinem ſuauitatis.
In mentis quietem ducitur.
In gloriam perducitur. Poſtquàm autem poſuit os in verbo altiſsimi, vbi anima ſatiatur; quis poterit eam ſeparare ab oratione, quæ perducit ad contemplationem? Vt autem ad prędicta quis perueniat; inter multa alia ſex ſunt neceſſaria, videlicet.

Neceſſaria ad gratiam contemplationis.

Cōſideratio ſuorum malorum pręteritorum, de quibus oportet ꝙ doleat.
Cautela de pręſentibus.
Timor de futuris.
Conſideratio miſericordię Dei, quę hominem expectat de peccatis ſe non vlciſcendo: cum pro illis mortalis homo ſit dignus pęna ęterna ſecundum iuſtitiam diuinam.
Attentio beneficiorum Dei, quæ explicari nō poſſunt, videlicet, beneficia incarnationis, quam pro nobis aſſumpſit: paſsionis, quam ꝑ nobis ſuſtinuit: doctrinæ, quam nobis reliquit: Et gloriæ, quam, nobis promiſit.
Item dicebat ea, quę odit ſecularis; religioſus debet diligere. ſ. paupertatem, Verecundiam, nuditatem, famem, ſitim, vilitatem, & his ſimilia. Dicebat ſanctus frater Egidius de religione. Nauis fracta eſt, conflictus factus eſt, fugiat qui fugere poteſt; & euadat ſi poteſt.
Item dicebat in feruore ſpiritus. Pariſius pariſius: deſtruis ordinem beati Franciſci.
Item docuit quēdam prædicatorem vt diceret: bo bo multum dico,& poco fo, ideſt parum facio.
Item audiendo quendam dicentem operarijs vineę: fate, e non parlate. vocauit fratres dicens, audite quid iſte dicit. facite, & non loquimini.
Cuidam interroganti quare magis in homine pullularent mala, quam bona? reſpondit. poſt maledictionem pronior eſt terra ad producēdum malas herbas, quàm bonas: tamen aſsiduus cultor ita frequenter poſſet operari, ꝙ herbę malę vix poſſent aſcendere.
Item quęrenti de prædeſtinatione: dixit ꝙ ſufficiebat ſibi ripa maris ad lauandum pedes, manus,& totum corpus; & ſtultus erat ſi quęrebat de illa aqua, quæ erat in profundo maris; & cui ſufficit ſcientia ad bene viuendū: nimis alta non quærat.

Reſponſio ad quæſtionē de prædeſtinatione.

Item dicebat, debes Deum rogare, vt non faciat tibi multa bona in hoc ſeculo; vt te mittat ad dura prælia; & non te adiuuet propter maius pręmium.
Item dicebat, in hoc poteſt cognoſci ſi quis Deum perfectè diligit: ſi omni ſollicitudine ſeparat ſe à vitijs: & quottidie magis operatur bonas operationes.
Item dicebat, iſtud eſt de ſummis donis domini Dei, videlicet cuſtodire gratiam ſibi à domino datam; & ſcire lucrari, & exfructuare eam in bonis operibus,& à peccatis cauere.
Item dicebat, maior virtus eſt ſequi gratiam; quam tribulationes patienter ſuſtinere: Plerique enim patienter tollerant tribulationes; ſed non ſequuntur gratiam.
Item dicebat, tantum eſt dicere frater minore quantum, videlicet ſubiacere ſub pedibus omnium; quia quanto plus eſt deſcenſus; tanto magis aſcenſio.
Item dicebat, qui plus amat, plus deſiderat.
Item dicebat, magis timere debemus de bonis; quàm de malis, malum ſequitur homo; ſed bono eſt contrarius.
Item dicebat, ſic debemus conuerſari inter homines, vt non perdamus, quod Deus operatur in nobis; & ſtudeamus, & ſciamus nos ſaluare cum paucis. Exemplum. Sępius enim contingit, ꝙ qui ſcit natare; ſi non ſapienter, & cautè ſciat iuuare illum; qui in aquis periclitatur; vt ſimul pereant,& moriantur.
Item dicebat, ꝙ de gratia, quam non habet homo; tenebitur inde reddere rationem: quia cum dominus creaturam ſuam beneuolentia, & gratia ſua creat; etiam ex natura deberet eſſe beneuolus,& gratioſus. Vnde ex negligentia, & imperfectione ſua perdit homo perfectionem ſuam, ſi enim benè, & ſollicitè laboraret in gratia ſibi data,& collocata; inueniret,& daret ſibi gratiam, quam non habet.
Item dicebat, melius eſt eſſe in domo Dei. hoc eſt in religione plena ſerpentibus, & ibi dominus; quam eſſe in domo pulchra plena delitijs,& diuitijs ſine vera pœnitentia.
Item dicebat volo inquit.

Primo eſſe obediens vſque in mortem.
Secundo volo ſubiacere pedibus aliorum.
Tertio volo me durė teprehendere, & caſtigare.
Quarto carnes meas volo dentibus lacerare.
Quinto ſi voluntariė ab his nollem me retrahere; volo per vim cum torque in collo retrahere me.

Interrogatus quid ſentiret de beato Fran. Reſpondit totus inflammatus ex auditu beati Fran. dicens, Ille homo beatus Fráciſcus nunquam deberet nominari; quin homo prægaudio lamberet labia ſua; tantummodo vnum ſibi defuit. ſ. corporis fortitudo: Si. n. tale corpus habuiſſet, quale ego habeo. ſ. ita robuſtú; proculdubio totus mundus eum minime ſequi potuiſſet: prædicta de vita & dicta ſancti fratri Egidij ad pręſens ſufficiant.

De beato fratre Corrado de Offida.

IAcet Peruſij in conuentu frater Corradus de Offida ſanctitate inſignis: hic dum quatuordecim annorum eſſet, venit ad ordinem, & cum eſſet ad ſtudium poſitus: ſe deinde de ſtudio leuauit; faciens deinde officium per decem annos eleemoſynę, ſimiliter etiam coquinæ.

In loco Forani prouincię Marchię; cum frater Corradus in cella ſequeſtrata à fratribus in ſilua eſſet; & venatores beſtias inſequerentur, lupus ſic inſecutus ad cellam venit prędicti fratris Corradi, & exiens ad eum cępit eum per collum ſicuti agnum, & duxit eum ad locum fratrum: Quod videntes frates, mirati ſunt, & cęperunt prædeuotione lachrimari fortiter, videndo ſanctitatem prędicti fratris.

In dicto loco dum eſſet hic ſanctus frater Corradus cum ſocio fratre Petro de Monticulo; & in feſto Purificationis beatam Virginem rogaret; vt ſibi aliquam dulcedinem daret de illa conſolatione, quam exhibuit ſancto Simeoni; ſuum filium in ſuis vlnis collocando: ſtatim ſuit exauditus. Nam domina noſtra apparuit cum filio cum tanto lumine; ꝙ non ſolum tenebras effugabat; ſed etiam cuncta lumina ſuperabat, & appropinquans ad ſanctú fratrem Corradum; puerum ſuum ſpecioſum præ filijs hominum poſuit in eius vlnis: Quem ſanctus frater Corradus deuotė accipiens, & labia labijs imprimẽs, & pectori pectus aſtringens, totus liquefiebat in oſculis, & amplexibus charitatis. Hæc omnia frater Petrus prædictus, qui latenter iuerat ad obſeruandum eum, luce clara videbat: ac ex hoc magnã habebat conſolationem. Et cum per ſpacium ſic ſtetiſſet, beata Maria tandem cum filio recedens; ei omnia frater Petrus recitauit: Cui frater Corradus impoſuit, ne quandiu viueret alicui reſeraret.

Hic frater Corradus in loco Sitioli orando, liberauit obſeſſam à demone; & ſtatim inde receſsit, ne mater puellæ ad eum accederet; aut nė concurſus fieret ad eum populorum.

Cum ad locũ natiuum Offidę ipſe Frater Corradus iuiſſet vice quadam; & ibi eſſet quidã. F. Iuuenculus, qui de officio, & alijs actibus regularibus non curabat, & inſolentiſsimė viuebat; adeò ꝙ omnes fratres conturbaret, cum hoc dicto fratri Corrado à fratribus eſſet expoſitum, & compatiens tam fratribus, quàm iuueni; ipſum ad ſe vocans verba tam efficatia illi dixit; ꝙ facta manu domini ſuper eum, ſtatim mutatus eſt in virum alium; ita ꝙ factus eſt in moribus de puero ſenex; ſollicitus; deuotus; obediens; pacificus; & obſequioſus: ita ꝙ fratres ſicut prius de ipſo triſtabantur; ſic & poſtea ſummė lętabantur.

Sanctus frater Corradus fuit magnus prædicator, & Deus ipſum vita, & miraculis reddidit celebrem incomparabiliter poſt mortem: Nam cum innumeris corruſcaret miraculis, inter alia, quinque mortuos ſuſcitauit, vt aſſeruit diabolus, vt habetur infra fructu. 14. & conformitate in miraculis de indulgẽtia Portiunculæ: Propter cuius miracula; quia ipſe in loco de Inſula Aſsiſij deceſſerat, & ibi iacebat, Peruſini illuc pergentes; manu armata Peruſium deduxerunt, & ſtatim miracula facere ceſſauit; ſed in primo loco, ideſt de Inſula inuocantibus, mira adhuc agit, vt dicitur.

In dicto loco Peruſij iacet beatus frater Ventura laicus paupertatis amator, charitate plenus, qui fratres forenſes recipiebat, & ſanctitate pręclarus, qui iſtis temporibus decedens, nunc, coruſcat miraculis. Fr. Ventura.

In prædicto loco de Peruſio iacet frater Nicolaus laicus de Aſsiſio, & infirmarius charitate plenus, & vita ſanctiſsimus, qui parum eſt, ꝙ deceſsit, & ipſum à Deo mirificatum in cęlis; miracula atteſtãtur in terris: quæ per eius preces, & merita dominus quottidie operatur. Frater Nicolaus.

De fratre Senſu laico.

IN loco montis Iouis de Peruſio, iacet frater Senſus laicus, vir altę contemplarionis, & rapus. Hic ſemel comedebat in die, & caules mareidos ſtantes tota die ad ſolem: Hic adeo in cella eſſe dilexit: ꝙ & ſi intenſi eſſent calores, de ipſa non exibat, & tantum in cella eſſe delectabatur, ꝙ pro toto mundo illam delectationem non mutaſſet. Vnde dicebat ipſe frater Senſus, ſi mihi concederetur viuere vſque ad finem mundi, & eſſem ſemper ſanus, & eſſem dominus auri, argenti, hominum, & mulierum, habendo omnem delectationem, & diceres mihi in fine mundi, habebis vitam æternam, & fieret mihi optio. Accipe omnia ſupradicta, vel ſta in cella tua. Ego vellem potius ſtare in cella mea ſine oculis, manibus & pedibus cum illo, quod dat mihi Deus in cella mea, quam omnia ſupradicta. Et licet eſſet

laicus: illuminatus tameu multa pulchra dicebat, & reſpondebat.

Locus Tuderti.

Frater Guilielmus.

IN Tuderto iecet ſãctus frater Guilielmus, qui quandam puellam nomine Clarutiam in aquis molendini ſubmerſam; ſua inuocatione á mortuis ſuſcitauit.

Puerum propinquum morti non valentem mamillas recipere, ſua innocatione ſanauit.

Inter contractos, & curuos ſex liberauit.

A varijs oculorum infirmitatibus, quinque curauit.

Cuidam muto loquelam reſtituit.

Vſum manuũ, & pedum tribus prębuit.

Duos a febre eripuit.

Mulierem ab infirmitate mamillarum, & quendam á demonio liberauit.

Dominum fratrem Ioannem de murro Cardinalem noſtrum ab infirmitate curauit.

Duos mortuos ſuſcitauit.

In dicto etiam loco Tuderti ſepultus eſt ſanctus frater Rugerius, qui tam euidẽti emicuit ſanctitate; ꝙ dominus Papa Gregorius nonus verè ſanctum appellauit; & eius memoriã apud Tudertum conceſsit celebrari.

In dicto etiam loco Tuderti iacet frater Petrus de Galliendo, qui multá miracula fecit poſt mortem ſuam.

Frater Iacobus.

In dicto loco fratrum; ſed in monaſterió ſororum ſanctæ Claræ de monte ſancto, iacet ſanctus frater Benedictoli, q dicitur frater Iacobus de Tuderto; vir mirandę ſanctitatis, & totus ardens in amore Dei. Hic á domino Papa Bonifacio malè informato; multa perpeſſus patiẽter ſuſtinuit; ſed poſt liberatus fuit: Hic multas laudes magnarum ſententiarum, & dulcedine plenas edidit in Romantió, & cõtra mores dicti Bonifacij Papę viriliter exclamauit. Et quia aliquá notabilia dixit, hic ea ſubinferam, videlicet.

Quomodo homo poteſt ſcire, ꝙ ſit in charitate.

DIcebat frater Iacobus, licet pro certo non póſsim ſcire me eſſe in charitate; habeo tamen aliquas probationes: Nam de Dei amore habeo iſtud ſignum vel probationem, ꝙ ſi aliquid peto á Deo, & nõ facit; plus diligo eum, quam prius; ſi vero facit contrarium, diligo eum in duplo, quã prius: de amore vero proximi habeo iſtud ſignum, ꝙ ſi me offendit; non minus eum diligo: Nam ſi minus diligerem, hoc eſſet ſignum, ꝙ prius non ipſum; ſed me diligebam: debeo diligere ꝓximum propter ſe, non propter me, & amare bonum ſuum, & eius vtilitatem, & in his gaudere: Et ſic faciendo, maius bonum cõſequor de bonis ſuis, quam ipſe: Nam de regno Francię ego melius habeo, quam Rex Frácię; quia iucundor de ſuo bono, & honore, & cõmoditate, & ipſe hanc iucunditatem habet cũ multa ſollicitudine, & multis laboribus, & anguſtijs, quę non habeo ego.

De Humilitate, quomodo homo peruenit ad ſui contemptum.

Mira humilitas.

DIcebat frater Iacobus, homo deberet ſic profundè in oculis ſuis vileſcere, & ſic abiectum ſe reputare; ꝙ in ſua extimatione crederet conuerſationem ſuam omnibus onerosam, & deſpicabilem: Nam pro hoc in ſua humilitate proficeret, & illorum, cum quibus conuerſatur, defectus melius, & leuius ſupportaret. Vnde inquit ipſe. Quando morabar in curia, mihi dicebatur: non eſt tibi tędium cõuerſari cum talibus? Mirum eſt ꝙ potes ſuſtinere. Et ego reſpondebam immo mirum eſt, ꝙ ipſi me ſuſtinent; & non expellunt me, ſicut diabolum. Et ſic cum quibuſcunque homo conuerſatur; deberet ſe reputare indignum conſortio, & conuerſatione eorum propter vilitatem, & miſeriam ſuam: Sed cum amor ſui ſit radix omnium vitiorum, & malorum, & eneruatio omnium virtutum; ſic odium ſui eſt origo, & fundamentum omniũ virtutum, & deletio omnium vitiorum: Vnde homo deberet non tantum ſe odire, ſed velle ab omnibus odiri. Ad hoc autem odium ſic venitur: debet quis ſemper diligenter ſcrutari, & ſtudere in cognitione ſui, & ex hoc videbit, & cognoſcet ſe malum, & ſe iudicabit odibilem, & ſe odiet tanquam malum. Et quia ex hac cognitione ſui, ducitur in cognitionem veritatis; incipit amare veritatem, non tantum in ſe, ſed in omnibus: Vnde vult ꝙ omnes illam veritatem de ſeipſo teneant; quam tenet ipſe: & ſic iudicando ſe in veritate odibilem, vellet ab omnibus odiri, nec poterit pati ſe non cõdẽnari: quia in hoc videt confundi veritatẽ, quam ipſe amat: Et ex hoc mortificatur appetitus laudis, quem habebat, & omnis alius appetitus inordinatus, & vitioſus: Et per conſequens exterminatur ſuperbia, ira, inuidia, & cætera vitia. Ex hoc.n. acquiritur deſpectus ſui, & omnis virtus, & omne bonum: Nam per hoc ſenties in anima radicari prudẽtiam, fortitudinem, temperãtiam, iuſtitiam, & cęteras virtutes; Et maxime triplicem patientiam; Vnde per hoc venit ad quietem animi.

De odio ſuipſius.

Fructus odij ſuipſius.

Triplex patientia.

Prima patientia eſt virtus, qua quis ſuſtinet patienter aduerſa.

Secunda eſt doni fortitudinis, qua quis ſuſtinet libenter.

Tertia eſt beatitudinis.ſ. beati pacifici, qua quis ſuſtinet gaudenter. Ordo autem odiendi eſt, vt odiatur conſuetudo vitiorum; & diligatur eſſe naturæ: Ita ꝙ vtrumque ſuos ſeruet terminos, vt nec propter ſeruandam naturam, incidat in vitium, nec propter exterminanda vitia, corrumpatur natura.

De

De triplici animę ſtatu.

TRes ſunt animę ſtatus.
In primo habet anima cognitionē ſuorum peccatorum, & lachrimas compunctionis: quæ ipſam ducunt prope deſperationem.
In ſecundo tranſit ad conſiderandam redemptionem Saluatoris; in quo habet lachrimas compaſsionis ad Christum.
In tertio tranſit ad amorem, & iſte ſtatus habet tres partes.
In prima.ſ.in principio inchoat amare, & habet lachrimas deuotionis.
In ſecunda parte.ſ.in perſeuerantia, huius ſtatus augetur amor: ita vt, nec modicum valeat impediri à vocatione Dei; & cum mundana impediant eam, debet anima ipſa contemnere, & habet lachrimas ſimplices; quia ſunt ſine violentia, & neſcit cauſam quare ſibi obueniunt.
In tertia parte, quæ dat ſtatum conſumatum, ſtat anima in atria domini, & guſtat de vita æterna, & perdit lachrimas.

De quatuor pugnis animę.

Pugnæ animæ. NOta ꝙ anima habet quatuor pugnas.ſ. extra ſe. Iuxta ſe. Intra ſe, & ſupra ſe.
Primam quę eſt, extra ſe habet cum mundo: & hęc vincitur non amando res mundi; quia quantumcunque pulchram rem, & delectabilem, non debet animo non ſolum non amare; ſed odire, & ſpernere, ſicut fit de virga curuata in aliquam partem; quę debet flecti in partem contrariam, quouſque ad rectitudinem redeat.
Secunda pugna eſt, quam iuxta ſe habet cum ſenſibus corporis.
Primo modo hęc pugna vincitur ſubtrahēdo ipſos ſenſus ab illicita conſuetudine audiendi, videndi, & ſentiendi, & ſic de alijs.
Secundo modo vincitur habendo de ipſo viſu diſplicentiam: vnde tantum curarem, ſi viderem pulchram faciem mulieris, quantum ſi viderem caput aſini. Sed iſte ſecūdus modus non eſt tutus, nec pro omnibus. Vnde melius eſt ſubtrahere ſenſus, ſed quando quis non poteſt ſubtrahere commodè, quin videat nociua, vel audiat murmurationes, & vana huius mundi, quæ inficiunt animam, tunc habeat diſplicentiam quantum poteſt, ita ꝙ ex hac nulla delectatio intret in animam.
De guſtu vero probaui tria remedia.
Primum quia accepi, & ſiccari feci flores abſinthij, & ponebam coram me ad modum ſalis ſuper menſam; ita ꝙ alij non perpendebant, & ſapidos bolos ponebam ſuper iſto tali ſale: Et tanta erat eius amaritudo, ꝙ nullam guloſitatem mihi dabant; ſed id dilaniabat mihi linguam, & omnino dimiſi.
Secundum remedium fuit, ꝙ faciebam bolos paruos, & rotundos, & diglutiabam ad modū pillularum; ita ꝙ nihil deinde deguſtabam; Sed id deuaſtabat mihi ſtomacum, ideo dimiſi.
Tertium fuit, ꝙ quando comedebam cibos delectabiles, poſtea imponebam magnum laborem, & magna onera corpori, intantum vt ſi quando poſtea habebam coram me delicatos cibos, & dicerem corpori ſi vellet comedere, libenter refutabat, & potius volebat abſtinere, quàm comedere, & portare flagella; quæ propterea ſibi imponebam. Modo dimiſi omnia prædicta, & ſum in quarto remedio.
Quartum remedium eſt in referēdo in Deum omnes ſapores; & in eius gratiarum actiones: ſed iſtud eſt non pro omnibus; ſed pro illis, qui ſic ſobriè, & temperatè ſe habent; et ſic habent mentem abſortam, & ſemper Deo con iunctam, ꝙ de ſaporibus guloſè non curant; ſed omnia in Deum referūt. Et quia inter omnes ſenſus lingua plurimum inficit animam, non ſolum guſtu, ſed etiam locutione, ideo adhibendum eſt remedium ſilentij, quod mirabiliter animæ confert: Vnde ad ipſum habēdum. F. Iacobus poſuit exemplū de fratre Iunipero, qui per ſex menſes tenuit ſilentium.
Tertia pugna eſt, quam intra ſe habet anima cum affectionibus, ſiue paſsionibus ſuis, quę ſunt gaudiū, ſpes, timor, & dolor. Hæc vincitur hoc modo; quia anima habendo familiaritatem aſsiduam cum Deo, vel orationem, meditationem, & deuotionem, percipiat omnipotentiam Dei; quæ omnipotentia operatur hoc miraculum in anima; quod expellit in de dictas paſsiones. Paſsiones animę.
Quarta pugna; quę eſt ſupra ſe, eſt maior omnium prædictarum; quam habet anima cum Deo, hoc videlicet modo, ꝙ aſſumit magnā, et arduam ſollicitudinem ſe tenere cum Deo: Et conſiderans ſe factam ad imaginem Dei, & eius ſimilitudinem, et ꝙ Deus vult hoſpitari in ea toto ſuo conatu, cauet ne aliquid in ſe recipiat, quod offendat oculos diuinæ maieſtatis; & ne exeat etiam ad aliquid, quod diſpliceat Deo, & ſummo ſtudio nititur, ꝙ talem ſe ei reddat, qualem ipſe vult, hoc eſt ſine macula.

De refrænatione ſenſuum ſimilitudo.

DIcebat F. Iacobus ad refrænandos corporis ſenſus talem ſimilitudinem. Quædam pulcherrima virgo quinque fratres habebat, & omnes erāt valdè pauperes, & illa virgo habebat vnum pretioſum lapidem magni valoris. Iſtorum autem fratrum ſuorum vnus erat citharedus: alius pictor, alius coquinator, alius ſpeciarius, alius leno.
Venit ergo primus ad ſororem ſuam dicens; tu vides ſoror mea, ꝙ ego ſum pauper, rogo vt des mihi iſtum tuum lapidem pretioſum; cui illa reſpondit. Frater mi, nolo dare tibi; quia volo pro me: Et ille, volo eū emere à te, & illa, quid vis mihi dare: et ille, faciam tibi

vnum pulcherrimum ſonum cum inſtrumento meo. Tunc illa ait. Et quid faciam ſono tranſacto, et vnde viuam ego poſtea? Non dabo tibi pro tali pretio, immo volo de ipſo me nu ptui tradere, et honeſtè, et honorificè viuere. Poſtea venit Frater ſecundus petens ſimiliter ab ea lapidem, et illa negante; dixit ſe velle eũ emere pro pretio, offerens vnam pulchram picturam.

Tertius verò Frater ſimiliter veniens offerebat pro pretio vnum confectum.

Quartus offerens vnum bonum piperatum.

Quintus dicebat, ꝙ eam duceret per lupanaria: Eodem modo ſe habuerunt omnes.

Videlicet primo petendo ex dono; poſtea dicta pretia offerendo, & ipſa ſimili modo omnibus reſpondit: Et tanquàm bona, & ſapiés oẽs abire permiſit: et ſibi lapidẽ reſeruauit.

Poſtea venit ad eam quidam Rex magnificus: & perijt ab ea iſtum lapidem; illa vero reſpondit domine nihil aliud habeo, quam iſtum lapidem; quid dabis mihi inde? Reſpondit Rex pro iſto lapide accipiam te in ſpõſam meã, & faciam te magnam Reginam; et dabo tibi vitam ęternam, et affluentiam omnium bonorum; quę deſiderauit anima tua. Et illa, domine tanta eſt munificentia veſtra; ꝙ lapidem vobis negare non poſſum; cum ergo vobis libenter trado; et dedit ei.

Nota. Notandum vero ꝙ iſta virgo eſt anima: lapis, quem habet, eſt voluntas, vel conſenſus liberi arbitrij: Quinque fratres ſunt quinque ſenſus corporis.

Primus, qui eſt iſtrio, dicitur auditus.

Secundus, qui eſt pictor dicitur eſſe viſus.

Tertius, qui eſt ſpeciarius, dicitur eſſe odoratus.

Quartus qui eſt coquinarius, dicitur eſſe guſtus.

Quintus, qui eſt leno, dicitur eſſe tactus, quia in eo magis viget ſenſualitas: et magis incurvatur anima ad opus illicitum. Ergo ſtultiſsima fuiſſet illa virgo, ſi pro aliquo illorum pretiorum tam vilium, dediſſet lapidem ſic pretioſum; ita ſine aliqua comparatione eſt ſtultiſsima anima, quę in aliquem conſenſum illicitum permittit ſe duci ab aliquo ſenſu corporis: Sed potius debet toto conatu abſtinere ab illa modica delectatione, quàm ſummere poſſet per corporis ſenſus, et ſuum conſenſum ſummo Regi conſeruare, et gratioſiſsimè ei dare; qui eam ſuam ſponſam, & ſic magnificam fecit.

De ſtudio animæ ad virtutes.

Mulier ad hoc, ut ſit pulchra quę habere debet.

De ſtudio animę ad virtutes talem Frater Iacobus ſimilitudinem poſuit dicens. Mos eſt mulieribus ſe ornare, & pulchras velle appetere; Et ad hoc ꝙ mulier ſit pulchra: oportet ꝙ habeat faciem pulchram, & niueã vel rubeam: Quod etiam ſit magnæ ſtaturę; ꝙ ſit ſana, ꝙ ſit vigoroſa. ꝙ ſit morigerata in ſuo greſſu, & ꝙ ſit pulcherrimis veſtibus ornata: Sic anima debet ſe ornare, et velle pulchra apparere. Et ideo debet magnum ſtudium ad virtutes adipiſcendas adhibere; omnia enim prædicta virtutes ſibi præſtant.

Fides enim facit eam pulchram.

Spes facit eam ſtatura magnam.

Charitas facit eam rubeam.

Prudentia facit ipſam morigeratam.

Fortitudo facit eam vigoroſam.

Temperantia facit eam ſanam.

Iuſtitia facit eam veſtitam, & ornatã. Et iſtis virtutibus munita, cum vadit ad cœlum, occurrunt ei omnes ordines Angelorum, & ſanctorum omnium: quia cum omnibus participat in aliqua virtute. — Quomodo anima ſit pulchra

Occurrunt enim ei patriarchæ propter fidem.

Prophetæ propter ſpem.

Sancti Apoſtoli propter charitatem.

Sancti martyres propter fortitudinem.

Sancti doctores propter prudentiam.

Sancti confeſſores, & Prælati propter iuſtitiã.

Sanctæ Virgines propter temperantiam, & ſimilia.

De quæſtione inter rationem, & conſcientiam.

Dicit ratio conſcientiæ. Quare ſic me affligis, & tenes me in tanta anſietate? cõſcientia reſpondit: quia mihi eſt datum iudicium veritatis: Vnde non poſſum ſuſtinere falſitatem.

Dicit etiam iterum conſcientiæ ratio, quare ergo modo me permittis in pace eſſe, nec me in aliquo moleſtas? reſpondit conſcientia: quia poſuiſti te in manibus iuſtitiæ Dei, quia quicquid manus iuſtitiæ Dei de te facit, tibi placet, & ideo non eſt meum iudicare, quia ad maiorem iudicem iuiſti.

Iterum dicit ratio. Quare cum minus modo operer, pmittis me eſſe in pace, & antea multa operabar, & ſic me vexabas? Conſcientia reſpondit: quia confidebas de ipſis operibus, & ſperabas in eis; Vnde non poteram illam fallitatem ſuſtinere: Modo verò non confidis de ipſis, nec inde expectas meritum, & ideo non murmuro, nec repugno, quare non miſeris.

De quinque ſcutis patientiæ.

Dicebat Frater Iacobus ꝙ Patientiæ quinque ſunt ſcuta.

Primum eſt ꝙ quis decidat in infirmitates.

Secundum ꝙ ei non ſeruiatur in ea: nec aliquis de eo curam habeat.

Tertium ꝙ ei deſeruiatur, & diſplicentia fiat.

Quartum, ꝙ Deus tollat ei omnem lætitiam cordis, & corporis conſolationem.

Quintum ꝙ propter iſta non expectet aliquã retributionem à domino; nec in præſenti vita, nec in futura. Multa alia hic ſanctus Frater

ter notabilia, ſed ſufficiant hęc: quia vt pręmiſsi in vulgari per rithmos, multa compoſiiit magnarum ſententiarum & deuotionis, vt patet ea intuentibus.

F. Egidius de Regio.

In dicto loco Tuderti iacet alius Frater ſanctus, videlicet. Frater Egidius de Regio, homo magnæ abſtinentiæ, & perfectionis, ac pœnitentiæ: Cuius odorem ſiue aduentum per 18. milliaria Frater Ioannes de Vallibus dixit ſe ſenſiſſe. vnde cum ad ipſum Fratrem Ioannem accederet: quidam alius Frater dixit. Frater Ioannes. Frater Egidius venit. reſpondit ſcio. Et cum interrogaretur quomodo ſciebat. Reſpondit Frater Ioannes, quod per 18. milliaria odorem ſuę ſanctitatis percipiebat. Et ſic fratres percipiebant, quod ad ipſos Frater Egidius accedebat, vt dicebat frater Ioannes.

Locus Ameliæ.

IN loco de Amelia iacet ſanctus frater Simon de Torſiano comitatus Ameliç. Hic multa miracula fecit tam in vita, quàm poſt mortem.

Locus de ſancta Illuminata.

Frater Ioannes Tentialbenę.

IN loco de ſancta Illuminata, iacet Frater Ioannes Tentialbenę: qui in vita cuidam orbato oculis, cum ſignum crucis feciſſet; viſum perditum reſtituit.

Cuidam paralitico, cum ſignum crucis feciſſet, protinus eum liberauit.

Dnm ſignum crucis cuidam feciſſet, fortiſsime dolorem patienti in manibus, ex templo receſsit. Plura alia miracula fecit tam in vita, quàm poſt mortem.

Frater Ioannes de Auelino.

In ipſo loco ſanctę Illuminatę iacet alius ſanctus Frater, videlicet Frater Ioannes de Auelino, qui poſt mortem miracula peregit.

Locus de Interannis.

Frater Petrus de Podio.

IN loco de Interannis iacet Frater Petrus de Podio, qui multa miracula fecit. Et frater Simon de Campo Regali, qui etiam miraculis claruit.

Locus de Spoleto.

Frater Simon de Collazono.

IN loco de Spoleto iacet Frater Simon de Collazono. Hic nobilis genere puer ordinem intrauit, in quo proficiens vita, & ſcientia; factus eſt primo Miniſter Marchiæ, & poſtea miniſter prouincię. ſ. Franciſci: Qui in dictis officijs nobiliter ſe habuit, cum omni prudentia, maturitate, & humilitate, quæ ad pręfatum officium ſpectabant exercens. Ad bonū & ad vitam religioſam matrem primo traxit: quæ fuit ſingularis ſocia, & amica Imperatricis, & Imperatoris Otthonis quarti, ac continentiæ ſingularis: deinde ſorores, nepotes, & alias. Sed quàm iſte ſanctus Frater fuerit Deo acceptiſsimus, miracula poſt mortē autenticè auctoritate Papali accepta, declarant. Sanctus.n. iſte Frater Simon puerum ſubmerſum in aquis molendini; inuocatione eius facta à morte reſuſcitauit.

Contractos diuerſimodè curauit vndecim.
A rupturis quinque liberauit.
A cęcitate oculorum 22.
A gagulis duos.
Tres mulieres àb infirmitate mammillarum.
A tumefactione corporis & membrorum. 11.
Nouem à morbo caduco.
Vndecim loquelam reſtituit.
Viginti duos àb infirmitate, & dolore manuū, & brachiorum.
Ab infirmitate aurium, oculorum, & pedum viginti tres liberauit.
Quatuor à demonio.
Quendam in ciuitate firmana cadentem in profundum fontē; ſui inuocatione liberauit.
Ab infirmitate lapidis duos.
Mentecaptos tres.
A varijs infirmitatibus quinque.
Morti propinquum cadentem in aquis ſui inuocatione liberauit.
Tres curuos erexit.
Decem gutoſos.
Aridos membris duos.
A morbo letargico, & non valentes dormire ſex.
A ſplenis infirmitate vnum.
Vmbelici & ventris tres.
A ſpaſmo vnum.
A gulæ, & barbæ infirmitate tres.
Duobus non valentibus ſumere; appetitum reſtituit.
Ab infirmitate teſticulorum vnum.
Leproſum vnum curauit.
Vni mulieri auditum reſtituit.
Ficus à vermibus ęripuit.
Equm inualidum ſanitari reſtituit.
Oues cuiuſdam, quæ pedibus ſtare non poterant; primo ipſum, & demum oues curauit: pręfata omnia autenticè recepta; indicant dicti fratris Simonis excellentiam ſanctitatis.

Item in dicto loco iacet Frater Theobaldus; qui multa miracula fecit.

Locus montis Lucis.

Frater Antonius de Piſis.

IN monte Luco prope Spoletum, iacet Frater Antonius de Tegrinis de Piſis; Qui contemptis Blandicijs maternis; vxore quam nōdum duxerat, & legibus ciuilibus, in quibus ſtudebat: factus Frater minor, per viam ſimplicitatis, paupertatis, obedientiæ, & humilitatis Chriſtum ſecutus, reuelata ſibi primo morte: ad dominum moriendo perrexit. quod dominus ſignis oſtendere dignatus eſt.

Quidam medicus de Spoleto, habens infirmitatem incurabilem in tibia, facto voto pro meritis Fratris Antonij eum dominus liberaret, habitum aſſumeret tertij ordinis. b. Franciſci: voto emiſſo de ſero, in mane ſe perfectiſsimè liberatum inuenit.

Locus

Locus Eugubij.

Fr. Thomas.

IN Eugubio iacet Frater ſanctus Thomas, qui plura in ſignum ſuę ſanctitatis miracula fecit poſt mortem.

Locus Ciuitatis Caſtelli.

Frater Iacobus.

IN ciuitate caſtelli ſepultus eſt Frater Iacobus laicus, qui multis miraculis claruit poſt mortem.

Locus Burgi ſancti Sepulchri.

Frater Rainerius.

IN burgo ſancti Sepulchri iacet Frater Rainerius laicus, qui poſt mortem ſignis miraculorum patuit multis.
Duos enim mortuos ſuſcitauit.
Quatuor curauit à diuerſis infirmitatibus, vt patet inſtrumento publico.

Locus Fulginei.

Frater Hermanus.

IN Fulgineo iacet ſanctus Frater Hermanus, ſupra cuius corpus in Eccleſia ſancti Feliciani, cum caderet de altiſsimo quidam magiſter lignorum, & lapidum, qui Eccleſiã aptabat, corporis nullam paſſus eſt læſionem: de huius ſepulchro aqua gutatim emanat miraculosè: cum tamen in lapide nullam videant homines fixuram.
Quendam nomine Bonauenturam per duos annos contractum; ita ꝙ nullo modo de lecto poſſet ſurgere, à parentibus ad eius ſepulchrum ductum liberauit.
Item quendam alium, qui manibus reptando ibat contractum, ad ſuum tumulum accedentem curauit.
Similiter & quandam puellam ductam ad ſuũ tumulum contractam erexit.
Quandam mulierem cũ ignoranter, cum oleribus os quoddam comediſſet, & id os eius gutur obturaſſet; propter quod crederet ſe mori; corde ſancto fratre Hermano inuocato liberauit.
Item in Fulgineo in loco fratrum; iacet etiam quidam alius frater nomine Mathęus; qui etiam temporibus iſtis moriẽs ſignis claruit.

Locus Piſtię.

Frater Io. de Vallibus.

IN Piſtia iacet frater Ioannes de Vallibus vir amator paupertatis; vitæ ac ſanctitatis mirabilis: hunc Deus glorificatum in cœlis, crebris factis, & nunc aſsidue oſtẽdit miraculis.

Locus Narniæ.

Frater Matthæus de Narnia.

IN Narnia iacet ſanctus Frater Matthęus; qui ſignis multis claruit.
Quendam fratrem noſtrum nomine Concordium tribus annis paraliſi reſolutum, & per ſe nil agere valentem: ductum ad ſepulchrum ipſius fratris Matthæi, implorato auxilio liberauit.
Alium nomine Vgolinum de ciuitate Narnię per decemnium paraliſim paſſum; inuocato prædicto ſancto fratre Mathęo; qui ſibi de nocte apparẽte, ac ipſum cum roſa, quam habebat in manu totum contigente, & de mane ſurgentem liberauit.
Vnam mulierem paraliticam ad eius ſepulchrum ductam ſuper aſinum, liberauit.
Mulierem habentem faciem aduſtam, nec valentem quieſcere propter dolorem: eo inuocato curauit.
Aliam ab apoſtemate, & febre quaſi ad mortẽ perductam: ſui inuocatione liberauit.
Iuuenem habentem os vſque ad collum retortum monſtruoſe, liberauit.
Similiter quendam alium à dicta oris deformitate liberauit.
Mulierem ambulantem per ſolarium domus ſuę, & cadentem, ac crus ex caſu fractum habentem; facto voto, & ipſius ſancti fratris Matthęi tactis reliquijs, liberauit: Nam ſtatim ſana ſurrexit & miraculum omnibus enarrauit.

Locus Nurſiæ.

Frater Antonius.

IN loco Nurſiæ iacet ſanctus frater Antonius; qui multis fulget, & fulſit miraculis.

Locus Caſiæ.

Frater Pax Theatinus.

IN loco Caſię ſepultus eſt ſanctus frater Pax theatinus: qui miraculis claruit plurimis.

Locus Arquatæ.

Frater Paulus.

IN loco de Arquatę iacet Frater Paulus, q multa fecit miracula.

Locus Speli.

Frater Andreas.

IN loco Speli iacet ſanctus Frater Andreas, qui fuit ſacerdos; qui multitudine miraculorum, & vita ſanctiſsima, hominibus extitit mirabilis, & glorioſus, & mortuos ſuſcitauit.

Locus Victonij.

Frater Io. de laudibus.

IN loco Victonij requieſcunt Frater Ioannes de laudibus, qui viuente b. Franciſco: vulnus laterale ſtigmatum tangere meruit. Et Frater Iordanus laicus vir ſanctiſsimus, & vere perfectus.

Locus Meuaneæ.

Frater Nicolaus.

IN loco Meuanię iacet Frater Nicolaus de pater noſter, qui ibat dicendo cuilibet, dic pater noſter, hic fulget miraculis, & corruſcat.
Prædicti fratres, & multi alij iacent in prouincia ſancti Franciſci; quorum memoria oblitterata eſt mundo, ſed fulgent apud Chriſtum ſcriptorum negligentia, & fratrum in deuotione.
Reperiuntur plures fratres, qui fuerunt de prouincia B. Franciſci, de quibus vbi iaceant, nulla eſt mentio, aut memoria.

Frater Filippus longus.

Videlicet Frater Filippus longus primus viſitator pauperum dominarum: Dicunt tamen aliqui ꝙ iacet Peruſij in monaſterio ſororũ; cuius labia ab Angelo calculo ignito (vt Iſaię) ſunt tacta, & purgata.
Frater etiam Moricus: niſi ꝙ creditur, ꝙ ſit ille, qui iacet in Vrbe veteri.
Frater Barbarus.
Frater Ioannes de ſancto Conſtantino.

Frater

Frater Bernardus de Viritade; qui omnes fue re ſanctitate præclariſsimi, & primi ſocij beati Franciſci, qui vbi iacent non habetur; niſi dicere velimus quod iaceant in ſancta Maria de Angelis de Aſiſio.

De Fratre Simone de Aſsiſio.

FVit etiam alius Frater de prouincia ſancti Franciſci vocatus Frater Simon de Aſiſio, qui vbi ſit ſepultus non reperitur; is fuit homo maximè ſanctitatis, qui viuente B. Franciſco venit ad ordinem.

Hunc altiſsimus tanta ſuæ benedictionis, & dulcedinis gratia præuenit, & ad tantam contemplationem, & mentis deuotionem perduxit, quod tota ſua vita erat ſpeculum ſanctitatis, & virtutum.

Iſte rariſsimè extra cellam ſuam videbatur, & quando ſtabat cum fratribus; ſemper in diuinis colloquijs erat intentus.

Hic nunquam gramaticam didicit; ſed eſt ſemper conuerſatus in ſiluis, & tamen de Deo tam altè loquebatur, & de amore domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti; quod verba eius ſupernaturalia videbantur: Vnde quodā ſero cum in ſiluam ad loquendum de Deo ipſe cum fratre Iacobo de Maſſa petrexiſſet, & ipſe de diuino amore dulciſsimè loqueretur, cum per totam noctem ſtetiſſent, viſum eſt, quod modico tempore conſediſſent.

Hic ſanctus vir cum præſentiret diuinas viſitationes ſe recipere debere; ſe ponebat in lecto, ac ſi vellet dormire: quia ſancti ſpiritus tranquilla ſuauitas, non ſolum mentis quietē, ſed & corporis requirebat: vnde ſæpe in talibus viſitationibus rapiebatur in Deum, & totus ad exteriora inſenſibilis reddebatur; Nā aliquando ad ſuperiora raptus, adeò inſenſibilis eſt effectus: & cum carbo ignitus poſitus eſſet à fratre quodam ſuper pedem eius; nec ſenſit calorem, cum ſteterit donec fuit extinctus; nec carbo pedi aliquam intulit læſionem.

Quando in menſa ſtabat cum fratribus, priuſquam cibum ſummeret corporis; alimenta ſpiritualia ſocijs ingerebat.

Cum ſemel loquendo de Deo iuuenem quendam ſecularē, & laſciuum ad Deum conuertiſſet; & fratrem feciſſet, ſuaque veſtimenta ipſe Frater Simon ſeruatet; ac iuuenis diabolicis tentationibus propulſatus, pannos ſuos repetendo, ad ſeculum vellet pluries redire: Frater Simon primo cum verbis, demum ipſo iuuene capite ſuo ad pectus fratris Simonis reclinante, ac fratre Simone cum lachrimis orante, eum ab omni tentatione liberauit: Qui iuuenis adeò ſpiritus ſancti feruore fuit repletus, quod cuidam cum oculi deberent extrahi, in pleno concilio petijt, vt vnum ſibi extraherent, vt alteri vnus oculus remaneret;

Cuius charitatem homines attēdentes, pepercerunt vtrique.

Hic cum ſtaret in loco Bruſortij cuſtodiæ firmanæ in prouincia Marchiæ, & quadam die in ſilua maximam ſuauitatem ſentiret, ac aues garrulè ſibi impedimentum præ rumore præſtarent; conuerſus ad eas præcepit in nomine domini Ieſu, nè amplius ad dictam ſiluam, & locum venirent. (Mirabile dictu) ſtatim inde receſſerunt, nec vnquam apparuerunt.

Hic tandē plenus virtutibus, migrauit ad dominum, ſed vbi ſit ſepultus non reperi. Credo tamen quod in dicto loco Bruſortij iaceat, cum in dicto loco (vt dicetur) alij plures iaceant ſancti fratres.

De fratre Leonardo de Aſsiſio.

HIc fuit ſocius B. Fr. & ſi non de primis, fuit tñ ſanctus homo, ſed non reperitur vbi iaceat, & tñ illū (vt dicit vndecima pars legēdæ maioris) qñ B. F. voluit prima vice ire vltra mare, & fuit impeditus vi ventorum habebat ſociorum: Et dum aſinaret. B. Frā. laſſitudine, & fatigatione, & hic poſt cum iret laſſus, & feſſus; & intra ſe diceret, humanum aliquid paſſus. Non de pari ludebant parentes iſtius, & mei; & ecce ipſe equitat, & ego pedeſter aſinum eius duco: ſtat im. B. Franciſcus cogitatum agnouit, qui pedibus. B. Franciſci prouolutus, cum lachrimis cogitatum patefaciendo, veniam poſtulauit.

De fratre Illuminato.

HIc fuit vir luminis, & virtutis, & ſocius B. F. qñ ad Soldanū acceſsit: & qñ Chriſtianis nè præliarentur cum Saracenis, caſum prædixit; Ac multa paſſus eſt mala cum Bea. Frā. vbi iaceat non habetur. Et ſic multi ſancti, & venerabiles fratres negligentia fratrum ſcribentium; vbi iaceant non habetur: & ſic patet ſuccinte de ſanctis fratribus qui in prouincia beati Franciſci ſunt reconditi. Tranſeundum eſt nunc ad alias ordinis prouincias.

De prouincia Romæ.

IN prouincia Romana iacent infraſcripti fratres, videlicet in Roma in loco de Ara cœli iacet ſanctus Frater Iuniperus ſocius B. Franciſci, & ſi non de primis; homo ſingulariſsimus patientia, & virtutibus. Frater Iuniperus.

Hic patientiæ virtute præ alijs fulſit; adeò vt laceſsitus iniurijs, & ſi non eſſet verum, nunquam turbatum alius vidit eum; Quando. n. ſibi diceretur iniuria; totus gaudens, verſus dicentem præparabat gremium dicens. Amice proijcias huc; imple gremium iſtis lapidibus pretioſis. Imple ne timeas. Lapides pretioſos appellans improperia, & iniurias: Et non ſolum fuit patiens in verbis; ſed etiam in factis, & pœnis illatis.

Hunc ſanctum fratrem Iuniperum ſuperbi demones velde timebant; vnde tranſiens per quādam villam vbi erat quidam demoniacus: ſtatim Hunc demones val de timebant.

tim ipſe demoniacus per ſeptem milliaria fu-
git: & interrogatus de cauſa: reſpondit ꝙ fra
tris Iuniperi non poterat patientiam expecta
re. Vnde B. Franciſcus ſi ſtatim demones ab
obſeſsis non recederent: dicebat diabolo niſi
ſtatim recedas, faciam fratrem Iuniperum cō-
tra te venire, & ſic demon pręſentiam timens
fratris Iuniperi: & ſancti Franciſci virtutem, &
humilitatem non ferens: ſubito recedebat.

De eius contemplatione.

Fuit Frater Iuniperus magnę, & altæ contem-
plationis, vnde ſemel in menſa raptus, ſic eſt à
fratribus dimiſſus, & cum ad ſe rediſſet, cla-
mando venit ad fratres dicendo: quis tam no
bilis eſt in terra, qui non ferret libenter ci-
ſtam luti ſuper ſe, ſi daretur ſibi domus auro
plena? & dicebat, ò me heu quia nolumus ſu
ſtinere modicum verecundię, vt poſsimus lu-
crari vitam eternam. Beatus Franciſcus agno
ſcendo ſanctitatem fratris Iuniperi, dicebat
ſocijs: vtinam de talibus Iuniperis habere-
mus vnam magnam ſiluam.
Frater iſte Iuniperus poſt multa magna facta
in vita: tandem Romæ in pace quieuit, in lo
co ſanctæ Mariæ de Ara cœli ſepultus.
Item in Roma in dicto loco de Ara cęli; iacet
ſanctus Frater Sabatinus, qui fuit vnus de tre-
decim primis ſocijs beati Franciſci vir ſancti-
tate præclarus.
Item in Roma in loco præfato: iacet ſanctus
Frater Electus, qui ibi annis decem ſepultus,
multis miraculis (vt mihi relatum fuit) cla-
ruit.

Locus de Pileo.

Frater Andreas de Anania.

IN loco de Pileo iacet ſanctus frater An-
dreas de Anania, nepos domini Papę Ale-
xandri quarti, qui factus Cardinalis Sanctæ
Romanæ Eccleſię; renunciauit, & noluit eſſe;
& propter magna miracula, quæ ipſe faciebat
in vita, Papa Bonifacius dixit, ꝙ ſi non more-
retur eum aſcriberet cathalogo ſanctorum.
Huic apparens Carolus primus Rex Sicilię; ro
gauit eum vt pro ſe apud Chriſtum vellet in-
tercedere, cum maximas in purgatorio ſuſti-
neret penas; quas euaderet ſi pro ipſo ora-
ret: quod & fecit. Hic inter alios ſanctos,
poteſtatem accepit ſuper demones: Vnde in
loco, in quo iacet cum ducuntur demoniaci;
ſtatim eius precibus à domino liberātur: mul
ta egit mira in vita, & etiam agit nunc; de qui
bus non valui notitiam habere.

Locus de Hortenſa.

Fr. Theobaldus de Aſiſio.

IN ciuitate Hortenſę iacet ſanctus Frater
Theobaldus de Aſiſio; qui cum ſtaret in
loco ſancti Laurentij iuxta tiberim; & ſibi mā-
daretur, ꝙ feſtinato ad ciuitatem pergeret
Hortenſem, veniens ad dictum fluuium Tibe-
ris, nec nauis adeſſet: & profunditas aquę eſſet
nimia, & ſic ne tranſiret, diſſuaderetur à cir-
cunſtantibus: ſigno crucis facto: parum eleua
ta tunica, aqua vix poplites tangente cum
ſtupore aſsiſtentium pertranſiuit.
Vice alia cum piſces vellet habere pro fratri-
bus; nec prece, nec pretio poſſet inuenire: ad
fluuium Tiberis accedens: miſſa manu bis ſub
arena; vtraque vice piſcem recepit longitudi
ne palmi: quos & fratribus deportauit.

Locus de Piperno.

Frater Leonardus de Fulgineo.

IN loco de Piperno iacet ſanctus Frater Leo
nardus de fulgineo, qui cuidam claudo ſi-
gnum crucis cum feciſſet, ad parentum peti-
tionem: ipſis videntibus ſanitati optime eſt
reſtitutus.
Alteri ex natura cęco, & priuato omni lumine
per annos octo; ad ſe perducto, & ſigno cru-
cis facto, lumen reſtituit.

Locus vrbis veteris.

Frater Ambroſius de Maſſa.

IN vrbe veteri iacet ſanctus Frater Ambro.
ſius de Maſſa. hic oriundus de ciuitate
Maſſa, & ſi vſque ad tempus virilis ætatis fue
rit in mundo; præſeruatus tamen à munda-
nis vitijs domini complexus cęlibatum: virilis
ætatis portas ingreſſus; laqueos diaboli ſibi
paratos deuitans, omnibus datis pauperibus,
& nihil reſeruans; habitum fratrum minorū
in ſua ſuſcepit ciuitate. Conuerſionis igitur
gratiam diuina clementia conſecutus: Obe-
dientię virtutem anteponens victimis: pro fra
trum neceſsitatibus acquirendis in frigore, &
nuditate, in fame, & ſiti iuxta mandatum ſan-
ctæ obedientię diſcurrens: ſemetipſum obtu-
lit domino ſacrificium medullatum, & oratio
nibus frequenter inſiſtens: ſtratum conſcien-
tiæ fuſis lachrimis irrigabat: pane tantum ſæ-
pe contentus, & aqua, concupiſcentiæ carna-
lis incendia temperabat: Compaſsionis inſu
per viſceribus erga miſeros affluens, & infir-
mos; miniſteria neceſſaria eis libenter impen
debat: Non ſolum autem fratribus, ſed ſecu-
laribus ſibi cognitis, & ignotis humanitatis
obſequia impendebat: in infirmitatis articu-
lo miſericorditer viſitans decubantes; ac me-
dicamina, quæ vulneribus, vel infirmitatibus
conuenirent, officioſa ſedulitate procurans:
Humilitatis ſtudio fratribus frequenter co-
quinam parauit parapſides lauans, & depreſ-
ſionis officia exeplens gaudenter: Si quando
verbo, vel facto aliquem turbaſſet, chorda
collo appenſa, veniam humiliter poſtulabat:
illata libenter ſuſtinens, inferentibus indulge
bat. Hæc omnia per quindecim annos per-
agens; diuino oraculo edoctus de morte, &
loco, vt ſocio aperuit, ad vrbem veterem per-
rexit, vbi infirmitate pręſſus, termino appro-
pinquante vitę, circa horam matutinalem, vul
tu præ ſolito exhilaratus, aliquid mirandum
ſe vidiſſe ſignauit: Et fratres aſsiſtentes cum
inquirerent ſi beatum Franciſcum vidiſſet; re
ſpondit nequaquam. Interrogatus ſi angelum
vidiſſet, quærenti nihil reſpondit; mortem ta-
men cuiuſdam noti ſui denunciauit ex nomi-
ne diui-

ne diuinitus ſibi reuelatam dicens, ꝙ Gulielmus obijſſet, & inter nonam, & veſperum eum ſe ſecuturum prædixit, quod & factum eſt.

Hic glorioſus frater quanti meriti ſit apud Deum; miracula per eum facta atteſtantur: Quæ miracula autenticè recipienda, & probãda dominus Papa Gregorius nonus commiſit: Immo mandauit Epiſcopis Vrbeuentano, & Suannæ, ac priori ſancti Ioannis de Platea ordinis Sancti Auguſtini, vt dicit bulla ſua, quæ data fuit in Laterano Pontificatus ſui anno 14. qui inuenerunt iſtum ſanctum fratrem Ambroſium Contractos in diuerſis membris, 14. liberaſſe.

A morbo caduco quatuor.

Vnum demoniacum ipſo Fratre Ambroſio viuente, dum ei percepiſſet exire, liberauit, & duos poſt mortem.

Quatuor à fractura viſcerum.

Sex de apoſtemate, vnum à fiſtula; alium à lupa.

Quatuor à diuerſis infirmitatibus: vnum de cordiaca infirmitate, quæ dicebatur liuida.

Alium ſurdum per quatuor annos.

A fluxu ſanguinis vnum.

Mulierem habentem fętum mortuum per quatuor menſes in vtero.

Alium per ſex annos diſenteriam paſſum.

Puerum habentem os corroſum.

Cęcos, & ſurdos quatuor.

Septem mortuos ſuſcitaſſe, & multa alia mira Deum per preces ſerui ſui Fratris Ambroſij effeciſſe: Sed mortis Papæ Gregorij præuentione cathalogo ſanctorum non eſt annotatus.

Frater Moricus.

Item in vrbe veteri iacet Frater Moricus magiſter præfati Fratris Ambroſij, & ſanctus, ac (vt puto) vnus de ſocijs B. Franciſci: Qui Frater Moricus primo fuit de ordine Cruciferorum; ſed infirmitate grauatus, cum per internuncium beato Franciſco ſupplicaret, vt pro ſalute ſua dominum exorraret; Beatus Franciſcus annuit, miſſo ſibi electuarjo de micis panis, & oleo, quod coram Virginis ardebat altari, confecto, prædicens eum fratrem minorem futurum: Quod antidotum diuina vnctione confectum cum guſtaſſet; ſanus ſurrexit, & a Deo vigorem obtinuit, qui ingreſſus ordinem B. Franciſci vnica tãtum coopertus tunicula, loricam portans ad carnem, crudis contentus cibarijs, videlicet herbis, leguminibus, & fructibus per multa luſtra temporum, ſemper tamen ſanus extitit incolumis, & fortis. Huic fratri Morico dum Natiuitas Chriſti eſſet die veneris, & de carnibus comedendis eſſet quæſtio, & Frater Moricus diceret, ꝙ non eſſent comedendæ propter dië veneris, & hoc fuit ante confirmationem ſecundæ regulæ; Beatus Franciſcus dixit, peccas Frater Morice, die veneris vocans diem, quo natus eſt puer Ieſus nobis, volo inquit ꝙ & parietes tali die comedant carnes, ſi fieri poteſt, vel de foris linjantur: De iſto alia non legi, miraculis tamen fulſit poſt mortem. *Nota.*

Frater Seuerinus.

In dicto loco vrbis veteris iacet ſanctus Frater Seuerinus, qui etiam miraculorum gloria coruſcauit.

Locus Tuſcanellæ.

Frater Gulielmus.

IN Tuſcanella iacet ſanctus frater Gulielmus de cordela, hic poſt prædicationem ſuam factam in platea die quadam: cuidam cęco ad eum accedenti, facto ſigno crucis coram populo, viſum reſtituit.

Die eodem, cuidam viro per ſex annos humeris complicato, rectè non valenti incedere, coram populo ſigno crucis impreſſo, ſanitatem optimam conceſſit, hic & alijs miraculis claruit.

Locus Proceni.

Frater Tobias.

IN Proceno iacet ſanctus Frater Tobias, qui ſpiritu prophetico fuit plenariè radiatus, & illuminatus.

Locus Viterbij.

Fra. Soldanerius.

IN Viterbio iacet ſanctus Frater Soldanerius, quaſi ſol dans nitorem, hic moribus fulſit, & doctrina.

Locus montis compatri.

Frater Angelus de mõte Leone.

IN monte compatro iacent ſancti fratres, videlicet ſanctus Frater Angelus de monte Leone, pauperimus & deſpectus; in cuius morte (vt quidam F. vidit) clara luce pro ipſius anima venit quidam ſolemniter paratus, cum fratrum magna multitudine.

Frater Rainaldus.

In dicto loco iacet ſanctus Frater Rainaldus de patribus Reatinis, vir perfectionis, & ſanctitatis: Hic ambulans iuxta ciuitatem Reatinam cum Fratre Bernardo ſocio ſuo, & guardiano: obuiam habuit quendam cęcum eos ſalutantem, & deprecantem humiliter, vt ſuper eius oculos ſignum faceret crucis: Qui frater Rainaldus dicti ſocij mandato, eidem crucis faciens ſignum, ſtatim ille cęcus lumen recepit.

Poſt modicũ deinde ſpacium infirmatus hic frater ad mortem: cum multi audita eius graui infirmitate ad cuſtodiendũ eum circa tranſitum fratres conueniſſent: cumq; iam cœlo videretur affinis: cępit corpus eius ſudore pfundi, & apparuerunt in facie eius, & habitu quaſi flores ad inſtar pruinę: deſuper concreſcentes. De quo fratres, qui aderant plurimũ admirantes: ſudorem huiuſmodi ſępius extergebant. Sed eodem iterum recreſcente: viſque poſt obitum in eius corpore perdurauit, & cum eo poſitus eſt in ſepulchro. Qui cum per triennium quieuiſſet, contigit quendam alium ſanctum fratrem decedere in loco eodem: in cuius tranſitu tanto odore reſperſa eſt domus fratrum, & regio circunquaque, ꝙ de eius animæ beatificatione ſignum eis eſſet certum.

quoddam tugurium ad quieſcendum,& ſe iuxta ignem poſuiſſet,& dormitare cępiſſet; diabolus titione igneo eius tetigit manum : Qui expergefactus,cum accepiſſet titionem vt repercuteret ſe ferientem; diabolus ab eius oculis euanuit : Ignis tamen vſtio in dicti fratris manu die ſequenti apparuit.

Idem frater vice alia in partibus Hiſpaniæ cõſtitutus,& orando de nocte dũ ſuper trabem, quandam genua frequenter flecteret ; diabolus aſtans genuflexione qualibet eum in maxilla percutiebat,quem cum diu pertuliſſet,tãdem manum extendit,vt caperet ſe percutientem ; ille fugiens,manum fratris tetigit,ac ſic percuſsit ꝙ in ea quinque veſicę turgẽtes exortæ ſunt : ita ꝙ diebus multis cum ea nihil potuit operari.

Frater Io: de Firmo.

In dicto loco iacet ſanctus Frater Ioannes de Firmo,vocatus de Aluerna, vir ſanctitate mirabilis,& perfectione, de huius viri ſanctitate aliqua narranda ſunt, & ſuccinctè; hic de ciuitate Firmana prouinciæ Marchiæ habuit ortum , qui eum nutriretur infantulus in cuna die lunæ,die mercurij,& die veneris ſemel tãtum mammas ſugebat : deinde factus annorũ ſeptem ſe à pueris abſcondendo ; ad agrum patris ibat ad meditandum domini paſsionẽ, & in tantis lachrimis ſe cruciabat ; vt cor eius videretur deficere : Ibique tam duris per totum corpus ſe diſciplinis mactabat, ꝙ de carne eius mundiſsima,& candidiſsima riuuli ſanguinis defluebant , & priuſquam ad domũ reuerteretur,conſuebat circa collum , & corpus ſuum vrticas , & poſtea cooperiebat ſuperioribus indumentis . Factus vero annorum decem cum eſſet canonicus Eccleſiæ maioris terrę ſuę: loricam triginta librarum ad carnẽ nudam portauit; cuius manicarum longitudinem de nocte decurtauit, ſed hãc quidam homo ſpiritualis ſibi deuotus aliam corpori ſuo congruam procurauit : cuius annuli velut in ceram liquefactam , ſic in eius carnem tenerã intrauerunt . Tunc temporis ſe abſtinentia ſic ſtringebat , vt in die de vna quarta parte panis eſſet contentus : Sed cum ſibi diceretur à quibuſdam, ꝙ ipſe eſſet bonus Frater minor , illo verbo audito à domino inſpiratus ; ordinem intrauit beati Franciſci dum.13.eſſet annorum : Cum enim verba diuina aliquando audiret à ſuo magiſtro, cor eius vt cera liqueſcens,tanta ſuauitate gratiæ in interiori homine replebatur,ꝙ homo exterior diſcurrere eſt coactus aliquando per hortum, aliquãdo per Eccleſiam,& quandoque per ſiluam,prout interior impellebat, ſed temporis in proceſſu ad raptus multiplices peruenit,vt dicetur .

13. annis ortus Frater Io. de Firmo, ordin.B.F.intrauit.

De ipſius humilitate

Completo probationis anno, & facta profeſſione,tantę ſe dedit humilitati,vt omnia officia loci faceret,faciebat coquinam, ſeruiebat ad mẽſam,& ipſam parabat,ac in ea legebat, ad portam reſpondebat,fratrum antiquorum tunicas lauabat, cuſtodiens ſacriſtiam , & in choro cantoriam faciens , ſpiritum deuotionis nec extinguebat,nec prętermittebat : Paupertatem complexus, habitu,corda,& femoralibus diues fuit, nihil vſque ad mortem habere volens, præter paruum Breuiarium ad dicendum officium : & quia ſic dilexit paupertatem,Deus in ſuis neceſsitatibus ſibi condeſcedebat, dando ſibi corporis fortitudinem: Nam & ſi iret nudus, & diſcalciatus tempore magni algoris, & niuium,& hiemis,ſemper tamen robuſtoir,& fortior ſocijs inueniebatur.

De ipſius paupertate.

De rigiditate pœnitentiæ ipſius.

Fuit homo maxime rigiditatis in corpore ſuo ; Aliquando enim portauit loricam ; Aliquando corium porcinum ; Aliquando tunicam de pilis equinis nodoſam ; & aliquando habuit ad carnem circulum ferreum , quem prolixitate temporis carni ſic habuit inſertũ, ꝙ in amotione,& depoſitione eius , caro circum circa eſt à corpore euulſa : Abſtinentia etiam carnem domuit, antequam eſſet prędicator : Quadrageſimam ſancti Martini ; Sancti Franciſci;& maiorem.ſancti ſpiritus;Apoſtolorum Petri,& Pauli; Virginis glorioſę;Angelorum ; Vigilias ſanctorum ; Ferriam 6. in pane,& in aqua faciebat ; Triginta annis tantum aquam bibit. Quandam quadrageſimam fecit, nihil comedendo,niſi herbas . Aliam fecit fabas aqua madefactas. Aliam fecit recluſus in cella,in qua nihil comedit niſi vnum panem ordeaceum paruum in die . Aliam fecit ſolum panem biſcoctum comedendo,& aquã bibendo.

Iſte & ſi oriundus fuerit de Marchia,& de Firmo : tamen ad montem Aluernæ accedens , & dicto loco incorporatus : deinceps Frater Ioannes de Aluerna eſt dictus . Quanto denique eſſet acceptus Deo : ex viſitationibus diuinis poteſt patere . Deus enim vice quadam per tres menſes omni die eum viſitauit , ſuum Angelum ad ipſum mittendo:& in fine ex parte Dei dedit gratiam : vt ſecundum omnem ſenſum ſcripturam intelligeret . Et ex tunc factus eſt prædicator magnus , prædicauit poſtea Piſis,Florentiæ,Senis,Aretij,Peruſij,& ſic de alijs terris : in quibus fructum magnum peregit animarum .

In monte Aluernæ ſępè beatus Franciſcus apparuit ſibi,& quædam archana ſibi dixit: quæ quia erant ad ipſius fratris Ioannis præconiũ: nulli voluit dicere . Alia vice in dicto monte beatus Franciſcus ſibi apparuit:& cum eo diu ſtetit , & in fine ſibi dixit : frater Ioannes petę à me quamcumque gratiam vis, & faciam tibi :cui cum petijſſet tangere eius ſtigmata, & oſculari,ſibi beato Franciſco id concedente , remanſit valde conſolatus .

Beatus Laurẽtius ſibi ſemel apparuit,cui erat deuotiſsimus dum oraret pro quodam ſcru-

qui coronam auream manu geſtans, alteram quoque illi ſimilem gemmatam in capite gere bat, vocauitque fratrem ex nomine dicens illi. Frater Rolandine perſeuerare ſtude finali ter in negocio, quod cępiſti; quia corona hęc, quam manu teneo tibi eſt præparata, & ſtatim diſparuit. Frater vero Rolandinus quæ viderat, cuidam fratri ſacerdoti retulit, qui viſione intellecta, ipſum ad boni perſeuerantiam confortauit, & de promiſsione facta docuit non altum ſapere, ſed timere.

Fr. Franc. de Maleſicijs.

De Florentia etiam fuit frater Franciſcus de Maleficijs nuncupatus; homo deuotus, & pau pertatis, ac Regulæ ſuę zelator, qui & ſi in Corſica in ſilua ſit humatus: circa ipſum tamen in vita Deus in monte ſacro Alernę miraculum magnum demonſtrauit: nam cum ſtaret Aluernę, & fratribus Forenſibus loca, in quibus beatus F. ſteterat, oſtenderet, & iuxta pręcipitium maximum ſupra hortum in planicie poſitum dum ſtaret talia oſtendendo in charitate, cęcidit; & de ſcopulo in ſcopulum caput, membra, & renes, & pectus percutiendo, dum putaretur à fratribus comminutus totaliter, nulla lęſione notatum fratres, qui ad excipien dum eius corpus, vt mortuum deſcenderant, inuenerunt: de quo fratres omnes ſunt ſtupefacti.

Frater Ioãnes Parēs.

De Florentia etiam fuit ſanctus frater Ioãnes Parens, primus generalis ordinis, poſt mortē B. Fran. Qui cum eſſet iudex; & in ciuitate Caſtellana ſtaret ad ſuæ domus feneſtram: cõ tigit ꝙ grex porcorum adeſſet: Et cum nullo modo ciuitatem Caſtellanam vellent intrare, inductus paſtor à quodam, vt diceret porcis: intrate porci ciuitatem Caſtellanam, ſicut intrant iudices in infernum, & cum paſtor illud fortiter diceret, vel dixiſſet: ſtatim porci ſine rebellione dictã introierunt ciuitatem. Quo verbo audito, & miraculo viſo, ſtatim iudex deſerens mundum, factus eſt frater minor, vita, & ſanctitate mirabilis. Propter quod electus eſt poſt mortem beati F. primus in generalem miniſtrum.

Hic miſſus eſt à Papa Gregorio vt diſcordantes Romanos ad ſubiectionem, & reuerentiã Eccleſię Romanę reduceret: Quibus rebelli animo reſiſtentibus dixit, ꝙ Deus eos in breui puniret fluminis inundatione, & ſic fuit: Nam Tiberis intantum creuit, ꝙ multos in ꝓprijs domibus necauit, & vrbem quaſi deſtruxit: Propter quod miraculum, Romani ad obedientiam Papæ deuenerunt. Multi alij notabiles fratres fuerunt de Tuſcia, quorum noticia obliterata eſt negligentia fratrum.

De Prouincia Bononiæ.

Frater Nicolaus.

IN prouincia Bononiæ; in loco Bononiæ iacet F. Nicolaus, qui adhuc dum viueret, mortuum, qui ad ſepulturam ferebatur, dicitur ſuſcitaſſe.

Idemque nouos oculos cuidam, cui erãt oculi eruti, cõprobatur reddidiſſe.

Frater Bonizus.

Iacet ibidem in eodem ſepulchro cum F. Nicolao prędicto F. Bonizus homo ſanctiſſimus. Hic F. Bonizus in monte columbarum fuit cũ beato Franciſco quãdo fecit Regulam, quam habemus, & Chriſtum audiuit loquentem, & dicentem Miniſtris pluribus ibidem congregatis, ꝙ Regulã illam ipſe fecerat, & volebat eam ad litteram ſine gloſa intelligi, & ſeruari, vt dicetur fructu, & conformitate ſequenti. Huic fratri Bonizo poſt ſuam mortem apparens B. F. cum habitu aureo, & glorioſo ſua ſtigmata pluſquam ſol lucentia ſibi oſtendit, & oſculanda, & contrectanda conceſsit.

Fr. Matth. de Fauentia.

Iacet ibidem frater Mattheus de Fauentia, qui in vita, & morte, & poſt miracula eſt operatus, & adhuc facit.

Fr. Guido de Spatis.

Iacet ibidem frater Guido de Spatis magnus prædicator Crucifixi, & paſsionis: Hic mira plura fecit in vita, & nunc etiam miraculis præclaris ſua ſanctitas Bononienſibus, & alijs innoteſcit.

Fr. Gulielmus de Cortimilio.

Iacet ibidem quidam ſanctus Laicus frater Gulielmus de Cortimilio vitæ ſanctiſsimæ, & miraculis præclarus.

Locus Mutinæ.

Frater Gerardus.

IN loco Mutinæ iacet frater Gerardus magnus prędicator, qui dũ Venetijs in vigilia feſti B. F. prædicaret, altiſsima de ipſo loqueretur, quidam ciuis ob hoc commotus, & ſi deuotus eſſet beati Franciſci, & feſtum ageret; à prędicatione recedens, dum domum rediſſet ſtatim ſomno opprimitur; Qui ad lectum pergens ſtatim fuit ſopitus, & viſionem habuit de beato Franciſco ſingularem; Sic mundum renuncians, factus eſt frater minor, & B. Franciſci filius.

Locus Arimini.

Frater Io. Barroti.

IN Arimino iacet frater Ioannes Barroti, qui ſignis claret, & claruit.

Frater Andreas.

In dicto loco iacet iſtis temporibus frater Andreas, dulcis frater, & bonus: qui (vt dicunt fratres) ſignis claret, & miraculis.

De Prouincia Paduæ ſiue ſancti Antonij.

Antonij de Padua ſanctiſsimi viri vita, & miracula.

IN Prouincia Paduana, ſiue ſancti Antonij iacent infraſcripti ſancti fratres. In loco Paduæ iacet ſanctiſsimus frater Antonius; quem Papa Gregorius nonus eodem anno, quo mortuus eſt. ſ. anno domini. 1233. die 13. Iunij catalogo ſanctorum aſcripſit: huius ſanctiſsimi viri ſuccinctè vita ponenda eſt, propter prolixitatem vitandam. Hic natione Hiſpanus de Regno Portugalię, & ciuitate Vliſbona extitit oriundus, clarus parentibus, litteris in Eccleſia beatæ Mariæ imbuitur, & cum ad annos puberes deueniret, & præter ſolitum ſe motibus illicitis ſentiret vrgeri, ſpretis ſtudijs, carnis illecebris, & parentibus, ad quoddam monaſterium ſancti Auguſtini

pergens

In dicta ciuitate Arimini quidam hęreticus Bonelus nomine erat; qui dicebat hostiā conſecratam non eſſe corpus domini, & ꝙ faceret à ſua aſina comedi, quam aſſueſecerat ad hoſtias comedēdum. Quod beatus Antonius audiens, miſſam celebrauit: hoſtiam conſecratam aſinæ detulit, & oſtendit, ſtatimq; aſina genuflexit, & capite inclinato reuerentiam exhibuit. Quod videns hæreticus prędictus, infidelitate dimiſſa, verus eſt factus catholicus.

Miraculū de Eucharistia.

Cum ſemel beatus Antonius in conſiſtorio prędicaret coram Papa, & Cardinalibus, vbi erant gręci, & latini, Francigenę, Teutonici, Anglici, & multi alij diuerſarum linguarum, & aliorum idiomatum; ſancto ſpiritu inflammatus, & lingua apoſtolica eructans de Deo melliflua, omnes in dicto conſiſtorio exiſtentes, & ſi lingua loqueretur hiſpanica, & propria: eam tamen intellexerunt, admiratione ſumma dicentes omnes. Nonne iſte Hiſpanus eſt? & quomodo per eum audiuimus vnuſquiſque linguam propriam, in qua nati ſumus? Sed & ſummus Pontifex ſtupens ad tam profunda de ſcripturis à beato Antonio prolata, dixit. Verè iſte eſt archa teſtamenti, & diuinarum armarium litterarum.

Dum beatus Antonius mundum circumeundo ob prędicationem; factus Cuſtos Lemonicen. ad ciuitatem Bituricen. veniſſet, ac cum quadam die populo prædicaret; in tanta multitudine populus conuenit: ꝙ in nullo loco ciuitatis inuentus eſt locus, vbi tanta conſiſteret multitudo. Vnde canonici ciuitatis proceſsionaliter ciuitatem exeūtes cum populo, ad quoddam pratum latiſsimū peruenerunt; vbi beatus Antonius prædicaret, & hoc fuit tempore æſtiuo: Qui dum prædicaret, volens oſtendere Deus ipſius ſancti Antonij ſanctitatem: ſubitò tempus ſurrexit, & tempeſtas valida, adeò ꝙ omnes inceperunt timere tam de pluuia futura, quàm de corruſcationibus, & tonitruis, & ſic cęperunt ſurgere, & velle abire. Quod cernens beatus Antonius, dixit eis. Ego pro parte domini noſtri Ieſu Chriſti vobis dico; ꝙ nullus veſtrum aliquid mali habebit, nec gutta aquæ ſuper aliquem vel aliquam deſcendet, ſtetis firmi ne timeatis: qui verbis eius fidentes, immobiles ad audiendū prædicationem ſteterunt. Et cum pluuia cum grandine groſiſsima deſcendiſſet ſuper terrā, circa audientes nec grando, nec pluuia, nec aliud deſcendit ſuper locum, in quo erant audientes: Cum tamen grando ex nimietate ad altitudinem magnam, vt murus omnem locū ambiſſet. Quo viſo miraculo cuncti gratias Deo reddiderunt, beatū Antonium deinceps in ſumma deuotione habentes, & hoc miraculum ſicuti fuit, ſculptum eſt in lapide in frontiſpitio Eccleſiæ maioris Bituricen. ſicut ego à fratre habui, qui vidit, & iſtud miraculū mihi narrauit.

Pluuia cū grandine deſcendit, nec quempiam audientium læſit.

In ciuitate de Podio Regni Franciæ, quæ ob multa mira in ipſa facta per beatum Antoniū ad ipſum ſanctū ſpeciali deuotione afficitur: beatus Antonius dum eſſet guardianus, & prędicaret; poſt ſe omnes ad prædicationem trahebat. Vnde quædam domina prædicatione eius tracta, poſt ipſum ibat, & quæ ſunt domus, non exercebat; quod vir eius perpendens, eam repræhendebat, & ad prædicationem ire prohibuit. Vnde die quadam beato Antonio prædicante, dicta domina dum virū rogaſſet, vt eam ad prædicationem ire permitteret, & ille nollet, ſummitatem doms ipſa aſcēdit, & diuina faciente virtute prædicationem incępit audire, & intelligere beati Antonij, ac ſi præſens eſſet: & cum interrogaretur à viro quid ageret. Reſpondit. ego beati Antonij prędicationem audio, ac ſi adeſſem: & cum ille inſanam diceret vxorem, rogatu vxoris aſcēdit, & ita cępit prædicationem audire, ac ſi præſentialiter adeſſet. Quo miraculo viſo, & beato Antonio deuotus extitit, & prædicationem eius nunquam ipſe dimiſit.

In ciuitate Lemonicen. dum eſſet cuſtos beatus Antonius, & in nocte dominicę natiuitatis in principio primæ miſſæ deberet prædicare in Eccleſia cathedrali, & nonam lectionē ipſe diceret in conuentu fratrum; recordatus quomodo tali hora prædicare deberet, rogauit dominum, ꝙ ſua virtute ſuppleret, quod humana fieri non poterat: tunc ipſo ſtante cum lanterna in manu: ipſo tamen nihil dicēte in Eccleſia cathedrali aſcendendo pulpitum, prædicauit.

Semel in quadam Eccleſia beato Antonio prędicante in quadam ſolēnitate; & ibi cum adeſſet quædam mulier nobilior de contrata; diabolus volens beati Antonij prædicationem impedire, & dictam dominam; in ſpecie curſoris ſe fingens, ad ipſam cum litteris iuit dicens: filium ſuum ab inimicis captum eſſe, & mortuum. Tunc beatus Antonius, qui nihil tamen de hoc corporis ante audierat, dixit coram omnibus, non timeas, quia filius tuus viuit, et ſanus eſt; & iſte curſor eſt diabolus, & ſtatim diabolus ab oculis omnium (vt fumus) euanuit.

Hic beatus Antonius in funere prædicans cuiuſdam vſurarij, propoſuit pro themate illud: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt et cor tuum; et dixit, mortuus eſt hic diues, & ſepultus eſt in inferno: et addidit dicens parentibus ipſius ſepulti, ite ad eius theſauros, et in medio eorum cor eius inuenientis, eo ꝙ non remanſit in corpore: & ſic faciētes cor adhuc calidum inuenerunt in medio denariorum.

Cor mortui auari inter pecunias inuentum eſt.

In prędicatione beati Antonij quidam adeò cumpunctus fuit; ꝙ dum vellet ſancto Antonio

nio peccata ſua confiteri: præ gemitu nullum
poterat exprimere verbum: cui cum ſanctus
diceret, quod ea ſcriberet, & ſibi daret; quod & fe
cit, & cum ſancto daret: meritis beati Anto-
nij, & cordialis contritionis totam ſcripturã
inuenit deletam, ac ſi nihil in ea aliquando
ſcriptum fuiſſet.

In Lombardia beatus Antonius prędicans iu
xta fluuium, & hęretici nollent eius prædica-
tionem audire; ad fluuium pergens, manda-
uit piſcibus, vt capite poſito extra aquam: im
mobiles ſtando eius prædicationem audirẽt,
quod & fecerunt, ad quod miraculum multi
ſunt ad fidem conuerſi.

Poſtquàm ſanctus frater Antonius plures pro
uincias, & loca illuſtrauerat: factus per gene-
ralem miniſtrum in capitulo generali Aſsiſij
(quando B. Fran. reliquiæ ſunt translatæ) præ
dicator, & lector generalis; fuit.n. lector Tho
loſæ, Bononiæ, & Padueę: ad ciuitatem Pa-
duæ tandem deuenit Chriſto duce: Qui zelo
feruentiſsimo incipiens prędicare; diuina fa
ciente gratia, tantus erat concurſus ciuium,
& aliorum de ciuitatibus propinquis, caſtris,
& villis: vt ambitus Eccleſiarum eos capere
non valerent. Vnde ad latiſsima pratorum
ſpatia ob hoc ſanctus Antonius prędicaturus
ibat, & adeò mulieres, & homines audiebãt
libenter, vt noctis tempore ſurgentes mutuis
curſibus ad capiendum loca contendebant ſe
inuicem præuenire: cuius prædicatione diſ-
cordantes ad pacem reducebantur: captiuati
dimittebantur: vſuræ reſtituebantur, & ſpolia
ta: meretrices conuertebantur ad Deum: ſic
omni genere flagitiorum detenti ad pœniten
tiam confluebant, Nec ipſe ſanctus, nec fra-
tres minores, & ſacerdotes alij ſeculares, qui
ipſum comitabantur; ad confeſsiones audien
das populorum ſufficiebant: multi aſſerebãt
à Deo commonitos, vt dictis beati Antonij in
tenderent.

Vltima quadrageſima, quam totam prædicã-
do, & confeſsiones audiendo vſque ad ſero
expleuit, & ſi corpulentia naturali grauare-
tur, & febre: ob zelum animarum nunquam,
nec prædicationes dimiſit, nec confeſsiones
audire omiſit, in cuius quadrageſimæ initio
hoſtis diabolus fructum animarum volens im
pedire, cum ſe ſopori dediſſet, guttur eius cõ-
primens; cum ſuffocare eſt conatus: Qui no
men Virginis Mariæ deuotè inuocans, & cru-
cis ſignum fronti imprimens, & cum vadentẽ
videre optaret; totam cellam lumine diuino
circũfulſam conſpexit: Quod lumen diabo-
lus non ſuſtinens; ſtatim aufugit. Non ſolum
beatus Antonius ſe in prædicatione occupa-
Dominicale, & quadrag. à B. Anto. factum. uit; ſed ad deſeribendum prædicabile opus
ſe conuertit: Nam dominicale fecit pulcher-
rimum, & ſubtiliſsimum, ſic & quadrageſima-
le condidit & feſtiuum: vt etiam poſt mortẽ
fructum facerent eius ſermones, quem ipſo
viuente, verbo attulerat domino Deo.

Beatus Antonius futura prænouit, & quæ in
longinquis partibus fiebant, diuina ei reuela-
tione pandebantur, quod enim futura præui-
derit patuit ſupra, quando prædixit pluuiam
non deſcenſuram ſuper populum in ciuitate
Bituricenſi. Et mulieri dixit filium ſanum:
quem diabolus mortuum aſſerebat: ac de cor
de vſurarij inter denarios reperiendo.

Sed aliud infero quod à fratre fidedigno au-
diui: in ciuitate de Podio, de qua ſupra me-
moriam feci, beatus Antonius exiſtens, & of-
ficium guardianatus ibidem exercens; erat
quidam notarius totus lubricus, & carnalis,
ac mundanus: cui cum beatus Antonius fre-
quenter obuiaret, ſemper ante eum caputio
extracto genuflectebat. Quod cernens homo
ille, & credens beatum Antonium ad ſui age-
re deriſionem, turbabatur; & quantum po-
terat, beatum Antonium declinabat. Sed vna
dierum cum beatus Antonius eidem obuianti
prædicta ageret, vir iſte ſcandalizatus, dixit
ei; niſi ſtarem ex Dei reuerentia ego te percu
terem gladio: qui tantam facis de me deriſio
nem; quare (inquit) genuflectis coram me:
cui beatus Antonius reſpondit ſpiritu pro-
phetico radiatus. Ego Deo meo me offerrẽ
martirem (inquit) ſum conatus, ſed ipſi non Quid Beat. Ant. cuidã Notario reuelauit.
placuit: tu autẽ (vt mihi dominus reuelauit)
martir eris glorioſus, & te deprecor, quod dum
in agone eris martirij, memor ſis mei. Ille au
tem hæc audiens deriſit: quid plura? Epiſco-
po Podienſi cum multis ad prędicandam ſara
cenis pergente Ieroſolimã; iſte notarius inſpi
ratus à Deo, vẽditis omnibus, iuit cũ eo, & cũ
Epiſcopus tepidè de fide diceret ſaracenis,
ter ſuſtinuit ipſe notarius. Vltimo increpans
Epiſcopum, quod non feruenter fidẽm prædica-
ret, & defenſaret: feruore nimio accenſus;
Chriſtum cępit ſaracenis dicere Deum eſſe ve
rum, & Maumeth filium eſſe diaboli, & perdi-
tionis: & cum ſic fidem conſtantiſsimè prædi
caret & defenſaret; captus à ſaracenis tribus
eſt diebus penis afflictus; quibus expletis, cum
ad mortem duceretur: reuelauit cunctis ſibi
fratrem Antonium prædixiſſe eum martirem
futurum, & hominem eſſe ſanctiſsimum, & ſic
ipſo martirio conſumato; ſocij reuerſi, om-
nia populo retulerunt: Propter quod beatus
Antonius in magna eſt habitus deuotione.

In Padua beatus Antonius exiſtens; rem vi-
dit; quam narro à dicto fratre mihi relatam:
In ciuitate Vlisbona, de qua ipſe ſanctus An-
tonius extitit oriundus: viuentibus ipſius bea
ti Antonij parentibus, videlicet patre, matre,
& fratribus, cum quidam duo ciues eſſent ini
mici capitales, & hoſtes; contigit filium pue-
rum vnius dictorum de ſero ab alio inueniri;
qui iuxta parentes beati Antonij habitabat;
quem

quem crudelis homo capiens, perductum ad domum ſtatim occidit, & iu profunda nocte hortum parentum Beati Antonij intrans; facta fouea latéter humanit,& abiceiſit,& quia puet filius erat perſonæ notabilis; facta inquiſitione,repertum eſt ipſum per cótratam,vbi hoſtis habitabat, puerum tranſiſſe, & cú domus hoſtis, & hortus eſſent quæſita: nihil eſt repertum. Sed inquiſita domo cum horto parentum beati Antonij, puer in horto ſepultus eſt inuentus: propter quod á iuſtitiario regis, pater cum omnibus de domo detenti ſunt, tanquám ipſi puerum occidiſſent,quod beatus Antonius, & ſi eſſet Paduæ cum ſpiritu cognouiſſet; licentiam a guardiano de ſero petens, conuentum exiuit, & cum pergeret de nocte,ad ciuitatem Vliſbonam eſt deductus miraculo, & mane intrans ciuitatem ad iuſtitiarium pergens; rogare cępit vt innoxios á crimine abſolueret, & dimitteret: ſed ille cum nulla ratione id vellet peragere:beatus Antonius puerum mortuum ſibi deferri mandauit, qui adductus mandauit ſibi vt ſurgeret: & an ſui parentes eum occidiſſent indicaret: qui á mortuis ſurgens dixit beati Antonij parentes immunes eſſe á ſua morte:propter quod abſolnti, & dimiſſi ſunt, qui cum eiſdem beatus Antonius per totam diem ſtetiſſet, de ſero ab Vliſbona recedens:mane Paduæ eſt inuentus.

Parentes á morte mirabiliter liberauit.

Per hunc Deus plura ſigna oſtendit, & fecit. Cum quendam beatus Antonius ad confeſſionem audiſſet; qui pede matrem percuſſerat: ſuper hoc á ſancto argueretur, dicens illud Euangelij. Si pes tuus ſcandalizat te,abſcinde eum: ſed ille non bene verbum intelligens: dum eſſet domi, arrepto gladio pedem ſibi amputauit: & quia effuſione ſanguinis, & dolore erat in puncto mortis;vocatus ſanctus Antonins, eum redarguit, & dehumato pede ad crus ſuum apponens, crucis ſignó præmiſſo,pedem cum crure reuniuit, & ipſum liberatum reddidit.

Vice alia inuitatus ad prandium ab hęreticis, aſſenſit, credens ex hoc,ipſos ad viam deducere veritatis. Et cum hæretici dicerent ei. Euangelium dicit, vt comedas de omni eo,quod tibi apponitur, ſtatim ante eum vnum magnú, & horribilem buffonem poſuerunt: Quod videns beatus Antonius oculis prius ad cœlum erectis; ſignum appoſuit crucis,& ecce ſubito corpus caponis calidiſsimum, & olens apparuit, quod videntes qui aderant, ad fidem conuerſi: omnes de eo comederunt.

Fuit etiam beatus Antonius á B.F. plurimum dilectus: vnde.ſ. Franciſcus eum Epiſcopum ſuum vocabat, propter reuerentiam magná, quam ad eum habebat. B.Antonius poſt beati Franciſci mortem; contra fratrem Eliam, & ſequaces ſe viriliter oppoſuit; propter regulá obſeruandam cum ſocijs beati Franciſci, & ſancta Clara;quam ille mutare, quo ad aliqua nitebatur, & quia beatus Antonius á Papa Gregorio plurimum honorabatur,& reputabatur: dum ipſe beatus Antonius coram fratre Elia domino Papę Gregorio diceret, quę ipſe frater Elias faciebat, & Fr. Elias dixiſſet B. Antonio mentiris: dominus Papa ipſum F. Eliam abſoluit á generalatus officio. Et quia nimis prolixum eſſet quę ſanctus Antonius peregit in vita ſua ſingula narrare: qualiter ad gloriæ pręmium tranſiuit, eſt dicendum.

Nam B. Antonio mors ſua á Deo denunciata fuit,& cum per 15. dies ante cum ſocio extra Paduam in quodam colle eſſet; vnde amęná Paduæ planiciem cernere poterat: conuerſus ad ſocium ſitum Paduæ ciuitatis commendando, dixit eam decorandam eſſe proximo immenſo honore,quem honorem ex eius corporis tumulatione accepit;quia in ipſa vltimum Deo tradidit ſpiritum, anno enim dominicæ incarnationis. 1231. die 13. Iunij. Correptus febribus in loco Cellæ extra ciuitatis Paduanæ muros in ſuburbio:confeſsione facta,& ab ſolutione præcepta, hymnum beatę Mariæ. O glorioſa domina, cępit deuotiſsimé decantare. Moxque luminibus in cœlum directis; reſpiciebat prolixius in excelſis; & cum á fratre quodá interrogaretur quid cerneret, ait. Dominum leſum Chriſtum, & habita vnctione extrema cum fratribus, decantatis ſeptem Pſalmis pœnitentialibus, media ferè hora ſpiritu ad ſe tracto; anima eius exuta é corpore,& in abiſſum deitatis abſorta; corpus eius ſpeciem dormientis omnino præferebat: ac eius membra cóſecta, dum adhuc tenerentur á quodam naturali pallore; poſt tranſitum in alborem verſa: futuræ gloriam reſurrectionis intuentibus ingerebant. Poſt eius obitum vir ſanctus cępit maximis ſignis,& miraculis clarere: Nam eo mortuo, cum fratres propter populum eius mortem occultare vellent, vſquequo ſepultus eſſet, pueri paruuli per ciuitatem Paduanam incedentes, clamare cęperunt,in cella mortuus eſt ſanctus F. Antonius; mortuus eſt ſanctus F. Antonius: ad quorum voces Paduani ciues,homines excitati,& mulieres,ad locum præfatum perrexerunt,vt quē patrem,& doctorem habnerant in vita; nunc poſt mortem eius patrocinio iuuarentur: verum quia controuerſia fuit de eius corpore, vbi ſepelliretur; tandem miniſtro declarante, quód in loco fratrum erat ſepeliendum, cum maxima reuerentia, & honore eius corpus ad fratrum Eccleſiam, quæ ſancta Maria vacatur de ducentes, in ſepulchro diuinitus inuento cum ſepelierunt; & ſtatim cępit magnis miris refulgere: dominus Papa Gregorius miracula eius recitanda, & examinanda mandauit Epiſcopo Paduano, prio-

Quo tempore mortuus eſt B. Antonius.

Mors B. Antonij.

ri prædicatorum, & priori ſancti Benedicti: qui diligenter omnia facientes, ſigna, & mira cula ipſi domino Papæ tranſmiſerunt; qui dominus Papa in ciuitate Spoleti eodem anno, quo ex hac vita ſanctus Frater Antonius deceſſerat; ſanctorum catalogo cum magna ſolemnitate aſcripſit. Qua die in ciuitate Vliſbona, vnde ortus fuit Antonius, noua lętitia in omnium ætate orta eſt; nam tam homines, quàm mulieres omnis ſtatus extra domos in plateis, & vicis cantabant, & pſallebant, & cãpanæ oẽs totius ciuitatis ſine hominum manibus ſolemniſsimè pulſabantur, & admirantes homines, & mulieres dicebant; quid eſt hoc, ꝙ gaudium, & tripudium non Poſsimus cohibere? Nũquam in terra iſta hoc vidimus, nec tantam in nobis experti ſumus iocunditatem; quod ſignum hoc eſt, & quam ſignificat nouitatem: Poſtea de Italia fratres venerunt, Sancti Antonij canonizationem portantes, & inuenerunt ꝙ illa die, & hora in catalogo à Chriſti Vicario eſt aſcriptus: quando tantum gaudium Vliſbonę à ciuibus eſt peractum.

B. Ant. in Catalogo ſanctorum aſcriptus.

Beatus hic ſanctus Antonius plures mortuos ſuſcitauit, Regina Legionis, quę hodie dicitur Caſtellę; tenuit filiam defunctam tribus diebus contra voluntatem Regis, & Baronum: quę puella. 11. erat annorum, & dicente ipſa Regina Beato Antonio. O beate Antoni ego fui de patria tua, redde mihi filiam meam: ad hanc vocem cum fide firma ſtatim puella ſurrexit, & matrem arguit dicens: mater mea Deus parcat tibi; cum enim eſſem in gloria inter virgines; tam inſtanter Beatus Antonius ad veſtras preces dominum rogauit, ꝙ me in vitam ad vos remiſit; ſed vnum ſciatis, ꝙ dominus noſter mihi promiſit, ꝙ non ſtarem vobiſcum niſi per 15. dies, & hoc vobis procurauit Beatus Antonius, & ſic euenit.

Miracula B. Ant. poſt mortem.

In ciuitate Vliſbona filius ſororis Sancti Antonij quinquennis in mari ludẽs cum pueris, euerſa nauicula, alijs natantibus, ſolus ille ſubmerſus remanſit: Mater vero poſt tres horas accurrens, filium mortuum à piſcatoribus captum recepit. Sed cum pater vellet eum ſepelire; mater non permiſit, ſed ad beatum Antonium conuerſa ait, frater mi ſi extraneis es pius, & mirabilis; nunquid tuæ ſorori eris crudelis? Eſto nunc mihi propitius, & filium meũ mihi redde; tibi enim promitto, ꝙ in diuino ſeruitio ordini tuo eum tradam, mirabile dictu. Statim puer ſurrexit incolumis, atque ſanus, ac ſi nunquam mali aliquid habuiſſet; Et matre votum implente, puer frater minor factus, vſque in finem in ordine laudabiliter vixit.

In comitatu Paduę filia cuiuſdam mulieris ſubmerſa in aqua; facto voto ad beatum Antonium à matre, ſi filiam ſuſcitaret, de portãdo imaginem de cera ad eius ſepulchrum: mox coram omnibus aqua emiſſa, calore vitali fota reuixit.

In ciuitate Coloneacenſi quidam puer filius Dominicę, ſubmerſus in quodam lacu; patre vouente, & beatum Antonium inuocante pro vita filij, rediuiuum filium accepit.

In Apulia ciuitate Monopoli iuxta locum fratrum: quidam iuuenis terram fodiens ripa de ſuper irruente, eſt letaliter oppreſſus; quod mater audiens, cum clamore accurrens dixit: Sancte Antoni, redde mihi filium meum. Et cum effoſſus eſſet, viuus apparuit, ſed cõquaſſatus. Et cum à fratribus, qui illuc aduenerant, quæreretur quomodo vixiſſet. Reſpondit. Beatus Antonius manus ſuas poſuit ſuper guttur meum: Quod audientes Deo, & B. Antonio debitas gratias perſoluerunt.

Plures alios mortuos ſuſcitauit: Nam quidã frater noſter Pariſinus nomine, vir veridicus, aſſeruit ſe 12. mortuos à B. Antonio vidiſſe ſuſciratos.

Infirmos alios liberauit.

Contractos, & aridos 10. liberauit.

Paraliticos, & contractos 8.

Cęcos ſex. Et ſpecialiter vnum qui ſe cęcum finxerat, qui cum peciam ab oculis eleuaret, vt ſancto derideret; ambo oculi in pecią extra caput ſunt inuenti: ſed pęnitens, viſum recuperauit vt prius.

Tres ſurdos.

Duos mutos.

Surdum, & mutum per 25. annos vnum; qui poſtea ad cuſtodiam archæ beati Antonij ſemper ſtetit.

Epilenticos quatuor.

Naufragos etiam plures liberauit; nam Mulierem ſe in aquam proijcientem cum innocatione beati Antonij; quia vir eius nolebat eã ducere ad ſanctum Iacobum, à ſuffocatione, & balneatione omnino pannorum pręſeruauit.

Panicum à paſceribus inuocatus à quadam domina ſimplici, cuſtodiuit.

Quendam puerum habentem inflaturam in collo bis liberauit, matre vouente primo, ſed non perficiente, & poſt vouente, & perficiẽte.

Quandam puellam filiam cuiuſdam militis atrociter infirmitate lapidis grauatam: voto emiſſo à matre puellæ, lapillum quẽdam puel la ſtatim proiecit, & deinceps nullam dictę ægritudinis pertulit læſionem.

Quendam vidi fratrem Paduæ dum eſſem lector ibidem, nouitiorum curam habentem, quem beatus Antonius totaliter contractum, ita ꝙ manibus ambularet, liberauit.

Quidam miles de Brixia captus à domino Bernabone de Vicecomitibus in craſtino decapitandus; voto facto ad beatum Antonium: eſt de nocte à carcere extraxit, & in loco tuto extra dominium prędicti domini collocauit:

Qui

Qui Paduam veniens palium pro altari beati Antonij fecit valoris quingentorum ſlorenorum, cum autem vellet frater fieri; ſed retentis quibuſdam denarijs, fratres eum recipere noluerunt. Vnde poſt factus eſt. F. ordinis pię dicatorum.

Translatio B. Antonij, à quo facta ſuit. Cardinalis Bononiæ Belgicę dominus Guido Epiſcopus Portueñ. à morte per beatum Antonium liberatus: Apoſtolicus in Italia legatus, ipſius translationem peregit: & caput in pulcherrimo tabernaculo de argento ſuis ſum ptibus facto locauit.

Lingua B. Antonij. Dominus frater Bonauentura Cardinalis Albaneñ. exiſtens generalis ordinis, facta corporis translatione; cum aperuiſſet eius archã, poſt 25. annos ab eius morte, corpore reſoluto, linguam eius reperijt acutam, integram, & rubeam in ore: Quam poſtea cum quidam generalis vellet à loco Paduę deportare, nunquam vidit portam aliquam vnde exiret. Vnde ipſam in quodam repoſuit altari, & cuidã fratri hoc patefacto à generali miniſtro, qui frater (poſt 34. annos) veniens ad mortem, fratribus indicauit; Quam reuerenter de altari prædicto tollentes; in quodam tabernaculo criſtallino poſuerunt: & hodie ipſam inſpicientibus integra eſt, & ſana. Quibus omnibus apparet beati Antonij ſanctitas, & excellentia.

Fr. Lucas. Item in conuentu Paduæ iacet frater Lucas. B. Antonij ſocius ſanctitate, ſignis, & ſcientia, ac prædicationibus clarus. Hic iacet iuxta capellam beati Antonij, & ſuper eius archam miſſa celebratur, & corpus eius in deuotione habetur. Hic vtiles ſolemnes, & ſubtiles compoſuit ſermones dominicales, & incipiunt. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed nõ vt lex tua.

Fr. Fidentius. In dicto conuentu etiam iacet quidam alius frater nomine Fidentius, vir ſanctus, & miraculis inſignis.

Locus Corneclani.

Fr. Marcus. IN Corneclano iacet F. Marcus laicus, homo ſanctitate mira conſpicuus.

Locus Mantuæ.

Fr. Beneuenutus. IN Mantua iacet. Fr. Beneuenutus laicus: homo Deo deuotus, & ſanctitate pręclarus.

Locus de Vtino.

Fr. Odoricus. IN loco Vtini iacet ſanctus. F. Odoricus, qui zelo fidei partes adiens infidelium; fructum multum in conuerſione gentium fecit: & partes ipſorum infidelium pro maiori parte perſonaliter viſitauit. Et licet de conditionibus, habitationibus, & moribus præfatorum eſſet informatiſsimus, ac veridicè poſſet effari. Voluit tamen trinum habere mãdatum ad ſcribendum mirabilia præfatorum: & ſic obedientia aſtrictus, breue quoddam opus edidit de mirabilibus ipſorum Infidelium. Demum ad prouinciam natiuam rediens, ſ. ſancti Antonij, Vtini obdormiuit in domino: Cuius mors in conſpectu domini glorioſa: ſigna multa poſt mortem fecit, & facit ſanctus iſte: propter quæ in patriachatu Aquilegieñ. eſt canonizatus. Mors & canonizatio fratris Odorici.

Hic F. Odoricus quendam fratrem minorem ſex dies habentem in monumento; precibus ſororis, a mortuis ſuſcitauit: quem vidit ſuſcitatum F. Henricus generalis miniſter: vt mihi magiſtro Bartholomeo dixit ipſe oretenus.

Locus Venetiarum.

Frater Cariſsimus. VEnetijs iacet F. Cariſsimus de Clugia: qui poſt mortem poſitus in ſepulchro, ſupinus inuentus eſt. poſtea genuflexus; hic coruſcat multis miraculis: Nam & arborem ſiccam ſubito frondere fecit, & fructus facere.

Fr. Gentilis. Iacet etiam Venetijs Fra. Gentilis martir de Marchia. Hic Fr. cum eſſet in Babilonia Egypti: & ad poſſe conaretur linguam arabicam diſcere, nec valeret, inter ſe dixit: Ex quo linguam ignoro, nec adiſcere valeo; quia prædicare non poſſum, & conſequenter nullum fructum facere, ad partes fidelium redire intendo. Et cum iter arriperet, à quodam iuuene requiſitus eidem obuianti, quo pergeret: & ipſe cauſam expreſsiſſet, dixit ille iuuenis Reuertere, & ex parte domini concedo ꝙ hanc ſcias linguam: Et ex tunc linguam ſarracenicam valde bene ſciuit; & in partibus præfatis remanſit.

Marcus Cornelius Venetiarũ Dux. Hic F. Gentilis dum in deſerto eſſet Arabiæ, & ad montem pergeret ſynai ad ſanctam Chaterinam cum domino Marco Cornerio, poſtea Duce Venetiarum, dicto domino dixit: mihi eſt reuelatum, ꝙ pater meus, & mater mea in extremis laborant; volo ire ad eos viſitandũ, & ſepeliendum, & cras hora veſperarum ad vos reuertar. Et his dictis ab oculis eius ſublatus eſt. Sed die ſequenti hora, qua dixerat reuenit, dicens ſe patrem, & matrem viſitaſſe, ac eos ſepeliſſe; & poſt ſepulturam ad ipſum rediſſe: Qui dominus Marcus poſtea reuerſus ad partes fidelium perſonaliter iuit ad Marchiam; & inuenit fratrem Gentilem illa hora fuiſſe in Marchia, vt prędixerat, & ex tũc ſingulariſsimam deuotionem geſſit ad eum.

Corpus fratris Gentilis Venetijs iacet. Corpus iſtius ſancti fratris ipſe dominus Marcus fecit Venetias deferri, & magno tempore in domo propria renuit cum magna reuerentia: ſed poſtea fratribus dedit. Et cum dictus dominus Marcus filium habere non poſſet: in terceſsione prædicti ſancti fratris iam mortui, & meritis ipſius: duos filios maſculos à domino obtinuit. hęc vt audiui poſui: quia eius legendam non vidi.

Fr. Franc. Pouerellus. Venetijs etiam in Eccleſia noſtri conuentus maioris. ſ. ſanctę Marię: vbi ſunt prędicti fratres. Iacet frater Franciſcus dictus pouerellus laicus.

Hic & ſi eſſet octogenarius & vltra, ſemper diſcalciatus incedebat, habituali tunica ſola, ſemoralibus, & corda contentus.
Hic in Auinione, & Venetijs portam cum eſſet laicus faciebat.
Hic tempore domini Vrbani quinti de Auinione recedens; Venetias ad manendum perrexit. Et cum eſſet ibidem, dum quadam nocte in dormirorio nouitiorum ignis eſſet accenſus. & per ligna appoſita. ſ. antennarum ad feneſtras fratres euaſiſſent, hic frater non valens aſcendere feneſtram, quia antiquus erat, & totum corpus haberet catenis circundatū. genuflexit, & ſe domino cōmendauit. Vnde factum eſt ꝙ cum totum dormitorium eſſet cōbuſtum, & cella huius fratris; ipſe tamen & ſi iam expiraſſet; corpus eius intactum, & cappa, & capilli ab igne remanſerunt. Quod videntes fratres, & ſeculares cum magna reuerentia eum ſepelierunt, & hucuſque aſsiduis fulget miraculis.

Mors fratris Franciſci poucerelli.

De Prouincia Marchiæ.

IN Prouincia Marchiæ iacent infraſcripti ſancti fratres. In Camerino iacet ſanctus frater, & magiſter Ioannes de Parma, quintus poſt beatum Franciſcum ordinis minorum miniſter generalis, vir ſcientia, & religioſitate præclarus, maximus paupertatis, & humilitatis amicus.

Fra. Io. de Parma.

Hic prohibuit in choro cantari, vel legi quicquid in officio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qđ habemus ex regula, non eſſet contentum, vel per generale capitulum approbatum: exceptis quibuſdā antiphonis beatæ Virginis poſt completorium decantandis. In miſſa quoq; iuxta ritum ipſius Romanæ Eccleſiæ à ſiniſtris ſacerdotis mandauit hoſtiam collocari, & calicem à dextris, & pallam diuiſam à corporalibus ſuperponi.
Hic generalis vocato Romę capitulo generali in præſentia domini Papæ Alexandri quarti, cum omnimoda importunitatis inſtantia impotentia allegata; à miniſterio ſe abſolui obtinuit: Qui poſtea in loco de Gretio ſtetit in magna humilitate, & deuotione.
Hic officium compoſuit ad omnes horas de beneficijs creatoris. Et officium de Cruce: cuius inuitatorium incipit. Regem crucifixum &c. dicitur etiam compoſuiſſe.

Officium de Cruce quis compoſuit.

Hic tempore Nicolai quarti licentiam obtinuit, vt iret ad partes infidelium, cupiens ſpargere apud illos ſemen veræ fidei, & euangelicæ veritatis. Cumque perueniſſet Camerinū infirmatus ibidem, diem clauſit extremum; Qui magnis miraculis à die exitus, vſque in præſens claruit, & claret.

Locus ſancti Seuerini.

IN ſancto Seuerino iacet Frater Bentiuola: qui maximis claruit miraculis. Hic viſus fuit à quodam plebano nomine Maſſeo per magnum ſpacium in aere leuatus: propter quod ille dimiſſo plebanatu, factus eſt frater minor.

Fr. Bentiuola.

Locus de Sirolo.

IN Sirolo iacet ſanctus frater Petrus de Monticulo: qui fuit viſus in aere leuatus à fratre Seruodei de Vrbino, tunc guardiano in loco antiquo de Ancona, vſque ad pedes crucifixi poſiti in alto per quinque, vel per ſex cubitos à pauimento Eccleſiæ.

Fr. Petrus de Monticulo.

Locus de Eſculo.

IN Eſculo iacet frater Corradus, qui ob miracula magna de eo populus ciuitatis magnum feſtum agebat: quod dimiſſum eſt fratrum negligētia, & vario ſtatu dictæ ciuitatis.

Fr. Corradus.

Locus Fabriani.

IN Fabriano iacet ſanctus F. Franciſcus. Qui etiam maximis miraculis clarè fulſit, & totam patriam ipſis illuſtrauit.

Fr. Franciſcus.

Locus de Auſimo.

IN Auſimo iacet. F. Gratianus ſacerdos de partibus Romandiolę oriundus, qui multa, & præclara miracula fecit in vita. Cum. n. ipſe frater in loco de Trabebonantis exiſtens: die quadam populo verbū Dei proponeret, cęperunt audiri tonitrua, & fulgura coruſcare, et ventus turbinis ſubito irruit ſuper eos, ita ꝙ viri, qui conuenerant, à loco fugere feſtinarent. Sed frater Gratianus aduocans fugientes, fiducialiter dixit eis. Nolite fugere fratres; quia tempus congruum, verbo ſuo illico dominus prouidebit. Orante autem ipſo videntibus omnibus, & mirantibus: in partes duas omnis ſe pluuia diuiſit, & quantum eſt iactus lapidis retrocedens, omnino non tetigit aſsiſtentes: ſed ſuper multitudinem hominum loco prædicationis ſedentium ſol ſplendebat: Quod videntes omnes, qui aderant diuinæ virtuti attribuerunt.

Fr. Gratianus.

Quedam mulier de ciuitate Amarni in vno oculo orbata, tum filio lumine carente vtriuſque oculi; dum rogaret coram multis, vt ſibi, & filio ſuper oculos ſignum faceret crucis: Quod cum feciſſet, ambo ſunt illuminati.
Iuuenis quidam frænetim patiens, ſic ꝙ pannos laceraret; homines percuteret, & multa alia ageret mala; ad fratrem Gratianum deductus, qui eum ſignaſſet, à dicta infirmitate liberatus eſt.
Vir quidam de ripa Tranſonis propter magnum pondus, quod portauit in humeris, fractus, & contractus: benedictus, & ſignatus à fratre Gratiano, & gibbus, & fractura totaliter abſceſsit.
Quidam nomine Leopardus longo tempore pedum infirmitatem paſſus, ſic ꝙ nullo modo poterat ambulare: ad fratrem Gratianum ſe fecit deferri; qui ad locum, in quo ipſe infirmus aduenerat: à quo crucis ſigno conſignatus, ac de aqua, in qua loti fuerant pedes fra-

tris

tris Gratiani lotus: ſic illico dolor eius receſſit: ꝙ nunquam amplius dictam ſenſit paſsionem.

Vir quidam de caſtro Caſtregenti, ſic erat cōtractus; ꝙ de lectulo per decem annos ſurgere non potuit; ad fratrem Gratianum deportatus, data ſibi manu à ſancto fratre Gratiano; protinus liberatus eſt, & ſuis pedibus domum propriam eſt reuerſus.

Puer quidam de caſtro Ficardi, vtroque lumine orbatus; fratri Gratiano pręſentatus à patre: videntibus, qui aſtabant facto ſigno crucis ſuper oculos, lumen accepit.

Sic & alium puerum cęcum vtroque oculo ſignando; lumen videre fecit: Multa alia in vita ſua fecit.

Sed poſt mortem ad tumulum mulierem contra vetitum laborantem; & diuino iudicio percuſſam in brachio, ita vt laborare non poſſet, inuocato ſancti Pręſidio, ad eius ſepulchrum venientem liberauit.

Quandam mulierem ambas manus contractas habentem, adductam ad eius ſepulchrum; modicum cum ſtetiſſet, liberauit.

Dum viueret ipſe frater Gratianus puerum contractum, & clauſas manus à natiuitate habentem: ſignando ei erexit, & ſe extendit.

Fra. Catalanus. In dicto loco de Auſimo iacet frater Catalanus, zelator paupertatis altiſsimæ, & homo ſanctus.

Locus de Rachanato.

Fra. Beneuenutus. IN Rachanato iacet frater Beneuenutus, homo ſanctiſsimus, & ſignis glorioſus.

Locus ſancti Marini.

Fra. Dominicus. IN ſancto Marino iacet frater Dominicus, per quem Deus poſt mortem miracula eſt operatus: Quidam enim plebanus de Monte Feltro nomine Beningarius habens crus fiſtulatum, nec poterat medicorum ſtudio, vel arte curari; facto voto ſancto fratri Dominico, & eius ſepulchro viſitato; pleniſsimè eſt curatus.

Alius nomine Boncompagnus de ſancto Marino: per 20. annos incuruatus, non valens ſine baculo incedere; fratri Dominico humiliter ſe commendans; illico eſt erectus.

Puer quidam claudicans in vno pede ſic, ꝙ nullo modo ipſum poterat ad terram tangendam coequare; inuocato præſidio fsatris Dominici, liberatus eſt.

Fra. Petrus de monte Vlmi. In dicto loco iacet etiam frater Petrus de mōte Vlmi, vel Vlmonis; qui poſt mortem multos à varijs curauit infirmitatibus; Nam vir quidam de monte Rubiano crure vno, tibia, brachioq; contractus: ad ſepulchrum dicti fratris Petri accedens; inuocato B. Franciſco, vt fratrem Petrum confortaret: pro impendenda ſibi ſanitate: ſtans per modicum ad ſepulchrum, liberatus eſt.

Mulier de Firmo incuruata, adeo ꝙ nullo modo poterat ambulare ad ſepulchrum fratris Petri: equo vecta, ſuper eius tumulum orans, erecta eſt.

Quædam alia mulier habens filiam in extremis laborantē: nondum ſepulto corpore fratris Petri, ad eum accedens, & manu ſancti poſita ſuper vultum filię: ſtatim cum admiratione omnium ad vitę robur eſt reuocata.

Fr. Gratianus. In dicto loco iacet ſanctus frater Gratianus; quem puto ſocium fuiſſe ſancti fratris Egidij & multa ab eo habuit, & de ipſo vidit: coram quo, quendam nobilem: cuius pes ab infirmitate ſcindi debebat; oſculata tibia, & pede ſigno crucis ſignato: ab omni infirmitate poſt morulam curauit. Fratri huic Gratiano ſanctus frater Egidius reſerauit de illa conſolatione mirabili. ſ. de apparitione Chriſti facta ſibi in loco de Setona, ante tres dies natiuitatis Chriſti vſque ad Epiphaniam.

Dum ſemel cum fratre Gratiano ſanctus frater Egidius loqueretur de Deo, quidam ſplendor venit tranſiens inter ambos.

Huic commendabat frater Egidius locum de Setona dicens, ꝙ citra mare nullibi fecerat maiora Deus, quàm in loco præfato.

Perſecutiones atroces, quas diabolus ſancto fratri Egidio feciebat, hic fuit expertus: ad cuius clamorem ipſe accedebat ad eum.

Hunc fratrem Gratianum frater Egidius multum dilexit, & de eo valde confidebat; quia eum nutrierat ab adoleſcentia in ſanctis moribus, & actibus ſpiritualibus, & huic multa documenta dedit ſpiritualia: vt patet in actibus fratris Egidij.

Locus de Murro.

Fr. Maſſeus. IN loco de Murro iacet ſanctus frater Maſſeus; qui cum eſſet plebanus, & vidiſſet fratrem Bentiuolam in aere eleuatum; relictis omnibus, factus eſt frater minor; & adeo fuit ſanctæ vitę: ꝙ & multa miracula effecit.

Locus Suffiani.

IN loco primo Suffiani, ſed nunc tranſlatus eſt ad locum Bruſortij cuſtodiæ firmanæ, iacet quidam frater ſanctiſsimus, cuius nomen non reperi, tam mirandæ, ſanctitatis, & gratiæ, vt totus videretur diuinus, & ſæpè ad Deum rapiebatur.

Hic cum à ſua redibat contemplatione; veniebat cum tanta mentis lętitia, ꝙ homo, vel potius Angelus alterius ſeculi videbatur: Nam tunc facies eius ex diuinæ allocutionis conſortio mirabiliter reſplendebat, ita ꝙ admirationem, & ſtuporem aſpicientibus ingerebat. Hic ſemper ſolitarius manebat, & rariſsimè loquebatur.

Quando vero de aliquo interrogabatur reſpondebat ac ſi eſſet Angelus: & erat gratioſus omnibus, & ſermo eius ſemper erat diuino ſale conditus.

Hic non diebus neque noctibus ab oratione, & diuina

& diuina contemplatione ceſſabat, nec à meditationibus ſempiterni luminis Chriſti inuictum animum relexabat: Vnde fratres propter diuinam gratiam, quæ in eo fulgebat, quaſi alterum Moiſen chariſſimo venerabantur affectu, & in tam laudabili ſtudio perſeuerans; ad finem vitæ deuenit. Et in vltima die vitæ cum fratribus loquens & gaudens: cum magna lætitia, & cordis iubilo perrexit ad dominum Ieſum Chriſtū. Suffiani conditus fuit, & ſi translatus fuit ad locum Brufortij.

Fr. Humilis. Frater Pacificus.

In dicto loco de Brufortio iacet quidā alius ſanctus: Nam poſt mortem beati Franciſci duo fratres germani fuerunt in ordine. Vnus vocabatur frater Humilis. Alius frater Pacificus: quorum vno in loco Suffiani mortuo: alter à longe in alio loco manens ſolitario, & deſerto: vidit eius videlicet germani ſui animam: ſine retardatione cœlum conſcendere. Qui frater factus de familia in dicto loco Suffiani: cum locus ipſe ad petitionem dominorum de Brufortio mutari deberet: ac fratrum oſſa ab inde portari, iſte oſſa fratris ſui accepit, cum vino optimo lauit: & in tobalia alba poſuit, & cum lachrimis, & deuotione oſculari non ceſſabat. De quo fratres fuerunt mirati, quia non ſic faciebat oſsibus aliorum ſanctorum fratrum. Quibus ille reſpondit: quomodo eius animam viderat agens in remotis ad cœlum ire, & quia iſta oſſa debent eſſe in Paradiſo: ideo iſta eis facio. Quod audientes fratres fuerunt bene ędificati.

Locus Moliani.

Frater Iacobus de Fallerono.

IN loco Moliani iacet ſanctus frater Iacobus de Fallerono. Hic viſus eſt à fratre Ioanne cum B. Frāciſco totus ſpecioſiſsimus, & veſtibus candidis renitens.

Frater Iacobus cum dubitaret ſe non eſſe ſacerdotem, & ſuper hoc fratrem Ioannem de Aluerna rogaſſet, vt de hoc ſcrupulo à Deo ſciret veritatem: apparens ſibi.ſ. fratri Ioanni Chriſtus dixit, ꝙ frater Iacobus de Fallerono, erat ſacerdos ſecundum legem Dei. Sic, & beatus Laurentius apparens fratri Ioanni prædicto idem dixit.

Hic frater Iacobus ad mortem veniens iocunda facie, & lęta migrauit dicens, ô in pace, ô in idipſum, ô obdormiam, & requieſcam: Qui poſt mortem apparuit fratri Ioanni iam dicto comittantibus cum Angelis totus, glorioſus, & deuotus.

Locus Scotaneti.

Frater Sanctus.

IN Scotaneto iacet quidam frater Laicus nomine, re, & opere frater Sanctus: qui multo tempore à pane abſtinuit, herbas, vel fructus comedens. Nunc infinitis corruſcat miraculis: & ſi etiam in vita claruerit.

Locus Pennæ.

Fr. Ioan. de Penna.

IN loco Pennæ ſancti Ioannis, requieſcit frater, Ioannes de Penna: ſanctitate ſingulariſsimus: Qui cum eſſet puerulus; quidam pulcherrimus puer vocauit eum de nocte dicens. O Ioannes vadas ad ſanctum Stephanū, vbi prædicabit vnus de fratribus meis; cuius doctrinæ crede, & verbis attende: cum ego miſerim eum, tu autem habes facere magnam viam, & poſtea venies ad me. Qui ſtatim ſurrexit, & ſenſit in anima mirabilem mutationem; & vadens ad locum nominatum inuenit ibi maximam multitudinem hominum, & mulierum; qui ex diuerſis terris conuenerant ad verbum Dei audiendum. Ille autem, qui prædicare debebat, vocabatur frater Philippus; qui erat de primis fratribus; qui venerant in Prouinciam Marchiæ de Ancona: Qui ſurgēs non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute Spiritus ſancti annunciauit verbū Dei. Finita prædicatione, dictus Ioannes iuit ad prædictum fratrē Philippum dicens, ꝙ ſi placeret ei, ipſum reciperet ad ordinem, eo ꝙ libenter vellet pœnitentiam facere, & domino Ieſu Chriſto ſeruire. Ille vero cum eſſet ſanctus homo, & illuminatus à Deo, videns in dicto puero mirabilem innocentiam, & aptitudinem voluntatis, dixit ad eum. Venies ad me tali die in ciuitatem Rachanati, & ego faciam te recipi: Debebat enim tunc temporis ibidem capitulum celebrari. Iuuenis vero vt erat puriſsimus, cogitabat in corde ſuo dicēs. Hęc erit illa magna via mihi reuelata, quā debeo facere, & poſtea ad cęlum tranſire. Iuit ergo, & ibi fuit ad ordinem receptus, ſtatim credidit ad cęlum ire: Miniſter autem dixit in capitulo fratribus. Quicunque vellet ire in Prouinciam Prouinciæ in meritum obedientiæ, ego mitam eum. Quo audito frater Ioannes cupiuit illuc ire dicens in corde ſuo, ꝙ forte eſſet illa magna via, quam facere debebat. Sed propter verecundiam erubeſcebat alicui dicere; at confidens in fratre Philippo, qui eum fecerat recipi, ad eum accedens dixit. Pater rogo te, ꝙ mihi acquiras iſtā gratiam, ꝙ poſsim ire in Prouinciam Prouincię ad morandum. Frater autem Philippus videns eius puritatem, & ſanctam intentionem, acquiſiuit ſibi licentiam eundi illuc ad Prouinciam Prouinciæ. Frater autem ipſe Ioannes credebat, ꝙ illa via completa, iret ad cęlum. Stetit autem in dicta Prouincia 25. annis. viuens in exēplari vita, & maxima ſanctitate, & omni die ſperabat adimpleri promiſſum.

Hic fuit de primis fratribus, qui iuit ad Prouinciam prouinciæ ad capiendum loca: ibi ſtabat cum ſuis Socijs ſicut peregrinus in multa paupertate, & auſteritate, & ſemper in exemplo magnæ ſanctitatis apud homines.

Hic Fr. habuit ſpiritum prophetię.

Hic inter alia dona habuit Spiritum prophetiæ. Cum enim quendam haberet nouitium, qui diabolica tentatione vt de ordine exiret, erat tentatus: Noluit tamen ante reuerſionē

fratris

fratris Ioannis exire; Reuerſus itaque frater Ioannes, dictum vocando nouitium, dixit ei: Volo fili vt confitearis,& cum annueret: frater Ioannes dixit dicto nouitio totum ordinem ſuæ tentationis, & adiecit, & quia expectaſti me, & noluiſti recedere ſine benedictione mea, dedit tibi Deus hanc gratiam, quod nunquam de iſto ordine exibis, ſed in ipſo cum benedictione Dei morieris. Tunc dictus nouitius confirmatus fuit in omni bona voluntate,& factus eſt ſanctus frater.

Iſte frater Ioannes fuit homo magnę orationis, & ſingulariter poſt matutinum nunquam reuertebatur ad cellam. Et quodam ſemel anxiatus,& plenus tędio, adhæſit cuidam arbori, & rogabat Deum, vt acciperet ſpiritum eius.

Multi alij fratres ſancti fuerunt in prouincia Marchiæ de Ancona: ſed de pręfatis ſolum inueni.

Multi etiam alij ſancti fratres iacent in ipſa prouincia Marchiæ de Ancona: qui perfectiſſimi fuerunt, & miraculis glorioſi, de quibus non inueni vbi iaceant, tamen aliqua de eis hic apponam: Et quia de illa fuerunt prouincia, credo ipſos in eadem ſepultos.

De ſancto Fratre Paulo.

FRater Paulus hic vita ſanctus, poſt mortẽ multis claruit miraculis: Nam puellam ſeptem annorum nomine Roſam, quæ demoniaca credebatur, pro eo ꝙ à tribus ſpiritibus nigerrimis, prout dicebat affligebatur, & ſic ne eos videret, per loca diuerſa fugiebat. Et cum ad Eccleſias pluries duceretur dicebat, ꝙ non niſi per ſanctum fratrem Paulum liberaretur; ducta ad monaſterium ſancti Saluatoris, vbi quædam erant reliquiæ ipſius fratris Pauli, dũ ſuper eam ponerentur, continuo priſtinam obtinuit ſanitatem.

Domina Octauia ſoror prędicti monaſterij ſancti Saluatoris, cum dolores intollerabiles in manibus pateretur,& pedibus, præfatis reliquijs poſitis ſuper loca prædicta, plenam conſecuta eſt ſanitatem.

Domina Blancaflore cum vitio lapidis multo tempore, & aliarum egritudinum grauiſsimè torqueretur, ad ſepulchrum fratris Pauli ducta; integram habuit illico ſanitatem.

Flora lumine oculorum multo tempore priuata; per mulieres ad ſepulchrum fratris Pauli ducta; lumen perditum recepit.

Berta de Camerino amiſſa loquela, ad ſepulchrum ſancti fratris Pauli veniens, ſubito loqui cępit,& Deum laudare.

Quidam habens manus,& pedes paraliſi diſſolutos, ſic ꝙ nec manus ad os ponere poterat, nec ambulare, ductus ad eius tumulum, per merita ipſius ſancti fratris Pauli eſt curatus.

Ioannes quidam deſtitutus pedibus, vt non poſſet nec baculo ambulare, ad corpus ſancti fratris Pauli nondum ſepultum ſuper aſinum deportatus; gratia poſtulata, dicti ſancti fratris Pauli meritis ad propria ſuis pedibus eſt reuerſus.

Bonus Ioannes crure ſiniſtro ab infantia contractus,& morbo epilentico grauatus, ad ſancti fratris Pauli ductus ſepulchrum, ſtatim extenſo crure à morbo eſt liberatus.

De Fratre Martino.

FRater Martinus hic dum viueret, mulierẽ nomine Marſedam mentecaptam ad ipſum deductam, aſpertam aqua benedicta, ſtatim ſanauit.

Thomaſianam de Vrbino paraliticam, & à multis demoniacã reputatam; ad ipſum ductam, datis ſibi uuis ab ipſo ſignatis in cibum; ab vtraqua infirmitate curauit.

Tebaldus puer fiſtulam vnam habens in crure,& aliam in corpore; ad eius ſepulchrum pergens,& ſancto Martino inuocato; illico fiſtula vtraque cępit deſicari,& modico tempore interiecto ſalutem obtinuit.

Puer Guidutius diſenteriam,& febrem patiẽs per ſeptem hebdomadas, ad eius deductus ſepulchrum; ab vtraque infirmitate curatus eſt.

Mulier nomine Bonaſpes, cum pluribus hebdomadis ſanguinis fluxum per ſeceſſum pateretur, Fratri Martino ſe deuouens, continuo liberata eſt.

Mulier nomine Talia vtriuſq; luminis officio longo tempore deſtituta; ad ſepulchrum ipſius ſancti vadens, voto facto illuminata eſt.

Alia mulier ex vno latere paralitica,& alterius oculi lumine priuata; à charis eius ducta ad ſepulchrum ipſius fratris Martini; vtranque gratiam habuit.

De Fratre Lucido.

FRater Lucidus antiquior vere lucens ſanctitate, & ardens gratia diuina, & charitate; cuius lingua glorioſa ſpiritu ſancto fuit edocta, fructus fecit mirabiles.

De fratre Mattheo.

FRater Matthęus de Mõte Rubiano, q fuit ſanctitate pręclarus; viſus eſt à fratre Ioãne de Aluerna inter choros angelorum,& ſanctorum cum B. Franciſco gloria, & claritate fulgere: Sic & fratrem Lucidum præfatum etiã vidit gloria ſingulari fulgere.

De fratre Peregrino de Fallerono.

FRater Peregrinus ſanctus, & nobilis de domo illorum de Fallerono, cum audiſſet beatum Franciſcum Bononiæ prædicãtem; cum eſſet ibi ſtudens vnà cum fratre Rizerio de Mucia nobili de Marchia; ambo diuino lumine inſpirati, ad beatum Franciſcum accedentes; facti ſunt ſimul fratres Minores, & cum gaudio ab ipſo recepti. Et intelligens beatus Franciſcus cui, & quali officio eorum quilibet ſe ſubderet, dixit eis. Tu Peregrine teneas viam humilitatis. Et tu Rizeri ſeruias fratribus

fratribus. Et factum eſt. Nam frater Peregrinus uunquam voluit ire vt clericus; ſed vt laicus manſit : cum eſſet honus,& ſufficiens litteratus : & in decretalibus per optinıė inſtructus: propter quam humilitatem peruenit ad maximam perfectionem virtutum, & ſpecialiter ad gratiam compūctionis, & amoris Dei. Nam Chriſti amore totus ſuccenſus, & martirij; pertexit Ieroſolimam ad viſitandum loca illa ſanctiſsima Saluatoris; portans ſecum volumen euangelicum. Et cum legeret loca ſancta, per quę Deus, & homo perrexit,& eadem pedibus tangeret, & oculis cerneret; ſe ibidem adorando dominum inclinabat, & amplexabatur brachijs fidei omnia loca ſanctiſsima, & labijs oſculabatur amoris, & lachrimis deuotionis cuncta rigabat; itaque cū ctos cetnētes ad deuotionem maximam prouocabat. Ordinante verò diſpoſitione diuina, reuerſus eſt ad Italiam. Et verè tanquàm peregrinus mundi, & ciuis cęleſtis regni ſuos nobiles conſanguinos rariſsimė viſitabat. Cōfortabat ſemper eos ad mundi contemptum, & ſobriė loquens ad diuinum eos incitabat amorem, & expeditė, ac feſtinanter ab eis recedebat dicens, ꝙ dominus Ieſus Chriſtus, nō inuenitur inter cognatos,& notos.

De iſto ſancto fratre Peregrino dicebat ſanctus frater Bernardus de quinta Valle ſanctiſſimi patris noſtri Franciſci primogenitus benedictus, vnum verbum valde mirabile.ſ. ꝙ iſte Frater Peregrinus erat vnus de perfectioribus fratribus huius mundi. Verė enim fuit peregrinus huius mundi : Nam amor Chriſti, qui in corde eius ſemper ardebat; non permittebat eum in re aliqua quieſcete, nec affectū eius quieſcete in aliquo temporali; ſed ſemper ad patriam tendere, & ad patriam anhelare, & de virtute in virtutem aſcendere, donec in amatum transformaret amantem. Tandem plenus virtutibus ad Chriſtum, qué ſemper dilexit toto corde, cum multis miraculis ante mortem,& poſt moitem perrexit.

De fratre Rizerio de Mucia.

FRater autem Rizerius dicti fratris Peregrini ſocius in terris, & nunc conciuis in cœlis; per actiuam vitam dum viueret ambulans, & Deo ac proximo fideliter ſeruiens, factus eſt familiariſsimus. B. Franciſco, & multa ab ipſo. Bea. Franciſco didicit,& de pluribus agnouit veritatem,& in agendis cognouit domini voluntatem. Et ſecundum B. Franciſci vaticinium Frater Rizerius fratribus ſeruiens, factus eſt miniſter prouinciæ Marchię Anconitanæ. Et propter zelum Dei, qui ſemper ardebat in corde ſuo, cum pace maxima, & diſcretione ipſam prouinciam regebat, ſequens Chriſti exemplum, qui prius voluit facere, quā docere. Poſt multum vero temporis permiſit Deus in lucrum animę tentationes grauiſſimas ſibi euenire, vt probaretur tanquam aurum in fornace, propter quas tentationes ſe affligebat in abſtinentia, & diſciplinis, lachrimis,& orationibus; ſed à tentatione liberari non poterat, & multotiens ducebatur ad deſperationem : Nam propter immanitatem tētationis credebat ſe à Deo derelictum. In vltima vero deſolatione,& deſperatione poſitus : cogitauit in corde ſuo dicens. Surgā & ibo ad patrem meum. B. Franciſcum,& ſi oſtēderit mihi familiaritatem, credo ꝙ Deus propitius erit mihi peccatori; ſin autem, ſignum erit ꝙ ſum à domino derelictus. Et arripiens iter, ibat ad Bea. Franciſcum cum ſecuritate maxima, & affectu. B. autem Franciſcus iacebat in palacio Epiſcopi Aſsiſinatis valde infirmus. Et cogitanti de d. Ieſu Chriſto; reuelatus fuit ſibi à Deo ordo tentationis, & aduentus, & propoſitum dicti fratris Rizerij. Et ſtatim vocans ſocios ſuos.ſ. fratres Maſſeum, & Leonem dixit. Ite in occurſum filij mei fratris Rizerij, & ex parte mea ipſum amplectentes, oſculantes,& ſalutantes, dicite illi, ꝙ inter omnes fratres, qui ſunt in mundo ſingulariter ipſum diligo. Illi vero ſicut obedientiæ filij, ſtatim exierunt in occurſum fratris Rizerij. Et inuenientes eum ſicut dixerat. b. Franciſcus amplectentes, & recipientes, amicabilia,& amabilia verba patris ita animam illius conſolationibus repleuerunt, ꝙ totus fuit quaſi liquefactus ex gaudio. Quāto vero gaudio fuerit tūc plenus,& lætitia,& gratias Deo exhibuerit, non poſſet dici, quia dominus proſperum iter fecerat ſuum : perueniens autem ad locum vbi iacebat pater noſter Frāciſcus, qui licet eſſet grauiter infirmus, ſurrexit & venit in occurſum illius,& amplectens cum dulcedine dixit. Chariſsime fili. Fra. Rizeri inter omnes fratres, qui ſunt in mundo vniuerſo te diligo. Et imprimens ei ſignum crucis in fronte, & ipſum amantiſsimė oſculans in eodem loco dixit. fili mi chariſsime. Fr. Rizeri. hæc tentatio data tibi fuit ad maximum tuum lucrum. Sed ſi non vis amplius iſtud lucrum, nō habeas. Mirabile dictu. Statim ceſſauit omnis illa tentatio diabolica, ac ſi in vita ſua nūquam ſenſiſſet, & manſit in domino conſolatus.

Hic ſtans cum B. Franciſco in dicto palatio Epiſcopi, & loquens cum B. Franciſco de facto religionis,& regulæ obſeruantia, interrogauit. B. Franciſcum dicens. dic mihi pater intentionem tuam, quam habuiſti à principio quando fratres habere incępiſti, & quam habes nunc,& credis habere vſque in diem mortis tuæ, vt valeam certificari de tua intentione prima, & vltima. Vtrum.ſ. nos fratres clerici, qui tot libros habemus. poſsimus eos habere, licet dicamus ꝙ ſint religionis? Reſpondit B. Franciſcus di. dico tibi Frater, ꝙ hæc fuit, &

Ant. B. Fr. circam regulæ obſeruationem.

eſt prima, & vltima mea intentio, & voluntas: ſi fratres mihi crediđiſſent, ꝙ nullus fratrum deberet habere niſi veſtimentum, ſicut regula noſtra nobis concedit, cum cingulo, & ſemoralibus, hic tandem perfectus, & ſanctus perrexit ad Chriſtum.

De Fratre Pacifico.

FRater Pacificus qui fuit primus Miniſter in Francia. credo ꝙ de prouincia fuit Marchiæ; Qui cum B. Franciſcum reperiſſet prædicantem in quodam monaſterio apud caſtrum ſancti Seuerini de Marchia, & facta manu domini ſuper eum. B. Franciſcum duobus enſibus valde fulgentibus tranſuerſaliter in modum crucis conſignatum vidiſſet, compunctus, cum eſſet rex verſuum, & laureatus ab Imperatore Federico. B. Franciſco adhærens, & mundum relinquens, factus eſt frater minor: Et quia à mundi ſtrepitu; ad Chriſti pacem erat conuerſus. B. Franciſcus fratrem Pacificũ eum cenſuit appellandum.

Fr. Pacificus ante Religionis ingreſſum à Federico Imperatore laureatus.

Hic Fr. Pacificus antequam fieret miniſter in Francia, ſignum magnum Thau in B. Franciſci fronte conſpicere promeruit; quod colorum varietate diſtinctum: eius faciẽ miro venuſtabat ornatu.

Hic frater Pacificus dum ſemel iret cum beato Franciſco ad Eccleſiam ſancti Petri de Beuanio, & iuxta Caſtrum Treuij veniſſet, dixit B. Franciſcus ſocio, ꝙ hoſpitari volebat in illa nocte in dicta Eccleſia, & ꝙ recederet, & de mane ad eam veniret. Cũq; de mane poſtquã Frater Pacificus fuerat hoſpitatus in hoſpitali leproſorum, ad Eccleſiam veniſſet, inuenit B. Franciſcum ante altare orantem, & ipſe expectans eum extra chorum, poſuit ſe ad orandum. Et dum oraret raptus in cęlum ſiue cũ corpore ſiue extra, vidit multas ſedes vacuas; & cum ad ſe rediſſet, & B. Franciſcum ab oratione ſurrexiſſe videret; ſe eidem vt iam in cœlo regnanti recomendauit. Et cum iret cępiſſent. F. Pacificus memor viſionis, cępit quęrere à B. Franciſco, quid ſibi videretur eſſe. Reſpondit: B. F. mihi videtur, ꝙ ſim maior peccator, quàm aliquis qui ſit in mundo. Et ſtatim dictum eſt animæ fratris Pacifici. Modo credere potes viſionem eſſe veram, ꝙ humilis Franciſcus ſua humilitate debet in ſede luciferi ſedere, hic frater Pacificus plenus virtutibus; & ſanctitate notabilis perrexit ad dominum.

De prouincia Ianuæ.

Fr. Belengerius de Montecuto.

IN loco de Ianua requieſcit ſanctus. F. Belengerius de Montecuro, qui ſignis in vita, & poſt mortem extitit glorioſus.

Fr. Bonifacius.

Iacet ibidem. F. Bonifacius de Riperdo, qui fuit miniſter longo tempore in Prouincia Ianuę; hic fuit in ordine vltra annos quinquaginta, in quo fulſit virginitas, quia virgo puriſsimus; humilitas quia licet eſſet miniſter, nec famulũ habuit, & officium miniſteriatus mnl toties renuit, & coactus tenuit: Paupertas quia tunica ſola indutus ibat, tempore etiam magni algoris. Præfatis virtutibus fulſit, nec non & carnis maceratione: Nam nunquam ieiunium ſoluit, etiam in mortis articulo conſtitutus. Fuit etiam cunctis moribus adornatus. Aſpectu placidus, verboque dulcis, & affabilis, dulcedinis, & patientiæ ſummæ. Frater enim eius cum à quodam fuiſſet occiſus, ipſe Frater Bonifacius hoc ſciens, non animatus ad fratris carnalis vindictam, ſed ad indulgentiam inimico exhibendam, domum interfectoris fratris adijt. ſibi deuotiſsimè pepercit. cũ ipſo comedit, & deinceps chariſsimum ſemper tenuit, & habuit. Officium diuinum ſemper cum ſumma deuotione perſoluit.

Hic primo fuit miniſter prouinciæ Siciliæ, vbi & ſi vitæ actiuæ deditus eſſet ex officio, non tamen à contemplatiua diſceſsit, ſed ipſam ſemper tenuit, & habuit. Orationi inſtando miſſas deuotè ſemper, & cum lachrimis celebrando. Sed cum miniſteriatum prouinciæ, Siciliæ optime adminiſtraſſet; à fratribus prouinciæ Ianueñ. electus miniſter. 12. annis cum omni charitate, prudentia, & iuſtitia ipſam rexit prouinciam. Socio tantum contentus; famulum habere noluit, & peditando ſemper prouinciam viſitauit. Quinquageſimo anno in ordine expleto, hora ſui tranſitus imminente, quidam Frater ſanctitate pręclarus, vidit Angelos ad ipſum deſcendentes, eiuſque animam in ſpecie cuiuſdam luminis; ab ipſis in cęlum deferri conſpexit, hic poſt mortem ſignis claruit.

De prouincia Pennenſi.

Frater Andreas.

IN loco Adriæ iacet ſanctus Fr. Andreas, qui fuit homo deuotionis, & contemplationis: Hic cum nocte quadam orationi, & deuotioni intentus eſſet, vocem audiuit dicẽtem ſibi, vt quid te miſer Andreas vigilijs, & ieiunijs, & afflictionibus alijs ſine cauſa confundis? Verè ſcias te damnandum, nec vnquã tantum poteris laborare, vt ſalueris. turbatus non modicum ex talium auditu, cępit lachrimas ex cordis intimis emittere, & diutius cogitare quid hoc eſſet; dumque inter ſpem, & metum conſtrictus cogitatione ſollicita fluctuaret, vox de cœlo perſonuit dicens. Ne timeas Andrea; nec vox prima te terreat, quam audiſti, quia vox diaboli mendacis fuit. Confortare ergo in dño, cui fideliter adhęſiſti, & in bono, quod cęperas perſeuera, quia ſalus tua in proximo eſt ventura ſi permanſeris. Quinta die primę hebdomadę quadrageſimæ iam futuræ, de hac valle miſerię vocaberis ad coronam. Adueniente tempore prædicto, fratribus dictam narrãs viſionem, diem ſuæ mortis adeſſe prædixit, facta igitur confeſſione generali, & commendatione animæ facta cũ fra-

tribus, debitum terrę coram eis perſolués ad cęleſtia regna fęliciter tranſmigrauit.

Locus Aprutij.

Fr. Franciſcus. IN Aprutio iacet Frater Franciſcus. Iſte dicendo miſſam reperit in ſanguine Chriſti in calice araneam, & nolens araneam ſanguine Chriſti intinctam extra proijcere; calicem cum aranea bibit.

Locus Blucani.

Fr. Benedictus. IN Blucano, iacet Frater Benedictus hydropicus, iſte propter vnum peccatum in iudiciæ ad iudicium tractus damnabatur, ſed precibus B. Franciſci. & B. Antonij liberatus ad vitam corporis reſtitutus, relicta ex tunc philoſophia, mutatus in virum alterum, & habuit ſcietiam infuſam, & ſanctiſsimę vitę fuit.

Locus Aquilę.

Fra. Thomas Hibernicus. IN loco Aquilæ iacet Frater Thomas hibernicus, hic policem ſibi amputauit, ne ad ſacerdotium cogeretur, hic multas diaboli inſidias perpeſſus, miraculis claruit in vita, & poſt mortem.

De ſancto Bernar. Item noniter in dicto loco iacet. S. Bernardinus de Senis, magnus prędicator, & multis miraculis coruſcans, poſt mortem. 1444.

De prouincia Terræ laboris.

Fr. Aug. de Aſiſio. IN Neapoli iacet F. Auguſtinus de Aſsiſio, primus miniſter Terræ laboris, hic ſanctitate famoſus, ad finem vitæ perueniens, hora qua beatus. Fr. eſt mortuus, dum ſtaret in tranſitu idem Frater Auguſt. & diu loquelam amiſiſſet, videns beatum Fr. aſcendere cœlum clamauit dicens. Expectame pater, expecta. Et cum à fratribus inquireretur, quem ſic alloqueretur, reſpondit beatum. Fr. mortuum cœlum aſcendentem. Quo dicto, & ipſe fœliciter in domino obdormiuit.

Locus ſanctę Claræ.

Fr. Philippus de Aquerijs. IN monaſterio ſanctę Claræ, iacet Frater F. Philippus de Aquerijs de prouincia prouinciæ; qui magnis, & aſsiduis claret miraculis: hoc de ciuitate Aquenſi fuit, & genere nobilis, ſed puer ordinem intrauit: Qui cum per tempus ſtetiſſet in prouincia prouinciæ, ab ipſa recedens, ad montem Aluernæ acceſsit; Ibi diu moratus tandem ad morandum Aſsiſium iuit ad locū de carceribus. Sed fama eius ſanctitatis creſcente ad petionem domini Regis Roberti, & dominæ Sanctiæ Reginæ conſortis ſuæ, per generalem miniſtrum factus confeſſor ſororū de ſācta Clara, Neapolim adijt, vbi degens, paupertatis, humilitatis, morum honeſtatis, & grauitatis, cęterarumq; virtutū exemplar fuit.

Huic doctrina ſanctum Elzearium nunc ſanctorum catalogo aſcriptum, tunc vero comitem Ariani, & ſanctam Thalpinam eius coniugem ad Chriſtum conuertit, & virgines permanſerunt.

Sorores de ſancta Maria Aegiptiaca, quas ex lupanari ad clauſurā Regina Sanctia perduxerat, diaboli inſtinctu ad vomitum redire optantes, miſſus ad ipſas a dicta Regina, oratione & prædicatione ſic in bono firmauit; vt plures ex eis in ſignum ſanctitatis miraculis coruſcarent.

Hunc clarū miraculis dominus in vita dedit, & ſpiritu profetico repleuit; Ipſe enim militem quendam in extremis poſitum liberauit, ac dicti militis vxorem grauiter infirmanté, dum pro ea oraſſet ſanauit.

Crus in duo ſciſſum cuiuſdam ſui deuoti ciuis de Neapoli, hora qua dixit ſanandum, redintegrauit oratione.

Preuidit regis Ludouici mortem & prędixit, dum ad petitionem Reginæ Ioannæ pro dicto rege oraſſet.

Domino Iacobo infanti Maioricarum: tertio viro dictæ dominæ Ioannæ, quæ ſibi euenerunt prædixit.

Cuidam dominæ de Alemania de Neapoli recedenti cum intentione non reuertendi, de ſuo iterato reditu prædixit, & ſic contigit.

Sacriſtæ ſanctæ Clarę quę claues ſacriſtię amiſerat, prędixit eas ſibi cęcidiſſe in tali parte horti, & eas ibi eſſe cum tamen hortum ob infirmitatem per ſex annos non intraſſet.

Dum ſemel in choro eſſet & oraret peccatum cuiuſdam fratris vidit, ac prædicti fratris magiſtro reuelans, confeſſione fratris magiſter ſic eſſe inuenit.

Inter alia quę hic ſanctus habebat, pręcipuum fuit ſanctæ orationis ſtudium; ſemper orando, omni die Pſalmos pęnitentiales, & officiū mortuorum dicendo.

Et quidem quia erat intentus orationi, & ſpecialiter meditationi dominicę paſsionis, dominus ei de ſua paſsione, ſemel talem indidit dolorem. Nam cum ſemel domini paſsionem orans meditaretur, apparuit ei dominus Ieſus Chriſtus vti cruci confixus, de cuius manibus, pedibus, & latere ſanguis copioſè manabat. Qui in corpore dicti fratris ſcilicet manibus, pedibus & latere tātum dolorem impreſſit, q acerbitate paſsionis, & doloris aculeatus fuit, & tantam memoriam paſsionis reliquit, q ſtatim dum recordaretur de Chriſti paſsione, cum clauo, vel ligno ſuas manus pedes percutiebat, & latus. Volens ergo eum dominus probare vt aurum in fornace per patiētiæ virtutem, per annos 30. maximas cicatrices, quæ vermes, & fętorem emittebāt, in eius corpore impreſsit: Et adeo illę cicatrices erant apertę, & latę, vt manus clauſa in eis infigi valeret, & tamen nunquam verbum quærimonię ab eius ore fuit auditum. Et q maius eſt, pluribus annis ſtetit q de lectulo minimé ſurgere valuit, in dictis doloribus exiſtens, à domino, & ſanctis angelis frequenter eſt viſitatus, ſicut indicio manus ad Deum, & ad Angelos,

gelos, & per eius verba eſt probatum. Mortē ſuam adeſſe cognoſcens, ſuas diuitias.ſ. cordam,& femoralia reſignauit Guardiano. Nocte qua de mane deceſsit, duos demones ad ſe venientes, ſed nihil in eo de ſuo inuenientes, oratione fugauit. Sacramentis perceptis ad percipiendum pro laboribus præmium anno circiter centeſimo vitæ ſuæ ad Christum perrexit. Anno domini 1369. die 18. Iunij die Veneris hora qua ſacrum corpus domini in Eccleſia ſanctę Clarę eleuabatur.

Mors fratris Philippi.

Quo mortuo tria miracula in eius corpore apparuerunt.

Primum quia plagę, quæ in eius corpore dum viueret fetorem horribilem emittebant, fragantia multa reſperſæ ſunt.

Secundum quia corpus eius ſic mole ſe probebat palpantibus; vt non mortuus, ſed viuens videretur.

Tertium ꝙ vngues de manibus cum præ deuotione abſcinderentur; ſanguis viuus exibat, ac ſi non eſſet mortuus.

Ipſo ſancto cum domino iam beatificato, placuit altiſsimo eius glorię magnitudinem fidelibus miraculis declarare: Die quo deceſsit facta ſunt hęc miracula, & alia plura videlicet.

Cum enim à paucis de eius ſciretur morte, ſtatim per totam ciuitatem Neapolitanam vox inſonuit, ꝙ Frater quidam ſanctus de ordine minorum in monaſterio deceſſerat beatę Claræ, propter quod turmatim populus ad locum præfatum cucurrit, Vbi Deus oſtendit ſigna magna.

Filia Conſtantini de Duratio, qui morabatur Neapoli: ab infantia pedibus contracta, tactu corporis greſſum recuperauit.

Gētulus Gerardus priuatꝰ lumine dextri oculi, cum non poſſet appropinquare ad corpus, cum caputio corpus tangens,& demum ſuum oculum, lucem recepit.

Bucia de Salmona annis.17.paſſa dolorem capitis;manum ipſius ponendo ſuper caput ſuū, exritit illico liberata.

Domina Ioanna habens filiam nomine Chaterinam à natiuitate contractam,ad corpus accedens; dum filiam ſuper corpus poſuiſſet; greſſum recuperauit.

Quędam mulier infirmitatem patiens non nominandam: dum herbas iactatas ſuper corpus poſuiſſet in loco infirmitatis, ſanata eſt.

Domina Lauerſa priuata luce in oculo dextro; dum de tunica ſancti ſuper oculum poſuiſſet,lumen recepit.

Thomas iudex cum ſurditatem pateretur in auribus; poſita tunicę pecia ſanguine,qui ab vnguibus inciſis ſancti defluebat innucta, auditum recuperauit.

Iacoba de Panormo patiens infirmitatem incurabilem: de herbis iactatis ſuper corpus acceptis,& poſitis in loco infirmitatis, liberata eſt.

Paulus nomine, lingua priuatus, manu contractus & pede, tacto corpore; ipſa die ſanitatem recepit.

Thomaſa de tertio ordine. B. Franciſci, brachij contractione, & ariditate per decem annos infirma, corpore tacto, brachij beneficium habuit.

Lizardus infirmitate grauatus manum, pedū, & renum, vt ad ima incuruatus ſtaret: alieno auxilio ad corpus ſancti deductus, dum parū ſupra corpus oraſſet; mirificè eſt ſanatus.

Margarita vxor domini Philippi iudicis, capitis afflicta dolore; de tunica ſancti ponens ſuper ſuum caput, illico eſt curata.

Soror Ludouica prouincialis monaſterij ſanctæ Clarę, habens brachium contractum, dum per cratē pedes ſancti tetigiſſet; eſt liberata.

Chaterina ancilla iudicis Ioannis; cum à demonio vexaretur, viſitando corpus eius: à demone eſt liberata. Multa alia mira fecit Deus, & aſsiduè facit meritis dicti fratris Philippi.

De prouincia Apuliæ.

IN prouincia Apuliæ in Oria iacet frater Franciſcus de Duratio; qui ſignis inclitus fuit.

Fr. Franc. de Duratio

Locus Adriæ.

IN loco Adriæ iacet Frater Landus de Taranto miniſter Apuliæ; qui etiam ſignis claruit.

Fr. Landus de Taranto.

Locus Baruli.

IN loco Baruli iacet Frater Adam Ruffus, qui multis coruſcat miraculis: Puella nomine Paſqua à demonibus infeſtata; ducta à parentibus ad F. Adæ tumulum, fuit liberata.

Fr. Adam Ruffus.

Maria de Rapella infeſtata à diabolo: ad ſepulchrum ducta dicti fratris, curata fuit.

Verdiana de Peruſio 12. annos dolores paſſa iliacos, ad ſepulchrum ſancti accedens, poſt tres dies fuit liberata.

Magiſter Philippus dolorem anchæ per annū paſſus: inuocato ſancto ad tumulum, in momento conualuit, & ſanitatem obtinuit.

Matthęus iudex Seruienſis, cum viſitaſſet limina. B. Nicolai, antequam Barulum perueniſſet, crus adeò eſt ſibi intumefactum; vt per ſe non poſſet equum aſcendere nec ire: Et cum non poſſet ad ſepulchrum ſancti ire, miſſa vxore ad ſepulchrum cum pera ſua, qua tangens tumulum. dum eam ſuper crus poſuiſſet mariti, in breui liberatus fuit.

Pariſius de ſancta Sophia, medietate corporis paraliſi reſolutus, os habens diſtortum, & manus eius,& brachium inutilia dependerēt, ductus ab alio ad ſancti tumulum, perfectam in membris & corpore obtinuit ſanitatem.

Quandam Margaritā nomine à præſluris partus, ſuſpenſio annulo ad collū eius, qui annulus ſepulchrum eius tetigerat, liberauit.

Aliam nomine Gemā per annos 28. Infirmitatem, quæ inſeta dicitur paſſam, & fluxum ſanguinis per quatuor menſes, ad eius ſepulchrū liberauit.

Vnam mulierem nomine Beneuentam, vnius auris; & brachij ſiniſtri officio deſtitutam, curauit.

Quidam nomine Giuſo, per quinque annos lumine oculorum viduatus, ad ſepulchrum ſancti vadens, confeſtim videre promeruit ſancti fratris Adæ meritis. Multa alia miracula fecit, & facit.

Locus Siluę de Melfia.

Fr. Giſimūdus.

IN Silua de Melfia vbi antiquitus fuit locus fratrum. Iacet ſanctus frater Giſimundus ſanctitate, & miraculis famoſus: Qui dum in dicto loco à fratribus deſerto eſſet ſepultus; cuidam mulieri de prouincia in ſomnis apparuit dicens, ſurge, & vade ad monaſterium de Ripa, & dic monacho nomine Reſtāgno; vt corpus meum de ſilua extrahat. Quod audiens mulier facere omiſit. Sed nocte ſequēti iterato apparens frater Giſimundus dictę mulieri, eadem mandauit. Edocta mulier; verba tulit ad monachum quæ mandauit: Qui ad fratres veniens; petijt, vt ſibi liceret corpus dicti fratris in alium locum transferre condecentem. Sed fratres minime permittentes, ne videlicet præſumptioni imputaretur, ſi fratris defuncti fimbrias magnificare curarent: Vice alia frater Giſimundus dictæ apparuit mulieri, cum multis fratribus, & mandauit vt monacho Reſtangno diceret: ꝙ eius corpus omnino transferret. Et in ſignum huius dictæ mulieri quoddam peccatum periurij ipſius monachi reuelauit; de quo ipſe nunquàm fuerat confeſſus, mandans vt confiteretur, aliter ad loca iret pęnarum. Quæ ad monachum accedens, & ſibi prædicta reuelans, ipſe monachus in confeſſione primo, & demum coram omnibus peccatum ſuum derexit; ad oſtendendū fratris ſanctitatem: Et cum cogitaret, cum fratribus ipſum in loco fratrum ſepelire corā altari; vox de cœlo audita eſt dicens. Non vult Frater Giſimundus ſepeliri, vbi foueam præparaſtis: ſed in Eccleſia ſancti Stephani de Ripa quieſcere delectatur. Quod audientes fratres pro monacho mittentes; vt translationem corporis faceret conceſſerunt. Sed cum dictus monachus præparaſſet amictum quendam: vt in eo corpus inuolueret: Frater ipſe Giſimundus dictæ apparuit mulieri dicens, vt diceret fratri Reſtangno, ꝙ corpus eius non in panno; ſed ad ſiluam pergens colligeret frondes lauri, & mirti: & in eis corpus inuolutum transferret: Et cum feciſſet, dum corpus eius exhumaretur; quidam ſocius fratris Giſimundi, ob deuotionem de eius corpore latenter accepit vnum dentem, & os vnius digiti. Sed iterato Frater Giſimundus mulieri iam dictæ apparens dixit. Vade & dic monacho, ꝙ corpus meum integrum non portauit: deficit .n. dens vnus, & os vnius digiti. Quod cū monachus fratribus nunciaſſet; obedientia data fratribus à Guardiano ſuper hoc: Frater qui prędicta tulerat; obidientia aſtrictus reddidit; Quæ monachus accipiens; gaudens cum reliquo corpore prædicta adiunxit.

Locus Trani.

Frater Petrus.

IN loco Trani iacet ſanctus F. Petrus: Qui miraculis extitit glorioſus: nam puerum quendam præ dolore liueſcentem, & morti ꝓpinquum, ad eius delatum tumulum; ad ſanitatem totalem promouit.

Bartholomęum, qui de quercu ceciderat alta fracto ramo; & ſuper aceruum lapidum, fractum toto corpore; ad eius ſepulchrum portatum: ſtatim ſanauit.

Filiam cuiuſdam magiſtri, lateris ariditate percuſſam, facto voto ad hunc fratrem; illico liberauit.

Puerum quendam natantem; cuius corpus ſanguiſuga intrauerat, ac per os ſanguinem ſine menſura emittentem, cum morti eſſet propinquus: voto ad ipſum fratrem Petrum facto, ſanguiſuga per ſeceſſum emiſſa ſanauit.

Quendam diaconum infirmitate grauatum, vt per ſe de lecto nequiret exurgere; ad eius ſepulchrum deuectum, ad ſanitatem perduxit; Qui timens recidiuam, balneum ingreſſus. priſtinam infirmitatem incurrit: Iteratò ad ſepulchrum ſancti reportatus: perfectam obtinuit ſanitatem.

De prouincia ſancti Angeli.

Frater Iacobus de Aſiſio.

IN Fogia requieſcit ſanctus Frater Iacobus de Aſsiſio, qui mira fecit poſt mortē: Nam mulierem habentem fiſtulæ morbum, voto ab ipſā ad eum emiſſo, ſtatim curauit.

Philippum Campſorem magno tempore paſſum quartanam, nec medicorum arte curari valentem; facto voto fratri Iacobo, ad incolumitatem perduxit.

Quendam de ciuitate Troiæ habentem cancrum in Tibia; Frater ipſe Iacobus poſt votū factum ſanauit.

Sic & quendam de Fogia nomine Matthæum; cum morbum in crure pateretur grauiſsimū, voto emiſſo hic ſanctus liberauit. Multa alia Deus in iſto fratre operatus eſt.

Locus Corneti.

Frater Beneuenutus de Eugubio.

IN Corneto iacet ſanctus Frater Beneuenutus de Eugubio vita ſanctiſsimus, & ſignis ſtupendus. Hic fuit laicus literas ignorans, qui ſpretis quæ ſunt mundi B. Franciſci veſtigijs inhæſit toto nixu. Receptus ad ordinem, humilitatis ſuæ experimenta declarans, de mandato B. Franciſci, ad ſeruiendum leproſis acceſsit: Quibus ipſorum abhominationibus poſtergatis; ſine querela vti Chriſto ſeruiuit. Obidientiæ culmen ſic aſcendere eſt conatus,

vt ad omnia prælatorum mandata impiger, & ſine mora, ac ſine querela pareret.

In ſuis infirmitatibus, quibus à domino fuit probatus; patientiam ſupra modum & habere, & oſtendere eſt conatus.

Amator fuit paupertatis ſanctiſsimæ, & zelator, vix extrema victus, & habitus requirens.

Silentij cultor.

Pietatis viſceribus ſuper afflictos affluens.

Orationi, & contemplationi fuit deditus, adeo vt vſque in horam tertiam in publicum, nulletenus exiret, ne occupatione aliqua perfectas delitias minui pateretur, nec mutari.

Honeſtatis adeò fulſit virtute; vt nec verbo, nec facto, aut ſigno inhoneſtati quid eſt depræhenſum aliquando de eo: Sed vocatus à Deo, ſanctitatem ſuam aſtruunt per ipſum miracula diuinitus operata: de quibus ſignis non eſt hæſitandum, Cum per bullam Apoſtolicam directam à d. Gregorio IX. 1236. ab Epiſcopis Melcienſi, & Venuſino ſint collecta, examinata, & autenticata.

Fratris Beneuenuti miracula.

Duos mortuos ſuſcitauit.

Duos liberauit à faucibus mortis.

Epilenticos quatuor.

Leproſos duos.

Demoniacos duos.

Aſquinantia vnum.

Contractos, & aridos ſeptem.

Tres cęcos illuminauit.

Tribus ſurdis auditum præbuit.

Idropicis, & ingratis duobus ſanitatem indulſit.

Ab alijs infirmitatibus duos.

Mutum vnum.

Mulierem vlceratam grauiter in mammillas.

Gutoſos, & apoſtematicos 5. eripuit.

Fratri Ioanni de alto Paſſo pecuniam perditã ſibi apparendo, habentem indicauit.

Fratrem Egidium de ordine minorum à carnis tentatione ſibi apparendo; cingulo ſuo cingendo liberauit.

A brucis campum cimino plenum eripuit ſibi à quodam commendatum; & alia multa, vel plura miracula hic ſanctus peregit.

De prouincia Calabriæ.

Frater Petrus.

IN prouincia Calabriæ iacet Frater Petrus dictæ prouinciæ miniſter, vir ſanctitate præclarus.

De Fratre Daniele cum ſex fratribus martirizatis.

Septẽ Fratrum vita, ac martirium.

FRater Daniel miniſter prouinciæ Calabriæ, fuit homo ſanctitate mirabilis, & martirio glorioſus: Qui anno d. 1221. ſexto Idus Octobris in ciuitate Cepta martirium paſſus eſt, cum ſex alijs fratribus, videlicet. Samuele, Angelo, Donulo, Leone, Nicolao, & Vgolino, hi obtenta licentia à Fratre Elia generali miniſtro, ſiue B. Franciſci Vicario; de partibus Tuſciæ recedentes; Ceptam ciuitatem ſaracenorum deuenerũt, & ibi cum mercatoribus Piſanis, Ianuenſibus, & Marſilienſibus verbum Dei prædicantes, manſerunt tribus diebus in vico, qui erat extra ciuitatem conceſſus chriſtianis mercatoribus, & deputatus: deinde die ſabbati facta confeſsione, & celebrata miſſa, Euchariſtiam ſumentes, & in ſero fecerunt mandatum, vt lauaret pedes alter alterius & verbis deuotis ſe mutuo corroborauerunt. Mane autem facto diei Dominicæ conſperſis cinere capitibus, ciuitatem intrauerunt, confitẽtes Chriſtum dominum Ieſum; & prædicantes in eo ſolo eſſe ſalutem. Et ſic euntes per mediam ciuitatem, eorum cæcitatem arguebant, viam veritatis prædicando, & oſtendendo: Sed capti a Saracenis, ad eorum Regem ſunt deducti, percuſsi, & flagellati, illuſi opprobrijs, & contumelijs ſunt afflicti, & affecti. Videns vero eos Rex tonſis caplllis, & loqui feruenter, reputans eos fatuos; iuſsit eos ferreis vincullis mancipari, & octo dies ſic affligi. Die autem octaua ad ſe deductos interrogat ſi vellent, quæ dixerãt retractare, Chriſtum negare, & ad ſaracenos conuerti. Sed ipſi quod dixerant potius affirmantes, apertis rationibus probauerunt, ꝙ nõ potuerunt ſaluari niſi baptizarentur, & crederent domino Ieſu Chriſto. Inſuper ſigillatim examinati, & multis eis promiſsis ac ſi oppoſitum facerent morte eis intentata; firmi gratia ſpiritus ſancti in propoſito ſunt reperti. Quod cernens quidam iudex nomine Arbaldus, dixit fratri Danieli miniſtro. Quare tu fatue cupis mori, & perdere iſtam vitam, & futuram? Eleuans ſanctus Frater Daniel oculos, dixit ei. Senex inueterate in malis, tu cõuertere potius ad dominum Ieſum Chriſtum Deum viuum, & verum, quia huc vſque deceptus fuiſti errore diaboli, & Maumethi male, dicti prophetæ tui. Et cum feciſſet contra eos gladios ad terrorem vibrari, & omnino firmiſsimos inueniſſet, dedit ſententiam vt omnino decolarentur. Sex igitur fratres proiecerunt ſe ad pedes fratris Danielis miniſtri oſculantes manus, & pedes eius & cum lachrimis dicebant. Gratias agimus Deo, & tibi patri, qui nos ad coronam martirij perduxiſti. Benedic filios tuos, qui amplexans eos, & oſculans, & benedicens, & corroborans dixit. Gaudeamus omnes in domino diem feſſum celebrantes, quia angeli nobis aſsiſtunt: Ianua patet cœli, hodierna die omnes ſimul erimus inter coronas martirum in gloria Paradiſi. Tunc ſimul congregati, nudati educti ſunt de aula Regis, ibantque gaudentes, & Deum laudantes cum lætitia. quaſi ad epulas inuitari, ducti igitur ad locum certaminis, inclinatis capitibus, & ſuas animas domino cõmendantes, martirio coronati ſunt, capitibus amputatis. Capita eorum conquaſſata, & corpora

Septẽ fratres martirio coronati.

pora membratim per ciuitatem diſtracta pue ris,& ſaracenis fuerunt. Sed poſtea fuerunt à Chriſtianis collecta, & honorificè apud fideles recōdita,in Alfondega Marſilienſi;& ea filius Regis Portugalliæ pro dono petiit, & accepit, & in Hiſpaniam tranſtulit. Per quorū ſuffragia Deus multa mira operatur ad gloriam ſuam & honorem.

De prouincia Siciliæ.

Fr. Ioannes. IN ciuitate Siracuſa iacet Frater Ioannes. Iſte portauit lapidem ignitum, & ardentiſsimum in manibus ſine læſione de coquina vſque ad infirmariam vni fratri infirmo: & multa alia ſigna fecit miraculorum.

Locus Calatagironi.

Fr. Ricardus. IN Catalagirono iacet Frater Ricardus, qui multos infirmos curauit poſt mortē.

Locus Policij.

Fr. Gandulfus. IN Policio iacet Frater Gandulfus, qui plura fecit miracula.

Locus Meſſanę.

Fr. Simon Aimonis. IN Meſſana iacet Frater Simon Aimonis, qui miracula fecit tā in vita, quàm poſt

Fr. Electus. mortem. Iacet etiam ibidem Frater Electus filius domini Andreæ, qui poſt mortem fecit miracula.

Locus Panormi.

Fr. Io. Buta. IN Panormo iacet Frater Ioannes Buta, qui poſt mortem fecit multa miracula.

In dicto loco, iacet ſanctus Frater Gerardus laicus de Valentia Lombardiæ: quem innumeris miraculis Deus diebus noſtris clarum

Vita fratris Gerardi de Valentia. mundo reddidit. Hic ſiquidem ortus de Valentia Lombardiæ, decimo ætatis ſuæ anno, patre orbatus,matri laboranti infirmitate pōdagrarum,& ptiſis,per annos 14. Fideliter deſeruiuit: Qua mortua, dum parentes eum ad capiendam vxorem ratione parentelæ ſuſcitandę cogerent, nequaquam aſſenſit: Sed facultates pęternas,& maternas omnes tradens pauperibus,ſibique nihil retinens,ac patriam parenteſq; relinquens; vſque ad annos 40.ſuæ ætatis in diuerſis partibus orbis ſtans, videlicet. Primo Romæ; deinde Neapoli,& demū in Sicilia in monte Ethneo, in quodam Eremitorio, & viſitando ſanctuaria, ac pœnitentiam exercendo: vitam ſuam tranſegit. Sed poſtquàm ſic ieiunijs, diſciplinis, & alijs rigiditaribus carnem ſubdendo ſpiritui domino militauerat; inſtigante ſe patre luminum quadrageſimo ætatis ſuæ anno: ordinē fratrum minorum intrauit. Quē ingreſſus.B. Franciſci veſtigijs (vt verus filius) per omnia cohæſit.

Hic ſiquidem amator fuit præcipuus paupertatis euangelicæ: nihil habens præter tunicā habitualem,cordam cum fęmoralibus: & his vſque ad mortem diues. Auſteritatis fuit maximæ; nunquàm comedens niſi panem, & aquam, & ſemel in die, Lectus eius fuit nuda humus. Sed poſtquàm fuit Panormi: cum iaceret in ſancti Ludouici capella, & ibi orando; lectum habuit tabulam vnius brachij, in qua poplites reclinabat dum oraret; Nil in pedibus portans; ſed pedibus nudis ſemper inceſsit. Et licet arctiſsimæ in ſe eſſet vitæ: in fratribus tamen totus erat liberalis,& largus: gratum habens quicquid boni pro fratribus poſſet acquirere ad victum pertinens,& veſtitum: Dei gratia caſtiſsimus extitit,vtpote virgo puriſsimus. Sed obedientię fuit miræ,vtpotē ſuis per omnia prælatis obediens;non ſuam ſed prælatorum exequens voluntatem; Propter quæ,& alias virtutes,quibus refulſit, dominus Ieſus eum celebrem dedit mundo ſignis,& ſpiritu profetico,& diuinis condeſcenſionibus.

Et quia Panormi ciuitas caput eſt regni, & tunc multorum ciuium mercatorum, & nobilium copioſitate, & generoſitate erat conferta; Sanctus Frater Gerardus ad morandum ibidem eſt directus à miniſtro: Qui magno tempore ibidem portam cuſtodiendo, fratrū portinarius fuit, & notiſsimus fuit omnibus tam de ciuitate Panormi natiuis,quàm forenſibus ibidem degentibus. In ciuitate ergo reſidens Panormi, oratione ſua hęc ſubſequentia fecit miracula: Nam cum Frater Ioannes de Cathania eſſet grauiter infirmus,ſic q; iam per tres dies nullo modo vrinam effundere valeret,& iam ventre, & pectine tumeſcentibus, dubitaret de morte; viſitatus à fratre Gerardo, & interrogatus de infirmitate, cum ille eam expreſſiſſet,ac diceret.Pater roga Deum pro me,& ipſe annuiſſet. Ingreſſus Eccleſiam, ſtatim q; genua flexit ante altare. Frater ille mingere cępit,& ſic à doloribus fuit,& mortè liberatus. Miracula fratris Gerardi.

Dominus Henricus de Abbatibus.iuſticiarius Regis in Panormo; infirmatus ad mortem,& ab omnibus medicis deſperatus: pro fratre Gerardo mittens.& dum ad eum veniſſet ſuis ſe orationibus commendans; rogauit vt pro ſua vita ad Chriſtum intercedere vellet;q; pro miſit. Poſt completorium dum ſe orationi dediſſet, ſurgens ab oratione vocauit Guardianum dicens. Vadatis ad dominum Henricum,quia ſanatus eſt. Ad quem veniens,eum reperit liberatum, prout ſanctus prædixerat. Idem fecit pro quadam domina nomine Alta damma in dicta ciuitate infirma.

Similiter dominum Ioannem de Caluclio infirmum,id ipſum faciens ſanauit.

Soror cuiuſdam noſtri fratris nomine Comitiſſa, doloribus partus tribus occupata diebus, eum Frater Gerardus a fratre ſuo fuiſſet ad eam adductus,tangens eam cum ramuſculo cipreſſi,in nomine dñi.B.Fr.& B. Ludouici dixit, cras hora nonę fętum mortuum emittes,& ſalua eris,& ſic euenit.

Hic ſanctus, & ſi alios ſanctos omnes veneraretur; præcipuè tamen ad B. Ludouicum tūc nouiter canonizatum, præcipuam habuit deuotionem: cum quo multotiens eſt repertus loqui, ſicut frater cum fratrem, & amicus cū amico: & quicquid operabatur totum in Dei nomine faciebat, & B. Franciſci, & B. Ludouici.

Claruit hic ſanctus etiam Spiritu prophetico. Nam, vt dictum eſt dominæ reginæ Eliſabeth prædixit de filio maſculo habituræ. Prędixit prædicto filio magiſtri Maſi, ꝙ ſequenti die hora tertia iret ſanus extra domum, & ſic euenit. Comitiſſæ prædictę prædixit ipſam abortiuum parituram hora Nonæ, & liberandam; & ſic contigit. Domino Petro de Antiochia cancellario regis Siciliæ timenti, mori ob infirmitatem, quam patiebatur cum ſupplex eidem factus eſſet: per quendam mitit dicendo, ꝙ moreretur: ſed liberaretur: & ꝙ eſſet Dei amicus: & ſic euenit. Vice alia dictus Dominus Petrus infirmatus Mazariæ miſit ad ſanctum Gerardum, vt pro ſe oraret. Cui reſpondit, ꝙ ſe diſponeret, quia moreretur: & ſic eſt factum.

De exercitu regis Roberti exiſtente in Sicilia, & Termas obſidente, prædixit, ꝙ non proſperaretur; ſed cito recederet, & ſubito: & ſic euenit.

Domino Gulielmo de monte Cataro comiti Auguſtæ: congratulanti de Caſtro Auguſtæ, ꝙ credebat ſtatim obtinere: Fr. Gerardus dixit, ꝙ caſtrum nō tunc, ſed in menſe ſeptimo haberet: & ſic accidit. Multis alijs inditijs, & ſignis compertum eſt B. Gerardum ſpiritum propheticum habuiſſe.

Habuit etiam hic ſanctus mirabilem aduerſus demones virtutem: à quibus ſpecialiter ante mortem per tres annos in forma diuerſarum beſtiarum apparentibus, fuit multipliciter moleſtatus.

Ductus quidam de monte ſancti Iuliani demoniacus ligatus ad ipſum, cum ramum cipreſſi accepiſſet; & figuram ſancti Ludouici tetigiſſet; ac in oleo lampadis, quæ corā dicta imagine ardebat intinxiſſet, ac in ore demoniaci poſuiſſet: ſtatim eum liberauit.

Poſtquam hic ſanctus mirificus in ordine annis 55. in maxima auſteritate vixerat; ætatis ſuæ anno 75. infirmatus, venit ad mortem, & die tertia ante obitum eius ſcilicet in die beati Ioannis euangeliſtæ, & tunc fuit 6. feria, hora, qua Chriſtus fuit exaltatus in Cruce: apparuit ei B. Virgo Maria conſolans eum, & cum eo loquens per magnum temporis ſpatium, vt poſt Virginis receſſum ipſe ſuis ſecretarijs reuelauit. Et tunc cognouit ſuæ animæ à corpore receſſum. Die vero Dominico in feſto ſancti Thomæ martiris, cum veniſſet ad eum quidam ſuus deuotus, & diceret. Roga pater Deum pro me. Reſpondit faciam, nō hic ſed alibi. Sic dixit fratri Laurentio eius ſocio: vado enim ad Paradiſum. Poſt modicum vero manus ſanctus Gerardus iungēs, & orās, caput ſuper manus inclinans paruper dum caput eleuaret ſe manibus iunctis, animam Deo redditur.

Scita eius morte per ciuitatem omnes confluunt ad locū, vt eum tangant, oſculentur, & de eius tunica habituali, pro reliquijs ſummant. Membra eius adeo mollia erant, & tractabilia, ac ſi viueret. Per dies duos corpus ſepulturæ minimè potuit tradi propter multitudinem populorum, die vero tertia hora comeſtionis, oſtia Eccleſiæ claudentes fratres corpus eius, ſepulturæ dederunt: ſed minimè hoc ciues latuit: Nam tanto odore ſuauitatis ſubito tota ciuitas eſt repleta: quo admirantes tandem cognouerunt, ꝙ corpus ſancti, tunc traditum eſſet ſepulturæ.

Miracula B. Gerardi.

Sed quam Deus eum acceptum haberet, & magnum in gloria, mirandis ſignis, & innumeris placuit mundo demonſtrare. Nam à die ſui tranſitus, qui fuit anno domini 1345. vſque in pręſens maximis corruſcat miraculis. Corpore enim eius nondum humato, mulier quędam contracta, dum corpus tetigiſſet, ſtatim eſt liberata.

Puer nomine Orlandus tuſſim patiens maximam, cum inſtinctu paterno ſanctum Gerardum inuocaſſet, ſtatim ſanatus eſt.

Mulier nomine Beatrix febres patiens, & dolores iliacos, poſita petia de tunica ſancti Gerardi, ſuper latus, à dolore, & febre ſtatim eſt curata.

Fater Bartholomęus de Caſtro Ioannis, dum ſtaret ad matutinum, arreptus ſubito à dolore iliaco, inuocatione ſancti Gerardi ſtatim extitit curatus.

Mulier Bella nomine, dum caſu brachium diſlocatum haberet, & dolores, fricante de tunica ſancti Gerardi ſuper brachium ad ſuum locum reuerſum eſt, & ipſa à dolore liberata eſt.

Quidam Nicolaus nomine, malum ſtomaci patiens, de tunica beati Gerardi cum poſuiſſet ſuper ſtomacum ſanatus eſt.

Contiſſa habens oculos deprauatos, vt nihil quaſi videret, cum manus ſancti Gerardi duxiſſet ſuper oculos, lumen recepit optatum.

Matthæus de Marſilia habens in membro occulto cancrum, poſita pecia tunicę ſancti Gerardi ſuper locum, habuit ſanitatem.

Alius, qui infirmitatem cancri magno tempore fuerat paſſus, de tunica ſancti Gerardi imponens, ſtatim eſt curatus. Et non ſolum in ciuitate Panormi, ſed in alijs mundi locis per ſancti Gerardi inuocationem, & merita, ſigna multa fiunt.

Et quia amicus ſingulariter extitit Piſanorū in Panormo cōmorantium, in ciuitate Piſana

præ alijs mundi locis Deus per ipſum ſigna oſtendit.
Centum ſexdecim demoniacos, à morte ſua, vſque ad annum.55. liberauit: ſed à tempore illo,vſque in præſens, credo, quod bene ducenti, & vltra ſint liberati,& quotidie liberantur inuocatione eius, & ſuarum reliquiarum conſignatione.
Quinque liberauit à ſubmerſione.
Auditum octo redidit.
Oculos cęcis tribus reſtituit: & à diuerſis infirmitatibus oculorum decem liberauit.
A diuerſis infirmitatibus brachiorum 18. curauit.
A bullis 18. liberauit.
Contractos quinque extendit.
A diuerſis doloribus, & infirmitatibus capitis 12. ſanauit.
A carceribus 8. eripuit.
A cruribus fractis,& dolore. 11.
A dolore dentium 3.
Mentecaptos 3.
A ſebribus continuis 76.
A febre tertiana,& quotidiana 5.
A percuſsione gladiorum 5.
A lapide in virga 2.
Mutos 4.
Manus habentes perditas 5.
A maris periculo 16.
Exiſtentes in mortis articulo 45.
A morbo caduco 7.
Sterilibus partum conceſsit 18.
A partus periculo 9.
A paraliſi, & tremore 4.
A podagra 12.
Ab infirmitate prepucij 5.
Ab effuſione ſanguinis 6.
A dolore ſtomaci 6.
Ab ægritudine ventris 5. liberauit.
Pacem quater poſuit inter perſonas. Ac animalia irrationabilia plura diuerſimodè curauit. Quod, & quanta Deus operatus eſt per hunc ſeruum ſuum beatum Gerardum in ciuitate Piſana, & ſi prædicta ſcripta ſint: tamen alia ſunt innumera, quæ nullo modo poſſent ſcribi: quanto magis illa, quæ vbi iacet,& alibi ſunt facta. Ego ipſe,qui hęc ſcripſi,& compoſui: miranda vidi, & audiui: quæ omitto ob breuitatem: quæ dominus per ipſum ſanctum Gerardum operatus eſt. Et ſi miracula ſanctum indicant magnum apud dominum, credendum eſt beatum Gerardum magni meriti eſſe apud Chriſtum benedictum.

De prouincia Mediolani.

IN Legnano in comitatu Mediolani iacet frater Leo archiepiſcopus Mediolani vir ſtrenuę ſanctitatis. *Frater Leo Archiepiſc.*
Frater Petrus de Archagnano, qui fuit inquiſitor: & quia voluit hæreticos de libro inquiſitionis abolere, in loco qui dicitur Vmbraida Guercij.ab eis martirium recepit. *Frater Petrus de Archagnano.*
Frater Antonius de Roiate de comitatu Mediolani fuit pro fide à Saracenis inter duos aſſeres ſectus per medium. *Fr. Antonius de Roiate.*

De prouincia Dalmatiæ.

IN Duratio iacet frater Antonius Archiepiſcopus Duratij: qui vltra mare pluribus annis prædicauit Saracenis: demum obedientia factus eſt Archiepiſcopus Duratij.Hic mortem ſuam prædixit. Sed mortuus cum eſſet indutus habitu,& paramentis, & in Eccleſia fratrum minorum iaceret corpus eius, incępit ſudare; & tam validus fuit ſudor, quod habitum, & paramenta penetrauit; maneque ſequenti ſuper corpus eius, quidam pulcherrimus iuuenis apparuit nunquã prius viſus: qui coram populo ſtans vitam eius à die natiuitatis, vſque ad mortem recitauit, & poſt hoc diſparuit,nunquam deinceps viſus ab aliquo. *Fra. Antonius.*

Locus Cathari.

IN Cathari iacet Frater Adam ſocius dicti fratris Antonij: qui horam mortis eius prædixit, in qua & deceſsit. *Fr. Adam.*

Locus Tragurij.

IN Tragurio iacet frater Ioannes Buca de Albania: qui fuit magnę auſteritatis; & mortem ſuam prædixit: ac eius corporis lotura potata multos à diuerſis infirmitatibus liberauit. *Frater Io. Buca.*

Locus Breberij.

IN Breberio iacet frater Andreas Albanẽſis, qui poſt mortem in meridie nullo vidente duos captiuos à carcere liberauit, manentibus compedibus,& carcere illęſis. *Fr. Andreas Albanẽſis.*

Locus Cherſi.

IN Cherſo iacet frater Michael Albanenſis ſocius in auſteritate & peregrinatione dicti fratris Ioannis Albanenſis. *Fr Michael Albanenſis.*

Locus Vallis.

IN Valle iacet frater Iulianus, de quo fit ibi feſtum. *Fr. Iulianus.*

Locus Iuſtinopolis.

IN Iuſtinopoli iacet frater Monaldus qui fecit ſummam monaldinam. *Fr. Monaldus.*

Locus Polæ.

IN Pola eſt reconditus Frater Otto, qui multis ſignis clarus extitit. Hic quendam nomine Petrum habentem apoſtema in guttu re, ipſum inuocantem ſibi apparens liberauit. Ioannem priorem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ habentem brachium deſiccatum,& manum con tractam, ad ſuum ſepulchrum ad ſanitatem perduxit. *Fr. Otto.*
Puellam nobilem de Pola habentem crus con tractum,nec valentem ambulare liberauit.
Alioctum habentem pedes retortos, ad ſuum ſepulchrum liberauit.
Martinum ab vmbilico, ſeu cingulo, & infra paraliticum, & contractum ſanauit.
Pueri os retortum vſque ad aurem, ad locum debitum

debitum, & formam reduxit.
Marię oculorum luminę priuatę, viſum reſtituit.
Puerum cęcum illuminauit.
Mulieri cuidam mutæ loquelam pręſtitit. Et plures alios à diuerſis infirmitatibus clementer eripuit.

De prouincia Romaniæ.

Fr. Petrus. IN Nigroponte iacet frater Petrus, homo miræ perfectionis: qui iter alia, cum quidam demõ ab incantatore vocatus venire tardaſſet, & vltimo veniẽs, cum interrogatus fuiſſet, cur tantum venire diſtuliſſet. Reſpondit, quia fr. Petrũ ab oratione volebam remouere, ſed non potui. Quo audito incantator fuit conuerſus, & vitæ poſtmodum perfectæ.

Frater Matthæus. Ibidem iacet frater Matthæus, qui fuit magnę perfectionis, & claruit miraculis.

De prouincia terræ Sanctæ.

IN hac prouincia iacent infraſcriptis fratres.

Frater Iacobus. Frater Iacobus cuſtos Sitię & martir.
Fra. Ieremias. Frater Ieremias ſocius eius martir.
Alij ſeptem fratres noſtri martires: qui propter fidem à Soldano Aegypti Melchaſa ſunt decapitati.
Fr. Corradus. Frater Corradus de Alijs ob fidem decolatus eſt, a Saracenis: de quo dicitur, ꝙ ſuper corpus eius in mare proiectum, in procellis ſtabant duo luminaria per triduum.
Fratres noſtri duo alij, vnus antiquus, & alter iuuenis, decoriati ſunt in capitibus à Saracenis.
Fr. Bartholomæus. Frater Bartholomęus Martinozi de monte Politiano de prouincia Tuſciæ apud Cairum de Babilonia pro fide à capite vſque deorſum ſectus fuit à Saracenis.
Fr. Ioannes de Etheo. Frater Ioannes de Etheo prouinciæ Caſtellæ confeſſor domini Infantis Fernandi fratris Regis Aragonię. Hic Frater vitę, & ſcientię ſingularis iuit ad Ieruſalem. Sed poſtmodum captus à Soldano cum ſocio nomine Conſaluo laico de prouincia ſancti Iacobi, & politus in carceribus, ſocio ob penas mortuo, ipſe (permittente Deo) nõ valens pennas ſuſtinere, fidem abnegauit, & eſt factus Saracenus. Verũ vxorem more eorum accipere noluit: & ſic circa tres annos ſtetit. Verum diuino ſpiritu tactus ſcripſit fratribus da Cipro: vt mitterẽt ſibi duos fratres exiſtenti in Cairo Babilonię: per quos volebat ad fidem redire: quod & factum eſt. Vnde frater, qui acceſſit fuit captus à Saracenis, ſed poſtea dimiſſus. Sed frater Ioãnes poſt ſolẽnem prædicationem, & reuocationem eorum, quę negauerat, captus à Sarraſenis, primo verberibus crudeliſsimè cęſus deinde ſale, & aceto plagis aſperſis, demum ſex clauis fuit crucifixus. ſ. duobus in manibus; duobus in brachijs, in medio. ſ. in cubito, duobus in pedibus. Et cum in principio facies eius palida eſſet facta ex dolore, demũ adeo rubicunda, & læta, vt omnes mirarentur. Et ſic vixit per tempus ſemper fidem Chriſti affirmando, & Mauméth deteſtando.

Fr. Ioan. de Neapoli. Frater Ioannes de Neapoli diaconus, cum Regi Gaze Chriſtum prædicaret; ac eum vellet ad fidem conuertere, ab eodem captus, & in fruſta conciſus eſt.

Fratres noſtri alij 16. qui erant in terra promiſsionis tempore quo Rex Cipri Petrus Alexandriam cępit, capti poſiti ſunt in Damaſco in carceribus per quinque annos ſtantes in ferris, & ſine indumẽtis, & ieiunijs probati, virtute fidei, glorioſa morte confeſsionis, & perſeuerantiæ obierunt.

De prouincia Burgundiæ.

Bonauenturæ ſancti vita. IN Lugduno iacet pater, & frater dominus Bonauentura de Balneo Regio prouinciæ Romanæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Cardinalis. Epiſcopus Albanenſis. Qui cum iuuenis miraculo ſibi facto per Beatum Franciſcum, vtpote de mortis faucibus ſe liberato, ordinem intraſſet, tantæ bonæ indolis honeſtate pollebat, vt magiſter Alexander de Ales diceret aliquando de ipſo; ꝙ in eo videbatur Adam non peccaſſe.
Hic in ſeptimo anno poſt ingreſſum ordinis, legit ſententias Pariſijs, & in decimo anno recepit cathedram magiſtralem. In tertio decimo anno ad regimen ordinis eſt aſſumptus: decem & octo annis ordinem rexit.
Hic in primo capitulo, quod tenuit Narbonę, conſtitutionibus ordinis formam dedit, & ordinem. In capitulo Piſis, prouinciarum ordinis, vt modo ſunt, facta eſt diſtinctio.
Hic poſtmodum rogatu capituli generalis, legendam maiorem, & minorem. B. Franciſci compoſuit, quas modo habet, & tenet totus ordo.
Hic per dominum Gregorium decimum factus eſt Cardinalis.
Hic videns ſe indignum cõmunione corporis Chriſti per multis dies abſtinuit à celebratione miſſarum. Sed humilitatem Deus aſpiciẽs conſolatus eſt cum mirabiliter: Nam audientie eo miſſam deuote, vna de particulis hoſtiæ cõſecratæ iam diuiſæ, intrauit in os eius, ſacerdote nullatenus aduertente.
Hic in Lugduno tempore generalis conciij, ad ſanctos patres appoſitus triumphãtes ſuo lætificauit conſortio.
Papa cum Cardinalibus exequias ſuper corpus eius celebrante; ipſe opera multa fecit, vt inferius dicetur.
Huius corpus dum in ſacriſtia eſſet poſitum in ſepulchro nouo, vbi nunc iacet, corpore redacto in cinere, lingua inuenta eſt ſana, & integra, ac ſi fuiſſet nunquã ſepulta. Quod fratres videntes, eam in pixide eburnea ponentes, in ſepulchro eius recondiderunt.

Locus Viennæ.

Frater Michael. IN loco Viennæ iacet frater Michael. Iſte aquam in vinum mutauit, & plura miracula fecit.

Fr. Drodo. Iacet ibidem frater Drodo.

Fr. Gulielmus. Iacet ibidem Frater Gulielmus. Hic habuit ſpiritum prophetiæ, ſtatim enim futura dicebat.

Locus de Amoniaco.

Fr. Gulielmus. IN loco Amoniaci iacet frater Gulielmus, ad cuius preces nauis diſtans; quia longe receſſerat ad portum ſtatim rediit, ſicut ipſe frater optauerat.

Locus Valentię.

Fr. Petrus martir. IN loco Valentiæ iacet frater Petrus martir: qui ab hereticis propter officium inquiſitionis ipſe, & cum eo frater Catellanus martirizati ſunt: Qui poſt eorum mortem apparentes cuidam ſanctimoniali infirmæ: primo totaliter languinolenti, poſtea totaliter glorioſi, præmonentes eam, q in craſtino iret obuiam corporibus eorum pro ſanitate recuperanda: Quod cũ feciſſet ſtatim eſt ſanata.

Locus Dienſis.

Fr. Electus. IN conuentu Dienſi iacet frater Electus homo ſanctiſsimus valde.

De prouincia Turoniæ.

Fr. Gualterius. IN loco Victauiæ iacet frater Gualterius Epiſcopus Pictauien. qui illuminauit cecos, & multa miracula fecit, habet ſpecialem gratiam liberandi, & curandi homines a quartana. Hic ſanctus ad mortem deueniens quandam ſcripſit cedulam, cum qua in manu deceſſit. Et cum Pictauis eſſet Romana curia. ſ. dominus Papa Clemens quintus; qui ipſum iniuſte ab Epiſcopatu Pictauien. depoſuerat, Epiſcopi, & Cardinales, & alij prælati adeſſent ad eius exequias, nulli prædictam voluit dare cedulam: Sed domino Papa veniente, eidem ſtatim mortuus tradidit. In cedula continebatur quomodo ipſe frater Gualterius; quia iniuſte ab eo fuerat depoſitus, infra tot dies dominum Papam citabat appariturum coram æterno iudice. Et ſic factum eſt. Nam die ſtatuta ſubita morte Papa ipſe deceſſit.

Fr. Simon. In dicto loco iacet frater Simon miniſter Turonię: ad cuius os ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ viſus eſt.

Locus Rodomatum.

Fr. Rodulfus. IN Rodomis iacet frater Rodulfus ſacerdos, vir ſanctitate vitæ preclarus.

Locus de Cenomannis.

Fr. Electus. IN Cenomannis iacet frater Electus, vir ſanctus.

De prouincia Aquitanię.

Fr. Aldemarius de Filſinio. IN loco Figiaci iacet frater Aldemarius de Filſinio, qui ſuſcitauit mortuos: cęcos; & vexatos a demonibus curauit.

Locus Africani.

Fr. Gulielmus. IN ſancto Africano iacet frater Gulielmus qui in multis claruit miraculis.

Locus Anteliaci.

Fr. Rigaldus. IN Antellaco iacet frater Rigaldus, qui multa fecit miracula.

Locus Toloſę.

Fr. Stephanus. IN loco Toloſæ iacet frater Stephanus; qui cum eſſet prius Abbas magnus dimiſſa Abbatia, factus eſt frater Minor. Hic cum eſſet inquiſitor in partibus Toloſanis ab hæreticis occiſus, coronã martirij meruit ſubſimari.

Fr. Raymũdus. Ibidem iacet frater Raymundus eius ſocius, qui etiam martirio cum eodem coronatus iuxta eſt ſepultus.

De prouincia Franciæ.

F. Iulianus Theutonicus. Auctor officij B. Frã. IN loco Pariſiorum iacet fr. Iulianus Theutonicus, vir miræ ſanctitatis; qui fecit hiſtorias B. Franciſci, & B. Antonij, & quo ad cantum, & quo ad Antiphonas, verſus, & reſponſoria, quibuſdam Antiphonis ad Magnificat, & Reſponſorio. Cãtus ſpicam, exceptis. Hic ante ordinis ingreſſum fuit magiſter cantus in aula Regis Francorum.

Fr. Io. Gualenſis. Iacet ibidem frater Ioannes Gualenſis magiſter in theologia, qui ſummam valde vtilem multorum tractatuum compoſuit. Hic arbor vitę vocatur. Hic in fine conſtitutus cum diu ſine loquela permanſiſſet; tandem loqui cepit totus gaudens, & lętus, ac dicere. Iudicium meum factum eſt, ad patriam pergo: & ſic diẽ clauſit extremum.

Alexander de Ales. Iacet ibidem magiſter Alexander de Ales qui Fons vitæ appellatur, qui ſummam maximam fecit in theologia approbatam per dominum Papam Alexandrum quartum: per 40. magiſtros in theologia Pariſij. Et multas poſtillas fecit ſuper ſcripturam ſacram, & gloſas ordinarias. Vt dicitur, hic miraculoſe ordinem fratrum minorum intrauit, & miraculoſe remanſit, & glorioſe obijt.

De Prouincia Prouinciæ.

De ipſius nobilitate. IN Prouincia Prouinciæ iacet ſanctus frater Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus, primogenitus Regis Caroli ſecundi; cuius vitã ſuccinctę prout potui inuenire hinc inde ponam. Hic ſanctus ex parte patris fuit de domo Franciæ: pater .n. ſuus Carolus ſecũdus filius fuit Caroli primi dicti Marcelli, qui Carolus primus filius fuit Ludouici Regis Francorum, & frater ſancti Ludouici Regis Francorum. Ex parte matris, vt dicit Papa Ioannes in bulla canonizationis ipſius. ſ. dominę Mariæ, fuit de domo Vngariæ; de qua domo ſunt tres, videlicet, duo Reges, & vnus Dux ſancti canonizati. ſ. ſanctus Stephanus Rex, & ſanctus Ladiſlaus Rex, ac ſanctus Henricus Dux; qui omnes fuerũt fratres dictę dominæ Marię. ſanctus Bella Rex nondum canonizatus, nepos fuit dictę dominę Marię. ſancta Heliſabeth canonizata eius fuit amita. Sic ergo ex vtroq; parente nobiliſſimis eſt ortus parentibus.

Hic

Hic ſiquidem Carolus ſecundus, & ſi plures habuerit filios, primogenitus eius fuit hic ſanctus iuuenis, & frater Ludouicus, cui vt primogenito regnum Siciliæ, & Ieruſalem debebatur. Et quia mater eius vnica fuit regis Vngariæ: qui alios filios non habuit, niſi matrem ipſius dominam Mariam: ratione matris regnũ Vngariæ ſuũ erat, quæ omnia (vt patebit) Chriſti deſpexit amore, ac dimiſit factus humilis frater minor. Sed quomodo, eſt videndum. Carolus ſiquidem primus coronatus Rex per Eccleſiam contra Manfredum regnum ſiculorum obtinuit; interfecto Manfredo ipſorum Rege; verum de Manfredo filię aliquæ remanſerunt; & inter alias remanſit Conſtantia, quę nupta fuit Petro Aragoniæ. Et quia Francigenæ in inſula Sicilię peſsimę ſe habebant, ordinatione Ioãnis de Procida interfectis, per totam inſulam Siciliæ vna die francigenis; Rex ipſe Carolus primus inſulam amiſit Siciliæ: Quam illico Petrus Rex Aragonum accipiens ob vxorem: filium ſuum ſecundum. ſ. Fedéricũ in dicta inſula in Regẽ poſuit: propter quod bellum ortum eſt inter Carolum, & Petrum. Sed idem Carolus cum ſe prępararet ad inuadendum Siciliam, diem clauſit extremum: regno dimiſſo Carolo filio ſuo, qui dum contra ſiculos exercitum paraſſet; victus à Petro de Aragonia, captus eſt, & ductus Barchinonam: Qui Carolus datis tribus filijs ſuis obſidibus, videlicet primogenito ſuo Ludouico cũ duobus alijs: ipſe Rex Carolus ad ſuum regnum eſt reuerſus. Et cum pax per ſeptennium non fuerit reformata: ſanctus Ludouicus cum duobus fratribus ſuis per tantum tempus Barchinonę obſes fuit: qui in captiuitate poſitus: nõ puerorum mores, aut laſciuorum, ſed antiquorum, & virtuoſorum hominum ſtatum, & opera proſecutus: multis virtutibus cępit florere.

De eius exercitio in ſtudio ſcientiarũ. Studio ſcientiarum cum fratribus ſuis tali in tempore ſic ſe dedit: habendo magiſtros in ſcientijs fratres minores. ſ. fratrem Pontium Carbonelli hominem ſufficientem, & ſanctũ, & alios fratres minores: ꝙ infra ſeptennium quo ibi fuit in grammatica, logica, ſcientia naturali, metaphiſica, & morali, & ſacra theologia; à Deo fuit ſufficienter inſtructus, ꝙ & diſputare de prędictis ſciret docere, & prædicare clero, & populo, & Dei verbum proponere; vt ſcientia putaretur magis ſibi infuſa diuinitus, quam humanitus acquiſita.

De corporis eius, & animæ puritate. Hic ſanctus, & ſi pulchetrimus eſſet corpore adeo, vt audiui à fratre, qui vidit eum, quando primo Epiſcopus Tholoſam intrauit, vt concorditer mulieres omnes dicerent, & homines ſe pulchriorem faciem nunquam vidiſſe. Nec de videndo eius faciem poterant ſatiari, & de vico in vicum ibant cuncti ad eũ videndum, ac in mũdi delicijs enutritus, poſt carnis concupiſcentias nullatenus abijt; Sed à pueritia amor caſtitatis ſic eius affecit mentem, vt non ſolum mulierum aſpectus colloquia, & conſortia vitauerit, ſed & verba carnalia, vel ad talia pertinentia nullus eum loquentem audiuit. Vnde Barchinonæ dum eſſet obſes, & homines nobiles illius regni, qui eum viſitabant verba diſſoluta aliquando loquerétur, vt ad malum eum incitarent, adducendo ad eum virgines, puellas, & nobiles, ipſe vir angelicus, & puriſsimus, quaſi ribaldos à ſe abijciebat, fratresque ſuos acutiſsimé repræhendebat, cum ſe dabant aſpectibus mulierũ, nec audebant propter ipſius reuerentiam, & timorem aliquid agere inhoneſtum.

Suæ virginitatis teſtes fuerunt fratres qui ipſum nutrierunt; qui in ſua iacebant camera, & ſibi à pueritia aſtiterunt, & ipſum angelicæ puritatis fuiſſe, teſtimonium reddiderunt. Vnde eius conuerſatio inter homines quo ad hoc potius angelica fuit, quàm humana. Perhibuerunt etiam teſtimonium nobiles viri cum fratribus prædictis, ꝙ nunquam ex quo natus eſt, vſque ad vigeſimum quartum annum, in quo deceſsit, ab eius ore exiuit verbum, nec iocoſé, nec ſerioſé vnum laſciuum, aut declarans, ſeu importans aliquam inhoneſtatem; ſed ſemper verba eius caſtiſsima fuerunt, & honeſta, & ꝙ maius eſt tam ſecularis, quàm Frater, & Epiſcopus omnem aſpectum, & omnem contuitum mulierum perpetuo vitauit. Dominus Papa Ioannes in bulla canonizationis eius ponit, ꝙ excepta matre, & ſororibus cum nulla muliere ſolus cum ſolo aliquando eſt locutus.

Quo ad hoc referam, quid hic ſanctus circa ſororem ſuam Reginam egit in Aragonia; Cum enim veniſſet ad eum viſitandum, nullo modo potuit obtinere precibus quibuſcunque, vt eam in faciem aſpiceret; ſed reſpondit ꝙ erat fatua hoc petens.

Dominæ Ioannæ Reginę Frãciæ cognatæ ſuę, vtpote filij duorum fratrum, roganti vt in ſuo aduentu more nobilium de Francia eam reciperet ad amplexum, & oſculum, nullatenus, acquieuit, & ſi ſumma deuotione ferreretur ad ipſum. Non ſolum verba inhoneſta vnquàm fuit locutus, ſed talia dicentes grauiter arguebat, Oculos ſuos ab omni aſpectu mulierum auerterat, vt nullam aliquando aſpiceret: nam dominus erat ſuorum oculorum.

Tholoſæ quædam domina cum audiſſet eum de hoc cõmendari, reſpondit. Ego probabo. Cumque ad eum iuiſſet, & ipſum dum eſſet in Eccleſia diligentiſsimé conſideraſſet, reuerſa ad domum dixit vicinis. Veré iſte dominus ſanctus eſt. Nunquam enim vidi aliquem, qui ſuis dominaretur oculis niſi iſtum.

De ſtudio ſanctæ orationis. Sanctę orationis ſtudiũ hic ſanctus nondũ factus F. minor ſpecialiter habuit in amicũ: Nã vt de hoc atteſtabatur Rex Robertus, & eius

frater, ac domicelli ſui nobiliſsimi, qui in ſua iacebant camera, cum eſſet paruulus, & tenellus omni tempore poſtquàm ſetuitores ſui receſſerant, ſurgebat de lecto, & in oratione, & lachrimis vſque ad mediam noctem perſiſtebat, & à fratribus, qui eum in confeſsione audiebant, fuit multotiens teprehenſus de hoc propter eius delicationem. Vnde in illis diebus cum ſemel ad orationem ſurrexiſſet, & ſtaret vſque ad mediam noctem petuigil in oratione, eſſetque lumen ardens in camera, ſicut mos eſt nobilium, & dominus Rex Robertus, & frater eius dominus Raimundus in lecto eius eſſent, cum omnes ſimul dormirent, & actualiter vigilarent; Viderũt ſanctum Ludouicum ad orationẽ ſurrexiſſe. Cumque inſpicerent, conſpexetunt vnum gattum nigerrimum, & magnum, ſicut eſſet vnus canis ſaltantem ſupet eum, & ptæliantem cum eo, quẽ ipſe ſacer iuuenis Ludouicus ſigno crucis facto à ſe abigebat; Et cum pluribus vicibus ſic ſupet eum ſaltaſſet; exclamauerunt pueti. ſ. Robertus, & frater, ſtatim diſparuit gattus ille. Qund aduettens ſanctus Ludouicus ab oratione ſutgens, venit ad eos, & iuramento eos aſtrinxit, vt quandiu viueret, nulli quod viderant teſetarent. Factus autem fratet minor dormientibus ſocijs, ſurgens ad orationẽ deuotè orabat; & interdum in terra cubitabat.

De eius ad pauperes pietate.

Hic ſanctus tam ex gratia quàm dono naturæ hoc habebat præcipuũ, vt ad pauperes, & ſpecialitet leproſos manus ſuas libenter extenderet, & ipſos perſonaliter viſitaret. Barchinonæ dum eſſet obſes, nec ipſe adhuc erat. 18. annorum; viſitabat leproſos ſuis manibus eburneis, & pulcherrimis, quibus omnes alios excedebat, eorum lauabat membra, tangebat vlcera, edúcebat ſaniem, & in oſcula deuotiſsimè prorueba; Et hoc ſpecialiter in hebdomada ſancta, & ſingulariter in domini cęna faciebat. Nam vt teſtis fuit Rex Robertus, & alij, qui præſentes fuerunt: Cum ſemel in cęna domini vocati feciſſet omnes leproſos de ciuitate Barchinonę ad ſuum hoſpitium, vt eorum pedes lauaret, & cibaria miniſtraret, memor domini, cuius aſpectus apparuit leproſus percuſſus, & humiliatus illis diebus. Cumque omnes leproſi conueniſſent ad eius hoſpitiũ; affuit vnus ſtatura permaximus, & in illa infirmitate horribiliſsimus, ita ꝙ dominus Rex Robertus, & dominus Raimundus eius fratet hoc videntes ſummè timuerunt: ad quem accedens vir Dei Ludouicus, hunc diligentius lauit, & deuotius, quàm alios, ac ſtudioſius ſibi ſeruiuit in menſa, neceſſaria miniſtrando. Sed cum in craſtino in die paraſceues in memoriã paſsionis Chriſti, qui apparuit leproſus in cruce, pręfatum leproſum in ſuo habere voluiſſet hoſpitio, in tota ciuitate non eſt inuentus diligentiſsimè tequiſitus. Et cum fuiſſent cæteri leproſi Intertogati. Reſponderunt ꝙ nunquam aliquis talis affuit inter eos, nec vnquã illum viderunt. Vnde piè credendum eſt ipſum fuiſſe dominum Ieſum Chriſtum, vel eius Angelum, qui in ſpecie leproſi horribiliſsimi ſe voluit exhibere beato viro, vt eius humilitatem probaret, ac vittutem.

Factus Epiſcopus Tholoſanus cum mãdaſſet inquiri de ſuorum quantitate reddituum, de quadraginta millibus librarũ, decem milibus pro ſuis retentis expenſis 30. millia diſtribuebat pauperibus. Omni die 25. pauperes in domo ſua reficiebat, quibus aquam manibus infundebat, fercula apponebat, ſcindebat panẽ poplite genuflexo, & ſeruiebat. Alijs etiam paupetibus largas faciebat eleemoſynas tàm publicas, quam priuatas. Hoſpitalia autem viſitabat pauperum leptoſorum.

Semel eundo Pariſios pauperi, quem repetit propriam cappam dedit; Nullum quantumcũque pauperem, & deſpectũ dedignabatur. Quadam vice accidit ꝙ ipſo ttanſeunte cum tota familia ſua, quædam mulier paupercula, & antiqua in quodam tugurio humili, & deſpecto iacens, clamaret confeſsionem humiliter petendo: Et cum aliqui de ſacerdotibus vellent de equis deſcendere, vt eam audirent, dixit ſanctus Ludouicus. Nequaquã ſed ego deſcendam, & audiam eam, quoniam ad me ſpectat. Deſcendit, tugurium intrauit. eam audiuit ad confeſsionem, conſolatus eſt eam, & eleemoſinam impendit. Egreſſus autem inde plenus fuit pediculis, & immundicia, quod vir ſanctus cum magna conſolatione conſpexit gaudentet, & cum riſu portauit pediculos, & huiuſmodi gemmas pauperum vocabat.

Qualis hic ſanctus exiſteret, & futurus eſſet, non ſolum præfata oſtendebant, ſed maturitas, quã habebat in geſtu, & affatu, ac conuerſatione. Si ſpatium duceretur cum fratribus, illis ſolaciantibus, & equis ſuis currentibus, ipſe ſemper matutiſsimè, & deuotiſsimè permanebat, nec aliquam laſciuiam oſtendebat, ſed ſummam maturitatem.

De morũ ipſius maturitate.

De ipſo poſt eius mortem nobiliſsimi viri, qui eum agnouerant ab initio vitæ ſuæ vſque ad finem, tactis ſacroſanctis teſtimoniũ perhibuerunt, nunquàm ſe vidiſſe, & audiſſe aliquid de eo; vnde poſſet notare quiſquam peccatum mortale de eo: Cum omnes actus vitæ eius, & ſecreta eis eſſent nota. Adeò fuit plenus mititate, ſuauitate, humilitate, ac columbina ſimplicitate, vt ad eum accedere poſſet quilibet quantumcũque modicus pauper, & deſpectus. Cernens vir Deo deuotus mundum tranſire velut vmbram, ac amicum mũdi Dei effici inimicum: Dum adhuc Barchinone in obſidione eſſet poſitus obſes, videlicet, patris ſui; mũdum abdicare proponens, ibidem voluit effici frater minor: Sed hoc non valens perficere,

quia

quia fratres de prouincia Aragoniæ præ timore eum non recepiſſent, tunc votum ſolemniter emiſit de intrando ordinem fratrum minorum. Sed cum Deo placuiſſet, ꝙ poſt ſeptennium, quo obſes fuit, inter Regem Aragonũ, & patrem ſuum pax eſſet facta, cum à Regno Aragoniæ abſceſſiſſet, & veniſſet ad montem Peſulanum; ibidem votum ſuum, quod de intrando ordinem fratrum minorum fecerat, voluit adimplere: Sed timore patris eum fratres recipere formidantes, iterato in dicto cõuentu, ſolemniter votum fecit de intrando ordinem fratrum minorum. Veniens verò Romam in præſentia domini Papæ Bonifacij octaui, & Regis Caroli patris ſui; cum ſibi introitum diſſuaderent ordinis fratrum minorum, & ſi intendebat mundum relinquere: ꝙ prouiſioni de ſe factæ Eccleſiæ Tholoſanæ intenderet, reſpondit: nullatenus tali prouiſioni ſe præſtiturum aſſenſum, niſi prius votum, quod faceret de intrando ordinem fratrum minorum perfeciſſet. Et ſic annuente Papa prædicto, in ſui præſentia ad ordinem receptus per fratrem Ioannẽ de Murro, tunc eiuſdem ordinis generalem miniſtrum factus eſt frater minor, & filius beati Franciſci pauperis crucifixi. O qualis fuit iſte mundi cõtemptus ſanctiſsimi Iuuenis: qui Regnum Siciliæ, & Ieruſalem, quod ſibi debebatur ex patre vt primogenito, ac Regnum Vngariæ, quod ſibi debebatur ex matre, comitatũ Prouinciæ & Floquarqueri, pro Chriſti amore reliquit, nihil omnino ſibi de mundialibus reſeruans: nec or dinem aliquem habentium ſaltem in cõi voluit intrare: ſed ordinem beati Franciſci pauperrimum, qui nihil dat ſuis fratribus, nec in proprio, nec in cõi, nec in ſenectute, nec in iuuentute: ætate, videlicet, annorum 19. vel ad plus viginti. Habitu igitur induto ordinis cõram Papa, & Cardinalibus; ſtatim diſpenſatione appoſita, in manibus dicti generalis, & coram præfatis fecit profeſsionem de perpetuo ſeruanda regula fratrum minorum. Verũ & ſi intentio ſancti eſſet ſtare in ordine, & viuere ſicut vnus ſimplex frater minor; quia tamen ex regula quilibet frater minor mandatis Apoſtolicis debet obedire: quare mandante ſibi Papa ꝙ aſſenſum præberet prouiſioni de ſe factæ Eccleſiæ Tholoſanæ: vt verus obediens, mandatis apoſtolicis (vt dicit Papa Ioãnes in bulla) obediuit.

De eius vitæ auſteritate.

Factus igitur Epiſcopus Tholoſanus de perfecto tendens ad perfectius, & de bono pertingens ad melius; quæ ante virtutum acquiſierat, poſitus ſuper candelabrum ſuum lumen cępit pleniſsimè refulgere: exemplar ſe oſtendens tam ſubditis, quàm prelatis; tam ſecularibus, quàm alijs vitæ, & perfectionis: Cępit enim carnem ſuam crucifigere cum vitijs, diſciplinis ferreis aliquando per ſeipſum, quandoque per ſocios ſe fortiter diſciplinans; deferẽdo pro camiſia rudem ſtamineam, & chordam groſſam ad carnem, multotiens lectum declinando dormiebat in terra; & ſic carnem ſpiritui ſeruire coegit. Et licet in eius menſa de duplici ferculo daretur, de vno ſolo, & parum comedebat: Et quia nihil quærebat mundi, hinc eſt vt dictum eſt, ꝙ de ſuis redditibus quarta parte retenta, tres alias partes erogabat pauperibus, & egenis.

De eius deuotione.

Hic vir ſanctus deuotione præcipua ferebatur ad crucem, & domini paſsionem; Vnde ob reuerentiam paſsionis Chriſti, officium paſsionis, manibus protenſis in modum crucis omni die perſoluebat. Factus vero ſacerdos omni quaſi die celebrabat; confeſsione præmiſſa, & omni die confitebatur. Et quando ibat per viam quantumcunque eſſet feſſus, aut calidus; nihilominus celebrabat: Et ſi nõ inueniebat capellam, faciebat in aliquo pulchro loco tentorium erigi, & in altari portatili celebrabat: Orationi aſsidue incumbebat, & in eadem cubando in terra pernoctabat.

De eius humilitate.

Humilitatem iſte ſanctus non ſolum oſtendit ſeruiendo pauperibus in menſa, & hoſpitalia viſitando leproſorum (vt ſupradictum eſt) ſed in alijs ipſam ſibi placentem oſtendit: Veſte enim ſemper humili (vt dicit Papa Ioannes in bulla) fuit vſus tam in habitu, quàm in cortinis, & lecti coopertorio de colore bruneo præ dicta habendo. Nolebat hic ſanctus ex humilitate, cum declinabat ad loca fratrum, ꝙ fratres facerẽt apparatum pro ipſo. Vnde ſemel ad quendam locum fratrum declinantem, cũ fratres eum excepiſſent, & cameram pannis acquiſitis cum armis Franciæ, & Siciliæ ornaſſent, indignatus omnia fecit amoueri dicens. Chariſsimi fratres; iſte lectus non eſt fratris minoris: Et per totam noctem dormiuit non in lecto, ſed in terra in ſignum profundiſsimæ humilitatis. Frater minor eſſe voluit, & nil aliud optabat; niſi Epiſcopatui renunciare, vt frater minor, & ſimplex remaneret. Hac de cauſa ibat Romam quãdo in itinere mortuus eſt, vt renunciaret epiſcopatui, & frater minor remaneret.

Semel dormitorium fratrum Tholoſę dum intraſſet: heu inquit quando videbo me eſſe ſine Epiſcopatu; vt ſim in vno loco dormitorij, ſicut vnus pauper frater, & ſimplex.

In capitulo dum ſemel eſſet, & quidam frater ſibi diceret: ꝙ multum ordinem honorauerat de ſua perſona inſigni. Reſpondit impatiens ex humilitate, & quodammodo indignè ferẽs. Male dicitis frater, male dicitis, immo ordo multum me honorauit, quãdo dedit mihi habitum ſuum. Et licet hic ſanctus mitis eſſet, & humilis, ac gratiſsimæ conuerſationis; erat tamen vitiorum obiurgator.

De eius ſeueritate.

In eius menſa non erant verba garrula, & iocoſa;

image
not
available

recitata viſione ſancti Ludouici, ad ſe ſic compeditum, & liberatum poteſtatem Peruſij, & alios ciues attraxit: qui hoc videntes, Deum in ſuo ſancto Ludouico laudauerunt.

Frater Franciſcus Forinca de Senis in monte Policiano dum ſtaret; & quoddam lignum ſuper quod aliquando fuerat horrologium, de muro vi vellet extrahere, ſubito cum dicto ligno, & capite reflexo ad inferius ſuper gradus cecidit, qui ſunt ante capellas, & dictis gradibus caput allidens cum renibus, cum debuiſſet ſtatim, vel mori, vel comminui inuocatione beati Ludouici pro ſuo auxilio, dum caderet, nihil mali eſt paſſus. Multa alia per diuerſas orbis prouincias, precibus, & meritis huius cōfeſſoris Deus ſigna, & mira ſtupēda facit: quæ breuitatis cauſa omitto. Ad laudem Ieſu Chriſti Amen.

Fr. Vgo. In eodem loco Marſiliç iacet frater Vgo, qui plenus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, vita ſublimis, & efficaciſſimè doctrinæ fuit. Hic compoſuit libellum de triplici via in ſapientiam perueniendi: & regulam mirabiliter expoſuit. Hic ſignis ſuam aſtruit ſanctitatem.

Locus Narbonæ.

Fr. Electus. IN loco Narbonæ iacet frater Electus laicus; qui vna die ſeptem fratres à diuerſis langoribus curauit.

Locus de Arelatæ.

Fr. Monaldus. IN loco Arelatæ iacet frater Monaldus, qui vidit beatum Fran. in aere ad oſtium capituli, dum beatus Antonius prædicaret ibidem de titulo crucis; fratres conſignantem, & benedicentem.

Fr. Beltrandus. In eodem loco iacet frater Beltrādus de Bollega, vir magnæ ſanctitatis, & perfectionis.

De ſanctiſſimo fratre Rogerio de Prouincia.

FRater Rogerius, qui fuit de Prouincia prouincię vbi iaceat non reperi. Hic fuit homo ſanctiſſimus, & totus in diuino amore ignitus. Hic in tota vita nunquam habuit vanam gloriam de aliquo actu virtuoſo. Ad ordinem minorum venit diuina reuelatione: & habitu accepto totus mutatus eſt in virum alterum. Sępe magna tentatione vexatus (ſuperata tentatione) in tanta copia gratia eſt ſibi collata; ꝙ quam cito tentationem ſentiebat, tam cito extinguebat.

Quadam vice tantum habuit de ſuis peccatis dolorem; ꝙ poſt illum dolorem certiſſimè nouit à Deo omnia peccata eſſe ſibi dimiſſa. Cōfitebatur omni die nouem, vel decem vicibus. Oculos ſumma cuſtodia obſeruabat: nec mulierem facie attendebat; omnem occaſionem peccati fugiens: ne Deus eius incuria deſereret mentem.

Nam ſemel cum ſocio cuidam mulieri obuiaſſet; & petijſſet à ſocio, ſi illa eſſet talis mulier; & ille dixiſſet, ꝙ ſic, adiecit ſocius, Non vidiſtis eam in cuius domo totiens eam viſitaſtis; & in porta Eccleſiæ locutus fuiſtis? Reſpondit, ꝙ nunquam in facie vidit: nec etiam matrem ſuam. Et cum à ſocio interrogaretur: Cum ipſe in facto mulierum eſſet ſecurus, cur tantum timeret eas aſpicere; Reſpondit frater inquiens. In poteſtate hominis eſt vitare occaſiones peccandi; & ideo, quàm diu homo facit, quod ſuum eſt; & dominus facit, quod in ſe eſt tuendo hominem à peccato; Impoſſibile eſt, ꝙ Deus vnquam deſerat mentem, quā poſſidet; niſi homo habeat culpam, dum non vitat omnem occaſionem peccandi: ex quo tu exponis te periculo, per occaſionem, quam tu poteris vitare; & maximè in tali tentatione, ad quam homo multū declinat ex correptione naturæ, confidens de viribus tuis, iam tunc non obligatur te defendere; ſed poteſt ſine omni iniuſtitia tuis viribus, in quibus confidiſti, te dimittere. Et dicebat ꝙ mens, quæ Deum diligeret; ita tardè ſcienter declinaret ad venialiſſimum peccatū de mundo, ſicut ad mortaliſſimum.

Verbum otioſum ſummę vitauit: immo cuidā fratri ſibi valde familiari impoſuit pro quolibet verbo otioſo: vt ſemper, & ſtatim diceret flexit genibus. Miſerere totum. Credo in Deū. Pater noſter. Salue regina, & Aue maria. Nec ipſum voluit abſoluere; niſi ꝙ non ſtatim teneretur dicere, nec flexis genibus. Et ne falſitas in ſuis verbis poſſet reperiri, vix aliquid dicebat, ꝙ ibi non apponeret forte.

In cibo autem, & vigilijs, lecto, & veſtimento ſatis communis erat ſecundum exteriorem hominem. Fuit autem alta deuotio eius, & profunda cogintio, & contemplatio de Deo.

Iſte frater Rogerius nunquam habebat vanā gloriam; immo dicebat, ꝙ ſi eſſet verum, ꝙ ipſe eſſet melior homo de mundo, ipſe vellet, ꝙ totus mundus ſciret, & clamaret hoc: & rationem dicebat. Certiſſimum eſt, nullum hominum quicquam boni habere à ſe, nec ſuis meritis. Abſcondam (inquit) ego in me dona Dei, & laudem eius; qui ſic viliſſimum vermen voluit nobilitare? Vnde cum vice quadam commendaret quendam de humilitate; & iſte negaret ſe eſſe humilem; Frater Rogerius valde de hoc arguit cum dicens. Vide miſer, quare negas donum Dei in te? Non ne omnes ſciūt, ꝙ a te nihil potes habere? Non facias ſic ergo: ſed vt omnes ſciant; & Deum in te collaudent.

Quodam fratre Berengario Bertrandi ſibi apparente; à Deo fratre ipſo Berengario docēte, accepit normam, & notitiam ſciendi, quando homo eſt in ſtatu ſalutis, ſigno quodam ſibi tradito. Et dum à confeſſore requireretur de tali ſigno. Reſpondit, quia erat quid ſpirituale, non poterat alijs ipſum inſinuare. Cum à fratre Raimundo ſuo confeſſore interrogaretur:

retur : Vnde erat, ꝙ eius verba tantam haberent efficaciam in audientibus ? Reſpondit, homo,qui in omni ſua actione præmittit mentis eleuationem ad Deum , & omnia ordinat ad Deum; in omnibus inuenit Deum ſuum.Et cum interrogaret idem frater.Quomodo fieri debebat iſta mentis eleuatiō , & ordinatio ad Deum ? Reſpondit. Quando tu vis legere, antequàm librum aperias,debes cor tuum ad Deum dirigere,& dicere. Domine iſte viliſsimus ſeruus tuus indignus omni bono tuo,vult ingredi ad videndum theſauros tuos. Placeat tibi, vt eum introducas,& des ei in his verbis ſanctiſsimis te cognoſcere:vt te diligat;& tantum des ei diligere, quantum dabis ei cognoſcere ; Nec des ſibi amplius cognoſcere , quā diligere: quia non vult te cognoſcere, niſi, vt te diligat: talis(in quit)mens prima libri apertione,ſtatim inueniet Deum ſuum.

Oratio ad Deum antequam legatur.

Hic frater Rogerius ſacras, poſt mortem ſuā, de multis pertinentibus ad viam ſpiritus , & perfectionem,informationes dimiſit:quas nō ſcribo ; quia imperfectas reperi.

De prouincia ſancti Iacobi .

Fr. Bencaſa de Tuderto. IN prouincia ſancti Iacobi . iacet frater Bencaſa de Tuderto, vir moribus præclarus .

Locus Aſtoricæ .

Fr. Ioānes. IN loco Aſtoricæ , iacet.ſ. frater Ioannes, qui eſt miracula operatus .

Locus Villæ Francæ .

Fr. Sanctus. IN loco Villę Francę, iacet frater Sanctus, per quem miracula ad conſolationem fidelium dignatus eſt operari altiſsimus .

Locus Tauri .

Fr. Sanctus. IN loco Tauri iacet quidam alius Sanctus frater,qui dum eſſet ſacriſta,& crucifixum vellet aptare , dum eſſet in ſcalis ; diabolus ei aduerſari cupiens, ſcalis amotis,frater ipſe cadendo, crus habuit fractum , & cum dolore . Vnde cum miſſam celebraret ; nec crus fractū pro tunc apparebat ; nec vllum ſentiebat dolorem .

Locus Auriæ .

Fr. Gonſaluus Sancij. IN loco Auriæ iacet frater Gonſaluus Sancij, qui fuit nobilis generc , ſed peſsimus latro,& homicida. Sed ad dominum conuerſus , factus frater minor , tantę fuit humilitatis,ꝙ ſeruiebat leproſis,eorum lauando vlcera , per quem in virtutibus creſcentem, Deus ſigna oſtendit in vita,& poſt mortem .

Locus Montis de Valdearogo .

Fr. Rodoricus Robicij. IN monte de Valdearogo iacet frater Rodoricus Robicij . Hic fuit homo pęnitentiæ mirabilis ; Paupertatis amator , mundum fugiens ; & ſpiritu prophetico perluſtratus . Ad hunc, cum Regina Caſtellæ vxor regis Hērici,& mater iſtius regis Ioannis Caſtellæ,fratres miſiſſet:vt ſibi infirmæ diceret, quid actu rus eſſet eius filius Rex Ioannes,quo ad hæſitationem Pontificum,qui nunc ſunt: an adhæreret domino Papæ Vrbano:vel alteri: cumque fratres ad ipſum veniſſent ; ante quam eidem intimarent aliquid , propter quod miſsi eſſent, ipſe eis dixit. Sciatis dominam Reginam,quę vos miſsit mortuam . Dominum regem Ioannem Caſtellę ſe pro alio à domino Vrbano determinaturum ; & male eueniet ſibi.Ac regem Carolum Francorum regem nuper mortuum, ſepultum me vidiſſe in profundo inferni;propter ſciſmā.quod poſuit , & tenuit in Eccleſia ſancta Dei: Quæ fratres audienres,ſicut prędixit ſic,& inuenerunt.

De quinque fratribus in Marochio pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti interfectis .

Bernardus cum quatuor ſocijs in Marochio martirij paſsi ſunt. IN terminis prouincię ſancti Iacobi,videlicet,in Marochio paſsi ſunt tempore beati Franciſci . dum.ſ. viueret , quinque fratres minores,videlicet . Frater Bernardus . Otonus ſacerdos . Petrus . Accurſus : & Adiutus. Frater enim Vitalis, quem beatus Franciſcus, eis præfecerat in Regno Aragonię remanſit infirmus . Hi quinqne iuerunt Sibiliam.i. ad ciuitatem Hiſpalenſem : quæ tunc à Saracenis tenebatur. Ad quam intrantes poſt biduum , mori pro Chriſto optantes , ad Meſquitam.i. Eccleſiam Saracenorum , vbi Maumeth, colitur,acceſſerunt. Volentes ipſam intrare, à Saracenis cum maximo impetu repulſi ſunt alapis,videlicet, & fuſtibus. Deinde ad regem accedentes , coram ipſo cęperunt fidem prædicare conſtanter ſanctam, & veram : & Maumeth non prophetam,ſed ſeductorem dicere; ac legem eorum malam , & falſam declarare; quos Rex ira accenſus voluit decapitari ; ſed mitigatus à filio , in quadam turri iuſsit eos claudi : illi autem ſtantes in turris ſummitate cum clamore magno Chriſtum Deum verum prędicabant; ac legem eorum falſam declarabant . Quod ſciens Rex iuſsit educi eos de illo carcere ; & in alio carcere poni . In quo poſiti , carceratis fidem domini prædicabant. Poſt multos dies ante Regem adducti,& vituperati de fide ; quam tenebant,per Regem ad tenendam fidem Maurorum inuitati ſunt : Et cum ſancti eum deriderent , Rex iratus eos fatuos reputans,de regno ſuo expulit,& emiſit. Qui iter verſus Marochium arripientes , cum multis tribulationibus tandem illuc deuenerunt,ſemper orationibus , & ieiunijs inſiſtentes. Quò peruenientes in domo domini Petri infantis de Portugalia:qui tunc ibidem erat, ſunt recepti . Sed poſt non multos dies Rex audiēs eorum aduentum, iuſsit eos ſtatim ad ſe venire. Qui ſibi ſignum crucis imprimentes ſine mora ad eum peruenerunt : Et tunc Rex fecit eos in carcere poni. Sequenti die alapis, & verberibus macerati , in peiori carcere ſunt recluſi , vbi biduo permanētes carcerati,Chriſtum

ſtum dominum euangelizabant. Poſt duos vero dies nudati, manibus poſt tergum ligatis, ac duriſsimè verberati, ſtatuti ſunt corā quodam Principe Regis nomine Abozaida. Cui cum frater Otto fidem prędicaret. Reſpondit ipſe princeps, ꝙ ipſi erant pleni ſpiritu diabolico, & ꝙ ſi ad fidem Maurorum vellent cōuerti, multa bona haberent: Sed ſancti fidem conſtanter affirmantes, coram ipſo iuſsit eos manibus, & pedibus ligari; ac flagellari duriſſimè, & diuiſim ac ſingillatim includi. Tūc carnifices, & populi furibundi funem in colla eorum innectentes; & hinc inde trahentes, verberauerunt eos vſque ad ſanguinis effuſionem, acetum cum ſale, eorum verberibus & plagis immittentes, in duris, & aſperis ſtrāmentis, ac obſcuris carceribus, eos locantes nudos, ea nocte. Sed ſequenti die iuſsit eos Rex ſibi præſentari. Qui ligati, & crudeliter cęſi, alapis, & flagellis afflicti, cum ducerētur ad Regem, cuidam magno Principi ſaraceno obuiauerunt: qui eos ad fidem Maurorum inducens, plurima bona promittebat. Sed fratre Ottone reſpondente, ꝙ Rex eorū mortalis erat, & Chriſtus immortalis; qui daret eis vitam ęternam, & ſuadente, ꝙ ad Chriſti fidem cōuerteretur, aliter in infernum iret. Prædictus Baro ipſum fratrem Ottonem grauiter percuſsit in maxilla: cui ſtatim iuxta Euangelium præbuit frater Otto, & aliam. Ducti coram Rege, & fidem viriliter prædicantes, & defendētes, ac Regis minas contēnentes, Rex turbatus contra illos inſiliens dixit. Nūc adiuuet vos Deus veſter, & liberet ſi poteſt de manibus meis; & accepit enſem: Quod cernentes ſancti viri, Chriſto, vt eos iuuaret contra diabolū ſemetipſos cōmendantes; ac manibus ad cœlum expanſis, gratias egerunt: qui eos in numero martirum annumeraſſet. Quos ab inuicem ſeparatos, Rex ſua manu propria decollauit, tres enſes in feriendo confringēs: Præcepitq́; vt eorum corpora canibus darentur, & capita comburerentur. Saraceni funes ad corpora ponentes, hincinde ab eis pertracta, tandem per mutum proiecerunt. Capita autem ipſorū igni ſuperpoſita in nullo tacta ſunt; nec capillus aliquis diminutus. Corpora vero, & capita eorum Chriſtiani accipientes, condierunt aromatibus. Rex vero eodem anno manum, & brachium cum tota parte corporis dextra, & oculo deficcatis amiſit. In terra autem illa, vbi paſſi ſunt hi martires vſque hodie nunquā pluit. Paſsi autem ſunt anno pontificatus domini Honorij tertio. Dictus vero dominus Petrus infans cum vellet redire ad Portugaliam; nec Rex Marochiorum eum permitteret, poſitis prædictorum ſanctorum reliquijs ſuper mulam, ipſamque ſequendo cum familia ſua, libere, & ſine periculo de terra ſaracenorum exiuit. Quo perueniens ipſas reliquias reuerenter collocauit; & paſsionem eorum narrans, ſuamque liberationem omnibus, eorum meritis diuulgauit. Horum martirium audiens B. Antonius noſter, ordinē intrauit minorum: vt ſuperius eſt dictum.

De prouincia Caſtellæ.

Fr. Herueus.

IN loco Toleti, Iacet frater Herueus, qui in vita, & poſt, multa fecit miracula, & ſacit. Hic cum quandam aquam haberent tranſire, ſocio forti, & iuuene tranſeunte cum magno periculo, vtpote aqua vſque ad brachia pertingente, frater Herueus, quia erat antiquus non ſic valens tranſire, aut nauigium habere, poſito mantello ſuo ſuper aquam, & ſuper eum aſcendens, ſtatim in alia parte fluminis eſt repertus.

Quodam tempore, cum ad domum cuinſdam mulieris habentis filium in cuna diuertiſſet ob algorem, vt ſe calefaceret, cunam, quę erat prope ignem credens eſſe bancham, ſe ſuper eam poſuit; & ad ignem ſe calefaciebat: Sed mulier reuerſa, dum vidit fratrem Herueum ſuper cunam ſedentem, fortiter exclamauit dicens. Vos ſedetis ſuper puerum. Et diſcooperiens puerum, & eum reperiens mortuum, immenſas cępit emittere voces: Quam frater Heruens comprimens dixit. Noli flere, dimitte mihi puerum, & vade: quæ cum abijſſet, ſe cum ſocio in orationem dedit: qua completa, puer ſtatim reuixit. Quo miraculo patrato tota terra illa eſt repleta; ac frater Herueus in ſumma reuerentia eſt habitus, & veneratione. Hic inter alia à febre tertiana liberat, ſi de puluere eius ſepulchri ponatur in pecia, & appendatur collo patientis.

Fr. Antonius.

Iacet ibidem. Frater Antonius laicus de Burgis Hiſpaniæ. Hic cum eſſet cellarius fratrū de Burgis: & fratres principaliores de ſero ad ſe ingurgitandum vino, per maximum ſtarent ſpacium, & hoc diu duraſſet, ac per hoc ipſe frater Antonius impediretur, ne in ſuis eſſet orationibus, & deuotionibus, quodam ſero de hoc conqueſtus eſt crucifixo. Cui Chriſtus reſpondit. Habeas patientiam: quia in breui de eis vindictam exercebo. Et ſic eſt factum. Omnes enim pręfatos vltio appræhendit diuina. Alius enim eſt mortuus. Alius carceratus. Alius apoſtatauit ab ordine. Alius à dicto loco expulſus eſt. Et ſic nullus ibidem remanſit.

Hic, vt quietius viueret ad morandum Toletum acceſsit, faciens portam ibidem.

Quandam puellam vnicam parentibus moriētem: dum ſignum crucis ſuper eam fecit; ad ſanitatem perfectam reduxit. Multa etiam alia fecit in vita & poſt mortem.

De prouincia Aragoniæ.

Fr. Pōtius.

IN loco Barchinonæ. Iacet frater Pontius Carbonelli homo magnæ ſufficientiæ; qui totam bibliam dictis omnium doctorum po-

ſtillauit. Qui ob vitam, & ſufficientiam magiſter fuit in moribus,& ſcientia ſancti Ludouici Epiſcopi Tholoſani, & fratris noſtri filij regis Caroli Siciliç. Hic poſt mortem ſignis claruit miraculoſum.

Locus Ilerdæ.

Fr. Segrianus. IN loco Ilerdæ iacet frater Segrianus, ſuper cuius corpus viſa ſunt luminaria poſt mortem deſcendere de cœlo. Hic in vita fecit miracula,& poſt mortem.

Locus Valentiæ.

IN ciuitate Valentiæ iacent duo fratres ibidem martirizati tempore generalatus fratris Eliæ: Qui prædicantes in dicta ciuitate, quæ tunc erat ſaracenorum cōtra Maumeth; à ſaracenis ob fidem ſunt occiſi.

De prouincia Vngariæ.

Fr. Ioan. IN Villa Francha, iacet frater Ioannes miniſter Vngariæ: qui multis coruſcat miraculis. Huius corpus cum deberet transferre de vno loco, ad alium per aquam profundā, & cum naui,per ſeipſum corpus ad dictum locum ſine adiutorio nauigij ſe tranſtulit: & in loco præparato ſe poſuit.

Locus Strigonij.

Fr. Gallus. IN loco Strigonij, iacet frater Gallus lector deuotiſsimus: qui adeo fuit orationis, & virtutis; vt puluis ſuæ ſepulturæ ſanet infirmos; ſi modicum quid accipitur de terra illa.

Locus Carauillæ.

Fr. Ioan. F. Henricus. IN loco Carauillæ. Iacent frater Ioannes cuſtos homo ſanctus. Et frater Henricus theutonicus.

De prouincia Coloniæ.

Fr. Nicolaus. IN loco Miſsiæ. Iacet frater Nicolaus: per quem Deus in vita, & poſt mortem multa miracula fecit. Nam puellam ſubmerſam, & mortuam ſuſcitauit. Cęcos tres illuminauit. Mutis loquelam reddidit. Et multa alia miranda fecit,& facit.

F. Electus. In eodem loco iacet frater Electus: qui frater tantæ fuit virtutis: vt tactu ſuarum manuum ſanaret infirmos.

Locus Brabantiæ.

Fr. Petrus. IN loco Brabantiæ, Iacet frater Petrus; qui celebrans, & communicans viſus eſt à puero vix loqui ſciente, ꝙ Chriſtum comedit in ſpecie pueri paruuli.

F. Hēricus. In monaſterio, Iacent frater Henricus de Africa. Et frater Ioannes de Peirna ſancti homines qui mira fecerunt.

Locus Turgonis.

Fr. Haſſo. IN loco Turgonis. Iacet frater Haſſo homo ſanctitatis,& ſignis clarus.

Locus Rilonis.

F. Adolfus. IN Rilone iacet frater Adolfus quondam comes Alſariç: cui ante mortem ſuam apparuit beata virgo cum immenſo lumine, & multis ſanctis dicens. Fili quare inuite moreris? Quid trepidas? Securus morere: quia filius meus bene te remunerabit.

F. Electus. In eodem loco iacet frater Electus, cui apparuit beata Maria, cum beata Agnete,& B. Chatherina,& ei mortem prædixit.

F. Electus. In eodem loco iacet alius frater Electus; cuius animam vidit alius frater in palafredo nimio decore fulgente à duobus Angelis in cœlum deduci.

Locus Ardenaci.

F. Theodoricus,& Hogerus. IN loco Ardenaci ſiue Ardenadi iacent ſancti fratres. Theodoricus, & Hogerus Saxo.

De prouincia Argentinæ.

F. Berthuldus. IN loco Ratisbonæ. Iacet frater Berthuldus egregius prædicator, qui etiam in ſua vita miracula faciebat.

Locus Auguſtæ.

F. Dauid. IN loco Auguſtæ. Iacet frater Dauid ſocius dicti fratris Bertuldi vir in omni diſciplina morum decentiſsimus.

Fr. Tertericus. In eodem loco iacet frater Tertericus miniſter eiuſdem prouinciæ, vir mirę perfectionis, & ſanctitatis.

Locus Spiræ.

F. Colinus. IN loco Spiræ iacet frater Colinus, olim miniſter Argentinæ: qui multa miracula iam fecit.

F. Ioannes. In eodem loco iacet frater Ioannes Guardianus Spirenſis. Hic oriundus de ciuitate Stenical, ſed in ciuitate Maguntia enutritus,& canonicus in Eccleſia ſancti Petri, & presbyter, ſemper deuote, pie, honeſte, munde, & caſte cum gratia Dei vixit; ac zelo ſpiritus ſancti accenſus ad perfectionem Euangelicam, dimiſsis omnibus delitijs,& honoribus, ordinē minorum eſt ingreſſus: in quo laudabiliter fuit multis annis conuerſatus, in perfectione creſcens altiſsimę paupertatis, in magnis etiā virtutibus, donis, & gratijs: ita vt omnibus Deo, videlicet, & hominibus eſſet dilectus. Tranſijt autem ex hac vita. 1245. pridie Kalendas Iulij in feſto ſancti Pauli.

Hic puerum in Bruſella in acqua necatum voto emiſſo à parentibus de eius tumulo viſitando in Spira, à mortuis ſuſcitauit.

Decem,& octo contractos erexit.

Duos cæcos illuminauit.

Paraliticos duos curauit.

Mutis loquellam,& alijs pluribus beneficia ſanitatis conceſsit.

Lampas per eius ſepulchrum pendens, decē, & octo vicibus extincta, ſine humanis manibus eſt accenſa.

Locus Huſſariæ.

Fr. Hudo. IN loco Huſſariç iacet frater Hudo vita, & ſignis præclarus.

De prouincia Saxoniæ.

Fr. Benedictus. IN loco Effodriæ iacet frater Benedictus.

In

Locus Kiris.

Fr. Corandus de Stógele.

IN loco Kiris iacent frater Corandus de Stongele: qui viués coruſcauit miraculis, & poſt mortem.

Fr. Electus. Frater Electus guardianus.

Fr. Electus. Et frater Electus procurator in Lumberch: qui cuidam fratri cum immenſo lumine appa ruerunt poſt mortem, ac tres fratres eodem anno quaſi determinato tempore prædixerũt morituros. Et ſic eſt factum.

Locus Mauderbuch.

Fr. Simon. F. Iacobus. Fr. Lucolfus.

IN loco Maderbuch iacent Frater Simon primus lector in Theuthonia. Frater Iacobus primus cuſtos Saxoniæ. Frater Lucolfus.

Hic frater ſua lotura pedum mulierem à carnis ſuperfluitate excreſcente in pede curauit.

Et filium vnius militis 6. annorum omnibus membris deſtitutum liberauit.

Aliam mulierem à totius corporis cruciatu, hauſtu vini, de quo ipſe biberat curauit: & multa alia fecit mira in vita,& poſt.

Fr. Iordanus. Fr. Gibertus. Fr. Erethdus.

In dicto loco iacent Frater Iordanus de Italia. Frater Gibertus. Et Frater Erethdus. Cui beata virgo multas cõſolationes tam corporales,quam ſpirituales exhibuit.

Locus Pruſie.

Fr. Corandus martir.

IN loco Pruſię iacent Frater Corandus martir. Et frater Voiſlaus martir:qui pro fidei prędicatione matirium perceperunt.

Locus Bremæ.

Fr. Electus.

IN loco Bremæ iacet frater Electus iuuenis,qui morte appropinquante cępit ſubmiſſè cantare. Aſcendo ad patrem meum, &

F. Voiſlaus. patrem veſtrum &c. Et ſecundo altius. Et tertio voce perfecta, & alta: ita, ꝙ omnes fratres conuenerunt. Et ſic Deo ſpiritum reddidit.

Locus Miſnę.

Fr. Theodoricus Saxo.

IN loco Miſnæ iacet frater Theodoricus Saxo clarus vita, & ſignis.

Locus Vnributh.

Fr. Ioãnes.

IN loco Vaributh iacet frater Ioannes ſanctitate famoſus.

Locus Oſem.

Fr. Ioãnes.

IN loco Oſem iacet Frater Ioannes,quem Deus in vita,& poſt mortem dedit miraculis glorioſum.

Locus Hildiſen.

Fr. Corradus.

IN loco Hildiſen iacet frater Corradus cognomine pater ſancte, propter vitam, & miracula pręclara.

Locus Muluſen.

Fr. Hermanus.

IN loco Muluſen iacet frater Hermanus de Gerſtagen; in quo poſt ſuſceptum ordinis minorum habitum,reſplenduit humilitas pro fundiſsima,paupertas arctiſsima,& pietas circa animarum ſalutem largiflua; In hoc pre alijs beati Franciſci filijs ſingulariter effigies præfulſit tanti patris.

Humilitatem ſui profundi cordis oſtendit, ſe ſemper ad obſequia deſpectiora,& magis cõtemptibilia ſtudioſè ingerendo.

Paupertatẽ ſic dilexit, vt nullius rei,niſi eius, quem extrema neceſsitas ſibi vſum, vel commodum requirebat, applicaret.

Tantum zelum habuit ad animas; vt ad loca, ad quæ nullus,ad prædicandum ibat,& ſic cũ multa victus incommoditate.ſ. aqua, & pane contentus,accedebat, confeſsiones audiebat aſsiduè, & conſilia pro animarum ſalute fideliter impendebat. In his pauperum curam gerens per maximam eorum procurabat ſalutem. Tandem anno domini. 1287. à domino vocatus eſt; hunc & ſi in vita prius;tandẽ poſt mortem, magnis miraculis clarũ reddere dominus eſt dignatus,

Miracula F. Hermani.

Puerum ſubmerſum,

Alium puerum, quem mater peperit mortuũ.

Et alium puerum necatum in fluuio.

Puellam duodecim annorũ ſub impetu aquæ molendini ſubmerſam.

Filium quoque cuiuſdam mulieris,quem mortuum pepererat.

Ac filium cujuſdam militis paruum mortuum ſuſcitauit.

A mortis periculo puerum, videlicet, qui 25. diebus mammam non ſuxerat.

Mulierem, ſuper cuius ventrem tranſierat currus,qui à ſex equis ducebatur.

Ac mulierem ob partus periculum morti vicinam,

Et mulierem poſt partum ad mortem deductam liberauit.

Cęcos nouem illuminauit. Et alios plures à maculis oculorum mundauit.

Tribus mutis loquellam reſtituit.

Duos ſurdos, & mulierem habentem vermen in aure liberauit.

Sexdecim membris contracto errexit.

Quandam à morbo caduco.

Ac duos paraliticos curauit.

Duos ab amentia & furia.

A carceribus, & prædonibus plures.

A morbo meritis beatę Virginis quandam fœminam.

A ſincopi aliam mulierem.

Quendam puerum gibboſum.

A fluxu ſanguinis, Iuuenem vulneratum.

A partus dolore vnam.

Aliam à ptiſi.

A tentatione ſuſpendij quendam.

Alium vagabundum, & plures alios à diuerſis infirmitatibus liberauit.

Vaccas furatas à latronibus reſtituit: Sic & equum errantem ſuo domino reconceſsit.

Locus Alberſtader.

Fr. Oſto.

IN ciuitate Alberſtader iacet frater Oſto. Qui cum eſſet canonicus ſecularis; & haberet magnam ſtrumam in gutture à beata Euphemia liberatus,mandatum eſt ſibi, ꝙ fie

ret frater minor; & ſic eſt peractum.
Hic poſt mortem plura miracula fecit.
Nam fratrem habentem fiſtulam in ſcapula prope collum liberauit.
Alius habens in naribus fiſtulam per quatuor decim annos: cum manu ſua, qua tetigerat manus fratris Ottonis, locum fiſtulæ tetigiſſet ſtatim fuit liberatus.
Vnam mulierem grauiter in mamilla vexatã eidem apparendo, & aſpergendo aqua benedicta ſanauit.
Similiter etiam aliam patientem in genu; ita ꝙ ire non poſſet: voto facto ad ſe liberauit.

De prouincia Auſtriæ.

Fr. Corradus. IN Ciuitate Noua iacet frater Corradus vir ſanctus, & multorum patrator miraculorum.

De prouincia Daciæ.

Fr. Ioãnes. Fr. Ioan. IN loco Daciæ iacent frater Ioannes de Gadfordia; qui viuens mortem ſuam prædixit. Et frater Ioannes de Barfordia; ad cuius ſepulchrum curantur infirmi. Ad vitam reſtituuntur occiſi, & perfectè ſanantur vulnerati.

De prouincia Boemiæ.

Fr. Gerardus. IN loco Princilauię iacet frater Gerardus: qui in vita, & poſt mortem miraculis claruit.

Locus Vranſlauiæ.

F. Marquardus. IN loco Vranſlauiæ iacet frater Marquardus, qui ibidem multis coruſcauit miraculis.

De prouincia Angliæ.

Fr. Agnelli de Piſis, q fuit primus miniſter Angliæ geſta. IN loco Oxoniæ iacet frater Agnellus de Piſis, Primus in Anglia miniſter, vita, & miraculis glorioſus. Hic primus fuit qui Pariſienſem ędificauit conuentum, exiſtens ipſe cuſtos Pariſieñ. Nec ipſe dum eſſet diaconus ad presbyteratum voluit aſcendere ſine licentia capituli generalis: Denique à B. Franciſco factus primus miniſter in Anglia, illuc eſt miſſus cum quattuor fratribus; inter quos fuit frater Albertus de Piſis: qui poſt ipſum fratrẽ Agnellum fuit miniſter Angliæ; & demum generalis miniſter tertius poſt beatum Franciſcum.
Hic Frater Agnellus, cum prædictis ſocijs ad Angliam pergens, tertia die Maij intrauit; & Cantuariæ deuotiſsimè à fratribus prædicatoribus iam ibidem habitantibus, in viſceribus ſunt charitatis recepti. Deinde Oxoniam adire volentes, ad quandam grantiam monachorum monaſterij de Ambidon in nemore valtiſsimo inter Badon, & Oxoniam exiſtentem, circa horam veſpertinam deuenerunt; & pergere vltra propter inundantiam aquarum non valentes, hoſpitium illo ſero Dei amore à monachis in dicta grantia exiſtentibus; ne fame, & à beſtijs in ſilua perirent petierunt. Ianitor vero nunciauit priori, qui ibi erat cum quatuor monachis, videlicet ſacriſta, celario, & quodam iuuene; qui videns eos & inculatores eos reputans, & nõ Dei ſeruos viliter abiecit, & extra portam fecit expelli: Iuuenis vero monachus eis compaſſus dixit portinario. Amore mei poſtquàm prior, & monachi iuerint dormitum: mitte illos pauperes in domũ fęnariam; & ego eis de alijs prouidebo. Quo introductis & inter fęnum morantibus, ille iuuenis portauit eis de pane, & de ceruigia, commendans ſe deuotè eorum orationibus.. Inde prædicti fratres Oxoniam venerũt. Cũq; Regi Angliæ Henrico ſe præſentaſſent, glorioſè ſunt ab eo recepti eiq; liberaliter locum Oxoniæ conceſsit: In tantum autem fama ſanctitatis eorum diffuſa eſt per Angliam: vt non ſolum monachus ille, qui fuit primus. Sed Epiſcopus magnus Erphodieñ. Dominus Rodulfus, & abbas ordinem intrauerunt. Et tam humiliter vixerunt, vt aquam in baculo, & barilli ambo portarent, & lapides ad prædicti loci conſtructionem.
Hic frater Agnellus Anglorum pueros ad ordinem recepit; & ſcolas humiles ſtatuens ſollicitus fuit de ſtudio: de quo aliquando poſtea doluit; quando videbat, ꝙ fratres ſtudebant in vanis; neceſſarijs prętermiſsis. Nam cum die quadam vellet videre quomodo profeciſſent, intrauit ad diſputationem: & eum tumultuantes audiret quærere inter ſe. Vtrum ſit Deus. Exclamauit. Heu mihi; heu mihi, Fratres ſimplices cœlos penetrant; & litteratè diſputant. vtrum ſit Deus. Et ex tunc miſit decem libras ſterlingorum ad curiam pro emendis decretalibus; vt fratres ſtuderent in eis; friuolis prætermiſsis. Quodam etiam ſero dum fratres in completorio riderent nimium diſſolute, crux lignea, quæ ſtat ſupra oſtium chori, fragore ſtupendo ſe vertit ad Fratres; & timorem maximum eis incuſsit: & plures eorũ mortui ſunt in breui.
Hic frater Agnellus gratiſsimus per Angliam diſcurrens, plura loca fundauit. Tandem in craſtino beati Gregorij Papæ Deo ſpiritum reddidit, in vita, & poſt mortem multis miraculis coruſcando. Sepultus eſt Oxoniæ in capſa lignea: Cuius corpus volentes fratres trãſferre ad ſepulchrũ pulchro lapide præparatũ; inuenerunt eius capſam plenã liquore olei lucidi, & odoris balſami: & oſſa carne reſoluta ſupernatare ſuauiſsimo oleo: ac ſi aura tenui mouerentur. Cumq; fratres minus cautè vellent oſſa eius cum capſa leuare: fundum capſæ terræ adhæſit. Et cum odore nimio liquor vel oleum funditur; & oſſa ad ſepulchrum prædictum cum gloria tranſportantur.

Locus Cantuariæ.

IN loco Cantuarię iacet in Eccleſia ſancti Thomæ magiſter Ioannes Petiam. Archiepiſcopus Cantuarieñ. vita & miraculis inſignis, Fr. Ioãnes.

gnis, ac ſcientiā præclariſsimus. Hunc non per [Nota.] miſſerunt canonici, immo monachi Cantuarieñ. aſcribi ſanctorum cathalogo; quia ipſos ſic corrigebat ſicut fratres faciebat, dum eſſet Angliæ miniſter.

De prouincia Hiberniæ.

[Fr. Ioãnes.] IN prouincia Hiberniæ iacet frater Ioannes de Gauthforda, iſte in vita ſua prædixit diem mortis ſuæ fratribus.

[Fr. Ioãnes.] Ibidem eſt frater Ioannes de Vaſordia de cuſtodia Caſsilieñ. qui magnis coruſcauit miraculis; ita ꝙ ad eius ſepulchrum curantur infirmi; occiſi reſuſcitantur; & morbi fugantur.

De Vicaria Orientis.

IN Ciuitate Argenga tempore fratris Alexandri generalis miniſtri. 1318. Martirizati ſunt pro fide à ſaracenis fruſtatim, videlicet inciſi, & mille vulneribus confoſsi fratres [Fr. Anton.] minores tres. ſ. Frater Antonius de Mediola- [Fr. Monaldus.] no, Frater Monaldus, & & Frater Franciſcus [Fr. Franc.] de Marchia.

In Salmaſtra Perſidis glorioſo martirio marti- [Fr. Anton.] rizatus eſt frater Antonius: qui de morte ſua prophetauit, & multis miraculis poſt mortem claruit.

[Fra. Aldobrãdianus.] In præfata Vicaria eſt paſſus martirium frater Aldobrandianus de Amannatis de Florentia pro fide Chriſti.

De Vicaria Aquilonari.

IN ciuitate, quæ dicitur Thana tempore generalatus fratris Michaelis de Ceſena. Anno domini. 1321. feria quinta ante dominicam palmarum, paſsi ſunt pro fide, & occiſi, [Fratres pro fide paſsi.] quatuor fratres minores, videlicet, frater Thomas de Tolentino prouinciæ Marchiæ. Frater Iacobus de Padua. Frater Petrus da Senis, & frater Demetrius de Teſolio virgianus. Quorum frater Iacobus poſitus primo cum habitu in igne, & poſtea ſine habitu, atque oleo totus perunctus, vt facilius arderet, diuina virtute ignis bis fuit extinctus. Et quia hoc miraculo publicè facto, fides Maumeth deſtruebatur, iuſsi ſunt ad mortem duci. Et Frater Iacobus vno ictu fuit decapitatus. Frater Thomas gladio in gutture immerſo occiſus. Frater Demetrius decapitatus, membratim poſtea eſt conciſus. Frater Petrus de Senis, cum tunc non eſſet p̄ns, ſed in hoſpitio res ſociorum cuſtodiret, captus, cum in confeſsione veræ fidei immobilis permaneret, primo duobus diebus fortiſsimè ceſſus; duobus alijs diebus in patibulo cum chorda in gutture ſuſpenſus; vbi viuens ſemper populo prædicabat; tandem decolatus eſt pro Chriſti nomine.

Ciuitas Sarai.

IN ciuitate Sarai Imperij Tartarorum tēpore fratris Gerardi Vſionis generalis miniſtri. Anno domini. 1334. vigeſimaſecunda [Fr. Stephanus de Vngaria.] die Aprilis. Paſſus eſt glorioſus martir. Frater Stephanus de Vugaria: qui cum eſſet vigintiquinque annorum, & ſacerdos, & propter ab eo in dicta ciuitate, cum quadam muliere cōmiſſa, eſſet carceri mancipatus, humiliter pœnitentiam ſibi iniunctam faciebat. Verum ſibi diabolo apparente, & ꝙ exiret tam de carcere, quam de ordine ſuggerente; ac vt ad ſaracenos fugeret, & fidem negaret eum pluries impellente, ipſo hæc omnia reuelante, & dicēte fratribus, ꝙ eum bene cuſtodirent, tandem diabolus eum à carcere eduxit; & perducens ad ſaracenos abnegare fidem fecit. Hic poſtquam fidem negauerat die tertia diuina miſericordia reſpectus, ad ſe reuerſus pœnitudine ductus, miſit pro fratribus, & occulte fratri Michaeli exiſtenti in dicta ciuitate Sarai confeſſus eſt generaliter de peccatis ſuis, & abſolutus. Die autem ſolemni congregatis bene decem millibus ſaracenorum, quæ dixerat contra Chriſtum, & fidem, coram omnibus retractauit, aſſerēs fidem, & catholicam veram, & ſanctam, & ſaracenicam peſsimam, & iniquam, & proijciendo veſtimenta ſaraceuica, quibus erat indutus: in habitu ordinis, quem nunquam dimiſerat remanſit. Quod audiētes ſaraceni, & videnres, cum pugnis, baculis, & lapidibus percutiēntes, ſemineccem eum dimiſerunt; & ligatum fortiter, ad Cadi. i. Epiſcopū ipſorum perduxerunt. Vbi dum in confeſsione verę fidei immobilis perſiſteret, flagellis de corrio arena plenis vſque ad mortem iuſsit eum torqueri: poſt hæc in carcere fecit eum poni; & mandauit, ꝙ nihil daretur ei ad manducandum, nec bibendum: & de nocte fecit eū ſuſpendi per manum dextram, & per pedem dextrum; & in manu ſiniſtra lapidem magnū appendit; & vnum lapidem in ſiniſtro pede, & alium in medio corpore: vt tali pondere totus diſtraheretur, & deficeret: & ſic ſtetit per totam noctem illam, & diem ſequentem vſque ad noctem: quæ omnia virtute Chriſti tolerauit confortatus. Sed Cadi, cum videret eum in fide firmum, fecit eum ſuſpendi per ambas manus; & ſaxum magnū ligari ad pedes ſuos; vt totus diuideretur; & adeo fuit pondus magnum, vt brachium eius extra totum humerū eſſet poſitum, & corpus totum eſſet fractum. Ad quem Cadi accedens, & videns, ꝙ eum à ſua fide non poſſet remoueri, fecit eum ſuſpēdi per gulam (primo tamen crudeliſsime flagellatū) & vt fumo ſuffocaretur, cito ad pedes eius ignis magnus factus eſt. Et carcerē claudens abſceſsit. Sed carcere diuino lumine radiato, a laqueo eſt depoſitus; & viſus eſt à duabus mulieribus in carcere reſpicientibus, inter duas columbas albiſsimas, flexis genibns orare. Sed tanto miraculo Cadi ad eredendū Chriſto minimè incitatus, ſequenti nocte fecit vnam magnam fornacem incendi; & intus eum proijci, & claudi. Et ſic ſtetit per totam noctē in ea incolumis; in nullo læſus ab igne.

Mane

Mane autem viuens repertus eſt orans, & ſudans, ac ſi de balneo exiret. Sed à fornace eum extrahentes, vbi homines decolabantur duxerunt eum. Deinde ad eum fractis oſtijs carceris, ſaraceni furibunde accedentes, ipſum que fortiſsimum cernētes in fide, cum ſecuri vnus eum percuſsit in collo, & ſcidit eum vſque ad medium. Alius vero percuſsit eum in ventre ſic, ꝙ viſcera apparerent. Et cum ſic eſſet atrociter vulneratus, ipſum ad caudam equi ligauerunt. Sed Deo martiri ſuo vires impendente, equum ſemper ipſe præceſsit: Poſt hoc ipſum proijciunt in domum lignis plenam, & igne: prius tamen eius auricula amputata, & in igne proiecta: quæ ſtatim de igne exiliuit: In domo prædicta poſitus dum ſe vellet ſignare manus ligatæ ſolutæ ſunt. Ignem ingrediens ſtatim fuit extinctus. Quod videntes ſaraceni eum magnis lapidibus lapidarunt. Et facto iterato igne de calamis, cum adipe equi ligatum in ipſum eum proiecerunt. Qui dum ſignum crucis vellet imprimere: manus ſunt diſſolutæ; & de igne illæſus exiuit. Quod cernentes ſaraceni ſuper eum irruentes, cum lapidibus, ſecuribus, & gladijs, ita eum percuſſerunt: ꝙ nulla pars corporis remanſit intacta. Et ſic ſpiritum Deo reddidit. Et plura miracula per eũ Deus fecit poſt mortem, & facit.

De vicaria Catai, ſiue Tartariæ.

Multi fratres pro fide paſsi ſunt.

IN ciuitate Armalech, quæ eſt in medio Tartariæ Imperio. Anno domini 1340. paſsi ſunt pro fide fratres minores. ſ. Frater Ricardus Epiſcopus Armalech. Frater Franciſcus de Alexandria. Frater Paſchalis de Hiſpania, & frater Raimundus de prouincia. Hi omnes ſacerdotes. Frater Laurentius de Alexandria, & frater Petrus de prouincia laici, & magiſter Ioannes niger corpore de India de tertio ordine beati Franciſci, conuerſus ad fidẽ per fratres noſtros: Hi omnes dum eſſent in dicto imperio, & ab imperatore; qui tũc erat: quem frater Franciſcus de Alexandria à cancro liberauerat, oratione potiuſquam medicamine; & iſta de cauſa imperator fratrem ipſum ſuum vocabat patrem, & medicum, optime tractarentur; vtpote datis terris, & priuilegijs, & auctoritate prędicandi; ac filio ſuo ipſis fratribus dato, vt ab eiſdem baptizaretur: qui ſeptennis tunc erat, vocato Ioanne; (Deo permittente) ipſe Imperator dum iret venatum interijt veneno; & filij eius quatuor occiſi ſunt. Cuius Imperium ſumpſit quidã peſsimus Falcherius ſaracenus de ſanguine imperiali nomine Aliſolda. Et quia fratres prędicatione ſua multos conuerterant ad fidem, mandauit hic Imperator, vt trino pręcepto facto, omnes Chriſtiani ſaraceni efficerentur; & qui non obedirent, occiderentur. Propter qđ cum fratres prædicti ſuo mandato parere noluerint, ligatis manibus ante; & omnes ad vnum funem, à populis furentibus percuſsionibus, ſputis, gladiorum puncturis, inciſionibus naſi, auricularum, & aliorum membrorum, demum gladijs trucidati fœliciter migrauerunt ad dominum. Dictus autem Imperator poſt modicum tẽpus interfectus eſt, & domus eius igne combuſta. Paſsi ſunt autem prędicti fratres. anno præfato circa feſtum beati Ioannis Baptiſtæ tempore generalatus fratris Gerardi Odonis.

De Vicaria Ruſsiæ.

Fratres interfecti.

IN Liuonia Boemiæ prouinciæ. In terra, quæ vocatur Vulna vbi ſunt homines Idolatræ arbores adorantes, interfecti ſunt quinque fratres minores. Guardianus amputatis manibus, & pedibus, & parte capitis, poſitus eſt in nauicula ſine gubernatione in fluuio: qui diuino nutu per ducenta miliaria alamanica per dictum fluuium venit ad terram cruciferorum viuus: & ibidem tandem expirauit. Alij vero fratres gladijs ſunt prędicatione fidei occiſi.

In Cereth Valachię minoris à dictis infidelibus circa annum domini 1378. duo fratres ſunt martirio coronati.

De Vicaria Boſnæ.

Multi fratres paſsi ſunt.

IN Regno Bulgarorum ciuitate, quæ dicitur Bidinium paſsi ſunt frater Andreas Vngarus ſacerdos. Frater Gregorius de Iadra ſacerdos, Frater. Nicolaus de Marchia. Frater Benedictus de Regno Apuliæ. Et Frater Thomas laicus de Fulgineo à Calogeris gręcis. Cum enim ad petitionem regis Vngariæ Ludouici, ad reducendum ad fidem veram Bulgaros illuc acceſsiſſent; & fructum maximum ibidem facerent; & hoc diſpliceret Callogeris gręcis: capto Bidinio per Burgaros: Fratres præfati per fruſtra conciſi, martirium cõpleuerunt.

De fratre Electo martire.

BEati Franciſci tempore frater Electus laicus paſſus eſt martirium: ſed vbi non reperi: qui antequam martirium acciperet acceptam regulam in manu dixit Deo culpam ſuam de omni offenſione, quam contra regulam ipſam aliquando feciſſet.

Ex ſupradictis ergo apparet primum, quod erat declarandum, videlicet, ꝙ ordo minorũ eſt ſingulariſsimus ſanctitate. Nam vt patet ex ſuperioribus vltra trecentos fratres habuit hic ordo; per quos Deus ſigna eſt operatus, & miracula. Et vltra 85. ſunt martirio coronati: ſi diligenter ſuperiora diſcutiantur. Et ſic tam confeſſoribus ſanctis fratribus, quam martiribus declaratur huius ordinis ſanctitas, & celſitudo. Et ſic patet primũ quod erat declarandum.

SEcũdo hic ordo prę alijs ordinibꝰ inſtitutis eſt ſingulariſsimus ſcientię luciditate. Habuit. n. hic ordo fratres ſcientia ſingulares.

In

In omni enim ſcientia tam diuina, quàm humana: fuerunt in hoc doctores excellentiſsimi. Si loquimur de ſcientia diuina quo ad ſacram ſcripturam & theologiam. Hic ordo habuit plures qui ſcripſerunt in ſacra ſcriptura eam exponendo & poſtillando: ac libros ſententiarum quo ad dubia declarando.

HIC PRIMO RECENSENDI VIdentur, qui Generalatus offitio functi ſunt in primęua Religionis inſtitutione. Quorum memoria in benedictione ſit &c.

De patre, & fundatore ordinis minorum &c.

FRanciſcus Bernardonus de Aſiſio, hic nō ab hominibus, ſed à Deo electus fuit Generalis, cum enim vna dierum euangelium illud audiret. Nolite portare ſaculum, neq; peram, neq; calciamenta, mox tanta ſpiritu ſancti virtute adimpletur, vt cunctis mundanis rebus proiectis factus fuerit legis euangelicæ cęlator. Duodecim ſibi ſotios aſciuit, quos fratres minores appellauit, norman deinde uiuendi à Domino ſibi præoſtenſam quam breui ſermone conſcripſit, & à Santiſsimo Domino noſtro Innocenrio III. authoritate plenaria ſanctæ ſedis confirmandam ſuppliciter expoſcit (quod & factum eſt) Cupiens pro Chriſti nomine mori ſoldanum petit, ab eo prædicandi euangelium veniam conſequitur. Cęterum in Italiam reuerſus rebus Religionis mirè auctis, multis claruit miraculis, inſignitus ſacris ſtigmatibus in Aluernæ monte duobus annis elapſis Aſiſij glorioſus moritur, & in monte in quo nunc nobiliſsimum extat cęnobium ſepelitur.

De ſecundo generali &c.

ELias de Aſiſio, quem non nulli tertium Generalem ordinis aſſeuerant, Miniſter generalis à fratribus Aſiſij deputatur, hic fuit non parum infeſtus ordini, quoniam multa ſub huius regimine incommoda perpeſſus eſt ordo, ſunt etiam nonnulli qui Petrum Cathanij Generalem ſtatuunt Patre Franciſco renuncianre; dum eſſet in humanis.

De tertio generali &c.

IOannes Parens cognominatus de Florentia Miniſter Generalis eligitur à Fratribus apud ſanctam Mariam de Portiuncula, ita laudabiliter vixit, vt ordinem mirum imodū, & fratrum numero, & ſanctirate auxerit.

De quarto Generali &c.

ALbertus de Piſis dum eſſet Angliæ, ibiq; ordinē latè diffunderet. Romæ vbi Fratres ad celebrationem Capituli conuenerant, noui capitis electioni inſiſtentes ab iiſdem generalis deſignatur. Hic ſi morte nō fuiſſet præuetus, uix. n. anno cōpleto moritur, magna de ſe promittebat circa Dei, & Religionis cultū.

De quinto Generali &c.

HAymo Anglicus in capitulo Romæ celebrato, in eo præſidente Sanctiſsimo Domino Noſtro Gregorio IX. huius ordinis Zelatore maximo, Generalis ab omnibus conclamatur ob eius humilitatem, & prudentiam ſingularem.

De ſesto Generali &c.

CReſcentius de Eſio Prouinciæ Marchiæ, vir qnaſi confectus ſenio, iuſtus, & ſimplex Generalis ordinis electus eſt, qui rā pius omnibus ſe oſtendit, vt iuſti, & ſimplicis cognomen adęptus fuerit.

De ſeptimo Generali &c.

IOannes de Parma vir doctrina, & ſanctitate præcipuus, cunctis Patribus annuentibus ſpiritu ſancto operante in Generalem deſignatur, atq; clarus miraculis ſpiritum altiſſimo redidit.

De octauo Generali &c.

BOnauētura de Balneoregio mortuo ante tempus Fratre Ioāne in feſto Purificarionis ſanctæ Mariæ Virginis Capitulum congregatur Romæ, in quo eſiſtente, & præſidenre Sanctiſsimo Domino Noſtro Alexādro Quarto, electus fuit Generalis. Vir ſanè præclariſſimus, qui tali doctrina fuit præditus, vt Doctor merito ſeraficus appellaretur, & de ipſo ſuo loco narrabimus multa &c.

De nono Generali &c.

HYeronimus de Eſculo Prouinciæ Marchiæ Lugduni functo Fratris Bonauēturę officio omnibus in vnū collectis Fratribus Generalis ordinis eligitur, ob deinde præclaras ſuas virtutes Cardinalis creatur, & demum ad Ponrificatum apicem Deo volente aſſumptus eſt.

De decimo Generali &c.

BOnagratia de Prouincia Bononiæ in Generalatu Frarri Hyeronimo ſuccesſit in Capitulo Aſiſij celebrato, vbi numerus grandis Fratrum conuenerat electus, morum, ſanctitare, & vitæ inregrirate inſignis, toto ordini eius, atq; ſermonis dulcedine populis cunctis gratiſsimus.

De vndecimo Generali &c.

ARlotus de Prato Miniſter Prouinciæ Tuſciæ congregatis Patribus Mediolani nemine diſſentiente Generalis eligitur, qui cum per annum in offitio vixiſſet vitam cum morte commutauit.

De duodecimo Generali &c.

MAtteus de Aquaſparra Prouinciæ ſancti Franciſci ſuccedit Generalis in capitulo Montis peſſulani celebrato, quo officio vix abſoluto ad Cardinalis dignitatem aſſumitur.

De tertiodecimo Generali &c.

RAymundus Gaufredi de Prouincia Prouinciæ eligitur in Generalem in Capitulo Rea-

lo Reatino celebrato, & coram Sanctiſsimo Domino Noſtro Nicolao Quarto, præſentibus duobus noſtri ordinis Cardinalibus ab omnibus Patribus.

De quarto decimo Generali &c.

IOannes de Muro Prouinciæ Marchiæ præſente Sanctiſsimo Domino Noſtro Bonifacio octauo Generalis cõmuni cõcordia patrũ proclamatur in Capitulo Anagniæ celebrato,& deinde Cardinalis Epiſcopus Portuenſis creatur.

De decimo quinto Generali &c.

GVndislauus Galleus Prouinciæ ſancti Iacobi Aſsiſij vnanimi omnium Fratrũ conſenſu Generalis ordinis deſignatur.

De ſesto decimo generali &c.

ALexander de Alexandria Prouinciæ Ianuæ, uir quidem doctrina inſignis, cuius munimenta non ſine maximo ordinis noſtri decore extant, hic nominalium, vt dictitant normã ſequtus, Ocham Principem eorum ſimilimus effectus eſt. In comitijs generalibus Barchinone celebratis generalis ab omnibus publicatur.

De ſeptimo decimo generali &c.

MIchael de Ceſena in comitijs generalibus Neapolim celebratis dictus eſt ordinis generalis.

De xviij generali.

GHerardus Odonis de prouincia Aquitaniæ Aſsiſij in capitulo generali creatus eſt generalis vir eruditiſsimus.

De xix. generali.

FOrtunatus de prouincia Aquitaniæ in capitulo generali Marſiliæ habito, maximo fratrum concurſu generalis eligitur.

De xx. generali.

GVglielmus Farinerius prouinciæ Aquitaniæ vir profecto grauiſsimus ſanctitate morum præcipuus, Veronæ in capitulo generali factus eſt generalis, & deinde ſanctę Romanæ eccleſiæ Cardinalis, hic ſuo tempore Religionis reformationi inſiſtens, conſtitutiones quaſdam, quas Farinerias appellauit à fratribus obſeruandas edidit.

De xxi. generali.

IOannes de Bruuco prouinciæ Aquitaniæ vir ſagax & prudens in Capitulo Barchinone celebraro generalis electus eſt.

De xxij generali.

MAttheus de Viterbio prouinciæ Romæ in capitulo Ianuæ congregato ſine vlla controuerſia generalis eligitur.

De xxiij. generali.

THomas de Bononia in Capitulo Aſsiſij congregato magna fratrum multitudine ibidem exiſtẽte in generalem electus fuit.

De xxiv. generali.

LEonardus de Ghiſono prouinciæ Neapolis in capitulo Toloſano vnanimi conſenſu in generalem eligitur, & deinde ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, efficitur vir vt ſuo loco dicetur ꝓfundiſsimus, & erudititiſsimus.

De xxv. generali &c.

LVdouicus de Venetijs Prouinciæ ſancti Antonij in capitulo ſtrigonij celebrato, eligitur in generalem, & poſtea ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis procreatur.

De xxvj generali.

PEtrus de ſancto Georgio, vel alias Martinus de Ianua in capitulo Patauij celebrato electus fuit generalis.

De xxvij. generali.

HEnricus Aſtenſis Prouincię Ianuæ omnibus Patribus in capitulo Florentiæ celebrato congregatis, & conſentientibus, factus eſt generalis, vir doctus, & egregius, quo tempore Bartholomeus de Piſis compilator conformitatum claruit, & ſic extat memoria vſq; ad tempora antedicti Bartholomei generalium, qui in ordine fuere.

SVBSEQVENS CATHALOGVS vt videre eſt continet omnes, & ſingulos generales vſq; ad hęc tempora; qui in Religione fuerunt.

ANtonius de Piretro electus fuit generalis in capitulo Argẽtiuæ celebrato, quo tempore fuit ſciſma in Religione, nam aliqui adherebant, vt Galli, Hiſpani, & Angli vni generali, Itali vero, & Germani, atq; Vnghari alteri generali

Angelus de ſenis vir quidem doctiſsimus in Capitulo Foroliuij Celebrato, Generalis eligitur.

Antonius de Maſſa. Prouincię Etruriæ, vir in toto orbe famoſiſsimus, hic Aſsiſij fuit generalatu priuatus honeſto modo, quia nimiſ ordo ſub eo relaxabatur, & ex priuatione generalatus fuit ad Epiſcopatum Maſſanũ tranſlatus.

Guglielmus de Caſali, Pronincię Ianuæ, dum eſſet procurator ordinis in Vrbe, Aſsiſij in capitulo à Patribus congregato abſens generalis eligitur.

Autonius de Ruſconibus Prouincię Mediolani, Paduæ in Comitijs generalibus ibidem celebratis, generalis electus eſt.

Angelus de Peruſio, Prouinciæ ſancti Franciſci, Thæologus verè egregius, Romæ anno Iubilei, quo tempore ſanctorum numero aſcriptus eſt Beatus Bernardinus in freqnenti fratrum concilio, generalis declaratur.

Iacobus de Mozanica, mortuo Angelo Peruſij, vir in Theologia profundiſsimus, Bononiæ generalis electus eſt.

Iacobus ſcorzula inſignis Thæologus, Romę omnibus fratribus conuenientibus, & conſentientibus eligitur generalis.

Franciſcus

Franciſcus de Ruuere Sauonenſis Theologiæ fundatiſsimus doctor, in Capitulo Peruſij celebrato, Generalis eligitur, deinde ob eximiã ſuam virtutem Cardinalis à Paulo ſecundo creatur, demumq; nutu Dei ad Pontificatus apicem aſſumptus, & Sixtus quartus dictus eſt, ſic multa in Theologia laudabiliter ſcripſit; in ſanctorum numero Beatum Bonauenturam retulit; auxit opes, & dignitatem Eccleſiæ; Romam ad antiquam pulcritudinem edificijs mirabilibus ampliauit.

Zannetus de Vtino Prouinciæ ſancti Antonij, Venetijs in capitulo communi omnium ſuffragio in Generalem eligitur. Hic vir in regimine præſtantiſsimus, multa in Religionis decorem ſuo tempore fecit; Generalatusq; officium cum maxima dignitate tenuit, & tandem Epiſcopus Taruiſinus à Sixto Quarto creatur.

Franciſcus Sanſon de Brixia, Vrbini in Capitulo anno Iubilei in Generalem fuit electus, Vir ſagax, prudens, doctus, & in regimine acerrimus.

Egidius Delfin Amerinus in Capitulo Inter amne celebrato, fuit electus Generalis; tandẽ cum eſſet omnibus odioſus, coactus eſt offitium Generalatus renunciare.

Raynaldus de Cotignola vir doctus, & prudens de Prouincia Bononiæ, Romæ in Generalem eligitur.

Philippus de Bagnacanallo ex Prouincia Bononiæ in Capitulo Romæ celebrato, eligitur in Generalem, vir equidem ſingulari doctrina, moribus, & virtutibus præditus.

Bernardinus à Cherio de Prouincia Ianuę omnium ſuffragijs electus eſt Generalis in Capitulo Aſsiſij celebrato.

Antonius Marcellus Dalmata Generalis eligitur in comitijs Generalibus Romæ, quo tẽpore multa perpeſſa eſt religio minorum conuẽtualium propter fratres de obſeruantia nuncupatos.

Antonius Saſſolinus de Florẽtia Bononiæ eligitur generalis renuentibus optimatibus Religionis, precipuè Antonio Trombetta Patauino viro clariſsimo.

Ioannes Vigerius Ianuenſis omnium patrum conſenſu in comitijs generalibus Spoleti habitis, electus eſt in generalẽ, peractoq; triennio ſponte renunciauit generalatum, vir doctiſsimus, & in doctrina ſubtiliſsimi doctoris profundiſsimus.

Iacobus de Ancona Prouinciæ Marchiæ Medionali electus eſt in generalem, quò tempore ordo minorum conuentualium multa perpeſſus eſt, præcipuè in partibus Gallorum.

Laurentius Spata Bononienſis omnium fratrum conſenſu Romæ in comitijs generalibus eligitur in generalem, vir præclaro ingenio, & doctrina pollens.

Bonauentura à Coſtaciario Prouinciæ Sancti Franciſci, Anconæ vnanimi conſenſu à fratribus in comitijs generalibus cõgregatis, ad generalatum aſſumptus eſt, vir quidem eloquentiſsimus, & in regimine non mediocri ingenio, & virtute præditus.

Ioannes Iacobus à Monteſalchio Vmber, Aſſiſij Cardinali Protettore aſsiſtente, poſt multa eligitur in generalem.

Iulius Magnanus Placentinus Ianuę in Capitulo generali omnium Patrum conſenſu electus eſt generalis, vir non ſatis laudatus, & de Religione meritus.

Ioannes Antonius Ceruinus Ceruienſis, Aſsiſij in feſto Pẽthecoſtes in generalem eligitur, peractisq; quatuor menſibus ab humanis deceſsit.

Ioannes Antonius Delfinus Vicarius generalis à ſummo Pontifice eligitur, dumq; iuſſu ſanctiſsimi ſe accingeret ad Concilium generale Tridenti celebrandum, ab humanis deceſsit. Vir equidem (vt ſuo loco dicetur) doctiſsimus ferè in omnibus facultatibus.

Ioannes Antonius ſapiens ab Auguſta prætoria, Prouinciæ Mediolani, Florentiæ in comitijs generalibus patrum omnium conſenſu, in generalem eligitur, Mediolanũq; profectus, dum multa pararet viſitandi cauſa Prouincias totius Hiſpaniæ, extremum diem clauſit.

Fęlix Perettus à Monte alto à ſummo Pontifice in Vicarium Generalem eſt aſſumptus, & ob egregias animi dotes, atq; virtutes inſignes ad Epiſcopatum euectus, Card. tandem creatur, & ad ſummum apicem Pontificatus euectur.

Ioannes Tancredus à Colle Aetruſcus, Romæ in Comitijs generalibus ſuffragijs quam pluri mis electus eſt in generalem; trinoq; menſe peracto, animam Deo reddidit.

Ioannes Picus à Serra Prouinciæ Marchię, in Capitulo generali Camerini celebrato, eligitur in generalem; trieunioq; incompleto defunctus eſt.

Petrus Antonius à Nuceria Vmber in comitijs Generalibus Senis celebratis (nemine diſſentiente) in generalem ordinis electus eſt, vitaq; cum morte commutauit completo ſexennio.

Antonius Fera dictus de Plano Caſtanearum ex Caſtello Azara oriundus, Peruſij in generalem tumultuosè eligitur; Hic dum ſe accingeret ad Capitulum generale Bononiæ celebrandum, non completo triennio, ab officio generalatus abſoluitur, & à ſummo Pontifice rem intuentis, in Epiſcopum Morſicanum aſſumitur.

Clemens Bontadoſius à Montiſalchio in comitijs Generalibus Bononiæ celebratis, in generalem vnanimi conſenſu omnium Patrum eligitur; & incompleto biennio à ſummo Pon

tifice in Epiſcopum Nicaſtrenſem aſſumptus eſt.

Euangeliſta Pelleus à Furcio Prouinciæ Marchiæ in comitijs generalibus Eſculi celebratis(nemine diſſentiéte)in generalem eligitur, integroq; anno, peracto generalatu, à ſummo Pontifice in Epiſcopum Sanctæ Agatæ Gothorum creatur.

SEQVITVR CATHALOGVS VIRORVM Illuſtrium, quorum doctrina Eccleſia fulget, vt Sol, & Luna,&c.

De ſancto Antonio.

SAnctus frater Antonius natione Hiſpanus, & ſi gradum Magiſterij non habuit; fuit tamen lector Bononiæ, Toloſæ, Paduæ, & à ſummo Pontifice, & Cardinalibus Archa ſacræ ſcripturæ vocatus: fecit ſermones ſubtiliſsimos,ac miraculis glorioſus.

De ſancto Bernardino.

BErnardinus Senenſis vir ſanctiſsimus ſcripſit de Conceptione Beatę Virginis.
Officium de nomine Ieſu.
De Chriſtiana Religione.
De Euangelio ęterno. Itẽ ſuper Apoc.lib.1.
Et Sermones Quadrageſimales compilauit.

De Doctore Seraphico.

BOnauentura de Balneo Regio Seraphicus nuncupatur ob ſui melliſluam doctrinam;qui quidem ſcripſit luculenter.
Super quatuor ſententiarum libros.
Poſtillauit excellenter euangeliũ Beati Lucæ.
Item in Euangelia, & Epiſtolas anni ſcripſit.
Apologiam pauperum.
Breuiloquium Theologiæ.
Expoſitionem orationis Dominicæ.
De operibus ſex dierum.
Librum de contemplatione.
Librum de ſex alis Seraphim.
Regulam Nouitiorum.
Legendam maiorem, & minorem B. Fran.
Item Officium Beati patris Franciſci.
Opus de quinq; viſionibus.
Itinerarium mentis in Deum.
Item de interiori homine.
Item proſam illam. Lauda Syon ſaluatorem.
Item edidit officium de Cruce in gratiam Ludouici Francorum Regis.
Et multa alia, quibus ſuą doctrina quam lata fuit,& alta apparet.

De Doctore Irrefragabili.

ALexander de Ales natione Anglicus, qui meritò nomen ſibi vendicauit irrefragabilis, hic enim magno tempore Pariſijs legit, fecit ſummam maximam in Theologia in quatuor partes diuidendo, & quia primus ſcripſit, mirum eſt in ipſa ſumma, non ſolum de profunditate,& magnitudine ſuę ſcientię, ſed de inuentione tot dubiorum, titulorum, & quæſtionum, propter quod fons vitę, Lutetiæ eſt vocatus: Hic etiam magiſter quaſi totam ſacram ſcripturam poſtillauit, & expoſuit. Opus eius in Theologia approbatum eſt bulla Domini Alexandri Quarti, & ſexaginta Magiſtrorũ Pariſiẽſiũ; idcirco iure irrefragabilis dicitur ex profunda ſima doctrina, & ex modo inuentionis:& quia primã ſibi ſedem inter Theologos;qui ſummas Theologicas compoſuere ſibi vendicauit. Hic enim, quæ ſequuntur in lucem edidit.
Super Pſalmos Dauid lucidiſsimos comentarios.
Item annotationes Bibliorum lib. vnum.
Item in Epiſtolas Pauli lib. quatuordecim.
Repetitiones lectionum.
Item in quinque libros Moyſis.
In libros Salomonis.
Vitam ſancti Thomæ Cantuarienſis.
Vitam Regis Riccardi.
Et de factis Maumetti ſcripſit.
De Conceptione Virginis edidit tractatum.
Item in metaphiſica, & libris de Anima.
Multaq; alia,quæ ſparſim in Bibliotecis repetiuntur.

De Doctore ſubtili.

IOannes Duns Scotus,Doctor ſubtilis nũcupatur,hic primo in Anglia Oxoniæ ſententias legit, deinde in ſtudio Pariſienſi, vbi doctor factus famoſiſsimus eſt.
Scripſit in Theologia luculenter.
Et præcipuè ſuper quatuor libros ſententiarum,quos ipſe ordinauit.
Quodlibetales quæſtiones ſubtiliſsimas edidit.
Formalitates lucidiſsimas.
Quæſtiones ſuper libros Methaphiſicæ.
In libris de Anima quæſtiones fecit.
Super Logicam ferè totam,quæſtiones,& dubia diſſoluit.
Gramaticam tandem compilauit.
Et ſuper ſcripturam ſacram Poſtillas ordinauit.
Comentarios in Euangelia.
Item in Epiſtolam ad Romanos.

De Doctore Illuminato.

FRanciſcus de Maironis meritò dici poteſt Doctor illuminatus, quia multa profundiſsimè ſcripſit, præcipuè in theologia.
Super quatuor libros ſententiarum.
Quodlibeta lucidiſsima.
Formalitates ampliſsimas.
Quæſtiones ſuper libros phyſicorum Ariſtotelis
Quadrageſsimale clariſsimum.
Sermones de ſanctis lucidiſsimos.
Deniq; non nulla ſuper Logicã ſcitu digna.

De Doctore Venerando.

NIcolaus de Lira primus in Theologia venerandus Doctor ſcribendo,demum

Contra

contra Iudęos, & totam poſtillando ſcripturam diuinam celeber habetur in orbe.

De Doctore Reali.

RIccardus à Media Villa Doctor fidelis ſcripſit ſuper quatuor libros ſententiarum, ita diligenter, & accuratè, quod merito dici poteſt realis, & fidelis.
Item in Epiſtolas Pauli lib. 14.
Item in quatuor Euangelia libros quattuor.

De Doctore qui arbor vitæ nuncupatur.

IOannes Galēſis Anglicus, qui Pariſius arbor vitæ inſcribitur compoſuit plures poſtillas, & ſpecialiter ſuper Appocalipſim.
Item ſuper ſententias.
Item Cōmuniloquium libros ſeptem.
Itèm manipulum florum.
Item Breuiloquium de ſapientia ſanctorum.
Item de quatuor virtutibus Cardinalibus.
Antiquorum etiam Principum, & Philoſophorum nonnulla.
Item Alphabetum vitæ religioſæ.
In libris quindecim.

De Doctore ordinatiſsimo.

IOannes Baſolus vir eruditiſsimus, qui tàm ordinatè, & luculenter inſequens doctrinam Scoticam ſuper quatuor ſententiarū libros ſcripſit, quod merito ſibi nomen vendicauit, ordinatiſsimi doctoris.

De Doctore Caracciolo.

LAndulphus Caracciolus Neapolitanus ſcripſit ſuper quatuor ſentētiarū libros.
Item in quatuor Euangelia.
Item in Epiſtolam ad Hebreos.
Item in Zaccariam Prophetam.

De Doctore Hibernico.

MAuritius Hibernicus vir profundiſsimus totam doctrinam Ioannis Scoti poſtillauit.
Item dictionarium ſacrę ſcripturæ cōpoſuit.

De Doctore Aureolo.

PEtrus Aureoli Verberius vir eloquentiſſimus ſcripſit ſuper quatuor ſententiarū libros luculenter, & exacte.
Item Compendium ſacrę ſcripturæ verè luciſsimum.

De Doctore Canonico.

IOannes Canonicus ſectator Scoticę doctrinę ſcripſit ſuper quatuor libros ſentētiarū.
Item quæſtiones lucidiſsimas in libris de phyſico auditu.

De Doctore Lamarenſi.

GVglielmus de Lamarra Anglus ſcripſit ſuper quatuor ſententiarum libros.
Item Correctorium ſancti Thomæ.
Item Additiones in ſanctum Bonauenturam.
Item lecturas ſcolaſticas.

De Doctore Principe Nominalium.

GVglielmus Ocham Anglicus Ioānis Scoti auditor ſcripſit in quatuor ſententiarum libros.
Item in quodlibeta.
Item Centiloquium compilauit.
Item in totā Logicā quæſtiones ſubtiliſsimas, & multa alia.

De Doctore Aragonio.

ANtonius Andreæ Aragonius vir doctiſſimus ſectator Scoti ſcripſit luculenter ſuper quatuor libros ſententiarum.
Quæſtiones methaphiſicales.
Et ſuper totam artem veterem.

De præceptore Doctoris ſubtilis.

GVglielmus Varro præceptor Scoti vir profundiſsimus, & doctiſsimus, hic ſcripſit ſuper quatuor ſententiarum libros, deditiſſimuſq; præceptor in diſcipulum, cui aliquando vt clarior eius doctrina redatur Scotus eius diſſertiſsimus diſcipulus aduerſari videtur.
Gerardus Odonis in omni facultate ſufficiēs magiſter in Theologia fuit eximius, qui tam ſuper Bibliam libros ſententiarum, ethicorū, quàm Logicæ ſcripſit acceptè, ac ſtighmatum officium ipſe digeſsit.
Fortonerius Vaſalli doctor in Theologia facundus verbo, & opere in Theologia, & ſuper ſcripturam, ac libros de Ciuitate Dei nonnulla peregit.
Mateus de Aquaſparta Doctor Theologus multa tàm ſuper ſententias, quàm ſcripturam edidit, & luculentos ſermones compoſuit.
Beltrandus de Turri ſacræ Theologiæ magiſter ſcripſit luculenter.
Super ſententias.
Super Euangelia.
Super Epiſtolas; quæ per anni circulum in Eccleſia leguntur.
Collationes, & ſermones, de eiſdem compoſuit.
Et multa alia fecit.
Robertus da Aſsia magnus magiſter in ſacra pagina.
Scripſit ſuper ſententias diſertiſsimè, ac cum magiſtris.
Alexandro de Alcs.
Rigaldo.
Ioanne de Rupella.
Regulam declaratam, Fratri Simoni Generali Miniſtro traſmiſit.
Ioannes de Parma vir doctiſsimus ſcripſit in Theologia.
Super ſententias.
Super totam Bibliam.
Officium paſsionis compillauit.
Scilicet Regem Chriſtum Crucifiſſum.
Ei de beneficijs creatoris.
Alexander de Alexandria magiſter in Theologia ſcripſit.
Super ſententias.
Fecit plures notabiles poſtillas.
Super methaphiſicam.

officium stigmat[...]

quatuor Alex[...] qui fuerunt

Libros de anima.
Et multa alia.
Gualterius magiſter magnus fuit, hic opus pulcrum ſuper ſententias edidit.
Quodlibeta plura fecit.
Super ſcripturam modulatè ſcripſit.
Et ad petitionem Alexandri quarti opus ſermonum ad ſtatus compoſuit.
Franciſcus de Marchia vir nominatiſsimus magiſter in Theologia luculenter depromſit, multos tractatus, ac quæſtiones theologicas, atque phyſicas.
Petrus de Aquila Doctor Scotellus nominatus edidit opus in tota theologia, ac aliam lecturam ſuper ſententias peregit.
Leonardus Giphonenſis ſcripſit lecturam ſuper cantica canticorum.
Item ſuper 4. ſent. lib.
Ioannes Pecham Anglicus ſcripſit in 4. lib. ſentent.
Item in cantica canticorum lib. 1.
Item locos communes ſcripturarum.
Ioannes Ricardi Epiſcopus Draconenſis edidit compendium theologię.
Ioannes Rupeſciſſa ſcripſit in lib. ſent.
Ioannes de S. Geminiano edidit quaſdam meditationes in Euangelia.
Ioannes Standitius Anglicus ſcripſit contra verſiones Eraſmi noui teſtamenti.
Lucas Bitontinus edidit ſuper Euangelio, & Epiſt. quadrageſimales.
Nicolaus Goran ſcripſit quædam in libros ſentent.
Item in ſacram ſcripturam quædam edidit.
Nicolaus Grandis commentarios in Epiſtolas Pauli ad Rom. & Heb.
Nicolaus Herbron ſcripſit ennarrationes Euāgeliorum quadrageſimalium.
Item in Pſal. 78. ennarationem lamentatoriā.
Nicolaus Lackman Teutonicus in 4. ſentent. ſcripſit.
Nicolaus de Nyſa Gallus ſcripſit ſuper 4. ſen.
Item ſcripſit Gemmam prædicantium.
Nicolaus de Orbellis in 4. ſent. ſcripſit.
Petrus Philaretus de Candia Pont. Alex. 5. ſcripſit commentarios ſuper 4. ſent.
Reginaldus Card. ſuper 4. ſent. ſcripſit.
Ricardus Cenomani ſcripſit in Pſalterium.
Robertus Eliphar ſcripſit quęſtiones ſuper 3. ſentent.
Item Quæſtiones ordinarias lib. vnum.
Item lecturas Theologiæ lib. vnum.
Robertus de Rúſsia ſcripſit ſuper ſent.
Rugerius Bacchonitanus ſcripſit ſuper 4. ſent.
Item Compendium ſtudij Theologici.
Stefanus burlifer ſcripſit reportata in 4. ſent. lib. D. Bonauenturæ.
Vbertinus à Caſali ſcripſit in Apoc. de ſeptem ſtatibus iuxta ſeptem viſiones.
Vitalis à Furno Card. edidit poſtilla in Apoc.

Antonius Bitontinus collegit ex Nicolao de lyra poſtillam in omnes lectiones veteris, & noui teſt. & ſermones dominicales.
Antonius Bruichius à Rouygſteyn, collegit breue euangeliorum Monoteſſaron, ex quatuor euangelijs.
Antonius Vercellenſis edidit quadrag.
Bonifacius Gallus edidit quadrageſimale.
Conradus de Saxonia edidit ſermones de tēpore lib. vnum.
Item ſermones pro quadrag. lib. vnum.
Item ſermones de ſanctis lib. vnum.
Iacobus de S. Geminiano ſcripſit ſermones de tempore.
Iacobus à Triſanto elaborauit 32. quadrageſimalia.
Item ſermones dominicales.
Item ſermones de tempore.
Item ſermones de Sanctis.
Ioannes Bruncaldal Teutonicus ſcripſit ſermones de tempore lib. vnum.
Item de Sanctis lib. vnum.
Item Quadrageſimale lib. vnum.
Ioannes Durandus Teutonicus edidit ſermones de tempore.
Item quadrageſimale.
Ioannes Gritſch Baſilienſis ſcripſit ſermones de tempore.
Item ſermones de Quadrageſima.
Item de Sanctis.
Item de paſsione Domini.
Ioannes Meder ſcripſit ſermones.
Ioannes Merdigius Teutonicus ſcripſit ſermones de tempore lib. duos.
Item de Sanctis lib. duos.
Item per quadrageſimam lib. vnum.
Ioannes de Rupella ſcripſit ſermones dominicales.
Ioan. de S. Geminiano edidit quaſdam meditationes in Euangelia.
Ioan. de Saxonia edidit ſermones de Sanctis.
Item ſermones de tempore.
Ioan. de Vuerdena Teutonicus edidit ſermones duplices de tempore.
Item de Sanctis.
Item per quadrageſimam.
Lucas Paduanus ſcripſit ſermones de tempore.
Item de Sanctis.
Ludouicus edidit ſermones feriales per totum annum.
Item commune ſanctorum.
Marcus de ſumma Ripa edidit quadrageſi. quod inſcribitur Bonum quaternarium ſummæ Ripæ.
Nicolaus Rocham ſcripſit ſermones.
Nicolaus de Verona edidit quadrag.
Item ſuper Epiſtolas quadrag.
Petrus de Saxonia edidit ſermones de tempore.

Item

Item ſermones de ſanctis.
Philippus à monte Calerio ſcripſit quadr.
Item ſermones de ſanctis.
Item ſermones de tempore.
Robertus Meſsier ſcripſit ſuper Epiſtolas, & Euang. quadrageſi. ſermones præclaros.
Robertus de Ruſsia ſcripſit ſermones diuerſos.
Thomas de Ales Anglicus ſcripſit quadrageſimales ſermones.
Aluarus Pelagius ſcripſit ſpeculum Regum lib. 1.
Item Apologiam lib. 1. contra Gulielmum Ocham.
Item opus inſigne de planctu Eccleſiæ.
Conradus Clingius edidit locos communes contra Hæreticos.
Item de ſecuritate conſcientię Catholicorum in rebus fidei.
Item ſummam doctrinæ Chriſtianæ.
Item Catechiſmum Catholicum.
Egidius d'Aſsiſio ſocius B.F. ſcripſit opuſcula laude digna, nempe de conſilijs animarum.
De via ſalutis, & perfectionis.
De fide, & dilectione.
De contemptu mundi.
Franciſcus Burgonius Pariſienſis edidit indicem omnium dictorum à B. Aug.
Franc. Cordubenſis edidit annotationes Catholicas in Religionis articulos contra Hæreticos.
Gaſpar Schatzgerus ſcripſit de libero arbitrio.
Item de Miſſa contra Lutherum.
Item de matrimonij indiſſolubilitate.
Gonſaluus generalis compilauit tractatum de præceptis eminentibus regulæ.
Item de ęquipollentibus.
Item de habentibus vim pręcepti.
B. Gualterius Pictauenſis Epiſcopus ſcripſit ſermones ad ſtatus.
Item rudimenta pro concionatoribus.
Gulielmus Vuoderfordenſis Anglus ſcripſit aduerſus Vuittgleffum.
Item declarationum lib. vnum contra 18. articulos.
Item opuſcula quædam pręclara.
Iacoponus Tudertinus edidit quædam opuſcula latina, & Etruſca lingua.
Ioannes Gauinetus concinnauit librum, qui dicitur amicus medicorum.
Item opuſculum, quod cœli ennarant inſcribitur.
Ioannes Geneſius Quaia Parnenſis edidit librum de Ciuitate Chriſti.
Item edidit Roſarium.
Matthias Doringus edidit replicas defenſiuas pro Nicolao de Lyra.
Nicolaus Mutius Venetus ſcripſit ſuper Gregorium opus per materias diſtinctum.
Odoricus de Vtino peregrinationem ſuam.
Item de mirabilibus ipſorum infidelium.
Item quaſdam epiſtolas.
Petrus Galatinus Apulus ſcripſit de Archanis catholicæ veritatis contra Hebreos.
Petrus Reginaldus edidit ſpeculum finalis retributionis.
Item de gaudijs piorum.
Item de pœnis malorum.
Petrus Thomas edidit epiſtolam quādam de Conceptione B. Virginis.
Richardus à Media villa ſcripſit de Conceptione B. Virg.
Robertus Caracciolus à Licio ſcripſit de laudibus ſanctorum.
Item de pœnitentia.
Item de peccatis.
Rugerius Bacchonitanus ſcripſit Compendium ſtudij theologici.
Item de Nicromanticis imaginibus.
Item de vera Aſtronomia.
Item ſcripſit pronoſtica de curſu ſyderum.
Item ſcripſit regimina cœleſtium.
Simon Fontanus edidit varia, & multa opuſcula.
Stephanus Burlifer ſcripſit de timore ſeruili.
Item de alijs donis omnipotentis Dei.
Theodoricus de Obſenbrutk edidit de paſſione domini.
Item de exercitio interiori.
Item manuale ſimplicium.
Thomas de Ales Anglicus ſcripſit vitam B. Virginis Mariæ.
Item diſputationes ſcholaſticas.
Thomas Illiricus ab Auximo ſcripſit Clypeū Eccleſiæ.
Thomas Murnar Argētinus multa edidit opuſcula, & præſertim quoddam Calendarium in quo lutheranorum mores, ſecundum Circulum Zodiacum graficè depingit.
Vbertinus à Caſali ſcripſit Arborem vitæ Crucifixi, ad omnes Chriſti fideles.
Vitalis à Furno Cardin. edidit ſpeculum morale.
Item tractatum pro tuenda ſanitate.
Franc. de Platea Bononienſis ſcripſit opus inſigne de reſtitutionibus lib. vnum.
Item de Cenſuris lib. vnum.
Item de Vſuris, & actu matrimoniali.
Octauianus Præconius ſcripſit ſummam de Sacramentis.
Petrus Paulus de Potentia edidit quandam quæſtionem de matrimonio.
Item de bonis operibus in peccato mortali factis.
Richardus à Media villa ſcripſit ſuper diſtinctiones Decretalium lib. vnum.
Item de ordine iudiciorum.
Alexander Villadeus edidit tractatum de Sphera.

Franc. de Valentia Padi edidit quæſt. in Metaph. Ariſt.
Guilielmus Alneuuier Northumber ſcripſit in philoſophiam naturalem lib. octo.
Iacobus Branchus ex Alba edidit opuſculum per concluſiones in omnes lib. Ariſt.
Ioannes Anglicus expoſuit vniuerſalia Scoti.
Ioannes à Caſali varias contexuit quęſtio. in philoſophia.
Melchior Parmenſis edidit tractatum de Anima lingua ethruſca interrupto dialogo.
Nicolaus Bonetus edidit philoſophiam naturalem.
Rugerius Bacchonitanus ſcripſit in libros naturales.
Item in morales Ariſt.
Adam Sasbuoth Delphius edidit ſuccintam expoſitionem in Iſaiam.
Item ſcripſit in omnes Pauli Epiſtolas ex omnibus tàm græcis, quàm latinis Orthodoxis collectam.
Adamus Godham Anglus ſcripſit in tertium ſent. lib. 4. Determinatioum lib. vnum.
Adamus de Mariſco Anglus ſcripſit Elucidarium ſcripturæ.
Lecturas in Theologia lib. vnum.
Antonius Syrretus edidit ſubtiliſsimas formalitates ex doctrina Scotica.
Arlotus Pratenſis Etruſcus generalis edidit concordantias Bibliæ, quæ ſine auctoris tit. imprimuntur.
Aſcenſius Aquitanus poſtillam fecit in Apoc.
Item ſuper 4. ſent.
Beltrandus, vel Bertandus à Turre edidit cōmentarios in 4. lib. ſentent.
Conradus de Saxonia ſuper 4. ſent. edidit.
Item ſuper orationem dominicam lib. 1.
Item de ſalutatione Angelica lib. vnum.
Item Commentarios in multos Bibliorum libros.
Franciſcus Rubeus de Apignano ſcripſit ſuper primum ſent. Scoti.
Franciſcus Ximenes Card. ſcripſit eleganter commentarios in vtrunque teſtamentum lingua multiplici.
Gratianus Brixianus edidit ſuper 2. Scoti.
Gualterius Catton Anglus in 4. ſentent. lib. ſcripſit.
Gualterius Epiſcopus ſcripſit in 4. ſent. lib.
Item quolibetorum lib. duos.
Guido Brianzonis Aquitanus edidit in 4. ſententent. opus diſtinctum.
Gulielmus Alneuuier Northumber ſcripſit lecturam ſent. lib. 4.
Gulielmus Cremonenſis edidit in 4. ſent. lib.
Gulielmus Bernardi de ſacrarum literarum communicatione, & earum ſenſu germano.
Gulielmus Rubion ſcripſit ſuper 4 ſent. lib.
Gulielmus Vorilion Britanus ſcripſit in 4. ſententent. lib.

Gutierus Treius ſcripſit commentarios in Euangelia.
Haymo Anglicus generalis ſcripſit ſuper 4. ſent.
Henricus Herphius ſcripſit de Miſtica Theologia.
Item librum de decem præceptis.
Hieronymus Leopolitanus omnes Bibliæ lib. Polonica lingua conuertit.
Ioannes de Colonia Agripina edidit 4. ſent.
Item Poſtillam hyemalem, æſtualem.
Ioannes Guarro Anglicus ſcripſit ſuper ſent. lib.
Ioannes de Fonte edidit concluſiones in 4. ſent. lib.
Ioannes Royardus ſcripſit Homelias iuxta literam in omnia Euāgelia quadrageſimalia.
Ioannes Standitius Anglicus ſcripſit contra verſiones Eraſmi noui teſtamenti.
Ioannes Valonus Apulus edidit declarationes marginales in formalitates Scoti.
Mamotrectus à Regio Lepidi edidit Dictionanarium totius Bibliæ.
Marcus Vlmenſis Hermanus edidit Dictionarium in ſacra ſcriptura.
Michael da Charcano ſcripſit de decem pręceptis.
Monaldus Iuſtinopolitanus, in 4. ſent.
Nicolaus Tacitus Tigenus edidit caſtigationes in nouum teſt. ſub titulo Epanotthoes.
Item Scolia in nouum teſtamentum.
Nicolaus Vigenus ſcripſit caſtigationes in nouum teſt.
Nicolaus Veronenſis Vmber ſcripſit ſuper Epiſtolas quadrageſimales.
Petrus de Colle Teutonicus ſcripſit in lib. ſent.
Petrus Ioannis Baccalaureus edidit ſuper ſent.
Item ſuper totam ſacram ſcripturam.
Petrus Thomas edidit tractatum formalitatum ad mentem ſcotiſtarum.
Philippus Varagius edidit flores totius ſacræ Theologiæ.
Pontius Carbonelli edidit poſtillam in vtrūque teſtamentum.
Robertus Conutton Anglicus ſcripſit quæſtiones ſent. & quolibeta.
Robertus Meſsier ſcripſit ſuper Epiſtolas, & Euangelia quadrag.
Robertus de Ruſsia ſcripſit ſuper ſent.
Rodulfus Rodimpton in Theologia, & Biblia ſcripſit.
Seraphinus Camiranus Feltrenſis edidit tomos duos contradictionum veteris, & noui teſtam.
Antonius Lucenſis Etruſcus edidit quadrag.
Antonius Monilianus Ligur edidit inſigne opus nuncupatum. Surſum corda.
Antonius Vercellenſis edidit quadrag.

Arlotus Pratenſis, vt ſupra, edidit varios ſermones.
Bartholomæus Vrſinus Romanus quadrageſimale edidit.
Beltrandus Card. ſcripſit ſermones euang.
Item ſermones de ſanctis lib. 1.
Item Sermones de Epiſtolis lib. 1.
Bernardinus de Buſto edidit ſermones.
Bernardinus Feltrenſis edidit quoſdam ſermones vernaculo ſermone.
Bindus Senenſis edidit quoſdam ſermones prædicabiles.
Bonauentura Blancus à Cotignola edidit quadrageſimale.
Bonauentuta à Cellano quoſdem ſermones ſcripſit.
Dauid Teutonicus ſcripſit ſermones de tempore lib. vnum.
Item ſermones de ſanctis lib. vnum.
Franciſcus de Aſta ſcripſit ſermones per annum.
Hungarius Piſthienſis edidit ſermones, qui in ſcribuntur, Biga ſalutis.
Iacobus Aſculanus edidit ſermones varios.

Poſteriores Theologos, qui ferè hac tempeſtate noſtra claruerunt viſum eſt hic ſubtus ponere.

Antonius Trombetta Patauinus theologus eminentiſsimus, lucidiſsimusq; metaphiſicus; qui quæſtiones in Methaphiſicis compioſiſsimas edidit, & de futuris contingentibus tractatum compilauit. Hic ad Archiepiſcopatum Vrbini euectus eſt.
Hieronymus Gadius Bononienſis luculenter ſcripſit.
Super libros ſententiarum.
Super quodlibeta Scoti. Vir egregius, & virtute clarus.
Paduanus de Graſsis Barolitanus, vir egregius ſcripſit.
Conciliationes Pauli.
Contraditiones Scoti.
Hieronymus Gitellus Brixienſis vir apprimè doctus ſcripſit.
De primo cognito.
Item de ſpeciebus intelligibilibus.
Item expoſitionem lucidam in diſputationes Auerrois contra Algazelem.
Iacobus Bargius ſcotiſta famoſiſsimus Prouinciæ Ianuæ ſcripſit.
Super quatuor libros ſentētiarum; & per quadraginta annos, & vltra in Gymnaſio Patauino Metaphiſicam profeſſus eſt.
Compilauit etiam quaſdam precationes ad ſacrum Concilium Tridentinum.
Cornelius Muſſus Placentinus Eccleſiaſtes facundiſsimus, vir in omni facultate pollens Edidit homelias latinas de modo viſitandi.
Item libros quinque de hiſtoria diuina.
Item Conciones luculentiſſimas lingua etruſca, & adeo fuit præclarus, quod omnibus Principibus, atque prælatis ob ſtili elegantiam, & facundiam linguæ, non ſecundus fuit; multaq; alia in lucem edidit.
Franciſcus Viſdomini Ferrarienſis; vir egregius, & in ſua Religione præſtantiſsimus edidit Quadrageſimale.
Item diuerſas homelias latino, & vernaculo ſermone.
Ioannes Antonius Delphinus à Caſali Maiore, multa edidit opuſcula; nempè.
De Rerum euentu.
Item de Celibatu.
Item de poteſtate Papæ.
Item de cœleſtibus Globis.
Item de nobilitate.
Item de Methodo. Vir inſignis, & præclarus, multoſq; habuit alumnos.
Aguſtinus Righinus declamator egregius, vir in ſermocinando non ſecundus, hic edidit quadrageſimale lingua latina compilatum.
Octauianus Præconius ſiculus vir potens in ſermone, edidit.
De paſsione Domini nonnulla ſcitu digna.
Hic tandem aſſumptus eſt ad Archiepiſcopatum Panormitanum.
Ioannes Franciſcus Faernus à Cremona ſacræ Theologiæ profeſſor, & Eccleſiaſtes eximius, in omnibus ferè Gymnaſijs lector non vulgaris, & Concionator acerrimus.
Conſtantius Sarnanus Regens Patauij, Theologus Peruſij, vir non ſatis laudatus, edidit lucubrationes quaſdam in vniuerſalia Scoti.
Item Conciliationem dilucidam omnium cō trouerſiarum Sancti Thomæ, & Scoti.
Item directorium in Logica, Phyloſophia, ac Theologia.
Item tractatum de ſecundis intentionibus ſecundum doctrinam Scoti.
Lucius Placentinus virtutibus, ac nobilitate clarus; nempè ex nobiliſsima de Anguiſciola familia ortus, vir doctiſsimus inter Theologos Franciſcanos hac tempeſtate primam ſibi ſedem vendicauit, Bononiæ publicè methaphyſicam per multos annos profitetur. Alumnos quàm plurimos tàm in Religione, quàm extra habuit. Theologiam in principalioribus Gymnaſijs legit. Vir equidem non ſatis laudandus ex animi pietate, doctrina, & morum probitate.
Octauianus Rauennas Theologus præſtantiſſimus, diſertiſsimus doctrinæ Scoti lectator. Patauij, Bononiæ, & Romæ per multos annos, tàm publicè, quā priuatim Theologiam profeſſus eſt; eiuſq; ſcripta præcipuè in Scotum deſiderantur.
Petrus Rudulphius à Tauſignano vir prudēs, & doctus multa edidit præcipue quadraginta home-

homelias in ſeptem Pſalmos Dauidicos.
Et Quadrageſimale non ſatis laudatum. Hic ad Epiſcopatum Venuſinum a ſummo Pontifice aſſumptus eſt.
Ioannes Bernerius à Corigio ſacræ Theologiæ profeſſor, & in doctrina doctoris ſubtilis peritiſsimus, Bononiæ legit, multoſq; alumnos coaluit.
Propertius à Taleacotio, vir eruditiſsimus, moribus ornatus, Theologiam Patauij; Bononiæ, & Venetijs per multos annos profeſſus eſt, tandem à ſummo Pontifice in Epiſcopum Cariatenſem eligitur.
Clemens Thomaſinus à Florentia vir vndequaq; laudandus. Hic Perugij, Bononię, Florentiæ, Senis, & ferè in omnibus Religionis Gymnaſijs Theologiam profeſſus eſt.
Sebaſtianus Turrianus a Pupio vir celebris, Theologię ſectator, methaphyſicam publicè profeſſus eſt in Ciuitate Taurinorũ, Peruſij, & Patauij, per multos annos legit.
Deſiderius Rognonus à Corigio vir in Theologia apprimè doctus, hic Senis, Patauij, Bononiæ, & multis in alijs locis doctrina, fama, atq; moribus clarus.
Octauianus Carus Partenopeus phyloſophiæ amator, Theologiæ ſectator, Patauij, & Neapoli per multos annos in Gymnaſijs legit.
Antonius Poſius à Monte Ileno vir ardenti ingenio, Procurator in Vrbe, Phyloſophiæ deditiſsimus, compilauit tabulam valde vtilem ſuper Ariſtotelem, & Auerroem.
Hieronymus Palanterius Theologus Patauinus, vir in facultatibus apprimè verſatus, & in doctrina Scoti diſertiſsimus.
Iulius Santucius à Monte Filatrano Theologus in ſapientia Romana, vir non ſatis laudatus, cum Patauij, Bononiæ, Neapoli per multos annos legerit.
Lelius Medices Placentinus vir egregius, Inquiſitor Piſanus, atque Theologus, hic Bononiæ, Venetijs, Romæ, functus eſt officio lectionis Theologiæ, & in omni facultate apprimè verſatus.
Hieronymus Albericus à Briſighella Rector Collegij ſancti Bonauenturæ, vir acri ingenio pollens, Theologiæ, phyloſophięq; ſectator, & in concionibus egregius Eccleſiaſtes.
Hyeremias Bucchius de Vrbino, vir facilis, & periculis agitatus edidit tractatum de Angelis.
De Sacramento Altaris.
De Nobilitate Virginis Glorioſæ.
Item ſcripſit ſuper pſalmos.
Deus Deus meus reſpice in me &c.
Domine quis habitauit in tabernaculo, &c.
Dominus regit me. & nihil mihi deerit.
Benedixiſti domine terram tuam.
Ad te leuaui animam meam Deus meus in te confido.

Item in orationem Hieremiæ, Recordare.
Item in canticum Zaccariæ.
Plures fuerunt alij in theologia magiſtri in Prouincijs Angliæ, Franciæ, Aquitanię, & alijs ordinis Prouincijs, qui operibus ſuper ſententias, & in alijs facultatibus à ſe conditis hunc ordinem rediderunt, & faciunt ſcientiæ laudatę ſingulariſsimum.

Quibus, & alijs poſsibilibus adductis cõprobatur merito, quod iſte ordo tam ratione doctorum nominatorum; quam ex cauſa omiſſorum, ac aliorum multorum fratrum, ſcientia fuerunt mirabiliter prædíti, & inſignes, eſt ſingulariſsimus ſcientiæ lucidi tate, quæ erat ſecunda conditio, qua ordo minorum inter alios extollebatur. Qua propter ſicut in prima conditione huius ordinis, quæ fuit ſingularis ſanctitatis; qua ipſe inſigniebatur, & decorabatur, poterat dici verbum Apoſtoli Eph. 4. videlicet ꝙ Deus. Aliquos huius ordinis fratres dedit Apoſtolos, vt patuit in Beato Franciſco, & alijs ſocijs ſuis. Quoſdam autẽ prophetas; ſicut in multis fratribus ſupra eſt oſtenſum. Alios vero Euangeliſtas: quia nonnulli fuerunt egregij verbi Dei prædicatores. Alios autem paſtores, & doctores: quia plures fuerunt prælati maximi, & magiſtri præclari. Sic ratione huius ſecundæ conditionis videlicet ſcientiæ, & doctrinæ, quo ipſe ordo dignificatur, poteſt dici ratione magiſtrorum, & in diuerſis facultatibus doctorum, illud ſap. 7. Dedit mihi, videlicet quo ad membra, omnium ſcientiam quæ ſunt vera, vt ſciam diſpoſitionem Orbis terrarum, &c. vſque ibi. Omnium enim artifex docuit me ſapientia. Hic enim ordo quo ad ſua membra repletus eſt quaſi flumen ſapientia, & terram retexit. Ad inſulas longe diuulgatum eſt nomen tuum: & dilectus eſt in pace tua. In cantilenis, & in prouerbijs, & in comparationibus, & interpretationibus miratę ſunt terrę, & in nomine Dei, cui cognomen eſt Iſrael, Eccleſiaſtici 47. Quare non immerito in domino ordo honoratur, & honorabitur. In medio populi gloriabitur. Et in Eccleſijs altiſsimi aperiet os ſuum. In medio populi exaltabitur. Et in multitudine electorum habebit laudem. Et inter benedictos benedicetur. Et ratio, quia inquit hic ordo, quaſi doctrinam ante Lucanum illumino omnibus. Et enarrabo illam vſque in longinquũ. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes. Et illuminabo omnes ſperantes in domino. Doctrinam quaſi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus ſapientiam, & non deſinam in progenies illorum vſque in æuum ſanctum. Eccl. 24 Sic ergo prædictis patet ſecundum, quod erat declarandum.

TERTIA

TERTIA PARS PRINCIPALIS huius ſecundæ partis fructus octaui.

TERTIO hic ordo dicebatur excellentiſsimus præ alijs ex nobilitate; quia in ordine iſto fuerunt perſonæ inſigniſsime tam dignitate Eccleſiaſtica, quam ſeculari: vbi eſt aduertendū, quod ſicut nonnulli de dignitate Eccleſiaſtica ordinem intrantes, eum decorarunt, ſic de iſto ordine ad Eccleſiæ prælaturas aſſumpti, ipſum nobilitant, & decorant. Sed videndum eſt primo, qui fuerunt illi, qui magni in Eccleſia hūc ordinem intrarunt. Secundo qui fuerunt de hoc ordine aſſūpti, & ſubuecti ad Eccleſiæ dignitates; Quantū ad primū de ordine ſupremo ſcilicet ſummi Pontificatus, & Papatus. Primus, qui habitum induit ordinis, & plures detulit, fuit dominus Gregorius nonus. Hic fuit primus noſtri ordinis protector, vocatus dominus Vgo, ſiue Vgolinus Epiſcopus Oſtieñ. qui ſingulariſsimè B. Franciſcum dilexit, & ordinem.

Habitum ord. B. Fr. quis primo induit.

Huic B. Franciſcus prophetauit ipſum futurū ſummum Pontificem; & ſemper eidem ſcribebat ante ſublimationem ad Pontificatū ſic, Venerabili in Chriſto patri totius mundi, &c.

Inſtitutus fuit iſte protector ordinis per dominum Honorium tertium petente ipſo B. Franciſco ipſum ab eodem. Factus vero protector, ſemper ordinem protexit contra prælatos, & alios in principio contra ordinē inſurgentes, & ordinem quantum valuit promouit, & exaltauit.

Iſte eſt ille, qui interfuit capitulo gñrali Aſſiſij celebrato; vbi fuerunt vltra quinque milia fratrum, vbi & miſſam celebrauit, & fratribus prædicauit.

Hic eſt dominus Oſtieñ. cui interroganti ſi beato Franciſco placebat, vt fratres ad dignitates Eccleſiaſticas promouerentur. Reſpondit, ꝙ non, vt dicetur infra fructu, & conformitate 17.

In huius menſa B. Franciſcus inuitatus ab eo ad prandiū, fruſta portauit eleemoſynæ; quā hoſtiatim mendicauerat; Et cuilibet exiſtenti in menſa, vnum bolum ſanctus Franciſcus tranſmiſit. Redargutus ab eo, quare pro eleemoſyna ierat comeſturus cum eo; Reſpondit ꝙ ipſum multum honorauerat, vtpote Chriſtum dñm maiorem honorando.

Semel cum hic intraſſet dormitorium fratrū, & vidiſſet quo dormiebant, plorauit fortiſsimè, ſe & ſuos aſſerens dignos inferni cruciatibus, quia nullam pęnitentiam exercebant. Ad Apoſtolicum apicem ſublimatus. B. Fran. catalogo ſanctorum aſcripſit: Aſsiſij ipſo pręſentialiter cum tota Romana curia exiſtente. Primum lapidem Eccleſiæ de Aſsiſio poſuit, ac ipſam Eccleſiam à cuiuſcunque iuriſdictione excepta ſummi Pontificis exemit, & multa iocalia eiſdem Eccleſiæ dedit.

Hic Pontifex glorioſus ob deuotionem præcipuam ad beatum Franciſcum, & ordinem, in die cęnę Domini habitum ordinis aſſumebat, & cum ipſo faciebat mandatum; lauando pedes fratrum, & pauperum, ac habitum per totam diem illam, & ſequentem ſcilicet veneris ſancti gerebat. Inſuper viſitando ſanctuaria Vrbis cum fratribus habitum ordinis ibat indutus ſemper, prout teſtatur frater Philippus de Perusio, qui hoc vidit in litera de protectoribus, directa fratri Gonſaluo ordinis noſtri generali miniſtro.

Gregor. 9. B. Fr. Religionis amator.

Secundus qui habitum induit ordinis de ſummis Pontificibus fuit Papa Martinus 4. qui in morte aſſumendo habitum ordinis, cum ipſo voluit ſepeliri, & ſe humandum in Eccleſia B. Frāciſci Aſſiſij ob ipſius deuotionem dimiſit. Et tempore, quo Eccleſia regebat Peruſium, cum Eccleſia ſancti Laurētij, vbi eſt ſepultus, aliqualiter truncaretur, & conſequenter eius ſepultura deſtrueretur, corpus ipſius inuentū eſt intactum habitū ordinis indutum, prout qui viderunt atteſtati ſunt. Iſti igitur duo ſummi Pontifices non ſunt dedignati eſſe filij B. Franciſci ipſius habitum aſſumendo.

Martinus Pont.

De Cardinalibus.

DE ordine Cardinalatus, & ſi multi deuotiſsimi fuerunt ordinis, & b. Franciſci, præcipuè tamen fuit Vicedominus Placentinus: Qui, cum eſſet Clericus ſecularis Cardinalis, & Epiſcopus Præneſtinus, de licentia domini Gregorij noni, ipſo permanente Cardinali, habitum ordinis aſſumpſit, tenuit, & cum ipſo mortuus iacet in Eccleſia noſtra Viterbij.

De Epiſcopis.

DE ordine Epiſcopatus dominus Rodulfus in Theologia magiſter Epiſcopus Ertodieñ., viſa viſione de Chriſto iudicante orbem, & ꝙ ſub alis ipſius iudicis ſtabat Frāciſcus cum ſuis, ſibique fuiſſet dictum, quòd ſi vellet ſaluari, deberet effici frater minor, vt poſſet ſtare ſub alis iudicis, Annuente Papa Gregorio nono abrenuncians Epiſcopatui, & omnibus: factus eſt frater minor humilis, & deuotus.

De Abbatibus fratres mino. facti.

DE ordine vero abbatiatus Abbas de Ambidon in Anglia abbatia dimiſſa; factus eſt frater minor.

Frater Stephanus Inquiſitor Tholoſanus, & martir, cum eſſet Abbas magnus in partibus Guaſcouiæ, ſpræta Abbatia, factus eſt frater minor.

In ciuitate Anthiochiæ Abbas quidam cũ monachis omnibus, traditis Patriarchæ poſſeſſionibus; ſed locum retinentes, factus eſt frater minor. De his, & alijs fructu ſequenti, & conformitate dicetur.

Multi alij præbendati pinguiſsimè cuncta dimittentes, ſub habitu Franciſci domino adheſerunt, vt infra dicetur. Quia ergo tales fuerunt, & multi, & ſi non omnes poſuerim, cum fuerint tam ſcientia, & generis nobilitate, quam Eccleſiaſticis promotionibus præcipui, & hunc ordinem intrauerunt; eum incunctanter inſignieruut, & notabilem reddiderunt.

Sed non minus fratres aſſumpti de hoc ordine ad apices Eccleſiæ ſupræmos, & medios, cum ſpectabilem redduut orbi. Ad ſtatum Apoſtolicum, & ſi duo præfati videlicet Papa Gregorius nonus, & Papa Martinus (vt eſt prædictum) poſsint dici ſummi Põtifices fratres minores; tamen non ſunt de ordine immediatè aſſumpti, & Prçſules Romani effecti.

Ad ſtatum Apoſtolicum de ord. min. propriè aſſumpti.

PRimus D. Nicolaus 4. natione Picenus, Ciuitate Aſculana, Hieronymus antea vocatus, ord. min. profeſſus, Theologus, ac primo Generalis Miniſter, deinde à Nicolao 3. Presb. Card. S. Pudentianç tt. Paſtoris anno 1278. 4. Idus Martij: poſtea à Martino 2. Epiſcopus Card. Præneſtinus tandem in ſummum Pontificem anno 1288. 8. Cal. Martij concorditer electus; qui prout narrabat quidam de Ferraria, qui fuerat ſuus Scutifer, & decem ſummos Pontif. agnouerat, prçcipuus fuit inter omues; obijt Romæ anno 1292. Prid. Non. Ap. ad S. Mariam maiorem ſepultus.

Secundus D. Alexander V. antea Petrus Philareti vocatus, natione Græcus. Prouincia, & patria Crçtenſis ord. min. Theologus, qui primo Epiſcopus Vicentinus, deinde Epiſcopus Nouarienſis, & Archiepiſcopus Mediolanenſis, ac Patriarcha Gradenſis, demum ab Innoc. 7. anno 1405. Presb. Card. Baſilicæ SS. 12. Apoſtolorum creatus; poſtea ſexto Cal. Iulij. anno 1409. in Chriſti Vicarium electus; plures bullas de ſacris B. Franciſci ſtigmatibus confecit, & publicari mandauit. Obijt Bononiæ anno 1410. V. Nonas Maij, eius corpus iacet in Eccleſia S. F. ad Orientem.

Tertius D. Sixtus 4. Franciſcus antea dictus, ex familia Ruuerea natus, qui primo Gener. Min. ord. deinde à Paulo 2. anno 1464. Presb. Card. tt. S. Petri ad Vincula creatus, poſtremo ad ſummum Pontificatum anno 1471. V. Idus Aug. ſublimatus. Obijt Romæ anno 1484. Idibus Aug. in Baſilica S. Petri iacet.

Quartus D. Six. V. Fœlix antea dictus, ex Peretis à Monte alto natus, ord. min. Theologus, primo Viccarius Gene. ord. à Pio. V. poſtea Agathenſis Epiſcopus, deinde Romç anno 1570. purpureo galero donatus tt. S. Hieronymi Illiricorum, ac Epiſcopus Card. Firmanus, deinum in Chriſti Vicariatu ſuccedens anno Domini 1584. 8. Cal. Maij Cathedram S. Petri aſcendit, qui hodie Fçliciter viuit.

Ad ſtatum Cardinalatus de ord. min. aſſumpti.

PRimus fuit frater Vicedominus de Vicedominis Placentinus ord. min. filius Sororis Papç Gregorij X. à quo anno Domini 1274. Pontificatus 3. in Pentecoſte in Concilio Generali Lugdunenſi ſecundo, Epiſcopus Card. Prçneſtin⁹ creatus, qui obijt anno 1277. Viterbij apud minores.

Secundus, Sanctus frater Bonauentura fidanza Ioãnis filius de Balneo Regiẽſis Tuſcus ex octauo generali Miniſtro ord. fratrum min. Archiepiſcopus Eboracenſis in Anglia, poſt à Greg. X. anno 1274. in Concilio Gene. Lug. ſecundo, Pontificatus 3. in Pentecoſte Epiſcopus Card. Albanus. Obijt Lugduni 3. Idus Iulij anno 1275. apud minores, à Sixto Papa 4. inter ſanctos relatus, & à Six. V. inter Doctores Eccleſiæ aſcriptus.

Tertius, Frater Bentiuonga de Bentiuengis Aquaſpartanus Tudertinæ Diœceſis, Vmbrus ord. min. Theologus, capellanus, & Confeſſor Papæ Nicolaij 3. à quo anno Domini 1278. 4. Idus Martij Pontificatus anno primo Romæ ex Epiſcopo Tudertino, Epiſcopus Card. Albanus, & maior Pœnitentiarius electus eſt. Obijt Tuderti 7. Cal. Aprilis anno 1280. Sepultus ad minores in Eccleſia S. Fortunati.

Quartus, Frater Hieronymus Aſculanus Picenus ord. min. nonus Generalis Min. Theologus, à Nicolao 3. anno 1278. 4. Idus Martij Pont. anno primo Romç, Presbyter Card. S. Pudentianç tt. Paſtoris primo, deinde Epiſcopus Card. Præneſtinus, tãdem omninm Card. ſuffragijs 8. Calen. Martij. anno 1288. Pontifex Maximus ellectus. Obijt Romç anno 1292. pridie Nonas Ap. ad S. Mariam maiorem eſt ſepultus.

Quintus, Frater Matthæus de Aquaſparta Tudertinç Diœceſis Vmbrus ord. min. Theologus, & primo 12. Generalis Miniſter, deinde à Papa Nicolao 4. anno 1288. Pontificatus primo in Vigilia Pentecoſtes Romç Presbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaſo, tandem Epiſcopus

ſcopus

ſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ. Obijt Romę anno 1302. in Ara Cœli.
Sextus, Frater Iacobns Caietanus Anagninus Bonifacij 8. nepos ord. min. ab eodem anno 1295. Pontificatus primo in 4. tẽporibus Aduentus, Presbyter Card. tt. S. Clementis, Obijt anno 1304.
Septimus, Frater Andreas de Comitibus Signie Anagninus ord. min. pronepos Alex. Papæ 4. & affinis Bonifacij 8. à quo anno 1295. Pontif. primo in 4. temporibus Aduentus Romæ purpureo pileo donatus, dignitatem remiſit. Obijt in Caſtro Pilei in Campania anno 1302. & innumeris coruſcat miraculis.
Octauus, Frater Gentilis de Monte Floris Picenus, ord. min. Theologus Lector ſacri Palatij à Bonif. 8. anno 1298. Pontific. 4. Dominica prima Aduentus Romæ Presbyt. Card. SS. Siluestri, & Martini, tt. Equitij. Obijt Auinione anno 1312. & cadauer Aſsiſij iacet.
Nonus, Frater Ioannes de Murro Picenus 14. Generalis Miniſter ord. min. Theologus, & Lector ſacri Palatij à Bonif. 8. anno 1302. Pontificat. 8. menſe Decemb. Romæ Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ac ordinis Protector. Obijt Auinione anno 1312. ad minores.
Decimus, Frater Vitalis Bazatenſis, Vaſco, Gallus, ord. min. Theologus à Clemente V. anno 1312. Pontif. 8. Sabato 4. temporum Aduentus Domini Auinione Presbyt. Cardin. SS. Siluestri, & Martini tt. Equitij. demum Epiſcopus Card. Albanus, Obijt Auinione anno 1320. ad minores.
Vndecimus, Frater Bertrandus de Turre de Cambolico Caturcẽſis Diœceſis, Gallus ord. min. Theologus, Archiepiſcopus Salernitanus, à Ioanne 22. anno 1320. Pontificat. V. feria 6. 4. temporum Aduentus, presbyt. Cardin. SS. Siluestri. & Martini tt. Equitij, Obijt Auinione anno 1327. ad minores.
Duodecimus, Frater Paſtor de Albenaco ordin. min. Theologus, Archiepiſcopus Ebredunenſis, à Clemente 6. anno 1350. iubilei ſecundi, Pontificatus 9. in 4. temporibus Aduentus, Auinione Presbyt. Card. SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitij, Obijt Auinione anno 1354. ad minores.
Tertius decimus, Frater Elias de S. Heredio Gallus, ord. min. Theologus Epiſcopus Vticenſis ab Innoc. 6. anno 1356. Pontific. V. feria 6. in 4. temporibus Aduentus Domini Auinione Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cęlio monte, deinde Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus. Obijt Auinione 4. nonas Octobris anno 1367. apud minores.
Quartus decimus, Frater Guillelmus Farinerij Aquiranus Gallus, ord. min. 20. Generalis miniſter, ac Theologus ab Innoc. 6. Auinione anno 1356. Pontif. V. feria 6. in 4. temPor. Aduentus, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, Obijt Auinione 8. Calen. Sept. anno 1361.
Quintus decimus, Frater Fortanerius Vaſſelli Valuenſis, Vaſco, Gallus ord. min. 19. Generalis Miniſt. Theologus, ex Epiſcopo Maſsilienſi, Archiepiſcopus Rauenas, & Patriarcha Gradenſis ab Innoc. 6. Auinione anno 1361. Pontif. 9. is. Calend. Octob. Presbyter Card. Obijt Auinione ante adeptum pileum, & titulum, menſe Sept. eiuſdẽ anni, apud minores.
Sextus decimus, Frater Marcus de Viterbio ord. min. 22. Generalis Miniſter, Theologus, ab Vrbano V. Auinione anno 1366. Pontif. 4. 15. Calen. octob. in 4. temporibus, Presbyter Card. tt. S. Pręxedis, Obijt Viterbij 3. Nonas Sept. anno 1369. apud minores.
Decimus ſeptimus, Frater Bertrandus Lagerij de Figiaco, Gallus, ord. min. Theologus, Epiſcopus Glaudacenſis, à Greg. ij. Auinione anno 1371. Pontif. 1. 6. Idus Iunij, Presby. Card. tt. S. Priſcæ, deinde Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Obijt Auinione 6. Idus Nouemb. anno 1392. ad minores.
Decimus Octauus, Frater Leonardus de Ciſſono Regnicola ord. min. 24. Generalis Miniſter Theologus, à Clemente 7. Fundis, annò 1378. Pontif. primo 17. Calen. Ianua. Presby. Card. SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitij, Obijt Auinione anno 1406. ad minores.
Decimus nonus, Frater Petrus Gomés de Fuxo, Gallus ord. min. Theologus, Epiſcopus Laſcurrenſis, & Côuennarum, a Benedicto ij. Paniſcholæ opidi Arragoniæ, anno 1409. Pontif. 15. in 4. tempor. Sept. Presbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cęlio, deinde Epiſcopus Card. Albanus, Obijt Auinione Legatus, anno 1436. ad minores.
Vigeſimus, Frater Thomas de Firignano Mutinenſis ord. min. Theologus, Generalis Miniſt. Patriarcha Gradenſis, ab Vrbano 6. anno 1378. Romæ Pontif. primo 14. Cal. Octob. Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo, deinde Epiſcopus Card. Tuſculanus, Obijt Romæ anno 1388. in Ara Cœli.
Vigeſimus primus, Frater Ludouicus Donatus Venetus ord. min. Theologus, Inquiſitor Venetijs, ab Vrbano 6. anno 1378. Romæ Pontific. primo 14. Cal. Octob. Presbyt. Cardin. tt. S. Marci. Obijt Genuæ anno 1383.
Vigeſimus ſecundus, Frater Bartholomęus de Cocurno de Clauari ord. min. Theologus Archiepiſcopus Genuenſis, ab Vrbano 6. Romæ anno 1381. Pontific. 4. menſe Decembri Preſbyter Card. tt. S. Laurentij in Damaſo. Obijt Genuæ anno 1383.
Vigeſimus tertius, Frater Bartholomęus Vlianrius Patauinus ord. min. Theologus, Epiſcopus Florentinus, à Bonifacio 9. Romæ anno 1389. Pontif. primo, 15. Cal. Ianuarij Preſ-

byter Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris, Obijt Caietæ in legatione Neapolitana anno 1396. apud minores.

Vigeſimus quartus, Frater Petrus Philareti Cretenſis, Græcus, ord. min. Theologus, Archiepiſcopus Mediolanenſis ab Innoc. 7. anno 1405. Pontif. primo pridie idus Iunij Romæ Presbyter Card. Baſilicæ SS. 12. Apoſtolorum, qui fuit Papa Alex. V. & Obijt Bononiæ anno 1410. V. Nonas Maij, eius cadauer in Eccleſiam S. Franciſci ad Orientem iacet.

Vigeſimo quintus, Frater Franciſcus de Ruuere de Villa Albizzola Sauonenſis Diœceſis Ligur, ord. min. Generalis Miniſter, Theologus à Paulo 2. Romæ anno 1464. Pōtif. 2. 14. Cal. Octobris Presbyter Card. tt. S. Petri ad Vincula, qui fuit Sixtus 4. Obijt Romæ anno 1484. in Baſilica S. Petri eius cadauer iacet.

Vigeſimus ſextus, Frater Petrus Riarius Sauonenſis, Ligur ord. min. Epiſcopus Taruiſinus a Sixto 4. anno 1471. Pont. primo 18. Cal. Ianuarij Romæ Presbyter Card. tt. S. Sixti, Obijt Romæ anno 1474. ad SS. Apoſtolos.

Vigeſimus ſeptimus, Frater Petrus ex Comitibus de Fuxo Gallus ord. min. electus Epiſcopus Venetenſis à Sixto 4. anno 1476. Pontif. 6. 15. Cal. Ianuarij Romæ, Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani, Obijt Romę 1490.

Vigeſimus octauus, Frater Gabriel Rangonus Mutinenſis ord. min. Epiſcopus Agrienſis à Six. 4. Romæ anno 1477. Pont. 7. 4. Idus Decemb. Præby. Card. tt. SS. Sergij, & Bacchi. Obijt Romę in Ara Cœli anno 1486.

Vigeſimus nonus, Frater Elias Gallus ordin. min. Theologus, Archiepiſcopus Turonenſis, à Six. 4. Romæ anno 1483. Pontif. 13. 17. Cal. Decemb. Presbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice. Obijt in Galijs anno 1484.

Trigeſimus, Frater Clemens Groſſus de Ruuere, Sauonenſis, filius Sororis Papę Sixti, ord. min. ex Epiſcopo Minatenſi Mendenſis à Iulio 2. Romæ anno 1503. Pont. 1. 3. Calen. Decemb. Presbyter Card. tit. S. Clementis, Obijt Romæ anno 1505.

Trigeſimus primus, F. Marcus Vogerius Sauonenſis Ligur, ord. min. Theologus, Epiſc. Senogallienſis, à Iulio 2. Romæ anno 1505. Pontif. 3. 13. Cal. Ianuarij Presbyt. Card. tt. S. Mariæ Transtiberim, deinde Epiſcopus Card. Præneſtinus, & Archipresbyter S. Petri, Obijt Romæ anno 1516. ad S. Mariam Transtiberim.

Trigeſimus ſecundus, Frater Franciſcus Symenes, ex opido Cuneros, Palentinæ Diœceſis, Hiſpanus, ord. min. de obſeruantia Archiepiſcopus Toletanus, à Iulio 2. Romæ anno 1507. Pontif. 4. Cal. Iulij Presbyter Card. tt. S. Balbinæ, Obijt Arandæ in Hiſpania anno 1518.

Trigeſimus tertius, Frater Chriſtophorus Numaius Forolinienſis Generalis Miniſt. ordin. min. de Obſeruantia à Leone 10. anno 1517. Pontif. V. Cal. Iulij Romæ, Presbyt. Card. tt. S. Bartholomæi in Inſula, poſt S. Mariæ de Ara Cœli, Obijt anno 1528.

Trigeſimus quartus, Frater Franciſcus Quignonius filius Comitis de Luna, Hiſpanus, ord. min. de Obſeruātia, Epiſcopus, à Clem. 7. Romæ anno 1527. Pontif. 4. Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, Obijt Veruliis anno 1540. ſepultus ad S. Crucem in Hier.

Trigeſimus quintus, Frater Clemens Dolera de Moneglia, Ligur ord. min. de Obſeruantia, Generalis Min. à Paulo 4. Romæ anno 1557. Pontif. 2. Idibus Martij, Presbyter Card. tt. S. Mariæ de Ara Cœli, Obijt.

Trigeſimus ſextus, Frater Petrus Petus Anglus ord. min. de Obſer. à Paulo 4. Romæ anno 1557. Pontif. 3. 19. Calen. Iulij, Presbyter Card. tt. S. Mariæ de Ara cœli, Angliæ Legatus, Obijt in Anglia.

Trigeſimus ſeptimus, Frater Fœlix Peretus à Montealto ord. min. à Pio V. Epiſcopus Agathenſis, deinde ab eodē, anno 1570. Pont. 4. Idibus Maij, Romæ Presbyt. Card. tt. S. Hieronymi Illiricorum, poſt Epiſcopus Card. Firmanus, nunc Papa Six. V. vt ſupra.

Trigeſimus octauus, Frater Conſtantius à Sarnano ord. min. à Six. V. anno 1586. Pontif. 2. 13. Cal. Ianuarij Romæ, Presby. Card. tt. S. Petri in Monte aureo.

De Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis.

AD ſtatum vero Patriarchatus, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus quot fuerint, & ſint de iſto ordine aſſumpti; nimis foret prolixum retexere: Nam hic ordo omnes habuit Patriarchatus excepto Aquilegien.

Archiepiſcopatum habuit: In Anglia Cantuarieñ. per magiſtrum Ioānem Peccian Eboracenſem.

In Alemania Maguntineñ. Plageñ.

In Frācia Remēſem, ac Trebateñ. Auxitanum Tholoſanum.

In Italia Mediolaneñ. Panormitanum, Montis regalis; & ſic de alijs.

Sed de Epiſcopatibus nō eſt numerus, quibus concluditur ꝙ ipſorum promotionibus hic ordo habet merito comendari. Verum quia apud plebeios dignitas Eccleſiaſtica, quæ omnes alias dignitates excedit: paruipenditur, & nihil quaſi reputatur, referrendum eſt deinceps de ſeculi principibus: qui filij eſſe B. Frāciſci non ſunt dedignati ipſius habitus aſſumptione.

De Imperatoribus.

PRimo igitur ſi habeamus reſpectum ad dignitatem imperialem ſimul, & regalē,

Rex

Rex Ieruſalem Ioannes, Et Imperator Conſtantinopolitanus fuit frater minor: cuius filia fuit vxor Imperatoris Federici ſecundi. Hic cum rogaſſet Deum ꝙ ſibi oſtēderet; quomodo, & qualiter mori deberet, conſideratis triumphis, & gloria; quos, & quam in mundo habuerat: Apparente ſibi Beato Franciſco, cui erat deuotus tribus vicibus, ideſt tribus noctibus ſucceſsiuè cum corda, ſolcis, & habitu, & dicenteꝙ voluntatis Dei erat quod moreretur in predicto habitu: Et ſi prima nocte & ſecunda non ſine lachrimis horruerit ad tantam deiectionem pertingere, tertia tā viſce ſtatim, vt de nocte apparuit; voluntate Dei agnoſcens: Accerſito fratre Benedicto de Aretio, tunc Antiochię, & Romanię miniſtro: cum maxima deuotione factus eſt frater minor, & ſic finaliter deceſsit. Et adeo in ſumma vixit humilitate, vt ad Deum multotiens quaſi conquerēdo diceret, quare nō dederat ſibi fortitudinem, vt omnia humilitatis officia cum alijs fratribus ipſe exercere valeret. Hic ſepultus eſt Aſsiſij. Et ſi ſuper ſepulturā in habitu regali ſit ſculptus.

De Regibus Galiæ.

SEcundo. Si habeatur reſpectus ad culmē, & faſtigium regale, multi ſunt Reges ſiue fuerunt, qui habitum ordinis aſſumentes filij ſunt cenſendi. b. Franciſci, horum notitia patere poterit faciliꝰ: ſi ad domos ex quibus orti ſunt attendamus diligenter.

Et primo ad domum præ alijs Chriſtianitatis domibus Chriſtianiſsimam, & præclariſsimā videlicet, Francorum; de qua octo fuerunt Romanorum Imperatores ſucceſsiuè videlicet Carolus magnus. Ludouicus eius filius. Lotharius filius Ludouici. Ludouicus ſecundus filius Lotharij. Carolus ſecundus, filius Lodouici ſecundi. Carolus tertius filius Caroli ſecundi. Arnulſus filius Caroli tertij. Et Ludouicus tertius filius Arnulfi. Reges vero domus pręfatę vltra triginta, qui in Francia ſucceſsiuè regnauerunt habitū ſumpſerūt. De hac inclitiſsima progenie b. Franciſcus habuit filium in ordine: & fratrē ordinis ſui ſcilicet dominum Regem Robertum claræ memorię: qui ſcientia, & prudentia omnes principes orbis à magno tempore citra dicitur exceſsiſſe.

Hic multotiens dum viueret, ſtans in monaſterio ipſo de ſancta Clara cum vxore ſua domina Regina Sancia, Regina ipſa induēte habitum ſororum minoritarum, ipſe habitum ordinis induebat. Ad fratres ibi morantes veniebat ſic indutus, & eis cūm ſumma deuotione ſeruiebat in menſa, ſicut à fratre audiui, qui hoc pluries vidit, In caſtro ſuo nouo, & regali multotiens ad matutinum ſurgebat cū fratribus, & habitum ordinis indutus cū eis diuinum perſoluebat officium. Stabant.n. in ſua capella duodecim fratres. Demum cū eſſet infirmus per 18. Dies ante obitum: habitū ordinis de manu miniſtri ſuſcipiens, fecit profeſsionem in eius manibus: & moriens, vt frater minor, ſepultus eſt in monaſterio ſanctæ Claræ, ſicut patet cunctis intuentibus.

De Regibus Aragoniæ.

TErtio. Si attendamus. Ad domum Aragoniæ inclitam inter Chriſtianos. Rex Iacobus ante mortem habitum ordinis aſſumpſit: cum propoſito, ſi ſuperuixeret fr. remanēdi in ordine, & tandē cum habitu mortuus iacet in cōuentu Barchinonę ſepultus. Rex Alfonſus Aragoniæ Rex, in morte habitū ſumpſit, & cum ipſo deceſsit: ſepultus in conuentu fratrum Ilerdæ.

De Regibus Caſtellæ.

QVarto. Si attendamus ad domū illuſtrē Regum Caſtellæ, habes regem Sanciū qui fuit per tempus Frater minor, & tandem vt frater deceſsit.

Sic etiam Fernandus Rex Caſtellæ cum iniuſtè quoſdam nobiles necari mandeſſet; Poſtea infirmatus in ciuitate Ghenneñ. regni ſui, ob deuotionem ad beatum Franciſcum ante mortem habitum ſumpſit, & cum eo deceſsit. Et cū habitu ſtat ſepultus Toleti in Eccleſia cathedrali. Ob cuius habitus aſſumptionem b. Franciſcus animam dicti Regis de manibus diaboli liberauit, ſicut fratris ſui ordinis, ſicut cuidam ſanctę dominę Moranti Tolleti fuit à domino reuelatum.

De Regibus Portugalię.

QVinto. Si aſpiciamus ad domū inſignē Regū de Portugalia, habes tres reges videlicet Regem Fernandum, qui nuper deceſsit. Patrem eius regē Petrum. Et eius Auum Regem Alfonſum, qui omnes añ mortem, à miniſtris prouinciæ ſancti Iacobi, habitum ordinis aſſumētes, cum ipſo obierunt, & ſepulti ſunt, tam in conuentu noſtro Vlixbonæ, quā in Eccleſia Cathedrali.

De Regibus Trinacrię.

SExto. Si habeamus intuitū ad domum regū Trinacrię, & ſi ſint de domo Aragoniæ habes regē Federicum, qui ante mortem habitum voluit per miniſtrum Siciliæ indui, nec procerum ſuorum dictis ab hoc potuit diuelli propoſito. Et cum ipſo deceſsit, & ſepultus eſt Meſſanæ in conuentu noſtro.

De

De Regibus Cipri.

SEptimo, Si oculos flectamus ad domõ regum de Cipro, habes regẽ Henricum, qui fuit puriſsimus virgo. Hic habitum ſummẽs cum ipſo deceſsit. Et Nicoſiæ in domo fratrũ ſepultus miraculis corruſcauit.

De Reges Armeniæ.

OCtauo, Si inſpiciam⁹ ad domũ Regũ Armenię, q̃ hactenus fuit inclita, & excellẽs, habes Regem Ioannem, qui tempore generalatus fratris Gõſalui, regnum tradens ſuo nepoti Leoni, factus eſt frater minor, poſt cuius introitum Saracenis regnum Armenię inuadẽtibus, zelo fidei accenſus, aſſumptis armis; (cum eſſet bellicoſiſsimus) facta ſtrage hoſtium, & ſuis dara victoria, ipſe in campo occiſus fuit.

De Regibus Vngariæ.

NOno, attendẽdo ad domũ Vngarię. Rex Ludouicus tẽporibus noſtris, ob deuotionem ad ordinẽ, ſemper in curia ſua tenuit capellanos, & confeſſores fratres noſtros, & non alios: & ante mortem, vt fertur, per aliquot menſes dimittens regimem, & tumultũ exterius, ſoli Deo vacans, cum fratribus in dicendo officium, & alias orationes, ſe ſepeliendum cum habitu dimiſit:, & hoc in monaſterio ſororũ minoritarum de Buda, quod ſua illuſtris mater conſtruxerat, ſed incuria, & neglientia barorum, & ſuæ vxoris reginæ, nihil eſt factum, iuxta ipſius legata.

Filij Regũ fratres minor. facti. SEd ſi habeatur reſpectus quo ad filios regum inclitam progeniem, reperies fratres minores.

De domo Francię, & Sicilię habes ſanctũ Ludouicum primogenitum Regis Caroli, qui cũ eſſet Calabriæ Dux, & ratione patris in Sicilia, & ratione matris in Vngaria deberet regnare, contemptis vtriuſque regnis, factus eſt frater minor, & demum Eps Tholoſanus.

Habes etiam de domo præfata inclitum ducem Calabriæ dominum Carolum primogenitum Regis Roberti, qui infirmatus habitũ ſumpſit, cum ipſo obijt, & ſepultus eſt Neapoli, apud fratres in Eccleſia corporis Chriſti.

De domo Caſtellæ primogenitus Regis Caſtellæ iacet in conuentu noſtro Toleti, habitum ordinis indutus.

De domo Aragoniæ Dux Gerundæ primogenitus regis Aragonię dominus Petrus iacet habitum ordinis indutus, in conuentu fratrum Cæſar auguſtæ.

Frater Petrus de Aragonia filius Regis Iacobi comes de Pratis; dimiſſo ſeculo, factus eſt frater minor, in quo habitu vltra viginti annos, vixit laudabiliter.

Dominus Iacobus filius Regis Alfonſi Aragoniæ Comes Vrgelli, cum habitu voluit decedere, & ſepeliri apud fratres in conuentu Barchinonæ.

Dominus Berengarius de domo Aragonię, & filius Regis, comes Empuriarum, iacet cum habitu frater in cõuentu Barchinonæ.

Dominus Fernandus Comes lunæ frater Regis Petri Aragoniæ, cum habitu in conuentu fratrum iacet ſepultus Ilerdæ.

De domo Regum Maioricarum, & ſi de domo ſit Aragonię, filius primogenitus regis Maioricarum ordinem intrauit, & dictus eſt frater Iacobus de Maioricis.

Dominus frater Philippus Regis Maioricarũ filius, fuit frater minor, parum ante peſtem maiorem decendens.

Multos alios filios regum fuiſſe in ordine patuit, ſic & Duces, Comites, & Barones, & alios illuſtres homines tam de Anglia; quam de Francia; tam de Alamania, quam Vngaria: tam de Aragonia, quam de Hiſpania; tã de Græcia, quam de Italia, & ſic de alijs partibus mundi, qui habitum B. Franciſci non ſunt dedignati aſſumere, & portare, & cum ipſo in domino feliciter obdormire, quorum ingreſſus ad ordinem, & permanſio ipſum efferunt laudibus, & extollunt.

Inter ordines omnes, & pręcipuè mendicantes, nemo de tot nobilibus, regibus, & principibus gloriari poteſt, vt hic ordo, nec geſtatio habitus ordinis B. Franciſci debet videri alicui abiectiua, immo ſublimatiua; nec oneroſa, immo glorioſa, quę tot Reges pro ſummo habentes honore, & deuotione geſtare voluerunt. Nulla enim eſt domus nobilium ferè in Chriſtianitate, de qua non fuerit aliquis frater minor, vt ſatis clarè poſſet deduci, & in vita. Saltem quod in morte, clarè patet conſiderando ſepulturas excellentiũ virorum apud fratres minores per orbem depoſitorum, qui pro maiori parte ob deuotionem habitum aſſumentes, cum ipſo voluerũt humiliter ſepeliri. Quibus omnibus patet, quod hic ordo eſt ſingulariſsimus ex nobilitate, dignitate tam Eccleſiſtica, quam ſeculari, quæ erat tertia conditio, qua iſte ordo decorabatur. Vnde in iſto ordine videtur impletum illud Iſa. 55. dicentis in perſona domini. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem, ac pręceptorem gentibus. Ecce gentes, quas neſciebas vocabis, & gentes, quæ te non cognouerunt ad te current, propter dominum Deum tuum, & ſanctum Iſrael, qui glorificauit, & elegit te. Et cap. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore vultus, vel ortus tui. Erunt enim Reges nutricij tui, & reginę nutrices tuę. Iſa. 49.

QARTA PARS PRINCIPALIS.

Religio B. Fr. floruit fratrum numeroſitate, & locorum.

QVARTVM, de quo hic ordo prę alijs dignificatur de fratrum numeroſitate. Nam in beato Franciſco impletum eſt illud dictum Abraahę, & Iacob. Dilataberis ad Orientẽ, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem. Siquis poteſt dinumerare puluerem terræ, ſemen tuum dinumerare poterit. Vt enim diabolus prędixit per os cuiuſdam mulieris, cuidam Baroni de tertio ordine exiſtenti B. Franciſci, qui morabatur in alpibus iuxta Eugubium. Ordo minorum, & ſi paruulus ſit, ſuper omnes ordines multiplicabitur. Et ſic factum eſſe atteſtantur loca fratrum per orbem diffuſa: quæ ad numerum mille ſex centorum aſcendunt, exceptis illis, quæ quotidie edificãtur denuo; vt enim dixit Pſal. Extendit palmites ſuos vſque ad mare non ſolum mediteraneum,& occeanum; ſed vſque indicum, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. In India.n. habet hic ordo plura loca,& habuit. Vt fructu 11. & conformitate dicitur. Impletum vidit B. pater Franciſcus: quod ipſe (cum ſex fratres haberet) prædixerat eos confortando dicens. Nolite timere. Et ſequitur: Quoniam non poſt multum tempus venient ad vos multi ſapientes,& nobiles; eruntque vobiſcũ prædicantes Regibus, & principibus, & populis multis: multi vero conuertentur ad dominũ, & per vniuerſum mundum Deus multiplicabit familiam ſuam,& augebit. & dicebat. Plenas vidi ad vos venientium vias. Veniunt francigenæ, feſtinant Hiſpani, Theutonici, & Angli currunt; & aliarum diuerſarum linguarum accelerat maxima multitudo. Et ideo Ioannes Euangeliſta poſtquam. Apocal. 7. deſcripſit tẽpus miſsionis beati Franciſci. ſ. ſub apertione ſexti ſigilli. Et quomodo eſt miſſus: quia, vt Angelus habens ſignum Dei viui; ſubdit de multitudine, Franciſci prædicatione, vita, exemplo,& ſuorum ſociorũ, ad Chriſtum conuerſa, & conuertenda, cum dicit; ꝙ vidit numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor milia ex omni tribu filiorum Iſrael. hoc poteſt exponi, ꝙ in hoc ordine tot eſſent futuri fratres, ſiue conuertendi per fratres, deducto populo ad dominũ,& hoc in ordinis proceſſu: Et tunc iuſta dictum Apoſtoli, & Apoc. cap. 8. reliquiæ Iſrael ad dominum conuertentur. Vel poteſt dici, ꝙ per numerũ certum iuſta modum loquendi ſcripturæ accipit incertum, vt non ſolum ſint ſignati. ſ. habitu Franciſci,& Crucifixi centum quadraginta quatuor milia: ſed infiniti alij. Et hoc videtur Ioannes innuere cum ſubdit; ꝙ vidit poſt prædicta, turbam magnam, quam nemo dinumerare poterat, ex omnibus tribubus, populis, & linguis &c. Et ſic conſiderato etiam ipſo ordine minorum, cum duobus ordinibus alijs à B. Franciſco inſtitutis; ac prædicatione. B. Franciſci,& fratrum ad Chriſtũ conuerſis, nullus poteſt ambigere, ſeu hęſitare ſic eſſe: ſicut pluribus viſionibus eſt viſum. ſ. B. F. cum vexillo crucis euntem per cœlum,& infinitam multitudinem trium ordinum, & aliorum per B. Franciſcum,& fratres ſuos conuerſorum ad Chriſtum poſt ipſum ire. Sic ergo multitudine locorum, per angulos mundi diffuſorum, appãret multitudo fratrum, qui ſunt iſtius ordinis, & B. Franciſci. Et quia tanta multitudo locorum, nec in eiſdem reſidentiũ in alijs habetur ordinibus, concluditur merito, ꝙ Ordo non ſolum extollitur (Chriſto faciente & ordinante) fratrum ſanctitate, ſcientiæ luciditate,& nobilitate; ſed & multitudine, ac numeraſitate præ alijs ordinibus. Et ſic ſuccinctè apparet declarata ſecũda pars iſtius octaui fructus,& conformitatis, videlicet Frãciſcus fęcundatur: & hoc eſt declaratum eſſe verum de ipſo primo ordine B. Franciſci, videlicet de ordine Minorum.

De ſecundo ordine, videlicet de ordine Sanctæ Clarę.

RESTAT nunc conſequenter oſtendendum de ordine ſecundo, videlicet ſororum pauperum: quem ordinem. B. Fr. inſtituit, B. Claram, cum alijs ad Chriſti veſtigia inſequẽda, conuertendo. Et de iſto ordine, quia mihi non ſic patet latè ſicut de primo. Ideo ſuccinctè aliqua pandam de eo, qualis ſit, & fuerit oſtendendo: vnde ſi aliqua mihi occurrerint in proceſſu temporis in fine huius operis in tractatu per ſe ediſſeram. De iſto ordine aliqua dicendo,& ſcribendo, videtur mihi, ꝙ iſte ordo inſtitutus à B. Franciſco anno. 6. à ſua conuerſione, à tribus poſsit commendari videlicet.

Ordo Sororum Sanctæ Clarę, qui eſt ſecũdus à B. F. inſtitutus, à quot, & quibus cõmendatur.

PRIMO de ſanctimonia vitæ,& perfectione: habuit.n. & habet hic ordo in ſanctitate, & perfectione dominas & ſorores ſingulariſsimas. Si enim quæris ſcire, quis, & qualis fuerit lapis primarius ipſius ordinis: & ſi poſsit dici. B. Franciſcus ipſius ordinis inſtitutor: inter mulieres tamen fuit ipſa beata Clara: quæ inter filias Ieruſalẽ ſanctitate vitæ, & meritis digniſsima & maxima reperitur: cuius ſi quidem ſi cupis agnoſcere magna facta, ſeu magnifica, ſubſequentia ſunt notanda.

Primum quomodo fuit, qualis eſſet futura à Deo declarata: Nam cum in vtero eſſet materno,& mater ante Crucifixum oraret attente: vt tam partus periculo fœliciter liberaret, reſponſum habuit à Crucifixo, vt non dubitaret,

ret, quia ſalua parturiret lumen quoddam, quod ipſum mundum totum clarius illuſtraret: Quo veritatis teſtimonio Clara cenſetur lumen; & ꝙ ſua vita, & propagatione ſororũ mundum illuminaret.

Secundum quibus, & qualibus parentibus eſt propagata etiam occurrit, quo ad hoc, ꝙ nobilibus eſt orta parentibus: Pater eius, & fratres fuerunt milites de nobilioribus Aſiſij ciuitatis: Mater etiam ipſius nomine Hortulana nobilis fuit genere, ſed nobilior vitę ſanctitate: quę antequam Claram conciperet, perſonaliter ſepulchrum Chriſti viſitauit, Romam, & alia loca deuota: quibus ſimul cum Chriſti Crucifixi reſponſo ſibi facto, conſtat eam fuiſſe mulierem virtutis, & probitatis: quæ poſt conuerſionem filiarum, videlicet Claræ, & eius ſororis Agnetis derelinquens mundum, ſub habitu filiæ Chriſto mancipata, adeo extitit perfecta, vt & miracula effecerit. Talibus parentibus inſignibus quo ad Deum, & mundum eſt B. Clara originata.

Tertium, qualiter eſt in puerili ætate in domo paterna conuerſata. Nata enim à matre de fide edocta, & alijs virtutibus: tribus præ alijs paruula exiſtens cępit florere virtutibus.

Prima pietatis: quia cibaria ſibi ſubtrahebat delicata, & pauperibus tranſmittebat.

Secunda orationis: habuit enim ſanctæ orationis ſtudium in amicum, vbi à Deo ſæpe conſolationibus eſt refecta diuinis.

Tertia, vitæ auſteritatis: quia ſub pannis delicatis, & mollibus, ad carnem ciliciolum gerebat: vnde præfatis adornata, cum alijs virtutibus, cępit eius fama in populo diuulgari.

Quartum videndum quomodo fuit ad Chriſti veſtiſtia inſequenda inclinata. Patre enim Franciſco, ad quem pro conſilio acceſſit, ſuadente ei mundi contemptum; ac de caſtitate, & Chriſto ſponſo miranda effante, Clara non trahit ad præfata exequenda, in longum conſenſum, immo ſe ad talia peragenda prõptã exhibet, & volentem: quam probare volens ſi ſic eſſet, eidem B. Franciſcus mandauit dicens. Si vis, vt credam tibi indue te ſacco, & vade pro pane per totam ciuitatem Aſiſij; quod & fecit: ſed non fuit cognita.

Quintum quomodo fuit Chriſto dedicata, & conſecrata. Ipſa enim ſequenti nocte poſt diẽ palmarum, cum comitiua honeſtiſsima ciuitatem reliquens Aſiſij, ad locum fratrum de ſancta Maria de Angelis, vbi B. Franciſcus, cũ ſocijs, eam expectabat perexit. Vbi à B. Franciſco, & ſocijs reuerenter ſuſcepta, ante altare virginis Mariæ ducta, ibi primo tonſorata, demum pannis exuta mundialibus, habitu ordinis eſt veſtita, & per B. Franciſcum, & ſocios ad monaſterium de Panzo, quod nunc eſt ordinis ipſius, tunc autem erat ſancti Benedicti, eſt deducta.

Sextum videndũ eſt. Qua vexatione fuit probata. Et quia homo tentatione probatur à Deo, hinc eſt, ꝙ dominus propoſitum. B. Claræ volens probare eam permiſit à diabolo ſtatim ad Chriſtum conuerſa, fatigari: Nam grauiter ipſius conuerſionem ad Chriſtum ferentes propinqui, ipſam omni via, & modo, à propoſito conati ſunt reuocare, perſecutionibus multimodis laceſſitam: Quæ omnia (Chriſto eam auxiliante) deuicit, & in incepto permanſit.

Septimum videndum eſt, quomodo eſt filiabus, & ſororibus fęcundata, & multiplicata. Clara enim ad dominum conuerſa, ſoror eius Agnes nomine, beata nunc in cœlis cum Ipſa, diuino ſpiritu inflammata; & ſi puella eſſet ad ipſam perexit: ſeque cum ea velle Chriſto ſeruire indicans, fuit habitu religionis induta. Quod audientes parentes, ira præcipites ad locum, vbi manebant, perrexerũt, & per capillos eam capientes de monaſterio extraxerunt: Quæ, cum abiret beatam Claram ſororem ſuam rogauit; vt ſibi opem ferret, ne ſic abiret. Beata Clara protinus ſe dans orationi, ſic eam grauem redidit, & põderoſam; vt eam nullatenus ducere poſſent. Quod, vt perpenderẽt trahentes ipſam, fatigati dimiſerunt: ipſa vero ſic dimiſſa concito greſſu ad ſororem Claram reuerſa eſt. Ambę ergo per B. Franciſcum ad Eccleſiam ſancti Damiani deductæ fuerunt. In dicto loco B. Clara clauſa per quadraginta duos annos permanſit: in quo loco dum cũctis clara niteret virtutibus, eius exemplo tam virgines, quàm aliæ attractæ, relicto ſeculo, & nihil penitus, quæ ſunt mundi reſeruantes, ad famulandum Chriſto ad numerum quinqnaginta, eidem ſunt habitu, & profeſsione adiunctæ: inter quas fuit eius mater, quæ ſic Chriſto cohæſit: vt nec diſſimilis filiabus videretur, nec inueniretur, & per ipſam ſigna Chriſtus operari ſit dignatus.

Octauum videndum eſt: quibus virtutibus fuit reſerata. Vbi ſciendum, ꝙ beata Clara poſtquam perfecte Chriſto hęſit, pluribus virtutibus (diuina gratia) fulſit.

Et prima fuit virtus profundiſsimę humilitatis, quam oſtendit.

Primo obedientiam B. Franciſco promittendo, & ſeruando.

Secundo inuitè officium abbatiſſatus ſuſcipiẽdo, & tenendo.

Tertio ſororibus aſsiduè ſeruiendo, menſam parando, & aquam manibus infundendo.

Quarto infirmis, & earum ſeruituti ſe mancipando, earum lauando ſedilia, & tunicas, nihil de eis abhorrendo.

Quinto pedes ancillarum & ſororum, quando à foris redibant deuotiſsimè lauando.

Secunda virtute fulſit. ſ. paupertatis. Ipſa enim hæreditatem paternam totam dedit pauperibus,

bus,ſibi nihil reſeruando. Ordinem pauperum dominarum incepit, & fecit, nihil nec in proprio, nec in communi habere volens, nec aliquàm ſororem aliquid habere permiſit. A domino Innocentio tertio regulam pauperum dominarū ipſam petijt, & obtinuit: cuius principium ipſe pontifex plorando ex deuotione conſcripſit manu ſua. Domino Alexandro quarto diſpenſare volente, quo ad ipſam paupertatem, reſpondit ſe velle à peccatis abſolui, non ab obſeruantia conſilij Ieſu Chriſti. Et quia nihil pro Chriſti amore terrenum habere voluit, ſibi de opportunis ipſe Chriſtus ſubuenit: ſicut patuit de pane vnico multiplicato ſuis meritis: cuius medietatem habentes fratres; & medietatem aliam in quinquaginta diuiſam partes, iuxta numerum ſororum, Deus ſic multiplicauit: vt copioſè pro prandio, cuilibet fratri, & ſorori pars ſua ſufficeret. Patenter eidem Chriſtus ſe oſtendit ſubuenire, cum vacuum vaſculum oleo, ipſa orante Chriſtus impleuit.

Tertia virtus, qua fulſit pœnitētię fuit, & auſteritatis. Ipſa enim quo ad veſtitū. Veſte enim ſimplici, & iſpida fuit veſtita, & rudi mantello. Vidi tunicam eius & b. Franciſci; rudior, & groſſior erat tunica ſanctæ Claræ. Calciamenta nunquàm portauit in pedibus: ſed nudis pedibus ſemper inceſſit. Lectulus laſſato corpuſculo fuit ipſa terra; ſarmenta, vel ſextorium: Sed poſtquàm fuit infirma mandato b. Franciſci habuit ſacconem plenum paleis. Ceruical fuit lignum, vel lapis. Cibus vero tenuis fuit. Nam duas quadrageſimas, ſcilicet maiorem, & ſancti Martini in pane, & aqua ieiunabat: exceptis diebus dominicis, in quibus paulìſper ſummebat de vino: ſed ſecunda, quarta, & ſexta feria nihil ſummebat. Quod. b. Franciſcus prohibuit fieri; mandans ſibi, vt ſaltē vnciam panis cum dimidia, acciperet omni die. Sic ergo carnem virgineam crucifixit. Multis & alijs virtutibus pręfulſit: de quibus longum foret enarrare.

Nonum videndum eſt. Quomodo in orationis ſtudio fuit exercitata. Nam ipſum habebat amicū, ſemper enim de ſero poſt alias, in oratione perſiſtebat. Suaque oratione ciuitatem liberauit Aſſiſii, ac ſuum monaſterium liberauit de manibus Saracenorum: qui iam ipſum introierant.

Sororem ſuam, ſcilicet Agnetem conuertit, & defendit; vt eſt dictum.

Diabolum eam in oratione perturbātem; oratione ipſa vicit & fugauit.

Mulierem Piſis à diabolo arreptam liberauit. Eiuſque ſacris orationibus, vt Deo acceptis; Papa Gregorius nonus ſe humiliter recommendauit, Chriſtuſque in ſua natiuitate; officio diuino (ipſa eum deprecante) vt intereſſet; gratiam de hoc conceſſit.

Gregorius IX. ſe commendauit orationibus B. Claræ.

Decimum videndum eſt. Quomodo Chriſti paſſionem fuit meditata: Cum enim ipſa filia. b. Franciſci fuerit: ſicut ipſe pater totum ſuum ſtudium circa Chriſti paſſionem poſuit; ſic fecit, & ipſa. Iugiter enim paſſionem Chriſti deplorabat: & adeo, vt diabolus eidem diceret: quod lumen oculorum amitteret; cui cum illa diceret, quod lumen non perdit, qui lumen vitæ ſequitur; ſtatim fugit ipſe malignus. Officium Crucis cum multa deuotione dicebat: de Crucifixo libenter prædicationem audiebat: vnde cum ſemel audiret. b. Franciſcum prædicantem, & nominantem hoc nomen Ieſus, tātam virtutem Chriſtus in ſuo corde poſuit; quod ex tunc in antea nulla tribulatio, nulla aduerſitas difficilis ei fuit. Meditando domini paſſionem, rapta ſtetit à die Iouis ſancta, poſt veſperas vſque ad tertiam ſabbati ſancti nihil perpēdendo; ſed immobilis perſiſtendo. Et quia ſic amica Crucifixi extitit; per ipſius Crucifixi virtutem, & ſignum multa miracula peregit.

Miracula B. Claræ.

Soror enim Beneuenuta per xij. annos habens fiſtulam in mammilla, ſignata ab ea, ſanata eſt.

Frater Stephanus in furiam verſus; miſſus à b. Franciſco ad ipſam; eum eum ſignaſſet, ſanatus eſt.

Quidam puer de Spoleto lapillum habens in nare; facto ſibi ab ipſa crucis ſigno: liberatus fuit.

Sororem amatam hydropicam; tuſſim patientem; & malum lateris per xiij. menſes.

Mulierem de Peruſio voce deſtitutam.

Et ſororem Chriſtianam in aure ſurditatem habentem dum ſignaſſet; ad ſanitatem optatam perduxit.

Multitudinem ſororum languentium dum quinquies ſignaſſet; quinque ex eiſdem ſanitati perfectè reſtituit.

Dum dominus Papa monaſterij ipſius. b. Claræ ad ipſam viſitandam intraſſet; pręparari ſecit menſam ſororum; vt ipſe ſumus pontifex, eam ante ſuum benediceret receſſum; & cum ſuper hoc ipſum pontificem. b. Clara rogaſſet: ipſe verſa vice eidem mandauit, vt menſam ipſam coram eo benediceret: quod cum ipſa (vt obedientię filia) peregiſſet; videntibus Papa, Cardinalibus, & alijs in panibus ſcilicet in quolibet ſtatim apparuit ſignū crucis; & quilibet panis in crucis modum in quatuor partes ſe diuiſit. Quo miraculo ſtupefacti aſtantes; cum maxima deuotione de prædictis panibus, qui libet partem ſuam accepit.

Vndecimum videndum eſt. Ad quem gradum contemplationis fuit ſubleuata. Certe ad altiſſimum. patuit (vt dictum eſt) cum per duos dies ſtetit immobilis, oculis eleuatis, in cœlum. Vice alia cum b. Franciſcum rogaſſet, vt comederet cum ea; & b. Franciſcus nullo mo-

do acquieſceret; reprehenſus de hoc a ſocijs; tandem acquieuit. Et ipſa de ſancto Damiano cum vna ſocia duobus ſocijs comitata. b. Franciſci ad ſanctam Mariam de Angelis venit; ibique facta reuerētia coram Virginis altari, vbi Chriſto fuerat in ſponſam tradita; ad prandiū deuenientes, b. Franciſcus menſam fecit parari in terra; pro primo autem ferculo. b. Franciſcus cępit de Deo loqui tā ſuauiter, & ſanctæ, tam altiſsime, & diuinæ; quod ipſe ſanctus Franciſcus ſancta Clara cum ſocia, & alij fratres fuerunt rapti. Et ſubito, ipſis ſic ſtātibus oculis, ac manibus in cęlum directis; ignis per maximus apparuit ſuper locum fratrum; & videbatur totus locus cū ſilua ardere; protinuſque Aſsiſinates feſtinanter, vt ignem extinguerent accedentes ad locum; intacta cuncta cernentes, & fratres raptos cum b. Clara; cognouerūt, quod ille fuit ignis diuinus; qui ad ſanctificandum prædictos, apparere viſibiliter dignatus eſt: vnde ipſi de hoc fuerunt multum ædificati. In ſe ante reuerſis de alio cibo non curantibus. B. Clara cum ſocia ad monaſteriū reuerſa eſt.

Talibus dedita virgo deuota: quod ſcire à Chriſto optabat; ſine mora reuelabatur eidē. Nam cum B. Franciſcus hæſitaret, an ad prædicandum, vel ad loca ſolitaria ſe deberet conferre; & ſuper hoc, cum vellet ſcire domini beneplacitum; fratrem Maſſeum ad fratrem Silueſtrum miſiſſet, & ad B. Claram, vt de hoc domini voluntatem ſcirent; ſtatim fratri Silueſtro & B. Claræ eadē reſponſio facta eſt a Deo; quòd ſcilicet ad prædicandum Beatus Franciſcus iret: quia ad hoc erat à Deo in mundum directus. Et ſic egit B. Franciſcus.

Et quia contemplatio verbis nutritur diuinis; B. Clara verbum Dei deuotiſsimè audiebat: quare & fratres ſępe ad prędicandum ad ſe venire faciebat. Verum cum Papa conſtitutionē feciſſet de non accedendo ad monaſteria B. Clara hoc audito; fratres, qui ſtabant in monaſterio ad petēdum eleemoſynam pro ipſa, & ſororibus; emiſit dicens. Ex quo ſum verbo vitæ priuata; nolo, quod mihi cibus procuretur corporalis; propter quod dominus Papa ſibi conceſsit: quod vocare poſſet ad prædicandum Dei verbum quandocunque ipſa vellet.

Et quia cum Deo loquebatur frequenter: hinc eſt quod ipſa in verbo exhortando efficaciſsima fuit. Nam ſorores, quæ videbantur de religione male contentari; ſuo mirabili eloquio confortabat. Inſuper ipſa pietate & charitate plena, vt mater in nocte ſorores cooperiebat, ac fouebat, vt filias proprias.

Duodecimum videndum eſt. Quomodo fuit à Domino comprobata. Nam tam abſtinentia, quàm diſciplinis, & cilicij ad carnem aſsidua baiulatione, in infirmitatem incidit grauiſsimam; adeo, vt quaſi annis 28. de lectulo ſurgere nequiuit; in qua infirmitate nullus, ſeu nulla ipſam conquerentem aliquando audiuit; ſed ſemper Deum laudantem. Inſuper dū ſic eſſet infirma: ne ocio eſſet dedita; quinquaginta paria corporalium, manu propria neuit; ob deuotionem præcipuam ad ſacramentū altaris: quæ corporalia, per fratres ad diuerſas Eccleſias, ipſa direxit. Dum ſic infirma iaceret à multis, & magnis viſitabatur; & inter alios ipſam viſitauit dominus Papa Gregorius nonus: & dominus Papa Alexander quartus, qui ſibi pedem ad oſculandum tradidit; & eam ab omnibus peccatis ſuis abſoluit.

Tertium decimum videndum eſt. Quomodo fuit ad cęleſtia euocata. Termino vitæ appropinquante; cum per 18. dies ſteriſſet nullo cibo ſumpto; & omnes ad ſe venientes; & de ſuo receſſu ſorores cōfortaret; apparēte ſibi prius beata Virgine cum exercitu virginum; & ad cęleſtia inuitante; Fratre Iunipero ioculatore Chriſti, de ipſo domino Ieſu melliflua eructante; fęliciſsima eius anima carne dimiſſa; cum ſponſo ſuo Chriſto ad cęli gaudia, ipſis æternaliter potitura aſcendit. Mors B. Claræ.

Quartumdecimum. Quomodo extitit canonizata. Morte S. Claræ audita dominus Papa Alexander quartus; vna cum Cardinalibus ad monaſterium ſanctæ Claræ pergens; ex prius ab ipſo viſis; ac miraculis ibidem, ea mortua, diuina virtute patratis; voluit eam catalogo ſanctorū aſcribere; ſed prohibente domino Oſtię ſe; miſſa de mortuis cantata; ipſe Papa cum Cardinalibus, & alijs prælatis; exequias ipſius celebrarunt. Verum poſt duos annos miraculis maximis patratis ab ipſa: vt ipſe Papa ponit in bullis ſuæ canonizationis; ſanctorum catalogo eam aſcripſit. Et licet innumera ſint ipſius B. Claræ miracula: vnum referam quod audiui ab illo, cui euenit. Cum nonnulli de ciuitate Piſana irent Sardiniam; ſuperueniente horribili maris tempeſtate cum tenebroſa noctis obſcuritate; ac vi tēpeſtatis, naui aperta in fundo; omnes in naui exiſtentes videntes ſibi mortem adeſſe; cęperunt ſuffragia virginis, & ſanctorum, cum lachrimis flagitare; ſed cum minimè exaudirentur; beatam Clarā cęperunt inuocare promittentes, quod pro liberatione ſua diſcalciati, & in camiſia cū corrigia ad collū; ac vno cereo vnius libræ in manibus; ipſius de Piſis Eccleſiam viſitarent; ſtatim facto voto, tria lumina de cœlo deſcenderunt; vnum ſe poſuit in prora nauis; aliud in pupi; tertium ad ſentinam deſcendit nauis, & foramen clauſit, per quod aqua intrabat maris; & facta eſt tranquilitas in mari; & cum vento proſpero iſta tria lumina nunquam eos dimittendo, vſque Areſtanum ipſa nocte ierunt: In cuius portu cum eſſent; & omnes homines in terra, & mercantiæ de naui amotæ; videntibus omnibus; lumina illa tria diſparuerunt; &

nauis abſorta eſt ab aquis: Ipſi vero homines Piſas reuerſi votum perfecerunt.

Aliud narro miraculum: quod patens eſt toti ciuitati Florentiæ. Nam cum ſoror beatæ Claræ Agnes ſupradicta abbatiſſa fuiſſet ſororũ monaſterij de Mõtecellis prope Florentiam; prima ipſa à dicto monaſterio recedente; ante mortem ſanctæ Claræ Aſsiſium eſt reuerſa; ac ipſius interfuit morti: cui & B. Clara prædixit: quod ipſam in breui ſequeretur per mortem, quod & factum eſt: non enim multo poſt mortem ſanctæ Claræ & ipſa beata Agnes eius ſoror fęliciter in domino obdormiuit. Hæc ſiquidem poſt obitum ſanctæ Claræ velum nigrum, quod ipſa B. Clara in capite dum viueret deferebat; dictis ſororibus de Montecellis ex charitate, & dilectione, quam ad eaſdem cõceperat, & in memoriam ſui, & ipſarum deuotionem deſtinauit. Hoc ſiquidem velum in monaſterio prædicto habetur, & ita integrum ſine defectu aliquo perſeuerat: ac ſi nouiter eſſet factum, cum vela aliarum propter tincturam de nigro ſtatim corrumpantur, & tabeſcant. Iſtud ſiquidem velum cum mantello B. Franciſci, qui ibi etiam habetur; impoſitum pueris patientibus litargicam paſsionem ſuper caput; curantur, & adeo hoc eſt notum; vt omnes infantes de Florentino comitatu illuc perducantur, & curentur: Et non eſt annus, in quo vltra ducenti pueri illuc non deferantur: & quaſi omnes curentur. Nec eſt hoc nouum; cum pluſquam per centum triginta annos, & vltra durauerit, & durat continue.

Multa alia per orbem per ſanctæ Claræ ſuffragia; fiunt miracula; quæ ad præſens omitto.

B. Agnes ſoror ſanctæ Claræ qualis fuerit.

Fuit alia in ordine ſanctæ Claræ domina ſanctitatis, & virtutis ac miraculis inſignis; eius videlicet ſanctę Clarę ſoror Agnes vocata: Quę ſicut carne fuit ſanctæ Claræ ſoror; ſic & perfectione: Quæ non poſt multum temporis à morte ſanctæ Claræ ſuperuiuens; & ipſa ad Chriſtum pergens, in argumentum ſanctitatis, & ſi non ſit canonizata in terris; ſignis tamen innotuit mundo glorioſis. Hæc iacet Aſſiſij in eccleſia ſanctæ Clarę.

Fuit in hoc ordine alia ſancta ſoror videlicet ſoror Hortolana mater ipſius ſanctæ Claræ, & Agnetis ſupradictarum; quę in perfectione, & ſignis in vita & poſt mortem conſimilis fuit filiabus.

Fuit alia in hoc ordine inſignisſima genere, & ſanctitate, ſcilicet ſancta Agnes de Boemia filia Orechi regis Boemię, nupta Imperatori Federico 2. & ſi non fuerit ab eo traducta, hæc ſiquidem Agnes audita fama ſanctæ Claræ: quæ adhuc viuebat; & hoc ab illis qui veniabant de Roma & Aſsiſio (cœleſti aflata ſpiritu) patrem dulciter alloquẽs, deprecata eſt, vt ipſam ſponſo cœleſti, & non terreno permitteret famulari. Sed patre differente, propter timorem Imperatoris: cui erat in ſponſam promiſſa, dare aſſenſum, Dei famula patri promiſit, quod ſecure daret aſſenſum; quia Ieſus Chriſtus in hoc ipſum iuuaret. Tandem habito conſenſu patris, virgo Dei Agnes, pro fratribus minoribus, qui iam in Maguncia erant, miſit: qui ad ipſam accedentes, eam cum multis alijs principiſsis, & inſignibus dominabus, domino cõſecrantes, habitum religionis impoſuerunt; & iuxta regulam à ſede Apoſtolica ſanctæ Clarę, & ſuis datam, degere inſtruxerunt.

Agnes filia Orechi Regis Boemię, cum alijs Dominabus fit ſoror.

Et cum pater eius rex Orechus vellet ſibi, & ſororibus magnos redditus deputare noluit: ſed de eleemoſynis, quas fratres pro ipſis acquirebãt, voluit quamdiu, vixit victitare. Et ſic vſque hodie in ciuitate Plangenſi, vbi dicta Agnes fuit monialis, ſorores illæ, & ſi nobiliſsimæ ſint, & multæ in numero; non poſſeſsiones, ſeu redditus habẽt; ſed ſola eleemoſyna viuunt, eis per fratres acquiſita.

Mundi abdicationem factam ab ipſa ſancta Agnetę, ſponſus Federicus Imperator dum audiuit, pauliſper turbatur; ſed ipſam agnoſces Chriſto deſponſatam, conſolatus eſt dicẽns; quod ex quo nõ terreno homini, ſed domino Deo erat nupta, ſibi erat placitum, & acceptũ: quia ab ea non erat contemptus propter hominem, ſed propter Deum.

Huius B. Agnetis famam B. Clara cum audiſſet, per nuncios; quos ipſa ſanctæ Claræ direxerat, dominum Deum laudauit; & dictę ſanctę Agneti aliqua miſit videlicet Pater noſter, velum, ſcutellam, in qua ipſa S. Clara comedebat, & ciphum; & nonnulla alia: quæ cum ſumma deuotione, ab ipſa ſancta Agnete ſunt ſuſcepta: per quę Deus multa ſigna fecit meritis B. Clarę: Quæ omnia auro, & gemmis ornata, in dicto monaſterio reſeruantur.

Huius fama reboante per Alamaniam multiplicari cęperunt monaſteria; & multę filiæ Ducum Comitum Baronum, & aliorum nobiliũ de Alamania mundum deſerentes, exemplo beatæ Clarę & Agnetis ſponſo cęleſti ſunt iunctæ, ipſi ſine crimine famulando.

Iſta ſiquidem Agnes vita clara, & ſignis, poſtquàm multas in ſuo monaſterio ſorores congregauerat, ac vitam cęlibem in præſenti peregerat, ad ſponſum ſuum Chriſtum pergens, per ipſum Chriſtum pluribus eſt ſignis mirificata: vſque enim in hanc diem miraculis corruſcat maximis.

Mors & miracula beatæ Agnetæ.

Imperatorem Carolum quartum Romanorũ, & Boemiæ regem, bis à mortis faucibus liberauit; & dimiſit filio ſuo regi Romanorum, & Boemię, domino Vinzeſlao, vt totis viribus pro eius laboraret canonizatione: qui alijs intentus, & prępeditus, hoc ſuum velle non adimpleuit.

Fuit etiam alia ſoror ſancta in hoc ordine de domo regali Poloniæ, beata Salome: quæ qua-

Soror Salome, &

eius miracula. lis fuerit in vita, miracula ſacra per ipſam, tã in vita, quàm poſt mortem oſtendunt.

Hæc ſi quidem mortuos ſuſcitauit, Pauonem a cane interfectum ad vitam reduxit.

Vulneratis ad mortem dedit ſanitatem.

Cæcos illuminauit,

Contractos erexit.

Et à partus periculo mulieres liberauit.

Soror Helena qualis fuerit. Fuit etiam alia in iſto ordine ſoror Sancta Helena de Padua; quæ fuit monialis in monaſterio exteriori de Arcella: quod monaſterium B. Franciſcus ędificauit: & in dicto monaſterio ſanctus Antonius noſter Deo ſpiritum reddidit. In dicto monaſterio fuit ſoror, & monialis prædicta: quæ maximis florens virtutibus, a domino velut aurum per patientiam, fuit comprobata. Iacuit enim priuata omni virtute corporis, & linguæ bene per annos 16. Quæ geſtu corporis, & ſignis maximam in talibus prętendebat hilaritatem. Huic Deus multa reuelauit; quæ ipſa ſororibus enarrauit; & ea ſcripta Paduæ habentur; quæ dum eſſem in eodem loco, uidi. Verum cum petijſſem a ſororibus, quomodo illa ſine lingua potuit reuelare Reſponderunt ſorores, quod hactenus ob ſilentium obſeruandum, nõ lingua ſed nutibus loquebantur, & talibus nutibus, & ſignis omnia exprimebant: quæ loqui uolebant: & ſic faciebat prædicta ſoror beata.

Huius corpus oſtendunt ſorores integrum venientibus illuc; cum tamen ſit lõgum tempus, quod mortua eſt. Et quod maius eſt: ita ſibi creſcunt capilli, & vngues, ac ſi viueret. Vnde tondent ſorores prędicta; & prædeuotione largiuntur petentibus.

Ipſa multis claruit & claret miraculis. Ipſa enim quemdam nobilem marchionem delupis de Parma dominum Bonifacium, in articulo mortis poſitum (emiſſo voto ab eius uxore pro eo) ad ſanitatem perfectam reduxit. Et plura alia miracula fecit.

Alia ſoror Clara. Fuit etiam alia ſoror ſancta, nomine Clara in monaſterio de Viterbio: quæ multis, & magnis claret ſignis. Cuius corpus eſt integrum, & capilli capitis, & vngues ita creſcunt ſibi, ac ſi viueret.

In pluribus alijs monaſterijs eiuſdem ordinis fuerunt ſorores ſanctitate, & miraculis claræ: de quibus longum eſſet narrare, præſertim cũ ad facta noſtri ordinis, & beati Franciſci attendam principaliter. Quibus patet per quot ſanctimonia, hic ordo decoratur.

Clarę virginis ordo floruit ſanctitate nobilitate, ac multitudine monacharum. Secundo hic ordo excellentia, & nobilitate inſignitur. In hoc ſiquidem ordine multæ fuerunt ingniſsimæ dñę, & illuſtriſsimæ. Nam de domo Franciæ plures fuerunt, & ſpecialiter domina ſoror Blanca filia Regis Philippi Pulchri Regis Francorum primogenita ipſius: cui de iure Francorum regnum debebatur.

De domo imperiali. ſ. Auſtrię dominus Rodulfus Rex Romanorum, tempore fratris Ieronymi tunc ordinis generalis miniſtri, & deinde ſummi pontificis, filiam ſuam dedit, & poſuit in ordine ſanctę Claræ.

Domina ſoror Agnes, de qua dictum eſt ſupra nupta Imperatori Federico ſecundo (mũdo relicto) facta eſt ſoror ſanctæ Claræ.

Domina Conſtantia neptis Imperatoris Federici, & vxor Regis Aragoniæ Petri, habitum ſumpſit beatę Clarę.

Domina Regina Sancia vxor regis Roberti, poſt eius mortem ſtatim facta eſt ſoror ſanctę Claræ.

Rex Petrus Trinacrię in monaſterio ſanctę Clarę de Meſſana, duas habuit filias.

Domina Ioanna vxor regis Nauarę fuit ſoror ſanctę Clarę in monaſterio de Pariſiis.

Domina Regina Helionora Portugalię eſt ſoror in Caſtella ſanctę Clarę.

Domina ſoror Clara filia. D. Ioan. Franciſci Marchionis Mantuę.

Quot vero alię fuerint, & ſint filię Ducum, Comitum, Principum, baronum, & nobilium patet.

De monaſterio de Buda in Vngaria.

De monaſterio Capi regis de Auſtria.

De monaſterio in ciuitate Pragę de Boemia.

De monaſterio ſanctę Clarę in Neapoli.

De monaſterio de Pariſijs in Francia.

De monaſterio de Petris albis in Aragonia, & ſic de alijs monaſterijs non poteſt effari. Quare de nobilitate, & excellentia poteſt hic ordo commendari.

Tertio hic ordo poteſt commendari de multitudine, & affluentia ſororum per Dei gratiam: per omnes partes Chriſtianitatis, hic ordo diffuſus reperitur, & multitudine ſororum copioſa, inuenitur dilatatus; vt patet cuilibet clarè hoc intuenti; Poteſt ergo dici de B. Clara illud ſapientię. O B. Clara multę filię, ideſt ſanctę dominę congregauerunt diuitias, ideſt cœnobia; ſed tu ſupergreſſa es vniuerſas. Sicut ordo à Chriſto fuit mittendus, expetitus à patre. ſ. ordo minorum: ſic à filio fuit per beatam Virginem expetitus ordo ſanctę Clarę. Et ſicut ordo minorum in principio paruulus ſuper omnes alios (diuina gratia) excreuit: Sic & ordo ſanctæ Claræ eſt nunc multitudine copioſa, per orbem diffuſus. Quibus ſuccinctè apparet gloria beati Franciſci hunc ordinem ſic diſpoſitum, inſtituentis, & quomodo fęcundatus fuit prefatis.

De tertio ordine.

Tertius B. Franciſci ordo dicitur fratrũ de pœnitentia, vt ſicut pœnitentia omnes amplectitur; ſic ordo ipſius B. Franciſci omnibus gñibus hominum, videlicet virginũ, vidua-

viduarum,& coniugatorum diſponitur iſte,& ordinatur, qui à B. Franciſco circa tempora quatodecimi anni à ſua conuerſione, eſt inſtitutus, & ordinatus. De quo aliqua pauca ſunt enarranda. In hoc ſiquidem ordine fuerunt viri & mulieres ſanctitate conſpicui. Patet de mulieribus.

S. Heliſabeth.

Primo de ſancta Heliſabeth filia Regis Vngarię per Eccleſiam canonizata. Hæc ſiquidem quàm vitæ fuerit ſanctiſsimæ, ſaluator miraculis pluribus, cum multorum ſuſcitatione mortuorum, oſtendere eſt dignatus.

D. Humiliana.

De iſto tertio ordine B. Franciſci fuit alia ſancta domina nomine Humiliana, nobilis domina de domo Circulorum de Florentia, ſepulta Florentiæ in noſtro conuentu. Cuius ſanctitatem miracula multa per ipſam facta oſtēdūt.

S. Michelina.

Sancta Michelina de Piſauro, quæ magnis claruit, & aſsiduè corruſcat miraculis, de tertio ordine B. Franciſci ſoror fuit.

S. Margarita.

Sancta etiam Margarita de Cortona; quę multis claruit, & claret ſignis ſoror de tertio ordine fuit. Plures aliæ ſanctæ dominæ fuerunt de iſto ordine miraculis corruſcantes.

Fuerunt etiā de iſto ordine tertio plures ſancti viri, & ſi nondum canonizati.

F. Petrus Petinarius. F. Lucenſis.

Sanctus Frater Petrus Petinarius de Senis.

Sanctus Frater Lucenſis de Podio Bonizi.

Viterbij iacet alius ſanctus Frater de ipſo tertio ordine.

Sic Florentiæ iacet alius in Eccleſia noſtra.

In marchia ſunt plures de iſto ordine tertio miraculis corruſcātes. Vnde præfatis, & alijs hic ordo cum præfatus poteſt commendari de ſanctitate.

Poteſt etiam commendari hic ordo de nobilitate. Nam multi magni homines de diuerſis regnis chriſtianitatis Comites, Duces, Principes, Barones, & nobiles fuere de iſto ordine tertio beati Franciſci.

Sancta Heliſabeth, vt prædictum eſt filia Regis Vngariæ fuit de iſto ordine.

Regina Vngariæ, quæ fecit monaſterium Campi regis in Auſtria fuit de tertio ordine.

Regina Vngariæ mater Regis Ludouici, fuit de tertio ordine.

Imperatrix Romanorum domina Heliſabeth vxor Imperatoris Caroli quarti fuit de tertio ordine B. Franciſci. Multæ aliæ fuerunt, & ſunt per Chriſtianitatem dominæ ſingulariſsimæ; Deo ſub habitu iſto tertij ordinis, & domino famulantes.

Eſt etiam hic ordo magnus quo ad numerum hominum & mulierum; & ſi hactenus maior fuerit. Inſuper hic ordo, vt rectus bonus, & ſanctus per Romanam Eccleſiam eſt approbatus; Et regulam habuerunt à Papa Nicolao quarto, & plurium ſummorum Pontificū gaudent priuilegijs conceſsis.

Præfatis de ordine minorum primo; De ordine ſororum ſecundo; Et nunc de ordine tertio Fratrum, & ſororum de pęnitentia, apparet declarata ſecūda pars iſtius octaui fructus, & conformitatis, videlicet Franciſcus fęcundatur. ſ. filijs, fratribus, diſcipulis, & ſocijs. Et quia fęcunditate in imitatoribus; quam habuit in terris ſingulariſsimam, quo ad ordines omnium beatorum, ſublimatus eſt in Eccleſia militanti: ſic ipſorum aſſociatione, à ſanctis, & beatis laudibus talium glorificatione extollitur, & commendatur in Eccleſia triumphanti. Vt enim patet ex dictis. De primo ordine. ſ. minorum, & de duobus alijs. B. Franciſcus habuit quoſdam in ordine patriarcharum.

Tres Patriarchæ primi.

Primi Patriarchę tres ad inſtar Abraā, Iſaac, & Iacob ſunt ipſe beatus Franciſcus: ſanctus Antonius, & frater Bernardus de Quinta valle: quorum verbis, vita, & exemplis generatus eſt, & progenitus ordo minorum.

Duodecim Patriarchæ

Duodecim Patriarchæ ſunt 12. primi fratres, videlicet. Petrus Cathanij, Egidius, Sabbatinus, Morichus, Philippus Longus, Siluester, Ruffinus, Ioannes de ſancto Conſtantio, Barbarus de Viridante, Bernardus Guilielmus Anglicus, & Maſſeus de Marignano: per iſtos enim velut beati Franciſci Patriarchæ filios cæteri fratres ortum habuerunt ex vitę ſanctitate, regimine, & exemplaritate.

Qui fuerint in ordine Prophetarum.

In ordine Prophetarum, plures fuerunt, videlicet. Frater Egidius, Leo Electus, Guido de Senis, Tobias, Guido de Bolſena, Ioannes de Aluerna, Donatus de Ferraria, Nicolaus de monte Iouis, Gerardus de Valētia, Philippus Aquerij, Gulielmus de Burgundia. Rodoricus de Hiſpania, & ſic de multis alijs, vt ſupra eſt dictum: qui ſpiritum propheticum habuerunt: ſicut probatum eſt euidentia ſpeciali.

Qui fuerint in ord. Apoſtolorum.

In ordine Apoſtolorum, duodecim apoſtoli fuerunt. 12. primi B. Franciſci ſocij Euangelicam aſſumentes, vitam tenentes, & ſeruantes, nec apicem de obſeruantia Euangeli dimittendo.

Septuaginta duo: immo vltra. 300. ſunt ſancti fratres ſuperius memorati per omnia vitam Ieſu Chriſti proſequentes, & doctrinam: vt ipſorum patet geſtis.

Multi in ord. Martirum.

In ordine Martirum, multi ſunt: & vltra octuaginta ſuperius memorantur: cum tamen ſint innumeri alij; Martirio, non gladio ſolo: ſed crucis baiulatione in ſuis corporibus, digni à Deo habiti; & vt martires coronati.

Multi in ord. Pontificum.

In ordine Pontificum, multi habentur ſancti fratres. vt patet de ſancto Ludouico epiſcopo Tholoſano. De ſancto fratre Ioanne Petian, Archiepiſcopo Cantuarień. De ſancto fratre Leone Archiepiſcopo Mediolanenſi. De ſancto fratre Gualterio Epiſcopo Pictauień. De ſancto Antonio fratre Archiepiſcopo Duratij.

tij. De ſancto fratre Ricardo epo Armelech, & ſic de alijs.

In ordine Confeſſorum non pontificum, ſunt vltra 300. vt ſuperiora oſtendunt.

In ordine Anachoritarum, ſunt fratres Lucidus. Iuniperus. Petrus de Monticulo, Scuſus, & ſic de alijs.

In ordine doctorum, ſunt, et fuerunt fratres ſancti.ſ.magiſter Alexander de Ales. Magiſter Ioannes Gualenſis.B. Antonius. Lucas eius ſocius : & ſic de alijs.

In ordine. Virginum, multi fuerunt ſancti, qui fuerunt virgines puriſſimi; ſicut.B. Antonius, frater Ruffinus, frater Ioannes de Aluerna, ꝙ ſic de alijs. Et ſpecialiter in ſecundo ordine ſororum,& Tertio, multi ſunt, & fuerunt carnis immunditias omnino neſcientes.

In ordine coniugatorum,& matrimonij continentia ſingulari, ſunt illi de Tertio ordine: qui licet nonnulli eorum vxorati permaneãt, tamen continenter viuunt; & ſic ipſorum prædeceſſores fuere.

In ordine Electorum, meritis. B. Franciſci,& ſuorum fratrum, & aliorum ſuorum ordinum prædicatione, vita, & exemplo, infiniti quaſi ſunt ſaluati; prout pluribus viſionibus eſt conſpectum. Quibus patet.B. Franciſcum eſſe, & fuiſſe tam in cœlo, quam in terra fecundatum gradibus cunctis ſanctorum,& ſanctitatibus: vt in ſuo ordine; & in alijs duobus ordinibus ſit verificatum : vt ſupra dictum eſt verbum
Ephe. 5. Apoſtoli. Ipſe.ſ.Chriſtus dedit.B. Franciſco: quoſdam apoſtolos : quoſdam prophetas; alios euangeliſtas : alios paſtores, & doctores. Et ſic etiam clarè lucet ex ſupradictis. Et quod de toto gremio Eccleſię eſt dictum per
1.Cor. 12. Apoſtolum. Alij datur ſermo ſapientiæ. Alij ſermo ſcientiæ. Alij fides. alij gratia ſanitatum. alij operatio virtutum. alij prophetia. alij diſcretio ſpirituum. alij genera linguarum. alij interpretatio ſermonum. In ordinibus.B. Franciſci præfatis eſt completum. Ex dictis ſupra apparet, ꝙ ſi gloria patris eſt filius ſapiens ad gloriam eſt B.Franciſco tot habuiſſe.& habere filios,& filias ſapientia, & ſanctitate conſpicuos, & ornatos. Apparet etiam declaratio iſtius octaui fructus, & conformitatis, quo ad ambas partes.ſ. Ieſum cætus proſequitur Franciſcus fecundatur. Ad laudem Ieſu Chriſti & B.Franciſci Amen.

NONVS FRVCTVS, ET CONFORMITAS.

Ieſus legem dat populis. Fran. regulator.

Expoſitio primæ partis.ſ.Ieſus legem dat populis.

REctor, conditor, & gubernator omnium creaturarum ſupercęleſtium terreſtrium, & infernorum Ieſus Chriſtus cũ ſit, & lege eius, ſic omnia moderantur, & ordinãtur, adeo, ꝙ nihil in toto poteſt eſſe inordinatum.ſ. in ordine vniuerſi. Et ſi talia diuina gubernantur lege, vtputa inſenſibilia, & ſenſibilia ratione carentia, à fortiori ipſe Angelus,& homo pręceteris conditis digniores. Sed quomodo ipſi ſpiritus Angelici diuina lege gubernantur: quia non eſt pręſentis ſpeculationis, nihil ad pręſens eſt dicendum. Sed de diuina lege circa homines, qualiter, & quomodo ſe habeat, eſt breuiter videndum: quia hic fructus, quo ad primam partem hoc aſſerit dicens: ꝙ dominus Ieſus legem dat populis. Et pro eius euidentia eſt ſciendum, ꝙ Saluatori noſtro à patre tranſmiſſo tradita eſt omnis poteſtas in cęlo, & in terra:& conſequenter, nihil eius imperium præterfugit cum lege. Nam attingit à fine vſque ad finem fortiter; & diſponit omnia ſuauiter. Circa tamen hominem, & eius ſalutem: cum propter hoc incarnari ſibi complacuit, & paſsionari, eius principaliter cõſiſtit ordinatio, & regulatio: vt ſuis pręceptis homo ſe voluntariè ſubdendo, & legibus optatam percipiat aliquando ſalutem. Quapropter ipſe Rex regum & dominus dominantiũ ſaluator noſter, homini volenti ire per viam, quę ducit ad vitam, in ſacro Euangelio leges promulgat, quaſdam generaliter, & alias diuerſis conditionibus, & ſtatibus tradendo ſpecialiter. Hinc eſt, ꝙ, vt prædicta videantur de eius legibus.

Primo videndum erit in generali.

Secundo in particulari; quibus viſis declaratio patebit iſtius noni fructus, & conformitatis, quò ad eius primam partem, videlicet. Ieſus legem dat populis.

Pro cuius euidentia eſt aduertendum, ꝙ Saluator noſter,& ſi multas in Euangelio ponat leges prout ſancti referunt Euangeliſtę: principaliter tamen Euangeliſta Matthęus in ſuo Euangelio, à capitulo quinto, vſque ad ſeptimum incluſiuè nonnullas recitat: per quarum obſeruantiã ad gloriam homo pertingit æternam. Et legum à ſumma ſapientia Chriſto ꝑ ſalute noſtra promulgatarum. Leges, quibus hó ad æternam gloriam ꝑuenit.

Prima eſt de abdicatione voluntaria, & mentali terrenorum dicens. Beati pauperes ſpiritu, non neceſsitate, ſed ſpontè, & propter Chriſtum: quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Matth. 5.

Secunda lex eſt de tranquilla conuerſatione, vt ſit mitis couerſatione, vt ipſe Chriſtus. Et Moyſes de quo habetur. Et ideo iſtam legem promulgando dicit.Beati mites: fructum, ſicut in prima ponit,& pręmium dicens. Quoniam ipſi poſsidebunt terram ſcilicet viuentium: vt dicit Pſal. Matth. 11. Num. 12.

Tertia lex eſt de habenda triſtitia pro elongatione à patria cęleſti dicens: cum Pſal. Heu mihi: quia incolatus meus prolongatus eſt.

Et ipſius patrię deſiderio, & anhelatione dicens. Beati qui lugent præmium obſeruantibus eſt. Ipſi conſolabuntur.

Quarta lex eſt de in vera iuſtitia permanſione, & exercitatione dicens: Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, ideſt, vt Deo, ſibi, & proximo, quod decet fiat: præmium ſubiungit, ꝙ tales ſaturabuntur: de qua dicit Pſal, Saturabor cum apparuerit gloria tua.

Quinta lex eſt de miſeratione dicens: Beati miſericordes: ſubdit præmium: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Sexta lex eſt de pacis procuratione, & in ſe pacis retentione dicens: Beati pacifici, ideſt, qui pacem hũtes in ſe: vt alij habeant totis viribus faciunt: præmium eorum eſt: quoniam filij Dei vocabuntur.

Septima lex eſt de interna munditia; & ſui à peccato præſeruatione dicens. Beati mundo corde: præmium eorum eſt: quoniam ipſi Deũ videbunt.

Octaua lex eſt de aduerſorum ſupportatione dicens. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: præmium ſubdit: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et aduerte, quoniam in præfatis ad obſeruantiam dictarum legum, cuilibet præmium annectit in generali dicens, obſeruatores beatos; & deinde exprimit in particulari dicens: præmium competens cuilibet eorum: vt patet intuenti, vt oſtendat, ꝙ in cuſtodiendis illis retributio multa, vt dicit Pſal. vt præmio conſiderato ad obſeruandum quilibet animetur.

Nona lex eſt de exempli exhibitione, vt videlicet: Luceat lux noſtra, ſcilicet per operis virtuoſitatem. Coram quibus? ſcilicet coram hominibus. Quo ſine? vt glorificent patrem, qui ſcilicet fecit nos virtuoſos.

Decima lex eſt de proximi informatione: & hoc dupliciter primo opere, ſecundo verbo. Qui fecerit ſic (inquit) & docuerit magnus vocabitur in regno cęlorum.

Vndecima lex eſt de proximi dilectione, vt non ſolum non occidat: ſed nec corde iraſcatur, aut voce dicendo: Racha ſeu Fatue, eum turbet.

Duodecima lex eſt de fraterna reconciliatione dicens. Si offers munus tuum ad altare (& ſequitur) vade prius recõciliari fratri tuo &c. Ratio, quia tale ſacrificium Deo non placet, ſed cor humiliatum, vt dicit Pſal.

Tertiadecima lex eſt de peccati vitatione, vt non ſolum opere: ſed nec viſu, mulierem ad eam concupiſcendam homo inclinetur.

Quartadecima lex de vita ordinanda dicens: quod ſi oculus ſcandalizat te, uel manus; & ſic de alijs membris, amoueantur debita correctione.

Quintadecima lex eſt de uerborum modeſta, & circunciſa locutione, dicens. Non ſolum nõ iurare: ſed nec ſermonem ultra eſt, eſt: non non: proferas.

Sextadecima lex eſt de debita, iuratione: quia cum aliquando liceat, ut ſaluator dicit: tamen vanè, & ſine cauſa non eſt faciendum.

Decimaſeptima lex eſt de animi imperturbatione: vt ſi inferantur aduerſa, non reddant malum pro malo. Et qui eum percuſsit in unam maxillam: imperturbatus animo præbeat ei & aliam.

Decimaoctaua lex eſt de delictorum declinatione: ut tunicam det, & palium dimittat: ut ſic à malo declinet: Et angarianti eum per paſſus, libenter eum comitetur per iter.

Decimanona lex eſt de inimicorum adamatione; ut ipſos diligat corde, ore, & opere: ut filius exiſtat patris cœleſtis.

Vigeſima lex eſt de habenda recta intentione dicens. Ne faciat iuſtitiam ſuam coram hominibus, ut videatur ab eis: eleemoſynam, & alia.

Vigeſimaprima lex eſt de oratione, quid cauendum: quia multiloquium: quid dicendũ: Matth. 5. quia pater noſter, qui es in cœlis. Supradicta habentur. Matth.

Vigeſimaſecunda lex eſt de totali affectione in cœlo ponenda: quia theſaurizate vobis in cœlo: & ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum.

Vigeſimatertia lex eſt de tota fiducia in Deũ Matth. 6. proijcienda dicens. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Matth. 6.

Vigeſimaquarta lex eſt de falſi iudicij euitatione dicens. Nolite iudicare, & non iudicabimini: Matth. 7. & qualiter: ibidem oſtendit cauſam, uel modum.

Vigeſimaquinta lex eſt de diuinorum abſconſionem: quæ Deus nobis reuelat canibus non ſunt tradenda, & peccatoribus: & rationem dicit ſaluator.

Vigeſimaſexta lex eſt de diuinæ gratiæ, & miſericordię impetratione dicens: Petite, & dabitur nobis: quærite, & inuenietis.

Vigeſimaſeptima lex ex de ſingulari conuerſatione: ut omnia faciant alijs: quæ ſibi ab alijs volunt rependi, & fieri.

Vigeſimaoctaua lex eſt de pœnitentiæ operatione, & executione per anguſtam portam, ideſt pœnitentiam intrare debemus: vt per eã ad uitam intremus æternam.

Vigeſimanona lex eſt de ſollicita ſui cuſtoditione: attendendo à falſis prophetis ideſt cõptis palio, & colore quocunque ipſum decipere nitentibus.

Trigeſima lex eſt, de fidei ſinceritate, & firma permanſione dicens: omnem talem ſapientẽ, qui domum ſuam ſupra petram Chriſtum locauit, prædicta habentur. Matth. 7.

Trigeſimaprima lex eſt de ſui abnegatione dicens.

Matth. 16. cens, Qui uult uenire poſt me, abneget ſe-
metipſum &c.
Trigeſimaſecunda lex eſt de ſui perfecta imi-
Matth. 11. tatione dicens. Tollite iugum meum ſuper
nos, & diſcite a me: quia mitis ſum, & humilis
corde &c.
Trigeſimatertia lex eſt de fraterna correctio-
Matth. 18. ne, Si peccauerit in te frater tuus, uade, & cor
ripe eum inter te, & ipſum ſolum &c.
Trigeſimaquarta lex eſt de bonorum conceſ-
Matth. 10. ſorum a Deo proximo grata diffuſione. Gra-
tis accepiſtis, gratis date.
Trigeſimaquinta lex eſt de corporali debita
Matth. 10. recreatione, Dignus eſt operarius mercede
ſua &c.
Trigeſimaſexta lex eſt de prouidentia in agen
Matth. 10. dis & ordinatione. Eſtote ergo prudentes ſi-
cut ſerpentes &c.
Trigeſimaſeptima lex eſt de fuga, & abſcon-
Matth. 10. ſione. Si vos perſequentur in vna ciuitate, fu-
gite ad aliam &c.
Trigeſimaoctaua lex eſt de inuerecunda boni
Matth. 10. operatione Omnis qui confitebitur me corã
hominibus, Confitebor, & ego eum &c.
Trigeſimanona lex eſt de animatione ad bo-
Matth. 10. num. Qui vos recipit, me recipit, & recipit eũ,
qui me miſit &c.
Quadrageſima lex eſt de ſanctifica hominis
Matth. 22. perfectione. Redite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari:
& quę ſunt Dei Deo. Multæ aliæ ſũt ex dictis
domini Ieſu leges accipi: quibus homo ad per
fectionem tendens, ordinatur debite, & regu-
latur. Et ſic patet de legibus ſaluatoris in ge-
nerali.

VIdendũ eſt nunc ſecundo, quomodo in
ſpeciali ſuis legibus homines regulat
diuerſorum graduum, & ſtatuum. Ordinat
enim ſuis legibus.
Matth. 22. Primo principes eis dans legem dicens. Redi-
te, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei
Deo.
Matth. 5. Secundo præſides dans legem eis dicit. Niſi
abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcriba-
rum, & phariſeorum, non intrabitis in regnũ
cœlorum. Attendite, ne iuſtitiam veſtram fa-
ciatis corã hominibus, vt videamini ab eis &c.
Matth. 5. Tertio Iudices, quibus dans legem dicit. Non
Luc. 6. veni legem ſoluere, ſed adimplere. Nolite ſe-
cundum faciem iudicare: ſed vero iudicio iu
dicate &c.
Quarto iuriſperitos: quibus dans legem dicit.
Matth. 5. Qui fecerit, & docuerit, magnus uocabitur
Matth. 10. in regno cęlorum. Nolite cogitare quomodo,
aut quid loquamini; dabitur enim uobis in il
la hora, quid loquamini.
Quinto conſiliarios; dans eis legem & dicens.
Matth. 5. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tuni
cam tuam tollere, da ei, & pallium.
Sexto theſaurarios, dãs eis legem: & dicit eis.
Matth. 5. Qui petit à te da ei, & volenti mutuare à te ne
auertaris. Eſtote miſericordes ſicut, & pater Lucę 6.
veſter cęleſtis, miſericors eſt.
Septimo curiales quibus dans legem, dicit il-
lud. Eſtote perfecti, ſicut, & pater veſter celę- Matth. 5.
ſtis, perfectus eſt. Et omni petenti te, tribue. Lucæ 6.
Octauo milites quibus dans legem, dicit illud
ego dico uobis, non reſiſtere malo, & Nolite Matth. 5.
timere eos, qui occidunt corpus; animam au- Matth. 10.
tem non poſſunt occidere &c.
Nono populares, & plebanos eis dans legem.
Diligite inimicos ueſtros &c: Quicunque fece Matth. 5.
rit uoluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, ip- & 12.
ſe meus frater, ſoror, & mater eſt, & ſi dimiſe- Matth. 6.
ritis hominibus peccata eorum; dimittet &
vobis pater veſter cęleſtis peccata veſtra &c.
Decimo dominos per reſpectũ ad ſeruos dãs
eis legem & dicens illud. Miſertus dominus Matth. 18.
ſerui ꝑ dimiſit eum, & debitum dimiſit illi.
Principes gentium dominantur eorum, & le- Matth. 20.
quitur, Qui uoluerit inter uos primus eſſe, erit
ueſter ſeruus.
Vndecimo ſeruos per reſpectum ad dominos
dans eis legem. Sufficit ſeruo, ut ſit, ſicut do- Matth. 10.
minus eius. Et illud. Quis putas eſt fidelis ſer Lucæ 12.
uus, & prudens: quem conſtituit dominus ſu-
per familiam ſuam. Beatus ille ſeruus, quem cũ
venerit dominus eius inuenerit ſic facientem,
ſuper omnia bona conſtituet eum.
Duodecimo patres ad filios, dans eis legem,
& dicens illud. Qui amat filium, aut filiam pluſ Matth. 10.
quam me, non eſt me dignus.
Decimotertio filios ad patrem, dans eis legẽ.
Honora patrem tuum, & matrem tuam &c. & Matth. 15.
Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, & 10.
non eſt me dignus, & ſi quis uenit ad me, & Lucę 13.
non odit patrem ſuum &c. non poteſt meus eſ
ſe diſcipulus.
Quartodecimo fratres adinuicem, dans eis le-
gem, & dicens illud. Vade reconciliari fratri Matth. 5.
tuo &c. Et omnes uos fratres eſtis, & patrem Matth. 18.
nolite uocare uobis ſuper terram.
Quintodecimo coniuges dans eis legem, di-
cit eis illud. Non mechaberis, & qui uiderit Matth. 5.
mulierem ad concupiſcendum eam, iam me-
chatus eſt eam in corde ſuo. Et Quos Deus Matth. 19.
coniunxit, homo non ſeparat. Et qui dimiſe Matth. 5.
rit uxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis,
facit eam mechari.
Decimoſexto fideles dans eis legem. Lucerna Lucæ 12.
corporis tui eſt oculus tuus &c. & Prout uul- & 6. & 17.
tis, ut faciant uobis homines, & uos facite eis.
Si habueritis fidem, ut granum ſinapis &c.
fiet uobis.
Decimoſeptimo cõciues, dans eis legem dicit
eis illud. Eſto conſentiens aduerſario tuo, dũ Matth. 5.
es in uia cum illo. Et omne regnum in ſeipſum Lucæ 11.
diuiſum deſolabitur.
Decimooctauo amicos dans eis legem, & di
cens illud. Quęcunque uultis, ut faciant uobis Matth. 17.
homines, & uos facite eis.

Decimo-

Decimonono ſocios:quibus dans legem dicit
Matth. 18. Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quancunque petierint:fiet eis à patre meo.

Vigeſimo uiros prouectos:dans eis legem di-
Matth. 10. cit.In uiam gentium ne abieritis. Et Luc. 10.
Lucæ 10. & 21. Videte,& cauete uobis ab auaritia &c.Et Cauete uobis &c.

Vigeſimoprimo mulieres deuotas: dans eis le
Lucæ 9. gem dicit illud . Optimam partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea.

Vigeſimo ſecũdo ętates, dans eis legem dicit,
Matth. 11. quòd hos pater familias operarios ducit in uineam ſuam. Sed præ alijs paruulos, commen-
Matth. 19. dat dicens . Sinite paruulos venire ad me:talium eſt enim regnum cœlorum.

Vigeſimotertio nobiles ; dans eis legem dicit
Ioan. 8. illud. Nolite dicere patrẽ habemus Abraham
Matth. 18. &c. & Vnus eſt pater neſter, qui eſt in cœlis.

Vgeſimoquarto diuites: dans eis legem dicit
Matth. 6. illud.Non poteſtis Deo ſeruire,& mamonæ.&
Matth. 5. Beati miſericordes , quoniam ipſi miſericor-
Matth. 19. diam conſequentur.& ſi vis perfectus eſſe,uade,& uende omnia,quæ habes, & da pauperibus &c.

Vigeſimoquinto pauperes: dans eis legem di-
Matth. 5. cit illud . Beati pauperes ſpiritu &c. Et Bea-
Lucæ 6. ti pauperes quoniã veſtrum eſt regnum Dei.
Matth. 8. Et ſe habere paupertatem aſſerit dicens . Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos ; filius autem hominis nõ habet, vbi caput ſuum reclinet.

Vigeſimoſexto pœnitentes : dans eis legem di
Matth. 30. & 9. cit eis pœnitentiam agite &c.Veni vocare peccatores ad pœnitentiam &c.

Vigeſimoſeptimo peccatores : dans eis legem
Lucæ 9. & 5. dicit illud.Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,& Deus propitius eſto mihi peccatori.

Vigeſimooctauo nubentes: dans eis legem di
Matth. 8. cit illud . Qui nubent , ſint tanquam non nubentes.

Vigeſimonono uiduas:eis dans legẽ,dat exem
Lucæ 21. plum viduæ ponentis duo minuta in gazofilacium:quia animam, & corpus Deo debet tradere : vt habeat ab ipſo fructum ſexageſimũ.

Trigeſimo virgines : dans eis legem , dicit il-
Matth. 19. lud.Sunt eunuchi,qui ſe caſtrauerunt propter
Matth. 25. regnum cœlorum , & Exemplum , & normam dat uirginum prudentum .

Trigeſimoprimo proſperitatem habentes: eis
Lucæ 6. & 12. dans legem dicit illud . Væ nobis , qui nunc ridetis : qm flebitis : & Miſer hac nocte &c.

Trigeſimoſecundo aduerſitatem habentes, &
Matth. 5. patientes;legem dãs eis dicit illud. Beati, qui
Lucę 6. perſecutionem patiuntur &c. & Væ vobis,qui habetis conſolationem.

Trigeſimotertio ſanos: dans legem eis dicit il
Ioan. 5. lud.Ecce ſanus factus es,iam amplius noli peccare: ne deterius tibi contingat.

Trigeſimoquarto infirmos: dans legem eis di
cit illud. Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur,& Ego ueniam,& curabo eum. Matth. 5. & 8.

Trigeſimoquinto Epiſcopos : dans eis legem
dicit illud. Vos eſtis lux mundi,& Nolite poſſidere aurum,neque argentum &c.& ſi peccauerit in te frater tuus , vade, & corripe eũ &c. Matth. 5. & 10.& 18.

Trigeſimoſexto clericos : eis dans legem di-
cit illud. Si quis vult poſt me venire , abneget Matth. 16.
ſemetipsũ &c.& Luc. 18. Oportet ſemp orare. Lucæ 18.

Trigeſimoſeptimo religioſos: dans eis legem
dicit illud.Solue Deo uota tua &c.& Cum ieiu Matth. 5.
natis nolite fieri, ſicut hipocritæ triſtes.

Trigeſimooctauo doctores:dans eis legem di
cit illud. Non omnis , qui dicit mihi domine, domine intrabit in regnum cœlorum : ſed qui fecerit voluntatem etc. Qui fecerit, et docuerit , hic magnus uocabitur in regno cœlorum . et Væ vobis legis doctores , qui tuliſtis Matth. 7. & 5. Lucæ 11.
clauem ſapientiæ etc.et Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. et Idem . Matth. 12. Lucæ 6.

Trigeſimonono ſcolaſticos:dans eis legem di
cit illud. Omnis, qui audit verba mea,et facit ea etc.Et Qui audit,et non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper terram ſine fundamento etc. Matth. 5. Lucæ 6.

Quadrageſimo maiores : dans eis legem dicit
illud. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recum Lucæ 14.
be in nouiſſimo loco etc. Qui maior uoluerit eſſe inter vos ; erit veſter miniſter. Matth. 20.

Quadrageſimoprimo actiuos: dans eis legem
dicit illud.Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Matth. 26.

Quadrageſimoſecundo contemplatiuos:dans
eis legem,dicit illud. Conſiderate volatilia cęli etc. Matth. 6.

Quadrageſimotertio Chriſtum ſequi uolẽtes:
dans eis legem, dicit illud.Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet,nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Lucæ 14.

Quadrageſimoquarto ad cœlum ire cupiẽtes:
dicit illud. Si vis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Matth. 19.
Multæ aliæ leges domini ſaluatoris poſſunt ex ſancto Euangelio adduci ad oſtendendum omnem ſtatũ hominum , et gradum ſuis legibus regulari , et ordinari : ſed præfate ſufficiant pro pręſenti. Vnde ſaluator noſter,eſt ille ſapiens Eccleſiaſtes, qui docuit populum: Eccl. vlt.
et ſcripſit ſermones rectiſsimos , et veritate plenos . Et ſimilis non eſt in legiſlatoribus .
Beatus homo quem tu erudieris domine,et de Iob. 36.
lege tua docueris eum. Pſal. 94.
Ex præfatis apparet declarata tam in generali, quàm in particulari, prima pars iſtius noni fructus, et conformitatis videlicet . Ieſus legem dat populis. Videndum eſt amodo de parte ſecunda videlicet Franciſcus regulator.

SECVNDA PARS NONI FRVctus, et conformitatis; videlicet Franciſcus regulator. Expoſitio.

VIS O quomodo ſummus dominus,et ſaluator noſter regulat generaliter, et ſpecialiter virtuosè degere; et ad uitam æternã optantes peruenire : quod erat prima pars iſtius noni fructus , et conformitatis : Nunc generaliter uidendum eſt de ſecunda parte videlicet Franciſcus regulator.

Vbi ſciendum, quòd cum dictum ſit in præcedentibus beatum Franciſcum fęcundatum fuiſſe fratribus minoribus; ſororibus S. Claræ; et homnibus fratribus , et ſororibus de pœnitentia : Et quia non decebat tales eſſe abſque lege debita,et regula: hinc eſt,quòd diuino ſpiritu talibus ſub Franciſci regimine adunatis B. Franciſci diuino lumine illuſtratus, præfatis regulã tribuit, et modum viuendi. Et quia diſtincti fuerunt tales , quibus beatus Franciſcus fuit fæcũdatus: hinc eſt, quòd ipſe diſcretione præcipua adornatus : ſicut diuerſis , ſic diuerſas regulas tribuit , et modos uiuendi. Fratribus minoribus altiorem,et ſtrictiorem: ut pote Apoſtolorum.Sororibus vero, ut ſexu infirmioribus,dedit regulam mitiorem.At vero his de pœnitentia in mũdo conſiſtentibus, et circa temporalia occupatis,pro ipſorum ſalute , regulam ſtatuit modis ipſorum utilem, et congruentem. De quibus loquendum erit: ſed principaliter de prima regula,videlicet data fratribus minoribus : et demum de alijs. Quibus declaratis , apparebit quomodo beatus Franciſcus fuit prudens prædictorum regulator,et ordinator.

De prima regula ſuccintè uolens loqui: ut appareat qualis ſit;et quanta ipſius ſit altitudo, et perfectio : eſt notandum, qnod regula fratrum minorum qualis ſit,et quàm perfecta,ex pluribus poteſt perpendi.

Regula B. F. à quo data fuerit.

PRimo quia a Chriſto miraculosè data , et monſtrata . Vbi ſciendum quod beatus Franciſcus non ſtatim mundo abrenunciato, ſumpſit regulam Euangelicam in vinendo,immo per biennium ſtetit indutus habitu eremitico, portando corrigiam calciamenta,et baculum quendam in manibus: attamen iſto tempore eccleſias tres cępit erigere. Quo biennio completo, dum in quodam Apoſtolorum feſto, miſſam de Apoſtolis audiret , et formam intelligeret datam Apoſtolis à Chriſto in uiuendo,ac Apoſtolicæ normæ Apoſtolis datæ, ſe per omnia coaptaſſet; (ut dictum eſt fructu octauo præcedenti;) et ex tunc cępiſſet pœnitentiam , et uerbo , et factis publicè prædicare ; cum multi eius prædicatione animati , et præcipuè frater Bernardus de Quinta ualle mundum relinquere uellent , et Chriſto deſeruire , neſcientes cuiuſmodi regulam deberẽt obſeruare , et accipere , beatus Franciſcus & frater Bernardus ad eccleſiam cathedralem accedentes,primo miſſam à quodam bono ſacerdote audierunt , deinde uſque ad tertiam dominum deprecantes ; ut ſuper hoc eis ſuum beneplacitum oſtendere dignaretur , oratione completa, ſacerdos ad rogamen beati Franciſci; ſigno Crucis ſe muniens,Miſale aperuit,& librum Euangeliorum.

In cuius apertione prima occurrit illud . Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes,& da pauperibus.

In ſecunda apertione occurrit illud . Qui vult venire poſt me , abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam , & ſequatur me .

In tertia vero apertione occurrit illud. Nihil tuleritis in via . Quibus auditis , ait beatus Franciſcus ad fratrem Bernardum . Hæc eſt vita,& regula noſtra,omniumque,qui noſtræ voluerint ſocietati coniungi . Sic ergo edoctus cælitus pater beatus,regulam Euangelicam aſſumpſit.

Et cum fratres uſque ad duodenarium numerum excreuiſſent ; tunc beatus Franciſcus illuſtratus cælitus de verbis Euangelij,quandam compoſuit regulam paucis alijs ſuperadditis: quæ ad vniformem viuendi modum neceſſaria videbantur: præſuppoſita tamen pro fundamento indiſſolubili obſeruãtia ſancti Enangelij: vbi attentis , quæ ponit , & ipſius beati Fr. ignorantia : quia idiota & ſimplex:procul dubio à Chriſto eidem extitit reuelata . Sic ergo miraculosè primo facta, non minus miraculosè extitit confirmata . quod oſtendit.

Primo viſio beati Franciſci de ſummo Pontifice inclinando ad eius votum,à Deo ſibi demonſtrata, Cum enim ſocij ex ſimplicitate : ſummi Pontificis præſentiam adire formidarent,ipſi beato Franciſco,viſio eſt monſtrata, arboris magnæ celſitudinis : ſub qua cum ſtaret,& eius celſitudinem miraretur, ſubito diuina virtute tantum leuabatur in altum : vt cacumen ipſius contingeret ; eiuſque ſumma facillimè incuruaret ad ima : per quæ ſummũ Pontificem intelligens (diuina virtute) ad ſe inclinari debere: Confortatis ſocijs,cum ipſis ad dominum Innocentium tertium Romã perrexit.

Viſio etiam oſtenſa ſummo Põtifici idipſum confirmat ; qui multis negocijs occupatus ; cum beatum Franciſcum ante ſe conſtitutum cum ſocijs indignanter repuliſſet:reuelatione ſibi facta in nocte de palma inter pedes ſuos paulatim ſuccreſcente,& in arborem pulcherrimam eleuari ; & diuina luce edoctus; quòd palma ſignificaret illum pauperem, quem repulerat; de mane ipſum mandauit inquiri; & ad ſuam

ad ſuam pœnitentiam adduci.

Alia quoque viſio præfato Pontifici præoſtenſa fuit à domino, videlicet de Eccleſia Lateranenſi ruinæ iam proxima: quam quidam homo pauperculus modicus, & deſpectus proprio dorſo ſubmiſſo; ne caderet ſuſtentabat, per pauperem illum beatum Franciſcum intelligens: quæ poſtulauit, cuncta conceſsit.

Approbauit regulam ipſam, ſed non cum bulla: dedit de pœnitentia prædicanda mandatum: & ipſum ſemper ſpeciali amore dilexit.

Prima Regula B. Fr. a Chriſto eſt data.

Sic ergo conſideratis omnibus videlicet regulæ conſcriptione: Papæ condeſcenſione: & diuina præmonitione: miraculosè à Chriſto prima regula eſt data.

Verum cum dilatato iam ordine, viuendi formam per ipſum Innocētium approbatā: quia videbat eam prolixam, cuperetque ad breuiorem formam reducere, & per dominum Honorium tertium, qui Innocentio ſucceſſerat, in perpetuum facere roborari, ad hoc faciendum mira viſione à Deo fuit præmonitus: videbatur enim ſibi micas panum ſubtiliſsimas collegiſſe, multiſq; famelicis fratribus ipſum circunſtantibus debere tribuere: ſed quia propter earum tenuitatem, ne inter manus exciderent formidabat dare, vox deſuper eſt ei facta dicens: Franciſce vnam de micis omnibus hoſtiam facito, & manducare volentibus tribue. Quod eo faciente, quicunque non deuotè recipiebant, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti notabiles apparebant. Sed cum viſionem præfatam bene beatus Franciſcus minimè intelligeret, & vigil eſſet in oratione, vocem de cœlo dilapſam audiuit dicentē. Franciſce micæ noctis præteritæ, verba ſunt Euangelica: hoſtia eſt regula: lepra iniquitas. Qua viſione beatus Franciſcus præmonitus, aſſumptis duobus ſocijs, fratre videlicet Leone, & fratre Bonizo de Bononia, ad montem Fontis Polumbæ, iuxta Reate perrexit; vbi pane tantum contentus, & aqua, ieiunans, regulam fecit ſcribi, ſecundū, quod oranti ſibi, diuinus ſpiritus ſuggerebat: Quam cum de monte deſcendens, ſeruandam fratri Eliæ ſuo Vicario tradidiſſet: Ille ea perlecta, cum ſibi non placeret, ipſam deſtruxit dicens ſe per incuriam eam perdidiſſe, ſeu amiſiſſe. Sed iterato vir ſanctus ad montem rediens præfatum, & ieiunans, eam ad inſtar prioris, ac ſi ex ore Dei verba ſuſciperet illico reparauit, & per dominum Honorium octauo ſui Pontificatus anno (vt optauerat cōfirmari) obtinuit. Sic ergo viſione micarum, & hoſtiæ, & intelligentia ipſarum, inſtitutione regulæ primo, cum reparatione eiuſdem facta ſecundario, apparet inſpicienti regulam minorum miraculosè factam; & à Chriſto ipſi beato Franciſco monſtratam.

Secundo præclaritas regulæ minorum apparet: quia à Chriſto inſtituta, & ordinata. Vbi ſciendum, ꝙ cum beatus Franciſcus regulam vicario traditam, & amiſſam, iterato vellet reparare, frater Elias, qui regulam viderat, & tenorem ſciebat, miniſtris notificauit beatum Franciſcum, talem regulam velle facere: qui ad ipſum congregati, inducebant fratrem Eliam ipſius beati Franciſci vicarium: vt ad ipſum iret, & ſibi diceret pro parte ipſorum, ꝙ regulam ipſam faceret pro ſe, & non pro eis: quia ad ipſam nolebant eſſe obligati. Sed frater Elias timens beati Franciſci reprehenſionem, reſpondit eis, ꝙ ire nolebat: ſed inſtantibus ipſis, ꝙ iret, dixit ſe nolle ire ſine ipſis, & tunc omnes ſimul iuerunt. Cunq; eſſet frater Elias propè locum vbi erat beatus Franciſcus, vocauit ipſe frater Eelias beatum Franciſcum: qui reſpondens, & videns prædictos miniſtros, dixit. Quid volunt iſti fratres? Et frater Eelias reſpondit. Iſti ſunt miniſtri: qui audientes, ꝙ facis nouam regulam; & timentes, ꝙ facias eam nimis aſperam, dicunt, & proteſtantur, ꝙ nolunt eſſe obligati ad eā: facias eam pro te, et non pro eis. Quo audito, vertit faciem ſuam beatus Franciſcus ad cœlum, et loquebatur Chriſto ſic. Domine non ne bene dixit tibi: ꝙ ipſi non crederent mihi? Tunc audierunt omnes vocem Chriſti reſpondentem in aere: Franciſce nihil eſt in regula de tuo: ſed totum eſt meum quicquid ibi eſt. Et volo, ꝙ regula ſic ſeruetur ad literam, ad literam, ad literam, ſine gloſa, ſine gloſa, ſine gloſa. Et addidit Chriſtus. Ego ſcio quantum poteſt humana fragilitas, et quantū volo eos iuuare: qui ergo nolūt eam ſeruare, exeant de ordine. Tunc beatus Franciſcus vertit ſe ad illos fratres, et dixit eis. Audiſtis? Audiſtis? Vultis, ꝙ iterum faciam vobis dici? Tunc miniſtri ſeipſos inculpantes, confuſi, et territi receſſerunt. Quibus verbis non ſolum patet, ꝙ regula noſtra eſt à Chriſto inſtituta, et ordinata, ſed etiam primum pręmiſſum, ꝙ ab ipſo, eſt beato Franciſco data, et monſtrata. Sed iſtud ſecundum clarius patebit ex dicendis: vbi oſtendetur, quomodo ipſe Chriſtus multos, vt iſtum ordinem introirent, clementius induxit. Sic ergo apparet ex dictis, quali modo eſt confecta regula noſtra; quam profitemur: quia. ſ. ieiunio, et oratione. Quali in loco: quia in monte. Quali auctore, quia videlicet, domino Ieſu Chriſto eā beato Franciſco reuelante: vnde ad inſtar legis Moyſi ieiunio in monte, et Deo dictante facta eſt, et data. *Quo in loco data fuit Regula B.F.*

Et ſicut lex Euangelica, de qua eſt regula iſta (vt ſtatim dicetur) confecta ordinata, et promulgata eſt à Chriſto ſtante, ſedente, et docente in monte; *Matth. 5.* ſic regula fratrum minorum facta eſt à beato Franciſco ſtante, et reſidente in monte, et Chriſto ſibi eam reuelāte. Patet etiam præfatis ipſius regulæ præeminentia, et excellentia; quia Chriſto dictante: Frā

ciſco orante, et ieiunante, facta, habitaque, et Chriſto inclamante de cœlo ſe eam feciſſe, et ſic velle ſtare veridice declarante. Quare nullus ipſam debet infamare: vt inobſeruabilē, ſicut faciunt plerique; quia Chriſtus qui omnia nouit, & quantum poteſt homo, ipſam ordinauit, & ſic eſſe voluit.

Nullus eam ſuſpectam debet habere velut falſam: ut hominem non valentem deducere ad perfectionem: quia Chriſtus perfectionis caput, ipſam compoſuit, & dictauit.

Nullus debet eam abijcere, ſed reuerentia ſumma ad ipſam affici, conſiderato auctore ſcilicet Chriſto, reſeratore, ſ. Frãciſco, & ſcriptore ſocio ſancto, ſcilicet fratre Bonizo, vel Leone.

Nullus debet dubitare, eam non eſſe à Chriſto: quia coram tot miniſtris, & fratribus Chriſtus ſe eam feciſſe aſſeruit; & beatum Franciſcum nihil in ea de ſuo poſuiſſe. Vnde Papa Honorius, qui eam confirmauit: cum de vno cap. regulæ cum beato Franciſco loqueretur, reſpondit ipſe beatus Franciſcus: Ego verba illa in regula non poſui, ſed Chriſtus: qui omnia vtilia, & neceſſaria ſaluti animarũ, ac fratrum, & bono ſtatui, & conſeruationi religionis melius nouit. Cuique omnia, quæ ventura ſunt in Eccleſia, & religione noſtra patent, & præſentia ſunt. Non ergo debeo, nec poſſum Chriſti verba mutare. Quapropter beatus Franciſcus ad regulæ obſeruantiam inducendo fratres, dicebat ſe in regula nihil poſuiſſe ſecundum induſtriam propriam, ſed omnia ſic ſcribi feciſſe, ſicut ſibi fuerant diuinitus reuelata.

De hac ſiquidem regula teſtãtibus fratribus Bonizo, & Leone, qui fuerunt in monte, quãdo beatus Franciſcus eam habuit à Chriſto, & quando Papa Honorius eam confirmauit, Papa ipſe Honorius dixit: Beatus ille, qui gratia Dei roboratus, hanc regulam fideliter, & deuotè ſeruauerit: quoniam omnia, quę in ea ſcripta ſunt, ſancta, & catholica ſunt, & perfecta. Patet ergo, quomodo à Chriſto regula noſtra eſt ordinata.

TErtio, qualis ſit regula noſtra patet: quia ipſa eſt in ſancto Euangelio fundata; quod patere poteſt, tam de prima regula, quæ tota eſt (vt intuentibus apparet) ad literam de Euangelio aſſumpta, quàm de ſecunda, & ſi in ſecunda non omnia verba ad literam ſint de Euangelio: ſententia tamen ab Euangelio eſt extracta: ſicut clarè patet inſpicienti regulam ſecundam. & ſanctum Euãgelium, in quatuor Euangeliſtis contentum, & expreſſum. Et vt hoc videatur, vidẽda ſunt capitula regulę ſuccincte, & quomodo ab Euãgelio ſint extracta.

Primum regulæ Capitulum.

REgula & vita &c. viuendo in obedien- Matth. 16.
tia. hoc extrahitur ab illo loco. Si quis
vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &
tollat &c.
Sine proprio. Sumitur ab illo verbo. Si vis Matth. 19.
perfectus eſſe; vade, & vende omnia, quæ ha-
bes &c. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti Matth. 19.
ſumus te, &c.
In caſtitate, ſumitur ex illo. Sunt eunuchi, Matth. 18.
qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorũ,
& ex illo loco. Si quis venit ad me, & non Lucæ 13.
odit patrem ſuum, &c. & vxorem &c.
Frater Franciſcus promittit obedientiam do-
mino Papæ, ſumitur ex illo loco. Tu es Pe- Matth. 16.
trus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccle-
ſiam meam, & Ioan. Petre paſces oues meas, Ioan. 21.
& Matth. Quæcunque vobis dixerint faci- Matth. 24.
te &c. Nolens obedire Imperio ſacerdotis Deut. 17.
moriebatur: Deutro.
Succeſſoribus eius canonicè intrantibus. In-
trantibus ſumitur ex illo loco. Ioan. Qui aſcẽ- Ioan. 10.
dit aliunde, ille fur eſt, & latro &c.
Eccleſiæ Romanæ, ſumitur ex illo loco. Luc. Lucæ 22.
Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.

Secundum regulæ Capitulum.

SI qui voluerint hanc vitam, &c.
Mittant eos, exemplo Chriſti mittentis
leproſos ad ſacerdotes: vt patet in multis lo-
cis Euangelij.
Miniſtros, hoc nomen miniſtri ſumitur ex il-
lo loco Matth. Qui maior eſt veſtrum: erit mi- Matth. 22.
niſter veſter. & Luc. Ego in medio veſtrum Lucæ 22.
ſum ſicut, qui miniſtrat.
Diligenter examinent. ſumitur ex illo loco
Ioan. Credis tu in filium Dei? Et Ioan. Credis Ioan. 9.
hoc? Ait dominus Marthæ. Ioan. 11.
Vſque in finem. ſumitur ex illo loco. Mat. Qui Matth. 5.
perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.
Vxores non habent, vel ſi habent. ſumitur ab
illo Luc. Si quis venit ad me, & non odit pa- Lucæ 13.
trem, & vxorem. & Math. Qui reliquerit do- Matth. 9.
mum, vxorem &c.
Vadant & vendant. ſumitur ab illo Mat. Va- Matth. 9.
de, & vende omnia, quæ habes, & da pauperi-
bus &c.
Ne ſolliciti ſint. ſumitur ex illo Mar. Nolite Matth. 6.
ſoliciti eſſe animæ veſtræ &c. & nolite ſollici-
ti eſſe de craſtino.
Mittens manũ ad aratrum. hoc habetur Luc. Lucæ 9.
Habeant vnam tunicam. ſumitur ex illo loco.
Luc. & Matth. Dominus Apoſtolis mandauit: Matth. 10.
vt non haberent duas tunicas &c.
Anno probationis trahitur exemplo ficulneę
quam Dominus incidi mandauerat &c. Mat. Matth. 21.
Veſtimentis vilibus. ſumitur ex illo Mat. Qui Matth. 11.
mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt.

Et poſsint portare calciamenta. ſumitur ex il
Mar. 6. lo Mar. quod habebant Apoſtoli ſandalia.
Matth. 7. Non iudicent. ſumitur ex illo Mat. & Luc. No
Lucæ 6. lite iudicare &c.
Sed iudicent ſemetipſos. ex illo exemplo pu-
blicani: qui oculos non audebat &c. dicens
Matth. 6. Deus propitius eſto &c. Et Mat. Dimitte no-
bis debita noſtra.

Tertium regulæ Capitulum.

Clerici faciant diuinum officium. ſumi-
Matth. 4. tur ex illo Mat. Dominum Deum tuum
Matth. 21. adorabis, & illi ſoli ſeruies, & ex illo Mat. Pue
ri in templo clamabant. Oſanna &c. & cum Pe
Matth. 16. tro laudem dicere. Tu es Chriſtus filius Dei
Matth. 6. viui Mat.
Dicant pater noſter. hoc ſumitur Matth. Cum
oraueritis dicite Pater noſter.
Ieiunent. ſumitur exemplo Chriſti, qui ieiuna
Matth. 4. uit Matth. & ex illo Matth. hoc genus demo-
Matth. 17. niorum eiicitur ieiunio, & oratione.
Tempore manifeſtè neceſsitatis. ſumitur ex il
Matth. 12. lo Mat. quòd diſcipuli neceſsitate ſpicas &c.
quod alias non licuiſſet.
Matth. 5. Non litigent ſumitur ex illo Matth. Ego au-
tem dico non reſiſtere &c.
Matth. 5. Nec contendant verbis. ſumitur ex illo Mat.
Qui vult contendere tecum &c. dimitte &c.
Nec alios iudicent. hoc habetur vt dictum eſt.
Lucæ 6. Luc. & Matth.
Matth. 7. Sed ſint mites. Matth. Beati mites.
Matth. 5. Pacifici Matth. Beati Pacifici.
Matth. 5.
Matth. 27. Manſueti. ex illo Matth. Non audis quanta ad
uerſum te dicunt teſtimonia &c. Ieſus non re-
ſpondit &c.
Matth. 11. Humiles Mat. Diſcite a me: quia mitis ſum &
humilis.
Honeſte loquentes. ſumitur exemplo Chriſti:
qui in medio doctorum ſtabat, & mirabantur
ſuper doctrina, & reſponſis eius.
Ioan. 4. Non debeant æquitare. ſumitur ex illo Ioan.
Ieſus fatigatus ex itinere non equitauit: ſed
ſedebat ſuper fontem. Nec æquum aſcendit
Matth. 21. dum venit Ieruſalem, ſed aſinum Matth.
Lucæ 10. Dicant pax huic domui. Ad litteram habetur
Luc.
Luc. 10. De omnibus cibis: habetur Luc.

Quartum regulæ Capitulum.

Precipio firmiter &c. Denarios, vel pecu-
Matth. 10. niam. ſumitur ex illo Mat. & Luc. Nolite
Lucæ 9. poſsidere aurum nec argentum &c.
Matth. 21. Miniſtri; vt ſupra Mat. & Luc.
Lucæ 22. Cuſtodes. habetur ex illo Luc. Samaritanus,
Lucæ 10. qui cuſtos interpretatur habuit curam de vul
Ioan. 17. nerato. Et Ioan. Quos dediſti mihi cuſtodiui,
nec perdidi &c.
Lucæ 22. Præter denarios, vel pecuniam. ab illo Luc.

Quando miſsi vos per mundum &c. Nunquid
aliquid defuit vobis? dixerunt nihil.

Quintum Capitulum regulæ.

Fratres, quibus dedit dominus gratiam
laborandi laborent. Ab illo Matth. Quid Matth. 20
hic ſtatis tota die ocioſi? ite in vineā meā. &c.
Sanctæ orōnis. Luc. Oportet ſemper orare: & Lucæ 18.
Matth. Orate & vigilate &c. Spiritum nō ex- Matth. 26.
tinguant, ex illo. In ſpiritu oportet eum ado Ioan. 4.
rare &c. Cui debent tēporalia. ex illo Matth. Matth. 6.
Primum quærite regnum Dei &c.
De mercede laboris recipiant. Ex illo Matth. Matth. 10.
Dignus eſt operarius mercede ſua.

Sextum Capitulum regulę.

Fratres nihil ſibi approprient, & ſumi-
tur ex illo Matth. Chriſtus dicebat. vul- Matth. 8.
pes foueas habent &c.
Filius autem hominis non habet vbi caput
ſuum reclinet.
In paupertate: Matth. Beati pauperes ſpiritu Matth. 5.
humilitate, Siquis humiliauerit ſe ſicut par-
uulus iſte &c. Matth. Matth. 18.
Pro eleemoſyna confidenter: ſumitur Chri-
ſti exemplo: qui triduo quo in templo fuit: ſti
pem oſtiatim quæſiuit: vt dicit Bernardus,
etiam ipſa beata Maria, & Apoſtoli: pro elee-
moſyna iuerunt: vt dicit beatus Franciſcus in
prima regula, & de eleemoſynis vixerunt.
Se fecit pauperem Pſal. Pauper ſum ego &c.
Matth. 8. vbi caput reclinaret non habuit. Matth. 8.
Hæc eſt illa celſitudo, quę vos hęredes Matth. Matth. 19.
Centuplum accipietis, & vitam &c. Reges.
Luc. Ego diſpono vobis regnum &c. Lucę 22.
Nihil imperpetuū habere: Matth. & Luc. No- Matth. 10.
lite poſſidere aurum &c. Lucæ 9.
Diligere. Ioan. In hoc cognoſcent omnes ꝙ Ioan. 13.
diſcipuli mei eritis: ſi dilectionem habebitis
&c. & Luc. Et tu aliquando conuerſus con- Lucæ 22.
firma fratres tuos: qui ſunt fratres ſpiritua-
les.
Debent ei ſeruire: hoc ſumitur Matth. Omnia Matth. 7.
ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homi-
nes, & vos facite illis.

Septimum regulæ capitulum.

Si qui fratrum inſtigante: hoc ſumitur Lu Lucæ 7.
cæ, vbi ponitur, ꝙ dominus graniora dę-
monia ſuę curationi reliquit: vt patet de lu-
natico: quem diſcipuli curare non potuerūt.
Cū miſericordia iniungant: habetur ex illo. Matth. 9.
Diſcite quid eſt miſericordiam volo, &c. &
ſequitur. Veni vocare peccatores &c. & Ioā. Ioan. 5.
Vade, & amplius noli peccare.
Si presbyteri non ſunt, iniungi faciant: hoc ex
illo accipitur Ioan. ꝙ ſolis Apoſtolis, quos ſa Ioan. 21.
cerdotes

Matth. 27. cerdotes fecerat. Dedit poteſtatem ligandi atque ſoluendi.
Lucæ 5. Ne iraſcantur, ex illo Luc. accipitur, ꝙ irati phariſæi, & charitatem non habentes: dominum præcipitare voluerunt.

Octauum regulæ capitulum.

Vniuerſi fratres &c. hoc accipitur ex illo Ioan. Fiet vnū ouile, & vnus paſtor,
Ioan. 10. Matth. 19. & Matth. Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.
Lucæ 11. Ne per oppoſitum dicatur illud Luc. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur &c.
Seruum totius fraternitatis: ſumitur ex illo
Matth. 20. Matth. Qui maior eſt veſtrum, erit veſter miniſter.
Ioan. 6. Teneantur firmiter obedire. Ex illo Ioan. Deſcendit de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me.
Lucæ 10. In ſimul conuenire: ex illo Luc. habetur. Reuerſi ſunt ſeptuaginta cum gaudio &c.
Ad cōmunem vtilitatem fratrum: ex illo quod
Matth. 25. habetur Mat. Serue male, & piger: ſequitur. Tollite ab eo talentum &c.

Nonum regulæ Capitulum.

Fratres non prædicent &c. hoc habetur
Matth. 10. Mat. & Luc. Qui non ſuſceperint vos, exi
Lucæ 10. te inde &c. & Mat. Non reſiſtere malo &c.
Matth. 5. Et nullus fratrum populo. Ab exemplo Ioannis Baptiſtæ Luc. ſuper quo factum eſt verbū
Lucæ 3. domini: & tunc venit ad prędicandum & Luc.
Lucæ 4. Matth. 4. & Matth. Baptizatus Ieſus, & ſpiritu ſancto plenus: & poſtquàm ieiunauit incępit prædicare.
Matth. 15. Examinata Matth. Si cæcus cæco ducatum pręſtet &c.
Matth. 12. Et caſta: ex illo Matth. Bonus homo de bono
Matth. 15. theſauro cordis ſui profert bona &c. Et Mat. De corde exeunt cogitationes malæ &c.
Ad vtilitatem & ædificationem populi: ex il-
Matth. 10. lo Mat. Ieſus miſit prædicare, & curare infirmos &c.
Annunciando: hoc accipitur ex ſerie omniū Euangeliorum.
Matth. 5. Virtutes: Matth. & Luc.
Lucæ 5. Vitia: Matth. Pœnam & gloriam: Matth.
Matth. 23. Matth. 25.

Decimum regulæ Capitulum.

Fratres, qui ſunt miniſtri moneant: hoc habetur Matth. Corripe inter te, & ipſum ſo-
Matth. 18. lum &c.
Matth. 23. Non præcipientes: hoc habetur Matth. Imponunt onera importabilia ſuper humeros ho-
Matth. 6. minum &c. & Matth. Anima plus eſt, quàm
Matth. 24. corpus &c. & Matth. Si quis uobis dixerit ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere: Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere: & Matth. Quare diſci- Matth. 15.
puli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum &c. Reſpondit Ieſus. Quare & vos tranſgredimini mandata Dei &c.
Vnde firmiter pręcipio: ab illo Matth. Qui fe- Matth. 7.
cerit voluntatem patris mei &c.
In omnibus, quæ promiſſerunt: habetur Mat. Matth. 5.
Redde Deo vota tua.
Ad ſuos miniſtros. ſumitur exemplo Centurionis: qui ad Chriſtum accedens non fuit repulſus, ſed ſuſceptus. Matth. 8.
Nam miniſtri ſunt ſerui: ex illo Matth. acci- Matth. 20.
pitur. Qui maior eſt, erit veſter ſeruus.
Caueant ab omni ſuperbia: ex Matth. accipi- Matth. 23.
tur. Amant primos recubitus &c.
Vanagloria: ex illo Mat. Canunt tuba & cap. Matth. 6.
Omnia opera ſua faciunt &c. & ſequitur. vos & 23.
autem nolite uocari &c.
Inuidia: ex illo Matth. Ve vobis. & ſequitur. Matth. 23.
Qui clauditis cœlum &c.
Auaritia: ex illo Matth. uel Luc. Date, & dabi- Matth. 6.
tur vobis, & Matth. Diues difficile intrabit in Lucæ 6. Matth. 19.
regnum cœlorum & Luc. Vę uobis diuites. Lucæ 6.
Cura & ſollicitudine: habetur Matth. Nolite Matth. 6.
ſoliciti eſſe &c.
Detractione: ex illo Matth. In principe demo- Matth. 10.
niorum eicit demonia: & Mat. Et verbis tuis Matth. 12.
iuſtificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis &c.
Et murmuratione: ex illo Mat. Murmurabant Matth. 20.
aduerſus patremfamilias, & ſequitur reprehēſio. Amice non facio tibi iniuriam & cætera.
An oculus tuus nequam eſt &c.
Ne ſcientes litteras; exemplo Apoſtolorum qui illiterati fuerunt ex ſtudio humano: & tamen Deus dedit illis ſenſum, vt intelligerent Lucæ vlt.
ſcripturas Luc. vltimo.
Spiritum domini: ex illo. Ioan. Mittam vobis Ioan. 5.
à patre ſpiritum veritatis, & ſequitur. Docebit vos omnia.
Sanctam operationem, habetur ex illo Ioan. Ioan. 6.
Operamini cibum, qui non perit: ſed permanet in vitam æternam.
Orare Matth. Orate ne fiat fuga veſtra &c. Matth. 24.
Luc. Oportet ſemper orare, & non deficere. Lucæ 13.
Puro corde. Ex illo Matth. Beati mundo cor- Matth. 5.
de: quoniam ipſi Deum videbunt.
Habere humilitatem. ex illo Luc. Qui ſe hu- Lucæ 14.
miliat exaltabitur, & Lu. Exaltauit humiles. Lucę 1.
Patientiam. ex illo. Luc. In patientia veſtra Lucæ 21.
poſſidebitis animas veſtras.
In perſecutione: ex illo Matth. Beati qui per- Matth. 5.
ſecutionem patiuntur, &c.
Diligere Matth. Diligite inimicos veſtros. Matth. 5.
Qui autem perſeuerauerit: Matth. Habetur. Matth. 10.

Vndecimum regulę capitulum.

Pręcipio firmiter fratribus ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierū: ex illo

Matth. 5. illo accipitur. Si quis viderit mulierem ad cō
cupiſcendum eam, iam mechatus eſt eam, in
Matth. 6. corde ſuo. & Matth. Si oculus tuus ſimplex fue
& 18. rit &c.
Ne ſcādalum: ex illo. Vę homini illi per quē
ſcandalum venit &c.

Duodecimum Capitulum regulæ.

QVicunque diuina inſpiratione voluerint
Matth. 10. ire inter infideles: ſumitur ex illo. Ec-
ce ego mitto vos ſicut oues in medio luporū.
Et Chriſtus, vt habetur ibidem, elegit duode-
cim Apoſtolos, & miſit eos prædicare &c. Et
Lucæ 10. Luc. Deſignauit dominus Ieſus, & alios ſeptu
ginta duos &c. Et ideo dicitur. Qui diuina in
Matth. 28. ſpiratione voluerint ire. Iuxta illud Matth.
Ite in mundum vniuerſum, & prædicate &c.
Niſi quos viderint idoneos ad mittendū: Chri
ſti exemplo ſumitur: quia non omnes miſit,
ſed primo duodecim Apoſtolos: & deinde ſe
ptuaginta alios diſcipulos, & fructus talium
Matth. 10. dicitur Matth. 10. Qui confitebitur me corā
hominibus, confitebor & ego eum coram
patre meo.
Matth. 7. Petant à domino Papa: ex dicto Matth. Peti-
Ioan. 16. te, & accipietis, & Io. Quicquid petieritis pa
trem in nomine meo dabit vobis.
Matth. 7. Stabiles in fide: ex illo Mat. Fides tua te ſal-
uum fecit: & fundantes domum ſupra firmā
petram.
Matth. 5. Quæ promiſsimus obſeruemus: Matth. Red-
des autem Deo vota tua.
Ex multis alijs verbis Euangelij prædicta re-
gula poſſet dici aſſumpta: ſed ſufficiant prę-
fata. Ex dictis ergo apparet: quod regula fra-
trum minorum de Euangelio eſt extracta. Et
quod ſic ſit, patet auctoritate Eccleſiæ in decreta
libus. De verborum ſignificatione. Exijt qui
ſeminat. Et ſunt verba domini Papæ Nicolai
tertij in declaratione regulæ. Vbi ſic dicitur
de regula fratrum minorum. Ipſa eſt euange
lico fundata eloquio: vitæ Chriſti roboratur
exemplo. ac fundatorum militantis Eccleſiæ
Apoſtolorum: ſermonibus actibuſque firma-
tur, quo teſtimonio nihil maius: Vt ipſa re-
gula tota oſtendatur Euangelica, in princi-
pio habetur. Regula & vita minorum fratrum
hæc eſt. ſ. domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum
Euangelium obſeruare, & in fine. Sanctum
Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, quod
firmiter promiſsimus obſeruemus. Vnde hæc
regula præ omnibus alijs eſt differens in hoc:
quia nulla ſic incipit, ut iſta: nec ſic termina-
tur, ut detur intelligi quod nulla eſt ſic Euan-
gelica: ut hæc regula benedicta. Oſtenditur au
tem, quod ipſa ſit vita Apoſtolorum, & con-
ſequenter domini noſtri Ieſu Chriſti: quia ſi-
cut duodecim fuerūt Apoſtoli: ſic in ipſa ſunt
duodecim capitula. Et ſicut ſeptuaginta duo
fuerunt Chriſti diſcipuli: vt habetur Luc. Sic Lucæ 10.
ſeptuaginta duo verſus ſunt in regula beati
Franciſci. Quibus merito patet, quod ipſa eſt
vita Chriſti, & Apoſtolorum: ac in ſacro fun-
data eloquio. Et ideo dicebat beatus Franci-
ſcus in ſuo teſtamento: quod Deus reuelauit
ſibi, quod viuere deberet ſecundum formam
ſancti Euangelij, ſicque uoluit, ut facerent alij
fratres. Et dicebat ipſe beatus Franciſcus, con
tra quoſdam ordinis miniſtros, non creden-
tes ſe teneri ad obſeruantiā perfectionis Euā-
gelij. Immo vt ſciant omnes fratres ſe teneri
ad obſeruandam perfectionem Euangelij. Vo
lo, quod in principio, & in fine regulæ ſit ſcri-
ptum, quod fratres teneantur ſanctum Euan-
gelium domini noſtri Ieſu Chriſti firmiter ob
ſeruare. Et vt fratres ſemper ſint inexcuſabi-
les, ex quo eis annunciaui, & annuncio ea, quę
dominus pro ſalute mea, & ſua poſuit in ore
meo, volo ipſam oſtendere operibus coram
Deo, & (ipſo cooperante) in perpetuum ob-
ſeruare. Vnde ipſe ad litteram totum Euange-
lium obſeruauit, à principio, ex quo cępit ha-
bere fratres, uſque in diem mortis. Sed an ad
totam obſeruantiam ſancti Euangelij tenean-
tur fratres, dicetur ſtatim.

QVarto regula noſtra eſt ab Eccleſia, &
per ſummos Pontifices approbata.
Dominus Innocentius tertius primam regu- Regula fratrem min. approbatio.
lam approbauit ſed non cum bulla.
Dominus vero Honorius dicens regulam à do
mino Innocentio tertio approbatam: ipſam
confirmauit, & de hoc bullam fieri mandauit.
Dominus Nicolaus tertius regulam approba-
tam, & confirmatam ab Honorio tertio, & bul
latam: ipſe confirmauit, & approbauit, & ip-
ſam regulam declarauit, quæ declaratio in ſex
to habetur decretalium, ſub titulo de verbo
rum ſignificatione Exijt.
In ſignum vero approbationis vlterioris, eſt
declaratio ipſius regulæ per ſummos Pontifi-
ces facta, videlicet Gregorium nonum. Inno-
centium quartum. Alexandrum quartum. Ni-
colaum tertium. Clementem quintū, & Ioan-
nem vigeſimum ſecundum, de quibus dicetur
ſtatim. Qui regulam declarantes, eam per Ec
cleſiam ſolemniter approbatam oſtenderunt,
Ac priuilegiorum multiplici communitione,
& exemptione eam obſeruantium, hoc aſtrui-
tur euidenter.

QVinto qualis ſit ipſa regula patet, quia
eſt per ſummos Pontifices declarata, vt
dictum eſt, dicti ſummi Pontifices eam decla-
rauerunt, Aliqui plura capitula ſeu paſſus, & Regula fratrum min. per ſummos Pontif. declarata.
aliqui pauciora, prout oſtendam nūc in hoc,
videlicet paſſu.
Verum quia multa alia ſunt in regula, quæ ex-
poſitione indigent, quæ per dictos Pontifices,
non ſunt declarata, nec tacta, & tempore fra-
tris Aimonis generalis, cuſtos Pariſienſis, vide
licet

licet frater Giahfredus; cum quatuor magiſtris, ſcilicet Alexandro de Ales. Ioanne de Rupella; Roberto de Baſcia; & Rigaldo regulam ipſam, quo ad aliqua declarauerunt.

Magiſter etiam Ioannes Pecian, qui fuit poſtea Archiepiſcopus Cantuarienſis in ſua Apologia: cap. 10.

Frater Vgo ſanctus frater de digna Prouincia prouinciæ, pręfatorum quattuor magiſtrorum innixus declarationi regulam totam expoſuit, declarationibus Papalibus, tẽpore ſuo editis adiunctis. Hinc eſt, quod in expoſitione aliquali regulæ, & declaratione, primo ſummorum Pontificum eſt ponenda declaratio; & demum in alijs paſſibus dictorũ expoſitio. Sed ante pro aliquali regulæ declaratione, & dicendorum, eſt ſciendum, ꝙ vita Euangelica, & ſi à Chriſto inſtituta, & per Apoſtolos, & diſcipulos eius fuerit perfectiſsimè obſeruata (faciente ſatore) malorum tamen oblitterata manebat in mũdo, hinc eſt, ꝙ Ieſus Chriſtus patri ſupplicauit, vt ſibi aliqui darentur, qui eſſent crucis ſuę baiuli, id eſt vitæ ſuę perfecti imitatores: cui pater annuens, Franciſcũ dedit cum ſuo ordine; vt de hoc dictum eſt ſupra fructu ſecundo, & conformitate. Quare volens Chriſtus Saluator ſuam vitam, & paſſionem mundo declarare, & renouare, Franciſcũ cum ſuo direxit ordine: qui crucis Chriſti, id eſt vitę ipſius aſſumpto vexillo, in mundum ꝓgredientes, vitam pro obſeruantia aſſumpſerunt Euangelicam; prout præfata oſtendunt: ipſamque primo operibus, demũ verbis mũdanis patefacere ſtuduerunt. Et vt indubia fides B. F. principaliori daretur à cunctis, & ſi pręuia reuelatione de aſſumptione vitæ Euangelicæ à Xpo fuerit præmonitus; poſt tñ ſuſceptionẽ vitæ Euãgelicæ, bulla ſtigmatũ Chriſti, ab ipſo eſt cõſignatus, vt poſt ipſius vitã, & regulam, ire tutiſsimum à fidelibus putaretur, & teneretur. Quod cum crucifixi Saluatoris in fine vitę ſuæ ſit facta; ac vitæ Chriſti perfectio ſit in crucifixione compendioſè reſerata, beatique Franciſci ſtigmatizatio ſit facta iuxta finem vitæ ſuę: & poſt regulæ confirmationem, & inſtitutionem (loquendo de regula de qua ad præſens eſt ſermo) indicium eſt B. Franciſcum Euangelium, & vitam Chriſti ſeruaſſe; & in ipſa regula talia præfata poſuiſſe, & deſcripſiſſe.

Arguit idipſum amor, & affectus, quem ipſe Chriſtus habuit, & habet, ac oſtendit ad hũc ordinem: ſicut infra in hoc fructu tangitur.

In fornace huius mundi, cum tota vniuerſitate fidelium, pertres pueros deſignatos, fidem ſanctæ trinitatis habentes: ſtant tres ordines. Et quartus adiungitur: quia videlicet, poſt Baſilij regulam. Auguſtini, Benedicti: Quarta eſt addita. ſ. Beati Franciſci: quæ eſt ſimilis per omnia filio Dei, obſeruando præcæteris: quæ ipſe filius Dei Ieſus Chriſtus ordinauit, & ſeruauit. Similis beato Frãciſco, & ſuo ordini, non eſt inuentus: qui ſeruaret ad literam legem excelſi.

Regula hęc, quàm ſit ſalutifera, ſanctitas ꝓclamat obſeruantium.

Quàm ſit rationalis, Chriſti inſtituentis ſapiẽtia oſtendit.

Quàm ſit expetenda, celſitudo hominum ſub hac Deo ſeruientium, indicat.

Quàm ſit Autentica, Apoſtolica declarat authoritas.

Quàm ſit fructifera, multitudo fratrum ſub ea, Chriſto degentium, demonſtrat.

Quàm ſit contra tria vitia. ſ. ſuperbiæ, auaritiæ, & inmunditiæ: quibus mundus inficitur: patet ex contentis in regula.

Quàm ſit ſpiritualis, patet quia hominẽ totũ eleuat à terrenis, & ſuſtollit ad contemplanda diuina.

Quàm pacificam vitam reddat humanam, inter fluctus vitæ præſentis, imitanti claret; qui mortificatus ſtat, quo ad ſecularia.

Quàm deuota, hinc collige; quia fratrem docet corde, ore, & opere Deũ ſemper laudare.

Quàm vinctum fratrem teneat contra diaboli inſidias, & pœnitentia pandit: quia ea indicitur: & radix omnis peccati ea ſegregatur.

Quàm facile æterna capiat; hinc liquido aduertitur: quia facit fratrem hĩc ſemper Chriſto copulatum; & ſubaratum reddit de gloria æternali.

Quàm ſit mira, notificat eius proceſſus: quæ in calle præſentis miſeriæ mirabilem pandit mundo, ſui ſequacem ſignis, & prodigijs.

Et quã ſit profunda & alta: id exprimit multiplicata elucidatio ipſius; facta per tot inſignes Romanos Pontifices. Vt ergo hoc videatur, ad ipſius expoſitionem eſt accedendum, & aduertendum eſt, quòd in hac regula duodecim capitula ponũtur, ad inſtar duodecim Apoſtolorum: quia de duodecim obſeruandis frater informatur.

In primo capitulo. Forma edicitur: fundamentum iacitur mirę perfectionis. Nam dicitur, quòd regula fratrum minorum eſt Ieſu Chriſti Euangelium ſeruare &c.

In ſecundo capitulo. Mundus ſpernitur, ac deſpicitur. Et modus traditur ratione abdicationis, cum dicitur: Intrare volentes, vt vendant omnia ſua.

In tertio capitulo. Hymnus Deo perſoluitur: Corpus conteritur actu diræ ſubiectionis. Dicitur enim. Clerici faciant diuinum officium; & quòd fratres ieiunent &c.

In quarto capitulo: Cenſus, ſiue æs abdicitur: Norma oſtenditur veræ miniſtrationis. Dicitur enim. Præcipio, ne denarios, vel pecuniam &c. & miniſtri &c.

In quinto capitulo. Frater ſupponitur: Labor

impouitur

impouitur dignæ occupationis. Fratres (inquit) illi, quibus dominus dedit gratiam laborandi &c.

In ſexto capitulo. Mens à ſęculo ſuſpenditur: Infirmo compatitur vi gratæ dilectionis. Dicitur enim Fratres nihil ſibi approprient &c. Et ſi quis in infirmitatem ceciderit &c.

In ſeptimo capitulo. Morbus corripitur, ſcilicet peccati. Pater deſcribitur gratæ conſolationis. Dicitur enim. Si quis frater inſtigante inimico &c, grauiter peccauerit &c.

In octauo capitulo. Ordo dirigitur. Pater eligitur pro loco regulationis. Dicitur enim Vniuerſi fratres vnum eligant &c.

In nono cap. Cætus ſuſpenditur: Verbum proponitur ſanctę eruditionis. Dicitur enim Fratres non prędicent in epiſcopatu alicuius &c.

In decimo capitulo. Culpa corrigitur: Virtus edicitur, & odor, ſiue tenor omnis bonæ conuerſationis. Dicitur enim Fratres, qui ſunt miniſtri & ſerui &c.

In vndecimo capitulo. Motus reſtringitur. Luxus repellitur fræno prohibitionis. Cum dicitur. Pręcipio fratribus, ne habeant ſuſpecta conſortia &c.

In duodecimo capitulo Chriſtus imprimitur: Mundo tranſmittitur frater ſanctæ profeſsionis. Dicit enim Quicunque frater diuina inſpiratione &c. Summaliter ergo de pręfatis habetur. Sed videndum eſt ſuccinte etiam de eiſdem in ſpeciali.

Primum regulę Capitulum.

R*Egula & vita Fratrum Minorum hac eſt, ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare: viuendo in obedientia: ſine proprio & in caſtitate.*

In quo forma edicitur: & fundamentum iacitur totius Euangelicę perfectionis: In quo capitulo oſtenditur pro ipſius euidentia.

Primo quid à fratre minore de Euangelicis conſilijs, eſt pręcipue obſeruandum: quia regula, & uita &c. viuendo in obedientia &c. Vbi uide regulæ noſtræ ab alijs prærogatiuã, diuiſionem, & diſtinctionem; præſertim in inceptione. Nulla regularum incipit ab obſeruantia euangelij ſic expreſſe; niſi regula fratrum minorum, vt ex principio medio, cum ſine detur intelligi: quod præ alijs in hac, vita Euangelica ponitur ipſius Chriſti.

Secundo vide B. Franciſci profundam humilitatem. Non enim dicit Regula hæc eſt mea; ſed fratrum minorum. Nec hęc eſt regula, quã ſeruaui; cum tamen præfata dicere potuiſſet; quia regula fuit ſua per diligentiſsimam ipſius obſeruationem. Noluit ſe, vel actorem exprimere, vel obſeruatorem cenſeri: vt actor potius Chriſtus intelligatur, quàm ipſe: & ne proprietas obſeruantiæ regulæ; ſoli ipſi detur; ſed, & alijs fratribus minoribus videlicet primis ſocijs, & alijs, qui eam ad litteram obſeruauerunt.

Tertio inſpice nomẽ datum iſtius religionis, & regulę fratribus: quia minores nuncupantur: vt nomen ſumptum ex Euangelio Intelligatur; quod uni ex minimis meis &c. Et quod vni ex minoribus meis non feciſtis, mihi non feciſtis: vt dicit B. Franciſcus, Chriſtus ad litteram intellexit de fratribus huius ordinis. Nec immerito ſic debet intelligi: quia ſi de alijs per anthonomaſiã pauperibus Euangelicis debet intelligi: multo magis de fratribus minoribus, quorum paupertas pręalijs ex profeſsione dicitur magis peculiaris. Accipitur etiam hoc nomen ex illo uerbo Euangelij Qui maior eſſe voluerit, erit minor. Datur etiam intelligi quid appetere debet frater huius ordinis: quia non promotiones Eccleſiaſticas; ſtatus mundiales; & dignitates; ſic dicente B. Franciſco in reſponſione facta domino Hugoni Cardinali Oſtienſi: qui fuit poſtea Gregorius nonus. Hic enim Cardinalis cum ſiſcitaretur à beato Franciſco, ſi vellet, quod fratres ſui ad Eccleſiaſticas dignitates promouerentur. Reſpondit B. Franciſcus. Domine minores ideo vocati ſunt fratres mei: vt maiores fieri non præſumant. Docet eorum vocatio ipſos in plano ſubſiſtere, & humilitatis Chriſti veſtigia imitari, vt per hoc tandem in reſpectione ſanctorum plus alijs exaltentur. Si enim vultis, vt faciant fructum in Eccleſia Dei, tenete ipſos, & conſeruate in ſtatu vocationis eorum; atque ipſos, ſi ad alta aſcenderint, ad plana reducite violenter: nec ad prælationem aliquam aſcendere permittatis: hęc beatus Franciſcus. Hoc oſtendit ipſe beatus Franciſcus exemplo, officium generalatus renunciando.

Matth. 24.

Matth. 20.

Intelligi etiam datur, quid debear peragere: quia ut minor omnia humilitatis officia: beatus Franciſcus, in huius ſignum in principio religionis omnes fratres, & nobiles, & ignobiles ad hoſpitalia ad ſeruiendum leproſis deſtinabat, ſcopabat ipſe ſanctus Eccleſiã, & pro eleemoſyna incedebat libenter.

Datur etiam intelligi, quid in eis perlucere debet: quia certe humilitatis inſignia in habitu, in geſtu; in viſu; & in ſenſibus, viribus, & alijs: vt minor veraciter cenſeatur.

Datur etiam intelligi, quod quæ ſpectant ad ſuperbiæ vitium, reſecata debent eſſe ab huius ordinis profeſſore. Iactantia, hipocriſis, elatio, præſumptio, ambitio, &c. huiuſmodi, ab eo ammota eſſe debent; ut uere minor exiſtat.

Innuitur etiam ex nomine, quod in fratre minore debet eſſe omnis uirtutum ornatus, ut ſi reputatione ſit minimus, virtutibus ornatus coram Deo inueniatur maximus. Exprimitur

nomiue fratris minoris, quod ſit ſibi abnegatus totaliter,mortificatus, & mortuus mūdo, ſed viuificatus Chriſto,Gratus debet eſſe Deo pro impenſis: ut minori,& non maiori imputetur à Deo facta. Et vt concludam frater huius regulæ tam ex nomine, quàm ex regula eſſe decernitur, mundi abdicator, cœli incola, angelus terreſtris, Chriſto Crucifixus;& tota mente Deo hærens,& coniunctus.

Quid ergo primum capitulum dicit? Inquit, regula, & vita &c. Lapides poſiti ex quibus templum ædificatum eſt, in quadro ad regulam diſpoſiti erant 3. Reg. 5. Tu frater minor ſi Dei templum, ut teneris, vis eſſe. Ad regulam hanc tibi à Chriſto per Franciſcum traditam te quadres; vt ſit in te Iuſtitia in exibendis. Prudentia in cauendis. Temperantia in abijciendis. Fortitudo in perficiēdis; de quibus tua præ cūctis regula hęc ſanctiſsima diſſerit,& loquitur. Et aduerte, quod beatus Franciſcus: immo ipſe Chriſtus ad apicem perfectionis vult nos adire in regula præſenti: ſic videlicet ſequi vitam Euāgelicam per fratres. quod excellentius ab alijs non fiat, aliter ad arctiorem vitam eſſet adire reſpiciendo retro, cuius oppoſitum capitulo ſecundo edocetur, Inſuper attende, quod cum in Euangelio duo præ alijs ſint Apoſtolis commendata à Chriſto, videlicet perfectio ſanctitatis, & auctoritas Eccleſiaſticæ poteſtatis:intentio beati Frāciſci fuit,ſuis filijs,& fratribus indicere,prout poſsibile eſt in quibuſdam Euangelicam ſanctitatem: & nihilominus ad reuerendam Apoſtolicam poteſtatem. Primum facit in principio cum dicitur.Regula & vita &c. Secundum facit in perſona ſui,& ſucceſſorum,ac fratrum omniū. Dicente regula, frater Franciſcus promittit obedientiam &c. Dicit ergo primo regula & uita fratrum minorum &c. ſcilicet beati Franciſci, & fratrum ſuorum præſentium, & futurorum hæc eſt: domini noſtri Ieſu Chriſti &c.Et pro huius primi puncti,ac fundamenti totius regulæ declaratione,ſunt aliquorum dubiorum ſolutiones videndæ. Quibus uiſis multa,quæ circa iſtā partē dicuntur parebūt.

3.Reg.5.

Regula nō obligat ad omnia conſilia Euangelica.

Primum igitur dubium eſt: An fratres minores ex ſuę regulę profeſsione ad obſeruantiam omnium conſiliorum Euangelicorum teneantur. Ratio dubitationis eſt: quia dicit Regula, & uita &c. Sanctum Euangelium obſeruare &c.

Ad iſtud reſpondent concorditer quinq; ſummi Pontifices. Videlicet Gregorius nonus. Innocentius quartus. Alexander quartus. Nicolaus tertius. Et Clemens quintus, quod non. Vnde dominus Gregorius dicit,quod ad conſilia Euangelica,quæ in regula non ponuntur, non tenentur; ſed ſolum ad ea, ad quæ ipſi ſe obligare intenderunt, ad alia vero, ut cęteri Chriſtiani; & eo magis, quia ſeipſos obtulerunt domino ſacrificium medullatum.

Dominus Innocentius dicit, quod fratres nō tenentur ad omnia conſilia Euangelij,ſed ad ea duntaxat, quæ in ipſa regula præceptoriè, uel inhibitoriè ſunt expreſſa. Idem dicit dominus Papa Nicolaus, & addit ad uerba domini Innocentij, quod ad ea tantum tenentur quę præceptoriè, vel inhibitoriè, uel ſub verbis ęquipollētibus ſunt expreſſa. Ad alia uero conſilia tenentur propter ſtatum perfectionis quem aſſumpſerunt, ut cæteri Chriſtiani. Et eo magis &c. ut dicit Gregorius.

Dominus Clemens dicit idem cum præfatis; & dat rationem.Quia cum votum cadat ſuper determinatum,& certum, vouens regulam nō poteſt dici teneri ex vi uoti huiuſmodi ad ea conſilia Euangelica,quæ in regula non ponuntur. Et beatus Franciſcus quædam poſuit, & quædam dimiſit,vt patet cum dicit.Regula,& vita &c.viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Si enim intendiſſet ad omnia obligare, ſuperfluè, & nugatoriè quædam eo tum poſuiſſet, alijs ſuppreſsis. Et quia natura termini reſtrictiui,ſic excludit extranea,quod omnia ad ipſum pertinentia includit, dicit ipſe dominus Clemens Papa, quod fratres non ſolum ad illa tria vota nude,& abſolutè accepta ex profeſsione regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implēda, quæ ſunt pertinētia ad hæc tria, quæ regula ipſa ponit.

Secundum dubium. An ad conſilia quæ in regula ponuntur, fratres teneantur, ſicut ad pręcepta Euangelica.

Omnia cōſilia regulæ nō obligāt vt præcepta Euāgelica.

Reſpondent Papa Nicolaus,& Clemens,quod cum beatus Franciſcus aliqua conſilia, indicat ut conſilia ſub verbis monitionis,& exhortationis,ac conſilij; & aliqua ſub prohibitione:ac uerbo præcepti,quod intentio B. Franciſci non fuit, quod fratres ex regulæ profeſſione teneantur ad oīa cōſilia,ſicut ad pcepta Euangelica, ſed ſolū ad ea conſilia,quæ in eadem regula præceptoriè, vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa.

Solutio etiam huius dubij patet ex præcedenti ſolutione,quia ex quo non tenentur ad omnia conſilia,ergo nec ſicut ad præcepta.Sed ſi dubium reſtringatur ad ea conſilia,quæ in regula ponuntur, patet reſponſio ex verbis Papæ Nicolai, & Clementis.

Tertium dubium, vtrum teneantur ad omnia conſilia expreſſa in regula.

Reſpondet Papa Nicolaus in declaratione regulæ dicens; quod ad ea conſilia quæ ſub verbis obligatorijs ponuntur in regula,tenentur fratres eo modo,quo in regula ponuntur, ad alia vero, quæ ſub verbis monitorijs, informatorijs, exhortatorijs, ſeu quibuſcunq; alijs in regula continentur,ea proſequi magis decet, quia imitatores tanti patris effici,& Chriſti ſe mitas arctius elegerunt.

Papa Clemens reſpondet dicens, non ſolnm ad illa tria vota nudè, & abſolutè accepta ex profeſsione regulę obligantur: ſed etiam tenẽtur ad ea omnia implenda: quæ ſunt pertinentia ad hęc tria; quæ regula ipſa ponit. Et dicit, ꝙ ſi ad tria prędicta tantũ præcisè promittens regulam ſeruare, & non ad omnia contenta in regula; quæ hæc tria modificant arctaretur, vane proferrerentur hæc verba. promitto me ſemper hanc regulam obſeruare; ex quo ex his verbis, nulla obligatio naſcitur: nec tamen (inquit) Papa Clemens putandum eſt: ꝙ Beatus Franciſcus profeſſores huius regulæ, quantum ad omnia contentá in regula modificantia tria vota: ſen ad alia expreſſa in ipſa; intenderit eſſe equaliter obligatos; quin potius apertè diſcernit: ꝙ quo ad quædam ipſorum ex vi verbi tranſgreſsio eſt mortalis: & quo ad quędam alia non; cum ad quędam ipſorum verbum apponat pręcepti, vel equipolentis eidem: & quo ad aliqua verbis alijs ſit contentus. Ex quibus patet ſolutio, quæſtionis; quæ tangitur per Papam Nicolaum, & Clementem videlicet. Vtrum fratres teneantur tàm ad conſilia, quam ad præcepta Euangelica.

Dubium, & ſolutio.

Reſponſio patet ex prædictis, quod ad quædam tenentur ſicut ad præcepta: & ad quędam non: vt enim dicit Papa Nicolaus. Cum Beatus Franciſcus dicat. Regula, & vita fratrum minorum &c. Et quæ dicuntur in principio, referantur ad medium, & finem; & quæ in medio, ad principium, & finem. Et quæ in fine, ad principium, & medium: quę beatus Franciſcus dicit in principio. ſ. Regula, & vita &c. non abſolutè, ſed cum quadam modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione ponit. Quę ergo dicit in fine. ſ. ſanctum Euangelium &c. Ad illa tria in principo dicta habent referri modificata, vel determinata, vel ſpecificata. Et quia Beatus Franciſcus aliqua conſilia indicat, vt conſilia ſub verbis monitionis, exhortationis, & conſilij; & aliqua ſub prohibitionę: ac verbo pręcepti, nõ fuit ergo intentio Beati Franciſci: ꝙ fratres ex regulę profeſsione, teneantur ad omnia conſilia, ſicut ad pręcepta Euangelij: ſed ſolum ad illa conſilia, quę in eadem regula præceptoriè, vel inhibitoriè; ſen ſub verbis eqnipolentibus ſunt expreſſa.

Quartum dubiũ eſt, cum multa in regula ponantur ſub verbo imperatiui modi tam affirmatiuè, quod negatiuè. An ad illa fratres ex regulæ profeſsione teneantur: ſicut ad habentia vim pręcepti.

Ad quæ teneantur fratres tanquam ad habentia vim præcepti.

Reſpondet Papa Clemens in declaratione, ꝙ licet fratres non ad omnia, quæ ſub verbo imperatiui modi in regula ponuntur: ſicut ad pręceptorum, ſeu equipolentium obſeruantiam teneãtur; expedit tamen fratribus ad obſeruandam puritatem regulæ, & rigorem: ꝙ ad ea, ſicut ad equipolentia præceptis ſe nouerint obligatos: quę hic inferius annotantur.

Verba regulæ quæ habẽt vim præcepti.

Quæ videntur equipolẽtia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ, de qua agitur: ſeu ex vtroque. Et ſunt hæc videlicet.

Illnd quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quàm vnam cum caputio, & aliam ſine caputio.

Item de non portandis calciamentis, & non equitando extra caſum neceſsitatis.

Item, ꝙ fratres ieiunare à feſto omníum ſanctorum vſq; ad natiuitatem domini, & in ſextis ferijs teneantur.

Item, ꝙ fratres clerici faciant officium ſecundum ordinem Romanæ Eccleſiæ.

Item, ꝙ miniſtri, & cuſtodes pro neceſsitatibus infirmorum, & fratribus induendis, ſolicitam curam gerant.

Item, ꝙ ſi qui fratres in infirmitatem ceciderint, alij fratres debent ſibi ſeruire.

Item, ꝙ fratres non pręđicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cum ab eo illis fruerit contradictum.

Item, ꝙ nullns penitus audeat populo prædicare; niſi à miniſtro generali fuerit examinatus, & approbatus, & ad hoc inſtitutus.

Item, ꝙ fratres, qui cognoſcerent ſe regulam non poſſe ſpiritualiter obſeruare, poſsint ad ſuos miniſtros recurrere.

Item omnia, quę ponuntur in regula ad formam habitus, tam nouiciorum, quàm profeſſorum; nec non ad modum receptionis ad ꝓfeſſonem ſpectantia, ſunt ab ipſis fratribus, ſicut obligatoria obſeruanda; niſi recipiẽtibus quo ad habitum nouiciorum, vt dicit regula, ſecundum Deum aliter videatur. hæc inquàm omnia ſunt à fratribus tãquam obligatoria obſeruanda.

Item dicit, ꝙ vbicũque in regula ponitur hoc verbum teneantur, obtinet vim præcepti: & ſeruari debet à fratribus ſicut tale. hæc Papa Clemens. Sic ergo patet, id, ꝙ dicit Papa Nicolaus in declaratione: ꝙ fratres ex profeſsione ſunt aſtricti ad ea conſilia Euangelica, quę in ipſa regula pręceptoriè, vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis eqnipolentibus exprimuntur. Et ad omnium obſeruantiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatorijs indicũtur, & quæ ſint illa patent ex dictis.

Ex dictis etiã patet, quid intelligitur nomine Enangelij. Cum dicit regula, & vita &c. Ieſu Chriſti ſecundum Enangelium &c. Per Euangelium conſilia Euangelica intelliguntur. Et quomodo omnia obſeruare, & quomodo nõ, patet ex iam dictis. Dicit ergo. Regula & vita fratrum minorum &c. viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, vbi vide, ꝙ cum omne, quod eſt in mundo ſit ſuperbia vitæ, cõcupiſcentia carnis, & oculorum: & quod peccato dimiſsi abire ſecundum deſideria cor-

dis noſtri, B. Franciſcus regulam ſuam inſtituit ad præcauendum dicta vitia, & totaliter ea abijcienda. Contra ſuperbiam virtutem poſuit obedientiæ. Contra auaritiam, ponit paupertatem. Contra luxuriam, caſtitatem indicit, & ponit. Vult ergo fratres præfatis crucifixos mundo, & coniunctos eſſe Chriſto. Dicit ergo, quod regula, & vita noſtra eſt, viuere in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Ad hæc tria conſilia ex profeſsione, ſicut ad præcepta fratres obligantur. Exponit dicta tria: quia in qualibet regulari obſeruantia ponuntur: non tamen equaliter. Atque ad tria præfata, vt plurimum, quæ in regula ponuntur, conſilia Euangelica reducuntur. In præfatis ergo gradus, & non equalitas, inter profeſsionem regulæ B. Franciſci ad alias regulas patet.

Obedientia religioſorum habétium poſſeſsiones arctatur ad locum.

In obedientia: quia poſſeſsiones habentium obedientia arctatur ad locum: vt dicit Bernardus in Epiſt. 7. Duo nobis in monaſterijs conuerſantibus, obſeruanda traduntur. Subiectio Abbati, & ſtabilitas in loco, & ita obſeruanda, quod neutra impediat aliam; & ſic ſit obediens Abbati, quod ſtabilitatem non amittat. hæc Ber. Altior eſt obedientia, quæ ad nullum locum arctatur: nullo terræ fine concluditur: ſicuti eſt obedientia noſtræ profeſsionis; quia nihil habent iuris in aliquo loco; obedientiam ergo habent ſuper omnem loci terminum ampliatam.

In paupertate, ideſt ſine omni ſpeciali, & generali dominio, & proprietate. Sic exponunt Papa Gregorius, Innocentius, Nicolaus, & Clemens. Arctior eſt hæc, habentibus in communi, & ſi non in ſpeciali.

In caſtitate; & ſi non eſt gradus, quo ad actum caſtitatis; eſt tamen gradus in caſtitate ſeruanda, ad quam ſeruandam frater minor diſtrictius obligatur. Debet enim, vt dicit regulæ vndecimum capitulum vitare, nec habere ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum &c. Et quamuis fratres, vt dictum eſt ſupra, non teneantur ad omnia conſilia Euangelica, vt ad præcepta; ſed magis, quàm cęteri Chriſtiani; fratres tamen antiqui iuxta poſſe talia conſilia cuſtodierunt. Paupertatem vbique ſeruantes. Saracenus cum vellet pecuniam fratribus dare pro eleemoſyna ipſam abiecerunt, vt docet Bonauentura in parte quarta legendę maioris. Sic Soldanus beato Franciſco munera obtulit: quæ ipſe omnia contempſit: pecuniam enim, vt ſtercus putabant: vnde quidam frater, qui denarios repererat, & poſuerat in feneſtra, mandato beati Franciſci pecuniam ore ad ſterquilinium portauit.

Obedientiam cunctis erant ſubiecti, & pręcipuè Eccleſiæ pręlatis; exemplo beati Franciſci, qui dimiſſo generalatus officio, guardianũ voluit habere, cui obediret.

Charitatem vero erga proximos, ipſos ad viã inducentes ſalutis verbo, & exemplo. Inimicos diligentes. Frater Bernardus Bononię in platea ſe poſuit diebus pluribus, vt à populo deſpiceretur, & vituperaretur: ſic & Florentiæ, videbant ſe mutuo ac ſi eſſent Angeli Dei, vt patet in legenda trium ſociorum. Non ſolum non offendebant: immo offendẽtes amabant: Deũ pro eis orabant, & in iniurijs exultabant. Non ſcandalizabant ſe mutuo: & ſi aliquando caſu, id feciſſent, ſtatim inculpando ſe pœnitentiam exercebant, vt patuit de fratre ſcandalizante fratrem, qui ſtercus poſuit in os ſuum. Volentes inferre iniurias proximo, ipſi in ſe excipiebant; ne proximus offenderetur. Patuit de fratre, qui excepit ictus lapidum, ſe interpoſito, cum fatuus fratrem ſuum vellet percutere.

Hipocriſim ſuper omnia execrabantur, ſanctitatem abſcondentes, & mundi honores fugientes. Neminem iudicantes, neminem lędẽtes, mites, benigni.

Curam craſtini ſic vitabant, vt legumina non de ſero: ſed poſt matutinum præpararent. Vitantes verba otioſa. In capitulo generali celebrato Aſsiſij, tempore B. Franciſci, vbi fuerunt quinque millia fratrum, non erat, qui loqueretur, niſi de Deo: vel quomodo poſſent regulam ſpiritualiter obſeruare. Pater noſter dicentes, pro verbo minimo ſilentium infringente. Pacem primum offerentes hominibus, conformes patri Euangelico. Crucem domini, per pœnitentiam, & meditationem habitu, & opere deferentes. Ac, vt ſal terræ doctrina ſalutifera mentes condientes. Lux exemplaritatis fuere mundanis. Senſibus corporis, ne conturbarent interiora pudorati. Intentione ad patriam tendentes. Miniſtrantes leproſis, & humilibus. In manſuetudine peccantes corrigentes: Domini conſilia implere ſunt conati.

Suppoſitis, & iactis fundamentis Euangelicę perfectionis: ac nomine impoſito fratribus ſuis, quia minores, conſequenter primũ Euãgelij conſilium, ſcilicet obedientiam recipiẽdo: cui frater, vt minor, & humilis ſit ſubiectus; & obedientiam debeat exhibere, beatus Franciſcus ſuo ſubdit eloquio, & exemplo dicens.

Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reuerentiam domino Papæ Honorio ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ, & alij fratres teneantur fratri Franciſco, & eius ſucceſſoribus obedire.

Frater Franc. promittit obedientiam. In iniunctis, & præcipiendis: Et reuerẽtiam. In obſequendis, & perficiendis. Cui (inquit) Domino Papæ Vicario Ieſu Chriſti in terris. Extra de tranſla. c. Quanto. Honorio tertio, tunc reſidenti in ſede Romana. Et non ſolum ipſi Ho

norio Papæ præfata fecit,ſed eadem promiſit eius ſucceſſoribus canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ, idest dominis Cardinalibus,qui vices gerunt Papæ,ſede vacante. Quibus apparet ꝙ B. Franciſcus ordinem,non ꝓ tempore, ſed pro perpetuo Papæ ſubiecit: quia fides Eccleſiæ,non debet deficere:quare nec aliquis verus ſucceſſor Petri. Quo apparet ꝙ nulla regula ſic ſubiecit ſuum ordinem, ſicut ordo minorum eſt ſubiectus domino Papæ. Quare de nullo ordine conſiderata ſubiectione,ita debet eſſe cura domino Papę,& Eccleſiæ, ſicut de iſto; nec ſic foueri per Eccleſiam,vt ſapiens architectus beatus Franciſcus ordinem ſuum Eccleſię Romanæ ſuppoſuit, & recomendauit. In cuius ſignum voluit, vt fratres peterent vnum de Cardinalibus,vt eſſent ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus ſanctæ Romanæ Eccleſię. Ex præfata obedientia ſequitur, ꝙ dominus Papa, & tam ratione ſummi Pontificij,qua valet leges condere nouas. 25.q.1.Sunt, & Cap. quarto ſequenti, quàm obedientiæ, & reuerentiæ promiſſę, regulam valet declarare,gloſare, conſtitutiones in ordine facere, prout noſtro ſtatui viderit opportunum. Sic ergo Apoſtolicis mandatis, à fratre minore eſt obtemperandum, niſi contra fidem eſſent expreſſe, & per alios, quàm per ipſum iudicanda ſic eſſe. Verum quia omnis communitas, & corpus vnum, & non plura capita debet habere: ne res monſtruoſa cenſeatur: vnum caput in hoc ordine ſicut in Eccleſia militanti preficitur: cui parédum eſt ſine rebellione: & cum ſubiectione, & reuerentia obſequendum: ideo regula ſubdit, ꝙ obediendum eſt Papę &c.Sic,& capiti videlicet beato Franciſco, qui in perſona omnium ordinē ſubiecit Eccleſię: fecit ſibi omagium fidelitatis ſanctam,ſ.obedientiam, & reuerentiam. Inſtitutuſque eſt caput ordinis per Papam, vt fratres ei obediant. Et non ſolum ipſi; ſed,& ſucceſſoribus. Et aduerte, quia hic ponitur hoc verbum,teneantur, quod equipollet precepto, vt declarat Papa Clemens in declaratione. Quare non obedire generali Miniſtro præſertim ex contemptu; ſine culpa nō ſit mortali: debent ergo fratres obedire, vt dicit capitulum decimum regulæ in omnibus, dummodo non ſint cōtra animā, & regulam.

Papa poteſt declarare,& gloſare regulam B.F.& conſtitutiones facere.

Dub. Sed hic oritur dubium; quia regula dicit, ꝙ fratri Franciſco eſt obediendum &c. An ad obſeruantiam teſtamenti ſui fratres teneantur: cum ibi nonnulla mandet: ne.ſ. petant declarationes,& priuilegia à ſede Apoſtolica in regula &c.

Sol. Reſpondetur per dominum Gregorium nonum, Innocentium quartum. Alexandrum quartum; & Nicolaum tertium, ꝙ fratres nō teneantur ad dicti teſtamenti obſeruantiam. Ratio,quia ad hoc non potuit, Primo obligare fratres ſine ipſorum conſenſu:& preſertim miniſtrorum, quos tangebat. Secundo obligare non potuit ſucceſſorem: cū non habeat poteſtatem par in parem. Tertio, ꝙ cū ſimus Eccleſię Romanę per omnia ſubditi, & ſubiecti:& ad ipſam,vt ad magiſtram eſt recurrendum: quia ſicut ipſam regulam confirmauit,ſic & eius dubia habet declarare: Nec per inferiorem poteſt ſubditus ab obedientia ſecludi ſuperioris prælati: & præcipue illius,ſ.cuius nutui, omnes ſubiecti ſtant Chriſtiani. Sic ergo patet ꝙ in hoc primo capitulo.b. Frāciſcus, & indicit perfectionem ſanctitatis in obſeruantia trium conſiliorum Euangelij: ac ſubiectione Apoſtolicę poteſtati: in obedientia, & reuerentia exhibenda à fratribus Romano pontifici, & eius ſucceſſoribus canonicè intrantibus. Et ſic patet quomodo à B. Franciſco in hoc capitulo editur forma, & fundamentum iacitur omnis perfectionis. Nunc tranſcundum eſt ad ſecundum capitulum.

Ad obſeruantiam teſtamenti B. Fran. nō tenentur.

Expoſitio ſecundi capituli regulæ. Secundum regulę capitulum.

S*I qui voluerint hanc vitam accipere; & venerint ad fratres noſtros, mittant eos ad ſuos miniſtros prouinciales; quibus ſolummodo, & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur.*

Quo capitulo mundus deſpicitur, & modus traditur mundi abdicationis. In quo capitulo ſunt multę partes.

In quarum prima parte ponitur ad quem ſpectet, ordinem intrare volentium receptio. Et dicit regula in hoc capitulo,& prima parte, ꝙ ad ſolos miniſtros prouinciales pertinet. Vbi ſciendum, ꝙ ex iſto paſſu regulę generalis Miniſter non excluditur: cum ipſe ſit miniſter generalis in toto ordine, & prouincialis etiam, in qualibet prouintia: immo ad ipſum principaliter pertinebat: vt dicit declaratio Papę Gregorij noni. Illud de receptione talium, ꝙ pertineret ad ſolos miniſtros prouinciales,po︎ſerat in principio ordinis obſeruari propter paucitatem fratrum: Sed ordine dilatato,cōceſſum eſt per dominum Gregorium nonum priuilegium,quod incipit.Gloriantibus vobis in ſola cruce,&c. Et per declarationem Innocentij quarti, & Nicolai tertij, ꝙ non ſolum generalis miniſter, & prouinciales miniſtri poſſunt ad ordinem recipere: ſed & alijs fratribus diſcretis committere: Attamen vicarij miniſtri:& multo fortius vicarij prouincię nō poſſunt ex officio vicariæ ad ordinem recipere,niſi in ſpeciali à generali miniſtro, vel prouinciali,cuius eſt vicarius committatur, Nec eſt hic relaxatio regulę: ſed ampliatio auctoritatis. Quibus patet, ꝙ generalis Miniſter, cum prouincialibus miniſtris habet ordinariam

riam poteſtatem. Cęteri vero fratres ſubdelegatam.

In ſecunda parte huius capituli, quę incipit.

Miniſtri vero diligenter examinent eos de fide catholica, & Eccleſiaſticis ſacramentis. Et ſi hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vſque in finem firmiter obſeruare, & vxores non habent, vel ſi habent, & iam monaſterium intrauerunt vxores, vel licentiam eis dederint auctoritate Diœceſani Epiſcopi: voto continentiæ iam emiſſo, & illius ſint ætatis vxores, quòd non poſſit de eis oriri ſuſpicio.

Ponitur, ꝙ examinandus eſt, & qualiter: qui hunc ordinem optat intrare. Vbi ſciendum eſt, ꝙ cum hęc regula ſit tota Apoſtolica; & Eccleſię Romanæ ſuppoſitus ordo iſte: hinc eſt, ꝙ beatus Franciſcus ponit volentem ingredi, de pertinentibus ad præfata duo debere per miniſtros examinari: de fide catholica propter primum, & de ſacramentis Eccleſiaſticis propter ſecũdum. Ratio, quia vbi error eſſet in tali perſona reſpectu alicuius præfatorum, hic ordo, ſicut & quicunque alius, minimè ſibi valeret ad ſalutem. Inſuper fidem Romanæ Eccleſiæ, ſicut fratres debent tenere, ſic, & alios docere. Et licet beatus Franciſcus ſolum de prędictis ponat examinandum volentem intrare, addens, ꝙ ſit ab vxore ſolutus, cõſtitutiones tamen generales ordinis in capitulo primo, videlicet de religionis ingreſſu, etiam alias ponunt conditiones: Vnde dicit conſtitutio; ꝙ recipiens diligenter, & ſolicitè attendat: ꝙ recipiendus ſit fidelis, & catholicus, de nullo errore ſuſpectus, matrimonio non ligatus; corpore ſanus; animo promptus; legitime natus; debitis expeditus; conditione liber; ætate quatuordecim annorum ad minus; niſi fuerit à parentibus oblatus; nulla vulgari infamia maculatus; competenter litteratus, vel ad labores ordinis competentes, & vtiles aptus; aut talis conditionis exiſtens, ꝙ eius receptio clero, & populo nõn modicã ędificationem afferat; etiam, quæ dicta ſunt in declaratione Innocentij, & Nicolai habentur; qui dicunt, ꝙ non paſſim fratres volẽtes ingredi recipiantur: ſed ſolum ordini vtiles, & de quorum receptione, non modica ædificatio ſit in populo. De vxore beatus Franciſcus ſpecialem facit mentionem: quia talia ſunt ad caſtitatis ruinam: quam frater in ordine manens: debet illibate ſeruare.

Ingreſſurus ordinẽ qualis eſſe debeat.

Expedita examinatione: Nunc in ſequenti, ſcilicet in tertia parte beaus Frãciſcus addit, qui ſecundum ſanctum Euangelium talibus ſit dicendum: inquit enim, quòd ipſi miniſtri.

Dicant illis verbum ſancti Euangelij, ꝙ vadant, & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare, quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona voluntas.

Vbi ſciendum, ꝙ cum Saluator noſter dicat. Matth. 6. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonę: Oportet ergo ſe nudum offerre brachijs crucifixi: Sicut ſe ſequentes omnia dimittere Chriſtus voluit: vt patet in Apoſtolis. Et perfectionem volenti adipiſci dixit. Vade, & vende omnia tua, & da pauperibus &c. Fecit vtique ipſe Franciſcus. Frater Bernardus. Frater Petrus, & alij eius ſocij omnia abijcientes, & cuncta dantes pauperibus, vt nudi cum nudo luctarentur. ſ. hoſte infernali, & nudum crucifixum perfectiſsimè ſequerentur. Repulit B. Franciſcus quendam in Marchia volentem ordinem ingredi: quia ſua non pauperibus, ſed parentibus dederat. Dicit ergo B. Frãciſcus, ꝙ talibus dicatur verbum ſancti Euangelij, ꝙ vadant &c. Et ſequitur. Quod ſi facere non potuerint, vtpote propter diſtantiam loci; vel quia litigijs inuoluta; vel quia in poteſtate alterius; & ſic de ſimilibus, & iſte libenter faceret, ſi facultas adeſſet: dicit beatus Franciſcus, ꝙ talibus ſufficit bona voluntas.

Hic multa eſſent dicenda de voluntate bona, quomodo ipſa facit actum meritorium, vbi non adeſt facultas operis, prout vult Vgo de ſacramentis. lib. ſecundo. parte quarta decima. cap. 67. Sed breuitatis cauſa dimittatur.

Et caueant fratres, & eorum miniſtri; ne ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus; vt libere faciant de rebus ſuis quicquid dominus inſpirauerit eis. Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant miniſtri: mittendi eos ad aliquos Deum timentes: quorum conſilio, bona ſua pauperibus erogentur.

Iſtum paſſum declarat Dominus Papa Clemens in declaratione, vbi tribus dubijs reſpõdendo hunc locum ſerenat.

1 Dubitatio. Primum dubium eſt, ſi licet fratribus recipere quicquam de bonis ingredientium, ſi donentur? Solutio. Ad hoc reſpondet, ꝙ cum ingredientes ſint liberi; nõn videtur aliquid obſiſtere: quin ſi velint eis dare per modum eleemoſynæ, ſicut cęteris pauperibus, fratres poſsint recipere: Cauere tamen debent, ne ex notabili quantitate, præſumi poſſit ſiniſter oculus contra eos.

2 Dubitatio. Secundum dubium. ſi ad dandum fratribus vel conuẽtibus: Fratres poſsint inducere cos ſine culpa. Solutio. Reſpondet, & dicit. Ne aliquid ſiniſtrum videatur circa talium receptionem, fratres debent abſtinere à talium inductione.

3 Dubitatio. Tertium dubium. Circa illam partem. Si tamen conſilium requiratur &c. An ſi ipſi fratres ſint idonei ad dandum conſilium: an ad alios extra noſtrum ordinem dirigere teneãtur? Solutio. Reſpondet Papa, ꝙ ad Deum timentes alterius ſtatus debet dirigi: vt videantur zelatores paterni ſtatuti.

In quinta parte iſtius capituli cum dicit, *Poſtea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine caputio, & cingulum, & brachas, & caparonem vſque ad cingulum, niſi eiſdem miniſtris aliud, ſecundum Deum, aliquando videatur.*

Beatus Franciſcus ponit, qualiter debent indui, & quibus: quia duas tunicas ſine caputio, & ciugulum, & bracas, & caparonem &c. Circam quam partem ſunt aliqua notanda; quia beatus Franciſcus hic ponit diſtinctionem habitus nouitiorum: ab habitu profeſſorum. Et dicit qualis detur nouitijs: niſi aliud, ſecundum Deum aliquando videatur, quod ad habitum refertur, vt dicit Papa Clemens in declaratione profeſſorum, & quia iura canonica faciũt difficultatem magnam, quo ad nouitios, inter portantes habitum nouitiorum, & profeſſorum, ideo, vt iſtud videatur, videndum eſt.

Primo quis poſsit ordinem iutrare, vt ſit ibi nouitius. Et dicitur, ꝙ non niſi quatuordecim annis completis. Si enim minor intret, & exire poteſt, & extrahi à patre, vel tutore, etiã ſi ante quartumdecimum annum offeratur à parentibus, ipſo conſentiente, poſſet egredi ipſo perueniente ad præfatam ætatem, ſcilicet annum quartum decimum. habetur hoc 20.q. 3. Pręſens, & extra de regularibus. Cum ſimus. Quod etiam poteſt, ſi talis intrat propria auctoritate, ante quartum decimnm annum. patet. 20. q. 2. Puella. Et vigeſima quęſtione prima. In ſumma quæſtionis, ꝙ ante non completum quartum decimum annum. patet quia non ſufficit, ꝙ attingat: ſed oportet, ꝙ perfecerit: patet extra de regulari. Ad noſtram. In textu, & in gloſa. Et cap. Significatum. poteſt enim repeti. Nec malitia poteſt ſuplere in hoc caſu ętatem. vigeſima quæſtione prima. In ſumma q̃ſtionis. Et Io. And. ponit de regulari. Eos in Clementinis. Debet ergo ad vitandum prędicta, ꝙ ſit ętatis completæ quatuordecim annorum.

Secundo, quo habitu debet indui. Vbi ſciendum, ꝙ vbi habitus nouitiorum eſt determinatus, & diſtinctus ab habitu profeſſorum, debet ſibi dari habitus nouitiorum. Si vero ipſe vult habere habitum profeſſorum, & non nouitiorum, & ſcienter recipit: talis per talem ſuſceptionem, quæ inducit tacitam profeſsionem. extra de regulari. Eos. in Clementinis. Etiam ſi non ſit, intelligitur profeſſus expreſsè. Non quòd aligetur tali ordini: ſed generaliter tantnm alicui ordini, extra de regulari. Non ſolum. libro ſexto. Cauendum ergo eſt quomodo talis habitus non nonitiorum, ſed profeſſornm detur talibus. Vnde ſi peterent debent in formari quid geſtatio habitus profeſſorum facit in eis. Et hoc ſemper intellige vbi habitus nouitiorum, eſt diſtinctus ab habitu profeſſorum in forma, & colore. Vbi.n. non eſſet diſtinctio talis, profeſsio tacita nõ indncitur. Beatus ergo Franciſcus ad pręcauendum talia: qualis habitus detur nouitijs oſtendit: Niſi vt dicit Regula miniſtris, & induentibus aliud ſecundum Deum aliquando videatur. Quia, videlicet ſi omnino habitum vult induere profeſſorum, facta ſibi primo declaratione debet ei dari. Et hoc, vel pro honeſtate ordinis, vel vtilitate, & conditione recepti. Et tunc dicit regula non ſecundum propriam voluntatem debet dari habitus profeſſorum, ſed ſecundum Deum. Et nota ꝙ infra annum probationis, nouitius poteſt ab ordine exire niſi in tribus caſibus.

De primo dictum eſt: ſi ſcienter recipit habitum profeſſorum, qui eſt diſtinctus ab habitu noniciorum, & ipſe eſt ætatis quatuordecim annorum, vel pluris.

Secundus caſus ſi infra annum probationis faceret profeſsionem: tunc & ſi non obligatur tali ordini loqnendo de ordinibus mendicantium: generaliter tamen alicui ordini obligatur.

Tertius caſus, ſi euidenter apparet, ꝙ talis abſolute vitam voluerit mutare: quod tamen nõ præſumitur niſi clara probatione; vel comperentibus inditijs comprobetur. Et de iſtis duobus caſibus: videlicet de habitus profeſſorũ portatione; & de vitæ mutatione loquitur priuilegium ordini conceſſum per dominum Clementem quartum. Et incipit. Ex parte dilectorum filiorum. Vbi mandat omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis per Italiam conſtitutis: vt tales ad ordinem redeant, vel ad alium ſe debeant transferre, compellendo eos ad hoc per cenſuram Eccleſiaſticam, monitione pręmiſſa, & appellatione poſtpoſita.

Et ſciendum, ꝙ volentes noſtrum iutrare ordinem; ſiue priuſquam ordinem intrauerint, ſiue poſt; ac etiam poſt profeſsionẽ emiſſam, per generalem, & prouinciales miniſtros, cuſtodes ac ipſorum vicarios poſſunt abſolui à ſententijs excommnnicationis, ſuſpenſionis, & interdicti à iure, vel à Iudice generaliter ꝓmulgatis, & cum eis ſuper contractis irregularitatibus diſpenſare: ita tamen, ꝙ abſoluti ſtatim ordinem intrent: aliter in priſtinas ſententias relabuntur propter inducias. Hoc cõcedunt quatuor Mare magni. ſ Bonifacij. Alexandri, Clementis, & Honorij Item conceditur per Innocentium. Et incipit priuilegium. Cœleſtis amor patriæ. Et aliud eiuſdem. Et incipit. In iure canonico &c.

In parte ſexta huius ſecundi capituli addit regula dicens.

Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſeruare. Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire iuxta mãdatum domini Papæ: quia ſecundum

ſecundum ſanctum Euangelium. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Et illi qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. Et qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calciamenta. Et fratres omnes vilibus veſtimentis induantur, & poſſint ea repeciare de ſaccis, & alijs peciys cum benedictione Dei: Quos moneo, & exhortor; ne deſpiciant, neque iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimentis, & coloratis indutos, vti cibis, & potibus delicatis; ſed magis vnuſquiſque iudicet, & deſpiciat ſemetipſum.

Vbi circa iſtam partem videndum eſt, quãdo annus incipit probationis, & quis eſt. Et dicitur, ꝙ tempus probationis eſt annus quintus decimus: nam cum non poſſint ingredi niſi completo anno quartodecimo, ſequitur, ꝙ tunc incipiat annus probationis. hoc tradit Ioan. And. extra de regulari. c. Beneficium. libro ſexto: & c. Is qui. eodem libro. Et aduertendum, ꝙ Papa Honorius beato Franciſco, & fratribus in priuilegio, quod incipit. Cum ſecundum conſilium ſapientis, mandat ꝙ infra annum probationis nullum audeant ad profeſſionem recipere. Et pœna, tales recipientium infra annum eſt triplex.

Prima, quia peccat mortaliter, facit enim cõtra pręceptum domini Papæ, & efficitur inobediens.

Secunda, quia à fratribus debet puniri pœna, quæ pro grauioribus culpis ſolet infligi extra de regulari. c. Non ſolum. libro ſexto, & capitulo. cõſtitutionem. Et ille, qui receptus eſt, licet eſſe ſecularis non poſſit: non tamen alligatus eſt illi ordini per illam profeſſionem.

Tertia pœna, quia ſuſpenſi ſunt à receptione cuiuſcunq; ad profeſſionem.

Dubitatio. Sed pone caſum, ꝙ nouitius infra annum probationis, poſtquàm ſteterit duobus, vel tribus menſibus exit ab ordine, & ſtat extra ordinem duobus, vel tribus menſibus; & demũ reuertitur ad ordinem, nunquid duo primi, vel tres menſes quibus ſteterat debent ſibi cõ-

Solutio. putari? Reſpondetur ſecundum dominũ Bonicontrum filium. Ioã. And. ꝙ non: debet. n. ſtare per annum integrum non interruptum. Nam quando iura loquuntur de anni ſpatio, loquuntur de anno continuo, vt dicit Ioan. And. de electione. capitulo primo libro 6.

Et ſicut mandatur fratribus, ꝙ infra annum probationis nullum ad obedientiam, recipiant: ſic etiam mandatur, ꝙ volentes exire, ſiue aliam religionem intrare non debeant retinere: per dominum Gregorium nonum, & Innocentium quartum. Et incipiunt priuilegia eorum eodem modo ſcilicet. Non ſolum in fauorem conuerſi. Dicit ergo regula, finito anno probationis eodem die, & hora completis, poteſt profiteri. Et aduerte hic ſi poteſt facere profeſſionem, & non vult; & ſtat vlterius nullam proteſtationem faciẽdo: quia ex ſuo eſſe in ordine non vult ſibi præiudicari: quin liberè poſſit ad ſeculum redire, talis tacitus eſt profeſſus; & non poteſt ad ſecularẽ vitam redire: ſed oportet eum aliquam religionem intrare.

Sed à quo ad profeſſionem debet recipi, & ſi regula non ponat expreſſè; tamen à miniſtris intelligitur: quia ſi ſolis miniſtris ingreſſus, & reçeptio reſeruatur: multo fortius, & ad profeſſionem talium receptio: ſed per declationes conceſſum eſt, ꝙ alijs à pręfatis poteſt committi.

Sed quam formam debet profitens in profitendo tenere, regula non dicit: niſi ꝙ promittant vitam iſtam, & regulam obſeruare. Hoc implicite dicit regula fiendum: ſed conſtitutiones oſtendunt magis explicite, & ex cauſa, vt dicetur. Forma hęc eſt. Ego Frater. N. promitto, & voueo Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini. Beato Franciſco, & tibi patri toto tempore vitæ meę ſeruare Regulam Fratrum minorum: per Dominum Papam Honorium confirmatam, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Et quare ſic exprimãtur tria vota in ſpeciali, & ſi pareat ex dictis in primo capitulo in ſolutione dubiorum: patere poteſt etiam ex ſolutione iſtius dubij videlicet.

An aliquis profitens ſic dicendo. Ego promitto toto tempore vitæ meę ſeruare Regulã Fratrum Minorum nil explicando: ſi tunc ad omnia Regulæ tenetur, vt ad pręcepta. Ad quod rèſpondet Papa Nicolaus in declaratione dicens, ꝙ ſi aliquis diceret abſolutè. Ego promitto ſanctum Euãgelium obſeruare: niſi profeſſor intenderet ſe ad omnium obſeruantiam conſiliorum obligare: quod vix, aut nunquam poſſet ad litteram obſeruari: talis promiſſio abſque intentione promittentis, ad alium intellectum nõ deberet perſtringi: niſi, vt obſeruantia Euangelij ſit, ſicut tradita reperitur à Chriſto: videlicet, ꝙ præcepta, vt pręcepta; & conſilia, vt conſilia à promittente obſeruentur. Et per hoc ad propoſitum, ꝙ talis ſic promittens niſi habuerit intentionem ſe obligandi ad omnia contenta in regula, vt ad præcepta, intelligitur Regulam promittere: vt ea, quę pręceptoriè, vel inhibitoriè ponuntur, vel ſub verbis obligatorijs, vel præfatis æquipollẽtibus, ex profeſſione obſeruare, vt præcepta teneantur. Alia vero non, niſi ſicut poſita intelliguntur. Vt ergo ſciat, quid principaliter ſit ſeruandum de cõſilijs, vt pręcepta, prędicta forma ex declarationibus ſummorum pontificum, eſt conflata, & bene. Eandem reſponſionem cum Papa Nicolao ponit Papa Clemens in declaratione ſua: vide ibi.

Dubitatio. (margin, beside "An aliquis profitens")
Solutio. (margin, beside "omnia Regulæ tenetur")

Sed quid debeat dicere recipiens profitentem.

Certe

Certe regula non ponit: ſed conſtitutiones: debet enim ei dicere. Et ego ſi hęc obſeruaueris promitto tibi vitam æternam. Et nota, ꝙ cum hęc profeſsio ſit votum ſolemne, publicè debet fieri ſcilicet coram fratribus tenendo manus infra manus recipientis, genuflexus ſine caputio, & mente, & facie ad Deum eleuata. Prius tamen debet inquiri, ſi vult plus de tempore ad probandum ordinis rigiditates. Et ſi ſic: tempus conceſſum eidem non præiudicat: quin completo anno vlterius ſtando ad ſeculum valeat redire, & hoc intelligendo infra tempus ſibi præfixum: ſed ſi vlterius ſtaret nihil proteſtando, dic vt ſupra. Sed ſi per illũ. qui eum deberet ad profeſsionem recipere tẽpus minimè taxaretur (ꝙ certe malè faceret) debet haberi recurſus ad iura: ſciendum tamen, ꝙ talis temporis taxatio, de qua loquimur, debet fieri tam de voluntate recipientis, quàm recipiendi.

Dicit ergo regula, ꝙ vouens promittat regulã ſemper obſeruare. vbi vide indeficientem regulæ obſeruantiam: quia ad ſemper, hoc videlicet habet locum in votiuis conſilijs, & affirmatiuis, ſed pro ſemper in negatiuis. Cui enim ſit hęc promiſsio, niſi Deo? De quo dicitur Pſalmo. Vouete & reddite: & ſcriptura. Reddes domino vota tua. Quia ergo hęc promiſsio ſit Deo debet inuiolabiliter obſeruari, vt ſaltem ſi non redditur, quod decet, non fiat, quod non decet per poſitionem actus cõtrarij, ad id quod eſt fiendum.

An quælibet tranſgreſsio regulæ ſit mortalis.

Sed quia dicitur, ꝙ ſemper eſt regula obſeruanda: poteſt eſſe dubium. An quælibet regulę traſgreſsio ſit mortalis. Reſpondetur, ꝙ cum in regula multa ſunt, quę ex profeſsione equipollent præceptis: horum tranſgreſsio, ſi fiat ex comiſsione, & ſcienter, & hoc in præceptis negatiuis, ſine culpa mortali talium non eſt tranſgreſsio: ſed ſi in præceptis affirmatiuis, quando talia debent fieri, & ſic eodem modo. vbi vero non debet fieri: quia talia nõ obligant pro ſemper: ſed ad ſemper, & fiat ex inaduertentia non eſt cum culpa mortali. Si vero talia omittantur ex contemptu, ſemper eſt cum peccato mortali: quia cõtemptus ſpecies eſt ſuperbiæ. Tranſgreſsio vero illorum, quæ ponũtur alio modo à prędictis, quæ præceptis non ęquipollent: ſi fiat ex omiſsione, & ex quadam negligentia, non eſt ſine culpa veniali. Si fiat ex contemptu, ſiue perſonæ ſcilicet prælati, ſiue ſtatuti, ſiue mandati, non videtur ſine culpa graui fieri. Si vero fiat tranſgreſſio ex cõmiſsione, patet, ꝙ eſt peccatum mortale: quia ibi eſt contemptus interprętatus. Inſuper, quia ſi non tenetur ad poſitionem actus: tamẽ ad vitandum oppoſitum tenetur. Quædam vero cum ponantur in regula conceſsiuè, & exhortatiuè, talium tranſgreſsio poteſt eſſe ſine omni culpa: patet de quadrageſima Epiphaniæ. patet de cibis, qui apponuntur liceat manducare, & de ſimilibus, quæ poſſunt omitti ſine omni culpa. Debet ergo ſemper Frater minor eſſe in ſolicitudine ad obſeruãdum, quę promiſit, cum ex talium obſeruantia ſibi vita promittatur æterna, & in timore ſtare, ne aliquid committat contra regulam: tali enim timore homo multa vitat; quæ alias non vitaret.

Et quia, vt dictum eſt regulam profitens, promittit eam ſemper obſeruare: quo ſequitur, ꝙ tali nullo modo eſt licitum ſua auctoritate ab ordine recedere: quia eſt contra promiſſum; & contra mandatum Papæ Honorij in priuilegio, quod incipit. Cum ſecundum conſilium ſapientis &c. factum beato Franciſco, & fratribus. Quo paſſu ſequitur, ꝙ nulla alia regula eſt iſta arctior: quia talem liceret adire, retro nullatenus reſpiciendo. Et quia ex profeſsione ſic fratres ligantur ordini: hinc eſt, ꝙ nullus Cardinalis, niſi de latere: nullus Archiepiſcopus, vel quicunque alius prælatus poteſt aliquem fratrem aſſumere, tenere, & dirigere etiam pro Eccleſiæ negocijs: quamuis habeat à ſede Apoſtolica: niſi fecerit expreſſam mentionem de huiuſmodi indulto, & ordine ipſo: ſine licentia generalis miniſtri, vel prouincialium miniſtrorum, ſeu vicariorum eorundem. Et dicti prælati poſſunt tales remouere, & corrigere, ſicut & alios fratres, & hoc per priuilegium, quod dicitur mare magnum Bonifacij, & incipit. Virtute conſpicuos. Talique ac tãto ſtrictionis vinculo: quia fratres alligantur regulæ, & ordini: hac de cauſa apoſtatantes incarcerare, ligare, & capere, & excommunicare poſſunt miniſtri ex priuilegio domini Innocentij quarti: quod incipit. Prouiſionis veſtrę. & in alio eiuſdem. Deuotionis veſtræ. Prelatique debent vitare apoſtatas noſtras, & eos denunciare excommunicatos, quando à fratribus requiruntur: priuilegio Alexandri quarti; quod incipit. Fratrum minorum: & priuilegio Gregorij noni: quod incipit. Fratrum minorum, ac priuilegio Innocentij: quod incipit. Fratrum minorum: Nec apoſtatas noſtros aliquis poteſt retinere, & retinentes debent excommunicari per prælatos, ſi fuerint à fratribus requiſiti: priuilegio Alexandri quarti Quod incipit. Cum ſic ex parte, & Clementis quarti eodem modo incipientis. Nec fratres Prædicatores poſſunt recipere noſtro ordini obligatos: ex priuilegio Innocentij quarti incipientis. Quod vos in Chriſto. Nec Ciſtercienſes priuilegio Innocentij quarti incipientis. Cum olim. Nec alij religioſi. Nec Eremitæ. Nec Gulielmitæ poſſunt apoſtatas noſtros retinere ſine licentia. Et oppoſitum facientes ipſo facto ſunt excommunicati: nec poſſunt abſolui, niſi per ſedem Apoſtolicam, & hoc

priuilegio Alexandri quarti incipientis. Veſtram,& veſtrorum ordinum.
Capi etiam poſſunt Apoſtatę noſtri ordinis: etiam licentiam habētes à Papa ſi infra duos, vel tres menſes aliam religionem non intrauerint: uel habitum non ſuſceperint regularem: priuilegio Alexandri quarti,quod incipit.In grauem ordini veſtro.
Apoſtatæ etiam noſtri ordinis nullam adminiſtrationem,nullam animarum curam, nullum officium debent habere. Priuilegio Nicolai quarti: quod incipit. In veſtri ordinis.
Egreſsis ab ordine noſtro prohibetur prædicare,& docere,& confeſsiones audire. Priuilegio Innocētij quarti, quod incipit. Iuſtis pęnitentium.
Erat antiquitus licitum membra putrida ab ordine ſeparare: id eſt malos eijcere: licet exitus ſpontaneus ęis interdiceretur:non tamen emiſsio. modo vero eſt interdictum per Papam Benedictum duodecimum, & per Clementem.
In ſeptima parte iſtius capituli, quæ dicit. Et illi, qui iam promiſerint obediētiam: dicit Papa Clemens,quod hoc æquipollet præceptis: & dicit ipſe, quod pluribus tunicis vti non licet,niſi in neceſsitatibus, quæ poſſunt haberi ex regula. Et dicit Papa Nicolaus in declaratione, quod fratres de licentia miniſtrorum, & cuſtodum coniunctim, & diuiſim in adminiſtrationibus eis commiſsis: cum eis videbitur pęnſatis neceſsitatibus: & alijs circunſtantijs; quæ ſecundum Deum, & regulam attendendæ videntur, vti pluribus poſſunt: hoc inquit, patet ex regula cum dicit: quod miniſtri,& cuſtodes de infirmorum neceſsitatibus, & fratribus induendis: ſollicitam curam gerant ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones.Habere ergo duas tunicas,vt dicunt quatuor magiſtri, & non plures regularis eſt formæ: Habere plures duabus,diſpenſationis ęſt regulæ: auctoritate illorum, quibus fratrū cauſa eſt commiſſa.
Addit de calciamentis dicens. Qui neceſsitate &c. Quid intelligitur,cum dicitur poſsint? Reſpondent quatuor magiſtri, quod poſſe intelligitur, licere. Sed quid neceſsitatis nomine hic intelligitur? Reſpondent, quod neceſſitas,cum dicatur multipliciter: poteſt neceſſitas in propoſito multis de cauſis intelligi.

Fratres in quibus caſib⁹ poſſunt ire calciati.

Neceſsitas enim eſt. Aliquando ratione perſonæ; quia debilis, vel infirma.
Aliquando ſecundum tempus: quia vehemens frigus.
Aliquando ſecundum locum: quia ſine impedimento non poteſt nudis pedibus pertranſiri.
Aliquando ſecundum iter,vel officium iniunctum: quod non poteſt ſine detrimento perſonæ, vel cauſæ, propter quam iniūctum eſt perficere.Sic ergo præfatis, patet quando eſt neceſsitas. Sed attende in præfatis: quod non quælibet prædictarum neceſsitatum debet ſtatim,pro cauſa iudicari neceſsitatis:ſed Frater debet experiri pluries antequam calciamenta, ſic ſumat. Ratio; quia, vt dicit Papa Clemens in declaratione: verbum regulæ;de non portandis calciamentis ęquipollet præcepto.
Per calciamentum intelligitur cooperimentum de corio, quo operitur pes: vnde nec caligæ ſanæ, nec truncatæ nec ſoleæ propriè inter calciamenta deputari videntur.Ita dicit Frater Hugo cum præfatis quatuor magiſtris. Sandalia enim, quæ ſoleæ dicuntur, fratribus minoribus non interdicuntur, nomine calciamenti: quia Chriſtus Apoſtolis calciamenta interdixit, & ſandalia conceſsit.

Per calciamētū quid comprehēdatur.

Matth. 6.

Et quia de tunicis profeſſorum poſſet eſſe hæſitatio:quales eſſe debeant: Beatus Franciſcus dicit.Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur; non dicit precioſis.Hunc regulæ paſſum expoſuit primo Papa Clemens in declaratione ſua dicens.Vilitatem veſtium illam intelligere: quæ ſecundum conſuetudinem,vel conditionem patriæ; debet quantum ad colorem panni,& pretium vilitas merito reputari.Hoc tamen, iudicio relinquit miniſtrorum, cuſtodum, & guardianorum:De vilitate veſtium,& qua neceſsitate fratres poſsint portare calciamenta. Dominus Papa Ioannes vigeſimus ſecundus iſtum paſſum etiam exponit vt Papa Clemens: committens præfatis, vt habeant arbitrari de colore,vilitate, longitudine,& latitudine,& caputij breuitate: quia vt dicit ipſe: Beatus Franciſcus dixit fratribus, quod vilibus induantur: ſed de prædictis nihil dixit: & mandat fratribus, quod iuxta determinationem præfatorum debeant agere: & oppoſitum facientes per generalem admonitionem ſi non ſe correxerint: ſunt excommunicati ipſo facto. Et quatuor magiſtri dixerunt, quod vilitas attenditur in pretio pariter, & colore ſecundum extimationem hominum regionum, in quibus fratres morantur.

Veſtiū fructū vilitas quæ ſit.

Inter alia, quæ beato Franciſco diſplicebant, vt patebit infra fructu 16. & cōformitate eſt, quod fratres,qui paupertatem vouerunt multiplicibus induerētur, & mollibus, ſignum extincti ſpiritus, hoc in fratribus aſſerebat: ac mollibus,& delicatis veſtitos fratres, ad tentandum diabolum vehementius animari. Aſſerebat Ioannem Baptiſtam de hoc ſpecialiter a domino commendatum. Et qualiter ipſe beatus Franciſcus indutus iret,quia fructu & conformitate 16. dicetur: ad præſens omitto.
Multi ſancti: ſingulares in veſtimentis fuerūt. vt patet de Abbate Antonio,Hillarione, & de alijs; ac beato Ieronimo, qui ſacco ibat indutus. Ad verecundiam vero eſt fratris minoris, veſtem deferre mollem,ſeu pulchram,aut nobilem,

Franciſco multiplicitas & mollities ueſtiū diſplicebāt

bilem, quia præ cunctis religioſis ſeruandam paupertatem arctius ipſe promiſit, & totaliter à veſtigijs patris exorbitare, quem ſequẽdum coram Deo vouit, & ſanctis. Et vbi aliorum exẽplum deficeret copia, cuilibet noſtrũ paupertas obijcitur Chriſti, & ſuæ matris beatæ. Subinfert beatus Franciſcus, ſi contingat tunicas lacerari, quid fiendum? non debet ſtatim noua procurari, ſed ipſa antiqua repeciari facitis, & alijs petijs, vt ipſe faciebat. Ratio; quia ſic faciendo, facit cum benedictione Dei.

In vltima parte huius capituli, monet, & exhortatur fratres &c. Vbi ſciendum, quod ſunt nonnulli, qui aſperis indutis, & cibis non vtentes delicatis, ex hoc ad iudicandum alios, & deſpiciendum aſſurgunt. beatus Franciſcus, ſi à fratribus molles interdicit tunicas, multo fortius, & cibis delicatis perutis, quia facilius inclinatur ad peccatum homo ciborum delicatorum ſumptione nimia, quàm veſtium. Quid dicit, (inquit) fratres non iudicent tales male agere, quia quiſquis, dum vtitur veſtimentis ſecundum decentiam ſui ſtatus, nõ male agit, nec deſpiciant tales .ſ. aſſerentes eos peccatores, ſicut phariſæus de publicano cenſebat; de ieiunio ſe commendando. Sed quid frater minor dẽt agere? Certe iudicet, ſcilicet ſe non agere conformiter Chriſto, cuius conſilia proſequenda deuouit, & deſpiciat ſemetipſum dicens cum Pſa. Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Expoſitio tertij capituli regulæ.

TErtium regulæ capitulum eſt de diuino officio & qualiter fratres debent ieiunare, & ire per mundum. Et incipit.

Clerici faciant diuinum officium, ſecundũ ordinẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, excepto pſalterio, ex quo habere poterunt breuiaria. Laici vero dicant viginti quattuor Pater noſter pro matutino; pro laudibus quinque: pro Prima: Tertia: Sexta: & Nona: pro qualibet iſtarum horarum ſeptem: pro Veſperis autem duodecim: pro completorio ſeptem: & orent pro defunctis.

Et dicit: quod in hoc capitulo. Hymnus Deo perſoluitur. Corpus conteritur per actum diræ ſubiectionis. Vbi ſciendum, quod in hoc capitulo. Beatus Franciſcus, quo ad prædicta, fratres ordinauit tripliciter.

Primo ad Deum per opera collaudationis, & reuerentiæ dicens, Clerici &c. Vbi ſciendum, quod in hoc ordine, cum ſint fratres in duplici differentia; quidam diuino cultui deputati, & litterati, alij ſeruitio præfatorum deputati illitterati, ac quilibet pro modulo ſuo Deum debet collaudare, & pro impenſis iuxta poſſe regratiari; hinc eſt, quod clericis, & primis fratribus imponit, vt Deum laudent per officij exhibitionem dicens. Clerici, ut Deum laudent, faciant diuinum officium. Sed qualiter? inquit, ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ideſt ſe conforment ordinario Eccleſiæ, prout, ſcilicet eſt in eius breuiarijs ordinatum pſalterio excepto; & ſequitur, ex quo habere poterunt breuiaria. Quatuor magiſtri per breuiaria intelligunt officium diuinum, ſcilicet quo ad diurnum, ſcilicet Miſſale, & nocturnum; quia in his duobus fratres ſe ordinario Eccleſiæ debent conformare. Nota hic ſecundum dominum Papam Cle. in declaratione, quod illud æquipollet præcepto. Ex quo ſequitur, quod clerici fratres, & ſi non ſint in ſacris: vbi poſſunt officium dicere, & non dicũt, peccant mortaliter: quia ſcientes omittunt, ad quod tenentur, præſertim non habentes impedimentum. Fratres clerici nõ dicẽtes officiũ peccãt mortaliter.

Sequitur etiam, quod fratres celebrantes alias feſtiuitates ab his, quæ ſunt in calendarib; aut de quibus non dicitur in rubrica breuiarij; peccant grauiter: quia præſumptuosè faciunt; & contra ordinarium Eccleſiæ.

Sequitur etiam, quod non pro quacunque infirmitate fratres poſſunt eximi à ſolutione diuini officij, patet, quia eſt præcepto æquinalẽs. Et ſciendum, quod dominus Papa Innocẽtius in declaratione ſua, & in priuilegio, quod incipit. Pro veſtro collegio. concedit, quod ſi fratres clerici interſunt diuino officio aliorum: quod ad proprium dicendum minime teneantur. Et quia dicit minime: ſi fratres proprium dicant: non neceſſitatis, ſed ſupererogationis eſt.

Sequitur etiam ex prædictis, quod ſicut fratres officij ordinata ſeruare tenentur, ſic, & quo ad cantum: quia cum cantus fractus nõ ſit per ordinarium Eccleſiæ ordinatus; fratres tales cantus exercentes peccant: & quia faciunt cõtra ordinationes, & conſtitutiones Papæ Benedicti.

Sed hic eſt dubium. Si dominus Papa faceret de uno feſto, quod non eſt in Calendario, vel ſecundum Rubricã Breuiarij: fratres tenentur ne facere de illo feſto? Reſpondetur quod nõ: niſi ipſe mãdaret de eo fiendum. Quo paſſu regulæ dicit beatus Franciſcus, ex quo habere poterunt breuiaria: patet, ut dicit declaratio Papæ Nicolai: quod beatus Franciſcus vſum rerum non vetuit fratres habere; imo uoluit, quod libri, quo ad vſum in communi haberentur, & non in ſpeciali, prout dicebat frater Leo fuiſſe de intentione beati Franciſci. Et licet beatus Franciſcus ponat, quod fratres perſoluant diuinum officium, & modum non pandat: attamen, quia præſupponit dici diuinum officium, conſequenter intelligitur, quod taliter dicatur, quod placeat Deo proſit dicenti; & ædificet audientes; & ad deuotionem inducat: quare debet perſolui. ut ipſe ſanctus faciebat; de cuius modo dicit Bonauentu. In Dubitatio Solutio.

decima parte legendæ maioris. Et dicetur fructu 19. & conformitate. Impoſito clericis & litteratis quomodo dicãt diuinum officiũ, ſubdit beatus Franciſcus in regula, qualiter fratres illiterati: videlicet, laici Deum debeãt ſuo poſſe collaudare, & dicit textus regulæ: quia Pater noſter debent Deo perſoluere. Quæ oratio, & ſi breuis ſit; ipſa cœlum penetrat: & tanto virtuoſior præ alijs: quanto ab ipſo Deo Apoſtolis data, & reſerata. Datur laicis breue officium, & non ſine cauſa (vtpote; ſeruitijs clericorum occupatis: & dicit Papa Nicolaus in declaratione) quod tales, & ſi non vacent ſtudio, & diuinis officijs, dummodo ſeruitijs inhæreant aliorum: cum ipſis, quibus ſeruiũt ſuſtentati, merentur. Exemplo. David, qui deſcendentium ad bellum, & remanẽtium ad ſarcinas voluit, ut portio æquaretur. Iſtis tamen laicis indicitur in ſpeciali, vt orent pro defunctis: quia in officio diuino pro ipſis defunctis ſemper oratur; tam in officio diurno idest miſſali, quam nocturno: ſed non ſic in officio laicorum. Et attende hic; quod (quia fratres habent perſoluere diuinum officium, ut libere valeant hic exercere) ſummi pontifices fratribus concesserunt videlicet Papa Gregorius nonus, priuilegium, & incipit. Deuotionis veſtræ precibus.

Fratribus laicis quare, datum ſit breue officium.

Innocentius quartus, priuilegium conceſsit: quod incipit. Eis qui ſanandis.

Et Nicolaus quartus conceſsit illud, quod incipit. Meritis veſtræ religionis: quod tempore generalis interdicti: interdictis, & excommunicatis excluſis, ianuis clauſis, & ſummiſſa voce, in Eccleſijs noſtris fratres poſsint celebrare diuina. Addit Papa Nicolaus, quod non ſolum legere diuinum officium poſſint, & miſſas celebrare: ſed etiam tẽporibus conſuetis iuxta morem ordinis: ſacræ communionis, & extremæ vnctionis ſacramenta recipere. Poſſunt etiam fratres ad diuina admittere procuratores, operarios, & pueros fratrum tempore interdicti, ex priuilegio Alexandri quarti quod incipit. Vt in veſtris domibus ſeruientes. Præfatis ergo apparet, quod B. Franciſcus in regula ordinat fratres ad Deum per opera reuerentiæ.

Secundo ordinat eos quo ad corpus per opera pœnitentiæ per ieiunium dicens.

Et ieiunent à feſto omnium ſanctorum, vſque ad natiuitatem Domini. Sanctam vero quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania, vſque ad continuos quadraginta dies: quam dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit: qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à domino: & qui nolunt, non ſint aſtricti: ſed aliam, vſque ad reſurrectionẽ domini ieiunẽt: alijs autem temporibus, non teneantur, niſi ſexta feria ieiunare. Tempore vero manifeſtæ neceſſitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali.

Vbi ponit, quod fratres debent ieiunare, & quando. Et dicit Papa Clemens in declaratione: quod iſtud æquipollet præcepto: & dicta ieiunia tenentur ieiunare, ac ieiunia omnia alia, ad quæ ex ſtatuto Eccleſiæ tenentur cæteri Chriſtiani. Sed quia non omnibus fratribus ineſt eadem valitudo, ſeu ætas; hinc eſt, quod B. Fran, ſicut diſcretiſsimus ſubdit. Quod fratres tempore manifeſtæ neceſsitatis, non teneantur ieiunio corporali: neceſsitas enim aliquando euenit ratione ætatis, vel infirmitatis, aliquando ratione laboris, aliquando ratione defectus victus, & ſuſtentationis: quando ergo neceſsitas eſt manifeſta, tunc non tenentur fratres ad corporale ieiunium exhibendum.

Sed hic eſt dubium. Cum iura non ſtringant, niſi ad vigeſimum primum annum ætatis peruenerit: eſt ne ſic ſeruandum in ordine? Reſpondetur, quod non; quia ratione voti regulæ promiſſæ ſic tenetur. Dubitatio. Solutio.

Sed quomodo debent fieri hæc ieiunia? Reſpondent ſtatuta ordini, quòd in cibo quadrageſimali. Nec fratres ab alijs ieiunijs, ſcilicet vigiliarum, & quatuor temporum eximũtur; vt dicit Papa Clemens: quia ſi alij Chriſtiani, à fortiori ipſi. Nec à præceptis abſoluitur Eccleſiæ quis per opera ſuper erogationis: quia vt dicit Chriſtus, illa oportet fieri, & hæc non omitti.

Tertio ordinat B. Fran. fratres, quo ad proximum per opera miſericordiæ, ſcilicet verbi Dei dicens.

Conſulo vero, moneo, & exhortor fratres meos in domino Ieſu Chriſto, vt quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent; ſed ſint mites, pacifici, & modeſti, manſueti, & humiles, honeſte loquentes omnibus, ſicut decet. Et non debeant equitare, niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur. In quacunque domum intrauerint, primum dicant, pax huic domui. Et ſecundum ſanctum Euangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

Scilicet miſsi ad prædicandum more Apoſtolorum, qui per Chriſtum miſsi ſunt ad prædicandum. Matth. 10. Lucæ 9. & 10. Quando ergo fratres vadunt per mundum, quia non dicit, quando frater: hoc loco accipitur documentum; quòd fratres non debent ire ſoli, ſed ſociati, ideſt bini: ſicut ipſe beatus pater Franciſcus fecit ſtatim, vt fratres habuit, & iuxta ordinem Euangelij: nam Chriſtus diſcipulos ſolos non miſit, ſed binos: vt habetur Lucæ. Sed attẽde, quòd Lucæ 10. beatus Franciſcus in hoc paſſu regulæ vult, quòd fratres primo opere prædicent: deinde verbo. Sed quomodo opere debent prædicare oſtendit.

Primo à litigijs præcauendo dicens. Non litigent. quia eorum ſtatui hoc non conuenit.

Secundo, ne verbis contendant: prout Chriſtus conſulis. Matth. 5.

Tertio, ne ſint temerarij alios iudicãdo: ideo
dicit. Nec alios iudicent. Iſta tria debent vi-
tare.
Sed quibus virtutibus debent refulgere dicit.
Primo, vt ſint mites, non reſiſtendo impropę
rantibus.
Secundo pacifici, alios nullatenus impetẽdo.
Tertio modeſti. ſ. in verbis, & factis modum
ſeruando, iuxta Apoſtolum: modeſtia veſtra
nota ſit omnibus hominibus.
Quarto manſueti, impetus iraſcibiles refre-
nando.
Quinto humiles, propriam excellentiam cõ-
tẽnendo, & declinando, & ſibijpſi vileſcendo.
Sexto, honeſtę, ideſt non turpia, aut ſtultilo-
quia proferendo, loquentes omnibus ſicut de
cet; videlicet, cuilibet ſtatui, quę ſunt debita
proponendo: debent ergo, & fabulas deui-
tare, & ſermo eorum ſale eſſe conditus diui-
næ ſapientię.
Sed qualiter debent incedere pedibus, vel alio
modo: ſubdit beatus Franciſcus, quòd non
debeant equitare, niſi manifeſta neceſsitate,
Matth. 21. vel infirmitate cogantur. Chriſtus enim pedi-
tauit, & Apoſtoli, & non æquitauit, ſed aſina-
Matth. vlt. uit. Chriſtus enim quando Apoſtolos miſit
per mundum prædicare; non equitando, ſed
peditando miſit: horum exemplo fratres mi-
nores ſic debent incedere. Addit, quid debet
dici more Euangelico dicens, in quãcunque
domum intrauerint &c. De pace per fratres
dicenda, & annuncianda beatus Franciſcus,
Lucæ 10. & à ſancto habuit Euangelio, & diuina reue-
latione, vt ipſe ait in teſtamento ſuo.
Et quia ſanctum Euangelium teſtatur Chri-
ſtum conceſsiſſe Apoſtolis, vt comederent de
omnibus cibis, qui eis apponerẽtur: ſic & bea-
tus Franciſcus concedit, vt ſcilicet omnium
ieiunantium in ieiunio, & non ieiunantiũ ex-
tra ieiunium cibis vti poſsimus. Nec fratres,
hic paſſu, à ieiunijs abſoluuntur; nec omniũ
ciborum vſus eſt eis conceſſus, ſed pro tempo
re. Iſto regulæ paſſu patet, quòd hoc dicit
beatus Franciſcus hic ſecundum conceſsionẽ,
& non præceptum, & ſic habes, quòd aliqua
indicuntur per modum præcepti, aliqua per
modum inſtructionis, aliqua per modum mo-
nitionis, & aliqua per modum conceſsionis:
ſic ergo prætactis apparet, quomodo beatus
Fran. in hoc capitulo ordinauit fratres, quò
ad Deum, per reuerentiam: quo ad corpus,
per abſtinentiam: quo ad proximum, per exẽ
plaritatis refulgentiam. Et ſic patet, quòd in
iſto capitulo, Hymnis Deo perſoluitur; cor-
pus conteritur per actum diræ ſubiectionis.

Expoſitio quarti capituli regulæ.

P*Recipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nul-
lo modo denarios, vel pecuniam recipiant,
per ſe, vel interpoſitam perſonam.*

Hoc eſt quartum regulæ capitulum. In quo
Cenſus, vel res abdicitur: Forma traditur ve-
ræ miniſtrationis. In quo beatus Franciſcus
duo facit; videlicet, quia interdicit omnis
pecuniæ vſum, quo ad perceptionem. Et ex-
ponit modum pro infirmis, & alijs, & procu-
rationem, cum dicit: tamen pro neceſsitati
bus &c. Et quia hoc capitulum valde fuit cor
di beato Franciſco cum ſexto capitulo hujus
regulæ; ideo ad eius euidentiam ſunt aliqua
videnda.
Et primum de differentia inter pecuniam, & Differẽtia inter pecuniam & denarium.
denarium; quia beatus Franciſcus vtrumque
interdicendo ponit diſtinctionem. Et iuxta
conſtitutiones antiquas, & quatuor magiſtro
rum ſententiam: per denarios intelligitur pe
cunia numerata. Pecunia vero dicitur omnis
res alia, qua ſolent vti homines, cum oppor-
tunum eſt ad pretium rerum emendarum; vt
aurum, & argentum, & quicquid tale ſit, quo
pro denario ad pretium rerum emendarum,
homines vtuntur. videtur ergo prohiberi re
ceptio denariorum, & quarumlibet rerum;
quæ accipiuntur ad pretium rerum emenda-
rum.
Secundum videndum. Quid eſt recipere pe- Pecuniam recipere quid, & quo dicatur.
cuniam. Dicunt quatuor magiſtri. Quòd
quædam res recipiuntur in proprietatem, &
non in vſum, quædam in vſum, & non in pro
prietatem, & quædam in proprietatem, &
vſum: dicunt ergo, ꝙ receptio cuiuslibet rei
in proprietatem, prohibetur fratri minori, vt
patet in 6. cap. regulæ. Receptio vero quarũ-
dam ad vſum conceditur, vt librorum, & ve-
ſtium, & huiuſmodi. Receptio vero denario-
rum, & pecuniæ quantum ad proprietatem, &
quantum ad vſum omnino prohibetur, & per
ſe, & per interpoſitam perſonam.
Sed ſciendum eſt, ꝙ aliqua res habet duplicẽ
vſum: naturalem, & accidentalem. Ad propo-
ſitum. Si quis vteretur auro, & gemmis ad vſũ
naturalem; quia valent ad multa medicina-
lia; ſimiliter etiam ad aliquem vſum acciden
talem, vt auro pro calicibus, & huiuſmodi, ta-
lium vſus non interdiceretur: niſi in talibus
eſſet exceſsiuus abuſus. Attamen prȩfatis vten
do ad emendum, nullo modo licet fratribus
habere.
Tertium videndum eſt, quid eſt recipere per Quid ſit recipere pecuniã per ſe, vel per alios.
ſe, vel per interpoſitam perſonam. Reſpon-
dent prȩfati magiſtri, per ſe recipere pecuniã,
eſt pecuniam ad conuertendum in ſuos vſus
accipere. Recipere vero per interpoſitam per
ſonam, eſt ſua auctoritate alium ſubſtituere
ad recipiendum pecuniam in ſuos vſus pro-
prios conuertendam.
Quartum videndum eſt de quodam caſu, quo Quo in neceſsitate pecuniæ fratres ſe habere debẽt tute.
videbitur qualiter fratres circa pecuniam, &
denarios debeant ſe habere, & caſus eſt talis.
Fratres indigent pro ſuis neceſsitatibus eleo-
moſyna

moſyna pecuniaria: inueniunt aliquem dantē, vel mittentem, vel committentem, vel in teſtamento eis pecuniam legantem. Quid fratres (penſata neceſsitate, quam habent;& prędicto ſic exhibente eis) agere debent, ut ſit, qui ſubueniat in re, qua indigent; & ipſi pręſeruentur, ne per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecuniam, ſeu denarios recipiant? Ad hunc caſum ſic eſt reſpondendum: quod fratres indigeāt pecunia, hoc eſt, vel pro re iā empta eis neceſſaria, vel pro re, quam volunt emere eis neceſſaria, & tunc, vel pro re emenda de præſenti, vel de futuro: & talis res fratribus neceſſaria, quam emere volunt, vel eſt vbi fratres habitant, vel in alia regione. Iſta diſtinctione præmiſſa, ſic reſpōdetur ad caſum. Primo, ſi fratres rem emerunt: tunc ad volentem dare poſſunt accedere rogando, quòd ſatisfaciat. Si ipſe facit: bene quidem. Si vero ipſe non vult manu propria ſatisfacere, vel non poteſt: tunc fratres poſſunt eum rogare ſecundum Papam Nicolaum in declaratione, quod aliquem ſubſtituat per ipſum, & ab ipſo nominandum; per quem debenti recipere ſatisfaciat. Si facit, bene quidem. Si vero non vult facere, vel non poteſt: tunc ſecundum Papam Nicolaum fratres poſſunt famulum illius, à quo res emitur, vel alium, ſeu alios præſentare, cui, vel quibus poſsit ſi danti placuerit, committi executio prædictorum. Sic tamen, quòd ſemper apud dantem dominium, & poſſeſsio pecunię remaneat, cum libera poteſtate repetendi eam; vſquequo conuerſa ſit in rem deputatam: ita quod fratres contra perſonam dantem, uel nominatam, nullam habeant actionem qualitercunque in cōmiſsione prædicta ſe haberet, liceat tamen fratribus vt dicit Papa Nicolaus, ſuas neceſſitates inſinuare, ac ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ, ſcilicet ſubſtitutæ, ac eam rogare, quod ſoluat, ac etiam eandem exhortari, ac inducere, quod fideliter ſe habeat in re commiſſa; & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione prouideat. Poſſunt etiam ſecundum dominum Gregorium nonum in declaratione, ubi ſubſtitutus non faceret per negligentiam, uel ignorantiam, ad talem, qui dedit, & ſubſtituit fratre: habere recurſum. Dicit dominus Nicolaus Papa: quod ſi talem perſonam ſubſtitutam, & nominatam contingeret per abſentiam, infirmitatem, voluntatem, ſeu locorum diſtantiam ad eos, quibus ſolutio eſſet fienda nolle accedere, liceat fratribus vnam aliam perſonam; ſi ad primum dantem non poſſunt, uel nolint habere recurſum ſubrogare, & nominare, ſicut dictum eſt de perſona ipſa ſubrogatā, reſpectu domini ſubrogātis. Et ſic poſſunt plures perſonas præſentare fratres, tam danti primò, quam perſonæ ſubſtitutæ.

Et ſi quæratur; iſtæ nuncius, vel nuncij per fratres præſentati: cuius ſunt? Reſpondet Papa Gregorius, Innocētius, & Nicolaus, quòd, vel illius, à quo res emitur, uel illius, cuius auctoritate pecunia deponitur.

Et ſi quęratur: ſi talis ſubſtitutor debet ſtatim ſoluere? Reſpondet Papa Gregorius quòd ſic. Et ſi nō ſtatim ſolueret, uel ex ignorantia, vel negligentia: fratres inducant eum, vel recurrant ad dominum ſubrogātem, vt dictum eſt. Sed talem nuncium fratres præſentando: Nunquid fratres dicuntur pecuniam recipere per ſe, uel per interpoſitam perſonam? Reſpondet Papa Innocentius in declaratione, quod non, quia non eorum auctoritate pecuniam, vel denarij conſeruantur; nec ipſi habent dominium, vel proprietatem, ſed dominus ipſam dans, ut dicit Papa Nicolaus.

Secundo ſi fratres non emerunt, ſed emere uolunt, & dominus velit dare, ſi ſtatim volūt emere fratres. Dic vt ad præcedētem primam partem eſt dictum.

Tertio ſi fratres volunt emere rem, quam non ſtatim habere poſſunt, vt pote libros ſcribere, & ædificia conſtruere, & ſic de ſimilibus: ita quòd requirunt tractum temporis: dicit Papa Nicolaus, quod fiat, ut dictum eſt, vt dominus dans dare differat: vel aliquis ſubſtituatur per ipſum, cui committat; vel ſubſtitutus alteri committat: dominio pecuniæ ſemper libere apud ipſum remanente, vſquequo in rem deputatam conuertatur.

Quarto ſi res non haberetur in terra illa vbi fratres morantur, ſed in alia terra, qua indigent: Reſpondet Papa Nicolaus, quod fratres debent ad dominum pecuniæ ire, ſi pręſto eſt, vel ad eius nuncium, & dicere, quod ſibi placeat, ut, dominio pecuniæ apud ipſum remanente, vſquequo in rem deputatam conuertatur, per quaſcunque manus pecunia, ſeu eleemoſyna ipſa tractetur, ſiue perſonas ab eo, vel à fratribus nominatas, totum ſuo conſenſu, voluntate, ac auctoritate procedat. Quo aſſenſum ſuum præbente prædictis, ſecure fratres re empta, vel acquiſita de illa pecunia per quēcunque vti poſſunt. Et dicit Papa Nicolaus, quod præfatis modis fratres, vt prædicitur circa pecuniam in ſupportandis eorum præteritis, & ingruentibus neceſsitatibus obſeruatis, non intelliguntur, nec dici poſſunt per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecuniā recipere contra regulam, vel profeſsionem, ac ſui ordinis puritatem, cum manifeſte pateat ex pręmiſsis, ipſos fratres non ſolùm à receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verum etiam contrectatione, qualibet ipſius, & ab ea penitus alienos.

Sed hic ſunt aliqua dubia.

¶ Et primum eſt, quibus verbis debent fratres vti in pręſentando aliquem domino volenti

benefa-

bene facere fratribus in pecunia. Reſpondet conſtitutio antiqua, quod fratres debent dicere perſonæ pecuniam offerenti, poteſtis domine (ſi placet) iſtum veſtrum conſtituere nuncium: vel apud iſtum veſtram eleemoſynam deponere: qui vice veſtra inde fratrum prouideat neceſsitati.

Dubitatio. Secundum dubium. Si caſus accidat, quod dominus pecuniæ moriatur, antequam id, quod depoſuit pro fratrum neceſsitatibus ſit expenſum. Quid fiendum de illa pecunia? Reſpondet Papa Nicolaus in declaratione. Quod ſi dominus concedens dixerit, quando conceſſit: quod perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum fratrũ expenderet, quicquid de ipſo concedente contingerit, viuendo, vel moriendo, ſiue concedens hæredem reliquerit, ſiue non, poſſunt fratres ad perſonam deputatam, nõ obſtante cõcedentis morte, vel hæredis contradictione, pro illa pecunia expendenda, recurrere, ſicut poterant ad ipſum dominum concedentem. Solutio.

Dubitatio Tertium dubium Dominus dat, & deponit pluſquam fratres indigent pro ſolutione, & pecunia ipſa ſuperfluit: quid fiet de ipſa? Reſpondet Papa Nicolaus, quod ſi dans per fratres rogetur, quod ſuperfluum poſsit in alias fratrum neceſsitates expendi: ſi conſentiat, poteſt in tales neceſsitates modo præfato conuerti: Si non conſentiat: reſiduum ad ipſum dominum libere reuertatur. Dicit tamen Papa: quòd fratres debent cauere: ne faciã plus dari, quam extimatur res ei neceſſaria valitura. Solutio.

Dubitatio Quartum dubiũ. Dominus credit fratres poſſe recipere, & dat libere, & abſolute fratribus. Reſpondetur, quod non intendit dare fratribus, niſi prout eorum congruit profeſsioni, & regulæ. Dat ergo fratribus eo modo, quo eis competit, committendo alicui, qui eam diſpẽſet in his rebus, quibus fratres poſſunt vti. Similiter ipſe dans, ſi ſeruet; eodem modo ſernat pro fratrum neceſsitatibus. Et ſemper eſt dominus vſquequo pecunia in rem, eſt conuerſa: & dato, quod dans intendat dando transferre proprietatem, & dominium in fratres: nunquam hoc facit, aut facere poteſt: quia, nec fratre nolente: quia non poteſt dominiũ in alium transferre ipſo nolente. Nec fratre volente: quia non poteſt habere talem proprietatem: quia, nec per ſe recipere poſſunt, nec per interpoſitam perſonam. Solutio.

Dubitatio Quintum dubium. Dator pecuniæ nullo omnino modo vult habere talem proprietatem: nec pecuniam, quam dat, vult aliquo modo ad ſe pertinere: ad quem ergo pertinebit? Reſpondetur, quòd ſecundum declarationem dominorum Innocentij, Nicolai; & Clemen. quinti, cum talis non poſsit eſſe fratrum: nec ſubſtituti, ſiue depoſitarij, proprietas erit Eccleſiæ. Sed quia dominus Ioannes Papa vigeſimus ſecundus in quadam extrauagante, quæ incipit. Ad conditorem canonum: modificat, quæ ſpectant ad Eccleſiam Romanam de rebus fratribus minoribus conceſsis, ſic dicens iuxta finem. De fructuum noſtrorum conſilio hic edicto in perpetuum valituro ſancimus: quod in bonis, quæ in poſterum conferentur, vel offerentur: aut alias quomodolibet obuenerint, vel obuenire continget fratribus: ſeu ordini ſupradicti: exceptis Eccleſijs, oratorijs, officinis, & habitationibus; ac vaſis, libris, & veſtimentis diuinis officijs dedicatis, & dedicandis: quæ ad ipſos obueniẽt in futurum: ad quę ſe non extendunt inconuenientia ſupradicta: propter quod conſtitutionem iſtam extendi volumus: nullum ius, ſeu dominium aliquod occaſione ordinationis prædictæ: ſeu cuiuſlibet alterius à quocunque prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc ſpecialiter editę, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ acquiratur. Sed quo ad hoc habeantur ordinationes huiuſmodi, pro non factis: per hæc autem in his, quæ ex dictis ordinationibus in bonis prædictis ad dictam Eccleſiam prouenerunt: vel pertinere quomodolibet poterant, vel debebant: nullum eidem parari præiudicium volumus: ſed illa ſibi expreſſe intacta, & inuiolata ſeruamus. Quibus verbis patet, quod dicta pecunia ad Eccleſiam Romanam non pertinet. Sed cuius ſit: quia ipſe Papa non dicit: & ſic de multis alijs, vt pote de habitibus, & fratrum tunicis, hortis, & huiuſmodi ego non determino: ſed ſuper hoc habeatur domini Papæ determinatio, & declaratio. Solutio.

Et ſi dicatur pecunia pro fratribus deputatur, ergo videbitur, quod ſit fratrum. Reſpondetur, quod ſi pro non dicit proprietatem: cum eorum auctoritate non deponatur: ſed dicit vtilitatem, vel aliam cauſam ſecundum, quod fratres indigent. Nec etiam iſta conſequentia eſt bona: hoc deputatur pro iſto: ergo hoc eſt iſtius, pro quo deponitur: patet exemplo in patrefamilias, qui diſpenſatori ſuo pro nutriẽda familia ſua tradit pecuniam: licet illa pecunia ſit pro vtilitate familiæ: non tamen eſt familiæ, ſed domini. Quod autem pecunia ſic deputata pro fratribus non ſit fratrum: oſtendit Papa Gregorius, & Innocentius: quia nec eorum auctoritate deponitur, nec eam exigunt nomine depoſiti. Dubitatio ſolutio.

Sextum dubium. Fratres non habent neceſsitatem pro pręſenti ſed pro imminenti. Nunquid modo præfato volentes eleemoſynas dare, poſſunt rogare, quod ſeruent; uel ſubſtituãt aliquem &c. vt eſt dictum? Reſpondetur, quod ſic, nam iſtud præſupponendo, licitum fratribus modum talia committendi oſtendit Papa Gregorius; & Papa Innocentius in declarationibus, vt ipſe conſeruet, vel ſubſtituat. Et Dubitatio Solutio.

ſubſtitutus etiam poſt alium ſubſtituere: ad quem pro loco, & tempore pro neceſsitatibus fratres habeant recurſum. Ex prædictis ergo petet ſolutio caſus, quo ad partem illam, videlicet quando fratres indigent, vel inueniunt perſonam pecuniam eis dare volentem, quid fiendum.

Quid ſi pecunia fratribus deſtinatur.

Videndum eſt ergo nunc de ſecunda parte caſus, videlicet de pecunia tranſmiſſa per nuncium fratribus, quid fiendum? Reſpondet Papa Nicolaus in declaratione: quod quando contingit dari ipſam pecuniam fratribus, vel mitti: niſi aliud per mittentem exprimatur: modis prædictis oblata, & miſſa intelligatur. Non enim, vt dicit ipſe eſt veriſimile aliquem eleemoſynæ ſuæ ſine expreſsione modum illũ velle præfigere: per quem, & donans merito: vel illi, quorum neceſsitatibus intendit per donum huiuſmodi prouidere, vel effectu doni, vel ſuæ conſcientiæ puritate defraudentur. Et hic intelligenda ſunt, vbi per dominum mittentem, non fit mentio, quid de pecunia ipſa fiendum ſit. Si enim exprimeret nuncio: id debet fieri, quod dominus intendit, & non aliud: quia fratres, nec commiſſarius contra voluntatem domini mittentis: cum pecunia ſit ſua, agere poſſunt.

Quid ſi pecunia pro fratribus, cui cõmittatur.

De tertia parte caſus: videlicet de committente pecuniam apud aliquem pro fratribus, dicitur vt dictum eſt, quod ſi alicui pecunia expendenda pro fratrum neceſsitatibus committitur, fratres ſecundum Papam Gregorium, & Innocentium poſſunt ad illum recurrere, cui eſt commiſſa modo iam dicto ſuperius, & expreſſo, & neceſſaria, ſicut à domino recipere, hoc forte excepto, quod commiſſarius, nec ſua fratrum auctoritate pecuniã à domino ad aliquem vſum, vel neceſsitatem determinatam, poteſt ad alios vſus commutare, niſi à domino ſuper hoc recipiat poteſtatem, vel eius in hoc præſenſerit voluntatem, hæc quatuor magiſtri.

Quid ſi pecunia fratribus, teſtamẽto relinquatur.

Circa quartam partem caſus; De pecunia in teſtamento fratribus dimiſſa, quid fiendum? Reſpondet Papa Nicolaus in declaratione diſtinctionem ponendo. Quid vel talis dimittẽs modo exprimit in legando fratribus licitum, videlicet, vt dimitto, vel lego eis pecuniã, aut agrum, vel domum, vineam, & ſimilia, ut per perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahantur, & de pecunia, vel ædificia fiant, vel in neceſſaria fratrum conuertantur. Si ſic legat, talia legata poſſunt fratres habere, modo in pecunijs alijs, & eleemoſynis, vt dictum eſt ſeruato. Si vero talis legans modum exprimit fratribus non licitum in legando, vt pote. Dimitto fratribus vineam ad colendum, vel domum ad locandum, & ſimilia, dicit Papa, quod à tali legato, & eius receptione per omnem modum, fratres abſtineant. Si vero aliquid legetur ſine modi expreſsione, vt in legato indeterminate relicto, dicit Papa, quod ſeruetur, quod dictũ eſt de pecunia, & eleemoſyna fratribus indeterminate oblata, vel miſſa, vt ſub modo licito fratribus intelligatur relictum, ita quod, nec legans merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur. Sic ergo patet ad caſum ſupradictum, quo ad ſingulas eius partes.

Dominus Papa Clemens quintus in declaratione, quæ incipit. Exiui de paradiſo, dominum Papam Nicolaum circa pecuniæ receptionem approbans ſubdit. Quod cauere ſummopere debent, ne pro alijs cauſis, quam ponat prædeceſſoris declaratio, ſcilicet domini Nicolai, ad dantes pecunias, ſiue deputatos nuncios recurrant, ne ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit, tranſgreſſores præcepti, & regulæ merito poſsint dici, nam vbi alicubi generaliter aliquid prohibetur, quod expreſſe non conceditur, intelligitur denegatum. Ex quo Papa Clemens concludit, quod quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationum; pecuniarum receptio in Eccleſia, vel alibi, cippi, ſeu trunci ordinati ad offerentium, ſeu donantium pecunias reponendas, nec non, & quicunque recurſus alius ad pecunias, ſeu habẽtes ipſas, qui per declarationem ipſam non conceditur, hæc inquam omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta. Dicit etiam Papa Clemens, quod regula cum dicat in duobus caſibus recurrendum ad amicos ſpirituales, videlicet pro neceſsitatibus infirmorum, & pro fratribus induendis. Et Papa Nicolaus ceſſantibus eleemoſynis extenderit ad fratrum alias neceſsitates occurrentes pro tempore, & ingruentes, cauere debẽt fratres, ne pro alijs cauſis, quam prædictis, vel ſimilibus ad amicos, ſiue ſint dantes, ſiue deputati per fratres, recurrant, & ſic ſe gerant in omnibus, quod ſe cunctis oſtendant in dictis pecunijs, ſicut non habent, penitus nihil habere. Et concludit Papa Clemens. Quapropter præcipere, quod & qualiter pecunia expendatur; computumque exigere de expenſa; eamq; quoquo modo repetere, ſeu deponere, ſeu deponi facere, capſulam pecuniæ, vel eius clauẽ deferre, hos actus, & conſimiles ſibi illicitos eſſe fratres ſciant, prædicta enim facere, ad ſolos dominos pertinet, qui dederunt, & eos, quos ipſi deputauerunt ad hoc ipſum. Concludit frater Vgo ex dictis, quod fratres non poſſunt eſſe cuſtodes pecuniæ, vel diſpenſatores, quia cuſtodia realem obligationem importat, niſi à principio per determinationem aliquam excludatur, vtpote dicendo. Nos nolumus ad cuſtodiam pecuniæ teneri, nec eam volumus recipere, & ſic debent de quolibet depoſito dicere, prout volunt conſtitutiones ornis modernæ. Diſpenſatio etiam quandam habet auctoritatem ſaltem miniſtralem, & affert ordini ſcandalum, & ſuſpitionis notam,

& hæc

& hæc regula prohibere videtur.

Sed circa iam dicta quoddam inſurgit dubiũ, & eſt hoc, fratres indigent nec inueniunt offerentem, ſed inueniunt ſolum eis mutuare volentem: Nunquid poſſunt mutuum contrahere? Reſpondit Papa Nicolaus in declaratione, quod non licet eis (eorum ſtatu conſiderato) propter obligationis vinculum, quod exigitur, poſſunt tamen dicere tali, quod laborabunt fideliter, quod per eleemoſynas, & amicos fratrum ſatisfacient eiſdem. Quatuor magiſtri dicunt, quod mutuare proprie eſt de meo tuum facere, & hic modo licet fratribus, quia eſt contractus proprietatis, & hoc modo, qui mutuatur, ad ſolutionem ſe obligat. Alio modo dicitur ꝓprie bona fide ad procurandum, non ad faciẽdum ſolutionem ſe obligare, & hoc modo poſſunt fratres mutuare.

Fratribus nunquid liceat mutuare.

An fratribus liceat aliquo caſu, & quo uti pecunia.

Aliud dubium eſt. Nunquid in aliquo caſu fratribus liceat pecunia vti? Reſpondet Papa Nicolaus, & frater Vgo, quod ſolum in extrema neceſsitate, quando, nec petendo, nec laborãdo, nec per oblationem; vitæ neceſſaria poſſent inuenire, quia tunc votum cedit conſeruationi naturæ, quæ magis obligat. Nec pecunia illius fit, qui eam contractat, uel recipit, ſed tantum vſus, nec vſus ſimpliciter, ſed ad tempus, & ex cauſa: & ſubdit frater Vgo, portio ſoli Deo acquiritur, cuius intuitu vel nomine offertur. Cuius vice, & auctoritate cum præfata durat neceſsitas, in aliud transfunditur, vel transfertur. Sed dicta neceſsitate ceſſante, pecuniam recipere nullo modo permittitur, & ideo bene dicit Papa Nicolaus hic; quod, ſi dicta triplex via præfata ſecluderetur, via extremæ neceſsitatis, qua iure Poli omnibus ſubuenitur, ſic & fratribus; cum ab omni lege extrema neceſsitas ſit excepta. Et ſic patet prima pars expoſita iſtius quarti capituli. In qua beatus Franciſcus interdicebat omnis pecuniæ, & denariorum vſum, & perceptionem.

Secunda pars Capituli eſt.

Tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos ſpirituales, miniſtri tantum, & cuſtodes, ſolicitam curam gerant ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderint expedire (eo ſemper ſaluo) vt ſicut dictum eſt, denarios, vel pecuniam non recipiant.

Miniſtrorum, & cuſtodum nomine quid intelligatur.

Vbi beatus Franciſcus oſtendit quandam ſollicitudinem habendam, & procurationem: Circa quam ſunt aliqua uidenda.

Primũ eſt, quid intelligitur nomine miniſtrorum, & cuſtodum. Reſpondent quatuor magiſtri, & Frater Hugo; quod nomine miniſtri, intelliguntur etiam guardiani, quia ſic guardiani antiquitus vocabantur. Regula enim capitulo octauo. Generalem miniſtrum vocat cuſtodem: Attamen dominus Innocentius, dominus Nicolaus, & dominus Papa Ioannes viceſimuſſecundus vocant miniſtros, & cuſtodes, vt modo in ordine vocantur, & ſic accipiendum eſt.

Secundum videndum eſt. An miniſtri, & cuſtodes: alijs fratribus poſſunt præfata duo committere. Reſpondet Papa Innocentius in declaratione, & Papa Nicolaus, quod ſic, & etiã Papa Ioannes, quia poſſunt per alios fratres talia exerceri, & quibus committitur debent talia diligenter exercerì. Sic tamen, quòd qui bus committitur per ipſos, præfata faciant nõ per ſe, ſed per amicos ſpirituales, quia ſubſtitutus, & vicarius non habet ampliorem auctoritatem, quam dominus, & ſubſtituens.

Qui intelliguntur amici ſpirituales.

Tertium videndum, quid intelligitur per amicos ſpirituales? Reſpõdet Frater Hugo; quod antiquitus miniſtri, & cuſtodes declinãtes ad loca, de duobus præfatis, valde fratribus neceſſarijs, populum in prædicatione exhortabantur. Et tunc fideles aliqui ab alijs poſiti, ad huiuſmodi procuranda in his vice populi, abſque fratrum ſollicitudine prouidebant, & iſti vocabantur amici ſpirituales. Sic & in quibuſdam locis aliqui fideles ad pręfata ab epiſcopis deputabantur, fratrum amici ſpirituales cenſebantur. Attamen ſecundum dictos ſummos Pontifices; qui loquuntur de præſenti puncto, intelligitur per amicos ſpirituales dãtes, & ſubſtitutos, ad quos pro præfatis fratres poſſunt habere recurſum.

Quartum videndum eſt, ſi pro alijs neceſsitatibus fratrum à prædictis, ad tales poſſunt recurrere miniſtri, & cuſtodes, & per eos deputati. Reſpondet Papa Nicolaus, & Papa Clemens, quod ſic, vt ſupradictum eſt, videlicet ceſſantibus eleemoſynis. Qualiter tamen fratres ſe deberent habere, dictum eſt in prima parte huius capituli per ipſum Papam Clementem vide ibi.

Congregare meſſes quando & quómodo liceat fratribus.

Quintum videndum eſt, quia dicit, quod miniſtri, & cuſtodes ſollicitam curam gerant ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones &c. An liceat fratribus in poſterum prouidere; vtpote tempore meſsium, & vindemiarum facere congregationem de frumento, & vino, & de alijs: Reſpõdent ſummi pontifices Papa Clemens, & Papa Ioannes, quod ſic: Attamen Papa Clemens diſtinctionem facit dicens: quod conſiderando beati Franciſci intentionem, non eſt veriſimile eum voluiſſe fratres habere granaria, & celaria, & præcipue, vbi quotidianis mendicationibus poſſent trãſigere vitam ſuam: & ſubdit, quod talia fieri debent, vbi multum credibile eſt, ex iam expertis, quod non poſſent vitæ neceſſaria aliter innuenire. Sed hoc Papa committit miniſtris, & cuſtodibus, ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus cum guardiani, & duorum diſcretorum ſacerdotum, & antiquorum conſilio, &

lio, & aſſenſu, ipſorum cõſcientias onerãdo. Item dicit dominus Papa Ioannes in decreta li & declaratione. Quorundam exigit: confor mando ſe domino clementi: ꝙ prefati habeãt videre, ſi ſine prouiſione poſsint viuere: ſi nõ, concedit, ꝙ talis prouiſio fiat (ita tamen, ꝙ moderate) addens, ꝙ fratres alij prędictorum determinationem ſequentes: non pręſumant eos dicere ſuę regulę tranſgreſſores. Quatuor magiſtri dicunt, ꝙ penſatis hincinde regulæ ſententijs: nõ ſolum exigente neceſsitate poſſunt ſibi fratres in poſterum prouidere: ita ta men, ꝙ nec diuturnitate, nec rerum quantitate, vel qualitate in prouiſione, quam faciunt in rebus neceſſarijs, forma paupertatis excedatur.

Hoc regulę paſſu, videlicet, ꝙ miniſtri, & cuſtodes ſollicitam curam &c. oſtendit Papa Nicolaus, ꝙ fratres de licẽtia miniſtrorum, & cuſtodum coniunctim, & diuiſim in ſuis adminiſtrationibus, vti pluribus tunicis poſſunt, penſatis neceſsitatibus, & alijs circunſtantijs. Demum, quam eſſet cordi B. Franciſco, ne fra tres haberent pecuniam: In fine huius capituli concludit. Eo ſemper ſaluo, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant. Alia circa hoc capitulum dicenda: dicentur capitulo ſexto.

Expoſitio quinti capituli regulę.

F*Ratres illi, quibus gratiam dedit dominus labo randi, laborent fideliter, & deuote: ita, ꝙ excluſo otio animæ inimico, ſanctę orationis, & deuotionis ſpiritum non extinguant: cui debent cætera temporalia deſeruire.*

Qui fratres tenentur laborare, & quomodo.

In iſto capitulo frater ſupponitur. labor indicitur dignæ occupationis: In quo capitulo à B. Franciſco fratribus oſtenditur.

Primo occupatio fructuoſa: in prima parte.

Secundo abdicitur acceptio dãnoſa: quia. ſ. dicit: De mercede &c.

Circa primam partem pro eius declaratione eſt videndum.

Primo, An hoc ſit præceptum, monitio, vel in formatio: Et ex dictis Papę Nicolai in decla ratione patet reſponſio, ꝙ non eſt præceptũ. Ratio, quia ſi eſſet pręceptum omnes obligarer: cuius oppoſitum oſtendit Papa dicens: ꝙ non fuit intentio. B. Franciſci regulam inſtituentis, ꝙ vacantes ſtudio, vel diuinis officijs, & miniſterijs exequendis, manuali labori, & operationi ſubiacerent; vel ad hoc illos arcta rer: cum exemplo Chriſti, & multorum ſanctorum patrum: labor iſte ſpiritualis, tanto illi pręponderet: quanto, quæ ſunt animæ cor poralibus pręferuntur. Ad alios vero, qui ſe in prædictis ſpiritualibus operibus nõ exercẽt: ne otioſe viuant: prædicta verba dicit extendi, niſi tales aliorum fratrum licitis officijs occupentur: niſi etiam, tales tam excellentis, & notabilis contemplationis, & orationis exi ſterent, ꝙ merito propter hoc, non eſſent à tã to bono, & pio, exercitio ſubtrahendi. Et ſubdit Papa Nicolaus: ꝙ fratres quantumcunque ſtudio, vel diuinis miniſterijs non vacantes; ſed aliorum fratrum ſtudio, vel alijs diuinis officijs, & miniſterijs vacantium ſeruitijs inhęrentes: cum ipſis eiſdem, quibus ſeruiunt ſuſtentari merentur, quod oſtenditur ex lege Dauid, quam ipſe ſanciuit, videlicet, ꝙ deſcẽdentium ad prelium, & remanẽtium ad ſarcinas portio ęquaretur. Sic ergo patet, ꝙ non eſt pręceptum, nec pręcepto æquipollens, nec monitio: quia verbo monitorio non vtitur, ſed ſolummodo eſt informatio.

Dubitatio.

Et ſi dicatur. b. Frãciſcus in teſtamento dicit; ꝙ ipſe vult laborare manibus, & vult, ꝙ omnes fratres firmiter laborent: quare videtur eſſe pręceptũ, & pręcepto æquipollens. Rñdet

Solutio.

F. Hugo, ꝙ in principio ordinis pauci erãt litterati, & ſtudio vacantes; & maxima pars erat laborare valentium: omnes tales ad vitandũ otium. B. Frãciſcus voluit laborare manibus. Inſuper cum beatus Franciſcus non dicat, ꝙ laborent manibus, ſed ſimpliciter, ꝙ laborẽt: poteſt ad laborem ſpiritualem ſic referri: ſicut ad corporalem. Iuxta illud, quod in prima regula dixerat, videlicet. Serui Dei ſemper orationi, vel alicui bonę operationi inſiſtere debent.

Quid intelligatur per gratiam laborandi.

Secundo videndum eſt, quid intelligitur per gratiam laborandi. Reſpondetur ꝙ per gratiam laborandi intelligitur induſtria, & ars laborandi, cum corporis valetudine ſuffragante, & vſu; quando hęc ſuppetunt, & in alijs nõ impeditur, talis gratiam à domino habet laborandi. Hoc ergo ſuppoſito, ꝙ otioſitas eſt à ſeruo Dei ſpecialiter enitanda: Iuxta dictũ Hieronymi. Serue Dei ſemper aliquid boni fa cito: vt diabolus ſemper te inueniat occupatum: beatus Franciſcus otium cupiens euitari à fratribus: & hoc per laborem, qui labor eſt in ordine multiplex, videlicet, in ſtudio veritatis: in exercitio humilitatis; pietatis, ſeu charitatis, & cæterarum virtutum: in officio pręlationis, procurationis, aliorumque miniſteriorum: prout ſingulis imponuntur, eis dat formam laborandi. Quando ergo homo aſſuetus labori in præfatis, & ſimilibus nõ occupatur, debet laborare, ſiue manuali, ſiue alio labore, & cauſa, vt vitet otium. Hoc igitur præſuppoſito B. Franciſcus docet modum laborandi dicens, ꝙ laborent deuotè, & fideli ter &c. Fideliter quo ad proximum: vtpote ſi daretur aliquid fratribus operandum; Deuotè, quo ad Deum, vt deuotio ſit voluntatis, & intentionis rectę in mente; & diſcretio in exe quutione: Ita, ꝙ (excluſo otio animæ inimico) ſanctæ orationis, & deuotionis ſpiritum

non

non extinguant &c. Vbi B. Franciſcus innuit, ꝙ otium, & ſi ſit fugiendum: ſpiritus ramẽ deuotionis tali operatione non eſt extinguendus. Nam religioſus orationes neceſſarias, propter occupationes dimittere non debet, ſed debet primum quærere regnum Dei: & ſic Marthæ curam, vt Mariæ gratiam non omittat, habere.

Nonnulli fuerunt, & ſunt in hoc ordine: qui hac beati Franciſci ſententia in vitatione cujuſcunque laboris ſe muniunt dicentes (ſi quã do aliqua eis imponuntur) ꝙ talia exercere non debent, eo ꝙ ſpiritum deuotionis, & orationis extinguant. Nam vt dicit glo. ſuper illud. Luc. 13. Oportet ſemper orare. Orare ſemper non ceſſat, qui non ceſſat bene operari. Et frater Egidius dicebat, ꝙ orare eſt voluntatem prælati ſui perficere, tales non excuſantur: ſed potius incuſantur, qui exercitia ſpiritualia, & ſimilia inter deuota non putant cenſenda.

Tertio videndum eſt, quid eſt ſpiritum non extinguere? Reſpondet beatus Aug. ſuper Pſ. 37. & habetur in glo. primę Theſal. ſuper illud. Spiritum nolite extinguere. i. abſcondere. Sed ad vim cundo vocabuli ſpiritum extinguere, eſt ſpiritum totaliter opprimere, occidere, & abijcere. Ille ſpiritum extinguit, qui oratione abiecta: quæ ſunt mundi, carnis & diaboli ſectatur, & quęrit. Sed quid vult dicere beatus Franciſcus, ꝙ fratres, qui habent gratiam laborandi laborent &c. & quare? ad excludendum otium: Sed quomodo? ſic, videlicet, ꝙ laborantes non dimittant ea perſoluere, ad quæ tenentur, nec quærant hæc temporalia, quæ eis interdicta ſunt; quia ſic faciẽdo, cum peccent mortaliter, ſpiritum extinguunt orationis, & deuotionis. Cui. ſ. ſpiritui, cętera tẽporalia debent ſeruire, vtpotẽ; quia ſpiritu immortales ſumus, viam potius ſpiritus eligere, quàm corporis debemus. Et talem ſenſum habere, & intẽdere. B. F. oſtendit in ſecunda parte huius capituli, cum dicit.

2. Theſ. 5.

De mercede vero laboris pro ſe, & ſuis fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.

Per mercedem laboris, quid cõprehendatur.

Circa hanc ſecundam partem quatuor magiſtri mouent quæſtionem; quia. B. Franciſcus concedit, ꝙ pro labore corporis neceſſaria recipiant. ſed non denarios, vel pecuniam: An liceat eis recipere pro mercede materiam, de qua operentur, verbi gratia, vnus frater ſcit ſcribere, & alius ſcit facere ſotulares, & ſic de ſimilibus. An liceat ſcribenti accipere pro mercede chartas, & pro ſotularibus, liceat recipere corium? Reſpondent, ꝙ ſi concederetur, ꝙ ſic, ſequeretur, ꝙ fratres ſcientes laborare in auro, & argento, poſſent pro mercede accipere aurum, & argentum; de quibus fabricarent monetam: qua neceſſaria poſſent emere: quare concludunt, quòd nullam materiam pretiabilem pro mercede poſſunt recipere; licet aliqui, dicant, ꝙ materiam impretiabilem; ſicut ſunt iuncti ex quibus fiunt ſtoria, & calati, quæ materia ex ſe nullius eſt pretij, ſed quicquid pretij prouenit eſt ex arte. Nec illud fratres poſſunt recipere. Ratio, quia calati, & talia nomine fratrum venderentur, quod eſt interdictum eis, vt dicetur in ſequenti cap. 6. Quid ergo dicendum? videtur dicendum, quòd pro labore mercedem nullã poſſunt recipere. i. quamcunque materiam; nec in ipſam operari, vti in datã eis pro mercede laboris, ſed ſuum laboritium, & artificiũ in alterius materiam debent exercere, pro habendis neceſſarijs, & hoc eſt, quòd dicit B. Franciſcus, quòd fratres recipiant corporis neceſſaria pro ſe, & fratribus, ſed non denarios, vel pecuniam, & ſic nec materiam, quæ venditur, ad quam materiam proprietas cõcomitatur, & dominium. Interdicitur etiam quodcunque pactum faciendum pro laboris mercede habenda. Et hoc oſtendit. B. Franciſcus dicens, & hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei; quia non cum lite merces eſt petenda, & tanquam eis danda ex debito, ſed vult, quòd quicquid datur pro neceſsitate, accipiant ſine lite, & cum humilitate, magis habendo reſpectum ad eleemoſynam, quàm mercedem; quia ſic decet facere paupertatis ſanctiſsimæ ſectatores.

Declaratio ſexti capituli regulæ.

Fratres nihil ſibi approprient; nec domum; nec locum; nec aliquam rem: Sed tãquam peregrini, & aduenæ in hoc ſeculo, in paupertate, & humilitate domino famulantes.

Iſtud eſt ſextum capitulum regulę. in quo Mens à mundo ſuſpenditur: Infirmo compatitur vi gratæ dilectionis.

In quo capitulo. B. Franciſcus tria facit.

Primo docet fratres ſe totaliter expropriare.

Secundo velle mendicare.

Tertio, quæ ſunt humilitatis, & charitatis velle perpetrare.

Secunda pars eſt ibi. Vadant pro eleemoſyna confidenter.

Tertia ibi. Vbicumque fratres.

Circa primam partem ſunt aliqua videnda, & declaranda.

Primum. Quid eſt appropriare: quia dicitur, ꝙ fratres nihil ſibi approprient. Reſpondent quatuor magiſtri, ꝙ appropriare eſt rẽ ſuam facere: ſiue in ſuum dominium conuertere. Sua autem res eſt, quæ tranſit in arbitrij facultatem, vt faciat de ea habens, quod vult, vtendo, donando, vendendo, pignorando, cõmutando.

Appropriare quid importat.

Secundum. Quomodo debet intelligi, ꝙ fratres nihil ſibi approprient? Reſpondent quatuor ſummi pontifices, videlicet Papa Gregorius: Papa Innocentius quartus. Nicolaus tertius, & Clemens quintus: ꝙ ordo, nec in proprio; nec in communi debet talium proprietatem habere, ſed ſimplicis facti vſum, vt dicit Papa Clemens, & Papa Nicolaus, ſed quomodo debeat intelligi: dominus Papa Ioannes declarauit, vt poſtea dicetur.

Et ſi quæratur: An talis abdicatio ſit meritoria. Reſpondet Papa Nicolaus: in declaratione, ꝙ ſic, quod eſt meritoria, & ſancta, & multa alia dicit, quæ dominus Papa Ioannes reuocat, & oppoſitum dicit in decretali, quę incipit. Quia vir reprobus.

Tertium dubium eſt: cuius erit proprietas, & dominium rerum, quibus fratres vtuntur? Reſpondent ſummi pontifices, videlicet, dominus Innocentius Nicolaus, & Clemens, ꝙ Eccleſiæ Romanæ, ſed dominus Papa Ioannes vigeſimuſſecundus in decretali, quę incipit. Ad conditorem canonum: limitat præfatorum pontificum verba, & ſolum in dominium Eccleſiæ recipit Eccleſias fratrum oratoria, officinas, habitationes, vaſa, libros, & veſtimenta diuinis officijs dedita, vel dedicata: quę obuenerunt, vel obuenient. Alia vero fratribus conceſſa: non vult, ꝙ in dominium tranſeant Romanæ Eccleſiæ. Et cum talia ſint multa: cuius ſint quo ad proprietatem, & dominium ipſe nondum declarauit. Eſt tamen in prædictis ſciendum ſecundum omnes pręfatos Pontifices, ꝙ ſi dantes talia, vel concedentes reſeruarent ſibi dominium: tunc ad tales pertinent, & non ad Eccleſiam Romanam. Sed de talibus dominus Papa Nicolaus diſtinguit, quia talia, quæ dantur fratribus, vel eſt Eccleſia, & cimiterium, vel non: ſi ſit Eccleſia, & cimiterium, ad Roma. Eccleſiam pertinet: ſi non, tunc dominium eſt concedentis. Dicit etiam dñs Papa Nicolaus, ꝙ vtenſilia, quorum vſus eis conceditur, non debent habere ad vllam ſuperfluitatem, quæ derogat paupertati: vel, vt ea diſtrahant in futuro. Et ſuper hoc miniſtri diſponant, & cuſtodes cum diſcretione, prout qualitas locorum exigit, & conditio, & alię circunſtantiæ: ſic tamen, ꝙ ſemper paupertas in eis reluceat, vt regula dicit.

Ex iſto paſſu, videlicet, quomodo intelligitur; ꝙ fratres nihil ſibi approprient &c. Sequitur reſponſio ad illud, quod dicitur ſępe, videlicet per alios religioſos, & non nullos alios fratres. Quomodo in cõmuni fratres non habent: quia cum profeſsio fratrum ſit viuere ſine proprio, & non dicit in communi. Quare ſicut eſt in alijs religioſis, qui dicunt ſe viuere ſine proprio, & habent in communi, ſic & nos habere deberemus. Patet reſponſio, quia nos non ſolum prędicta promittimus, ſed etiã regulam, & maximè, quo ad illa, quæ præfata cõcernunt, vt eſt hoc ſextum capitulum, de expropriatione; quia ſummi pontifices ſic declarant: eorum ſtandum eſt declarationi.

Ex iſta prima parte capituli, videlicet, fratres nihil ſibi approprient &c. Papa Clemens in ſua declaratione, quæ incipit. Exiui de Paradiſo, pluribus quæſitis infert vnam reſponſionem.

Et primo, ſi quæratur ſi fratres poſſunt eſſe hęredes, vel procurare, quòd fiant hæredes? Reſpondet, quòd non. Ratio vt dicit; quia in ſucceſsionibus non ſolum tranſit vſus rei, ſed, & dominium ſuo tempore in hæredem, & talium ſucceſsionum, quę ex natura ſua indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt: conſiderata puritate voti, fratres nullatenus ſunt capaces. Similiter prohibet ne valorem hęreditatum ſub forma legati fratres procurent dimitti: nec dimiſſa recipiant: præſertim, ſi tanta dimitterentur, quòd videretur fieri in fraudem.

Secundo, ſi quęratur de annuis reditibus. Reſpondet Papa, quòd cum annui redditus ſecũdum iura inter immobilia cenſeantur, ſicut ipſi fratres poſſeſsiones, ſic nec redditus eorũ conditione penſata poſſunt habere.

Tertio, ſi fratres poſſunt incurijs aduocatis, vbi agitantur cauſæ, pro temporalibus eis dimiſsis aſsiſtere, & adeſſe. Reſpondet Papa, ꝙ nullo modo in talibus curijs debẽt fratres adeſſe, vt teſtimonium habeant ab his, qui foris ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, & ſcandalum vitent proximorum.

Quarto, an fratres poſsint eſſe exequutores vltimarum voluntatum: vel ſe intromittere de reſtitutionibus vſurarum, & malè ablatorum: vel de teſtitutionibus faciendis? Reſpondet Papa, quòd nõ, quia ſicut à dominio pecunię: ſic à contrectatione ſunt alieni, verum in exequendis poſſunt conſilium dare.

Quinto, ſi licet fratribus hortos habere, vt olera vendantur, & vineas? Reſpõdet Papa, quòd fratres habeant hortos, & hortalia eſt decẽs: multis de cauſis, ſed quòd olera vendantur, & alia hortalitia, ſic & vineas, ſtatui eorum repugnat: ratio, quia per Papã Nicolaum ſi ager, vel vinea fratribus dimittatur ad colendum: fratres talia non poſſunt habere, ſic nec iſtud, cum ad formam prouentuum appropinquet.

Sexto, de congregatione frumenti tempore meſsium, & de congregatione vini, tempore vindemiarum: dictum eſt in quarto capit. & ſufficiat.

Septimo ſi Eccleſias magnas, & ædificia ſumptuoſa poſſunt conſtruere? Reſpondet Papa quòd non, ſed debent fieri ædificia humilia, & temperata, numeroſitati fratrum competentia, & ordinis paupertati, & ſic mandat deinceps fieri.

Octauo

Octauo ſi paramenta ſolemnia, & multiplicia, ac calices, & palia poſſunt habere fratres? Reſpondet Papa Clemens, ꝙ & ſi dicta fiant ad Dei honorem, cum tamen Deus potius cor, quàm manus reſpiciat, & per illa vult ſibi ſeruiri, quæ conditioni conueniant, & ſtatui ſeruitium, fratribus debent ſufficere paramẽta, & vaſa Eccleſiaſtica decentia in numero, & magnitudine ſufficientia. Et pręcioſitas, vel quæcunque curioſitas fratrum profeſsioni nõ competit, ſapiunt enim aliquam theſaurizationem contrariam paupertati.

Nono ſi licet fratribus in funeribus arma, & equos recipere? Reſpondet Papa, quòd in talibus obſeruandum eſt, quod in pecuniarijs eleemoſynis eſt ſancitum.

Decimo ſi fratres ex regula tenentur ad tenuem pauperem, & arctum vſum rerũ? Reſpondet Papa Clemens, quòd ex regulæ profeſſione tenentur ad arctos vſus, ſeu pauperes: qui in ipſorum regula continentur. Hæc omnia ponit dominus Papa in declaratione, exponendo hoc ſextum capitulum regulæ.

Et quia dictum eſt ſupra, quòd appropriare eſt rem ſuam facere, ſiue in ſuum dominium conuertere, vt faciat de ea habens, quod vult donando, vendendo &c. Conſequenter clarè patet, quòd vendere, emere, & huiuſmodi: nõ liceat fratribus, pro ipſa tamen pleniori diſcuſsione videndum eſt de præfatis contractibus. An liceat fratribus eos exercere, & ad hoc quatuor magiſtri reſpondent.

Emere uendere, & cõtractus facere an liceat fratribus.

Et primo, ſi quæratur, An fratres poſſunt emere? Reſpõdent dicti quatuor magiſtri, ꝙ emere, dicitur tripliciter.

Primo modo de pretio rei emendæ cõuenire.

Secundo modo dicitur ſolutionem rei emptæ procurare, & his duobus modis poſſunt fratres emere.

Tertio modo dicitur emere pecuniã, vel pretium pro re dare, & hoc fratribus non conuenit. Vnde fratres emendo poſſunt dicere venditori. Ego non obligo me; quia non poſſum, ſed ego procurabo fideliter, vt tibi ſatisfaciã pro hac re, quam à te accipio.

Secundo, An fratres poſsint vendere? Reſpõdent dicti quatuor magiſtri, quòd vendere vno modo dicitur rem propriam in alienum dominium transfundere pro pretio, & hoc modo vendit ille, qui habet rei dominium, & hoc modo fratres non poſſunt vendere.

Secundo modo dicitur vendere de re aliqua pretium recipere, & hoc modo, & ſi licet fratribus, tamen vendere ſecundum eorum profeſsionem eſt inhoneſtum, & turpe. De contractu mutuationis dictum eſt ſupra. cap. 4.

An fratribus liceat accommodare.

Tertio de contractu commodationis: An liceat fratribus, qui contractus differt à contractu mutui; quia in mutuo dominium transfertur non in accommodato? Reſpõdent quatuor magiſtri, quòd commodatio importat vno modo rei reſtitutionem, & hoc modo fratres, qui nihil poſſunt habere: non poſſunt aliquid in accommodatum habere: Alio modo poteſt dicere procurationem, vel ſollicitudinem rei reſtituendæ bona fide, & hoc modo non importat obligationem realem, & ſic poſſunt.

Quarto ſi quæratur: An fratres poſsint locare operas ſuas? Reſpondent quatuor magiſtri, ꝙ ſi locare importet cum pacto de mercede conuenire: non poſſunt. Si vero locare dicat ſine pacto, mercedem ſuam expectare poſſunt.

Quinto ſi quæratur: An fratres poſsint commutare res, quas habent in vſu. Reſpondent quatuor magiſtri, ꝙ rem aliquam in aliã ſua auctoritate commutare non poſſunt, ſed auctoritate Eccleſiæ: quia dominus Papa Nicolaus licentiam concedit generali, & prouincialibus miniſtris, vel auctoritate domini, qui rẽdedit, vel præſumpta, vel accepta: poſſunt res conceſſas ſibi ad vſum, in alias magis neceſſarias commutare.

Sexto ſi quæratur: An poſsint pignorare? Reſpondent quatuor magiſtri: alicui rem, vt ſuã non poſſunt obligare: ſed auctoritate domini, rem ſibi conceſſam pro neceſſarijs poſſunt obligare.

Septimo ſi quęritur: An poſsint donare? Reſpondent quatuor magiſtri, ꝙ cum nullã rem habeant propriam: ſua auctoritate non poſſunt tribuere. Dominus Papa Nicolaus in declaratione, Apoſtolica auctoritate concedit, ꝙ vilia intra, & extra, fratribus liceat elargiri (habita ſuper hoc licentia ſuorum ſuperiorum) poſſunt etiam donare de licentia domini dantis, & concedentis rem fratribus. Quo apparet, quòd licet fratres poſsint adinuicem res, & libros accommodare, tamen non ſine licentia dare, vel recipere datas poſſunt.

Sed nunquid pro penna, filo, & huiuſmodi minutis ſemper oportet ire ad prelatum? Reſpõdet frater Hugo, ꝙ credit, ꝙ ſufficiat à prælato habere licentiam generalem.

Sed præſumẽdo de voluntate prælati, nũquid poteſt à fratre aliquid recipi? Reſpondet idẽ frater Hugo ita. ſi ſtatim; ſi fieri poteſt, prelato denuncietur, vel præſentetur. Aliter de appropriatione arguitur, & de furto, quia furtũ habet, qui ſine licẽtia retinet, vel de voluntate prelati non preſumit. Quod vero religioſi ꝓprium abdicantes non poſsint dare aliquid, vel recipere ſine licentia prælati ſui hoc aſſerit beatus Aug. quanto magis fratres minores nihil habentes, nec in proprio, nec in cõmuni? Patet ergo quomodo intelligitur. Fratres nihil ſibi approprient &c. Attamen ſi proprietas fratribus reſecatur, non tamen omnium vſus, quia ſic homo ageret contra legem natu

ræ;

ræ: cum fine vſu multorum eſſe naturę, non cõſeruatur.

Sed an aliquis vſus, vel omnis ſeparetur, vel ſeparari poſsit à dominio; quia dominus Papa Ioannes determinat in decretali. Ad conditorem canonũ. ſufficiat eius determinatio. Sed aduertendum eſt, ꝙ (vt dictum eſt) per dominum Papam Clementem, fratres ad arctum vſum rerum tenentur. Quo ſequitur, ꝙ illa, quę ſunt neceſsitatis conceduntur, & fratres poſſunt habere, & non ſuperflua; vt dicit Papa Nicolaus, & Clemens. Superfluitas reſecatur à fratribus & interdicitur: Quę attenditur in numero, duo ſuperfluunt, ſi vnum ſufficit. In quantitate. multum ſuperfluit, ſi parum ſufficit: In ſumptu. ſumptuoſum, ſi vile. in decore. decorum, ſi deſpicibile. Sequitur etiam ex præfatis, ꝙ ex quo dicitur, ꝙ fratres nihil ſibi approprient &c. ꝙ nec vſum talium poſſunt ſibi appropriare. Quo patet, ꝙ grauiter peccant fratres appropriantes ſibi loca ad vſum, ſiue cuſtodias, ſiue prouincias, ſed debent per omnia voluntati ſuperioris ſubiecti in omnibus talibus eſſe. Talium.n. locorum appropriatio, ſiue per natiuos, ſiue per alios eſt noſtri ordinis deſtructio, principium ſectarũ, & omnis diuiſionis. Ratio ſubditur: quare talia non debent per fratres appropriari, quia dicitur. Sed ſint tanquàm aduenę, & peregrini in hoc ſeculo &c. Sic intelligendo, quòd domus, & loca, & patriam, in quibus habitamus, nec proprias reputemus, nec vt propriam diligamus. Non mandat beatus Franciſcus loci inſtabilitatem, ſed vitat omnis vſus, & proprietatis peruerſitatem. Ad inſtar aduenarum & peregrinorum vtendum eſt neceſſarijs, & non, vt proprijs, ſed vt alienis. Ex hac regulæ ſcientia dicente, ꝙ fratres ſint tanquam aduenæ, & peregrini ſecũdum quatuor magiſtros ſequitur ſolutio duorum dubiorum.

Dubitatio. Primum eſt: An paupertas, quam ſeruare tenemur prohibeat, ne poſsint fratres aliquid fixum ad ſuſtentationem recipere, ſicut aliqui voluerunt, & de facto fecerunt redditum perpetuum ordinare, quo fratres poſſent in loco aliquo ſuſtentari: ita tamen, quòd apud fratres nulla proprietas reſideret?

Dubitatio. Secundum dubium: An prohibeat fratres, ne poſsint habere territoria de quibus per culturam, & induſtriam omnia ſuſtentationi ſuæ neceſſaria procurarent: ita tamen, quòd proprietas apud alium reſideret, vt ſicut habent hortos, & olera, & fructus, ita haberẽt vineas, & agros?

Solutio. Ad hęc dubia patet reſponſio ex hac regulę ſententia. Ad primum quòd nõ. patet quia debent eſſe, vt aduenę, & peregrini, & per conſequens nullum fixum redditum habere, ſed in paupertate domino famulari.

Solutio. Ad ſecundum quòd non. quia debent in paupertate domino famulari. Nam debent paupertatem, quo ad vſum: vt tales ſint pauperes, ꝙ etiam mendici; quia dicitur, vadant pro eleemoſina confidenter, patet ergo reſponſio ad prædicta. Dicit ergo regula quòd.

Vadant pro eleemoſyna confidenter, nec oportet eos verecundari, quia dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis, quæ vos cariſſimos fratres meos, hæredes, & reges regni cœlorum inſtituit; pauperes rebus fecit; virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quę perducit in terram viuentium: rui dilectiſſimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, in perpetuum ſub cœlo habere velitis.

Ratio, quia dominus ſe fecit pauperem &c. Nam vt dicit prima regula Chriſtus, & diſcipuli, & beata Maria de eleemoſynis vixerunt, & mendicando in triduo, quo remanſit in tẽplo, vt dicit Bernardus, ſtipem quęrendo iuit. Hoc regulæ dicto repræhenduntur multi: qui non ſolum, non vadunt mendicare, ſed ire verecundantur: cuius oppoſitum mandat regula, & beatus Franciſcus ſuaſit, & verbo, & exẽplo, vt dicetur infra conformitate ſextadecima, & conſtitutio antiqua ordinis, & conſuetudo angebant. Attamen ſciendum eſt, quòd non eſt mendicandum: niſi ad neceſsitatem, & non ſuperfluitatem, quia. ſ. ſic eſſet alienum accipere: ac prętendere paupertatem, vbi nõ eſt, hipocriſis eſt. Ad imitandum dominum Ieſum Chriſtum, quando indigent mendicẽt confidenter fratres: Et non ſolum inducantur ad hoc exequendum Chriſti exemplo, ſed præmio, quòd penuria hac, & paupertate obtinetur: ſed quod præmium, oſtendit dicens. Hęc eſt illa celſitudo altiſsimę paupertatis &c. Vbi B. Franciſcus ſtatum commendando paupertatis, ab effectibus; quid pręmij detur in futuro, & quid in præſenti oſtendit. In futuro hęredes, & reges &c. In præſenti virtutibus ſublimatur: & quia ſic eſt B: Franciſcus hortatur fratres dicens; Cui. ſ. paupertati totaliter inhærentes, nihil aliud &c. fideliter inhæret paupertati, qui eam corde diligit, & vſu ſeruat. Sed quia parum eſt incipere, niſi quis perſeueret: Ideo. B. Franciſcus dicit In perpetuũ: hanc amplectendam voluntariè, nihil ſub cœlo habere volendo.

Sed ex iam dictis oritur dubium: quia B. Franciſcus vult fratres mendicare: An fratres in terris excommunicatorum commorantes, poſſint à talibus eleemoſynas petere, & accipere. Reſpondet Papa Innocentius quartus, In priuilegio, quod incipit. Vobis extremam patiẽtibus pro Chriſti nomine paupertatem, & Papa Gregorius nonus in priuilegio præfato modo incipiente, & Alexander quartus in priuilegio, eodem modo incipiente dicẽtes, quòd ſic, quod in terris talium excommunicatorum An in locis excommunicatorum fratribus mendicare liceat.

torum fratres poſſunt cõmorari, & petere ab eis vitę neceſſaria, & recipere: Idem habetur in omnibus mare magnis Alex. Bonifa. & Clement. Sic ergo, patet ſecunda pars huius ſexti capituli, vbi beatus Franciſcus inducebat fratres ad paupertatis amplexum, & mendicationem.

Circa tertiam partem beatus Franciſcus inducit fratres ad humilitatis, & charitatis acceptionem. Et primo loquendo de charitate, quam eſſe charitatiui debeant. Inquit.

Et vbicumque ſunt, & ſe inuenerint fratres oſtẽdant ſe domeſticos inuicem inter ſe. Et ſecure manifeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuam: quia ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem: quanto diligentius debet quis diligere, & nutrire fratrẽ ſuum ſpiritualem? Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.

Vbi beatus Franciſcus charitatem vult fratres primo exprimi ſigno: quia vbicumque ſunt oſtendant ſe domeſticos &c. & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſsitatem ſuam &c. Et quantus debeat eſſe dilectionis affectus oſtendit dicens, videlicet, ſicut matris ad filium, quia ſi mater diligit &c.

Secundo effectu, charitatem ipſam oſtendit dicens. Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit: alij fratres &c. Vbi primo innuit charitatis, & dilectionis affectum in effectu: Ac humilitatis in ſeruiendo infirmis pãdit bonum: Antiqui fratres præfata ſeruauere. Et ſuſcipiẽdo omnes, vt fratres: & ſeruiendo ſibi mutuo ſicut frater fratri, & mater filio: ſe non ſolum impendentes, ſed ſuperimpendentes fratribus, & pro fratribus. Hæ ſunt duæ radices omnis regularis profeſsionis. ſ. charitas fraternitatis, & humilitas ſubiectiuæ obediẽtiæ, & ſeruitutis. Quibus omnibus ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino, & ſine eis ruinam religio minatur, & hæc eſt ſuccincta ſententia capituli ſexti, & expoſitio ſeu declaratio.

Expoſitio ſeptimi capituli regulæ.

SI qui fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerint, pro illis peccatis; de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos miniſtros prouinciales, teneantur prędicti fratres ad eos recurrere, quàm citius poterunt ſine mora.

Generalis, & Miniſtrorum auctoritas. Hoc eſt regulæ ſeptimum capitulum, vbi dicit, quòd Morbus. ſ. peccatum corripitur. Pater oſtenditur, & diſcribitur gratæ conſolationis.

In quo capitulo B. Franciſcus vnum præcipit, videlicet, peccantium recurſum: cum dicit. Si qui fratrum &c. Adiungit pium occurſum: cum dicit. Ipſi vero miniſtri &c.

Circa primum eſt ſciendum, & videndum. An generalis miniſter, & prouinciales: poſſint ſibi aliquos caſus reſeruare. Reſponſio, patet ex regula, quæ præſuppouendo, quòd ſic: dicit fratribus quid agendum, vnde generalis miniſter in generali capitulo, & prouinciales miniſtri in prouincialibus capitulis liberè poſſunt ordinare de quibuſdam caſibus, vt ad ſo los ipſos recurratur pro abſolutione. Et Aduerte, quòd regula; quia nullum ponit expreſſe reſeruatum, concedit conſequenter liberè ipſis de qualitate, & quantitate arbitrari. Poſſunt ergo determinare, quæ peccata dum fiũt publicè recurratur ad miniſtros pro ipſis, & de quibus non, & ſic de occultis.

Secundum videndum eſt, de quibus peccatis intelligit regula. Cum dicit. Si qui fratrum inſtigante inimico, &c. An de publicis intelligitur, vel occultis. Reſpondet Papa Gregorius nonus, & Papa Innocentius in declarationibus regulæ, quòd ad peccata publica refertur, & non ad occulta.

Sed nunquid, quãdo ſic recurritur ad eos: poſſunt talia abſoluenda cõmittere alijs: ac etiã pro vitandis diſcurſibus fratrum. Reſpondet Papa Innocentius in declaratione, quod ſic, videlicet cuſtodibus, & alijs fratribus abſolutionem talium. Et vult Papa, quòd per generalem, & miniſtros deputentur, qui confeſsiones talium audiant cum fuerint occulta præfata, niſi fratres ipſi miniſtris, aut cuſtodibus ad eorum loca decliuantibus maluerint confiteri. Hoc etiam loco apparet, quòd miniſtris cura cõmiſſa eſt animarum; quia caſus poſſunt arctare, & concedere: vt patet ex hoc regulæ loco. Quid ergo. B. Franciſcus inquit? Teneantur, verbum obligatorium, & vim habens præcepti: ſine mora ad ſuos miniſtros recurrere: Cum enim homo infirmus vtroque homine ſuam debeat requirere ſalutem: quare, & frater infirmus anima, & diabolo ex peccato ſubiectus. Et ſic patet qualiter fieri debeat acceſſus. Sed quia iniquum eſt, & impium affli cto iungere afflictionem, & infirmis nullo modo compati, vtpote: quia facilè quis talis labetur in deſperationem: B. Franciſcus in ſecunda parte ſuadet benignum talibus accedentibus per prælatos occurſum dicens.

Ipſi vero miniſtri, ſi præsbyteri ſunt cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam. Si vero preſbyteri non ſunt iniungi faciant per alios ſacerdotes ordinis, ſicut eis ſecundum Deum melius videbitur expedire. Et cauere debent; ne iraſcantur, & conturbent propter peccatum alicuius; quia ira, & conturbatio in ſe, & in alus impediunt charitatem.

Ecce affectus, & occurſus benignus. Et aduerte ꝙ B. Franciſcus fratres peccantes non mittit ad alios, ſed ad miniſtros, vt detur intelligi, ꝙ nullis exiſtentibus extra noſtrum ordinem, niſi in neceſsitatis articulo, & deficientibus confeſſoribus ordinis fratres debeant cõ

fiteri.

fiteri. Dominus Papa Bonifacius octauus fratribus inhibet in ſuo mari magno: ne fratres, niſi in neceſsitatis articulo alijs, quam prælatis ſuis confiteantur, vel alijs eiuſdem ordinis ſacerdotibus, vt volunt eiuſdem ordinis ſtatuta, tales enim ſic confitentes alijs extra ordinem ſacerdotibus, non diluunt peccatum, ſed augent: quia inobedientes ſunt, & ſuę regulę tranſgreſſores. Dicit ergo beatus Franciſcus, quòd pœnitentia non eſt dimittenda, ſed cũ miſericordia eſt iniungenda. Ideo dicit, ſed cum miſericordia iniungant illis pœnitentiã, non quòd remittant. Melius eſt.n. vt dicit ipſe B. Franciſcus vello reddere rationem Deo propter miſericordiam: quàm propter crudelitatem B. Franciſcus vult, quòd fiat miſericordia non dimittendo iuſtitiam. Non dicit fiat illis ſolum miſericordia dimitttendo iuſtitiam, ſed cũ miſericordia fiat iuſtitia, quia vna ſine alia nihil eſt. Et ſolum faciendo miſericordiam, & iuſtitiam totaliter dimittendo, eſt ordinum deſtructio, & cuiuslibet ciuitatis. Verum B. Franciſcus diſtinctionem facit de præſidentibus, & miniſtris dicens. Si preſbyteri ſunt cum miſericordia &c. Si vero preſbyteri non ſunt &c.

Vbi primò notandum; quòd abſolutionem talium, & ſi miniſtri poſsint committere fratribus: non tamen extra ordinem exiſtentibus, vt dictum eſt.

Secundo notandum eſt, quòd B. Franciſcus non vult, quòd miniſtri non ſacerdotes peccãtibus pœnitentiam imponant; & licet in regula nihil tangatur de cauſa, nec aliquis tangat: puto tamen, quòd cauſa ſit multiplex.

Miniſtri nõ ſacerdotes cur nõ poſſint fratrib. iniungere pœnitentiam.

Prima, quia ad ſacerdotem, vi clauium videtur auctoritas abſoluendi principaliter pertinere.

Secunda, quia aliquando contingit, quòd ſacerdos erit, qui peccat, & propter reuerentiã officij, quod habet: ab indigniori non vult eũ puniri.

Tertia, quia in talibus ſic peccantibus occurrunt aliqua, quę ipſi peccantes nulli panderent extra confeſsionem, & ſi publicũ ſit peccatum patratum: quare, vt tam in foro confeſsionis, quam in exteriori poſsint abſolui, non vult beatus Franciſcus per miniſtros non ſacerdotes eis pœnitentiam iniungi.

Tertio notandum ex hoc paſſu regulę, quòd miniſtri, vt ordinarij habent poteſtatem, & auctoritatem delegãdi, quia dicitur quòd iniungi faciant per alios ſacerdotes: non ſeculares, & aliorum ordinum, ſed ordinis, ſcilicet proprij minorum.

Quarto notandum eſt; quòd miniſtri non ſolum habent auctoritatem abſoluendi in caſibus reſeruatis fratres, vt prædictum eſt: ſed ẽt in caſibus pluribus reſeruatis à iure, videlicet in caſibus; pro quibus excommunicationis, & interdicti: aut ſuſpenſionis incurrerent ſentẽtias, prout dicit Papa Boniſacius in ſuo mari magno. Et domini Innocentius, & Alexander quartus in priuilegijs; quorum primum incipit. In iure canonico, & ſecundum incipit. Licet ad hoc fratrum. Et non ſolum fratres profeſſos, ſed, & volentes ordinem intrare à pręfatis poſſunt abſoluere, niſi talis eſſet caſus, per quem merito ſedes Apoſtolica eſſet conſulenda.

A participatione cum excõicatis maiori excõmunicatione cuſtodes, & guardiani poſſunt abſoluere: ex priuilegio Alexan. quarti & incipit. Contingit interdum.

Generales, & prouinciales miniſtri abſolui poſſunt à confeſſore ſuo ab excommunicatione, & diſpenſari cum eis in irregularitatibus per priuilegium Alex. quod incipit. Ordinis veſtri generoſa plantatio, & per mare magnũ Bonifacij. Sic ergo patet, de auctoritate miniſtrorum.

Verum, quia nonnulli aſpicientes feſtucã proximi, & ſuam trabem non aduertentes, cõtra delinquentes excandeſcunt, Beatus Franciſcus ſubdit in regula. Et cauere debent ne iraſcantur &c. Non debent iraſci peccantibus, ideſt corde concitari, nec turbari, ideſt verbis turbationis irritari. Ratio, quòd debeant dulciter, benignè, & miſericorditer recipere, & tractare. Talia enim non oſtendunt dilectionem, ſed potius, vt dicit beatus Frãciſcus impediunt charitatem. ſ. fraternam. Sic ergo patet ſuccinctè huius capituli ſententia.

Expoſitio octaui capituli regulæ.

VNiuerſi fratres vnum de fratribus iſtius religionis teneantur ſemper habere generalẽ miniſtrum, & ſeruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire: Quo decedente electio ſucceſſoris fiat à miniſtris prouincialibus, & cuſtodibus in capitulo Penthecoſtes: in quo prouinciales miniſtri teneantur ſemper inſimul conuenire, vbicumque à generali miniſtro fuerit conſtitutum. Et hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem: ſicut à prædicto miniſtro fuerit ordinatum. Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati miniſtrorum prouincialium, & cuſtodum: prædictum miniſtrum non eſſe ſufficientem ad ſeruitium, & communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data eſt, alium ſibi eligere in cuſtodem.

Hoc eſt capitulum octauum. In quo Ordo dirigitur. Pater eligitur pro loco regulationis. Et in hoc capitulo Bea. Franciſcus duo facit. Nam tangit generalis miniſtri inſtitutionem, & deſtitutionem, & hoc in prima parte: in ſecunda tangit capitulorum prouincialium celebrationem: ibi. Poſt capitulum vero Pentecoſtes.

Hoc eſt capitulum octauum. In quo Ordo dirigitur, Pater eligitur pro loco regulationis. Et in hoc capitulo.Bea. Franciſcus duo facit. Nam tangit generalis miniſtri inſtitutionem, & deſtitutionem.& hoc in prima parte: in ſecunda tangit capitulorum prouincialium celebrationem,ibi. Poſt capitulum vero Pentecoſtes.

Circa primam partem aduertendum eſt: cum in quolibet corpore duo eſſe capita ſit deforme in natura,ſic & in corpore ſacræ exiſtit religionis.vt videlicet, ibi non duo ſint, ſed vnũ caput. Et ſic vult.b. Franciſcus in ſua eſſe religione,& hoc oſtendit dicens. Mando,ꝙ fratres vniuerſi iſtius religionis teneantur ſemper habere generalem miniſtrum, non dicit generales miniſtros, vt vnitatem inſinuet capitis,cui vt membra capiti ſint ſubiecti, & eidem teneantur firmiter obedire.

Sed qualiter hoc caput eſt præficiendum in ordine? Non certè caſu,& fortuitu: aut prouiſione, ſed electione, & hoc vt dicit in capitulo Pentecoſtes. Quo apparet, ꝙ in capitulo Penteco. electio generalis miniſtri debet celebrari. Ad quod capitulum tenentur miniſtri prouinciales accedere &c. Et quia regula dicit, ꝙ electio generalis fiat à miniſtris prouincialibus, & cuſtodibus: Et in qualibet prouincia, & ſi non ſit niſi vnus miniſter; ſunt tamen plures cuſtodes,hinc eſt,ꝙ ne omnes cuſtodes prouinciarum ordinis cõtingeret pro electione generalis ad capitulum generale accedere: ordinauerũt ſummi pontifices.ſ. Gregorius,nonus.Innocentius quartus,Nicolaus tertius,& Clemẽs quintus,ꝙ de qualibet prouincia ordinis,ſolus vnus cuſtos accedat, qui ab alijs cuſtodibus prouinciæ eligatur, & cui per cuſtodes vices eorum committantur,quã tum ad electionem generalis miniſtri.

Circa electionem generalis miniſtri ſunt duo notanda.

Primum eſt ſecundum Papam Bonifacium in ſuo mari magno,quia cum fratres de remotis partibus oporteat conuenire ad huiuſmodi electionem, tempus à iure ſtatutum ſuper hoc nõ currit,nec ipſi in hac parte iuris huiuſmodi regulæ coarctantur.

Secũdum,ꝙ ſtatim,ꝙ ſunt electi, ideſt electionis decretum pronunciatum, vetus generalis abſque alia confirmatione habeatur. Vt dicit idem Papa Bonifacius: in dicto ſuo mari magno.cap.primo.

Capitulum generale an poſſit arctare auctoritatem generalis miniſtri.

Et quia in generali capitulo non ſolum fit electio generalis: ſed & ordinis ſtatuta. quærj poteſt. An capitulum generale arctare poſſit poteſtatem miniſtri generalis.Reſpondent quatuor magiſtri, ꝙ ſic: ꝙ arctare poteſt capitulum generale poteſtatem generalis miniſtri, & prouincialium miniſtrorum. Ratio, vt dicunt eſt, ꝙ intentio regulæ eſt, ꝙ celebretur capitulum generale,& capitulum generale ordinatum eſt,vt ea,per quæ poteſt perfectionis puritas cuſtodiri ordinentur, nec à ſuperiori, vel inferiori poſſint aliquatenus violari. Qua ratione concludunt, quòd ſi capitulum generale propter vitandum periculum religionis coarctat generalis poteſtatem, & prouincialium, & aliqua alia ſalubria ordinat inter fratres generaliter obſeruanda, auctoritate regulę, quæ præſtat auctoritatem capitulo generali,per generalem non poterit infirmari. Et cõ cludunt pari ratione, quòd quicquid de cõi conſenſu ſuperiorum, & inferiorum ordinis fuerit generaliter ordinatum in capitulo generali,& ſummo pontifice approbante, non poterunt per ſolos ſuperiores, vel per ſolos inferiores aliquatenus irritari,& maximè in illis, in quibus eſt ordinatio, & limitatio poteſtatum.

Dicto à B. Franciſco de inſtitutione generalis miniſtri: conſequenter agit de ipſius deſtitutione,& depoſitione. Et pro huius euidentia.

Primo quærendum eſt, quid intelligitur nomine vniuerſitatis. Reſpondent quatuor magiſtri ſecundum iura, quòd maior pars,& per maiorem partem ſecundum Clementem Papam in declaratione loquentem de electione miniſtrorum, non intelligitur pars ſanior,ſed maior pars,quò ad numerum vocum:Ita credo,ꝙ ſit intelligenda maior pars,in electione generalis, vt ad numerũ vocum referatur nulla zeli,vel meriti collatione, aut conſideratione habita.

Secundo, propter quid generalis erit abſoluendus? Reſpondet regula,ꝙ propter inſufficientiam, quò ad duo.

Et primo ad ſeruitium, & ſic tangit inſufficiẽtiam perſonæ,vel ratione infirmitatis, vel alterius impotentiæ: quibus non poſſet, quæ ſunt viſitanda viſitare.

Secundo, quò ad cõem vtilitatem fratrum,cõmunis vtilitas fratrum eſt,vt non ſit fratribus oneroſus in expenſis,& alias habeat conditiones, quas deſcripſi generalem miniſtrum debere habere, de quibus dicetur fructu,& conformitate duodecima.cap.32. Vbi ergo dicta non ſunt, quia eſt deſtructio cõis vtilitatis fratrum, miniſtri poſſunt eum abſoluere, & hoc in capitulo generali Pentecoſtes. Extra vero, vt patet non poſſunt, quia miniſtri ex regula non habent congregari, niſi in capitulo generali,quare propoſitum. Et notandum ꝙ beatus Franciſcus non ſolum concedit ob inſufficientiam generalem debere abſolui à miniſtris, immo mandat eis dicens, quòd miniſtri teneantur in nomine domini alium ſibi eligere in cuſtodem.

Tertio, quid intelligitur in hoc capitulo, & ſpecialiter in hac parte: teneantur eligere in cu-

Cuſtodis noie quid intelligatur.

ſtodem: nomine cuſtodis? Reſpondet, quòd inteligitur hic nomine cuſtodis miniſter generalis, ac etiam nomine cuſtodię prouincię intelliguntur, cum ſubditur de miniſtris prouincialibus, quòd poſsint in ſuis cuſtodijs &c. ideſt prouincijs eis ad cuſtodiã deputatis &c. Sicut etiam antiquitus nomen miniſtri ad generalem, & prouinciales, ſic & ad locales pręlatos, ideſt ad guardianos extendebatur. Nã guardiani miniſtri dicebantur, vt dicunt quatuor magiſtri. ſic nomen cuſtodis, vt patet hoc capitulo ad generalem, & prouinciales miniſtros ſe extendit. Sic ergo prefatis patet huius capituli primæ partis aliqualis declaratio. Secundæ enim partis, quę dicit.

Poſt capitulum vero Penthecoſtes, miniſtri, & cuſtodes poſſint ſinguli ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in ſuis cuſtodijs ſemel fratres ſuos ad capitulum conuocare.

Declaratio patet ex ſe. quare non indiget expoſitione vlteriori, niſi in hoc, quòd dicit miniſtri, & cuſtodes &c. Credo, quod quando regula facta eſt, prouinciæ erant latiores, quàm ſunt modo, & per conſequens cuſtodię diffuſiores, quia ergo facilius erat cuſtodiam congregari, & ad capitulum cõuocare, quàm prouinciam: ideo cuſtodibus concedit capitulũ tale poſſe celebrare. Aliter poſſet dici iuxta dicta, quòd per cuſtodias: intelliguntur prouincię. Modo capitula prouincialia ſine cuſtodibus celebrari non poſſunt. Sic ergo dicit regula, quòd miniſtri, & cuſtodes, ideſt, vna cũ cuſtodibus: in ſuis cuſtodijs, ideſt prouincijs poſsint fratres ad capitulum conuocare, & ſic patet clarè totum.

Expoſitio noni capituli regulæ.

FRatres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à miniſtro generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo ſibi officium prædicationis conceſſum.

In quo capitulo. Cętus ſuſpenditur: Verbum proponitur ſanctæ eruditionis. In quo capitulo B. Franciſcus duplicem ponit prohibitionem, & hoc in principio. Secundo facit quandam ad fratres exhortationẽ. ibi. Moneo &c. Circa primam partem duplicem præmittit prohibitionem.

Et prima eſt; ne fratres contra voluntatẽ Epiſcoporum prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, & hoc egit beatus Franciſcus ad vitanda ſcandala aliorum. Mandat tamen Gregorius nonus in priuilegio; quod incipit. Cum, qui recipit prophetam &c. & in alio; quod incipit. Quoniam abundauit iniquitas: omnibus Eccleſiarum prælatis, ꝙ prædicare fratres libere permittant populo: eis prouideant de neceſſarijs, & iuuent conſilijs, & fauoribus opportunis. Beatus Franciſcus nunquàm voluit impetrare priuilegium, vt fratres poſſent prædicare in Epiſcopatu contra volũtatem Epiſcoporum, ſed oppoſitum ſemper voluit dicens, quòd talia facilius fierent, cum pace Epiſcoporum, & clericorum, quàm alio modo. Eſt tamen ſciendum, quod hæc prohibitio poteſt intelligi ſic, videlicet intelligẽdo Epiſcopatum pro Eccleſia Cathedrali, & Eccleſijs parochialibus, & ſic ad litteram eſt verum, ꝙ fratres non debent etiam ſi poſsint. Sed intelligendo per Epiſcopatum diœceſim totam hoc non eſt verum, quia fratres in locis proprijs, & in monaſterijs ſororum in diœceſi aliqua conſtitutis: contra voluntatem Epiſcoporum, & clericorum poſſunt prędicare verbũ Dei, niſi actualiter ipſe Epiſcopus prædicaret. Ratio eſt, quia loca noſtra, & monaſteria ſororum exẽpta ſunt à cuiuſcunque inferioris dño Papæ iuriſdictione.

Secunda prohibitio B. Franciſci eſt. Cum dicit, ꝙ nullus populo audeat prædicare &c. Quia multiplicatis fratribus valde difficilẽ erat hoc impleri. Summi pontifices, videlicet dominus Innocentius, Nicolaus, & Alexãder in priuilegio, quod incipit. Prohibente regula. commiſerunt miniſtris, & eorum vicarijs, & hoc in capitulis prouincialibus duntaxat; & non extra, quòd cum diffinitoribus capituli examinatis, & approbatis officium poſſent prædicationis committere: attamen ſi eſſet aliquis in ſacra pagina multum eruditus & examinatione non indigeret, & ad capitulum conueniret: prouinciales cum diffinitoribus aucturitatem prædicandi poſſunt concedere, vt dicit Innocentius in declaratione. Generalis tamen miniſter poteſt extra capitula officium prædicationis concedere. prout dicit regula, & declarationes, ita tamen, ꝙ ſint examinati, & approbati per prius. Poſtmodum beatus Franciſcus in ſecunda parte, quia ipſe in prima regula dixerat, ꝙ omnes fratres operibus prædicent: ideo ſubditur in ſecunda parte monitionem dicens.

Moneo quoque, & exhortor eoſdem fratres, vt in prædicatione, quam faciunt ſint examinata, & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationẽ populi, annuntiando eis vitia, & virtutes: pœnam, & gloriam cum breuitate ſermonis: quia verbum abreuiatum fecit dominus ſuper terram.

Vbi ponit prędicatoris verbum qualiter debet eſſe conditionatum.

Nam primo ponit, quod debet eſſe catholicũ, quia ſint examinata; ne videlicet ſint erronea, vel incauta.

Secũdo debet eſſe mundum, & honeſtum: nec fabulis poetarum admixtum, quia caſta, ne ſapiant immunditiam, & vanitatem.

Tertio ſalubre, quia ad vtilitatem populi.

Quarto

Quarto debet eſſe exemplare, ideſt ab habente vitæ exemplaritatem,quia plus mouent facta,quàm verba : ideo dicit ædificationem populi.
Quinto diſtinctum,& non confuſum;quia annunciando vitia,& virtutes,pœnam,& gloriã: in his quatuor ſtat diſtinctio prædicationis. Sexto non debet eſſe prolixum, quia cum breuitate ſermonis &c. Quæ omnia modicum per fratres, qui præſentibus prædicant temporibus ſeruantur.Sic ergo patet huius uoni capituli declaratio.

Expoſitio decimi capituli regulæ.

F*ratres, qui ſunt miniſtri, & ſerui aliorum fratrum viſitent, & moneant fratres ſuos, & humiliter,& charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & regulam noſtram.*
Hoc eſt capitulum decimũ regulę, in quo culpa corrigitur,virtus edicitur, & odor,ſiue tenor omnis bonę conuerſationis. In quo Beatus Franciſcus duo facit.
Primo ponit prælatorum ordinis informationem.
Secundo ſubdit ſubditorum obedientię exhibitionẽ ibi. Fratres vero, qui ſunt ſubditi &c.
Circa primam partem oſtendit qualiter prę lati ordinis ſe habere debent ad ſubditos, & hoc oſtendit,quædam pręmittendo, quędam ſubiungendo, quædam præcauenda ſuadendo. Præmittit quomodo prælati ordinis ſint cenſendi : quia miniſtri,& ſerui.in primo humilitas,in ſecundo vtilitas oſteuditur. Nomine miniſtri intelligit hic omnes ordinis prę latos, quia ſi de ſolis miniſtris prouincialibus intelligeretur,fratres cuſtodibus,& guardianis minimè obedire tenerentur.

Nomine Miniſtri quid intelligatur.

Miniſtros voluit vocare prælatos ordinis.B. Franciſcus vt oſtenderet ſe iuxta Euangelium talibus uomen impoſuiſſe. Luc.22.Qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter. Et quòd prælati ordinis tam humilitatis,quàm vitæ imitatione Chriſto eſſent cõformes, q; dicit Matth. 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam &c.
Nomine ſerui B.Franciſcus exprimit,quòd ſuper ſubditos non habent dominium, nec domini ſunt cenſendi, ſed debent eſſe ſerui: fratrũ vtilitari,& miniſterio ſeruientes. Hęc duo vbi menti præſidẽtium in hoc ordine iugitur per meditationem adeſſent: non ſuperbirẽt, nec prælationes ambirent vti fit. Et quare debent talium recordari dixit.B. Franciſcus in prima regula, quia eis eſt commiſſa animarũ cura. Et ſi aliquis perdetur propter eorum culpam, & malum exemplum : oportebit eos reddere rationem coram Deo, & domino noſtro Ieſu Chriſto.

Secundo quædam ſubiungit, videlicet modũ quem tenere debẽt erga ſubditos: & hoc cum dicit. Viſitent &c.
Ex quo præſuppoſitum eſt, quòd prælati ſunt miniſtri,& ſerui aliorum fratrum, quid peragere debent? Certe viſitent. Vbi ponit tres actus,videlicet primum viſitationis, videlicet ſi aliquid deficit eis,& ſic ſubueniendo. Item ſi aliquid contra regulam,& ordinationes eſt commiſſum,& hoc tam publicè, quàm priuatè ſcire conentur, & hoc, vt ſciant quid agendum erga ſubditum. Et ſi cognoſcerent ſubditum non agere decenter,& debitè beatus Frãciſcus ponit ſecundum actum.ſ. monitionis, quia à prælatis nou debent ſubditos ſtatim ſi cognoſcant defectuoſos pœnitentia detegere,vel percutere, ſed iuxta Euangelium inter ſe,& ipſum humiliter, & benignè monere, vt omittat, quæ egit,& ad virtuoſa exercenda aſſurgat. Et vbi monitio non valeret ponit Beatus Franciſcus tertium actum, ſcilicet correptionis, quæ fiat non verbis exaſperatorijs, ſed humilibus, & charitatiuis: quia, vt fratrem lucretur debet eum corrigere, dimittat in argueudo contumeliam,& ſibi compaſſionem oſtendat, & clementiam, non omittendo, tamen iuſtitiam, & ſi cum miſericordia.
Tertio beatus Franciſcus quædam præcauenda ſubnectit dicens. Non præcipientes eis aliquid,quod ſit contra animam ſuam, & regulam noſtram.
Vbi eſt videndum, quid eſt contra animam? Reſpondetur,quòd peccatum mortale, incentiuũ,& iuductiuum ad mortale. Quid dicitur contra regulam eſſe?Reſpondent quatuor magiſtri,contra regulam videtur eſſe, nõ ſolum, quod eſt contra regulæ præcepta, immo contra ſtatuta ordinis ad ſeruandum regulæ puritatem. Dicit ergo beatus Franciſcus, quòd prælati debent cauere,vt non præcipiant ſubditis aliquid quod ſit contra animam ſuam, ideſt inducens ad peccatum, vel quod ſit peccatum, vnde audire confeſſiones mulierum peccatum non eſt,& tamen iu patiente fragilitatem carnis poſſet eſſe incentiuum ad malum. Si aliquis frater ſic inclinaretur, & dubitaret,ne in peccatum caderet, & ob hoc nollet confeſſiones audire.dicunt quatuor magiſtri,quòd prælatus,vt audiret confeſſiones talium,ſcilicet mulierum, non poſſet ſibi pręcipere. Sic,& de illis agendis, quæ ſunt contra ſtatuta ordinis ad ſeruadum regulæ puritatẽ: vtpote,quòd vadat ad quærendum pecuniam contra modos ordinis declarationum,& ſtatutorum,& ſic de ſimilibus. Prima parte præmiſſa ſe ad partem flectit ſecundam.
Secunda pars eſt cum dicit.
Fratres vero, qui ſunt ſubditi recordentur, q; propter Deum abnegauerunt proprias volunta-

tes : Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ, & regulæ noſtræ. Et vbicunque ſunt fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos miniſtros debeant, & poſſint recurrere. Miniſtri vero charitatiuè, & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, vt dicere poſſint eis, & facere, ſicut domini ſeruis ſuis. Nam ita debet eſſe, quòd Miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Moneo verò, & exhortor in domino Ieſu Chriſto, vt caueant fratres ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura, & ſollicitudine huius ſeculi, detractione, & murmuratione. Et non curent neſcientes litteras, litteras diſcere, ſed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum domini, & ſanctam eius operationem; orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, pacientiam in perſecutione, & in infirmitate, & diligere eos, qui nos perſequuntur, & reprehendunt, & arguunt, quia dicit dominus. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Vbi B. Franciſcus duo facit. quia primo tangit quædam particularia, ſecundo ponit quædam generalia, ibi cũ dicit. Moneo, & exhortor &c. In prima parte beatus Franciſcus duo ponit. Primo mandat ad prælatos obedientiam, ſecundo remouet indecentiam, ibi cum dicit. Et vbicunque ſunt fratres &c. Beatus Franciſcus poſtquã ordinauit prælatos ad ſubditos, econuerſo regulat ſubditos ad prælatos dicens. Fratres vero, qui ſunt ſubditi &c. Vbi ponit omnis obedientiæ, & humilitatis fundamentum, videlicet abnegationem propriæ voluntatis. hoc enim poſito, quod homo abneget ſemetipſum, & conſequenter ſuam voluntatẽ, ſequitur immediate, quod homo ſit obediens. Sed hoc B. Franciſcus ponit dicens, ꝙ fratres ſubditi recordentur, ꝙ propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Quo poſito, infert præceptum dicens. Vnde præcipio eis firmiter ideſt non modo, ſed ſemper, vt obediant ſuis miniſtris ideſt omnibus ordinis prælatis, in omnibus ad quæ ſcilicet voto ſe aſtrinxerunt, vel ad ipſorum obſeruantiam ſpectat, vel transgreſsionis eorum vitationẽ. Nec videtur beatus Franciſcus ponere ſeu arctare fratres ad illam perfectam obediẽtiam, quæ legem neſcit, nec terminis coarctatur, neque contenta perfectionis anguſtijs, ſed fertur in latitudinem charitatis, quæ poteſt dici obedientia ſupererrogationis, ſed arctat fratres ad obedientiam perfectionis, videlicet, vt obediant prælatis in omnibus, quæ promiſerunt domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ, & regulæ noſtræ, quia in talibus ſicut prælati non poſſunt præcipere, vt dictum eſt, ſic nec ſubditi tenentur obedire. Sed attende, ꝙ in regula ponitur triplex obedientia, ſcilicet neceſsitatis, vt in præſenti capitulo, & ſupra in capitulo de profeſsione. Alia eſt charitatis ibi in capitulo ſexto. Vbicunque ſunt, & ſe inuenerint fratres: oſtendãt ſe domeſticos &c. Tertia eſt humilitatis, & eſt prælatorũ ad ſubditos, quia hic in iſto capitulo docet, quod ſubditi dicere poſsint eis, & facere, ſicut domini ſeruis ſuis. Obediẽtia in regula triplex.

Poſita ſubditorum obedientia B. Franciſcus remouet quandam indecentiam dicens. Et vbicunque ſunt fratres, qui non poſſent &c.

Circa quam partem videndum eſt, quid eſt regulam ſpiritualiter obſeruare? Reſpondetur per aliquos, quòd eſt obſeruatio ſecundum rigorem, ſiue ſecundum puritatem, ſiue ſine occaſione ad malum proxima, & peccatum. Et per oppoſitum regulam non ſpiritualiter obſeruare, vel non poſſe, eſt non poſſe obſeruare regulam ſecundum ſuum rigorem, ſiue ſecundum puritatem, ſiue ſine occaſione proxima ad peccatum. Sed aliter videtur dicendum tam ex verbis huius ſecundæ regulæ, quàm ex verbis primæ regulæ, vbi habetur, quod fratres in quibuſcunque locis ſunt, qui non poſſent ſpiritualiter vitam noſtram ſeruare, idipſum ſuo miniſtro ſignificent. Et regula dicit. vbicunque ſunt fratres, videtur ergo ex verbis præfatis, quod ad locum ſit talis in obſeruantia regulæ reflectenda, ſed quomodo? Certe cum tali loco annexa eſt proprietas, vel cura animarum pueros Baptizandi, & alia Parochialia faciendi. Aut quia ibi vero domino reclamante morantur fratres. Aut quia propter neceſſariorum penuriam oportet eos in congregationibus, vel quæſtibus inhoneſtis contra regulæ puritatem, & vſum ordinis generalem excedere. Aut Propter ſocietatem inhoneſtam, vel importabilem fratribus præſertim rudibus, & infirmis, & ſic de ſimilibus propter huiuſmodi cauſas fratres debent, & poſſunt ad ſuos miniſtros recurrere per eos remouendi abinde. Subdit B. Franciſcus qualiter circa talium recurſum ſe debent habere miniſtri dicẽs: quod miniſtri charitatiuè, & benigne. charitas ſit in facto, & benignitas in actu, & verbo, ac familiariter ſe habeant ſic circa tales, ut fratres recurrentes ſic de ipſis poſsint exercere, vt domini agunt de ſeruis. Et cauſa eſt, quia exemplo Chriſti, qui formam ſerui accepit, miniſtri debent eſſe ſerui omnium fratrum. Nec ex tali ſeruili condeſcenſione, prælati auctoritas minuitur, ſed augetur: cum dicat ſaluator. Qui ſe humiliat exaltabitur Condeſcendat talibus benigne, & charitatiuè verbo ſcilicet, & facto. Moneo vero &c. Beatus Franciſcus ponit quædam generalia tam ad prælatos, quàm ad ſubditos, & ſunt quædam monitiones, & exhor-

tationes

tationes ad prædicta pertinentes.

Species ſuperbiæ. Prima eſt, vt ſint humiles, & non elati, quia caueant fratres ab omni ſuperbia ideſt omni ſpecie ſuperbiæ, quæ multæ ſunt ſecundum Gregorium, videlicet hypochriſis, iactantia, elatio, ambitio, conuitium, contemptus, arrogantia, irreuerentia, inſolentia, ingratitudo, & ſic de alijs.

Secunda, vt bonum intentione peragant recta, & conſequenter obediant, quia vanam gloriam vitent.

Tertia bonum diligant mutuum, quia ab inuidia.

Quarta, vt linguam coerceant à detractione, & murmuratione.

Quinta non inhæreant habendis, quia cura, & ſolicitudine huius ſeculi.

Sexta, non præſumant vltra eorum vocationem, quia neſcietes litteras non curent diſcere.

Septimo hortatur virtutes arripere.

Primam gratiæ, & bonæ actionis, quia ſpiritum domini, & ſanctam eius opertationem.

Secundam mentalis eleuationis, quia orare ad Deum &c.

Tertiam ſupportationis, quia habere patientiã, & quomodo? ſubdit in perſecutione &c.

Quartam ſuæ abiectionis, quia humilitatem.

Quintam perſeuerantiæ, ratione conſumationis, qnia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Expoſitio vndecimi Capituli regulæ.

P*Recipio firmiter fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierũ.*

In iſto capitulo 11. Motus reſtringitur, luxus repellitur fræno prohibitionis. beatus Franciſcus in partibus ſuperioribus, & capitulis de pertinentibus ad votum paupertatis, & obedientiæ plura determinauit, & poſuit. hic ad ſeruandam caſtitatem mentis, & corporis fratres inducit, eis tria precipiendo.

Primum eſt vitationis muliebris conſortij dicens. Pręcipio non vni, ſed generaliter omnibus fratribus, quia vniuerſis fratribus, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierũ. Sed quæritur, quid eſt hic ſuſpectum conſortium? Reſpondent quatuor magiſtri, quod ſuſpectum conſortium non dicitur, ex vna ſola cauſa, ſed pluribus, vt videlicet ex genere actus, ex circunſtantijs loci; temporis, frequentiæ perſonæ, & huiuſmodi, & ſi interdicitur ſibi à prælato; & reiterat de facto ſe reddit ſuſpectum. De coloquijs mulierum, quam eſſet diſpicibile beato Franciſco, habetur fructu, & conformitate duodecima, & quam ſit periculoſa, habetur ibidem capitulo 12.

Secundum eſt retractionis fratrum ab acceſſu cuiuslibet monaſterij dicens.

Et ne ingrediantur monaſteria monacharnm, præter illos, quibus à ſede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis.

Et ſi quæratur, an intelligatur generaliter de omnibus: Reſpondet Papa Nicolaus in declaratione, quod ſic, & dicit, quod nomine monaſterij intelligitur clauſtrum domus, & officinæ interiores, pro eo, quod ad alia loca vbi homines ſeculares côueniunt poſſunt Fratres habita licentia à ſuis ſuperioribus accedere cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ, exceptis monaſterijs ſanctæ Claræ, ad quæ nulli datur licentia accedendi ſine Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali.

Tertium eſt declinationis compaternitatis, & ſcandali dicens.

Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occaſione inter fratres, vel de fratribus ſcandalum oriatur.

Iura interdicunt monachis, & beatus Franciſcus fratribus, & contrahitur compaternitas in ſacramento Baptiſmi, & confirmationis, ſecunda poteſt ſemper vitari, & prima etiam, ni ſi adſit neceſsitas, vt ſi puer eſſet in mortis articulo, & nullus eſſet, qui poſſet eum Baptizare. Et beatus Franciſcus non intendit, vbi ſubeſt neceſsitas, ſed ſolnm, vbi nulla habetur neceſsitas. Et quare beatus Franciſcus præcipit vitari à fratribus præfata, ſubdit. Ne hac occaſione inter fratres &c. quia quilibet vellet eſſe, vel de fratribus ſcandalum oriatur ex taliũ mulierum familiaritatibus, & conuerſationibus, quia talia, vt plurimum ſunt caſtitatis diſpendium, & ruina.

Expoſitio duodecimi Capituli regulæ.

Q*Vicunque fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter ſaracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis miniſtris prouincialibus, Miniſtri vero nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis, quos viderint eſſe idoneos ad mittendum.*

In hoc 12. Capitulo, & vltimo regulæ Chriſtus imprimitur. Mundo tranſmittitur frater ſanctæ profeſsionis.

In quo beatus Franciſcus duo facit.

Primo oſtendit, quis eſt idoneus ad Chriſtum iufidelibus prædicandum dicens, præſupponẽdo fratres velle ire inter ſaracenos, & alios infideles, petant licentiam &c. Et ſequitur, ꝙ miniſtri licentiam non tribuant, niſi viderint idoneos ad mittendum. Quæ idoneitas attendenda eſt in litteratura, & perſonæ ſanctitate, religioſitate, & vita, ac fidei zelo, & feruore, mundi abdicatione, & ſui perfecta abnegatione; & ſic de alijs.

Secundo mandat à domino Papa miniſtros Cardinalem petendum ad ordinem noſtrum protegendum; cum dicit.

Ad hæc per obedientiam iniungo Miniſtris: vt

petant

petant à domino Papa vnum de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus: qui ſit gubernator, protector, & corrector iſtius fraternitatis, vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti; quod firmiter promiſimus obſeruemus.

Protectoris auctoritas. Qui protector determinatione domini Gregorij 11. de ordine non habet ſe impedire, niſi in tribus caſibus in regula expreſsis.

Primo ſi communitas ordinis pedibus ſanctæ Eccleſiæ vera obedientia non eſſet ſubiecta.

Secundo, ſi non eſſet ſtabilis in fide catholica.

Tertio ſi regulam fundatam in Euãgelio Chriſti à nobis promiſſam non ſeruarent, tunc poteſt ſe de ordine intromittere, aliter non, immo quicunque vteretur gratia aliqua à protectore ei conceſſa, dominus Papa ipſe priuat eum gratia prædicta, & actibus legitimis, vt patet in eis bulla ordini data, & conceſſa. Ex dictis patet quomodo regula fratrum minorum per ſummos pontifices eſt declarata.

Explicit declaratio regulæ.

SExto regula fratrum minorum eſt per multos commendata; & eius excellentia teſerata.

Et primo per Apoſtolum Paulum Gal. 6. dicentem. Quicunque hanc regulam ſequuti fuerint: pax ſuper illos, & miſericordia. Et quòd hoc de regula B. Franciſci intelligat, patet ex ſui bullatione: De cætero nemo mihi moleſtus ſit &c. Stigmata fuerunt bulla huius regulæ. Inſuper, quia regula Franciſci eſt Apoſtolorum, & Chriſti, vt dicit Papa Nicolaus, vt dicetur: patet propoſitum noſtrum.

Per quos ſummos pontifices Regula fratrum minorum ſit approbata. Secundo per Papam Honorium, qui de hac loquens regula, teſtibus fratribus Leone, & Bonizo, qui affuerunt cum beato Franciſco confirmationi ipſius regulæ, dicit. Beatus ille, qui gratia Dei roboratus, hanc regulam deuotè, & fideliter ſeruabit quoniã omnia, quę in ea ſcripta ſunt ſancta, & catholica ſunt, ac perfecta.

Tertio per Papam Nicolaum tertium, qui in declaratione regulæ, & ponitur de verborum ſignificatione. Exijt. lib. 6. de regula ipſa loquens ſic ait. Hæc eſt minorum fratrum mitis, & docilis in paupertate, ac humilitate per almum Chriſti confeſſorem beatum Frãciſcum radicata religio, quæ ex illo vero ſemine germinans: germen illud per regulam ſparſit in filios: quos ſibi, & Deo per ſuum miniſteriũ in obſeruantia Euangelij generauit. Iſti ſunt filij, qui (docente Iacobo) verbum æternum Dei filium inſitum humanæ naturæ in horto vteri virginalis, potens ſaluare animas noſtras in manſuetudine ſuſceperunt. Hi ſunt illius ſanctæ regulæ profeſſores, quæ Euangelico ſandatur eloquio: vitæ Chriſti roboratur exemplo: fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum ſermonibus, actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum, & patrem munda, & immaculata religio: quæ deſcendẽs à patre luminum per eius filium exẽplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & demum per ſpiritum ſanctũ B. Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi continet teſtimonium trinitatis. Hæc eſt, cui atteſtante Paulo. Nemo de cętero debet eſſe moleſtus: quam Chriſtus paſſionis ſuæ ſtigmatibus confirmauit, volens inſtitutorem ipſius paſsionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. Hæc Papa Nicolaus.

Quarto per Papam Clementem quintum, qui in declaratione ſua, quæ incipit. Exiui de Paradiſo, & habetur in clementinis: ibi ad propoſitum, ſic loquitur dicens. Exiui de Paradiſo, dixi irrigabo hortum plantationum: Hic hortus ſiquidem eſt fratrum minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circũcluſa intra ſe ſola contenta Deo, adornatur abunde nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ mirrham mētit cum aromatibus, quę ſuauitatis mirum vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circũfundunt. Hæc eſt illa cœleſtis vitæ forma, quã deſcripſit ille confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus, & obſeruandam à filijs verbo docuit pariter & exemplo. Et de profeſſoribus huius regulæ ſanctæ, & ordinis minorum loquẽtes excellenter ſummi Pontifices ipſam regulam magnificè extollunt.

Vnde Papa Gregorius in declaratione regulæ, in principio ſic inquit. Quo elongati à ſeculo vt columbæ, pennis aſſumptis in ſeceſſum contemplationis ſupra voſipſos altius euolaſtis; & conſpectius peccatorum iacula præuidetis, & plura per quæ conſpicitis ſalutis impediri profectum, cordis veſtri oculus perſcrutatur: vnde quæ tecta ſunt alijs: quandoque in conſcientijs veſtris ſpiritus manifeſtat, & in quodam priuilegio dicit Gloriantibus vobis de ſola domini Ieſu Chriſti cruce.

Et in alio priuilegio dicit. In terris Iurgianorum, ſaracenorũ, & aliorum infidelium vobis ſit animarum ſolicitudo cõmiſſa, vt illius operante clementia, qui de lapidibus poteſt. Abrhaæ filios ſuſcitare: verbo & exemplo ꝓficiatis ibidem, & exiſtentes in inuio reducatis ad viam. Nos conſiderantes quòd miniſterium veſtrum diligenter implentes vos operarios inconfuſibiles exhibetis; vitiorum ſegetes extirpare de agro domini ſatagendo: propter quod de vobis fiduciam indubitabiliter obtinemus, vt qui ſpiritu viuitis, ſpiritu & ambuletis, & de doctrina veſtra, & conuerſatione flores, & fructus proueniant gratiores.

Et in alio priuilegio dicit. Vos quos iuxta profeſſæ

profeſſæ religionis officium zelus comedit animarum, vt in quadriga quarta, quã varijs charismatum donis, & fidei fortitudine trahi tis vbique diſcurrere; ac vexillum regis gloriæ procul leuare geſtitis.

Et in alio priuilegio dicit. Non decet vos negocijs implicari ſecularibus; quæ cum mundo fugientes facti voluntarij pauperes; nudũ ſequimini nudum Chriſtum.

Et in alio priuilegio dicit. Ad hæc ſemper veſtræ conuerſationis humilitas inuigilat, vt Deo placeat, per deuotẽ laudis obſequium, & fructum proferat animarum.

Et in alio priuilegio dicit. Dilecti filij fratres minores abnegantes ſalubriter ſemetipſos, elegerunt in altiſſima paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari; tanquam nihil habẽtes, & omnia poſsidẽtes, & plura alia dicit.

Dominus Innocentius quartus de præfatis loquens ſic inquit in quodam priuilegio. Cœleſtis amor patriæ mentes veſtras ſic allexiſſe proſpicitur; vt quaſi hoc ſolum delectationẽ vobis tribuat, quòd diuinę voluntati ſit placitum, & ſalutem proferat animarum.

Et in alio priuilegio oſtendit. Qui Deum tota mente diligitis, & animarum profectibus continua diligentia deſudatis; debetis ad cõdignum gratiam experiri.

Et in alio priuilegio dicit. Veſtra ſemper in amore virtutum delectatur humilitas, & cuncta ſollicitè refugit; quæ ſibi aliquid famæ, vel conſcientiæ illatura diſpendium pertimeſcit.

Et in alio priuilegio dicit. Quoniam ſuperabundauit iniquitas, & refriguit charitas pluri morum Eccleſiæ: ordinem fratrum minorum dominus ſuſcitauit; qui non quę ſua ſunt, ſed quę Ieſu Chriſti quærentes, tam contra profligandas hæreſes, quàm cõtra peſtes alias mortiferas extirpandas ſe dedicauerunt euangelizare verbũ Dei: in abiectione voluntarię paupertatis.

Et in alio priuilegio dicit. Inſpirationis gratia faciente diuinæ vos, quos in lucem gentiũ Dei ſapientia dediſſe neſcitur, hoc continuis deſideratis affectibus, vt ſpiritualem conſequendo lætitiam; quę per quietem contẽplationis acquiritur; & prædicationis ſacræ ſtudium obtineatur, ſic decurratis præſentis vitæ ſpacium; ꝙ annuente Ieſu Chriſti clementia, vobis tandem ac proximo proueniant perpetuæ claritatis.

Dominus Papa Alexander quartus de ordine loquens minorum in quodam priuilegio ſic dicit. Plantatus olim in agro Eccleſię ordo fratrum minorum; ſic à ſuis primordijs gratia operante diuina laudabilibus incrementis ſucceſsiue profecit; quòd aſsiduè flores proferens copioſius honeſtatis, ac producens vberes fructus vitæ; inter alia plantaria dominica puritatis conuerſationis ſcientiæ dono, & virtutis merito dignoſcitur ſpecialiter inſignitus.

Eſt etiam ordo noſter commendatus per dominum Papam Ioannem vigeſimũſecundum in quadam decretali extrauagante, quæ incipit. Glorioſam Eccleſiam, vbi ſic dicit. Minorum fratrum ſacer ordo ab ipſo ſuæ fundationis exordio almi confeſſoris beati Franciſci regulari traditione, & Apoſtolicę ſedis auctoritate, atque confirmatione indiſſolubili texeuantur connexus; fide clarus, ſpe validus, charitate profuſus, humilitate placidus, obedientia deuotus, velut ſingulare iubar ſanctitatis exemplo, & doctrinæ verbo per vniuerſum orbem claruit: Eccleſiaſtico decori multum vtilitatis, & plurimum inclitæ alacritatis inuexit.

Sed qualis ſit regula fratrum minorum, ipſe beatus Franciſcus declarat, dicendo ipſam eſſe librum vitæ: ſpem ſalutis: arram gloriæ, medullam Euangelij: viam crucis, ſtatum perfectionis: clauem paradiſi, & pactum æterni fęderis. Obſeruantiam ipſius, dicebat eſſe obſeruantiam ſancti Euangelij. Quare volebat hanc ab omnibus ſciri; ab omnibus haberi, in colloquutionibus volebat fratres contra tædium de ipſa conferre ſępè, & in memoriam præſtiti iuramenti cum interiori homine de ipſa ſæpius confabulari. Docuit ipſam præ oculis ſemper portari in commonitionem, & memoriam vitæ agendę, & debitę obſeruantię regularis, & ꝙ plus eſt: voluit, & docuit fratres cum ea mori debere. Qualis ſit regula Fratrum min.

Septimo regula fratrum minorum eſt à Chriſto dilecta, & amata: Nam ꝙ ipſam regulam, & noſtrum ordinem Chriſtus dilexerit, & diligat oſtendunt plura.

Et primum eſt, quòd Chriſtus hunc petijt à patre, ſibi ſpecialiter concedi, & dari, vt dictum eſt fructu, & conformitate ſecunda, & dicetur conformitate. 9. ſecundi libri, hoc enim diabolus profeſſus eſt.

Secundum ꝙ ipſum inſtituit, & ordinauit: Nã beato Franciſco de ſcandalis fratrum turbato dixit. Quis plantauit hanc fratrum religionem. Nonne ego? An ego te ſuper religionẽ meam ſic paſtorem inſtitui, vt me principalẽ neſcias eſſe patronum?

Tertium ipſius regulam componendo, vt iam dictum eſt: Chriſtus regulam ipſam compoſuit, & ordinauit.

Quartum eſt, à calumniatoribus ipſam defenſauit: Nam Chriſtus inquit B. Franciſco, quãtiſcunque fuerit impulſibus paupercula hæc concuſſa religio; ſalua ſemper meo munere permanebit. Hæc religio à pluribus infeſtata extitit, & tamen Deo fauente ab omnibus libera euaſit: vt dicetur.

Quintum eſt, quòd de ipſo ſpecialem curam habet, & habere promiſit, quod patet.

Primo

Primo ex his quæ beato Franciſco in Eccleſia ſanctæ Marię de Angelis oranti dixit; Cum enim beatus Franciſcus oraret, vt Deus haberet miſericordiam de populo Chriſtiano ex tribulatione, quæ euenire debebat; dominus Ieſus apparens ei, Reſpoudit. Franciſce, ſi vis vt habeam miſericordiam de populo Chriſtiano; fac mihi iſtud, ꝙ ordo tuus permaneat in eo ſtatu, in quo poſitus eſt: quia non remanet mihi plus de toto mundo, & ego promitto tibi, quòd amore tui, & ordinis tui, nō per mittam mundo euenire aliquam tribulationem. Sed ego dico tibi quòd ipſi debent rece dere ab iſta via, in qua poſui eos, & prouocabunt me ad tantam iram, quòd inſurgam contra eos, & vocabo demones, & dabo eis omnẽ poteſtatem, quā voluerint: & ipſi tantum ſcandalum ponent inter eos, & mundum, quòd quaſi nullus erit, qui poſſit portare habitū tuū niſi per ſiluas. Et quoniam mundus perdet fidem ordinis tui, nō remanebit vltra lux: quia poſui eos in lucem mundi, & ſanctus Franciſcus dixit. De quo viuent Fratres mei, qui habitabunt in ſiluis? Dixit Chriſtus, ego Paſcam eos, ſicut paui filios Iſrael in deſerto de manna; quia iſti tales erunt boni, & tunc redibūt ad primum ſtatum, in quo fuit fundatus ordo, & inceptus. Hoc habetur in legenda antiqua. capitulo de perfectione humilitatis.

Reſponſio Chriſti ad Franciſcũ.

Secundo patet per illud quod habetur etiam in dicto capitulo. Semel beatus Franciſcus turbatus ſcandalis fratrum dixit ad Chriſtū. Domine recomendo tibi familiam, quam dediſti mihi. Statim dixit illi dominus. dic mihi idiota, & ſimplex homuntio. Quare tantum contriſtaris cum aliquis frater exit de religione, & quòd fratres nō ambulant per viam quam oſtendi tibi. Dic mihi quis plantauit hanc fratrum religionem? Quis conuerti facit hominem ad pœnitentiam? Quis dat virtutem perſeuerandi in ea. Nonne ego? Ego non elegi te pro homine litterato, & eloquente ſuper familiam meam; quia nec te, nec illos, qui erunt veri fratres, & veri obſeruatores regulę, quam dedi tibi, & eis: volo ambulare per viam ſciẽtiæ, & eloquentiæ, ſed elegi te ſimplicem idiotam; vt ſcire valeas tam tu, quam alij: quoniā vigilabo ſuper gregem meum, & poſui te ſignaculum ipſis, vt opera, quæ operor in te, ipſi debeant in te operari. Qui enim ambulāt per viam, quam oſtendi tibi; habent me, & abundantius habebunt. Qui autem per aliam viam ambulare voluerit; etiam illud quòd videbitur habere, auferetur ab eo, quapropter dico tibi, ne tantum cōtriſteris; ſed age quod agis, & operare quod operaris: quoniam in charitate perpetua plantaui hanc fratrum religionem: vnde ſcias quòd tantum diligo ipſam; quòd ſi quis fratrum reuerſus ad vomitum morietur extra religionem: alterum remittam in religionem; qui vice ipſius habeat coronam eius; & ſi non eſſet natus faciam ipſum naſci. Et vt ſcias, quoniam vitam, & religionem fratrum ſpontanee diligo, ponatur ꝙ in tota religione non remanerent niſi tres fratres; adhuc ipſa erit mea religio, & ipſam in perpetuum non relinquam. Quibus auditis beatus Franciſcus remanſit valde conſolatus, & hæc habentur etiam in legenda maiori par te octaua.

Sextum eſt, ꝙ ad ipſius regulæ obſeruantiam ordinem intrando. Dominus Ieſus multos in duxit. Vbi ſciendum ꝙ dominus inſpiratione, & alloquutione ad ingreſſum ordinis induxit plures: Induxit enim Regem Ieruſalem, & Imperatorem Conſtantinopolitanum Ioannem; qui deprecando Chriſtum, vt ſibi oſtendere dignaretur, quomodo placeret ei ipſum mori, deſtinando Beatum Franciſcum Chriſtus ter per viſionem; quòd placebat Chriſto, vt Frater minor obiret; factus eſt Frater minor Imperio, & Regno dimiſſo.

Chriſtus magnos ac excellentes uiros uarijs modis ad religionem b.Fr. traxit.

Fratri humili deprecanti Chriſtum, vt ſibi oſtenderet (cum eſſet magnæ reputationis & famæ) quam religionem intraret: Reſpondit Chriſtus quòd ordinem fratrum minorum, & modum etiam viuendi ſibi reuelauit, vt habitum eſt ſupra conformitate octaua in capitulo de prouincia Tuſciæ.

Magiſter Alexander de Ales, diuina reuelatione ordinem intrauit: Cum enim rogaſſet dominum, vt ſibi oſtenderet quem ordinem ingredi deberet: Reſponſum eſt, quòd illorum ordinem intraret; qui de mane ad ipſum pro eleemoſyna petenda primi accederent: Et cū fratres minores primo iuiſſent; factus eſt ſtatim Frater minor.

Alexan. de Ales diuina inſpiratione efficitur frater & plerque alij.

Frater Ioannes de Penna prouinciæ Marchiæ (vt habitum eſt conformitate octaua) de nocte à domino vocatus; miſſus eſt ad locum fratrum minorum; & factus eſt Frater minor.

Vnus monachus ſtans in ſolitudine, & ſupra arborem cum videret beatum Franciſcum, & multos fratres incedere binos, & binos; & ire pro anima vnius fratris, qui moriebatur, cum peteret eſſe inter eos, mandato beati Franciſci habitum ordinis ſumpſit, & bene finiuit.

Dominus Rodulfus magiſter in theologia natione Anglicus, Epiſcopus Erphordienſis Raptus in cœlum, & viſo quòd beatus Franciſcus cum ſuis ſub alis iudicis ſtabat: mūdo relicto annuente domino Gregorio nono: factus eſt Frater minor.

Guncerus monachus de Barrauia; beato Frāciſco ſibi ter apparente cum libro Euangelij, & dicente quòd fieret Frater minor, & ſaluaretur; & in huius ſignum tibiam, quam habebat infectam ſanante, mandatum impleuit, & ordinem intrauit.

Canonicus quidam in partibus Flandriæ, beatæ

tæ Euphemiæ deuotus; apparente ſibi dicta Virgine, & mandante vt ordinem minorum intraret; & ipſo dicente, quòd fratres eum propter ſtrumam, quam habebat in gutture, non reciperent; ſanatus ab ea, ordinem deuotus intrauit.

Cuidam monacho in Vaſconia, nomine primo Gonſaluo, Antonius apparens mulier pulcherrima, & ornata, & vt eam in vxorem acciperet ipſam inuitans: qui reſpondens ſe monachum eſſe, & profeſſum, & ideo eam in vxorem accipere non poſſe: at illa dicens, quod oportebat eum ipſam in uxorem accipere; quia erat ordo, & religio minorum, ſub tali ſimilitudine ei oſtenſa; quam accipiendo, & intrando, ſaluaretur.

Et vice alia cum vidiſſet beatum Franciſcum, & fratrem Gulielmum ſanctum; qui in Eccleſia beati Franciſci iacet Aſsiſij, & vidiſſet quēdam lectum pulcherimum; de quo frater Gulielmus cum interrogaret beatum Franciſcū, cuius eſſet iſte lectus, & beatus Franciſcus dixiſſet, ipſum Antonium in eo cubare volo; factus eſt Frater minor, cum eum Abbatem facere vellent monachi. Hic lachrimas habens ad nutum, otioſa verba deuitans; vt ebrius de Deo ſemper paratus videbatur ad loquendū; animarum zelo totus feruens; confeſsionibus, & Dei prædicationibus ſemper inſiſtebat, & ad confeſsionem, & prædicationem, & vitationem otioſorum verborum inducēs fratres dicebat. Quod ſi hæc facerent ſupra ſpem in virtute proficerent.

Quidam ſcolaris valde famoſus Pariſiijs; quē prædicatores optabāt habere, & minores; ſed ipſe habitum religionis nolebat aſſumere: Dū ſemel ſtaret ad feneſtrā palatij ſui; & vidiſſet in Clauſtro quendam, de quo voce diſpa ſia audiuit eum Antichriſtum fore, cōpunctus hac voce, & conterritus, cum cogitaret quomodo poſſet Deo ſeruire, & vbi: Iterum audiuit vocem dicentem ſibi. Vade ad religionem: & cum iſte diceret. ad quam? Reſpondet vox, ad ordinem minorū: Qui ad ordinem venit, & fuit magnę excellentiæ, & vitæ, & ſancto fine quieuit.

Cuidam clerico de Anglia nomine Ioannes videbatur, quòd oraret crucifixum, & ꝙ vſq; ad crucis altitudinem eleuaretur, & audiret vocē dicētem ſibi. Si vis ſaluari, eſto Frater minor, & hanc vocē ſemper quicquid ageret, vel quocunque pergeret; ſibi videbatur audire: Sed diſtulit fieri Frater minor propter ſtudium. Cunque in philoſophia deberet doctorari; & iam cepiſſet antequàm ad prandium iret, factus eſt Frater minor.

Quidam Abbas perſequens fratres vna cū Epiſcopo fratre ſuo, in viſionem raptus; vidit bonos, & malos ad iudicium euocari: Se autem, & fratrem ſuum Epiſcopum cum duobus cliētulis in ſiniſtra cum reprobis aſsignari. Tunc duo fratres minores de parte dextra venientes: ipſum ad partem dextram, quaſi violēter trahebant. Qua viſione habita territus, mane confugit ad fratres: & mirantibus omnibus, factus eſt Frater minor. Duo vero clientes ſui contendentes de rebus Abbatis; mutuis ſe vulneribus occiderunt. Epiſcopus vero nolens fidem dare viſioni; ſubita, & æterna morte perijt.

Quidam ſacerdos laſciuus, ſed beato Franciſco deuotus; cum rogaret beatum Frā. vt ſibi continentiam tribueret: Apparente ſibi beato Franciſco dixit, quòd fieret Frater minor, & ſui parte diceret hoc fratribus. Sed fratribus propter ipſius malam vitam non credentibus, nec eum recipere volentibus: beatus Franciſcus dicto ſacerdoti iterum apparuit, & vt habitum fieri faceret eidem imperauit, & ꝙ eum die dominico indueret prædixit, ac fratres vt ſuæ adeſſent induitioni vocaret. Quod cum feciſſet; Apparente beato Fr. cum multis fratribus, & quatuor fratribus de loco præſentibus; beatus Fr. eum induit. Cūque indutus profeſsionem feciſſet in manibus beati Franciſci ſtatim expirauit, & fratres eū cum alijs fratribus ſepelierunt.

Dominum fratrem Petrum de Aragonia Chriſtus ad intrandum ordinem minorum induxit. Cum enim hoſtis eſſet ordinis & fratrū; apparēte ſibi beato Ludouico noſtro, & dn̄te; ꝙ ſi fieret Frater minor ſaluaretur: dimiſsis omnibus factus eſt Frater minor. Et non ſolum Chriſtus induxit per ſe ſanctos homines ad ingreſſum huius religionis; ſed promittentes intrare, & poſtea nolentes, ſeu diffidentes grauiter puniuit. Vt patet ex multis: Nā Pariſius, quidam clericus ordinem fratrum minorum promiſit intrare: ſed poſtmodum pingui quadam habita præbenda, intrare omiſit. Et cum fere per medium annum in ſua eſſet Eccleſia, infirmatus eſt grauiter, & cum per fratres ad confeſsionem faciendam induceretur: Reſpondit ꝙ dānatus erat; quia Chriſtū viderat dn̄tem ſibi vocaui te, & renuiſti: & ideo vade ad pœnas inferni, & ſtatim miſer hoc dicto expirauit.

Carnoti quidam in theologia magiſter, voto dum ordinem minorum deberet intrare, & differret, ter ad ſcaccos ludens fuit diuinitus obcęcatus: ſed in voti reiteratione à Deo illuminatus fuit à beata Virgine: & tandem ordinem intrauit. In quo cum ſegniter viueret, beato Franciſco in viſione ſibi apparente, & ꝙ eum portaret mandante: cum per tibias eū traheret, & caput per terram; quid dicta viſio importaret: à quodam fratre præmonitus, vitam in melius commutauit.

Scolaris quidam Pariſijs fieri frater minor volebat, & iam tunicas fieri fecerat, ſed hora in-

troitus retrocedebat propter tepiditatē: qui in viſione à diabolo captus, cum ſuis operibus coram Chriſto eſt proiectus: qui timés cępit clarè dicere. Domine miſerere: cui Chriſtus vis facere, quod promiſiſti, & fiet tibi miſericordia? & iſte reſpondit, ꝙ libentiſsime. Poſt multas diaboli vexationes tandem proiectus eſt in Caldariam pice, & ſimilibus plenam: vbi videbatur, ꝙ caro eius ab oſsibus ſepararetur: qui euigilans inuenit ſe anxiatum, & doloribus plenum, & veniens factus eſt frater minor, vt promiſerat.

De pluribus votum religionis implere differentibus mortuis, & iterum reſuſcitatus.

Dominus Arnaldus de Aſſeduno baro in prouincia; cum filium non haberet; votum beato Fran. emiſit, ꝙ ſi daret ei filium maſculum, ꝙ faceret eum fratrem minorem: qui compos voti, cum alium filium non haberet, & ex hoc eum fratrem minorem facere prolungaret: morte ſuperueniente, deceſsit: ſed voto ipſo iterato de faciendo eum fratrem minorem: illico à beato Franciſco reſuſcitatus, factus eſt frater minor.

Idem per omnia accidit de quodam nobili de Marchia: qui dum filium non haberet, emiſit votum beato Franciſco, ꝙ ſi filium ei daret: faceret eum fratrem minorem, quod dum obtinuiſſet, & votum differret implere, puer infirmatur grauiſsimè, & tunc pater votum iterans ſi liberaret, ꝙ faceret eum fratrem, ſtatim liberatus: non tamen factus fuit Frater. Iterum infirmatus tertio votum emittit, & puer liberatur: ſed cum eius inductio prolongaretur à patre: tertio infirmatus mortuus eſt. Qui corpus accipiens filij ad locum portauit fratrum: Et dum in Eccleſia eſſet, & beatum Franciſcum, qui eum naſci fecerat, & iam totiens liberauerat deprecaretur: vt eum reſuſcitaret, & votum implendo cum fratribus remaneret, puer reuocatur à mortuis, & ſtatim ſine mora Frater minor efficitur à patre.

Piſis quidam Gerardus de Boncomitibus: ter à patre diuerſis ex cauſis deuotus, quòd eum faceret F. minorem, patre mortuo, cum ipſe ſciret ſe votum beato Franciſco, vt eius eſſet Frater, & ipſe hoc paruipendens vxorem acceptiſſet, cum eam deberet ducere die quadā dominica, die ſabbati precedente deceſsit.

Apud ciuitatem Maſſæ maritimæ in prouincia Tuſciæ, quidam ciuis Thadæus curſi nomine, tēpore ſecūdæ peſtis, quæ fuit. M.CCCLXIIII. cum filium haberet ex peſte morientem, ne eū mori videret, & ad locum fratrum deueniſſet; inductione fratrum, vt eum deuoueret beato Franciſco quod ſi eum liberaret fratrem faceret, quod & fecit; ter ad altare conuentus accedendo, mirum voto facto, ſtatim filius qui laborabat in extremis, omni infirmitate depulſa, ſanus ſurrexit. Qui volens beatum Franciſcum decipere, induit eum habitu ordinis, & præſentauit fratribus coram altare, & ſtatim amoto habitu, filium reduxit ad domum, nec fecit eum fratrem, vt vouerat, ſed hunc Dei iudicium apprehendit. Sequenti enim anno in vigilia beati Franciſci ipſe Thadæus deceſsit, filius anno ſequenti poſt patrem, in vigilia obijt beati Franciſci, & in anno ſequenti à morte filij, vna filia, quæ remanſerat in vigilia beati Franciſci mortua eſt, & ſic de eius Thadæi domo nullus remanſit, & hoc adeo notum fuit in dicta ciuitate: & plures mulieres, quæ votum fecerant de pondo filios in ordine, ſtatim ponerent timore præfatorum pro ſtratæ. Multis alijs ſignis nonnullos Deus puniuit, qui hunc ordinem iuxta Deo promiſſa non intrarunt.

Chriſtus plures religionem exire volentes mire retraxit.

Chriſtus inſuper ab ordine recedere volentes diuerſimode terruit, & monuit; ne hoc vllatenus exercerent.

Quidam nouicius tēpore beati Franciſci tentatus de ordine exire, voluit hoc facere cum licentia beati Franciſci, ſed beatus Franciſcus noluit ſibi licentiam dare ſed oppoſitum ſuggerebat dicens, quòd Chriſtus eum à miſerijs mundi clementer eripuerat, quare redire ad mundum non debebat. Nouitius iuit ad Papam, ſed Papa licentiam ſibi dare noluit, vnde deſperatus de ordine receſsit: Et, cum iret per viam ſolus inuenit quendam hominem nudum, & vulneratum: ſicut fuit Chriſtus in manibus, & pedibus, & latere; & vulnera ipſa ſibi oſtendebat; & videns ipſum interrogabat dicens. Quis es tu? & quomodo acciderunt tibi vulnera, vt Chriſto? Reſpondit. Ego pro te, & humano genere ſic vulneratus ſum. Tūc ille. Ergo tu es Chriſtus? & Chriſtus. Tu vis me derelinquere, & mundo adhærere? vide uulnera mea, quæ pro te paſſus ſum, & quotiens à diabolo tentaris, & pateris aliquid, quod tibi diſpliceat, ad iſta vulnera reſpice, & ſtatim confortaberis. Quibus auditis confortatus venit ad beatum Franciſcum, & procidens ad eius pedes veniam petijt, & omnia, quæ ſibi acciderāt ennarrauit, deinde in ordine bene, & laudabiliter vſque in fiem perſeuerauit, & vixit.

Vni nouitio Pariſijs ordinem exire volēti, ſed differenti monitis magiſtri vſque ad Paſcha, in paraſceue pſalterio lecto, cum obdormiſſet, Chriſtus denudatus cum cruce in humeris apparuit, & dixit huic nouitio. Non mihi compateris? Reſpondit ille, quod ſic, & volebat eum ad lignum crucis ferendum iuuare, & Chriſtus poſuit ſuper eum lignū crucis dicēs, Tene, & porta, quia ſi vſque in fiem portaueris ſaluus eris. Et tunc dictus nouitius euigilans, totus eſt conformatus, & à tentatione illico liberatus, & in ordine remanſit, & bene finiuit.

Nouitius alius fuit Pariſiis, qui propter ordinis rigiditates, ad alium ordinem tranſire diſponebat,

ſponebat, & cum ante altare maius, dominũ oraret attente, & deuote cum lachrimis, vt ſibi oſtenderet, ſi eius exitus domino diſplicebat, dum ſic oraret vidit Chriſtum de pixide, vbi erat corpus domini exire, & ad ipſum accedere, & vulnera ſua omnia demonſtrare dicẽs. Reſpice fili, quæ & quanta pro te in corpore meo portaui, & ſuſtinui, & tu leuia, & ſalutifera pro me ſuſtinere formidas, quæ ſi pio oculo conſideraueris, omnes aſperitates, & labores ordinis, tibi dulces, & amabiles videbuntur. Quibus dictis Chriſtus ad locum ſuũ ſcilicet ad pixdem redire videbatur. Frater vero ad ſe reuerſus ſenſit ſe ſubito renouatum, & liberatum, & non ſolum aſperitates communes ordinis libenter portabat, verum etiã grauiores quotidie renouabat, & cum ſancto fine in ordine terminauit.

Quidam frater Petrus de Caſtro ſancti Henrici prouinciæ pennenſis, tempore Beati Franciſci, cum auide cuperet viſitare parentes, nec à miniſtro poſſet licentiam obtinere dixit. Vadam, & videbo, quis me retinebit, & ſtatim à loco recedens fratrum, à fratribus inſequitur, & vt reuertatur exorant, ſed nullatenus acqnieuit. Et ad quendam veniens exitum viarum, vehementer à ſomno arripitur, qui reſiſtere ſomno non valens in terram cecidit, & dormiuit, & ecce beatus Franciſcus adhuc viuens, & in remotis agẽs, dormienti apparuit, dixitque ei. Quare tu obedientiæ iugum fregiſti? Reuertere ad fratres tuos, diſsimulante autem illo, nec redire volente, Beatus Franciſcus virga, quam manu tenebat, renuentem percuſsit, at ille dolore vulnerum fortiter excitatus, quem in corpore ſentiebat, ad fratres illico eſt reuerſus, & fraterna compaſsione receptus, quod ei per viſionem contigerat fratribus ennarrauit.

Frater Ioannes de Fulgineo ſtans in loco ſancti Terentiani iuxta montem Syraptim, tentatus, ab ordine diſpoſuit exire, & de dicto loco recedens, vt Fulgineum rediret, peruenit ad locum Moliani iuxta Tiberim, & cum à dicto loco abijſſet, & collem quendam in itinere poſitum aſcendiſſet, totam vallem vidit velut locum ſanguine repletam: Quo miraculo territus, & à ſuperuenientibus fratribus ad locum reductus, pœnitentia accepta in ordine permanendo bene vixit.

Duo ſocij ordinem minorum intrarunt, ſed vnus ſpiritu agitatus maligno, alteri dixit. Tu promiſiſti mihi ad ſeculum redire, ſi mihi eſſe frater non placeret. Ego nolo amplius eſſe frater. Cui ſocius reſpondens, quod aliquantulum differret, & eũ rogauit, & cum ille feciſſet, tandẽ ſuperatus tentatione, omnino abire volebat, cunque ſocius diceret intremus Eccleſiam, & rogemus beatam Virginem, & recedemus, annuens ille, cum ſocius ante imaginẽ Virginis ſe poſuiſſet, & pro ſocio cum lachrimis oraret, vidit beatum Franciſcum lachrimas dicti fratris colligentem, & offerentem in vaſe beatæ Virgini ſupplicantem vt eius preces exaudiret. Quæ omnia, dum præfatus vidit, omni tentatione liberatus, ſtatim laudabiliter in ordine permanſit.

Quidam iuuenis valde notabilis, & delicatus venit ad ordinem, qui habitu fratrum indutus, poſt aliquot dies diabolo inſtigante cœpit in tanta abhominatione habere habitum; ꝙ videbatur ſibi portare ſaccum viliſsimum, vnde factum eſt, quod creſcente religionis faſtidio, redire ad ſeculum omnino deliberaret. Eius magiſter docuerat ipſum, ut cum tranſiret ante altare conuentus, vbi corpus Chriſti ſeruabatur, genuflecteret, & diſcooperto capite, & cancellatis manibus ſe inclinaret: cum nocte illa; qua de mane recedere volebat, prædicta feciſſet, ſtatim fuit raptus in ſpiritu, & oſtenſa fuit ſibi viſio mirabilis. Nam vidit quaſi infinitam multitudinem coram ſe proceſsionaliter incedentem, & tranſeuntem. Omnes autem, qui in illa proceſsione erant ibant bini, & bini, & erant veſtiti ornatiſsimis, & precioſis diaſperibus, facies autem eorum, & manus, & quicquid apparebat de corpore, ſole ſplendidius radiabat, & ibant cum cantico, & iubilo angelorum ſolemniſsimè, & dulciſsimè decantando, inter quos duo notabiles præ cæteris antecedebant, tanta claritate vallati, ꝙ mirandum ſtuporem aſpicientibus ingerebãt; & quaſi circa finem proceſsionis prædictæ vidit etiam quendam tanta gloria decoratum, quod videbatur quaſi miles nouus ab omnibus honorari; prædictus autem iuuenis, cum hoc videret, & neſciret quid eſſet, & cum iam proceſsio dicta quaſi tranſiſſet, extremos interrogat; vt qui eſſent hi, ei indicarent. Illi autem ad ipſum facies ſplendidiſsimas conuertentes dixerunt. Nos omnes ſumus fratres minores, qui venimus modo de Paradiſo. Et cũ ille quæreret. Qui eſſent illi duo cæteris clariores. Reſponderunt, quod erant beatus Franciſcus, & beatus Antonius, ille autem vltimus ſic honoratus erat quidã Frater nouiter mortuus, quem quia valenter contra tentationes pugnauit, & vſq; in finem perſeuerauit in iſto ſancto propoſito ad gloriam cum iſto triumpho perducimus. Iſta vero veſtimenta diaſperidum; quæ nos tam decora portamus, data ſunt nobis propter aſperas tunicas; quas in religione patienter portauimus. Et glorioſa claritas; quam tu vides, data eſt nobis à Deo propter humilem pœnitẽtiam; quam fecimus, & propter ſanctam obedientiã, caſtitatẽ mundiſsimam, & paupertatem; quam vſque in finem mente hilari ſeruauimus. Vnde fili non ſit tibi durum ſaccum noſtræ religionis tam fructuoſum deferre: Quia ſi in ſacco beati Frã-

ciſci amore domini noſtri Ieſu Chriſti mundum ſpernendo; carnem mortificando;& contra diabolum dimicando; viriliter te habebis, nobiſcum ſimili veſte fulgebis. Quo dicto iuuenis in ſe reuerſus, confortatus in domino, omnem tentationem abiiciens, aſperitates ordinis, vt delicias reputans, in ſancta vita finiuit.

Magiſter in Theologia Pariſijs ordinem noſtrum intrauit, qui matris eleemoſynis nutritus, ab ipſa inducebatur ad exitum ordinis, vt ſibi ſubueniret, & cum iam de egreſſu deliberaſſet in oratione proſtratus ante Crucifixum, dum diceret, quòd ratione matris oportebat ipſum Chriſtum dimittere, vidit de vulneribus Crucifixi ſanguinem emanare;& vocem audiuit dicentem. Ego te charius nutriui, quam mater, & iſto ſanguine te redemi, nec me debes propter matrem dimittere, ſtupefactus tam de ſanguine, quàm de voce remanſit in ordine, recordans Ieſus illud Euangelij, qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus.

Frater quidam tentabatur exire ordinem, cui apparuit beatus Franciſcus quadam nocte cũ multitudine maxima demonum, & dimiſsis demonibus extra locum ſanctæ Mariæ de Angelis, ipſe beatus Franciſcus locum intrauit, & iratus vocauit fratrem,& alios antiquos dicens. Quomodo ſeruant fratres regulam, & religionem noſtram? Et reſpõdens, quod male. Dixit beatus Franciſcus. Quomodo vos de his non dicitis veritatem? Reſponderunt dicentes. Pater minus bene ſeruant, & nos palpamus eius dicere veritatem. Sanctus Franciſcus dixit ſurgite,& locum circuite, & quos inueneritis regulam,& ordinem non ſeruantes, capite,& ducite demonibus illudendos; qui foris ſunt, ſed,& vos non effugietis; quin dignas plagas recipiatis,& cum in frontibus appareret, qui non eſſent regulæ obſeruatores, capti ſunt demonibus traditi, & multipliciter cruciati ſunt, & ſic etiam frater ipſe tentatus demonibus traditus eſt: qui nec rugitu nec ſupplicatione à beato Franciſco eſt dimiſſus: ſed laniandus eſt demonibus exhibitus. Qua viſione poſtea in ordine permanſit.

Quidam nouitius tentatus de ordine exire, dum monitu magiſtri plagas Chriſti, & paſſionem c[illegible]gitaret, & ſic faciendo obdormiuiſſet, vidit Chriſtum oſtendentem ſibi vulnera ſanguinem diſtillantia innuentem: ꝙ ipſe nouitius renouaſſet ei, quo euigilante omnis tentatio abſceſsit,& ipſe in ordine permanſit.

Quidam iudex valde frigidus; qui pellibus multiplicibus vtebatur in capite, & in dorſo: (diuina inſpiratione) ordinem intrauit minorum: ſed cum ſe videret abiectum, & gloriã ſecularem amiſiſſe, egredi de ordine fuit tentatus; qui in viſione, cum vidiſſet turrim eburneam valde pulchram, & ipſam cuperet ingredi: nec circuendo hoſtium inueniret, vidit feneſtram in altitudine turris: & faciem quãdam gratioſam; quæ ſibi dixit: ꝙ nullus poſſet iſtam turrim intrare, niſi humilis,& abiectus. Quo audito tentatio ceſſauit, & ad meliora profecit.

Alia vice vidit Chriſtum quoſdam fratres viſitantem,& quoſdam non, & cum ipſe quæreretur quare non omnes viſitaret. Reſpondit Chriſtus, Ego viſito me viſitantes: Me viſitant orantes. Ex prædictis apparet, ꝙ Chriſtus crucifixus ſpeciali affectu ordinem hunc dilexit; dum [illegible] non ſolum beato Franciſco in forma crucifixi pluries exhibuit: ſed & ab ordine egredi appetentibus in forma crucifixi plagatus ſe oſtendit. Et ſic præfatis penſatis, patet, ꝙ Chriſtus ordinem hunc ſemper dilexerit,& diligit.

Septimum eſt, ꝙ Chriſtus multis ſingularibus hominibus hunc ordinem decorauit: patet in ſanctis fratribus. Regibus, Pontificibus, & Cardinalibus,& alijs tam litteratis, quàm nobilibus; vt dictum eſt fructu præcedenti, & conformitate.

Octauum ipſum ordinem vſque ad iudicium perpetuando. Id beatus Frãciſcus habuit per Angelum.

Primo dum ſtaret in quodam loco, & ſequeſtratus à fratribus oraret, ſuperueniente hora comedendi, fratres miſerunt ad ipſum vnum fratrem: cui beatus Franciſcus manu annuit; ne ad ipſum iret, & cum iterato miſiſſent ad eum dictum fratrem: beatus Franciſcus gaudens,& exultans vocauit eum dicens; ꝙ cauſa, quare ſic gaudebat erat, ꝙ quatuor: de quibus fuerat ſollicitus, ſibi tunc dominus reuelauerat.

Primum, ꝙ nullus, qui moreretur in habitu eſſet dãnatus: Iſtud debet intelligi piè,& ſanè, ſcilicet cum obſeruantia regulæ.

Secundum, ꝙ ordo multos debebat habere impugnatores: ſed finaliter omnibus præualebit,& præualet; & parum durarent inſultatores.

Tertium, ꝙ quanto plures eſſent fratres, tanto eis dominus abundantius prouideret.

Quartum, ꝙ profeſsio fratrum duraret vſque ad diem iudicij.

Secundo dum eſſet in monte Aluernæ idem dixit beatus Franciſcus fratri Leoni ſe habuiſſe à Chriſto: immo ipſe Beatus Franciſcus mandauit fratri Leoni, vt lapidem vnum primo aqua, ſecundo vino, tertio lacte, quarto balſamo lauaret, & cum Frater Leo diceret, quomodo poſſet habere balſamum? Beatus Franciſcus intulit, ꝙ ideo hoc dicebat: quia Chriſtus ſuper illum lapidem ſederat: & quatuor ſibi dixerat, ſed vnũ nolebat dicere: dixit ſibi alia.

Primum, quod religio,& profeſsio fratrum minorum non deficiet, vſque ad diem iudicij,

cij, & durabit in ſeculum ſeculi.
Secundum, ꝙ nullus male viuens in ordine po
terit in eo diu permanere; Nullus enim pote
rit ſtare in ordine in peccato mortali; aut.n.
confitebitur, aut egredietur.
Tertium, ꝙ nullus ex induſtria perſequens or
dinem, diu viuet. Benefactores enim noſtri
remunerabuntur in hoc ſeculo, & in alio, &
malefactores puuientur in hoc ſeculo, & in fu
turo. Hæc dixit B. Franciſcus fratri Leoni.
Tertio habuit præfata beatus Franciſcus, dum
oraret in ſancta Maria de Angelis, vt reuela-
uit fratri Ruffino, & addidit vnum aliud bea-
tus Franciſcus maius præfatis. Quod in die iu
dicij apparebunt fratres cum ſtigmatibus, &
in fine ſcilicet tempore Antichriſti habebunt
fratres quàm plurimu ſtigmata. De perpetui-
tate iſtius ordinis patet ex iam dictis per allo-
quutionem Chriſti factam beato Franciſco,
dum fratrum ſcandalis turbaretur, vide ſupra.
Nonum ipſius regulam ſeruantibus, & in ipſo
ordine debitè ſtantibus, vitam eternam largiē
do, & quia de hoc dicetur in duodecima re-
gulæ conditione, ſufficit ad præſens miraculũ
ſupradictum de viſione iuuenis nobilis: qui vo
lebat ab ordine egredi: qui multitudinem ma
ximam uidit fratrum, pro anima fratris mo-
rientis euntem. Idipſum oſtendit operatio mi
raculorum ſanctorum fratrum: de quibus di-
ctum eſt fructu, & conformitate precedenti:
quæ operatio gloriam arguit ipſorum. Hoc
ipſum probo beati Franciſci reuelatione per
Angelum eidem facta, dum ſtaret in Eremito-
rio ſancti Vrbani; in qua plura continentur:
aliqua præmiſſa, & nõnulla dicenda probãtia.
Beato Frãciſco apparuit Angelus Domini in
ſpecie fulgida, & priuilegia, ac gratias ſingula
res regulam amantibus, & ſeruantibus vſque
in finem factas, & conceſſas à Deo in cœlis re-
uelauit ei: & animauit eum ad annunciandũ
fratribus ſingularitatem gloriæ: quam præpa
rauit dominus Ieſus Chriſtus in cœlis vitam,
& regulam fideliter, & deuotè implentibus.
Primum priuilegium. fœlicem & abſque impe
dimento, & detentione pœnarum purgatorij
euolationem ad regnum.
Secundum cum Chriſti diſcipulis præclaras,
& lucidas manſiones.
Tertium in peregrinationis huius exilio de-
fenſionem, & protectionem ſingularam ab in-
ſidijs demonum, & à lapſu peccati mortalis.
Quartum iucundam, & Chriſtiformem habi-
tationẽ Chriſti, & ſpiritus eius in animabus,
& corporibus pure, & fideliter ſeruantium eã.
Quintum deuotionem ad veros regulę obſer
uatores, & ad regulam, & religionem habenti
bus; & ipſos recipientibus, & eis benignè ſub
uenientibus; augumentum bonorum gratiæ,
& protectionem ab aduerſis, & liberationem
à peccatis, & in fine miſericordiam, & refrige

Stipendia, & priuilegia ſeruantium Regulam & eis ſubuenientium, & econtra.

rium æternę quietis: ſi audierint eos, & per-
ſeuerauerint in incępta reuerentia, & dilectio
nę vſque in finem.
Sextum perſequentibus, & impugnantibus, &
odientibus ipſos, & eorum religionem, & vi-
tam in præſenti priuatio gratiæ, cęcitas men-
tis, inuolutio in peccatis, amaritudo cordis,
& impietatis, & ſi non reſipiſcant, ꝙ non pœ-
niteant ante mortem: Chriſti maledictio, &
eterna damnatio venient ſuper eos.
Decimum ad ordinem, & regulam afficienti-
bus miſericordiam impendendo, patet ex præ
miſſo immediatè, & octauo.
Vndecimum circa finem vnum fratrem ſuſci-
tando, & ſtigmatizando. De ſtigmatizatione
fratrum dictum eſt in octauo precedenti.
Duodecimum contra Antichriſtum ipſum or
dinem opponendo. hoc oſtendit Abbas Ioa-
chim, vt dictum eſt ſupra conformitate pri-
ma, & fructu. Opponet enim ſe ordo iſte con-
tra Angelum mortis &c.
Tertium decimum, ipſius ordinis inſtitutorē
B. Franciſcum ſibi conformando per impreſ-
ſionem ſtigmatum, & ſuper alios promouen
do, & exaltãdo, & hoc eſt ſignum magni amo
ris ad ordinem, caput eius ſic magnificando.
Quartum decimum, ipſum ordinem præ alijs
diligendo. Quod B. Franciſcus cuidam fratri
reſerauit. Nam quidam frater caſu venam pe-
ctoris ſibi fregit, & cũ dolore pectoris, & ſan-
guinis per os emiſſione plurimũ anxiaretur,
fecit ſe ad Eccleſiam deferri dicẽs, vel ibi mo-
riar vel beatus Franciſcus me liberabit, vbi
dum deuotè precaretur B. Franciſcum pro al-
tero præfatorum: Apparens B. Franciſcus, &
manutangens ſtatim reddidit eum ſanum. Et
cum poſt ſanitatem perceptam ipſe b. Franci
ſcum interrogaſſet, Quis ordo eſſet Deo ma-
gis acceptus? Reſpondit B Franciſcus dicens,
ꝙ ſi multi mali fratres non eſſent in ordine,
nullus alius ordo Deo magis placeret, quàm
ordo ſuus. Tunc frater dixit B. Franciſco. In
quo plus fratres peccarent? Reſpondit. B. Frã
ciſcus in otio, & murmuratione.
De dilectione Chriſti ad hunc ordinem. pa-
tet ſupra ex dictis Chriſti ad ipſum B. Franci
ſcum, & miraculis oſtenſis. Sic ergo apparet
ſeptimum, ꝙ hic ordo, & regula à Chriſto eſt
adamata.

Octauo regula fratrum minorum eſt à ca
lumniantibus defenſata. vbi eſt aduertẽ
dum, quòd vt dictum eſt. Nulli perſequenti or
dinem, vel qui aliquid facere contra regulam
pręſumpſit bene ſibi euenit. Quod multis exẽ-
plis claruit.
Oſtenſũ eſt ſupra de Abbate, & Epiſcopo per
ſequentibus ordinem & fratres; qui in iudicio
in parte ſiniſtra locati; Abbas per fratres mi-
nores à parte dextra eſt tractus, & factus eſt
Frater minor. Epiſcopus vero dum in pro-
poſito

Qui ordinem minorum perſequẽtes præuaricati sũt & quo.

poſito permaneret, ſubita, & æterna morte petijt:

Epiſcopus Imolæ Frater domini Roberti de Imola: qui fratrum locum deſtruxit ſubita morte interijt.

Præpoſitus montis vici de Pedemontis; cum ſummè prius fratres diligeret: operatione cuiuſdam ſui famuli dilectionem in odium ſic cõuertit; quòd eius perſecutione fratres erat neceſſe, vt de dicto Caſtro abirent omnino: Sed fratres ipſi ad beatum Franciſcum recurrentes, rogabant vt de atroci vexatione eos eriperet: Quod & factum eſt: Nam de nocte ad iudicium diuinum Præpoſitus, ductus cum famulo, cum ſententia cõtra eos daretur, Beatus. Fr. Præpoſitum defendit, quia fuerat ordini deuotus; & ſi famuli inductione hoſtis eſſet effectus; uerum ſententiatus famulus; decapitatus eſt:& cum de ſomno Præpoſitus ſurrexiſſet; famulum ſuum diuina ſententia decapitatum inueniens, ipſe ſtatim fugiens ad fratres, factus eſt frater minor.

Duo Præbendati vnus deuotus ordinis, & alter hoſtis, mali tamen ambo, in viſione ad iudicium rapti: data ſententia hoſtis ordinis, eſt decapitationis ſententia mulctatus, & ſic eſt poſtmodum repertus. Alter vero ob deuotionem ad ordinem, & beatum. F. à ſententia liberatus: factus eſt frater minor deuotus, & ſanctus.

Gulielmus de ſancto amore vna cum multis magiſtris Pariſienſibus iſtum inſequutus ordinem, reprobatus per dominum Alexandrum quartum in ſua extrauagãte, quæ incipit. Nõ ſine multa cordis amaritudine. Et in alia, quę incipit. Romanus pontifex de ſummi Apoſtolatus ſpecula, vna cum ſuis ſequacibus; & tandem malo fine vitam terminauit præſentem. Multi etiam prelati, & Cardinales ad deſtructionem ordinis attendentes; quorum nomina taceo, quia recenter mortui ſunt: paruo tẽpore ab incepto in vita hac ſuperſtites fuerũt, & verificatum eſt in præfatis, quod dictum eſt beato Franciſco, & allegatum ſupra, quòd nullus ex induſtria perſequens ordinem, diu poterit in hac vita manere.

Plures etiam ſeculares perſequentes fratres malo fine deceſſerunt.

Federicus Imperator ſecundus, qui fratres de regno Sicilię expulit; ceruicali poſito ſuper guttur à filio ſuo naturali Manfredo excõmunicatus, ſuffocatur.

Florẽtię quidam miles de Brixia Capitaneus, quendam noſtri ordinis fratrem inhoneſtauit contra Deum, & veritatem, & confirmatus in officio tot nephanda commiſit, vt per Florentinos ad carcerem iudicatus perpetuum: ibidem infœliciſsimè, & cum magna miſeria mortuus eſt. In morte veniã petẽs à fratribus rogauit vt eum amore Dei deberẽt ſepelire.

Frater Agnellus de Piſis miniſter primus Angliæ iniurioſè repulſus à monachis cuiuſdam loci; diuino iudicio eadem nocte monaci omnes occiſi ſunt, vno excepto qui ſe eis beniuolum oſtenderat, vt habetur clarius in pręcedẽti conformitate in capitulo de prouincia Angliæ.

Nobilis quidam iuxta Viterbium hñs Caſtrũ nomine Nicolaus; inferendo ſancto fratri Iunipero multas iniurias: poſtea captus à Viterbienſibus, occiſus eſt. De multis alijs poſſem exempla inferre, quæ breuitatis cauſa dimitto.

Et ſicut Deus vltor extitit perſequentium, ſic adiutor factus eſt ordinem diligentium, iuxta ſupra poſita beato Fr. reuelata.

Protectores tres ſucceſsiuè inter alios, & primos habuit ordo noſter; qui verè fuerunt patres ordinis; & quia ſic fuerunt, Deus ad culmen Apoſtolicum ſublimauit, videlicet dominum Vgolinum Epiſcopum Hoſtien. qui fuit Papa Gregorius nonus. Dominum Benedictũ de Anagnia qui fuit Papa Alexander quartus. Dominum Io. Gaietanum de Vrſinis, qui fuit Papa Nicolaus tertius. Nec dominus Papa Alexãder, nec Papa Nicolaus voluerunt alios eſſe protectores quoad viuerẽt, & ſi iuxta morteni Papa Nicolaus cum ſumma deuotione, & lachrimis fratrem ſuum fecerit ordinis protectorem. Adiutores ordinis Deus ſublimat.

Miles quidam deuotus ordini & B. Franciſco, dum B. Franciſcum apud Celanum hoſpitio recepiſſet; reuelata eidem à beato Franciſco morte, pœnitentię fructus faciens: de hac vita gratioſè deceſſit.

Rex caſtellæ Sanctius tam deuotione ad ordinem; quàm propè mortem habitus ordinis aſſumptione; à dãnatione ęterna eſt liberatus, vt dictum eſt conformitate præcedenti. Multos alios deuotionem ſinceram gerentes, ad ordinem Deus multis bonis in præſenti repleuit, & in futuro, de quibus in ſequentibus clarè patebit.

Et ſicut ordinem perſequentes, ſic & in regulam inſurgentes puniuit, vt fuit Secta fraticellorum, quorum F. Iacobus de Ceua prouinciæ Ianuæ fuit caput. Hos Papa Ioannes vigeſimus ſecundus in Decretali extrauagãte, quæ incipit Glorioſam Eccleſiam excommunicauit; vt hereticos, & extirpauit.

Similiter fratrem Vbertinum de Caſali prouincię Ianuæ; ordo cum ſuis ſequacibus puniuit; & ipſe vt membrum putridum diuiſionis, & ſcandali; abſciſus ab ordine; factus eſt monachus albus. Sic & nouitates facere in ordine præſumentes, diuina vltione ſunt percuſſi.

Tempore. B. Franciſci vnus ex ſocijs vocatus F. Ioannes de capella, quia inuenit abuium capelle, & ab ipſa denominatus eſt, ab ordine recedens Rebelles, & infeſtatores regulæ, & ordinis

minorum Deus deprimit. cedens factus leproſus, laqueo vt Iudas ſe ſuſpendit.
Primus miniſter Bononiæ dictus Fr. Ioannes de Caſchaccia, qui poſuit ſtudium Bononiæ; contra voluntatem B. Franciſci, & correptus de hoc à beato Franciſco iterato reponendo ſtudium; ab ipſo maledictus, ſtatim cœpit febricitare, & cum ſupplex eſſet factus beato Franciſco per internuncium; reſpondens beatus Franciſcus, ꝙ maledictionem, quam ei dederat, dominus Ieſus Chriſtus in cęlo eam cõfirmauerat; quare erat maledictus, quædam gutta de cœlo deſcendens ſuper corpus eius, ipſum corrodendo extinxit.
Frater Elias ſecundus generalis nouitatem faciens contra regulam, vt fratres non deberent comedere carnes; inſuper equitando pulcherrimum parafredum, & plura alia faciendo, excommunicatus à domino Gregorio 9. & apoſtata adhærens Federico Imperatori 2. in Sicilia, obijt extra ordinem.
Frater Raimundus Guaffredi de prouincia, contra puritatem ordinis, & regulæ inſurgẽs, abſolutus à generalatu per domiuum Bonifacium Papam 8. miſerabiliter, & horribiliter expirauit, & multi ſui ſequaces peſsimè mortui ſunt.
Frater Odam ſpiritualis, qui mutauit locum à B. Franciſco conſtructum; & fecit alium locum in ædificijs ſumptuoſiorem; ab ipſo Beato Franciſco repræhenſus fuit, & punitus.
Frater Iuuenalis de Florentia, qui fundauit tã magnam Eccleſiam; ſicut reuelatum fuit cuidam fratri deuoto; hanc habet pœnam vſque ad diem iudicij, vt duo malei ſemper eius percutiant caput.
Fratres etiam quidam qui habuerunt pecuniam contra regulam, & eius abuſum ſuo exẽplo fratribus oſtenderet, ſine confeſsione ſacramentis, & lingua deceſſerunt; vt de ipſis dicetur infra conformitate 16.
Fratres etiam nonnulli ſpiritum quærentes libertatis, ab ordine apoſtatantes, dñtes alios fratres dãnatos, & ſe iuſtos, & ſanctos, quotidie capiuntur, & comburuntur; nec Deus per mortem ipſorum oſtendit aliquid miraculi: nec per tales. Sed quid dicendum eſt de multis prę latis, qui in ordine iſto fuerunt, & ſunt: qui moribus & nulla facta correprione, permittunt cadere ordinem ab omni religioſitate? credo quòd cum moriuntur, eis Deus det infernum; vel ſaltem eos maximis puniat pęnis. Quia nonnullos eorum dirè in prę ſenti punit. Et præſumendum eſt, ꝙ Deus vltionum vindictam in eis exercear, & faciat, & ſic ipſi puniertur à domino & B. Franciſco.

NOno regula fratrum minorum eſt contra mundi vitia, & mala ordinata. Vbi notandum quòd ipſa regula fratrum minorũ eſt totaliter hominis immutatiua, & renouatiua: Facit. n. quòd homo deponat veterem hominem cum actibus ſuis, & nouum. ſ. Chriſtũ induat cum actibus ſuis per ipſius perfectam imitationem. Ad quod videndum, eſt ſciendum, quòd in mundo iſto nihil boni (vt dictũ eſt ſupra conformitate 6.) inuenitur, ſed potius quicquid mali, quippe in ipſo reperitur.

Quæ mala vigeant in hoc mundo.

Contemptus Dei.
Inobſeruantia mandatorum eius.
Carnis incendium.
Auaritiæ cupido.
Deriſio ſeruorum Dei.
Irreuerentia ad omnes.
Infidelitas ad Chriſtum.
Affectio ſeculi.
Deſpectio pauperis.
Impatientia ad tentationes.
Laudis appetitus.
Detractio praua.
Delectatio immunda.
Ventris ingluuies.
Aſsidua iurgia.
Vilipenſio proximi.
Linguę procacitas.
Auiditas lucri.
Inexercitatio ad virtutes.
Temporis amiſsio.
Pauperis odium.
Confidentia vitæ.
Operationis rectæ deſidia.
Paruipenſio cęli.
Terrenorum affectus.
Diſſenſio in conuerſatione.
Humilitatis deſpectus.
Peccati defenſio.
Aſcendendi ambitio.
De factis præſumptio.
Falſitatis ſectatio.
Inobedentia in iniunctis.
Mentis elatio.
Emulatio.
Fallacia.
Inquietudo.
Diſcrepatio.
Vilium anxietas.
Indiſcretio.
Inconſtatia.
Inimicitia.
Immundicia.
Alacritas in aduerſis proximi.
Cordis ſuperbia.
Redemptoris deriſio, & deſpectio. His malis & innumeris alijs hic mundus infœlix, & miſer laborat. Qui ergo ab his vitijs cupit liberari: Hanc B. Franciſci, & fratrum minorum regulam amplexetur, & brachijs totius ſtringat amoris, quia ipſa à præfatis rotum hominem liberat, & immutat.
Ipſa. n. vt patet ex contentis in ea: hominem renouat, & tranſire facit.

Primo à Dei contemptu, ad Chriſti imitationem: in principio enim regulæ habetur Regula; & vita minorum fratrum hæc eſt, ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare &c.

Secundo ab inobſeruantia; ad Dei præceptorum impletionem dicens: Frater Franciſcus promittit obedientiam &c.

Tertio à carnis luxu; ad eius puritatem, ideo dicit regula: quòd fratres viuant in puritate, & obſeruent caſtitatem.

Quarto à cupiditate, ad voluntariam paupertatem, ideo ſine proprio quilibet promittit viuere hanc profitens regulam, & ſic regula docet.

Quinto à deriſione ad honoris exhibitionem: ideo regula omnes fratres ſubicit, & reſpectu domini Papæ, & prælatorum; quia viuendo in obedientia.

Sexto ab irreuerentia ad venerationem, promittit enim reuerentia ex regula quilibet Frater minor.

Septimo ab indeuotione Chriſti ad perfectã mundi pro ipſo abdicationem: ideo dicit regula. Si quis voluerit hanc vitã accipere &c.

Octauo ab affectu ſeculi; ad Chriſti veram inhæſionem, regula dicit; quòd venientes ad ordinem omnia vendant.

Nono à proximi contemptu; ad ipſius ſubleuationem, regula mandat, quòd debeant omnia pauperibus erogare, ad ordinem venientes.

Decimo ab impatientia tentationum; ad feruidam macerationem. Regula dicit, mollibus non indui, nec duas tunicas haberi &c.

Vndecimo à laudis appetitu; ad ſui deſpectionem. regula dicit, quòd fratres veſtimenta poſsint repeciare de ſaccis, & alijs petijs &c.

Duodecimo à detractione ad omnium ſaltem verbotenus commendationem, regula dicit, quòd fratres non deſpiciant, neque iudicent homines &c.

Tertio decimo à praua mundi delectatione ad laudis Dei iubilationẽ, regula dicit: quòd clerici faciant diuinum officium &c.

Quarto decimo à ventris ingluuie ad eius ſubiectionem, & refrenationẽ, regula dicit, quòd fratres ieiunent &c.

Quinto decimo à iurgijs ad pacificam conuerſationem, regula dicit; quòd fratres quando vadunt per mundum non litigent &c.

Sexto decimo ab aliorum vilipenſionem, ad eorum charitatem, & dilectionem. Regula dicit, quòd fratres ſint pacifici, modeſti, manſueti &c.

Decimo ſeptimo à linguæ procacitate ad taciturnitatem. Regula dicit, quòd honeſtè fratres loqui debeant omnibus, ſicut decet &c.

Decimo octauo à pecuniæ acquiſitione; ad paupertatis amorem. Regula præcipit, quòd nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant &c.

Decimo nono ab otio ad operis laborem. Regula dicit, quòd fratres laborent fideliter, & deuotè.

Vigeſimo à temporis perditione ad orationis feruorem, Regula dicit: quòd fratres ſanctæ orationis ſpiritum non extinguant &c.

Vigeſimo primo ab odio mendicitatis; Ad paupertatis indeſeſſè amandum valorem. Regula dicit, laudando paupertatem: hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis &c.

Vigeſimo ſecundo, à confidentia vitæ præſentis; ad Dei deſiderium, & refugium. Regula clamat, fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum &c.

Vigeſimo tertio, à deſiderio ad bonum opus perficiendum, & exercitium. Regula dicit: ꝙ fratres ire pro eleemoſyna non debent verecundari &c.

Vigeſimo quarto, à paruipenſione cœleſtiũ; ad ſupernorum cogitationem. Regula dicit. Reges, & hæredes regni cœlorum &c. Et hæc ſit portio &c.

Vigeſimo quinto, à terrenorum affectu; ad ipſorum derelictionem. Regula dicit, nihil ſub cœlo habere velitis, &c.

Vigeſimo ſexto, à diſſenſione animorum, ad benignam ſimul cohabitationem. Regula dicit, vbicunq; ſunt, & ſe inuenerint fratres &c.

Vigeſimo ſeptimo, ab humilitatis deſpectu; ad eius amplexum veraciter, & acceptionem. Regula dicit. Si quis eorum in infirmitatem ceciderit &c.

Vigeſimo octauo, à peccati defenſionem, ad eius propriam confeſsionem. Regula dicit. Si qui fratrum inſtigãte inimico mortaliter peccauerint &c.

Vigeſimo nono, ab ambitione ad ſui proprij defectus conſiderationem: Regula dicit, ꝙ miniſtri ſint ſerui omnium fratrum &c.

Trigeſimo, à falſitatis vitio ad veritatis profeſsionem. Regula dicit; nullus fratrum populo penitus audeat prædicare &c.

Trigeſimo primo, à præſumptione ad ipſius declinationem. Regula dicit: Fratres nõ prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi &c.

Trigeſimo ſecundo, ab inobedientiæ contumacia, ad iniunctorum exequutionem. Regula dicit. Firmiter præcipio fratribus, vt obediant ſuis miniſtris &c.

Trigeſimo tertio, à mentis elatione ad ſui veram deſpectionem. Regula dicit. Caueant fratres ab omni ſuperbia &c.

Trigeſimo quarto, à praua emulatione ad gaudium de bono proximi, & exultationẽ. Regula dicit; ꝙ caueant fratres ab omni inuidia &c.

Trigeſimo quinto, à fallacia, & dolo ad eius deteſtationem. Regula dicit, quòd caueant ab auaritia &c.

Trigeſimo ſexto, ab inquietudine cordis, ad eius totalem in Deum proiectionem. Regula dicit, ꝙ caueant à cura, & ſollicitudine &c.

Trigeſimo ſeptimo, ab animorum diſſeatione: ad proximi commendationem. Regula dicit, quod fratres caueant a detractione, & murmuratione &c.

Trigeſimo octauo, à rerum vilium anxietate ad ſui deteſtatiuam deiectionem. Regula dicit. fratres neſcientes litteras &c.

Trigeſimo nono, ab indiſcretione, impatientia, & inconſtantia, ad patientiam, & tolerantiam. Regula dicit, ꝙ habeant patientiam in tribulationibus &c.

Quadrageſimo, ab iracundia ad amicitiam, & inimicorum diligentiam. Regula dicit, ꝙ debemus diligere qui nos odiunt &c.

Quadrageſimo primo, ab immunditia ad animæ munditiam, & puritatem. Regula dicit, ꝙ debent orare ad Deum puro corde &c.

Quadrageſimo ſecundo, à delectatione in aduerſis proximi, & gaudio ad ipſorum in bono confirmationem. Regula dicit, Fratres dirigit ad ſaracenos, & alios infideles &c.

Quadrageſimo tertio, à cordis elatione, ad veram humilitatem ſeu humiliationem. Regula dicit, ꝙ fratres ſint ſemper ſubditi, & ſubiecti &c.

Quadrageſimo quarto, & vltimo à Chriſti vitæ deriſione, ad laudabilem Chriſti ſequelam, & exequutionem. Regula dicit in fine, ꝙ ſanctum euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſsimus obſeruemus. Ex quibus patet ꝙ regula fratrum minorum eſt contra mundi vitia, & mala ordinata: Ná hominem abducit à malo, & ad bonum perducit: vt patet ex prædictis. hoc patet in multis, qui in ſeculo fuerunt peſſimi, & poſtea in ordine fuerunt ſanctiſsimi. Sicut de tribus patet latronibus conuerſis per B. Franciſcum, & de fratre Agnello ſic à beato Franciſco vocato, qui fuit latro crudeliſsimus. De fratre Gonſaluo, qui fuit Saluij prouinciæ Caſtellæ, prius peſsimo homine, & latrone, & demum ſancto, & ſic de alijs, de quibus dicetur, ſequenti fructu, & conformitate, & aliqualiter dictum eſt præcedenti conformitate &c.

Regula fratrum min. ad quid ſit ordinata.

Decimo Regula fratrum minorum eſt pro hominis ordinatione, & in bono conſeruatione demonſtrata, & relerata. hoc habet duas partes: prima quòd regula ipſa eſt hominis ordinatiua, ſecunda, quòd eſt in bono conſeruatiua.

Prima pars quod ipſa ſit ordinatiua hominis patet. Ipſa enim ordinat hominem.

Primo ad Deum per imitationem cum dicit. Regula, & vita fratrum minorum &c.

Secundo quo ad data, & conceſſa per gratitudinem, & hoc per officij exhibitionem cum dicit. Clerici faciant diuinum officium.

Tertio quo ad extra per prædicationem, cum dicit fratres prædicent.

Quarto quo ad intra per compaſsionem cum dicit. Si quis frater in infirmitatem ceciderit &c.

Quinto quo ad mentem per paupertatem voluntariam. Regula dicit. Hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis &c.

Sexto quo ad fratrem per charitatem cum dicit. Vbicunque ſunt, & ſe inuenerint fratres &c.

Septimo quo ad verbum per veri expreſsioné cum dicit, quod ſint caſta, & examinata eorũ eloquia.

Octauo, quo ad geſtus per compoſitionem, cũ dicit, quando fratres vadunt per mundum, nó litigent.

Nono, quo ad fidem per ſtabilitatem cum dicit. Stabiles in fide.

Decimo, quo ad vitam per exemplaritaté cum dicit. Sint mites, pacifici, & modeſti.

Vndecimo, quo ad corpus per rigiditatem cũ dicit, quod ieiunent à feſto &c.

Duodecimo, quo ad illata per tranquillitatem cum dicit, quod fratres debent habere patientiam in tribulationibus &c. Sic ergo patet quomodo regula fratrum minorum ordinat fratres; quo ad alta, per reuerentiam, quo ad data, per gratitudinem, quo ad extra, per miſericordiam, quo ad intra, per pietatem, quo ad mentem, per innocentiam. quo ad fratrem per equitatem, quo ad vocem per puritatem; quo ad actum, per religioſitatem, quo ad corpus, per ſeueritatem, quo ad cultum, per fidelitatem, quo ad mores, per diſciplinam, quo ad conuerſationem, per concordiam, vt merito B. Franciſcus poſsit dicere cuilibet fratri, illud prouer. 4. Viam ſapientiæ docebo te; & ducam te per ſemitas æquitatis, & ſic patet quo regula ipſa eſt hominis ordinatiua.

Secundo eſt in bono conſeruatiua. In bono enim conſeruat plura videlicet ſobrietatem. hanc docet regula mandans fratribus vt ieiunent.

Operationem cum dicit fratres illi, quibus dedit dominus gratiam laborandi, laborent.

Aſperitatem cultus cum dicit. Fratres habeát vnam tunicam nec mollibus induantur &c.

Inhibitionem cenſus cum dicit. Fratres nihil ſibi approprient &c.

Raritatem ſermonis cum dicit. quod ſint caſta eorum eloquia.

Vitationem opportunitatis perſonæ, loci, & temporis cum dicit, quod fratres non habeát ſuſpecta conſortia.

Orationem, quæ eſt neceſſaria cũ dicit, quod faciant diuinum officium; & non debent extinguere ſpiritum orationis.

Humilitatem cum dicit, quod miniſtri ſint ſerui omnium fratrum.

Paupertatem cum dicit. Fratres nullo modo

denarios &c. Præſata ergo cum hominem in bono conſeruent,& hoc præbeat iſta ſacra regula, merito ipſa eſt in bono conſeruatiua.
Eſt etiam ad perfectionem deductiua patet. Nam ipſa regula teſte Honorio 3. & Nicolao quarto,eſt regula Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quare cũ Chriſti perfecta ſint opera, patet q̃ hæc regula ad perfectionem ducit,hoc patuit in eius obſeruatoribus; qui virtutibus pleni, miraculis clariſsimis corruſcarunt. In ſignum autem quod hæc regula ſit Ieſu Chriſti eſt, q̃ Chriſtus apparere dignatus eſt, & ſe oſtendere in habitu fratrum minorum: Nam cum quidam deſideraret Deo ſeruire, & rogaret Deũ vt ſibi viam oſtendere dignaretur, & ſibi perfecte ſeruiret: Dominus autem Ieſus Chriſtus, qui audit libenter preces bonorum, oſtendit ſe illi in habitu fratrum minorum dicens, Quicunque me ſequi cupit: veniat, & taliter mihi ſeruiat,& hoc dicto euanuit ab oculis eius. Ipſe vero cogitans,& admirans de dicta viſione, cum nunquam aliquem fratrem minorem vidiſſet, nec aliquid de eis audierat; fecit ſe de ordine Ciſtercienſi, ſed elapſis 15. annis. Dominus Ioãnes Gaietanus, qui poſtmodum fuit Papa Nicolaus tertius, factus Cardinalis, miſit ad Abbatiam,vbi prælatus erat, vt ſibi aliquem mitterent ſuorum monachorum ad ſuã cameram cuſtodiendam. Quod audiens præfatus monachus rogauit Abbatem vt eum mitteret, quod & factum eſt. Hoc enim agebat quia viderat quendam fratrem minorem, & recordatus viſionis Chriſti optabat ordinem intrare, quod euenit; nam dicto domino Cardinali eum iuuante, factus eſt frater minor, bonus,& ſãctus hoc recitauit Papa Nicolaus ipſe apud Surianum omnibus miniſtris ordinis in ſui præſentia conſtitutis.
Verum & ſi regula hæc ſit ad perfectionem deductiua. In bono conſeruatiua & hominis ordinatiua, factione tamen diabolica,& operatione, à multis fratribus malè obſeruatur. Et cauſa eſt, quia prælati non faciũt ſeruari à ſubditis, nec ipſi obſeruant, quæ mandat regula, & noſtri ordinis inſtituta.
Inſuper ſunt illa in ordine de quibus Chriſtus conquæſtus eſt fratri Leoni ſocio B. Franciſci videlicet quia Dei beneficia non cognoſcunt, quæ eis impendit, non tantum ſpiritualia, ſed etiam temporalia, ſcilicet neceſſaria corpori, quia neque ſeminant neque metunt, & tamen ipſos affluenter paſcit, & nutrit, frequenter murmurant, otio uacant, & ſe ad iram prouocant, & ad amorem cito non redeunt, parcentes iniurias vt deberent. Hæc Chriſtus, & quia ſic eſt, ordo noſter in præfatis conditionibus in talibus fratribus minime reperitur, ſed in alijs bonis fratribus, quod regulæ obſeruantia prædicta faciat, per omnia veriſsime comprobatur.

VNdecimo regulam noſtram non obſeruantibus; pœna à Deo eſt præparata. Cum enim ſcriptura ſuadeat Deo vouere dicens, vouete, addit, & votum perſoluere dicens. Reddite. Frater ergo, qui regulam minorum, quæ Apoſtolica eſt, & Chriſti ut ſuperiora demonſtrant, cum ipſam obſeruare promiſerit, profitendo Deo,& beatæ Mariæ, & beato Franciſco,& omnibus ſanctis, & toto tempore vitæ ſuæ, & coram prælato, & omnibus fratribus, voto non ſimplici, ſed ſolemni. mirũ eſt, quod frater paruipendat ſic, quod Deo tam voluntarie ipſe promiſit ſibi reddere per regulæ obſeruantiam, & ſi quiſquam eidẽ promiſerit aliquid, vult plenarie ſibi perſolui, quãto magis ipſe etiam Domino Deo? Quare non ſeruando promiſſa, ſi dominus Deus iraſcitur, punit, & ſubtrahit ſua dona à nobis; non eſt mirum, imo mirum eſſe debet, quomodo ipſe ſuſtinet nos ipſum deridentes, ſpernentes, & quæ eidem promiſimus nõ ſoluentes: ſed quia Deus (vt dicit ſcriptura) eſt patiens redditor, eſt patiens in expectando, ſed redditor in puniendo,& præmiando, quia reddet vnicuique iuxta opera ſua. Vnde non immerito regulam non obſeruantes, ſi puniat, & in præſenti ſubtrahendo gratiam dona ſua,& bona temporalia,& pœnas corporales infligendo, & in futuro quoſdam puniendo temporaliter, ut in purgatorio, ac alios æternaliter ut in inferno, nõ eſt mirũ præſertim cũ hõ ſponte peragat talia, cuius oppoſitũ faciẽdo, proculdubio uitã poſſideret æternã, prout cuilibet mittitur ꝓfitẽti.

DVodecimo,& vltimo. regula ipſa fratrũ minorum eam ſeruantes ad gaudia ducit beata. Illud patet uerbo Chriſti Ioan 8. Si quis ſermonem meum ſeruauerit. mortem nõ guſtabit in æternum,& Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego manifeſtabo ei ipſum. Et Ioan. 12. Vbi ego ſum illic & miniſter meus erit. Cum ergo regula fratrum minorum ſit domini noſtri, ut dicit Honorius Papa, & Nicolaus, ipſa in ipſo ſacro Euangelio; & vita Chriſti, & exemplo Apoſtolorum fundatur, quare ad ipſius obſeruantiam ſequitur regni poſt huius vitæ curſum perceptio. Paupertatis eſt regnum cœlorum Matth. 5. Obedientiæ eſt regnum cœlorum Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata, & ibidem. Omnis qui dereliquerit domum &c. propter nomen meum centuplum accipiet,& uitã æternam poſsidebit. Caſtis regnum datur cœlorũ. Matth 19. Quia tales ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Et cum præfata hac ſacra regula minorum ſeruentur; & habeantur, & alia multa, meritò ſeruantibus uita datur beata. In huius ſignum Prælatus recipiens ad profeſsionem; voto emiſſo de regulæ obſeruatione dicit profitenti. Et ego ſi hæc obſeruaueris promitto tibi uitam æternam. Ex dictis apparet

patet

paret declarata ſecunda pars fructus noni, & conformitatis, videlicet Franciſcus regulator.

DE duobus alijs regulis, ſcilicet ſororum ordinis ſanctæ Claræ, & fratrum de pœnitentia tertij ordinis à B. Fráciſco inſtitutis, & & ordinatis, patet intuenti, quam ſint perfectæ, & ſanctæ, & in iſtis ſororibus, & fratribus tertij ordinis ſunt effectu demonſtratæ, quod ſint ad perfectionem deductiuæ, ut fructus, & conformitas octaua præcedens de pluribus oſtendit. Nec de ipſis eſt in aliquo hæſitandum, vtpote quia ſunt per Apoſtolicam ſedem confirmatæ. Sic ergo B. Franciſcus eſt regulator. Primo ſcilicet fratrum minorum, ſecundo ſororum pauperum, & tertio fratrum de pœnitentia; quas regulas ipſe inſtituit, & ordinauit, iuxta quod de ipſo cantatur. Tres ordines hic ordinat, primumque fratrum nominat minorum, pauperumque fit dominarũ medius; ſed pœnitentum tertius; ſexum capit vtrunque. Vnde ad inſtar trium Eccleſiarum à B. Franciſco reparatarum; & propter vocem ter ſibi factam à Chriſto é Cruce de reparatione materialis Eccleſiæ, tres ordines, & regulas inſtituit, ſicut patet ad oculum omnibus Chriſticolis. Ad laudem Chriſti. Amen.

DECIMVS FRVCTVS, ET CONformitas eſt, Ieſus doctor mirabilis. Franciſcus prædicator. Expoſitio primæ partis, videlicet Ieſus doctor mirabilis.

DOMINVS Ieſus noſter Saluator, cum ſit verus magiſter, lux, ſplendor, candor, lumen, ſol, veritas, doctor, lex, & verbum. Hinc eſt quod nos placuit ſua charitate illuſtrare per doctrinæ ſaluberrimæ informationem. Cum enim homo ex peccato multiplicem incurreret ignorantiam videlicet.

Primo reſpectu credendorum, quia notitia veræ fidei hominibus generaliter non patebat, & ſi aliquibus pateret in ſingulari.

Secundo reſpectu colendorum; quia creatura, & non creator colebatur.

Tertio reſpectu abhorrendorum, quia vitia, pluſquam virtutes homo acceptabat.

Quarto reſpectu ſpernendorum, & contemnendorum, quia mundialia toto affectu proſequebantur, & ſe beatiores cenſebant de mundanis plura obtinentes.

Quinto reſpectu acceptandorum, quia virtutibus nullus inſeruiebat.

Sexto reſpectu ſubiungandorum, quia viam carnis, & non ſpiritus quiſq; proſequebatur.

Septimo reſpectu agendorum, quia de mandato Dei quo ad obſeruantiam parum, vel nihil curabatur.

Octauo reſpectu dimittendorum, quia illata nequaquam dimittebantur.

Nono reſpectu expiandorum, quia de pœnitentia peragenda non cogitabatur.

Decimo reſpectu appetendorum, quia diuina & cęlica non anhelabantur.

Vndecimo reſpectu intelligendorum, ſcilicet prophetiarum, quia erant clauſæ, & non intelligebantur.

Duodecimo reſpectu beatificãdorum, de quibus opiniones variæ per intellectus hominum inueniebantur, & nullam ponebant debitam veritatem; Ignorãtia etiam erat reſpectu multorum aliorum. Et ideo decebat hominem de præfatis plenarie informari, & erudiri, & certe non per alium melius diſertius, clarius, & perfectius, quàm per ſapientiam Dei patris dominum Ieſum Chriſtum, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, ſantificatio, & redemptió: & quia de præfatis in proceſſu huius operis in locis diſtinctis patebit declaratio, pro nunc & iſtius primæ particulæ declaratione, ſcilicet Ieſus doctor mirabilis. Sufficiat oſtendere, quòd ipſe nos ſua doctrina direxit, & inſtruxit.

Primo reſpectu vitandorum, ſcilicet vitiorũ. *Chriſtus ſua doctrina perfecte inſtruit hominem in his quæ ad ſalutẽ pertinent.*

Secundo reſpectu acceptandorum, ſcilicet virtutum.

Tertio reſpectu expauendorum, ſcilicet ſuppliciorum &c.

Quarto reſpectu appetendorum, ſcilicet beatitudinis, & præmiorum: Quibus oſtenſis, patebit quod ipſe D. Ieſus, eſt doctor mirabilis.

Sed ante ſunt aliqua prænotanda, & videnda, Primum eſt quia cum prædictum per prophetas fuiſſet per ipſum populum inſtruendum. Iſa. primo. Docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Et capitulo 61. Spiritus domini ſuper me; euanzelizare pauperibus miſit me. Michee. 4. Docebit nos de vijs ſuis. Et Pſal. 24. Docebit mites vias ſuas. hinc eſt quòd prædicta volens effectui demandare; docere placuit ſibi populũ, ut patet in omnibus Euangelijs. Verum quia doctor quæ docet, debet prius opere implere, vt doctrinam ſuam; non tam verbo, quam facto depromat. Saluator cępit prius facere; & poſtea docere. *Iſa. 1. & 61.* *Michee. 4.*

Secundum videndum eſt quando cępit, & dicit Lucas 4. Mat. 4. & Mar. 1. quod poſt Baptiſmum, & tentationem ſuperatam in deſerto, & tunc erat triginta annorum. vbi datur documentum quod prædicator debet eſſe à peccato immunis, & lotus aquis pœnitentialibus: debet eſſe liber à tentationibus ſuperbiæ, gulæ, auaritiæ, quæ tria totum inficiunt hominem, & præcipue à doctore debent eſſe longinqua. Nam vitio inanis gloriæ non debet tangi; propter lucrum non debet prædicare: Sed quia dignus eſt mercenarius mercede ſua, dẽt moderatè quæ ſunt victus, accipere ſecluſa omni *Lucæ 4. Matth. 4. Mar. 1.* *Quæ dẽt habere prędicator exemplo Chriſti.*

gulositate, & debet eſſe triginta annorũ, quia trinitatis fide imbutus cum obſeruantia decẽ præceptorum. Quæ omnia in domino Ieſu per perfectè fuere.

Matth. 7. Tertium vidẽdum eſt quomodo docebat, Reſpondet Mat. 7. Erat docens, ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ, & phariſei. i. illud quod verbo promebat, actu demonſtrabat, &
Ioan. 8. poteſtate i. ſignis, & miraculis Et Ioan. habetur quod miniſtri iudeorum interrogati quare non cepiſſent Ieſum. Reſponderunt. Nunquam ſic loquutus eſt homo.

Quartum uidendum eſt ubi docebat eos; & pa
Matth. 8. tet Mat. 8. quod in ſinagogis.
Matth. 6. Secundo in monte Mat. 6.
Ioan. 2. Tertio in templo Io. 2.
Quarto in ciuitatibus, caſtellis, & villis; quia
Matth. 6. ciuitates circuibat, & caſtra, Mat 6 & Luc. 13.
Lucæ 13. Quinto in plateis Luc. 13. ſic ergo non in abſcondito tantum; ſed palam loquutus eſt mun
Ioan. 18. do Io. 18.

Quintum vidẽdum eſt quo tempore docebat; & licet aſsiduè de regno Dei doceret, ut habe
Matth. 21. tur Mat. 21. & Luc. 19. tamen præcipue ſabba
Lucæ 19. tis docebat ut habetur Luc. 4.
Lucæ 4. Sextum uidendum eſt qualiter docebat. Reſpondet Euangelium quod aliquando palam,
Ioan. 18. & aperte. Io. 18. Ego palam loquutus ſum mun
Matth. 13. do: Aliquando in parabolis, ut patet Mat. 13.
Lucæ 8. & Luc. 8. & Mar. 4.
Mar. 4. Septimum videndum eſt, nunquid uita à uerbo, & doctrina diſcrepabat. Certe non, dicen-
Matth. 22. tibus aduerſarijs Matth. 22. Magiſter ſcimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, &
Act. au. 1. non eſt tibi cura de aliquo. Et Actuum primo Cœpit Ieſus facere, & docere.

Octauum videndum eſt qua hora incipiebat. Reſpondetur quod manè diluculo ad templũ accedens docebat, & per totam diem; & de ſe
Matth. 21. ro in Bethaniam reuertebatur, ut patet Mat.
Ioan. 8. 21. & Ioan. 8.

Nonum videndum eſt quid docebat. Reſpon-
Matth. 4. det Euangelium quod pœnitentiam Matth. 4.
Matth. 22. Viam Dei Mat. 22. De regno Dei Matth. 21. Se
Matth. 21. Deum verum Ioan pluribus capitulis, & ſic de alijs. Attamen ad quatuor poſſunt, quę docuit reduci, videlicet quod quædam docuit euitanda, ut vitia. Quædam arripienda, vt virtutes. Quædam pertimenda, vt ſupplicia. Quædam appetenda, ut eſt gloria. Ad hæc quatuor omnis doctrina Chriſti, & prædicatio eſt reducibilis.

Dico primo quod Saluator quædam prædicauit, & docuit euitanda ut uitia. Ipſe enim docuit uitare vitia.

Matth. 5. Primum iniuriarum in proximum Matth. 5. dicens. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio, qui dixerit, Racha reus erit concilio; & qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

Matth. 5. Secundum incontinentiæ Matth. 5. Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quod omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eã, iam mechatus eſt in corde ſuo.

Tertium loquutionis indebitæ Matth. 5. Ego autem dico. Non iurare omnino, & ſequitur. Sit etiam ſermo veſter, eſt. eſt: non, non: quod his abundantius eſt; à malo eſt. Matth. 5.

Quartum contentionis Matth. 5. Qui vult in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium. Matth. 5.

Quintum odij, & rancoris Matth. 5. Diligite inimicos veſtros, & bene facite his, qui oderunt vos. Matth. 5.

Sextum inanis gloriæ Matth. 5. Cum facis eleemoſynam; noli tuba canere; ſed neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Et Matth 9. Cęcis interdixit ne dicerent, quod illuminaſſet eos. Matth. 5. Matth. 9.

Septimum hypochriſis Matth. 6. Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; & contra eos clamauit multotiens Mat. 23. Matth. 6. Matth. 23.

Octauum multiloquij. Mat 6. Orantes nolite multum loqui; ſicut ethnici faciunt. Matth. 6.

Nonum auaritiæ & cupiditatis Mat 6. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra. Matth. 6.

Decimum uindictæ Matth. 6. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum; dimittet, & vobis pater cęleſtis peccata veſtra. Matth. 6.

Vndecimum affectus mundanorum Matth. 6. Nemo poteſt duobus dominus ſeruire; & non poteſtis Deo ſeruire, & mammone. Matth. 6.

Duodecimum temeritatis in iudicando Mat. 7. Nolite iudicare; & non iudicabimini. Mat. 7.

Tertium decimum publicationis ſecretorum, & diuinorum Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus; nec mittatis margaritas veſtras ante porcos. Matth. 7.

Quartumdecimum ſimulationis Matth. 7. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad uos in veſtimentis ouium. Matth. 7.

Quintumdecimum infidelitatis Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, domine, domine non ne in nomine tuo propheta uimus &c. & ſequitur, & tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Matth. 7.

Sextumdecimum malæ cogitationis Matth 9. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Matth. 9.

Decimumſeptimum murmurationis Matth. 9. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat &c. Matth. 9.

Decimumoctauum indebitæ affectionis ad parentes Matth. 10. Qui amat patrem, aut matrẽ pluſquam me; non eſt me dignus. Matth. 10.

Decimumnonum indiſcretionis Matth. 12. In principio phariſei dixerunt Ieſu. Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere die ſabbati. Matth. 12.

Vigeſimum detractionis Matth 12. Hic non eijcit demonia, niſi in belzebub principe demoniorum. Matth. 12.

Vigeſi-

Match. 12. Vigeſimumprimum in ſpiritum ſanctum Mat. 12 Qui autem dixerit verbum contra ſpiritũ ſanctum; non remittetur ei neque in hoc ſęculo, neque in futuro.

Match. 12. Vigeſimumſecundum vani loquii Mat. 12. Dico enim uobis, quoniam de omni uerbo otioſo, quod loquuti fuerint homines; reddent rationem de eo in die iudicij.

Match. 18. Vigeſimumtertium crudelitatis Mat. 18 Nonne oportuit miſereri conſerui tui; ſicut & ego tui miſertus ſum? Sequitur ſic faciet uobis pater veſter cæleſtis, ſi non dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris.

Match. 23. Vigeſimumquartum indiſcretionis, & iniuſtæ punitionis Mat. 23. Imponunt onera humeris hominum; digito aũt ſuo nolunt ea mouere.

Match. 23. Vigeſimumquintum reputationis nimię Mat. 23. Amant primos recubitus in cænis, & primas cathedras in ſignagogis, & ſalutationes in foro.

Match. 23. Vigeſimumſextum falſæ nominationis Mat. 23. Nec vocemini magiſtri; quia magiſter veſter unus eſt Chriſtus.

Match. 25. Vigeſimumſeptimum inmiſerationis Mat. 25. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare; & ſic de alijs actibus miſericordiæ, quos ibidem Saluator explicat.

Ioan. 10. Vigeſimumoctauum incredulitatis Ioan. 10. Vos non eſtis de ouibus meis; oues meæ uocem meam audiunt. De multis alijs uitijs loquitur Chriſtus.

Lucæ 21. De vitio gulæ Luc. 21. Cauete ne grauentur corda veſtra crapula, vel vino.

Match. 5. De vitio Iræ Mat. 5. Qui iraſcitur fratri ſuo ſequitur qui te percuſſerit in vnam maxillam; præbe ei alteram.

Match. 13. De vitio Superbiæ Mat. 13. Qui ſe exaltat humiliabitur.

Match. 20. De vitio Accidiæ Mat. 20. Quid ſtatis tota die otioſi?

Match. 10. De vitio Inuidiæ Mat. 10. Gratis accepiſtis; & gratis date, & ſic de alijs; quibus apparet quod dñs Ieſus vitia fugere docuit, & deteſtari.

Secundo docuit nos virtutes arripere, videlicet. Primo paupertatis Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cęlorũ.

Match. 5. Match. 19. Et Mat. 19. dicens. Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſauros

Luc. 14. in cœlo. Et Luc. 14. Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet; non poteſt meus diſcipulus.

Match. 5. Secundo mititatis Mat. 5. Beati mites; quoniã

Match. 11. ipſi poſſidebunt terram, & Matth. 11. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.

Match. 4. Tertio auſteritatis Mat. 4. Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum cœlorum, &

Match. 1. Matth primo.

Match. 5. Quarto pietatis Matth. 5 Beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Match. 5. Quinto æquitatis Mat. 5. Beati qui eſuriunt; & ſitiunt iuſtitiã; quoniã ipſi ſaturabuntur &c.

Sexto cognitionis propriæ defectibuitatis. Mat. 5. Beati qui lugent, ſcilicet propria peccata; quoniam ipſi conſolabuntur. Match. 5.

Septimo puritatis Mat. 5. Beati mũdo corde; quoniam ipſi Deum videbunt. Match. 5.

Octauo tranquilitatis Matth. 5. Beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur. Match. 5.

Nono patientię, & ſupportabilitatis Matth. 5. Match. 5.
Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, & ſequitur. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint &c.

Decimo exemplaritatis. Matth. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera; & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Match. 5.

Vndecimo operoſitatis, Matth. 5. Qui fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Match. 5.

Duodecimo honeſtatis. Matth. 5. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ, & proijce abs te. Match. 5.

Tertiodecimo fidelitatis. Matth. 7. Omnis qui audit verba hęc; & facit ea, ſimilabitur viro ſapienti, & capitulo. 8. dixit Ieſus Centurioni. Vade, & ſicut credidiſti; fiat tibi. Match. 7. Match. 8.

Quartodecimo puræ intentionis Matth. 6. Si oculus tuus lucidus eſt, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: totum corpus tuum tenebroſum erit. Match. 6.

Quintodecimo ſacræ orationis. Matth. 6. Sic .n. orabitis. Pater noſter qui es in cœlis. &c. & Lucæ 18. Oportet ſemper orare. Match. 6. Lucæ 18.

Sextodecimo longanimitatis. Matth. 6. Primũ quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Match. 6.

Decimoſeptimo fiduciæ, & confidentię; & in Deum firmitatis. Matth. 7. Petite, & dabitur vobis. quærite; & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis. Match. 7.

Decimooctauo iuſtitię, & ſanctæ operationis. Matth. 7. Omnia ergo quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines; ita & vos facite illis. Match. 7.

Decimonono prouidentiæ, & circunſpectionis. Matth. 7. Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, & ſequitur. A fructibus eorum conoſcetis eos. Match. 7.

Vigeſimo diuinæ conformitatis. Matth. 7. Qui facit voluntatem patris mei; qui in cœlis eſt; ipſe intrabit in regnum cęlorum, & Matth. 12. in fine. Match. 7. Match. 12.

Vigeſimoprimo Chriſti imitationis. Matth. 8. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Match. 8.

Vigeſimoſecundo ſanctæ, & iuſtæ conuerſationis, de qua regula, & modus traditur Matth. 10. per totum. Quando Ieſus eos ad prædicandum miſit. ſ. Apoſtolos. Match. 10.

Vigeſimotertio prudentiæ. Matth. 10. Eſtote Match. 10.

prudentes

prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ.

Matth. 10. Vigeſimoquarto conſtantiæ.Matth. 10. Tradent enim vos &c.ſequitur.Ne timueritis eos, ſed potius eum timete,qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam ignis.

Matth. 10. Vigeſimoquinto perſeuerãtiæ.Matth.10. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem; hic ſaluus erit.

Matth. 10. Vigeſimoſexto diſcretionis. Matth. 10. Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.

Matth. 10. Vigeſimoſeptimo fidelis profeſsionis.Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum corã patre meo.

Vigeſimooctauo aſsiduæ mortificationis.
Matth. 10. Matth.10. Qui non accipit crucem ſuam,& ſequitur me; non eſt me dignus.

Vigeſimonono liberalitatis, & diffuſionis.
Matth. 10. Matth.10. Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit; recipit eum qui me miſit.

Matth. 11. Trigeſimo Euãgelicæ perfectionis. Matth.11. Tollite iugum meum ſuper vos. iugum enim meum ſuaue eſt; & onus meum leue.

Trigeſimoprimo præceptorum obſeruantiæ,
Matth. 15. & impletionis. Matth. 15. Vos trãſgredimini
Matth. 19. mandata Dei &c. & capitulo. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata: Nam & ego præ
Ioan. 15. cepta patris mei ſeruaui. Io. 15.&c.

Trigeſimoſecundo ieiunij, & afflictionis.
Matth. 17. Matth. 17.Hoc genus demoniorum non eiicitur; niſi per orationem, & ieiunium.

Matth. 16. Trigeſimotertio ꝓpriæ abnegationis. Matth. 16. Si quis vult poſt me venire;abneget ſemet ipſum,& tollat crucem ſuam &c.

Matth. 18. Trigeſimoquarto humiliationis. Matth. 18. Niſi quis ſe humiliauerit ſicut paruulus iſte; non intrabit in regnum cœlorum.

Matth. 18. Trigeſimoquinto compaſsionis.Matth.18. Si Si peccauerit in te frater tuus;vade,& corripe eum &c.

Matth. 18. Trigeſimoſexto fraternitatis,& vnionis.Matth.18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quancunque petierint, fiet eis à patre meo.

Trigeſimoſeptimo continentiæ, & præſerua-
Matth. 18. tionis. Matth.18.Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.

Trigeſimooctauo mundialis abdicationis.
Matth. 19. Matth.18. Si vis perfectus eſſe; vade,& vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſauros in cœlo;& veni, & ſequere me.

Trigeſimonono ſuæ deſpectionis,& ſeruitutis
Matth. 20. fraternæ. Matth. 20. Quicunque voluerit maior inter vos fieri; erit miniſter veſter.

Quadrageſimo vitationis conſortij malignorum.
Matth. 21. Matth. 21. Ieſus relictis illis.ſ. phariſeis, abijt in Bethaniam.

Quadrageſimoprimo redditionis vnicuique,
Matth. 22. quod ſuum eſt. Matth. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.

Quadrageſimoſecundo veræ dilectionis.Matth. 22. Diliges dominum Deum tuum ex tota mente tua. Matth. 22.

Quadrageſimotertio reuerẽtiæ exhibitionis. Matth.23. Super cathedram Moyſi. ſequitur, omnia quæ dixerint vobis,ſeruate,& facite. Matth. 23.

Quadrageſimoquarto cautelæ, & proſpectionis.Matth. 24. Videte ne quis vos ſeducat. Matth. 24.

Quadrageſimoquinto debitæ præparationis. Matth. 24. Eſtote parati; quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Matth. 24.

Quadrageſimo ſexto vigilantiæ, & corporis abiectionis Matth. 25. Vigilate,& orate quia neſcitis horam &c. Matth. 25.

Quadrageſimoſeptimo inſpectionis finalis iudicij Matth.25. Separabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab edis. Matth. 25.

Quadrageſimooctauo fatigationis. Io. 4. Ieſus fatigatus ex itinere;ſedebat ſuper fontem. Ioan. 4.

Quadrageſimonono inquiſitionis perficiendi Dei voluntatem. Io. 5. Meus cibus eſt vt faciã voluntatem patris mei. Ioan. 5.

Quinquageſimo mentalis ad Deum eleuationis.Io.4. In ſpiritu oportet eum adorare. Ioan. 4.

Quinquageſimoprimo deſiderij ad ſalutem peccatoris. Ioan.14. Ego alium cibum habeo manducare,quem vos neſcitis. Ioan. 14.

Quinquageſimoſecundo fauoris temporalis declinationis.Io.6. Ieſus fugit, cum turba vellet eum facere regem. Ioan. 6.

Quinquageſimotertio proximi informationis.Io. 13.Exemplum dedi vobis;vt quemadmodum ego feci vobis,ſic & vos alijs faciatis. Ioan. 13.

Quinquageſimoquarto mutui amoris,& affectionis. Ioan. 14.In hoc cognoſcent homines, quod ſitis mei diſcipuli, ſi dilectionem adinuicem habueritis. Ioan. 14.

Quinquageſimoquinto pacis proſequutionis. Ioã. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Ioan. 14.

Quinquageſimo ſexto diuinæ ſemper ſupplicationis. Io. 17. Subleuatis Ieſus oculis in cœlum;dixit. Pater, clarifica me &c. Ioan. 17. Præfatis ergo,& alijs pluribus patet quomodo Saluator ſua doctrina prædicauit, & docuit nos virtutes accipere,& ſic patet quod docuit ſecundũ, ſcilicet acceptandas virtutes, & toto animo amplectendas.

Tertio docuit Saluator quædam expauenda, ſcilicet pœnam inferni æternam,& hoc oſtendendo qualis eſt Matth. 25. Ignis æternus qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Et Matth.8. Mittentur in tenebras exteriores; ibi fletus erit,& ſtridor dentium. Et Matth. 15. Mittent eos in caminum ignis, & ſic in pluribus locis pœnam eſſe acerbiſsimam oſtendit, & per conſequens vitandam, & formidandam. Inſuper hanc oſtendit declarando quibus datur pœna.

Xp̄s docet quæ ſunt expauẽda, & quæ pœna eſt peccato para. Matth. 25. Matth. 8. Matth. 15.

Primo

Primo pœna inferni datur ratione conuitij.
Matth. 5. Matth. 5. Qui dixerit fratri ſuo fatue; reus erit gehennæ ignis.

Matth. 5. Secundo ratione praui operis. Matth. 5. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum, quàm totum corpus eat in gehennam.

Matth. 7. Tertio ratione prauæ intentionis. Matth. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur.

Matth. 8. Quarto ratione infidelitatis. Matth. 8. Filij autem regni mittentur in tenebras exteriores.

Quinto datur pœna inferni non recipiẽtibus
Matth. 10. Chriſtum, & diſcipulos. Matth. 10. Quicunque non receperint vos, & ſequitur. tollerabilius erit in die iudicij terræ ſodomorum, quàm illi ciuitati.

Ioan. 10. Sexto datur nõ imitantibus Chriſtum. Io. 10. Qui me negauerit coram patre meo; qui in cœlis eſt.

Matth. 11. Septimo ingratis. Matth. Veh tibi Corrozaim; veh tibi Bethſaida, & ſequitur. olim in cinere, & cilicio pœnitentiam egiſſent, & ſequitur, in die iudicij tollerabilius.

Matth. 12. Octauo blaſphemantibus. Matth. Spiritus blaſphemantibus. Matth. Spiritus bleſphemiæ nõ remittetur.

Nono verbis malis vtentibus. Matth. Ex
Matth. 12. verbis tuis condemnaberis.

Matth. 12. Decimo impœnitentibus. Matth. Viri Niniuitę ſurgent contra generationem iſtam, & condemnabunt eam.

Matth. 13. Vndecimo hæreticis Matth. Colligite primũ zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum.

Matth. 13. Duodecimo ſcandalum facientibus. Matth. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligẽt de regno eius omnia ſcandala, nam ſeparabũt malos de medio iuſtorum.

Matth. 13. Tertiodecimo malis, & prauis. Matth. vt dictum eſt. Separabunt Angeli malos, & mittẽt eos in caminum ignis.

Quartodecimo templum Dei deſpicientibus.
Matth. 21. Matth Fecit flagellum, & eiecit. Et Io. idip-
Ioan. 2. ſum habetur.

Matth. 23. Quintodecimo diuerſis vitijs occupatis. Matth. Veh vobis ſcribæ, & phariſæi &c.

Matth. 24. Sextodecimo nõ paratis Matth. Partem eius ponet cum hypochritis: illic erit fletus, & ſtridos dentium.

Decimoſeptimo gloriã mundi appetentibus.
Matth. 25. Matth. Nã cum fatuis virginibus deputantur: quibus clauſa eſt ianua.

Matth. 25. Decimooctauo talento abutentibus. Matth. Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores: ibi erit &c.

Matth. 25. Decimonono immiſericordibus. Matth. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, & ſequitur. Ibunt hi in ſupplicium ęternum.

Ioan. 15. Vigeſimo in Chriſto non manentibus. Ioan. Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & in ignem mittetur, & ardet. Quibus apparet, quomodo doctrina Chriſti, & prædicatio docet, qualis eſt pœna peccato parata, quia. ſ. inferni, & quibus datur, & ſic patet quomodo Chriſtus prædicat quædã expauenda.

Quarto prædicat, & docet Chriſtus quædam appetenda, ſcilicet gloriam, quæ conſiſtit: vt ipſe dicit Io. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: In patris, & filij, & ſpiritus ſancti viſione, fruitione, & tentione: In hoc. n. vita ſtat æterna, & beatitudo eſſentialis humanarum mentium. Sed quibus datur hæc gloria, Chriſtus oſtendit. *Chriſtus docet quæ ſunt appetenda. Ioan. 17.*

Primo pœnitentiam agentibus. Matth. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Matth. 4.

Secundo Dei voluntatem facientibus. Matth. Matth. 7.
Qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.

Tertio fidelibus Matth. Recumbent cũ Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Matth. 8.

Quarto conuerſis ad dominum Matth Regnũ cœlorum vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Matth. 11.

Quinto Chriſtum diligentibus. Matth. Ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Matth. 12.

Sexto continentibus. Matth. Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Matth. 19.

Septimo paruulis, & humilibus. Matth. Niſi efficiamini, ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Matth. 18.

Octauo ſeruantibus diuina mandata Matth. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Matth. 19.

Nono largientibus omnia pro Deo. Matth. Si vis perfectus eſſe: vade, & vende omnia, quæ habes: & da pauperibus, & habebis theſauros in cœlo. Matth. 19.

Decimo Chriſtum ſequentibus. Matth. Amen dico vobis, ꝙ qui ſequuti eſtis me, &c. ſequitur. Centuplum accipietis, & vitam æternam poſsidebitis. Matth. 19.

Vndecimo laborantibus in vinea. Matth. Acceperunt ſingulos denarios. Matth. 19.

Duodecimo calicem. ſ. paſsionem domini bibentibus. Matth. Poteſtis bibere calicem; quẽ ego bibiturus ſum? Matth. 20.

Tertiodecimo veſtem nuptialem poſsidentibus. Matth. Qui non habet, repellitur. Matth. 22.

Quartodecimo lampades plenas gerentibus. Matth. Intrant enim tales ad nuptias. Matth. 25.

Quintodecimo ſanctę lucrantibus Matth. Euge ſerue fidelis. ſequitur. Intra in gaudium domini tui. Matth. 25.

Sextodecimo miſericordibus. Matth. Venite benedicti patris mei: poſsidete regnum. Matth. 25.

Decimoſeptimo baptiſmum Chriſti verè recipientibus. Matth. Qui baptizatus fuerit: ſaluabitur. Matth. 28. & 29.

Decimooctauo Chriſtum recipientibus Ioan. Ioan. 1.

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.
Io. 3. & 6. Decimonono in Chriſtum credentibus. Ioan.
Qui credit in eum : non iudicatur. Qui cre-
dit in me : non peribit in æternum.
Ioan. 6. Vigeſimo Chriſtum digne manducantibus. Io.
Qui manducat meam carnem, & bibit meum
ſanguinem : habet vitam æternam.
Vigeſimoprimo ſpiritum ſanctum continen-
Ioan. 4. tibus in ſe. Io. Aqua, quam ego dedero, fiet in
eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.
Vigeſimoſecundo verbum Dei audientibus.
Ioan. 5. Io. Amen amen dico vobis, qui verbum meũ
audit, & credit ei, qui miſit me habetur vitã
æternam.
Vigeſimotertio Chriſto firmiter adhærenti-
Ioan. 12. bus. Io. Vbi ego ſum, ibi ſit, & miniſter meus,
& 17. & Ioan. Volo pater, vt vbi ego ſum ; ibi ſit &
miniſter meus.
Vigeſimoquarto, in bono perſeuerantibus.
Math. 10. Math. Qui autem perſeuerauerit vſque in fi-
nem : hic ſaluus erit. Ex prædictis apparet,
quomodo Saluator docuit, & prædicauit, quæ
ſunt appetenda. ſ. gloriam, & quibus confer-
tur a Deo gratifice demonſtratur. Quibus pa
tet conſequenter nonum, quod videndũ erat,
videlicet quid docuit, & prædicauit; quia, ſci-
licet vitia fugienda, virtutes proſequendas, pœ
nam abhorrendam, & gloriam inquirendam.
Decimum, & vltimum videndum eſt. Nũquid
doctor, & prædicator noſter dominus Ieſus
fuit acceptus. Reſpondetur, quod ſcribis, & pha-
riſæis non, & communiter Iudæis. Rationem
Lucæ 10. Chriſtus dixit. Luc. Nemo propheta acceptus
eſt in patria ſua : tales enim, quia non erant
Ioan. 8. ex Deo : ipſius vocem non audiebant. Nec ex
omnibus Chriſti. diſcipuli vero, & alij ; qui-
bus datum erat noſce miſterium regni Dei di
Io. 6. & 7. cebant. Domine verba vitæ æternæ habes, &
iudæorum. Nũquam ſic loquutus eſt homo: ſi
cut hic loquitur. Cuius verborum dulcedine
Magdalena attracta ſedebat ad pedes eius, &
Lucæ 10. audiebat verbum illius. Sed quid mirum : om
Partes boni prædicatoris, & doctoris, quæ ſint. nia, quæ ad prædicatorem, & doctorem con-
currunt habebat.
Doctor nãque : teſte Innocentio, in ſermone
debet habere ſapientiam, eloquentiam, & ho
Lucæ 2. neſtatem. Chriſtus eſt ſapientia Dei. Luc. Cre
ſcebat ſapientiã, & ætate. Habuit eloquentiã.
Lucæ 2. Luc. Mirabantur doctores ſuper doctrina, &
Ioan. 9. reſponſis eius. Honeſtatem tenuit. Ioan. Quis
ex vobis arguet me de peccato? & ideo Io. Ba-
Ioan. 1. ptiſta de eo dicebat. Ecce agnus Dei : ecce,
qui tollit peccata mundi.
Doctor debet ſeruare tempus congruum ad
loquendum, vt dicit Greg. Chriſtus per trigin
ta annos à prædicatione ceſſauit. Nam trigin-
ta annorum erat, qñ cœpit prædicare, & doce-
re, vt patet Luc.
Lucæ 3. Doctor debet malle placere rebus, quàm ver-
bis, vt dicit Augu. 4. de doctrina Chriſtiana :
Chriſtus dicebat, Diſcite à me : non ſ. verba,
ſed facta : quia mitis ſum, & humilis corde.
Doctor, quod dicit, facere debet, vt dicit Au- Math. 11.
guſt. de verbis domini. Chriſtus cœpit agere,
& docere.
Doctor debet eſſe clarus in ſua doctrina, vt di- Act. 1.
cit Aug. 4. de doctrina Chriſtiana. Apoſtoli di
cebant Chriſto. Ecce palam loqueris, & pro- Ioan. 18.
uerbium nullum dicis. Ego palam loquutus Ioan. 18.
ſum mundo.
Doctor, vt dicit. Aug. 4. de doctrina Chriſtia-
na: non debet curare quali eloquentia docet,
ſed quanta euidentiã. Chriſtus dicebat. Si vo- Ioan. 10.
bis non creditis : operibus credite.
Doctor debet penſare, vt dicit Grego. ſuper
Ezechielem: quid loquitur, vt ſemper eius ſer
mo in ſale gratia conditus ſit. Chriſtus dice-
bat, Ego quæ audiui à patre meo loquor. Ioan. 8.
Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit Ioan. 7.
me patris.
Cui loquitur Chriſtus aliquos increpabat, ſi-
cut hypochritas phariſæos. Aliquos, ad pœni-
tentiam inuitabat ſicut peccatores. Aliquos
commendabat ſicut Centurionem. Aliquos Math. 8.
excuſabat ſicut Magdalenam. Aliquos inter- Lucæ 10.
rogabat, ſicut. Quid vobis videtur de Chriſto. Math. 22.
Alijs reſpondebat, & ſic ſecundum diuerſita-
tem perſonarum ſermonem faciebat, vt patet
conformitate præcedenti.
Quando loquitur, exemplo Abigail, quæ Na
bal viro ſuo, dum eſſet ebrius, nihil dixit: ſed
poſt ebrietatem digeſtam. Chriſtus aliquãdo 1. Reg. 25.
occultè aliquãdo publicè loquebatur: Aliquã
do informabat vno modo : aliquando alio
modo.
Qualiter loquitur : nam ſæpe verba, quæ nunc
ad ſalutem reuocant : nunc alium vulnerant.
Sed qualiter loquutus eſt Chriſtus, habitum
eſt fructu, & conformitate præcedenti, & ſe-
quenti etiam dicitur.
Quantum loquitur : quia auditori faſtidioſo
verbum inſerri non debet : Chriſtus dicebat
Apoſtolis. Multa alia habeo vobis dicere: ſed Ioan. 16.
non poteſtis portare modo; Sed poſt dicebat.
Omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vo-
bis. Et quia dictę doctorum cõditiones in do Ioan. 16.
mino Ieſu fuerunt : non immerito ipſe ſolum
eſt vnus magiſter Chriſtus. Et ideo cum pha- Math. 18.
riſæo Simone ſibi dicamus. Magiſter dic. Au- Lucæ 7.
diam.n. quid loquatur in me dominus Deus,
ait propheta Dauid, & Magdalenæ exemplo.
Sedeamus ad pedes eius, & audiamus verba Lucæ 10.
eius, verba enim ipſius: vt ipſe Ieſus dicebat.
Spiritus, & vita ſunt. Simus ergo de ouibus Ioan. 6.
Chriſti : quę eius vocem audiunt. Et ipſe dat Ioan. 10.
eis vitam æternã. Sic ergo apparet, quòd Sal-
uator noſter fuit magiſter verax, & doctor: ac
prædicator excellentiſsimus, nec ſolum iudæ-
is prædicauit, ſed & gentibus : quia mulieri
Samaritanæ, & Samaritanis. Et alijs pluribus, Ioan. 4.
vt docet

vt docet Euangelium, & ſi principaliter ad oues, quæ perierant domus Iſrael fuerit à patre deſtinatus. Sic ergo patet præfatis expoſitio primæ partis huius conformitatis: quæ erat exponenda. ſ. Ieſus doctor mirabilis.

SECVNDA PARS DECIMI Fructus, & Conformitatis Franciſcus prædicator. Expoſitio.

HVIVS ſecundæ partis, vt expoſitio clarius videatur, ſunt aliqua videnda.

Primum eſt, quo, vel quibus beatus Franciſcus fuit ad prędicandum incitatus. Et ſciendum eſt, quod beatus Frãciſcus inductus fuit ad prædicandum.

Primo diuina monitione, & licet de hoc ſit dictum fructu ſecundo, & conformitate: tamen hic eſt aliqualiter hoc oſtendendum; diuina enim monitione, & inſpiratione. B. Franciſcus ad prædicandum fuit incitatus.

Quomodo Fran. diuinitus é monitus prædicare.

Et primo diuina inſpiratione, & præoſtenſione interna, vt enim dicit legenda trium ſociorum: Et dominus frater Bonauentura in legenda maiori, parte tertiâ. B. Franciſcus poſt quam habitum Eremiticum, & vitam peregerat iam duobus annis à ſua conuerſione, & tribus Eccleſiis reparatis: moram traheret in Eccleſia Virginis glorioſæ: dum ſemel miſſam audiret de Apoſtolis, & Euangelium eſſet per lectum: in quo diſcipulis ſuis Chriſtus ad prędicandum miſsis: normam ſingularem tribuit in viuendo: ne. ſ. aurum & argentum, nec ſacculum vel peram, nec panem, nec virgam portarent in via, nec calciamenta, nec duas tunicas haberent. His auditis: inquit ipſe. B. Franciſcus. Hoc (inquit) eſt quod cupio: inde his memoriæ commiſsis lateuter inuitur adimplendis: duplicibuſque dimiſsis, ex tunc iam virga, calciamentis; ſacculo, vel pera non vtitur, faciens ſibi tunicam habitualem valde cõtemptibilem, & incultam: in forma. ſ. qua priorem fecerat, quãdo mantellum accepit ab Epiſcopo poſt renunciationem omnium factam patri, vt enim dicit frater Bonauentura in ſecunda parte legendæ, cęmento accepto, quod ſibi occurrit, admodum crucis manu propria dictum mantellum conſignans, operimentum formauit crucifixi pauperis ſeminudi, & pro corrigia funem ſumpſit. Quibus peractis, cępit inſtinctu diuino Euangelicæ perfectionis annunciator exiſtere; pœnitentianque ſimpliciter in publicum prędicare, pacem præmittẽdo dicens. Dominus det tibi pacem, & ſic in omni prædicatione pacem prius anuuncians, populum in prędicationis exordio ſalutabat: quam ſalutationem (domino ei reuelante) didicerat. Mirum tamen putandum, & cenſendum; quòd ad hanc ſalutationem annunciandam ante ſuam conuerſionem prę curſorem habuit. B. Franciſcus: qui frequenter per Aſsiſium pergens dicebat ſalutando populum in hunc modum. Pax, & bonum, pax & bonum. De quo creditum eſt firmiter, quòd ſicut Ioã. Baptiſta Chriſtum prænuncians Chriſto incipiẽte prædicare, defecit: ita, & iſte velut alter Ioannes B. Fran. præceſſerit cum annunciatione pacis, qui etiam poſt B. Franciſci aduentũ non comparuit, ſicut prius. Subito igitur B. Fran. ſpiritu prophetarum perfuſus: iuxta ler monem propheticum ſtatim poſt dictum ſuũ præconem annunciauit pacem; prædicauit ſalutem, eiuſque ſalutaribus monitis plurimi conuerſi vere paci ſunt fęderati: qui prius diſcordes à Chriſto extiterant, & à ſalute longin qui. Et ſic prædicatione hac B. Franciſci viri quidam poſt duos annos à conuerſione ipſius ac exemplo, ad pœnitentiam animari cęperunt, & eidem (reiectis omnibus) habitu vitaque coniungi, quos fratres minores poſtmodum voluit nominari; quamuis ante confirmationem religionis, per D. Innocentium tertium viri pœnitentiales nuncuparentur. Sic ergo patet quomodo. B. Franciſcus inſpiratione interna adeo inſtructus cępit prædicare.

Secundo B. Fran. fuit incitatus monitione diuina externa, & hoc dupliciter.

Primo poſt religionis approbationem factam à D. Innocentio, prout dicit. D. frater Bonauentura in quarta parte legendæ maioris, cępit tractare cum ſocijs vtrum inter homines conuerſari deberent, an ad loca ſolitaria ſe conferre. Et cum per orationis inſtantiam diuinæ ſuper hoc voluntatis beneplacitum requiſiſſet; ſupernæ reuelationis illuſtratus oraculo, intellexit ſe ad hoc miſſum à domino, vt Chriſto lucraretur animas: quas diabolus conabatur auferre. Ideoque magis omnibus, quam ſibi ſoli viuere pręelegit, illius prouocatus exemplo, qui vnus pro omnibus mori dignatus eſt. Vnde ſe in quodam tugurio recollegit prope Aſsiſium, vel poſſet pro loco, & tempore populis prædicare. Factus igitur euãgelicus pręco ciuitates circuibat, & caſtra, nõ in doctis humanæ ſapientiæ verbis: ſed in virtute ſpiritus, prout dicit regula, annuncians vitia, & virtutes, pęnam, & gloriam cum breuitate ſermonis, cępit ex hoc Chriſti vinea germinare: nam prædicationis ipſius feruore ſuccenſi quàm plurimi vtriuſque ſexus, in coniugali pudicitia domino famulantes ſecundum formam à viro Dei acceptam, nouis ſe pœnitentiæ legibus vinciebant, quorum ordinem temporis in proceſſu fratrum de pœnitentia vir Dei appellandum decreuit. Conuertebantur etiam virgines ad perpetuum cœlibatum: inter quas fuit virgo beata Clara plãtula prima pauperum dominarum. Multi etiã non ſolum deuotione compuncti, ſed perfe-

fectionis Chriſti deſiderio inflammati, omni mundanorum vanitate contempta, Franciſci veſtigia ſequebantur. Qui quotidianis ſuccreſcentes profectibus vſque ad fines orbis terræ celeriter peruenerunt. Quæ vero Chriſtus per B. Franciſci prædicationem geſsit, in tertia parte iſtius expoſitionis pandentur, & ſic patet, ꝙ à domino præmonitus populis prædicauit. Et hoc primo monitione, & declaratione externa.

Secundo B. Franciſcus fuit incitatus monitione diuina ad prædicandum temporis in proceſſu.ſ. poſt annum quaſi quartumdecimum à ſua conuerſione; licet enim prędicaret: non tamen aſsiduè, vt poſtea fecit: quia magis orationi, quàm prædicationi, vacabat. Quo videlicet tempore, vt dicit Bonauentura in 12. parte legendæ maioris, & etiam legenda dicit antiqua, ꝙ B. Franciſcus fuit in magna cuiuſdã dubitationis agonia. An videlicet orationi vacaret aſsiduè: an prædicando per mundũ diſcurreret: quam terminandam ſuis ſocijs propoſuit multis diebus ab orationibus rediens: hanc dubitationem. B. Franciſcus incurrebat bona orationis, & prædicationis cogitando. Quod enim deberet eligere eſſe aſſiduè in oratione inducebatur.

Quæ reddebant Fr. dubium An orationi an prædicationi vacaret.

Primo quia inquit ſimplex, & imperitus ſum ſermone; maiorem orandi accepi gratiam, quàm loquendi.

Secundo quia in oratione videtur lucrum, & cumulatio gratiarum. In prædicatione diſtributio donorum cęlitus acceptorum.

Tertio in oratione eſt purificatio interiorum affectuum, & vnitio ad vnum verum, & ſummũ bonum, cum vigoratione virtutis. In prædicatione ſpiritualium puluerizatio pedum, diſtractio circa multa, & relaxatio diſciplinæ.

Quarto in oratione Deum alloquimur, & audimus, & quaſi angelicam vitam agentes, inter Angelos conuerſamur. In prædicatione multis oportet vti condeſcenſionibus humanis ad homines inter eos viuendo, humana videre, cogitare, dicere, & audire.

Sed pro parte alia videlicet, vt prædicationi vacaret argumentum erat, quod præ omnibus ante Deum ponderat, videlicet, ꝙ vnigenitus Dei filius, qui eſt ſapientia patris propter animarum ſalutem de ſinu patris deſcendit, vt ſuo mundum informans exẽplo, verbum ſalutis hominibus loqueretur; quos ſacri ſanguinis, & pretio redimeret, & mundaret lauacro, & poculo ſuſtentaret, nihil omnino ſeruans, quod non in ſalutem noſtram liberaliter erogaret. Et quia nos omnia debemus agere ſecundum exemplar eorum, quę videmus in ipſo tanquam in monte ſublimi, videtur magis placitum Deo, ꝙ intermiſſa orationis quiete, foras egrediar ad prędicationis laborem. His argumentis pro partibus exiſtentibus, cum per plures dies hæc fratribus enarraſſet; nec certitudinaliter poſſet percipere quid horum ſibi foret, vt Chriſto verè acceptus eligendũ. Et cum multa noſſet tam ſpiritu prophetico, quàm irradiatione diuina, & declaratione: hanc per ſeipſum quęſtionem diſſoluere non valebat ad liquidum (Deo permittente) vt prædicationis ſibi iniunctum officium potius diuina auctoritate, quàm humana voluntate declararetur aſſumptum ab ipſo, & à Deo eidẽ præceptum, & iniunctum. Verum quia humilimus fuit pater ipſe B. Franciſcus, non erubeſcebat à minoribus parua quærere, qui magna didicerat à magiſtro ſupremo, aſſumens itaque duos fratres.ſ. fratrem Maſſeum cum vno ſocio, miſit ad fratrem Silueſtrum, qui in mõte Subaſio in loco de Carceribus morabatur, qui frater Silueſter tantæ erat ſanctitatis, & gratiæ: ꝙ quicquid in oratione à Deo petebat, ſtatim exaudiebatur, & cum Deo loquebatur ſicut amicus cum amico. propterea beatus Franciſcus magnam deuotionem, & fidem habebat in eo, præfato igitur fratri Silueſtro miſit dicendo, vt ſuppliciter Deum rogaret: quatenus ei indicaret, quid ſibi plus placeret: an ꝙ alijs prædicaret, an orationi vacaret cõtinuè. Idipſum beatæ Clarę miſit, quòd ipſa cum aliquibus de magis puris, & ſpiritualibus ſororibus per orationem diuinum beneplacitum flagitaret. Frater Maſſeus ſocio aſſumpto. B. Franciſci ambaxiatam fecit primo beatę Claræ: deinde fratri Silueſtro, quo audito, frater Silueſter ſtatim ad orandum perexit, & cum oraret, diuinum illico habuit reſpõſum, & ad fratrem Maſſeum exiens, dixit. Hęc dicit dominus, vt dicas fratri Frãciſco, quòd ipſum nõ propter ſe ſolum vocauit dominus, ſed vt fructum faciat animarũ, & multos per eum lucretur. Idipſum beata Clara concorditer dixit fratri Maſſeo ſe habuiſſe à domino, quod frater Silueſter dicebat, quòd beneplaciti eſſet diuini, quòd B. Franciſcus ad prædicandum exiret. Redijt ergo frater Maſſeus ad B. Franciſcum, quem ſanctus in charitate recipiens, pedes abluendo, refectionem parando, cibo ſumpto, vocauit ad ſiluam. Et nudato capite, manibus cancellatis, genuflectens interrogauit dicens. Quid iubet dominus meus Ieſus Chriſtus vt faciam? Reſpondit frater Maſſeus, quod tam fratri Silueſtro, quàm ſanctæ Claræ, & eius ſocijs vna fuit facta reſponſio Ieſu Chriſti.ſ. ꝙ vult, ꝙ vadas ad prædicandum, quia non vocauit te Deus propter te ſolum, ſed propter ſalutem etiam aliorum. Quo audito B. Franciſcus ſurgens continuo, ſuccinxit ſe, & nulla prorſus mora contracta, dixit fratri Maſſeo. Eamus, ipſumq; aſſumens in ſocium, & fratrem Angelum, ibat cum tanto feruore, vt diuinum exequeretur Imperiũ, tanquã celeriter pręcurrebat, ac ſi facta manu

domini

domini ſuper eum, nouam induiſſet è cœlo vir tutem; quaſi enim fulgur in impetu ſpiritus pergebat, non attendendo ad viam ſeu ſemitam, & ſic eundo, ad quoddam caſtrum nomine Canarium deuenit: vbi in tanto prædicauit feruore, ꝙ per prædicationem eius omnes de caſtro illo mares, & fœminæ volebant, relicto caſtro, ire poſt eum. Sanctus vero Frã. ait ad eos. Non faciatis, quia ego ordinabo ꝓ ſalute veſtra, quid agere debeatis, & ex tunc cogitauit facere tertium ordinem, qui dicitur continentium, ſeu fratrum, & ſororum de pœnitentia, & ſic fecit. Quibus apparet quò B. Franciſcus monitione diuina inductus extitit, vt populo prædicaret, & ideo bene de ipſo dicitur Sanctus Fran. præuijs orationum ſtudijs: quid faciat inſtructus: non ſibi ſoli viuere, ſed alijs proficere, vult Dei zelo ductus.

B. F. quòdo tertiũ ord. facere cogitauit.

Secundo Bea. Franciſcus fuit inductus Papali iuſsione, vt dicit frater Bonauentura in legenda maiori in fine tertiæ partis, papa Innocentius tertius approbauit regulam, dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, & laicis fratribus omnibus, qui ſeruum Dei fuerant comitati fecit coronas paruas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent; qua Papali auctoritate fretus. B. Franciſcus cum fiducia multa verſus vallem Spoletanam iter arripuit, vt Chriſti Euangelium faceret, & doceret. Nulli eſt datum mandatum de prędicando à Papa; niſi B. Fran. & ſuis fratribus: iuxta quod cantatur. Iuſſa dat Innocentius Papa de prædicando, & quia obedientiam, & reuerentiam B. Franciſcus promiſit dicto ſummo Pontifici: eiuſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus: hinc eſt, ꝙ opus prædicationis ſibi iniunctum fideliter peregit.

Tertio B. Franciſcus inductus eſt ad prædicãdum regulæ profeſsione: nam nulla alia regula de prædicatione facienda loquitur: niſi regula fratrum minorum: quę præſupponens mandatum Apoſtolicum de prędicando, modum declarat, videlicet.

Modus prędicandi declaratur.

Primo quo ad locum: quia in omni loco: niſi in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cum eis fuerit contradictum.

Secundo quo ad ſufficientiam, & auctoritatẽ prædicantis; quia nullus, niſi examinat, audeat populo prędicare.

Tertio quo ad verbum: quia iſtorum caſta debent eſſe verba: De his tractatur in 9. regulæ cap. de quo dictum eſt conformitate pręcedẽti, & fructu, vide ibi. Sic ergo qualiter prædicandum eſt fidelibus: in illo capitulo declarat, & in 12. & vltimo qualiter infidelibus. Et quia regulam ipſe ad litteram ſeruauit, hoc tertio motiuo ad prædicandum ipſe B. F. proceſsit. Sic ergo apparet præfatis tribus motiuis: quibus beatus Franciſcus ad prędicandũ fuit inductus.

SEcundo videndum eſt quibus B. Franciſcus fretus in ſua prędicatione libẽter fuit auditus, & acceptatus, & circa hoc inſiſtendo breuiter.

Beati F. prædicationem reddebat autenticam primo eius aſpectus, & conditio. Vnde Frater Bonauentura in quarta parte maioris legendæ dicit, quòd beatus Franciſcus videbatur in tuentibus homo alterius ſeculi, quippe qui mente, ac facie in cœlum ſemper intentus: omnes ſurſum trahere conaretur. Verum qualis eſſet beatus. F. quo ad perſonam, & perſonæ conditiones, ſic habetur in legenda antiqua, quòd beatus Fran. pater noſter, erat homo, facũdiſsimus, facie hylaris, vultu benignus. Ignauiæ, & inſolentię expers, ſtatura mediocris, paruitati vicinior, caput mediocre, ac rotundum. Facie vtcunque oblongã, & protenſa, frons plana, & parua, mediocres oculi, nigri, & ſimplices: fuſci capilli, & ſupercilia recta: naſus equalis, ſubtilis, & rectus: aures erectæ, ſed paruæ, lingua placabilis, ignea, & acuta: vox vehemens, dulcis, & clara, ac ſonora, dentes coniuncti ęquales & albi: barba nigra, pilis non plenè reſperſa, collum ſubtile, humeri recti, parua brachia, tenues manus, digiti longi, crura ſubtilia, paruuli pedes, tenuia cutis, caro paucisſima, aſpera veſtis. Somnus breuiſſimus, manus largisſima. Et quia erat humilimus omnem manſuetudinem oſtendebat ad omnes homines, omnium moribus vtiliter ſe conformans, ſanctior inter ſanctos, inter peccatores quaſi vnus ex illis, hęc legẽda antiqua. Quibus verbis patet de conditionibus perſonę beati Fr. ex quibus merito eius prædicatio ratione perſonæ acceptabilis reddebatur.

Beati Franciſci perſonę, & linea mentorum qualitas.

Qualis erat B. F.

Secundo ipſam beati F. prædicationem reddebat gratam hominibus eius ſancta vita, & perfectio. Nam vt dicit Gregorius: cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatiò cõtemnatur. Qualis vero vita fuerit beati Franciſci, quia dicetur fructu & conformitate 25. ſufficiat hoc ad præſens, quòd cum eius vita fuerit ſancti Euangelij ad litteram adimpletio: prout de ipſo cantatur Franciſcus euangelicum, nec apicem, vel vnicum, tranſgreditur, nec iota: quare ipſius vita fuit ſanctiſsima. Suffragabãtur ad hæc alia, videlicet. Mundi contemptus. Abnegatio ſui. Humilitas profunda. Charitas viſceroſa. Auſteritas vitæ. Obedientia prompta. Pietas viſceroſa. Amor paupertatis. Martirij feruor. Signorum efficacia, & alia plura quæ in ipſo fuere perfectè, vitam eius autenticam, & perfectam reddentes.

Tertio prędicationem beati Fr. hominibus acceptam reddidit eius feruida oratio, nam ambulans, & ſedens: intus, & foris, laborans, & vacans: orationi ſemper erat intentus. Oratio ei erat præſidium, dum in omnibus, quæ agebat, de ſua diffidens induſtria, & de ſuperna

confidens pietate per orationis eius inſtantiã:
eius quod optabat à Deo notitiam obtine-
bat In oratione(ſicut certis eſt probatum in-
ditijs) incerta ſibi, occulta diuinæ ſapientiæ
pandebantur, & ſi exterius non vulgaret, niſi
quantum Chriſti vrgebat charitas, & proxi-
morum vtilitas exigebat. Et quamuis ſacrarũ
litterarum notitiam non habuerit per ſtudiũ
eruditionis humanæ, oratione tamen ab æter
na luce illuſtratus, ſcripturarum profunda mi
ro intellectus ſcrutabatur acumine.

Dum ſemel ad petitionẽ domini Vgonis Car-
dinalis Oſtienſis. Qui poſt fuit Papa Grego-
rius nonus prędicaturus coram Papa, & Car-
dinalibus ſermonem ſtudioſè compoſitum co
mendaſſet memoriæ: ſtetiſſetq; in medio, vt
ædificationis verba proponeret, ſic obliuio-
ni tradidit omnia, vt fari aliquid omnino ne-
ſciret. Et cum hoc veridica humilitate nar-
raſſet, conferens ſe per orationem ad ſancti
ſpiritus gratiam inuocandam, tam efficaci-
bus cępit ſubito verbis affluere, tamq; poten-
ti virtute illorum mentes virorum ſublimium
ad compunctionem inflectere, vt aperte clare
ret, ꝙ nõ ipſe ſed ſpiritus domini loquebatur.
Et quia orationis ſtudio à Deo de loquendis
populo in prædicatione informabatur. Quid
mirum ſi eius prædicatio erat accepta?

Quarto beati Franciſci prædicationem red-
debat mirabilem & gratioſam ipſius ſancti lo
quutio, vt enim legenda trium ſociorum di-
cit, & legenda maior parte tertia. Beati Fran-
ciſci eloquia erant non inania, nec riſu digna,
ſed virtute ſpiritus ſancti plena, erant medul-
las cordis penetrantia, vt in vehementem ſtu-
porem audientes conuerterent.

Et in duodecima parte legendę maioris dicit
Frater Bonauentura. Erat enim verbum eius
velut ignis ardens: penetrans intima cordis:
omniumque mentes admiratione replebat,
cum non humanæ inuentionis ornatum præ-
tenderent, ſed diuinæ reuelationis afflatu re-
dolerent: Et quoniã ſibi primo ſuaſerat ope-
re, quod alijs ſuadebat ſermone; reprehenſio
nem non timens, veritatem fidentiſsime præ-
dicabat: Neſciebat aliorum culpas palpare,
ſed pungere: nec vitam fouere peccantium,
ſed aſpera increpatione ferire. Eadem mentis
conſtantia paruis loquebatur, & magnis, ea-
demque ſpiritus iocunditate paucis loqueba-
tur, vt multis. Omnis ętas, omniſque ſexus
optabat nouum virum mundo cœlitus datum
cernere, & audire. Ipſe vero (vt dicetur) per di
uerſas regiones progrediens, euangelizabat
ardenter domino cooperante, & ſermonem
confirmante ſequentibus ſignis, mirabantur
omnes ſermonũ eius virtutem, ac veritatem:
quem homo non docuerat; etiam litterati, &
docti plurimi ipſum videre, & audire velut ho
minem alterius ſeculi feſtinabant: ſic ergo tã
dono naturæ cum eſſet fęcundiſsimus, quàm
ſuperuentione ſpiritus ſancti in ipſum, pleniſ-
ſima loquutio eius erat omnibus gratiſsima.

Quinto prædicationẽ eius reddebat acceptã
operatio, quia quæ dicebat verbo, prius opere
exercebat Chriſti exemplo, qui incœpit face-
re, & poſtea docere. Vnde beatus Franciſcus
loquens de illis, qui ſolo verbo ædificant, &
non exemplo, oſtendens quam ſit Deo acce-
ptum prædicationis officium, ſic dicebat, pro
ut recitat Bonauentura in octaua parte legen
dæ maioris. Hoc officium patri miſericordia-
rum omni ſacrificio eſt acceptius, maxime ſi
ſtudio fuerit perfectæ charitatis impenſum, vt
ad id laboret magis exẽplo, quàm uerbo, ma-
gis lachrimoſa prece, quam loquaci ſermone:
plangendum proinde dicebat prædicatorem
tanquam vera pietate priuatum, qui in prædi
catione non animarum quærit ſalutem, ſed
propriam laudem, ſiue qui prauitate vitæ de-
ſtruit, quod veritate ædificat doctrinæ. Præ-
ferendum huic dicebat fratrem ſimplicem, &
elinguem, qui bono exemplo alios prouocat
ad bonum. Illudq;. Donec ſterilis peperit plu
rimos. ſic exponebat. Sterilis inquit eſt Frater
pauperculus, qui generandi in Eccleſia filios
non habet officium. hic pariet, ſcilicet in iudi
cio plurimos, quia quos nunc priuatis oratio
nibus conuertit ad Chriſtum, ſuæ gloriæ tunc
iudex aſcribet. Quæ multos habet filios infir-
mabitur; quia prædicator vanus, & loquax, qui
multis nunc quaſi ſua virtute genitis gaudet,
cognoſcet tunc nihil proprium in eis habere.
Hæc beatus Franciſcus.

Deſcriptio veri prædicatoris.

Et quia non aliter, quam vixit docuit, ſequi-
tur, quod quæ uerbo docuit, opere perfecit.
Et quia ſic eſt, quod beatus Franciſcus gere-
bat, quod fratres prædicatores verbi Dei de-
cebat perficere, de prędicantibus loquens ſic
dicebat in antiqua legenda eos monendo. Vo
lo miniſtros verbi Dei tales eſſe, ut ſtudijs in-
tendentes ſpiritualibus, nullis alijs officijs im
pediãtur. Hos enim a quodam magno rege di-
cebat eſſe electos, ad edicta, quæ ex eius ore
procederent, populis demandanda, & dice-
bat, prædicator prius haurire debet ſecretis
orationibus, quod poſtea ſacris oſtendat ſer-
monibus, prius intus caleſcere, quam extra
verba proferre. Reuerendum hoc dicebat of-
ficium, & qui ad miniſtrarent eſſe ab omnibus
reuerẽdos. Iſti ait vita ſũt corporis, impugna
tores iſti ſunt demonum, iſti mundi lucernæ;
plangendos tamen dicebat prędicatores, qui
vendunt ſæpe, quod faciunt oleo vanæ laudis;
talium vero tumoribus tali medicabatur anti
doto dicens eis. Cur de conuerſis hominibus
gloriamini, quos fratres mei ſimplices con-
uertunt? Illos autem, qui magis ut rethores,
quam prędicatores laudari cupiũt ornatu nõ
affectu loquentes, non amabat. Eos vero male

ſcire diuidere dicebat, qui prędicationi totũ, deuotioni vero nihil impendunt. Laudabat prędicatorem, qui pro tempore ſibi ſaperet, ſi biqne guſtaret. Hęc beatus Franciſcus. Qualem eſſe prędicatorem verbi Dei dicebat beatus Franciſcus habes fructu, & conformitate 12. capitulo de prędicatore.

Sexto reddebat beati Franciſci prędicationẽ acceptam ipſius ſancta conuerſatio reuerentia, & ſubiectio, beatus Franciſcus uoluit fratres ſuos prędicatores Chriſti prelatis, & clericis per omnia ſubiici, unde in regula capitulo 9. interdixit fratribus, quod in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi non prędicarent, cum ab eis illis fuerit cõtradictum, unde in ſuo teſtamento poſuit. Et ſi haberem tantam ſapientiam, quantam Salomon habuit, & inuenirem pauperculos ſacerdotes huius ſæculi, in parochijs ſuis, in quibus morautur, nolo prędicare vltra voluntatem ipſorum. Et ipſos, & omnes alios nolo timere amare, & honorare, ſicut meos dominos. Nam cum dixiſſent ſemel fratres beato Franciſco. Pater nonne uides, quod Epiſcopi non permittunt nos prędicare, & pluribus diebus faciunt nos ſtare otioſos in una terra, antequam poſſumus verbum Dei nunciare? melius eſſet, quod impetrares à domino Papa priuilegium ſuper hoc, & eſſet ſalus animarum. Quibus ipſe cum reprehenſione reſpondit dicens. Vos fratres minores nõ cognoſcitis Dei voluntatem, & non permittitis me conuertere totum mundum. Nam ego volo per ſanctam humilitatem, & reuerentiam primo conuertere prelatos. Qui cum viderint vitam veſtram ſanctam, & humilem, reuerentiam ad eos; rogabunt vos quod prædicetis, & conuertatis populum; atque ipſum vocabunt ad prædicationem, melius quam per priuilegia veſtra, quæ vos ducent ad ſuperbiam. Et ſi fueritis ſeparati ab omni Auaritia, & induxeritis populum, vt reddant Eccleſijs iura ſua, ipſi rogabunt vos, quod audiatis confeſſiones populi ſui, licet de hoc non debeatis curare. Nam ſi conuerſi fuerint, bene inuenient confeſſores. Ego pro me volo hoc priuilegium à domino, vt nunquam ab homine habeam aliquod priuilegium, niſi omnibus reuerentiam facere, & per obedientiam ſanctæ regulæ plus exemplo, quam verbo conuertere vniuerſos. Et quod ſic fecerit beatus Franciſcus recitat Frater Bonauentura octaua parte legendæ maioris. Nam tempore quodam Imolam deueniens; ciuitatis Epiſcopum adijt, humiliterq́; popoſcit, vt cum ipſius beneplacito poſſet populum ad prędicationem conuocare. Cui Epiſcopus durè reſpõdens. Sufficit inquit Frater, quod ego prędicem populo meo. Inclinauit caput verus humilis, & foras egreſſus, poſt modicam moram regreditur intro; à quo cũ Epiſcopus quaſi turbatus requireret, quid itera-to petere vellet, humili tam voce, quam corde reſpondit. Domine ſi pater filium vno pepulerit hoſtio; alio ſibi reintrandum eſt. Humilitate uictus Epiſcopus, alacri vultu amplexatus eſt eum dicens. Tu, & omnes fratres tui decętero in Epiſcopatu meo generali mea licentia prædicetis, quia iſtud humilitas ſancta promeruit. Sic ergo ſex præfatis fretus beatus Frãciſcus, & prędicare populo voluit, & eius prędicatio non contempta, ſed grata, & accepta omnibus fuit. Et ſic patet ſecundum, quod erat videndum, ſcilicet quibus fretus beatus Franciſcus à populo fuit acceptatus in prædicatione.

Tertio ſequitur videre quibus in locis, & qualibus ſignis, vt prædicator domini fuit per orbem diuulgatus, vt enim dicit dominus Frater Bonauentura in ſecunda parte legendę maioris, Aderat quidem ſeruo ſuo F. ad quęcunque pergeret, is qui eum vnxerat, & miſerat ſpiritus domini, & ipſa Dei virtus, & ſapientia Chriſtus; vt ſane doctrinę verbis afflueret, & magnę potentię miraculis corruſcaret. In virtute nanque nominis eius veritatis preco Franciſcus eiciebat demonia, ſanabat infirmos; & quod maius eſt ſui ſermonis efficacia; obſtinatorum mentes ad pœnitentiã emolliebat, ſimulq́; ſanitatem corporis reddebat, & mentis, ſicut ſubſcripta manifeſtabũt exempla declarantia, in quibus pręcipuè locis beatus Franciſcus prædicauit. Et pro ipſorum euidentia.

Sciendum quod beatus Franciſcus prædicauit in multis locis, videlicet in ciuitate Aſiſij, & ante regulæ inſtitutionem (vt dictum eſt) quando forma prędicatorum in Euangelio audita; ſe eidem coaptaſſet per omnia, tunc incępit pœnitentiam prędicare; ad quod ſequutum eſt miraculum; & multi eius exẽplo inducti, & verbo; relictis omnibus, & datis pauperibus, Ipſi per omnia adhęſerunt. Sicut fuit Frater Bernardus de quinta Valle, maior homo de Aſiſio. Frater Petrus Cathanij, canonicus Eccleſię Cathedralis. Frater Egidius, & ſic de alijs.

In eadem ciuitate Aſiſi prędicauit poſt regulę à domino Papa confirmationem, & ſibi poteſtatem datam, & mandatum ab eodem, & hoc in Eccleſia ſancti Georgij, vbi nunc iacet corpus beatæ Clarę. In hac ſiquidem Eccleſia primo puerulus litteras didicit, primo prædicauit, & ibi poſtmodum primo humatus fuit. In qua Eccleſia dum prędicare de mane vellet; & in quodam tugurio ſito in horto canonicorum in oratione more ſolito pernoctaret; ſequutum eſt mirandum, & ſtupẽdum miraculum; quod transfiguratus apparuit: media enim noctis hora abſentatus à fratribus, & quibuſdam eorum quieſcentibus, & quibuſdam orantibus, currus igneus miri ſplendoris per ho- Corpus B. Claræ vbi iaceat.

per hoſtium domus fratrum intrans; huc atq; illuc per domicilium tertiò ſe conuertit: Supra quem globus igneus reſidebat; qui ſolis habens aſpectum; noctem clarere fecit. Obſtupefacti ſunt vigilantes; excitati ſimul, & exterriti dormientes; non minus ſenſerunt cordis claritatem, quam corporis; dum ex virtute mirandi luminis, alterius alteri conſcientia nuda fuit. Intellexerunt concorditer omnes videntibus inuicem vniuerſis Sāctum P. F. abſentem corpore præſentem ſpiritu; tali transfiguratum effigie ſupernis irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatum; ſupernaturali virtute in curru ſplendente ſimul, & igneo ſibi demonſtrari à domino; vt tanquam veri Iſraelitæ poſt illum incederent; qui virorum ſpiritualium ut alter Elias factus fuerat à Deo currus & auriga.

Ad quod ſequutum eſt aliud ſtupēdum; quod beatus Franciſcus regreſſus facta prædicatione ad fratres, cœpit conſcientiarum ipſarum ſecreta rimari, confortare ipſos de ipſa viſione mirabili, & de profectu ordinis multa futura prædicere. Cunq; patefaceret plurima, quę ſenſum tranſcēdebant humanum, verè cognouerunt fratres ſuper ſeruum ſuum F. ſpiritum domini in tanta plenitudine quieuiſſe; quod poſt ipſius doctrinam, & vitam eis erat proficiſci tutiſsimum.

Vice alia prædicauit Aſsiſsi in platea, cū quartanarius adhuc eſſet, & debilis; & prædicatione pręcepit populo, vt nullus recederet donec rediret. Et tūc intrando maiorem Eccleſiam, ſpoliauit ſe tunica habituali; & nudus ſolis femoralibus retentis, cum fune ligato ad collū, mādauit fratri Petro Cathanij, quod eum traheret ſic, vſque ad locum, in quo malefactores puniendi conſueuerant collocari, ſuper quem conſcendens, licet eſſet quartanarius, & debilis; & frigus eſſet intenſiſsimum; quia tempus hyemale, cum multo animi vigore prædicauit dicens, quod non erat honorandus, vt ſanctus, ſed contemnendus vt carnalis, & gluto; pro eo quod in ſua infirmitate carnes comederat; & brodium carnibus conditum: Ad quod ſequutum eſt, quod Aſsiſinates prædicta cernentes; ceperunt omnes quaſi plangere præ nimia pietate, & compaſsione; quia tunc erat tempus hyemale, & frigus ualde intenſum; & nondum erat à febre liberatus quartana, & percutientes pectora ſua, accuſabant ſeipſos dicentes. Si iſte ſanctus pro iuſta, & manifeſta neceſsitate cum tanta verecundia ſui corporis ſe accuſat; cuius uitam nouimus eſſe ſanctam; quid faciemus nos miſeri, qui toto tēpore vitæ noſtræ viximus, & continuè viuimus ſecundum deſideria carnis?

In planicie ciuitatis Aſsiſsij tempore generalis capituli, quod beatus Franciſcus tenuit, vbi fuerunt ultra quinque milia fratrum, de quo dicetur conformitate 24. & fuit ibi Papa Gregorius nonus, tunc exiſtens Cardinalis Hoſtienſis; & ſanctus Dominicus, Caput ordinis prædicatorū cum ſeptem ſuis fratribus beatus Franſcus prædicauit, & propoſuit hoc thema. Magna promiſimus; maiora promiſſa ſunt nobis, obſeruemus hæc; aſpiremus ad illa; breuis voluptas; perpetua pœna; modica paſsio; gloria infinita; & ſuper hoc deuotiſsimè prædicauit, Ad quod ſequutum eſt ſtupendum miraculū, quod cum beatus Franciſcus in meritum obedientiæ ſalutaris, mandaſſet omnibus fratribus, quod nullus curam, vel ſollicitudinem haberet de aliqua re comeſtibili, aut potabili, aut de aliquibus alijs corpori neceſſarijs; ſed ſolū orationi intenderent, & Dei laudi, ac omnem curam in Chriſtum proiicerent; qui de eis habet curam ſpiritualem; Et ſic omnes feciſſent currentes hilariter ad orationem; Statim Chriſtus volens oſtendere ſe habere curā ſpiritualem de ipſis; inſpirando facta eſt manus domini ſuper Peruſinos, Spoletanos, Fulginenſes, Spellenſes, Aſsiſinates, & cunctas alias terras adiacentes, & venerunt cum aſinis, mulis, & æquis oneratis pane, & vino, fabis, caſeo, & omnibus bonis, quibus putabant illos beatos pauperes indigere, & ſic fuerunt diuino miraculo copioſe refecti.

S. Dominicus caput prædicatorum.

In dicta planitie Aſsiſsij beatus Franciſcus extra Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Portiuncula corā ſeptem Epiſcopis, videlicet Peruſino, Aſsiſinati, Tudertino, Eugubino, Fulginate, Spoletano, & Nucerino prædicauit indulgentiam per Chriſtum datam, & à Papa confirmatam remiſsionis omnium peccatorum in dicta Eccleſia eſſe prima die Auguſti, incipiendo à Veſperis, vſque in ſequentem Veſperam ſecundæ diei. Ad quod ſequutum eſt illud miraculum inauditum, ſcilicet quod cum Epiſcopi oppoſitum vellent dicere, & crederent dixiſſe: omnes, ut beatus Franciſcus dixerat ſunt loquuti. Plura alia fecit prædicando Aſsiſsij, ſed dicta ad præſens ſufficiant.

In ciuitate Peruſij prædicauit, & hoc in platea pluries. Sed dum ſemel prædicaret, & populus eſſet in magna multitudine congregatus, milites, & nobiles de Peruſio incœperunt cum armis ludere, & per plateam diſcurrere, ac prædicationem impedire. Et cum ab his, qui aderant reprehenderentur, nec acquieſcerēt, vir ſanctus coram omnibus eſt alloquutus eos dicens. Quia creatorem veſtrum non agnoſcitis, nec humilitate, ſed ſuperbia erigimini, niſi ad dominum conuertamini, ad punitionem veſtram dominus faciat inſurgere vnum contra alium, & tantam tribulationem patiemini, quantam vicini veſtri vobis non poterūt inferre. Ad hoc ſequutum eſt miraculum impletionis verborum beati Franciſci. Nam ad paucos dies populus inſurrexit cōtra nobiles,

& expu-

& expulit eos. At illi ſe cum Eccleſia iungentes omnia extrinſeca de comitatu deſtruxerunt.

In Caſtro Menanij prædicauit, vbi per ipſum factum eſt illud miraculum, quod puellæ oculorum priuatæ luminibus, cum in trinitatis nomine ſputo ſuo ter ipſius liniuiſſet oculos, lumen cupitum reſtituit.

In Caſtro Aluiani prædicauit, vbi illud mirabile enenit, quód populo congregato, & ędicto ſilentio, propter irundines nidificantes in eodem loco; magniſque garritibus perſtrepentes, vt audiri vix poſſent, vir Dei audientibus cunctis eas alloquutus eſt dicens, Sorores meę irundines, iam tempus eſt, vt loquar & ego, quia vos vſque modo ſatis dixiſtis; audite verbum tenentes ſilentium, donec ſermo domini compleatur, ſtatimq; tacuerunt, nec fuerunt motæ de loco, donec fuit prædicatio conſummata, & omnes, qui uiderunt ſtupore repleti, Deum glorificauerunt, huius fama miraculi circumquaque diffuſa, multos ad ſancti reuerentiam, & fidei deuotionem accendit.

In ciuitate Eugubij Beatus Franciſcus prædicauit, & poſt prædicationem fecit unum mirabile, quod mulier, quædam dum ambas manus contractas, & aridas haberet, adeo ut nihil cum illis operari naleret, ſigno crucis ab ipſo in nomine domini ſibi facto, tam perfectã obtinuit ſoſpitatem, quod ſtatim domum rediens, cibos in miniſterium eius, & pauperum quaſi altera ſoctus Simonis proprijs manibus præpararet.

De lupo à B. Franci. manſuefacto.

Vice alia, dum ad prędictam ciuitatem Eugubij prædicationis gratia acceſsiſſet, repetit, ę dicta ciuitas à lupo ferociſsimo; qui non ſolum animalia, ſed homines, & fœminas deuorabat, erat obſeſſa, ita quod ciues quando terram egrediebantur, eius timore, & peſte armati erant, ac ſi ad bella deberent procedere.

Nec ſic armati mordacis lupi rabiem poterant declinare. Beatus Franciſcus, & ſi ciues contradicerent timentes, ne à lupo læderetur, dicto lupo cum ſocio obuiã exijt, & ecce multis cernentibus in locis, in quibus ad ſpeculandum aſcenderant, lupos ille terribilis contra ſanctum Franciſcum, & ſocium aperto ore cucurrit, contra quem beatus Franciſcus oppoſuit ſignum crucis, & tam à ſe, quam à ſocio ipſum virtute diuina compeſcuit, & curſum eius retinuit, ac os truculentum apertum clauſit, & demum illum aduocans dixit. Veni huc ad me Frater Lupe, & ex parte Chriſti tibi præcipio, quod nec mihi, nec alteri noceas (mirabile dictu) ſtatim facta cruce, concluſit os illud terribile, & facto mandato, ſtatim ad pedes ſancti (iam factus quaſi agnus ex lupo) capite inclinato ſe proſtrauit. Cui dixit beatus Franciſcus Frater lupe tu facis multa damna, & horrenda maleficia perpetraſti, creaturas Dei ſine miſericordia deſtruendo, & quod maius eſt homines ad imaginem Dei factos, & alias beſtias occidis, propter quod dignus es morte, & tota ciuitas iſta iuſte contra te clamat, ſed ego Frater lupe volo inter te, & iſtos ciues facere pacem, ita quod à te in nullo lædantur, & ipſi tibi omnem dimittentes offenſam, nec homines, nec canes te amplius perſequentur. Et lupus geſtibus caudæ, atque aurium, ac totius corporis inclinatione illa, quæ ſanctus dicebat ſe acceptare oſtendebat, & ait iterum beatus Franciſcus ex quo Frater lupe placet tibi facere pacem, ego promitto tibi, quod faciam tibi dari expenſas quamdiu vixeris per homines iſtius ciuitatis, ita quod nũquam amplius famem patieris, quia ego ſcio, quod quicquid mali facis, propter famis rabiem facis, ſed ex quo acquiram tibi talem gratiam, volo, quod tu promittas mihi, quod nunquã aliquod animal lædes, nec hominem. Promittis tu iſta mihi? Et lupus ſignum euidens inclinato capite fecit, quod promittebat illa facere, quæ ſibi imponebantur à ſancto. Et beatus Franciſcus ait Frater lupe, da mihi fidem, ut poſsim credere, quod promittis: Et cum beatus Franciſcus manum extendiſſet, pro fide recipienda, Lupus leuauit pedem anteriorem dextrum, & blande poſuit ſuper manum beati Franciſci ſigno, quo poterat fidem dando. Tunc ſanctus Franciſcus ait Frater lupe præcipio tibi in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ut uenias mo do mecum, nihil dubitans ad faciendum pacẽ iſtam in nomine domini, & Lupus obediẽs ſtatim incœpit ire cum beato Frãciſco tanquam manſuetiſsimus agnus. Quod uidentes illi de ciuitate cęperũt vehementer admirari, & hæc nouitas ſtatim per totam innotuit ciuitatem, ita quod omnes tam magni, quam parui uiri, & mulieres ad plateam ciuitatis conuenerunt, congregata igitur populi multitudine, ſurgẽs beatus Franciſcus fecit eis mirabilem prædicationem dicens inter alia. Quomodo propter peccata tales peſtilentiæ enenire permittũtur, & quanto periculoſior eſt vorax flãma gehennæ, quæ habet in æternum deuorare damnatos, quam rabies lupi, quæ non poteſt occidere niſi corpus, & quam ſit pauẽdum in profundum baratri demergi, quando vnum animal paruum tantam multitudinem in tanto timore detinebat, ſubdens, Reuertimini igitur chariſsimi ad dominum, & facite dignam pœnitentiam, & à lupo liberabit vos in præſenti, & in futuro à deuoratione ignis baratri, & his dictis ait, audite. Frater lupus, qui coram uobis ſtat promiſit mihi, & de promiſsione fidẽ exibuit, facere pacem vobiſcum, & nunquam vos lædere in aliquo; ſi tamen vos promittatis eidem omni die dare expenſas, & pro fratre Lupo ego fideiubeo, quod pactum pacis firmiter obſeruabit: Tunc omnes ibidem congregati promi-

promiſerunt lupum continue nutrire. At ſanctus Franciſcus coram eis dixit lupo,& tu Frater lupe promittis pactum ſeruare iſtis, ita ꝙ nec animal, nec perſonam aliquam lędas? Et lupus ſe ingeniculans cum inclinatione capitis, & geſtibus corporis, & caudæ, & aurium blandimentis, ſe ſeruaturum pacta promiſſa omnibus demonſtrauit euidenter, & ſanctus Franciſcus ait Frater lupe. Ego uolo, quod ſicut tu dediſti mihi fidem cum eſſemus extra portam,ita & hic coram toto iſto popolo des mihi fidem,quod iſta obſeruabis,& me in iſta promiſſione minime derelinques. Tunc lupus leuato pede dextro pedis fidem in manu beati Franciſci fideiuſſoris ſui coram cunctis aſtātibus,& facta eſt tanta admiratio,& gaudium omnium tam pro deuotione ſancti,quam pro nouitate miraculi; quam etiam ſuper pace lupi,ut omnes clamarent ad ſidera laudantes,& benedicentes dominum Ieſum Chriſtum; qui ad eos miſit beatum Frāciſcum, cuius meritis de ore feræ peſsimæ eos liberauit,& de tā horrenda peſte in pace repoſuit, & quiete. Ex illa die populus lupo, & lupus populo pacta ſeruauit per beatum Franciſcum ordinata,& lupus per annos duos uiuens,& per ciuitatem oſtiatim uictum quærens neminem lædens, nec ab aliquo læſus, fuit curialiter enutritus,& mirū valde, quod nunquam aliquis canis latrabat contra eum. Tandem frater Lupus ſenio mortuus eſt,de cuius morte ciues quamplurimum doluerunt, quia ipſo viuente B.Fran.ſanctitatem,& uirtutem ad ipſorum memoriam continue reuocabat.

In ciuitate Caſtelli B.Franciſcus prædicauit,& poſt prædicationem illud fecit miraculum, ꝙ mulierem à furibundo, & nequam ſpiritu obſeſſam mādando ſpiritui,vt abſcederet liberā diſcedendo reliquit.

In caſtro Citernæ diœceſis Caſtellano, & populo congregato,cū vellet prædicare,& quercui cuidam adhærere, quæ tota formicis erat plena,eis,vt recederent imperauit, quæ ſtatim receſſerunt,vnde,ut libere abirent iuſsit populo,vt locum darent ſororibus formicis, & mirabile,nunquàm ad dictam quercum amplius acceſſerunt. Sed dum prędicaret aliud accidit ſtupendum,& formidandum. Quædam mulier ſuperueniens cum cimbalo pulſabat, & eius prædicationē impediebat, & à ſancto Frāciſco præmonita,vt recederet, vel quieſceret, & ipſa infœlix cum nullatenus aſſenſum præberet; ſanctus.Fr.tandem dixit. Tolle, tolle diabole, ꝙ tuum eſt: ſtatim capta eſt mulier miſera,& in aerē leuata, ac deinceps amplius nunquam eſt viſa.

Nota.

In ciuitate Aretij dum vellet prędicare,& hac de cauſa ipſam adijſſet, illud euenit mirabile, de quo dicetur fructu, & conformitate.21.ꝙ ipſam totam plenam reperijt dęmonibus,qui ciues inducentes ad malum inteſtino quaſſabatur belli,& diſcordiæ excidio: ſed oratione beati Franciſci, & mandato, demonibus abſcedentibus ciuitas in pace remanſit,& beatus Franciſcus poſtea prędicauit.

In Caſtro ſancti Gemini prædicatione facta: à quodam viro deuoto ſuſceptus hoſpicio:cuius vxor à demonio vexabatur, poſt orationē in virtute obedientiæ demoni imperando, vt exiret,eum (diuina poteſtate) tam ſubito effugauit, vt verè clareſceret: ꝙ obedientiæ ſanctæ virtuti peruicatia demonis non obſiſtit.

In ciuitate Narnienſi cum prędicaret, oblatū paraliticum quendam membrorum omnium officio deſtitutum,cum eum ſigno crucis à capite vſque ad pedes conſignaſſet, perfectè reſtituit ſanitati, & ibidem mulierem in Eccleſia illuminauit.

In ciuitate Hortenſi poſt prędicationem puer vnus ita conglomeratus eſt præſentatus, vt caput pedibus portaret applicitum, & oſſa nōnulla haberet confracta:qui ad preces lachrimabiles parentum ab ipſo ſuſceptus,ſubito extenſus illico extitit liberatus.

In vrbe Roma pluries prædicauit, & ſpecialiter, vt dictum eſt coram Papa, & Cardinalibus,vbi euenit illud mirandum,ꝙ oblitus ſermonis,quem pręuiderat: dum ad ſcolas ſancti ſpiritus ſe conuertiſſet, tam efficaciter eſt loquutus; vt omnes aduerterent ſpiritum ſanctum eum pleniſsimè repleuiſſe, dono linguę, & ſcientiæ ſalutaris.

In ciuitate Interannis, cum beatus.F.in platea ciuitatis populo prędicaſſet, Epiſcopo aſtante,finita prædicatione; Epiſcopus ſurrexit, & populo ait,Dominus ab initio, ex quo plantauit,& ędificauit Eccleſiam ſuam, ſemper illuſtrauit eam ſanctis viris,qui eam verbo excolerent,& exemplo. Nunc autem hora nouiſsima illuſtrauit iſto pauperculo, & deſpecto, & illiterato homine Franciſco, propter quod tenemini ex hoc Deum diligere, & honorare,& à peccatis vobis cauere. Non.n.fecit taliter omni nationi. Quibus verbis finitis: dum Epiſcopus de loco, in quo ſteterat deſcēdiſſet,& Eccleſiam Epiſcopatus intraſſet,beatus.F.ad ipſum acceſsit, & inclinatus ad eius pedes ait. In veritate dico vobis domine Epiſcope; ꝙ nullus fecit mihi vnquam tantum honorem in hoc ſeculo,quantum vos feciſtis mihi hodie. Nam alij homines dīr iſte eſt ſanctus homo,attribuentes mihi gloriam,& ſanctitatem,& non Deo: ſed vos tanquam diſcretus ſeparaſtis precioſum à vili: Deo & non mihi gloriam tribuendo,cui eſt ſoli gloria reddenda,& honor.

In ciuitate Tuſcanella, cum gratia prędicationis eſſet beatus.F. à quodam milite deuotē ſuſceptus: cuius filius vnicus erat à natiuitate contractus: quem ad inſtantiam patris manu

eleuans,

eleuans, ſanum reddidit, & fortem: vt ſtatim
exurgeret ambulans, & exiliens, & Deum lau-
dans.
In ciuitate Senenſi dum prædicaſſet beatus
Franciſcus, & eſſet eius ſocius Frater Maſſeus,
vt dictum eſt ſupra fructu, & conformitate. 8.
illud euenit ſtupendum, quòd cum ciuitas eſ-
ſet ad arma, & iam aliquibus interfectis, tam
ſanctæ, & tam diuinæ prædicauit eis beatus
Fráciſcus, vt ad pacem (omni diſcordia ſemo
ta) ciuitas ipſa ſtatim eſt conuerſa.
In ciuitate Gaietæ dum ſemel in maris litore
prædicaret, & turbis pre deuotione in eum ir
ruentibus, cum ipſarum vellet declinare ap-
plauſum: in vnam hærentem litori nauiculã
exilijt ſolus, illa vero tanquam ſi rationis par-
ticeps motore moueretur intrinſeco, ſine ali-
quo remige, cernentibus, & mirantibus cun-
ctis, ſe longius à terra protraxit. Cum autem
aliquanto ſpatio in maris altitudinem ſeceſsiſ
ſet, ſtetit inter fluctus immobilis, quandiu vir
ſanctus turbis expectantibus in litore predica
uit: Cumq; audito ſermone, & viſo miracu-
lo: ac benedictione accepta, multitudo cede-
ret, ne ipſum amplius moleſtaret, nauicula
proprio ductu ad terram eſt reuerſa.
In ciuitate Baren. cum prædicaſſet beatus Fr.
& ibi Imperator Federicus, cum ſua eſſet cu-
ria, & contra vitium luxuriæ, beatus Fráciſcus
multa deteſtando dixiſſet, & curialibus, vtpo
te lubricis, & carnalibus diſplicuiſſet: inuita-
tus cum ſocio ad cœnam per ipſum Impera-
torem comedit, & demum data eidem ſoli ca
mera, ad quieſcendum, aſcondita eſt in came
ra vna pulcherrima iuuenis: clauſa igitur à fo
ris camera, mulier ex abditis exiens, cępit bea
tum Fráciſcum de actu nephando ſollicitare:
omnia tamen audientibus, & videntibus per
rimulas oſtij, ipſo Imperatore cum ſuis. Bea-
B. Fran. ſe proiecerit ſuper prunas, & cur. — tus igitur. F. videns ſic ſe deluſum: cum ibi
eſſet maxima pars prunarum, ex igne diurno
relictarum: quia hyems erat: ſubito tunica
habituali exuta, & ſparſis prunis nudum ſu-
per prunas ſe poſuit, dicens, mulieri, quòd in
tali lecto ſi vellet cum ipſo concuberet. Quod
cernens mulier ſtatim aufugit. Imperator ve-
ro, & alij intrantes cameram, & beatum Fran
ciſcum cernétes ſtetiſſe ſuper carbones, & nul
lam læſionem ignis, nec aduſtionem habere
in ſua carne, valde ſunt mirati, & ex tunc ha-
buerunt ad beatum Franciſcum reuerentiam,
& deuotionem.
In Caſtro, & loco de Grecio prædicauit mul-
totiens Beatus Franciſcus, vbi Deus fecit me-
ritis ipſius magnum & inauditum miraculum.
Cum enim loci illius indigenæ malis multipli
cibus grauarentur. ſ. luporum rapacium, bru-
Miraculũ inauditum — ta, & homines comedentium: ac tẽpeſtatum
grandinis, quæ blada, & vineas deuaſtabant.
B. Franciſcus eis compatiens in publica prædi
catione dixit dicti Caſtri hominibus: ꝙ ſi vel-
lent confiteri, & dignos fructus pœnitentiæ fa
cere: ꝙ mala præfata ceſſarent, & in bonis
temporalibus, & ſpiritualibus ipſe fideiube-
bat, ꝙ multiplicarent. Attamen prędicebat
eis, ꝙ ſi ingrati de beneficio ad vomitum re-
uerterentur, innouaretur plaga: multiplica-
retur pœna, & ira Dei maior in ipſos deſæui-
ret: homines hoc audientes pœnitentiam age
re cęperunt; & ſtatim ceſſauerunt clades, per-
iere pericula, nec moleſtię quicquam intulere
lupi, vel grandines; immo ꝙ maius eſt, ſi quã
do vicinorum arua grando peruaderet, ipſo-
rum terminis appropinquans terminabatur
ibidem: aut in partem aliam diuertebat, &
iſtud ſeruatum eſt per maximum tempus: mo
do tamen à pluribus annis citra: lupi reintra
uerunt, & damna inferunt multa, iuxta pro-
phetata eis à beato Franciſco, vbi vomitum
repetiſſent.
In ciuitate Bononiæ prædicauit; ad quam ci-
uitatem cum accederet, & populus eius aduẽ
tum cognouiſſet, factus eſt concurſus omniũ
ad ipſum: ita ꝙ vix per terram ire poterat;
Omnes enim tanquam nouum florem mundi;
& tanquàm Angelum Dei videre, & audire eũ
cupiebant: ita ꝙ ad plateam ciuitatis perue-
nit cum magna pœna: populo vero ibidem
maximo congregato, tam mulierum, quàm vi
rorum, & multorum etiam ſcolarium, exurgẽs
beatus Franciſcus in medium tam miranda, &
ſtupenda (ſpiritu ſancto dictante) prædica-
bat: ꝙ non homo, ſed Angelus videbatur.
Nam verba eius ſicut ſagittæ acutæ potentis,
de archa diuinæ ſapientiæ procedere videban
tur: quæ corda audientium tam validè pene-
trabant; ꝙ maximam multitudinem virorũ,
& mulierum à ſtatu peccati ad pœnitentiam
tunc lamenta conuertit, & pręcipuè duos ſco-
lares nobiles de Marchia. ſ. Rizetium de Mu-
tia, & Peregrinum de domo nobilium de Fa-
lerono: de quibus habitum eſt ſupra confor-
mitate. 8. in tractatu de prouincia Marchiæ,
vide ibi.
Fecit etiam ibidem beatus Fr. tunc vnum ſin- — Aliud dignum miraculum.
gulare miraculum. Cum enim puer quidam
ſuper vnum oculorum maculam haberet: quæ
ſic ipſum operiebat, vt nihil prorſus videre
poſſet, nec medicinæ ad hoc poſſet iuuari re-
medio, poſt ſignum crucis à capite vſque ad
pedes factum à viro Dei, viſum recuperauit
tam limpidum, vt poſt ordinem minorum in-
greſſus, & vocatus Frater Petrus de Lauechia,
qui diu vixit, & ſanctè, ſe longè clarius videre
aſſereret oculo prius infirmo, quàm cum ocu-
lo ſemper ſano.
In ciuitate Alexandria Lombardię etiam præ-
dicauit; vbi Deus oſtendit illud miraculum; ꝙ
cum à quodam eſſet ad prandium inuitatus,
& piè annuiſſet, & ad comedendum capones

idem præparaſſet, pauperi eleemoſynam petenti vnum fruſtum, beatus Fran. miſit caponis, qui maliciosè ipſum reſeruans, dum ſequenti die, beatus Franciſcus populo prædicaret, ille miſer volens ſancto detrahere dixit, quod nō erat ei credendum, quia capones comedebat, in cuius ſignum ecce fruſtum caponis, quod mihi heri dedit, & dum nequam homo crederet carnes extrahere, & oſtendere, piſcem oſtendit, in quem caponis fruſtum erat diuina virtute conuerſum, & ſic fuit confuſus. Miraculū aliud.

In monte Feltro. B. Franciſcus prædicauit. Ad ipſum enim locum cum nouæ militiæ feſtum ageretur, beatus Frāciſcus accedens dixit ad ſocium, eamus, quia cum Dei adiutorio inter eos aliquem fructum faciemus: in dicto enim feſto multi nobiles de diuerſis partibus confluxerant: inter quos fuit dominus Orlandus de Cluſio: qui beato Franciſco facta prædicatione donauit ſacrum montem Aluernæ. Beatus enim Franciſcus volens prędicare in dicto feſto, propoſuit illud thema. Tam bonum, & tantum eſt: quod à me expectatur, quod faciliter omnis pœna in præſenti tolleratur, & tam diuina ſpiritus ſanctus per os Franciſci eructauit, probando dictum verbum per pœnas martirum, Apoſtolorum martiria, pœnas duras pœnitentiæ confeſſorum, multaſque tribulationes ſanctorum, & ſanctarum: quod omnes ſtabant ſuſpenſa mente quaſi Dei Angelum attēdentes; ſed in fine prædicationis dictus dominus Orlandus habens colloquium de ſalute animæ ſuæ cum beato Franciſco tandem ſibi dedit montem Aluernæ, vt conformitate 31. dicetur.

In ſancto Seuerino Marchiæ Anchonitanæ prædicauit. B. Franciſcus, & dum prædicaret Frater Pacificus, qui erat ſecularis, & poeta laureatus vidit duos enſes valde fulgentes in modum crucis. B F. complecti, quo miraculo viſo, mundo abrenuncians, factus eſt frater minor, vt dictum eſt ſupra fructu, & conformitate octaua in tractatu de prouincia Marchiæ.

In multis alijs locis Tuſciæ, Marchiæ Anchonitanæ, & Triuiſanæ, Lombardiæ, Patrimonij, Campaniæ, & regni Apuliæ prædicauit: in quibus prodigia, & ſigna multa faciendo, attendebantur, quæ dicebantur ab ipſo, ac ſi Angelus domini loqueretur.

Ad prædicandum in Francia beatus Franciſcus elegerat, dum paucos haberet ſocios, ſed per dominum Oſtien. apud Florentiam legatum exiſtentem, fuit prohibitus: Attamen ad Franciam, vt dicetur conformitate ſequenti, miſit multos fratres. ſ. fratrem Angelum de Piſis; qui conuentum fundauit Pariſienſem, & poſtmodum ad prouinciam Anglię miſſus eſt miniſter illuc a B. Franciſco. Raro in aliquo loco. Beatus F. firmus ſtabat: ſed per prouincias Italiæ aſsiduè diſcurrebat, ſua prædicatione multos conuertendo ad Chriſtum, & quia zelo præcipuo ducebatur animarum, ipſum mirificabat Deus ſignis, & portentis; ac eius voci per omnia condeſcēdebat, ſicut patuit quando ad prædicandum ibat inter Lombardiam, & Marchiam Triuiſanā. Cum enim iret iuxta padum, & noctis obſcuritas ſuperueniſſet, ac via multis eſſet expoſita periculis propter tenebras fluuium, & palludes, ac ſocius eidem diceret. Ora Deum, vt de inſtantibus periculis liberemur. Ipſe autem vir ſanctus ſolum hoc protulit verbum, potens eſt dominus ſi ſuæ complacet dulcedini, tenebrarum effugata caligine, bene ficium impendere ſuæ lucis: vix ſermonem compleuerat, & ecce tanta illico lux cępit circa eos ſuperna radiare virtute, vt nocte alias exiſtente obſcura, ipſi luce clara viderent, non ſolum viam; ſed & plurima circūquaque: cuius lucis ducatu, per non modicum viæ ſpatium corporaliter directi, & ſpiritualiter confortati, vſque ad locum hoſpitij, cum diuinis hymnis, & laudibus incolumes peruenerunt. Quo & alijs apparet beatum Franciſcum, vt perfecto zelatori animarum, ad inſtar magiſtri ſummi Chriſti, & Deum præcipuè ipſum proſequi, & in opportunis ſibi ſemper affuiſſe. Quo inſtrumento vocabat. B.F. populos ad prædicationem.

Vtebatur ipſe pater ad conuocandum populum ad prædicationem cornu eburneo albo: cuius ſonitu gentes congregabat, ac quando eas ſilentium tenere volebat, duobus paruis baculis pro quolibet menſuræ vnius palmi ad inuicem colliſis, quorum inſimul percuſsione ſilentium obſeruari à populo imperabat, & quocunque pergebat prædicta ſecum ferebat, & hæc ornata argento in ſacraſtia ſeruantur ſacri loci Aſsiſij.

NOn ſolum pater beatus Franciſcus prædicauit fidelibus, immo etiam infidelibus. Sexto. n. conuerſionis ipſius anno, ad prædicandum Saracenis, & alijs ad partes Siriæ ire diſpoſuit. Verum ventis non ſecundis flantibus, compulſus eſt partes arripere Sclauonię, & cum ad partes Anconitanas redire vellet, & nauim quandam latenter intraſſet cum ſocio, eidem multipliciter prouidentia diuina affuit. Nam quidam miſſus à Deo eſt, qui ferens ſecum neceſſaria victus, cuidam Deū timenti ad ſe vocato dixit. Hæc pro pauperibus fratribus in naui latitantibus, conſerua fideliter, ac neceſsitatis tempore amicabiliter ſubminiſtra.

Mira Deus operatus eſt beati Franciſci meritis. Cum enim per dies plures vi ventorū nauis ad portum applicare aliquem non poſſet, conſumptis cibarijs nauis, ſola eleemoſyna ſuperfuit viro Dei collata: quæ cum eſſet permodica, tantum diuina virtute ſuſcepit augumentum, vt diebus pluribus in mari propter

tempeſtatem continuam moram contrahentibus, vſque ad portum Anconæ, omnium ne ceſsitatibus plenariè ſubueniret. Nautæ autẽ tam à maris periculo, quàm famis per beatũ Franciſcum ſe liberatos videntes, gratias egerunt omnipotenti Deo: qui ſemper in ſuis amicis, & ſeruis mirabilem, & amabilem ſe oſtendit. Verum quia amor animarum, & fidei animam ipſius gladio feruoris pertranſibat, dum videret ſe ad partes Siriæ non habere in voluntate Dei acceſſum, verſus Marrochium iter arripuit, vt Miramolino, & eius gẽti Chriſti Euangelium prædicaret, & ad palmã optati martirij, ſi quomodo veniret, ibat tanto deſiderio, vt quamuis corpore imbecillis eſſet, peregrinationis ſuæ præcurreret ſocium, & ad exequendũ, quod decreuerat, feſtinus, vt ebrius ſpiritu aduolaret; & cũ vſq; Hyſpaniã acceſsiſſet (infirmitate ſuperueniente grauiſsima) qđ cupiebat adimplere nequiuit. Tertio tandem ad partes infidelium acceſſit, vt & fidem prædicando eoſdem conuerteret, & ſi nõ ad palmam glorioſi martirij perueniret. Verum cum tertiodecimo anno à ſua conuerſione ad partes Siriæ, vt Soldano prædicaret ire diſponeret, multi fratres eum vſque ad partes Anconę ſunt ſequuti, volentes cum ipſo illuc accedere. Sed ipſe hęc conſiderans, & quàm graue eſſet tot fratres ſimul nautis deducere, nec ipſe vellet aliquem deſolatum dimittere, eos dum eſſet in portu Anconę ſic eſt alloquutus. Chariſsimi fratres. Omnes vos vellem pro veſtra conſolatione ducere mecum: ſed nautæ non permittunt, & quia vnum ego eligendo, & alium dimittendo, vobis materiam prębere ſcandali, & diuiſionis, ideo ſuper hoc placeat vobis velle conſulere domini voluntatem, quam ſic ſciemus. Et vocauit vnum paruum puerum, qui neminem illorum agnoſcebat, & dixit fratribus. Interrogemus hunc puerum (ſi vobis placet) & cum omnibus placuiſſet, dixit beatus Franciſcus puero. Eſt ne puer voluntas Dei, vt omnes iſti fratres tranſeant mecum? Reſpondit, non. Et quos vult Deus transfretare mecum? Reſpõdit tangendo fratres. Iſte, & iſte, & ille, & ſic tetigit 11. fratres de illis, & dixit beato. F. iſti tecum ibunt: quia ſic eſt voluntas Dei, & tunc omnes fuerunt contenti; qui tacti non fuerãt per puerum, Dei voluntatem agnoſcentes. Beatus autem Franciſcus dictis fratribus aſſumptis, nauim intrauit, & partes Siriæ cum eiſdem peruenit. Sed cum guerra inter ſaracenos, & Chriſtianos tunc eſſet implacabilis, cã pi vtrorumq; ex aduerſo locati ſic erant; vt via mutui tranſitus ſine mortis diſcrimine nõ pateret. Exierat enim à Soldano edictum crudele; vt quicunque caput alicuius Chriſtiani afferret, biſantium aureum pro mercede acciperet. Sed intrepidus Chriſti miles Franciſcus, ſperans in proximo ſuum adipiſci poſſe propoſitum, diffiniuit iter arripere mortis pauore non territus; ſed deſiderio prouocatus, oratione præmiſſa, cõfortatus à domino iter arripuit; & cum proceſsiſſet vlterius, occurrerunt ei ſatellites ſaraceni; qui tanquam lupi celeriter currentes ad oues, Dei ſeruos feraliter comprehenſos, crudeliter & contemptibiliter pertractarunt, afficientes conuicijs, affligentes verberibus, & vinculis alligantes: tandem afflictos multipliciter, & attritos (diuina diſponente clementia) ad Soldanum iuxta viri deſiderium perduxerunt. Cum igitur princeps ipſe perquireret à quibus, & ad quid, & qualiter miſsi eſſent, & quomodo aduenisſet, intrepido corde? Reſpondit vir Dei Franciſcus: non ab homine, ſed à Deo altiſsimo ſe fuiſſe tranſmiſſum; vt ei & populo ſuo viam ſalutis oſtenderet, & annunciaret Euangeliũ veritatis. Tanta vero mentis conſtantia, tanta virtute animi, tantoque feruore ſpiritus prædicto Soldano prædicauit Deum trinum, & vnum, & Saluatorem omnium Ieſum Chriſtũ, vt illud Euangelicum in eo clareſceret fore completum: Ego dabo vobis os, & ſapientiã, cui non poterunt reſiſtere, & cõtradicere omnes aduerſarij veſtri. Nam & ſoldanus admirandum in viro Dei feruorem ſpiritus conſpiciens, & virtutem, libenter ipſum audiebat, & ad moram contrahendam cum eo inſtantius inuitauit. Chriſti vero ſeruus (ſuperno illuſtratus oraculo:) Si vis (inquit) conuerti cum populo tuo ad Chriſtum, ob ipſius amorem vobiſcum libentiſsimè commorabor. Et ſi hæſitas propter fidem Chriſti legem Maumeti dimittere: iube ignem accendi permaximum, & cum ſacerdotibus tuis ignem ingrediar: vt vel ſic cognoſcas, quę fides certior, & ſanctior non immerito ſit tenenda. Ad quem ſoldanus. Non credo, ꝙ aliquis de ſacerdotibus noſtris ſe vellet igni propter fidem ſuam defendendam exponere, vel genus aliquod ſubire tormenti (viderat enim quendam de preſbyteris ſuis virum antiquũ, & longęuum, hoc verbo audito, ſtatim de ſuis conſpectibus aufugiſſe.) Ad quem vir ſanctus. Si mihi velis ꝓmittere pro te, & populo tuo, ꝙ ad Chriſti cultum; (ſi ignem illęſus exiero) venietis, ignẽ ſolus intrabo, & ſi combuſtus fuero, imputetur peccatis meis: ſi autem diuina me protexerit virtus, Chriſtum Dei virtutem, & ſapientiam, verum & dominum Saluatorem cognoſcatis. Soldanus autem hanc opinionem accipere ſe non audere reſpondit; quia ſeditionẽ populi formidabat. Obtulit tamen ei multa munera precioſa: quæ vir Dei non mundanorum; ſed ſalutis animarũ auidus, ſpreuit omnia quaſi lutum. Soldanus vero videns virum ſanctum tam perfectum rerum mundialium contemptorem, admiratione permotus, maiorem

Vndecim fratres eliguntur à puero, qui erant cum B. F.

Beatus Fr. ducitur ad Soldanum, & ei proponit ſe velle ignem ingredi pro confirmanda fide Chriſti.

iorem erga ipſum deuotionem accepit. Et quamuis ad fidem Chriſtianam pro tunc tranſire nollet, vel forſitan non auderet; rogauit tamen deuote famulum Chriſti, vt prædicta ſuſciperet pro ſalute ipſius, Chriſtianis pauperibus, vel Eccleſijs erroganda. Ipſe vero, quia pondus fugiebat pecuniæ, & in animo Soldani vere pietatis non videbat radicem, nullatenus acquieuit, & ex tunc eum libentiſſimè audiebat, rogans ipſum beatum Fr. ꝙ ad eum frequenter accederet. Inſuper ſibi, & ſocijs ſuis conceſſit, ꝙ quocunq; vellent liberè irét, & vbique per totum Imperium ſuum liberè prædicarent. Et dedit eis quoddam ſignaculum, quo viſo à nemine læderentur. Habita igitur hac liberali licentia, Sanctus Fran. ſocios ſuos binos hinc inde träſmiſit in diuerſas partes paganorum: Ipſe vero cum vno ſocio, Fratre ſ. Illuminato, ad quandam partem iens, cum perueniſſet ad quoddam hoſpitium, vbi ſibi erat pro quiete neceſſarium commorari, inuenit ibi quandam mulierem corpore ſpecioſam, & facie; ſed turpiſſima mente, quæ ipſum ſanctum de actu nephario requiſiuit. Cui

B.F. à muliere tentatus quid fecit. ſanctus reſpondit. Si tu vis, ꝙ ego tibi aſſentiam, volo etiam tu mihi conſentias: ait illa. Accipio, ꝙ dicis. Eamus ergo, & lectum paremus. Sanctus vero Fr. ait. venias mecum, & ducam te ad lectum pulcherrimum, & duxit illam ad magnum ignem: qui tunc in illa domo fiebat, & in feruorem ſpiritus expolians ſe in lare illo ignito nudum, tanquam in lecto ſe collocauit, & vocans illam dixit. Expolia te, & feſtina frui lecto ſplendidiſſimo florido, & mirando: quia hic te oportet eſſe, ſi tu vis mihi obedire: Ille autem ignis in nullo beatum Franciſcum læſit: ſed ſuper larem illum ardentem ignitum, quaſi ſuper flores hilariter accumbebat: illa autem mulier tam mira cernens, & ſtupens non ſolum à ſtercore peccati; ſed etiam à tenebris infidelitatis eſt conuerſa ad dominum Ieſum Chriſtum, & effecta eſt tātę ſanctitatis, ꝙ iuuantibus meritis beati Franciſci multas animas ad dominum Ieſum Chriſtum in illis partibus acquiſiuit.

Videns autem beatus Fran. ꝙ fructum quem deſiderabat ibidem facere non poterat (domino ſibi reuelante) diſpoſuit, congregatis ſocijs ad partes fidelium remeare. Et rediens ad Soldanum ſuum propoſitum de reditu indicauit: cui Soldanus dixit. Frater Franciſce ego libenter ad fidem Chriſti conuerterer, ſed timeo modo hoc facere; quia iſti ſaraceni me, & te cum ſocijs tuis, ſi ſentirent, ſtatim interficerent: Sed cum tu multum adhuc poſsis proficere, & ego quædam magna negocia pro ſalute animæ habeam expedire, nollem libenter mortem tuam, & meam ita inopinate inducere: Sed indica mihi modum quo ſaluer, & ego ſum paratus tibi in omnibus obedire. Et ſanctus Fr. dixit ei. Domine ego quidem modo recedam; ſed poſtquam ad partes meas rediero, & ad cœlum domino vocante tranſiero, poſt mortem meam ſecundum diſpoſitionem diuinam, mittam tibi duos de fratribus meis; à quibus baptiſmum recipies, & ſaluus eris, ſicut dominus meus Ieſus Chriſtus mihi reuelauit, te autem interim ab omni negocio diſſolue; vt cum gratia Chriſti venerit, inueniat te fide, & deuotione paratum. Cui Soldanus gaudenter aſſentiens, fideliter obediuit. Sanctus autem Fr. ad partes fidelium redijt. Sed qualiter dictus Soldanus ſit per beatum. Fr. ſaluatus, dicetur fructu & conformitate. 38.

Dum beatus Fr. eſſet in partibus vltramarinis, videlicet, in ciuitate Antiochiæ, quæ tunc à Chriſtianis tenebatur, euenit illud, de quo dictum eſt ſupra cōformitate præcedenti; quòd Monachi de Montana nigra, quę ab Antiochia per octo miliaria diſtat, vna cum Abbate vitā conſiderantes, & mores beati Franciſci, & ſociorum, poſſeſsiones omnes monaſterij Patriarchæ reſignantes, & locum monaſterij ſolum retinentes, facti ſunt omnes fratres minores, & in dicto loco plura miracula Deus oſtēdit, vt dictum eſt. Sic ergo præfatis apparet, quòd beatus Franciſcus non ſolum, vt conuerteret fideles ad Chriſtum prędicauit, ſed etiā infideles: & ad prædicandum eiſdem per maximam diſtantiam acceſsit. Verba. n. beati Frā ciſci mira in audientes operabantur.

B. Clara, beati Franciſci prędicacatione ad dominum conuerſa fuit. Hæc dum ſemel audiret beatum. Fanc. prædicare, & nominare dominum Ieſum, tantam virtutem in ſuo Deus poſuit corde, ꝙ ex tunc antea nulla tribulatio, nulla aduerſitas ſibi difficilis fuit. Quot, & quam magni vita ſunt conuerſi prædicatione beati. Fr. ad Chriſtum, nullus poſſet verbo exprimere, aut calamo exarare. Tres. n. ordines ſunt ab ipſo inſtituti, ortum ab eius habentes vita, & prędicatione: quorum magnitudo, & ſanctitudo fructum exprimunt doctrinæ, & prædicationis. B. Franciſci. Et quia. B. Franciſcus ſua prædicatione exhibuit miraculum quoddam ſingulariſsimum; quia non reperi locum in ſuperioribus ipſum nō poſui. Quod tamē hoc inſero: & ſicut de iſto, ſic & de multis alijs factis, & ſi nō ſcriptis, debet præſumi. De miraculo facto per beatum Frā. dum poſt prædicationem factam in Caſtro Celani inuitatus eſſet à milite, cui mortem adeſſe prædixit beatus Fran quia fructu 18. & conformitate dicetur, hoc dimittitur.

Beatus pater Franciſcus prædicationem ſuam non ſolum extendit ad fideles & infideles; ſed etiam ad carentia ratione, vtpote volatilia, & aues. Cum. n. per fratrem Maſſeum ſocium ſuum, quem miſerat ad fratrem Silueſtrum, & beatam Claram diuinum beneplacitum agnouiſſet,

uiſſet, ꝙ ſuæ voluntatis erat ipſum ad prædicandum pergere, dictumq; fratrem Maſſeum, & fratrem Angelum in ſocios accipiēs ad prędicandum exijſſet, ac tecedentes de Caſtro Cannarij in quo primo prędicauerat iret verſus Meuanium, ad quendam locum deuenit: in quo diuerſi generis anium maxima multitudo conuenerat: quas cum ſanctus Dei vidiſſet alacriter, cucurrit ad locum, & eas velut rationis participes ſalutauit. Omnibus vero expectantibus, & conuertentibus ſe ad eum, ita vt, quæ in arbuſtis erant, inclinatis capitibus, cum appropinquaret ad eas inſolito modo in ipſum intenderent, vſque ad eas acceſſit, & omnes, vt verbum Dei audirent, ſollicitè admonuit dicens: Fratres mei volucres multum debetis laudare Deum creatorem veſtrū, qui plumis vos induit, & pœnas tribuit ad volandum, puritatem conceſſit aeris, & ſine veſtra ſollicitudine vos gubernat. Cum autem hæc, & his ſimilia loqueretur, auiculæ modo mirabili geſtientes, cęperunt extendere colla, protendere alas, aperire roſtra, & in ipſum attente reſpicere. Ipſe vero cum ſpiritus feruore mirando, per medium ipſarum tranſiēs: tunica contingebat ipſas, nec tamen de loco aliqua mota eſt, donec ſigno crucis facto, & licentia data, cum benedictione viri Dei omnes ſe in altum leuantes, ſimul magnum, & mirabilem cantum fecerunt. Quo expleto iuxta ſignum crucis à beato Franciſco eis factum, cruciformiter ſe diuiſerunt in quatuor. ſ. partes mundi, & vna volauit verſus orientem, alia verſus occidentem, tertia ad meridiem, reliqua ad Aquilonem, innuentes per ſigniferum Chriſti Franciſcum, ꝙ crucis vexillum eius prædicatione, & fratrum ſuorum erat fidelibus declarandum, & mentibus fidelium implantandum: hæc omnia dicti ſocij viderunt, ipſum in via expectantes. Quo innuitur, ꝙ prædicatio beati Franciſci hominibus, & mulieribus erat acceptanda, ex quo auiculę ratione priuatę tam auidè, & mirabiliter eam audierāt. Sicque patet, ꝙ beatus Franciſcus prout de eo cantatur. Inuitat aues beſtias, & creaturas alias ad laudem conditoris. Præfatis igitur luculenter apparet beati Fran. doctrinam, & prædicationem auctenticam fuiſſe, vita & perfectionibus placibilem, & gratam hominibus, tam ex dulcedine verborum, quàm ſignis, & prodigijs oſtenſis prædicationem eius & ſumma deuotione audientibus, & quibuſdam ipſam audire negligentibus: ſicut ſupra patuit de nobilibus de Peruſio, & conformitate 18. de quibuſdam alijs dicetur. Quibus omnibus patet ſecunda pars iſtius decimi fructus & conformitatis declarata: videlicet Franciſcus prædicator.

FRVCTVS VNDECIMVS, ET conformitas Ieſus mandans diſcipulis: Franciſcus deſtinator. Expoſitio primæ partis. Ieſus mandans diſcipulis.

SATOR ille cœleſtis, & agricola dominus Ieſus Chriſtus exiens de ſinu patris factus homo, vt ſemen veræ doctrinæ; quo ſalus habetur, in cordibus fideliū, velut in agro plantaret, id ſic egit per ſeipſum,

Primo Apoſtolorum mentes irradiando, vt demum iam plantatum, & ad fructum deductum per ipſos in alijs fidelibus ſereret, & mādaret; ſic tamen, vt ipſi plantando, angumentum non ipſi, ſed ipſe præberet, & daret, quia incrementum homo non dat, ſed Deus. Verū hoc ſanctæ Doctrinæ ſemen, ſicut in veteri teſtamento hominum electorum cordibus implantauit per ſeipſum illuminationibus internis, & inſpirationibus loquendo, & per alios. ſ. Angelos patres Patriarchas, & Prophetas exterius plebi ſuæ promulgando, ſic & in nouo fecit teſtamento, quia primo per ſe ipſum, vt conformitas, & fructus præcedens oſtendit prædicando, & alloquendo fideles, & ſpecialiter Apoſtolos continuè de regno Dei: ſecundario vero per ipſos fecit Apoſtolos, prout habetur. Matth. 10. Mar. 6. Luc. 9. prout hic noſter præſens fructus, & conformitas declarare intendit dicens. Ieſus mandans Apoſtolis, Quia eis præcepit, vt iret ad prædicandum; quia meſſis quidē multa. operarij autem pauci. Ideo Apoſtolos. 12. quos elegerat ad prædicandum miſit: vt habetur. Matth. 10. Sed quare Apoſtolos elegit & demum. 72. alios diſcipulos: dictum eſt fructu, & conformitate octaua ſupra, vide ibi. Hic autem eſt videndū qualiter, & qūo Apoſtolis mandando, vt irent ad prædicandum eos miſit, & direxit. Vbi aduertendum ꝙ dominus Ieſus aliqua peregit, ſic eos dirigendo. Matth. 10. Mar. 6. Lucæ 9. Matth. 10. Quæ conceſſit Chriſtus Apoſtolis quando eos miſit ad prædicandum.

Et primo poteſtatem faciendi miracula conceſſit, & dedit. Vnde. Conuocatis duodecim diſcipuli ſuis, dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, & vt eijcerent eos, & vt curarent omnem langorem, & omnem infirmitatem. Circa quam partem videndum eſt. Matth. 10.

Primo quid ipſa poteſtas in Apoſtolis poneret. Reſpondetur, ꝙ ponebat aſſiſtentiam præ ſolito diuinæ poteſtatis ad faciendum quicquid ipſi in nomine Chriſti fieri imperarent. Secundo videndum eſt quare dominus poteſtatem eis ad prædicandum miſsis dedit. Reſpondetur, ꝙ hoc egit.

Primo vt doctrina fidei per miracula roboraretur: & firmaretur quia operibus miris

Secundo, quia non fidelibus, ſed infidelibus habebant prædicare; qui ſecundum Apoſtolum ſigna quærunt. 1. Cor. 1. & ſigna potius mouent, quàm verba.

1. Cor. 1.

Cur Chriſtus ſucceſſoribus apoſtolorũ poteſtaté miraculorum non conceſſit ſicut, & apoſtolis.

Tertio videndum eſt quare potius ipſis Apoſtolis hæc poteſtas data eſt, quàm eorum ſucceſſoribus. Reſpondetur. ꝙ hoc euenit; quia ipſi fundatores primi Eccleſiæ, & magiſtri fuerunt fidei; quæ vtique fuit plus fundanda in virtute Dei miraculis, quàm in humana ratione.

Secunda ratio datur; quia ipſi habebant in fidelibus, vt dictum eſt prædicare; quare, & ſigna habebant facere, non ſic poſtea, niſi quando propter abiectionem fidei per hæreſes, ſanctis diuerſis hæc poteſtas eſt collata, vt beatus Gregorius de pluribus ponit, in libro dialogorum.

Tertia ratio ex parte Chriſti eſt. Fuerunt. n. ſpeciales eius ſocij, & legati, & ideo ſingularibus priuilegijs inſigniendi; quia hoc ad honorem Chriſti eos deſtinantis redundabat. Cum enim nomine Chriſti, vt patet. Luc. 10. prædicta agerent, ad eius conficiebatur honorem, quod per ipſos magnifice ficbat, & quamuis ad pſens in ſucceſſoribus apoſtolorũ non ſit hęc ſpecialis poteſtas, eſt tamen ſpiritualiter loquendo prout deducit beatus Gregorius in Homel. Aſcenſionis.

Lucæ 10.

Quarto videndum eſt. An Iudæ Scarioth hæc poteſtas ſit tradita. Reſpondetur ꝙ ſic, vt dicit Matth. 10. cap. nec hæc poteſtas eius lapſui contradixit; quia, vt dicit Chriſtus. Luc. 10. In hoc nolite gaudere; quia ſpiritus vobis ſubijciuntur: ſed potius gaudete; quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Matth. 7. Habetur. Multi dicent mihi in illa die Domine, nõne in nomine tuo prophitauimus, demonia ciecimus, & ſigna fecimus? Et egò reſpondebo eis. Amen dico vobis neſcio vos. Sic ergo opera ſignorum non repugnat cõicari, & dari malis, & peccatoribus. Inſuper ſi alijs hanc poteſtatem dediſſet, & non ſibi occaſionem ei præbuiſſet male agendi, ꝙ non decebat. Hoc primum à Chriſti exhibitione datur documentum, videlicet, ꝙ ab operibus diaboli debet eſſe immunis; qui prædicationi alterius debet inſiſtere; ne alterius procurando ſa'utem, ipſe ſuam omittat: contra nonnullos, qui alijs viam demonſtrantes perfectionis, ipſi in operibus diaboli ſemper manét implexi.

Matth. 10.
Lucæ 10.
Matth. 7.

Quarto ad prædicandum deſtinauit. Hos. 12. miſit. ſ. ad prædicandum Ieſus.

Matth. 10.

Vbi aduertendum, ꝙ ſancti Apoſtoli miſsi à Chriſto.

Primo nominantur, dicitur enim duodecim diſcipulorum nomina ſunt hæc, Petrus, & Andreas &c. vt per quos ſit fundata Eccleſia aduertatur, & quibus mundus credidit; quia nõ doctoribus, & ſapientibus ſecundum carnem, ſed ſimplicibus; & non diuitibus, ſed pauperibus, prout declarat Apoſtolus. 1. Cor. 2. Ponũtur etiam nomina Apoſtolorum, vt eorum dignitatis, & virtutis eminentia in nominibus declaratis attendatur ſecundum Hieronymum.

1. Cor. 2.

Secundo deſtinantur; quia dicitur, ꝙ miſit eos. Quo præſtatur documentum; ꝙ officium prædicationis nullus debet à ſe aſſumere, niſi mittatur ab alio, ideſt approbetur, & deſtinetur, vt patuit in Ioanne Baptiſta Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem filium Zacharię in deſerto. Et ſequitur venit in omnem regionem Iordanis prędicans &c.

Lucæ 2.

In Chriſto Iſaiæ. 61. & Lucę 4. Spiritus Domini ſuper me Euangelizare pauperibus miſit me.

Iſa. 61.
Lucæ 4.

In Paulo, & Barnaba. Act. 13. Separate mihi Barnaba &c. & ſequitur. Illi miſsi à Spiritu ſancto &c.

Act. 13.

Sed hic ſunt aliqua dubia.

Primũ eſt quare Chriſtus vt incępit prędicare, diſcipulos ad prædicandũ nõ miſit; ſed poſt. ſ. temporis in proceſſu? Reſpondetur, ꝙ primo ipſe Saluator debebat per ſe populum informare; quia ad hoc erat à patre miſſus.

Secundo, quia Apoſtoli inſcij non debebant mitti, ſed informari; ꝙ vtique fuiſſet, ſi ſtatim ad prædicandum directi à Chriſto fuiſſent. Quare informandi erant primo à Chriſto, & poſtea dirigendi, informati autem fuerunt, & verbis, & operibus Chriſti.

Secundum dubiũ. Cur Chriſtus elegit Iudam ſcarioth in Apoſtolum, cum ſciret eum damnandum, & ad ipſo prodendum? Et cur, cum ſciret eum malum ad prædicandum cum alijs Apoſtolis deſtinauit? Reſpondetur ad primũ iſtorum.

Cur Chriſtus Iudam in Apoſtolum elegit cum ſciret eum dãnandum.

Primo, quod hunc Chriſtus elegit, vt ſcriptura verificaretur Pſal. 41. dicẽte homo pacis meę, in quo ſperabam &c.

Secundo vt nullus de ſua electione, & primatu præſumat, & ſuperbiat; ſed potius timeat ſuum caſum.

Tertio vt timeamus auaritiam, per quam ipſe Iudas in tantum facinus prolapſus eſt; & præſertim viri Apoſtolici.

Quarto, vt eidem præberet materiam potius iuſte, & ſancte agendi, quam oppoſitum, eum ad tam magnificum ſtatum vocando, & ſublimando.

Ad ſecundam dubij partem dicitur, quod Iudas tunc malus non erat. Item diuina prouidentia ſcit vti malis ad bonorum confortationem, & conſolationem; quare & Iudæ ſi pro tunc fuiſſet malus velut per plumbeam fiſtulã aquam ſalutaris doctrinę ad fideles diffunderet; & vt dictum eſt materiam dominus ſemper ſubtraxit male agendi: quare ipſum vna cum alijs ad prædicandum elegit.

Tertium dubium. Si miſit omnes ſimul ad vnã terram;

terram; vel vnum ſolum vel duos. Reſponde-
Matth. 10. tur vt habetur Mat. 10. quòd terram, non ha-
betur certum; & quòd binos miſerit poteſt ha
beri ex hoc; quia bini nominantur in textu, ſci
licet copulatiue; & poteſt etiam haberi ex ca-
Lucæ 10. pitulo Luc. 10. vbi dicitur quòd 72. diſcipulos
miſit illos binos; à fortiori 12. Apoſtolos, &
Mat. dicit ad litteram capitulo 6. quòd miſit
illos binos, & hoc congrue factum eſt in ſignũ
ſocialis concordiæ, & geminæ charitatis. Ter
tio ne ad gentes ideſt gentiles tranſirẽt ad prę
Matth. 10. dicandum demandauit dicens Mat. 10. in viam
gentium ideſt gentilium ne abieritis, & ne in
Explanatio illorum verborum in uiam gentium ne abieritis. ciuitates Samaritanorum intraueritis; ſcilicet
cauſa prædicandi, vel curandi, quia Samarita
nis Iudei non coutebantur Ioan. 10. quia & ſi
circuncifionem, & libros haberent Moiſi, in
alijs tamen gentiliter viuebant.
Ioan. 10. Sed hic eſt dubium, quare hoc eis præcepit.
Reſpondetur, quod Chriſtus hoc egit.
Primo vt perficeret promiſſa patribus.
Secundo, ut ſcandalum vitaret iudeorum ſe-
cundum Hieronymũ, ne dicerent ſe Chriſtum
reiecisse; quia ad gentes, & Samaritanos, & nõ
ad eos Apoſtolos miſiſſet.
Tertio ad oſtendendum magis gratiam ſuam
in iudeos; vt ſic daret eis maiorem occaſionẽ
veniendi ad Deum; & maiorem inexcuſabili-
tatem, ſi venire nollent.
Quarto ad oſtendendum modum prædicatio
nis, ut primo fiat in loca propinqua, & diuino
cultui dedicata.
Quinto ad exercendum prius Apoſtolos in fa
cilioribus ſcdm Criſoſt. quã in difficilioribus.
Sexto ad declarandum, quod prius eſt prædi-
candum his; de quibus præſumendũ eſt, quod
ſint aptiores ad fructificandum, vſquequo per
euidentiam facti oppoſitum pateat.
Secundum dubium eſt, quia quod hic præcipi
tur contradicit ei, quod dicitur in vltimo ca-
pitulo vbi dicitur. Euntes docete omnes gen-
tes. Reſpondit Ieronimus, quod nõ repugnat;
quia quod dicitur hic, dictum eſt ante reſur-
rectionem; & mandatum hoc de nõ eundo ad
gentes intelligebatur, ſcilicet vſq; ad tempus;
in quo ipſe per ſpiritum ſanctum diceret, eun
dum eſſe ad gentes. Documentum tamen hic
datur in eo, quod interdicit prædicatorem ac
cedere ad gentes; quia prædicator, & ſi com-
munis debeat eſſe, ſe affabilem, & benignum
omnibus ſuo verbo exhibendo, ab omnibus
tamen debet eſſe vita ſeparatus, ſciens, quod
cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædica-
tio contemnatur; vt dicit beatus Gregorius.
Quarto quibus ſit prædicandum demonſtra-
uit dicens, quod ire ad prædicandum debent
ad oues; quæ perierant tam per originalem
miſeriam, quam per actualem culpam, & in-
nuit, quod malitia faciente iudęorum ſinago-
ga tunc temporis erat quaſi perdita. Ad oues
domus Iſrael; quia ipſe de ſe dixit. Non ſum Matth. 6.
miſſus, ſcilicet principaliter niſi ad oues; quæ
perierant domus Iſrael. Ad oues domus Iſrael
prædicatio dirigitur; quia & ſi fiat generaliter
omnibus; tamen ipſa ad oues dominicas ſolũ
tranſit, quæ debẽt eſſe domus Iſrael ideſt Deũ
videre; quia ad hoc fit prædicatio; ut in præ-
ſenti ſint oues Paſcuæ Domini, & demum in fu
turum domus Iſrael, ideſt illorum, qui Deum
cernunt.
Quinto, quæ ſunt prædicãda ordinauit dicẽs. Quę Chriſtus docuit prædicãda.
Euntes autem prædicate dicentes. Appropin-
quauit regnum cœlorum; vbi vide, quod ſalua
tor eo modo, quo incępit, & quæ prædicauit
vult, vt & ipſi prædicent. Sic ipſe incępit Pœni
tentiam agite appropinquabit regnum cœlo- Matth. 4.
rum. Sed vide quod pœnitentia eſt prædican- Mar. 1.
da omnibus; quia, vt ipſe dicit. Non veni vo- Matth. 9.
care iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam,
vel poteſt dici quod ſaluator oſtendit, quæ
ſunt prædicanda; quia inquit appropinquabit
regnum cœlorum. hoc eſt non terrena, ſed cę
leſtia, & de regno Dei, iuxta exemplum ip-
ſius, qui docebat diſcipulos cõtinue de regno
Dei. Quo datur documentum, quod homo fa Matth. 21.
bulas, & ſimilia in prædicationibus dẽt omit- Quando dicatur prędicatorẽ mortuos ſuſcitare.
tere, & quæ ſunt Dei prædicare. Et addit ſalua
tor. Quid prædicator facere debet ſpirituali-
ter, & ſi non valet corporaliter, uã debet ſuo
verbo infirmos curare ideſt puſillanimes robo
rare; vt bonum agere præſumant. Mortuos ſu-
ſcitare, quia vt homo peccator à peccati mor
te recedat laborare, Leproſos mundare, ideſt
vt homines auaritiam radicem omnium malo
rum deteſtentur. Demones expellere ideſt ſu-
perbiam abiicere tam à ſe; ne intumeſcat ina-
ni gloria, quam ab alijs; ecce ad quid prædi-
cator debet attẽdere, ſcilicet omnia vitia; quę
in præfatis conſiſtunt ab omnibus eradicare;
& ad virtutes arripiendas inducere.
Sexto quod prædicatio fiat intentione recta,
Saluator noſter hic reſerauit. Quia gratis ac-
cepiſtis inquit gratis date. hoc poteſt referri
tam ad prædicationem, quam ad ſanitatum
præmiorum collationem; quia hoc debet gra
tis fieri; quia homo hoc non habet à ſe, ſed
Deo dicente Apoſtolo primæ. Cor. 4 Quid ha 1. Cor. 4.
bes, quod non accepiſti, & quid gloriaris qua-
ſi non acceperis? & alibi. Non ſumus ſufficien
tes cogitare, &c. ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo
eſt. Quia ergo hic data ſunt nobis à Deo non
ex noſtris meritis, ſed gratis; & ſic conſequen
ter gratis date. Quo prohibet omnem ſimonia
cam prauitatem, & ſiniſtram intentionem, in
adminiſtrando populis diuina. Quod enim fit
propter cupiditatem, aut inanem gloriam nõ
fit gratis, quamuis pactum non interueniat.
Quo ſequitur, quod prædicator ſi prædicat, vt
placeat, non gratis dat, & mercedẽ intentam
amittit.

A quibus Chriſtus Apoſtolos, & prædicatores abſtinere voluit.

Septimo à quibus abſtinere debeant informauit dicens. Nolite poſsidere aurum, neque argentum &c. Vbi primo prohibet poſſeſsionẽ theſaurorum dicens: Nolite poſsidere aurum, vel argentum, & ſic diuitias habere, ſecundum Hieronymum, & Rabanum. Sed aduerte, quod interdicendo poſſeſsionem mobilium, à fortiori, & immobilium, & quia talia iam dimiſerant in vocatione, de talibus non facit mentionem quia ſubintelligitur.

Sed dubium eſt quare eis poſſeſsionem interdicit auri, & argenti. Reſpondent doctores Chriſoſtomus. Homel. 32. Super Mat. Quia radix omnium malorum eſt poſsidere aurum, & argentum, & interdicit non ſolum poſſeſsionem, ſed vndecunque perceptionem, vt pernitioſam. Hieronymus dicit; ne ſuſpectos redderet diſcipulos; quibus prædicarent, videretur enim non cauſa ſalutis hominum; ſed cauſa lucri prædicare. Ambroſius rationem aſsignat, vt ſcilicet ab omni eos ſollicitudine eruat, & vacationem omnem ſermoni tribuant. Sic ergo interdicit poſſeſsionem talium rerum mobilium, præſupponens immobilium abiectionem. Sed de auro, & argẽto facit mentionem; quia illa crebriora ſunt, & cupiditatem fortius incendentia, & quia occultius hæc poſſunt ſeruari, quam illa, & ne crederent illis dimiſsis hæc pro ſuis poſſe ſeruare neceſsitatibus, ſcilicet aliquem theſaurum. Si ergo patet cauſa quare expreſſe prohibet mobilia potius, quã immobilia.

Secundo interdicit Chriſtus portationẽ nummorum. Cum dicit neque pecuniam in zonis veſtris. Idem habetur Matth. 6. & Luc. 9. Vbi ſciendum quod ſaluator non ſolum interdicit congregationem auri domi ſeruando, & pro tempore longiori, ſed etiã portationem, quæ fit pro continuis expenſis. Ratio, quia ipſe vult totam fiduciam prædicatoris in Deum ferri;

Matth. 6. cui cura eſt de omnibus Mat. 6. dicit. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis, & nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis &c. Scit enim pater veſter, quod his omnibus indigetis.

Sed hic eſt dubium quare Ieſus voluit in prędicationẽ ire diſcipulos ſuos ſicut pauperes. Reſpondetur quod iuſte, fecit, & ſapienter.

Primo propter ipſius paupertatis multiplicem perfectionem, de qua dicetur cõformitate 16.

Secundo ad vitandum omnem ſpeciem cupiditatis ſecundum Ambroſium.

Tertio ad tollendum oẽm ſuſpitionem hypocriſis, vel ſimulatæ intentionis ſcdm Criſoſt.

Quarto ad eleuandum, & confirmandum eos totaliter in fide, & ſpe diuinę prouidentię ſecundum Ambroſium.

Quinto vt conuerſio mundi fienda per eos; nulli temporali potẽtię, aut fauori, vel glorię poſſet aſcribi.

Sexto vt facilius, & promptius percurrerent mundum, nullius rei temporalis onere, vel ſollicitudine pręgrauati.

Septimo vt cum maiori fiducia omnes ad eos poſſent pro gratijs adire, videntes eos de temporalibus non curare.

Octauo vt oſtenderet, quod diſcipulos dirigebat, vt traherent homines potius ad Deum diligendum, & cupiendum ęternum, quam ad diligendum temporalia, vel optandum poſsidere.

Nono vt oſtenderet quod in contemptu mundanorum ſtat vita Apoſtolica, & domini beneplacitum potius, quam in oppoſito.

Et ſi quęratur cur potius in miſsione Apoſtolorum ad prędicandum formæ datur, & traditur paupertatis quam in alijs. Reſpondetur ꝙ Chriſtus paupertatẽ aſſumere docuit in Apoſtolorum vocatione; ſed ipſam tenere, vt quid perfectum & meritorium docuit, quando dixit Vade, & vende omnia, ſi vis perfectus eſſe; Matth. 18. & da pauperibus, & habebis theſauros in cœlo &c. Sed in pręcepto eius obſeruantiam poſuit in miſsione Apoſtolorum ad prędicandũ propter iam dictas rationes. Inſuper cum ſancti Apoſtoli vicem gererent prælatorum, oſtendit quod obſeruantia paupertatis vtilis eſt, tã prælatis, quam ſubditis; nec labores excuſant eos. Inſuper oſtendit quod ſi magiſtri, & doctores eſſent inſtituti à Chriſto, per munera non deberent corrumpi; ſed omni deſiderio paupertatem amplecti.

Tertio interdicit eis deportationem victualium, & ciborum dicens. Non peram in via. Hieronymus, & Rabanus: qui diuitias detrũcauerat; quæ per aurum, & argentum, & ęs ſignificantur, propemodum & vitę neceſſaria amputat, vt amplius doctores veræ religionis ſeipſos oſtenderent, nihil de craſtino cogitando, per peram ergo non ſolum deportatio ciborum intelligitur, ſed ne vacua etiam portetur ſub ſpe acquirendi cibos: qui poſtmodum per viam portentur.

Quid per peram apoſtolis interdictam intelligatur.

Et ſi dicatur, ꝙ hoc eſt contrarium illi; quod habetur. Lu. 23. Luc. 23, vbi Chriſtus dicit Apoſtolis, ꝙ tollãt perã. &c. Reſpondetur ꝙ duplex fuit miſsio apoſtolorum, videlicet, prima ante paſsionem, & reſurrectionem, alia fuit poſt. In prima miſsione Apoſtoli libenter audiebantur; quia non prædicabant inaudita; ſed regnum, vnde fuit eis pax, & ſufficientia victualium. In ſecunda autem propter incredibilia; quæ de Chriſto prædicabant, odio habebantur. ſecundum illud.

Apoſtolorũ duplex miſsio.

Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: Matth. 10. quare, & tunc neceſſaria non habebant, ſeu non inueniebant. primæ Corinth. 4 Vſque in hanc horam eſurimus, & ſitimus. 1. Cor. 4. Ideo dicit Beda. Non ea viuendi regula perſequutionis; quæ pacis tempore diſcipulos informauit. In prima nihil diſcipulis defuit. Luc. 23.

Quid per duplicitatē veſtiū Apoſtolis prohibitā intelligatur.

Luc.23. ſed in ſecunda: vt dicit Apoſtolus, & eſurierunt & ſitierunt.

Quarto prohiber deportationem calciamentorum, duplicitatem indumentorum, & geſtationem baculorum diceus. Neque duas tunicas, ideſt ſuperfluas. Beda in glo. ſuper hoc verbo. Luc. 9. dicit. Simplex veſtimentum eſt quicquid eſt neceſſarium alicui ſecundū qualitatem loci, vel temporis. Duplex autem eſt, quod vltra neceſsitatem eſt. Hieronymus, & Rabanns idem dicunt: vnde per tunicam veſtimentum intelligimus: ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore reſeruemns. Baſilius in regula.cap.11.hoc exponit dicens. Ne alia quidem ſint nobis veſtimenta ad procedendū parata; & alia ad vſum domeſticum, & rurſus alia in die; & alia in nocte: ſed oportet vnum eſſe veſtimentum, quod nobis ſufficere poſsit ad omnia.

Quid per calciamenta intelligatur.

Neque calciamenta. Prohibet portationem calciamentorum. Dicit Bonauentura ſuper Luc.cap.10. ꝙ calciamenta prohibet ſicut, & tunicas, non prout ſunt ad neceſsitatem, ſed prout ſunt ad ſuperfluitatem: vnde non prohibet calciamenta habita, quia vtebantur ſandalijs, ſed ꝙ exceptis calciamentis, quæ habent, alia non debeant defetre. Prohibet virgam defenſionis, & offenſionis, & vindictæ, ſed correptionis, de qua habetur primæ Corinth. 4. & ſuſtentationis propriæ imbecillitatis non prohibuit.

Matth. 6.

1. Cor. 4.

Quid recipere debeat prędicator.

Octauo quid à prædicatore ſit accipiendum inſinuauit dicens. Dignus eſt operarius cibo ſuo, vbi vide, ꝙ Saluator noſter nō dicit, qnòd prædicator ſit dignus magna opulētia, & magnis diuitijs, ſed cibo ſuo, ideſt victu neceſſario. Per cibum more ſcripturæ intelligit omnia neceſſaria ſibi, & ſuo officio. Nam alias nō poſſet idonee ſuū officium exequi, quia ad illud exigitur aſsiduitas orationis, & ſapientialis ſpeculationis, & prouidæ, corporis gubernationis. Ad hoc in ſuis epiſtolis Paulus Apoſtolus plures dat rationes; licet Apoſtolus manibus laboraret, vnde acciperet neceſſaria ſuę vitæ.

Act. 20.

Vbi debeat hoſpitari pdicator & quantum.

Nono expoſnit vbi prædicator debet hoſpitari dicens. In quacunque ciuitatem &c. Vbi aduerte, quòd dominus vult ſollicite, & diligeuter à pdicatore interrogari de hoſpite; apud quem eſt hoſpitaturus, & quid: non vt quæratur, an ſit diues, ſed qnis in eo dignus ſit. dignitas hæc refertur ad famam, & conuerſationem, & bonam voluntatem in recipiendo. Nō enim decet cum ſceleratis, aut notatis de aliqua infamia prædicatorem hoſpitari, vt non det occaſionem alijs ei non credendi, & eum non ſequendi. Inſuper cum ſit magna dignitas recipiēdi Chriſtum, & conſequenter diſcipulos eius debet recipiens eſſe dignus. Et ſi dicatur Chriſtus ipſe oppoſitum fecit cum publicanis, & in domo ipſorum comedendo, vt patet de Matthæo. Reſpōdet Chry. quód iam erant cōuerſi, & per conſequens digni effecti.

Matth. 9.

Decimo declarat quantum prædicator debet in hoſpitio reſidere, & morari dicens. Et ibi menete, donec exeatis. ſ. de toto caſtro, vel vrbe. Sed cur hoc Chriſtus vult fieri? Reſpondetur.

Primo, vt euitet notam leuitatis, & inſtabilitatis.

Secundo notam guloſitatis, quia ſic creditur multotiens.

Tertio contra contemptum hoſpitantis, ne infamiam incurrat crudelitatis.

Quarto vt impleat ſcripturam veritatis, quę dicit. Vita nequam hoſpitati de domo in domum, prædicator.n. debet eſſe ſobrius, & quietus ſtabilis, & maturus, & hoſpitibus ſuis reuerens, & gratus. Sed ſi hoſpes propter auaritiam, vel inopiam grauaretur de talium mora & permanſione? Reſpondetur ꝙ tunc eſt euidens ratio ad alium eundi. Et ſi alius eos vellet recipere, non interdicitur, dum tamen hoſpitis primi honor ſeruetur, & ſine eius fiat offenſa.

Eccl. 39.

Quid debeat prædicator imprecari ſe recipienti.

Vndecimo ponit Saluator quid à prædicatore cum recipientibus debet imprecari dicēs. Intrantes domum ſalutate eam dicentes. Pax huic domui, vbi aduertendum, quòd ſi ad formam uocis exterioris attenditur: hęc videtur potius inſtructio, quam pręceptum. Si vero aſpiciatur actus interni deſiderij; & quo ad eius ſignum efficax; quia tenebantur illorum optare ſalutem, & pacē ad quos intrabant eſt præceptum. Sed cur Chriſtus hanc formam ſalutādi docuit eos? Reſpondetur.

Primo ad oſtendendum quòd tempns dininę ad nos & recōciliationis & pacis aduenerat.

Secundo vt per hoc amicabiles, & ſuaues omnibus ſe ingererent.

Tertio quòd ad pacem Dei & hominū in eis reformandam aduenetat.

Quarto ſecundum Hierony. quia ſalntandi. ſ. dicendo. Aue, erat conſuetudo iudæorum, & ſyriorum.

Quinto vt oſtenderet, ꝙ niſi quies, & pax adſit, ab ira, & diſcordia, & turbationnm tumultu ad veram illuminationem mentis, quæ fit per prædicationem: quis venire non poteſt, & ſubdit, quis effectus talem ſalutationem conſequitur dicens, quòd ſi domus illa fuerit digna: veniat pax veſtra ſuper illam &c. vel ſecūdum prædeſtinationem diuinā digna poteſt, vel conſenſu pacis oblatæ dici pax veſtra. ſ. ei prędicata, & annunciata, ſeu veſtro merito impetrata, vel miniſterio mediante ibi diffundēdo ſtabit. Si autem non fuerit digna, ad vos reuertetur, quia meritum non amittetis de veſtra bona intentione in pręcatione, vel ſalutatione.

Duodecimo ponit Saluator quid debet fieri à prædicatore, & operari, ſi non contingat eū recipi, aut eius prædicationem non auſcultari, dicens. Et quicunque non receperint vos, neque audierint ſermones veſtro &c. vbi Saluator mandat puluerem de pedibus excutiendum: ſecundum Hieron. hoc egit in teſtimonium laboris, quem pro eis ſaluandis aſſumpſerunt, & quòd ad eos peruenit prædicatio Apoſtolica: vnde puluis dimiſſus, & locus calcatus teſtimonium feret Deo cōtra illos in iudicio, propter quod addit Saluator. Amen dico vobis, quòd tollerabilius &c. Sed quomodo eſt hoc verum; cum ſodomitæ eſſent peſſimi coram domino? Reſpondetur ꝙ peccatū ſpirituale eſt maius corporali. Sodomitæ in genere peccati corporalis fuerunt peſſimi; ſed repellentes prædicationem apoſtolorum. ſ. iudęi principaliter fuerunt deteriores; quia ſpirituali peccato deliquerunt; quia contra Chriſtum ferebantur: fuit. n. eis prædicatum, oblata gratia, pœnitentiæ veritas declarata, & ſalus promiſſa, & nihil horum ſodomitis: quare coram Deo excuſabiliores ſunt ſodomitæ iudęis. Verum quia doctrina Chriſti; quę erat prædicatione Apoſtolorum mundo tradenda contra carnem erat, & ſanguinem, contra idolatriam, quibus oberrabant omnes alij à Iudæis, & contra omnia mundana, & tota erat ſancta perfecta, & diuina. Et quod noua teſta capit, ſapit dum veteraſcit; hinc eſt ꝙ cauſa præfatæ prædicandæ doctrinæ contra iam dicta tribulationes, & perſequutiones varias, & à diuerſis recipere debebant. Saluator autem futurorum præſcius prædicit eis talia paſſuros docens, quid agendum in talibus, & demum fructum conſequendum ex talibus.

Gen. 15.

Sed ſciendum eſt ꝙ Chriſtus tribulationes; quas erant paſſuri eis prędicit.

Primo quia ſcita tribulatio, & præcognita minus frangit: dicente Grego. Minus iacula feriunt; quæ præuidentur.

Secundo vt de tanta poteſtate tradita à Chriſto non ſuperbiant cogitantes, quid eis euenturum eſſet.

Tertio, vt ſuam præſcientiam eis pandat: qui ſicut omnia nouit; ſic & omnia rite diſponit, tribulationibus propter ipſum ſuſceptis, pręmium apponendo.

Quarto vt quia Deus liberat à tribulatione, totam ipſorum fiduciam dirigendam ad Deū haberent. Prædicit ergo Saluator eos paſſuros perſequutiones in generali, & ab extraneis eum dicit. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Appellat lupos eorum perſequutores. Ad idem facit quod ſequitur. Tradent enim vos in concilijs, & in ſinagogis ſuis: flagellabunt vos &c. & ibi cum dicit. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. His generalibus perſequutionibus Saluator dat plura remedia.

Primum prudentię dicens. Eſtote contra lupos prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Hieronymus, vt per prudentiā deuitent inſidias, & per ſimplicitatem nō faciant malum: & hoc eſt, quod ſubdit. Cauete autem ab hominibus: quia dixerat, ꝙ ducerētur in concilijs &c. dat eis adiutorium de diuina ſubuentione in eloquentiæ ſubminiſtratione dicens. Cum autem tradent vos: nolite cogitare, quō, aut quid loquamini dabitur. n. vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis; qui loquimini; ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis, & ipſe oſtendet vobis quō, ideſt modum loquendi, & ordinandi verba veſtra. Et quid. i. de qua materia loqui debeatis: non vetat dominus verba præmeditanda prædicatorum, & aliorum; cum ſcriptura diuina dicat oppoſitum: ſed quia homo ignorat quando ducitur ad concilia, quid ſibi proponetur; Saluator docet; ꝙ pro tunc à Deo dirigentur in loquendo.

Secundo ponit perſequutiones inferendas in ſpeciali ab intraneis, ideſt non ſolum ab extraneis, ſed à propinquis; quia frater tradet fratrem, pater filium, & filij parentes, & morte eos afficient.

Addit remedium: quod eſt cogitare perſequutiones ipſorum, magiſtro Chriſto illatas, & noſtro patri dicens. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominū ſuū: ſed ſufficit diſcipulo, vt ſit, ſicut magiſter eius, ſcilicet Chriſtus, qui eſt magiſter noſter; & ſeruo, ꝙ ſit ſicut dominus eius.

Secundum remedium addit cogitando finale iudicium, in quo apparebunt ipſorum bona, & aliorum mala. ideo dicit. Nihil occultum, quod non reueletur tunc. Matth. 19.

Tertium ponit adiutorium ad tolerandā paſſionem, ſcilicet animæ immortalitatem cogitando dicens. Nolite timere eos; qui occidūt corpus; animam autem nō poſſunt occidere.

Quartum auxilium indicat cum dicit. Sed potius eum timete; qui poteſt animam, & corpus perdere in gehēnam. ſ. perſequutorum veſtrorum, tales ibunt in tenebras exteriores.

Quintum eſt diuinę voluntatis attentio. Nam Chriſtus venit ſeparare filium a patre, & filiā à matre, & ſic à parentibus. Rationem aſsignat, quia, qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus. Matth. 14.

Sextum tangit remedium de fuga facienda, ideſt reſeruare ſe ad meliora, vt fecit Apoſtolus Paulus dum fugit de damaſco, & hoc cum dicit. Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam, ideſt ad meliora peragenda vos reſeruate.

Adiungit Saluator præmium præfatarum perſequutionum, vt facilius tolerentur, & hoc cū dicit. Qui autem perſeuerauerit vſque in finē,

hic

hic ſaluus erit. Et qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo; qui eſt in cœlis &c. & cum dicit. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt &c. & cum dicit. Qui perdiderit animam ſuam, propter me inueniet eam.

Et quia Saluator noſter dixerat. Quid fiet illis; qui ipſorum non reciperent prædicationem; poſſent Apoſtoli domino dicere. Ecce, mittis nos ad prædicandum, quid mercedis fiet nos recipientibus? Reſpondit dicens. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum; qui me miſit &c. & concludit. Amen dico vobis, ꝙ talis vos recipiens non perdet mercedem ſuam. Sic ergo patet, ꝙ Chriſtus Apoſtolos, & diſcipulos ad prædicandum miſit quomodo, & ad quid. Quod erat primum, & principaliter videndum pro expoſitione primæ partis huius conformitatis. ſ. Ieſus mandans diſcipulis. ſ. vt irent ad prædicandum.

Videndum eſt nunc quomodo, vt veri obedientes dn̄i mādato euntes ad prædicandum quid egerunt, & quòd ad prædicandum iuerint pa-

Lucæ 9. ter Luc. 9. vbi dicitur. Egreſsi autem circuibāt per caſtella euangelizantes verbum & curantes. Sed quem fructum fecerint, oſtenditur

Lucæ 10. Luc. 10. In hoc quod dicitur ibi. quòd reuerſi ſunt ſeptuagintaduo cum gaudio. ſ. quia perfecerant impetrata; & fructum fecerāt, & quia miracula exercuerant dicētes. Domine in nomine tuo demonia ſubijciuntur nobis &c. Sic ergo patet de prima Apoſtolorum ad prędicandum miſsione, & hoc fuit ante Chriſti paſſionem, & eius ſacram reſurrectionem. Conſequenter videndum eſt de ipſorum ad prædicandum à Chriſto miſsione ſecunda, & quid fructuoſitatis tali miſsione euenerit. Secundo enim miſit Saluator noſter diſcipulos. ſ. poſt ſuam reſurrectionem ad prædicandum nō ſolum ad oues; quæ perierant domus Iſrael: ſed

Matth. 28. ad omnes gentes. Et hoc oſtenditur. Cum di-

Mar. 16. xit eis. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti &c. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturę &c. Et quia de iſta ſecunda miſsione, & de fructu prędicationis apoſtolorum in generali, & in ſpeciali dicetur infra conformitate, & fructu 38. videlicet. Ieſus mittens apoſtolos, hic ad præſens dimittatur, patet ergo expoſitio primæ partis confor mitatis. 11. videlicet

Ieſus mandans diſcipulis, & ipſa prima pars declarata.

SECVNDA PARS VNDECIMI fructus, & conformitatis eſt. Franciſcus deſtinator. Expoſitio.

VIR Dei Franciſcus (vt cōformitas oſtendit præcedens) tactus Euangelicus præco, & prędicator, ad diuerſas partes prædicaturus acceſsit; & diuerſis gētibus prædicādo, fructum peregit Deo acceptum, & non ſolum ipſe perſonaliter prædicationis eidem iniunctum effecit officium; ſed & per fratres ſuos eidem diuina bonitate coniunctos idipſum exercere ſollicite procurauit. Sed quomodo & qualiter id perfecerit, præſens pars vndecimæ conformitatis, quę dicit. Franciſcus deſtinator, declarare intendit. Et prō euidentia huius eſt ſciendum ꝙ B. Franciſcus ſuos fratres ad prędicandum multotiens deſtinauit.

Et primo in principio religionis; cum enim habitu, vita, & voluntate dominus Bernardus; qui frater Bernardus de Quinta valle eſt dictus; dominus Petrus canonicus Eccleſiæ maioris Aſsiſij, qui dictus eſt frater Petrus Cathanij, & alius vir nomine Egidius; qui frater Egidius eſt vocatus: iſti tres, cum ipſi beato patri adhæſiſſent ad profectum maiorem animarū immenſa perfuſi lętitia, & gaudio ſpiritus ſancti. B. Franciſcus fratres Bernardum, & Petrū ad vnam partem miſit. Ipſe vero cum fratre Egidio in Marchiam Anconitanam perexit. Euntes autem in Marchiam, exultabant vehementer in domino, & beatus. F. alta, & Clara voce laudes domini gallicè decantans, benedicebat, & glorificabat altiſsimi bonitatem; licet autem vir Dei nondum pleno populo prædicaret; quando tamen per ciuitates, & caſtella tranſibat, hortabatur omnes, vt amarēt, & timerent Deum, atque pœnitentiam agerēt de peccatis. Frater autem Egidius eius ſocius admonebat audientes, vt ei crederent; quia eis optime conſulebat. Qui vero eos audiebant, dicebant. Qui ſunt iſti, & quæ ſunt verba; quæ dicunt? Erat enim amor Dei, & timor quaſi vbique extinctus, & via pęnitentiæ penitus neſciebatur, immo ſtultitia reputabatur: prçualuerat enim carnis illecebra, mundi cupiditas, & ſuperbia vitæ: adeo ꝙ totus mundus in his tribus malignitatibus poſitus videbatur. De eis erat diuerſa opinio: Alij dicebant eos ſtultos, vel ebrios. Alij autem aſſerebant, ꝙ talia verba non ex ſtultitia procedebant. Vnus vero de audiētibus dixit Aut propter ſummam perfectionem domino adhæſerunt; aut certe inſani ſunt; quia deſperata videtur eorum vita; cum pauco cibo vtantur,

& nudis pedibus ambulent; atque viliſsimis
veſtibus ſint induti. Inter hæc tamen licet qui
dam timorem incurrereut, viſa forma ſanctę
conuerſationis eorum: non eos tamen adhuc
aliqui ſequebantur, ſed & mulieres iuuencu-
læ videntes eos à longè fugiendo pauebant,
ne forte inſania, vel ſtultitia ducerentur. Sic
ergo poſtquam circũierũt illam proninciam,
redierunt ad locum ſanctæ Marię de Angelis
de Aſsiſio,& iſta fuit prima miſsio fratrum ad
prædicandum plus exemplo, quàm verbo.

Secundo B. Franciſcus deſtinauit fratres ad
prędicandum ſecunda vice: nam ipſo ſtante
cum tribus ſocijs præfatis, quatuor alij viri
de Aſiſió eidem adhæſerunt.ſ. Sabbatinus,
Moricus,& Ioannes de Capella, & vnus alius,
cuius nomen non poſuit frater Bonauentura
in legenda maiori parte 3. ſupplicantes. Bea-
to Franciſco, vt eos in fratres reciperet: & B.
Franciſcus eos recepit humiliter, & benignè.
Iam ſterilis, & paupercula ſimplicitas ſancti
patris pepererat ſeptem, & deſiderabat vni-
uerſitatem fidelium ad pœnitentiæ lamenta
vocatam Chriſto domino parturire, vnde vo-
lens eos ad prędicandum deſtinare. B. Franci-
ſcus primo eis prędixit ordinis dilatationem
diuina clementia fiendam in proximum: quã
beatus Franciſcus cognouit, dum in quodã
ſolitario loco annos ſuos in amaritudine re-
cogitans deploraret: ſpiritus enim ſancti in
eum ſuperueniente lętitia, certificatus eſt de
remiſsione plenaria omnium delictorum. Ra-
ptus deinde ſupra ſe, ac in quoddam mirandũ
lumẽ totus abſorptus, dilatato mẽtis ſinu; quę
circa ſe, & filios ſuos futura erant luculenter
aſpexit vnde fratribus poſtea dixit. Conforta-
mini cariſsimi, & gaudete in domino; nec
quia pauci eſtis efficiamini triſtes, nec vos ter
reat mea, vel veſtra ſimpliciras; quam ſicut
mihi eſt à domino in veritate oſtenſum in ma
gnam multitudinem faciet vos creſcere Deus;
ſuæq; benedictionis gratia multipliciter dila-
tabit.

Deinde poſtquam plura de regno Dei, de con
temptu mundi, de abnegatione propriæ vo-
luntatis, corporiſque caſtigatione pronun-
ciaſſet, propoſitum ſuum dimittendo illos in
quatuor partes orbis, aperuit. illi coram ſer-
uo Dei humiliter ſe proſternentes in via cum
gaudio ſpiritus ſuſcipiebant obedientiæ ſan-
ctæ mandatum. Ipſe vero dicebat cuilibet ſi-
gillatim. Iacta cogitatum tuum in domino,
& ipſe te enutriet. Quod verbum B Franciſcus
ſolitus erat dicere quotienſcunque fratrem
aliquem ad obedientiam dirigebat. Mittens
ergo eos ſic eſt alloquutus dicens. Conſidere-
mus fratres cariſsimi vocationem noſtram;
qua vocauit nos miſericorditer Deus, non tan
tum pro noſtra, ſed pro multorum ſalute, vt
eamus per mundum exhortando omnes plus
exemplo, quàm verbo ad agendam pœniten-
tiam de peccatis ſuis; & ad habendam memo-
riam mandatorum Dei. Et nolite timere, quia
puſilli, & inſipientes videmur, ſed ſecure annũ
ciate ſimpliciter pœnitentiam, confidentes in
domino; qui vicit mundum; qui ſpiritu ſuo
loquetur per vos, & in vobis ad exhortandum
omnes, vt conuertantur ad ipſum, & eius man
data obſeruent. Ite ergo annunciantes homi-
nibus pacem prędicantes pœnitentiam in re-
miſsionem peccatorum: inuenietis quoſdam
homines fideles, manſuetos, & benignos; qui
cum gaudio vos, & verba veſtra recipient: &
per oppoſitum alios infideles, ſuperbos, blaſ-
phemos; qui exprobrantes reſiſtent vobis, &
his, quæ dicetis. Ponite ergo in cordibus ve-
ſtris patienter, & humiliter omnia tolerare.
Cumq; fratres hoc audiſſent timere cœperũt.
Ad quos ſanctus ait. Nolite timere; quoniam
non poſt multum tempus venient ad vos mul-
ti ſapientes, & nobiles, eruntq; vobiſcum præ
dicantes regibus, & principibus, & populis
multis. Multi vero cõuertentur ad dominum,
& per vniuerſum mũdum multiplicabit Deus
familiam ſuam, & augebit. Eſtote ergo in tri-
bulationibus patientes, in orationibus vigi-
les, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus mode-
ſti, in moribus graues, & in beneficijs grati:
quia pro his omnibus vobis regnum Dei præ-
paratur æternum. Sic ergo cum hæc dixiſſet, &
benedixiſſet eis, ad tres partes orbis profecti
ſunt. Ipſe vero ſciens ſe alijs datum in exem-
plum, vt prius faceret, quam doceret, cum vno
ſociorum verſus vnam partem orbis perexit,
reliquis à ſe ad modum crucis, alijs tribus mũ
di partibus deputatis. Abierunt ergo viri Dei
deuote monita eius obſeruantes. Cum autem
inueniebant aliquam Eccleſiam, ſiue crucem,
inclinabant ſe ad orationem, & deuote dice-
bant. Adoramus te Chriſte, & benedicimus ti
bi per omnes Eccleſias. quæ ſunt in vniuerſo
mundo, quia per ſanctam crucem tuam rede-
miſti mundum. Credebant enim ſemper inue-
nire locum Dei, vbicunque crucem, vel Eccle-
ſiam inueniſſent. Quicunque autem videbant
eos plurimum mirabantur, eo ꝙ habitu, & vi-
ta diſsimiles erant omnibus, & quaſi ſilueſtres
homines videbantur. Quocunq; vero intra-
bant, ciuitatem.ſ. vel caſtellum, aut villam, vel
domum, annunciabant primo pacem, confor-
tantes omnes, vt timerent Deum, & amarent
creatorem cœli, & terræ, eiuſque ſeruarent
mandata. Quidam eos libenter audiebãt; qui-
dam econtrario deridebant, plerique eos quæ
ſtionibus fatigabant. Quibuſdam dicentibus.
Vnde eſtis vos? Alijs quærentibus; quis eſſet
ordo ipſorum. Quibus licet eſſet laborioſum,
tot quęſtionibus reſpondere; ſimpliciter ta-
men confitebantur, ꝙ erant viri pœnitentiales
de ciuitate Aſsiſij oriundi. Nondum enim or-

do

do eorum dicebatur religio. Multi vero eos deceptores,& fatuos iudicabant, & nolebant eos recipere in domum ſuam; ne tanquàm fures eorum res furtim auferrent; propterea in multis locis (illatis multis iniurijs) hoſpitabātur in Eccleſiarum porticibus,vel domorum. Frater vero Bernardus de Quinta valle cum ſocio Florentiam aduenientes,poſt multas ſuſceptas iniurias, cognitus tandem eſt, & aliquos exemplo,& verbo conuertens ad B.Franciſcum adduxit,videlicet,Aſsiſium,& quia de hoc dictum eſt ſupra, fructu & conformitate 8. in tractatu de vita fratris Bernardi in prouincia.B.Franciſci, ideo præfata hic vlteriori modo non pono. B. vero Franciſcus cum iret cum ſocio, & frater ille diceret iuxta mandatum.B. Franciſci hominibus. Dominus det vobis pacem; quam ſalutationem.B.Franciſcus,Chriſto reuelante,vt dictum eſt fructu,& conformitate pręcedenti,didicerat,prout ipſe in ſuo ſcripſit teſtō; quia homines non audierant adhuc fieri ab aliquibus religioſis talem ſalutationem; inde plurimum mirabantur: & quia per viam ſic incedēs frater ipſe homines,& mulieres, & exiſtens in agris ſalutabat. Aliqui cum indignatione dicebant eis. Quid ſibi vult iſta talis ſalutatio veſtra? ita ꝙ frater ipſe incępit ex hoc verecundari: vnde dixit B. Franciſco. Dimitte me dicere aliam ſalutationem,& ait illi.B.Franciſcus.Dimitte illos dicere; quia non percipiunt, quæ Dei ſunt. Sed neque verecunderis; quoniam adhuc, & nobiles, & principes huius mundi, de hac ſalutatione tibi, & fratribus reuerentiam exhibebunt. Modico autem elapſo poſt tempore benignus pater Franciſcus ſuę prolis exoptans præſentiam, cum in vnum omnes per ſe conuocare non poſſet, per eum orabat hoc fieri,qui diſperſiones congregat Iſraelis.Sicq; factum eſt, vt abſque humana vocatione omnes ex inſperato poſt modicum temporis iuxta eius deſiderium (diuina operante clementia)non ſine ipſorum admiratione pariter cōuenirent,quando autem ſe inuicem reuiſerūt, tanta iucunditate,& gaudio repleti ſunt, ac ſi nihil recordarentur eorum; quę paſsi fuerant ab iniquis. Soliciti tamen erant quotidie orare,& laborare manibus ſuis; vt omnem otioſitatem animę inimicam à ſe penitus effugarēt. Surgebant in media nocte ſollicite, & orabant deuotiſsimè cum immenſis lachrimis,& ſuſpirijs. Amore intimo ſe diligebant, & ſeruiebat vnus alteri; ac nutriebat eum ſicut mater filium vnicum,& dilectum; tantum charitas ardebat in eis, ꝙ facilè eis videbatur tradere corpus ſuum morti pro ſalute animæ,vel corporis ſuorum confratrum: vnde quadam die cum duo ex ipſis fratribus ſimul irent, inuenerunt quendam fatuum; qui cępit iactare lapides in eos. Videns ergo vnus eorum lapides iactari in alterum,oppoſuit ſe ſtatim ictibus lapidum, volens potius ſe percuti, quàm fratrem ſuum propter charitatem mutuam; qua flagrabant. Sicque parati erant vnus pro altero ponere vitam ſuam.Erant etiam in humilitate,& charitate radicati,& fundati in tantum,vt vnus alterum reuereretur tanquàm patrem,& dominum. Atque illi; qui officio prædicationis,vel aliqua gratia præcellebant,humiliores,& vtiliores cæteris videbantur. Omnes quoque ſe totos ad obediendum præbebant,ad pręcipientis voluntatem ſe continuo præparantes. Non diſcernebant inter iuſtum, & iniuſtum præceptum; quia quicquid præcipiebatur putabant eſſe ſecundum domini voluntatem;& ideo implere pręcepta erat eis facile, & ſuaue. A carnalibus autem deſiderijs abſtinebant,ſemetipſos iudicantes.atque cauentes, ne vnus alterū offenderet vllo modo. Et ſi quando contingebat, vt alter alteri diceret verbum, quod poſſet illum turbare, tantū conſcientia mordebatur; ꝙ non poterat quieſcere donec diceret culpam ſuam, proſternēs ſe in terram,vt pedem fratris turbati ſuper os ſuum poni faceret.Quod ſi frater turbatus pedem ſuper os alterius ponere nolebat, ſi erat prælatus ille,qui turbauerat alterum,pręcipiebat illi,vt pedem poneret ſuper os ſuum Si vero erat ſubditus,faciebat hoc illi pręcipi à prælato. Sicque ſtudebant, vt omnis rancor, & malitia fugaretur ab eis,& perfecta ſemper inter ipſos dilectio ſeruaretur, ſatagentes pro poſſe ſingulis vitijs ſingulas virtutes opponere, pręueniente, & adiuuante eos gratia domini noſtri Ieſu Chriſti.

Nihil inſuper ſibi proprium vendicabant, ſed libris, & alijs collatis eiſdem vtebantur communiter ſecundum formam ab Apoſtolis traditam,& ſeruatam. Cum autem inter eos,& in eis eſſet vera paupertas, erant tamen liberales,& largi de omnibus ſibi pro Deo collatis, libenter dantes ipſius amore petentibus, & maximè pauperibus eleemoſynas eis datas. Quando vero ibant per viam, & inueniebant pauperes petentes aliquid, quod præberent, dabant aliquam partem de veſtibus ſuis; licet vilibus. Quandoque enim dabant capucium, diuidentes ipſum à tunica, quandoque manicam, quandoque partem aliquam diſſuentes eam à tunica,vt illud Euangelicum implerēt. Omni petenti te tribue. Quando vero declinabant diuites huius ſeculi ad eos. recipiebāt eos alacriter,& benignè ſtudentes eos reuocare à malo; & ad pœnitentiam prouocare. In paupertate plurimum lætabantur, quia non concupiſcebant diuitias; ſed omnia tranſitoria ſpernebant; quæ poſſunt à mundi huius amatoribus concupiſci; præcipuè vero pecuniam quaſi puluerem pedibus conculcabant. Et ſicut à patre ſancto Franc fuerant edocti,

ipſam

ipſam cum ſtercore aſini æquali pretio, & pōdere ponderabant. Gaudebant in domino cōtinue, non habentes inter ſe, nec intra ſe, vnde poſſent aliquatenus contriſtari. Quanto enim à mundo erant magis diuiſi, tanto Deo erant magis coniuncti, per viam crucis, & ſemitas incedentes iuſtitiæ, & obſeruationis euangelicę offendicula remouebant, vt poſteris iter planum fieret, & ſecurum. Sic ergo patet, ſecunda fratrum à B. Franciſco ad prædicandum miſsio, & deſtinatio.

Tertio, ſiue B. Franciſci deſtinatio tertia fratrum ad prædicandum fuit poſt approbationem regulę, & confirmationem factam per dominum Papam Innocentium tertium. Nam cū poſt reuerſionem præfatorum octo fratrū ad ſanctam Mariam de Angelis; quos ad prædicandum direxerat quatuor alijs ſibi adhærentibus ad numerum duodenarium excreuiſſent B. F. cum duodecim præfatis ſocijs Romam pergens, obtenta regulæ confirmatione a D. Innocentio, ac ab ipſo habito de prædicanda pœnitentia mandato, & laicis fratribus, qui cum fuerant comitati, ſuo iuſſu coronis paruulis factis, vt verbum Dei liberè prædicarēt: cum præfatis verſus vallem Spoletanam reuerſus; vt Euangelium Chriſti faceret, & doceret: ipſe B. Pater non ſolum prædicare cępit, ſed & dictos ſocios ad prædicandum deſtinare. Sed in quibus libris voluit fratres ſuos beatus Franciſcus ſtudere? Non certè in libris Ariſtotelis, & phyloſophorum: non Galeni & medicorum: non Tulij & rhetoricorum: non Tholomei & aſtrologorum, non in libris legum, & decretalium. Sed in quo? Certe dicit frater Bonauentura in quarta parte legendæ maioris. Vacabant diuinis præceptis inceſſanter; mentaliter potius, quàm vocaliter ſtudio intendētes orationis deuotæ, & quia libris carebant, loco illorum, librum crucis continuatis aſpectibus diebus, & noctibus reuoluebant exemplo patris, & eloquio eruditi: qui iugiter faciebat eis de Chriſti cruce ſermonem. Sicque fratres conformes Apoſtolo Paulo nihil ſciebant, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum; qui eis factus eſt ſapientia, ſanctitudo, iuſtitia, & redemptio. Qua in re (domino præeunte) fratres, & corda audientium commouebant, & linguas ipſorum dirigente in terris, ad quas pergebant, maximum fructum faciebant. Ipſe enim duodecim ſocios binos, & binos, dirigendo, more Dominico ad diuerſas mundi partes, ipſos direxit. Fratrem vero Bernardum de Quinta valle miſit Bononiam, vt habetur ſupra, conformitate. 8. tractatu de vita fratris Bernardi, qui poſt multa ſuſcepta patienter conuicia agnitus à populo, & locum accepit Bononię, & prę nimio honore; qui ſibi impendebatur, recedens ad inde B. Franciſcum reuerſus eſt, & tunc B. Franciſcus prædicatione ſociorū multiplicatis fratribus, miſit fratres Bononiam, & in Lombardiam ad prædicandum, & morandum, & tandem ipſe. B. Franciſcus; ut dictum eſt conformitate præcedenti, & Bononiam, & Lombardiam acceſsit.

Hac tertia uice. B. Franciſcus poſtquàm ſocios deſtinarat, ipſe adire Franciam gratia prædicationis elegit cum fratre Maſſeo, verū cum diuina inſpiratione prius Romam adijſſent, ad viſitandum Apoſtolorum limina; vt dictum eſt conformitate. 7. in tractatu de fratre Maſſeo, beatis Apoſtolis. B. Franciſco apparentibus, non ad Franciam profectus; ſed ad vallem Spoletanam eſt reuerſus.

Vice alia Franciam uoluit adire; & uſque Florentiam pergens: à Domino Vgone Epiſcopo Oſtien. ordinis protectore prohibitus fuit, & hac uice fratres prędicationibus, & exemplis tantum fructum fecerunt, q̄ fratres adeo ſunt multiplicati, vt B. Franciſcus bis in anno ad capitulum apud Sanctam Mariam de Angelis conuocaret, & hæc fuit tertia miſsio fratrum à B. Franciſco.

Quarto, ſeu vice quarta B. Fran miſit fratres ad prædicandum, dum iam fratribus multiplicatis, ordinaſſet, quod bis in anno fratres ad capitulum conuenirent videlicet in feſto Pentecoſtes, & ſancti Michaelis de menſe ſeptembris; & hoc in loco ſanctæ Mariæ de Angelis: cuius ordinationi fratres obtemperantes conueniebant omnes. In quo capitulo tractabant, quomodo regulam melius poſſent obſeruare; & tunc conſtituebant fratres per diuerſas prouincias: qui populo prædicarent; & fratres alios in ſuis prouincijs collocarent. Expleto autem capitulo, benedicebat fratribus omnibus & ad ſingulas prouincias ſingulos deſtinabat. Quicunque ex ipſis habebat ſpiritum Dei, & eloquentiam idoneam ad prædicandum, ſiue clericus, ſiue laicus eſſet; dabat ei licentiā prædicandi. Ipſi vero benedictionem eius recipientes, cum magno gaudio ſpiritus, tanquā peregrini & aduenæ ibant per mundum, nihil in via portantes, niſi tantum libros, in quibus poſſent dicere horas ſuas. Faciebat namque ſancta paupertas; quam ſolam deferebant pro ſumptibus ipſos ad omnē obedientiam promptos, robuſtos ad labores, & ad itinera expeditos, & quia nihil terrenū habebant, nihil amabant, nihilque timebant amittere, ſecuri erant vbique nullo pauore ſuſpenſi, nulla cura diſtracti, tanquam, qui abſque mentis perturbatione viuebant, & ſine ſollicitudine diem craſtinum, & ſerotinum hoſpicium expectabant; multa quidem eis in diuerſis partibus orbis inferebantur conuicia, tanquam perſonis deſpectibilibus & ignotis, verum amor Euangelij Chriſti adeo ipſos patiētes effecerat, vt quærerent potius ibi eſſe; vbi perſequutionem paterentur in corpore, quam vbi cognita ſanctitate ipſo-

te ipſorum mundano poſſent gloriari fauore. Ipſa quoque rerum penuria ſuperabūdans eis videbatur vbertas; dum iuxta conſilium ſapientis pro magno ipſis minimum complacebat. Quibus B. Franciſcus dicebat. In nomine domini, ite bini,& bini per viam humiliter,& honeſte, & maxime cum ſtricto ſilentio à mane vſq; poſt tertiam orantes dominum in cordibus veſtris, & verba otioſa, & inutilia non nominentur in vobis licet enim ambuletis tamē cōuerſatio veſtra ſit ita humilis,& honeſta ſicut ſi in eremitorio, aut in cella eſſetis. Nam vbicūque ſumus, & ambulamus habemus ſemper cellam nobiſcum; Frater enim corpus eſt cella noſtra, & anima eſt eremita quæ moratur in cella ad orandum dominum, & meditandum de ipſo, vnde ſi anima non manſerit in quiete in cella ſua parum prodeſt religioſo cella manufacta. Talis ſit veſtra conuerſatio inter gentes, vt quicunque vos audiet, vel videbit glorioſum patrem cęleſtem, & Deum laudet deuote. Nullus per vos prouocetur ad irā, vel ſcandalum, ſed omnes per manſuetudinē veſtram ad pacem benignitatem, & concordiam prouocētur. Nam ad hoc vocati ſumus, vt vulneratos curemus, alligemus confractos, & erroneos reuocemus. Multi enim nobis videntur eſſe membra diaboli; qui adhuc diſcipuli Chriſti erunt, ſicque informati illi abierunt. Dedit autem illi dominus verbum,& ſpiritum ſecūdum temporis opportunitatem ad proferendum verba acutiſsima penetrantia corda iuuenum, atque ſenum; qui patrem relinquentes, & matrem, & omnia, quæ habebant ſequebantur fratres, eorum religionis habitum aſſumendo. Vere enim tunc ſeparationis gladius miſſus eſt in terra, dum iuuenes vēniebant ad religionem dimittentes parentes ſuos in fecibus peccatorum. Illos tamen, quos ad ordinem recipiebant ducebant ſuſcepturos ad B. Franciſcum, ab eo religionis habitū humiliter,& deuote. Non ſolum autem viri ſic conuertebantur ad ordinem, ſed & multæ virgines,& viduæ ad eorum prædicationem compunctæ ſecundum ipſorum conſilium per ciuitates,& caſtra monaſterijs ordinatis recludebant ſe ad pœnitentiam faciendam. Quibus vnus ex fratribus conſtitutus fuit viſitator, & corrector earum, videlicet frater Philippus Lōgus primus viſitator pauperum dominarū: qui in labijs ab angelo tactus fuit calculo igni to, vt Iſaias. Similiter,& viri vxorati,& mulieres maritatæ à lege matrimonij diſcedere nō valentes, de fratrum ſalubri conſilio ſe in domibus proprijs arctiori pœnitentiæ committebant, vnde poſtmodum per B. Franciſcum trinitatis cultorem triplex ordo ex prædictis; ſicut tres eccleſias erexerat, eſt inſtitutus; quorum ordinum quilibet tempore ſuo à ſummo Pontifice extitit confirmatus.

Corpus eſt cella fratris aia vero eſt eremita eā incolens.

Hac vice quarta deſtinationis fratrum B. Frācisſcus ad infideles voluit ipſe perſonaliter accedere ad prædicādum, ſed prohibitus fuit à Deo, ſic & ad partes infideliū fratres ad prædicandum direxit. Fratrem Egidium cum pluribus ſocijs miſit Thuniciū; qui cum de naui ad terram deſcendiſſent;& fidem cæpiſſent ſeruentiſsime prædicare, Chriſtiani; qui ibi erant timentes; ne ſibi tali prædicatione perſonarū immineret periculum, ipſos fratres cęperunt, & poſuerunt in naui,& contra velle eorum ad partes fidelium remiſerūt. Miſit etiam B. Franciſcus fratres ad prædicandum ſaracenis; qui tunc morabantur in ciuitate Hyſpalenſi; & in Hyſpania;& in Marochio, ſed fratres illuc direxit, ſcilicet fratrem Vitalem; ſed iſte remanſit in regno Aragoniæ, alij acceſſerunt ad ſaracenos, ſcilicet fratres Beraldus, Adiutus, Accurſius, Petrus, & Otto, qui glorioſo martyrio ſunt coronati quorum exemplo prouocatus ſanctus Antonius noſter ordinem intrauit minorum. Tempore etiam B. Franciſci quidam frater laicus paſſus eſt martyrium; vt dictum eſt de iſtis fructu,& conformitate 8.

In hac miſsione quarta (vt credo) euenit illud; quod ponit frater Bonauentura in quarta parte maioris legendæ dicens, quod fratres aliqui, cum prædicationis cauſa partes adiiſſent infidelium, contigit, vt quidam ſaracenus pietate ductus pecuniam eis offerret pro neceſſario victu; illis autem recuſantibus accipere admiratus eſt ille cernens, quod inopes erant, intelligēs tandem, quod amore Dei pauperes effecti pecuniam poſsidere nolebant; tanta eſt eis affectione coniunctus, vt offerret ſe ad miniſtrandum neceſſaria omnia, quamdiu facultatum ſibi aliquid ſupereſſet,& hæc fuit quarta fratrum miſsio ad prædicandum per beatum Franciſcum.

Quinto miſit fratres B. Franciſcus ad prædicandum; quando nono anno ab inceptione religionis multiplicatis numero, & meritis fratribus electi fuerunt miniſtri,& miſsi cum aliquot fratribus ad prædicandum, quaſi per omnes mundi prouincias; in quibus fides catholica colitur,& obſeruatur. Qui recipiebantur in aliquibus prouincijs; ſed non permittebantur prædicare,& habitacula cōſtruere, de quibuſdam vero prouincijs expellebant eos, ne forte eſſent homines infideles; quia licet dominus Innocentius papa ordinem, & regulam approbaſſet eorum; non tamen hoc ſuis litteris confirmauit;& propterea fratres à clericis, & laicis tribulationes plurimas ſunt perpeſsi, vnde ex hoc compulſi ſunt fratres fugere de diuerſis prouincijs; atque ſic anguſtiati, & afflicti; nec non,& à latronibus ſpoliati, & verberati, ad beatum Franciſcum cum magna amaritudine ſunt reuerſi, hæc enim paſsi erant quaſi in omnibus partibus vltramontanis; vt in Alemania;

nia; Vngaria; & alijs pluribus, & ſic tunc euenit; quod dictum eſt conformitate præcedenti; quòd fratres rogabant B.Franciſcum, vt peteret priuilegium, quod poſſent populo irrequiſitis Epiſcopis, & clericis alijs prædicare, & ipſe habuit reſpondere, quòd nolebat, vt dictum eſt. Veruntamen omnia illata prædictis fratribus notificauit B. Franciſcus D. Vgoni protectori ordinis cardinali Oſtien̄.

Sexto miſit B.Franciſcus fratres quando ſcilicet ſecundam regulam; qua vtimur nunc perfecerat; & per D.Papam Honorium Pontificatus ſui anno 8. cum bulla confirmata fuit in capitulo ſequenti, quod credo fuiſſe illud; in quo vltra quinq; millia fratrum multitudo fuit, de quo habetur conformitate 4. in dicto capitulo generali data licentia à B.Fran. miniſtris recipiendi fratres ad ordinem, miſit eos ad prouincias ſupradictas ad prædicandum, & morandum, portantes litteras cardinalium cum regula bulla Apoſtolica confirmata. Sic itaq; morantibus, & prædicantibus fratribus in illis prouincijs multi videntes eorum humilem, & ſanctam conuerſationem, atque audientes eorum verba altiſsima mouentia, & inflammantia mentes ad amorem Dei, & pœnitentiam faciendam, venerunt ad ipſos; & ſanctæ religionis habitum feruenter, & humiliter ſuſceperunt. Tunc B.Fran, miſit cum pluribus fratribus fratrem Pacificum regem verſuum; qui viderat B. Franciſcum duobus enſibus valde fulgentibus in modum crucis tranſuerſaliter exiſtentibus conſignatum, miniſtrum in Franciam. Et dictus frater Pacificus cuſtodem Pariſienſem fecit fratrem Angelum de Piſis, qui primus fuit qui pariſienſem conuentum ædificauit. Deinde per Beatum Fran. frater Angelus de Piſis prædictus factus eſt miniſter Angliæ; & miſſus illuc cum aliquibus fratribus, & ſpecialiter cum fratre Alberto de Piſis, qui eidem ſucceſsit in officio miniſteriatus; & demũ cum eſſet miniſter Angliæ, electus eſt tertius poſt beatum Fran. generalis miniſter ordinis, de quibus dictum eſt conformitate 8. Sed quẽ fructum fecerunt in partibus Angliæ, patet ex dictis fructu 8. & conformitate, & fructu 9. Abbas enim de abidon factus eſt frater minor Epiſcopus Erphordien̄. dominus Rodulphus, Epiſcopatu dimiſſo, factus eſt frater minor, & & alij plures magiſtri in theologia facti ſunt fratres minores. Sic & Pariſiis & in Francia & in Alemania multi ſolẽniter præbendati, multi magiſtri in ſacra pagina, & multi nobiles facti ſunt fratres minores, de quibus dictum eſt conformitate 8. & 9.

Qualiter autem B. Fran. premonuerit fratres prædicantes; & ſi in parte dictum ſit conformitate præcedenti; aliqua tamen ſunt hic addenda; ſed copioſius habentur conformitate ſequenti ca. 12. de prædicatore. Nolebat enim beatus pater ſanctiſsimus Franciſcus fratres ſuos eſſe cupidos ſciẽtia, & libris; ſed volebat, & prædicabat eis, vt ſtuderent fundari ſuper ſanctam humilitatem, & imitari puram ſimplicitatem, ſanctam orationem, & dominam paupertatem, & hanc ſolam dicebat viam ſecuram ad ſalutem propriam, & aliorum ędificationem faciendam; quoniam Chriſtus ad cuius imitationem ſumus vocati, hanc ſolam nobis oſtẽdit, & docuit verbo pariter, & exemplo. At ipſe pater futura proſpiciens cognoſcebat per ſpiritum ſanctum; & multotiens fratribus dicebat, quod multi fratres occaſione ędificandi alios dimitterent vocationem ſuam videlicet ſanctam humilitatem, puram ſimplicitatem, orationem, & deuotionem atque dominam noſtram paupertatem, & contingetur illis, quod vnde putabãt magis imbui ideſt impleri deuotione, & accendi amore, & illuminari Dei cognitione propter intellectum ſcripturæ; inde occaſionaliter remanebunt intus frigidi, & vacui, & ſic ad priſtinam vocationem redire non poterunt; quia tempus viuendi ſecundum vocationem ſuam in vano, & falſo ſtudio amiſerũt, & timeo, quod illud, quod videbuntur habere auferetur ab eis; quia id, quod datum erat illis ideſt vocationem ſuam tenere, & imitari penitus neglexerunt, & dicebat. Sunt multi fratres; qui totum ſuum ſtudium, & totam ſollicitudinem ſuam ponunt in acquirendo ſcientiam, dimittentes vocationem ſuam extra viam ſanctæ orationis, & ſanctæ humilitatis mente, & corpore euagando: qui cum populo prædicauerint, & nouerint aliquos inde ædificari; vel ad pœnitentiam cõuerti inflantur, & extollunt ſe de opere, & lucro alieno; cum tamen magis in condemnationem, & pręiudicium ſuum prædicauerint; & nihil ibi ſecundum veritatem operati fuerint, niſi tanquam inſtrumenta illorum, per quos vere dominus fructum huiuſmodi acquiſiuit. Nã quos credunt per ſcientiam, & prædicationẽ ſuam ædificari, & ad pœnitentiam conuerti, dominus orationibus, & lachrimis ſanctorum pauperum humilium, & ſimplicium fratrum ædificat, & conuertit; licet ipſi ſancti fratres illud neſciant (vt plurimum) ſic enim eſt voluntas Dei, vt illud ignorent; ne inde valeant ſuperbire. Iſti ſunt fratres mei milites tabulæ rotundæ, qui latitant in deſertis, & in remotis locis, vt diligentius vacent orationi, & meditationi, ſua, & aliorum peccata plorantes, viuentes ſimpliciter, & humiliter conuerſantes; quorum ſanctitas à Deo cognoſcitur, & aliquã fratribus, & hominibus eſt ignota. Horum animæ ab angelis domino præſentabuntur; tunc dominus oſtendet illis fructum, & mercedem laborum ſuorum videlicet multas animas; quę ſuis exemplis orationibus, & lachrimis ſunt ſaluatę, & dicet illis, filij mei dilecti, ecce tot, &

Nota quæ B.F. Fratribus dicebat.

tales

tales animæ ſaluatæ ſunt veſtris orationibus, lachrimis,& exemplis, & quia ſuper pauca fuiſtis fideles, ſupra multa vos conſtituam. Alij enim prædicauerunt, & laborauerunt ſermonibus ſapientiæ, & ſcientiæ ſuę, & ego meritis veſtris fructum ſalutis operatus;ideo ſuſcipite mercedem laborum eorum,& fructum meritorum veſtrorum;qui eſt regnum ęternum,quod per humilitatis, & ſimplicitatis veſtrę atque orationum,& lachrimarum veſtratum violentiam rapuiſtis. Sic iſti portantes manipulos ſuos ideſt fructus,& merita ſanctę humilitatis, & ſimplicitatis ſuæ intrabunt in gaudium domini lætantes,& exultantes. Illi vero; qui non curauerunt;niſi ſcire,& alijs viam ſalutis oſtendere nil operantes pro ſe,ante tribunal Chriſti ſtabunt nudi,& vacui, ſolius confuſionis verecundię,& doloris manipulos deferentes,tſic veritas ſanctę humilitatis,& ſimplicitatis, ſanctęque orationis, & paupertatis,quę eſt vocatio noſtra,exaltabitur,glorificabitur,& magnificabitur. Cui veritati ipſi inflati vento ſcientię detraxerũt vita,& vanis ſermonibus ſapientię ſuæ dicentes ipſam veritatem eſſe falſitatẽ; & eſſe cęcos eos, qui ambulauerunt in ueritate crudeliter perſequentes; tunc error,& falſitas opinionum ſuarum, per quas ambulauerunt; quas veritatem eſſe prædicauerunt; per quas in cęcitatis foueam multos pręcipitauerunt in dolore, confuſione, & verecundia terminabitur; & ipſi cum ſuis tenebroſis opinionibus in tenebras exteriores cum tenebrarum ſpiritibus demergentur.

Nota. Dicebat etiam B. Franciſcus Fratres mei; qui ſcientię curioſitate ducuntur in die tribulationis inuenient manus ſuas vacuas; ideo vellem eos magis roborari virtutibus; vt cum tempus venerit tribulationis ſecum haberent in anguſtia dominum. Nam,& ventura eſt tribulatio; qua libri ad nihilum vtiles in feneſtris,& latebris proijcientur. Non hoc dicebat, quòd lectio ſanctę ſcripturę ſibi diſpliceret;ſed vt à ſuperflua cura diſcendi retraheret vniuerſos,malebat enim ipſos charitate bonos, quàm ſcientiæ curioſitate ſciolos, Ponderabat etiam tempora nõ longe ventura, in quibus ſciebat iam ſcientiam inflatiuam debere eſſe occaſionem ruinę;vnde B.Fran.poſt mortem ſuam quendã ſociorum ſuorum prędicationum ſtudio nimis intentum apparens ei, reprehendit eum, atque prohibuit,inſiſtque illi, vt ſtuderet viam humilitatis,& ſimplicitatis incedere.

Inſuper B. Franciſcus miniſtros,& prędicatores admonebat, & inducebat ad humilitatis opera exercenda;dicebat enim quod propter prælationis officium, & ſollicitudinem prædicandi, non debent dimittere ſanctam orationem,& deuotam; ire pro elimoſyna; aliquando operari manibus ſuis; & alia humilitatis opera facere;ſicut alij fratres propter bonum exemplũ,& lucrum animarum ſuarum,& aliorum,& dicebat.Multum enim ędificantur fratres ſubditi,cum eorum miniſtri vacant libenter orationi, & inclinant ſe ad opera humilitatis, & obſequia vilitatis. Aliter enim non poſſunt abſque ſui confuſione,præiudicio,& condemnatione de hoc fratres alios admonere: oportet enim exemplo Chriſti prius facere, quàm docere, ac ſimul facere, & docere. Hæc B.Franciſcus.

Multa alia B.F.habuit dicere prædicatoribus fratribus,vt patet fructu ſequenti cap.de prædicatore. Dictis ergo beati patris primi fratres per omnia inhærentes maximum ſuis prædicationibus effecerunt fructum; & quod fratres tam tempore B. Fran.quàm poſt eius mortis,& inductione magnum fecerint fructum, patere poteſt ſi attendatur primo multitudo locorum ordinis; in quibus locis quidam fratres vita prædicarunt, & exemplis miraculis corruſcantes.Quidam tam verbo, & vita,quã miraculis,vt fratres clerici.Quidam ſaltem verbo inceſſanter docent, & populum ad bonum erudiunt,& inducunt. Et pro euidentia dicendorum eſt ſciẽdum,quod beato Fãciſco oranti in eccleſia ſancti Iacobi, ad quam viſitandam ipſe cum ſocijs acceſſerat, reuelatum eſt à domino; quod vbiq; loca caperet, quia ſuus ordo per totum orbem erat dilatandus, & ſic ipſe B.Fran.dixerat domino cardinali Oſtienſi eum prohibenti, ne ad partes vltramontanas accederet.Domine putatis vos, quod dominus ſolummodo propter iſtas prouincias miſerit fratres? ſed dico vobis in veritate, ꝙ dominus elegit, & miſit fratres propter profectum, & ſalutem animarum omnium hominũ huius mundi; & non ſolum in terris fidelium; ſed in terris infidelium recipientur,& multas animas lucrabuntur; & ſic factum eſt; ꝙ quaſi non eſt terræ angulus,vbi non ſit fratrum minorum aliquis locus,vt iuxta dictum prophetæ Dauid dictum de Apoſtolis, & de Apoſtolicis fratribus beati Fran. ordinis poſſit dici. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ad quod videndum. Primo videndum eſt de locis fidelium, ideſt in terris fidelium ædificatis, & Primo in Italia.Secundo extra Italiam,& demum ſecundo de locis in terris infidelium ſituatis. Quantum ad Italiam incipiendo à prima prouincia ordinis videlicet beati Franciſci. Nota.

De Prouincia S. Fran.

PRouincia ſancti Fran.habet loca 80.diuiſa per 9.cuſtodias.Cuſtodia Aſiſſi habet 9. loca ſcilicet.

Locum de Aſiſſio. In quo ſunt hi ſolemnes prædicatores,verbo, vita, & miraculis prædicantes,in vita, & poſt mortem. Primus eſt B. Pater noſter Fran. Secundus frater Bernardus de quinta valle.Tertius frater Silueſter. Quar

tus frater Electus. Quintus frater Leo. Sextus frater Gulielmus de Anglia. Septimus frater Angelus de Reate. Octauus frater Maſſeus Marignani. Nonus frater Rufinus Decimus frater Guido de Senis laicus. Vndecimus frater Egidius de Capocijs. Duodecimus frater Valentinus de Narnia. Quales hi fuerint, dictum eſt ſupra fructu 8. & conformitate in tractatu de prouincia S. Fran. Habet etiam locum ſanctæ Mariæ de portiuncula, ſiue de Angelis; vbi ordo minorum incępit, in quo iacent prædicatores ſingulares miraculis corruſcantes. Frater Petrus Cathanij, quatuor de ſocijs beati F. Frater Iacobus, & Ioannes.

Locum ſanctæ Claræ, vbi beatus Fran. fuit primo tumulatus; & ibi iacet nunc beata Clara cum multis ſanctis fratribus, & ſororibus.

Locum ſancti Damiani: cuius Eccleſiam cruci fixi mandato B. Fran. reparauit; & multa mira ibi fecit Deus per ipſum beatum Fran. & B. Claram, ſicut acta vtriuſque atteſtantur; in dicto loco beatus Fran. ex patientia infirmitatis oculorum à Deo ſubarratus fuit de regno obtinendo æternorum, & beata Clara multa miracula fecit; vt eius legenda docet 42. annis ibi ſtetit.

Locum de Carceribus, ſiue montis Subaſii; in quo fuerũt hactenus fratres ſanctiſsimi, & nũc exemplo ſuo duui ibi ſtant pœnitentiam per agendam prędicantes.

Locum de Spello, in quo inter alios fuit frater Andreas ſacerdos, & prædicator maximus fulgens in vita, & poſt mortem miraculis.

Locum de Vectonio, in quo ſunt duo prędicatores præclari in vita, & poſt mortem ſignis, prædicantes ſcilicet Frater Ioannes de laudibus, & Frater Iordanus laicus ſanctiſsimus,

Locum de Inſula, vbi fuit ſepultus ille prædicator excellens frater Corradus de Offida, qui quinque mortuos ſuſcitauit.

Locum de Rochiciola; in quo multi ſancti fratres fuerunt, qui ſuo tempore vita, & verbo homines informarunt.

Cuſtodia Peruſi habet.

LOcum de Peruſio, in quo iacet ille vir ſanctitate præclarus frater Egidius raptus ad tertium cœlum, ſcientia, verbo, & vita ſingulariſsimus. Iacent ibi tres alij ſanctiſsimi fratres, ſcilicet frater Corradus de Offida tranſlatus de loco inſulæ Peruſium; frater Ventura, & frater Nicolaus de Aſsiſio ſignis in vita, & poſt mortem homines quotidie informantes. Multi etiam fratres egregij prædicatores fuerunt de Peruſio, & in ſacra pagina magiſtri, eorum lingua erudita populum edocentes.

Locum de Monte; qui eſt in Peruſio, in quo ſanctus frater Egidius longo tempore ſtetit; & famoſum fecit, & facit ſua ſingulari conuerſatione.

Locum de Agello, in quo loco ſanctus frater Egidius fuit raptus à poſt veſperas vſque ad galli cantum; & demum apparuit tantũ lumẽ, quod lumen lunæ obſorbuit, & accepit.

Locum de Cibotollo', in quo ſanctus Ludouicus noſter claret ſignis. & miraculis glorioſis.

Locum de Diruta, vbi etiã frater Egidius moram fecit.

Locum de Marciana.

Locum de Corciano.

Locum de Pręgio.

Locum de Ferneto.

Locum de Ciuitella.

Locum Montis Iouis, in quo iacet frater Senſus homo magnæ contemplationis, & raptus, & illuminationis.

Locum de Inſula laci Peruſini, vbi beatus Frã. fecit vnam quadrageſimam, in qua ſolum medietatem vnius panis parui comedit, in quo loco ipſe beatus Fran. multis corruſcat ſignis.

Locum Montis lucidi, quem fecit Papa Martinus.

Locum ſanctæ Mariæ de Angelis, vbi iacet frater Phylippus ſocius beati Franciſci, & primus viſitator ſororum.

Cuſtodia Caſtelli habet.

LOcum de Caſtello, in quo iacet frater Iacobus laicus, qui multis claruit miraculis.

Locum de Burgo ſancti Sepulcri, in quo iacet frater Rainerius laicus, qui duos mortuos ſuſcitauit; & alios vltra 59. (vt patet inſtrumento publico) a diuerſis infirmitatibus liberauit.

Ad quatuor miliaria ad Burgum Sancti Sepulcri in montibus, eſt locus mõtis caſalis, in quo beatus Fran. ſtetit, & fecit plura, & præcipuè tres famoſiſsimos conuertit latrones, qui hoc modo ſunt conuerſi. Cum enim B. Fran. ad dictum locum acceſsiſſet; quidam iuuenis nobilis de Burgo accedens ad beatum Fran. rogauit eum, vt ipſum ad ordinem reciperet, cui beatus Fran. reſpondit. Fili, tu es iuuenis delicatus, & nobilis. forte paupertatem noſtram, & aſperitatem non poteris ſuſtinere. Et ille reſpondit. Pater Nonne eſtis homines vos, ſicut & ego? Sicut ergo vos; qui eſtis mei ſimiles ſuſtinetis; ſic & ego cum Dei adiutorio, potero ſuſtinere. Quæ reſponſio multum placuit beato Fran. & ſtatim recepit eum, & benedixit ei, & fratrem Angelum eum appellauit. Qui ita glorioſe ſe habuit; quod paulo poſt beatus F. in dicto loco montis Caſalis eum guardianũ inſtituit. Huic fratri Angelo ſemel, cum S. F. diceret, quod iret ad burgum ſancti Sepulcri; & nunciaret populo quomodo eſſet prædicaturus eis die tali; & ipſe propter parentes ire diſtuliſſet, beatus Fran. mandauit eidem, vt nudus illuc accederet, & prædicta nunciaret. Cui, cum frater Angelus diceret. Pater, quid ex hoc habebo? Reſpondit S. Fran. Securo te, quod habebis vitam æternam. Statim frater Angelus (hoc audito) cum ſumma alacritate

nudus

nudus per beatum Fran. iniuncta perfecit. Dú ergo dictos frater Angelus eſſet in dicto loco de Caſali guardianus, in illis diebus erant tres famoſi latrones in partibus illis, qui vndique multa maleficia perpetrabant. Hi die quadam ad iam dictum locum accedentes rogauerút fratrem Angelum guardianum, vt eis de comeſtibilibus prouideret. Ipſe vero guardianus eos rigida reprehenſione exarguens dixit eis. Vos fures, & ſeuiſsimi homicidæ, non ſolum erubeſcitis labores aliorum prædari, ſed inſuper prçſumitis, vt effrótes eleemoſynas ſeruis Dei exhibitas deuorare, cum ſitis digni, quod terra vos non ſuſtineat, quia nullum hominem reueremini, & Deum, qui vos creauit contemnitis, ite ergo pro factis veſtris, & huc amplius non accedatis. At illi indignati plurimum receſſerunt. B. vero Fran. iuerat pro quæſta; & portauerat vnam taſcham de pane; & vnam zucham de vino. Cui cum frater Angelus, quæ facta erant, & dicta retuliſſet B. Fran. eum valde dure redarguit dicés, quòd impiè geſsit; quia peccatores melius reducuntur cum dulcedine pietatis, quàm cum increpatione crudeli. Ná, & Chriſtus magiſter noſter, cuius Euangelium obſeruare propoſuimus, ait. Non eſt opus valentibus medicus; ſed male hábentibus, & non veni vocare iuſtos; ſed peccatores, & ideo frequenter cum peccatoribus manducauit. Quare ergo contra charitatem, & contra exemplú Ieſu Chriſti feciſti: per ſanctam obedientiam tibi præcipio; quod ſtatim accipias hanc taſcham panis, & vaſculum vini, quæ acquiſiuimus; & ſollicite per montes, & valles dictos quæras latrones donec inuenias; & poſtea coram eis genuflectens, de incurialitate, & crudelitate tua dicas eis humiliter culpam tuam; & roga eos ex parte mea, quod amplius mala iſta non faciant; ſed Deum timeant; & proximum non offendantur, & ſi hinc fecerint, ego promitto eis de neceſſarijs prouidere continue pro ipſorum ſuſtentatione, & cum hæc humiliter dixeris, reuertaris. Interim autem S. F. pro eis rogabat dominum; ut ipſorum corda ad pœnitentiam emolliret. Frater autem Angelus pergens omnia ſibi imperata perfecit, vnde factum eſt, quòd eleemoſynas illas cú latrones illi à ſancto Fran. tranſmiſſas comederent, adinuicem conferre cœperunt, & dicere. Heu nos miſeros infelices, quam durus infernalis cruciatus expectat; qui pergimus non ſolum homines prædando, & vulnerando; ſed etiam mutilando, & occidendo; & tamen de tam horrendis ſceleribus, & homicidij, nullo modo Dei timore, & conſcientiæ, compuntione ſtimulamur; & ecce iſte S. Frater, qui venit ad nos modo propter aliqua verba valde iuſta propter noſtram malitiam in nos irrogata, ſe coram nobis tam humiliter accuſauit Et inſuper ſancti patris Franciſci tam liberale promiſſum retulit; & vini beneficium attulit charitatis. Vere iſti ſunt ſancti Dei; qui cęleſtem patriam promerentur. Nos vero filij perditionis æternæ; qui flammas vltrices quotidie noſtris nephandis operibus nobis cumulamus. Neſcio vtrum de patratis facinoribus, & commiſsis flagitijs poſsimus à Deo miſericordiam inuenire. Vno verbo ipſorum prædicta verba dicente, & reliqui duo dixerunt. Quid ergo faciendum eſt nobis? Et ille. Eamus inquit ad fratrem Franciſcum, & ſi ipſe nobis confidentiá tribuat, quod poſsimus de peccatis noſtris miſericordiam a Deo inuenire, quicquid ipſe mandauerit faciemus, vt poſsimus animas noſtras de inferni baratro liberare. In quo conſilio omnes tres pariter conſenſerunt, & venerunt feſtiuanter ad beatum Fran. dicentes. Pater, nos propter multa, & peſsima ſcelera noſtra non confidimus poſſe Dei miſericordiam inuenire, ſed ſi tu confidis, quod Deus nos ad ſuam miſericordiam recipiat, ecce parati ſumus tecum pœnitentiam agere, & in omnibus, quæ præceperis obedire. Quos B. Fran. benigne, & charitatiue recipiés, exemplis eos multiplicibus exhortando, certos eos de inueniendo Dei miſericordiam, reddidir. Inſuper ſe illis acquiſiturum à domino ipſam miſericordiam, & gratiam repromiſit, inſtruens illos, & oſtendens quomodo diuinæ miſericordiæ immenſurabilis magnitudo, cuncta peccata noſtra, & ſi infinita eſſent, præcellit, & quomodo teſtante Euangelio, & Apoſto. Paulo, Chriſtus benedictus in hunc mundum pro peccatoribus venit redimendis; propter quæ tá ſalubria hortamenta tres prædicti latrones abrenunciauerunt mundo; & recepti à ſancto patre ſibi tam habitu, quàm animo adhæſerunt. Duo autem ipſorum paruo tempore viuentes, poſt laudabilem mutationem de præſenti ſeculo (domino ipſos vocante) migrauerunt. Tertius vero ſuperſtes conſiderans multa, & magna peccata; quæ fecerat, tali ſe pœnitentiæ ſubegit, quod per 15. annos (exceptis communibus quadrageſimis) quas ſicut alij faciebat, continuo ter in ſeptimana panem tátum, & aquam comedebat; & contentus tantum vna tunicula incedebat diſcalciatus continue; & poſt matutinum nunquam dormiebat. Infra vero illud 15. annorum tempus S. Franciſcus tranſiuit de hoc mundo ad patrem, & patriam cœleſtem. In hoc ſiquidem loco montis Caſalis veniebant, & alij latrones pro pane aliquando: ſed quidam fratres dicebant, ꝙ non erat bonum dare illis eleemoſynam. Alij vero ex compaſſione dabant admonendo eos, & inducendo ad pœnitentiam: Et cum fratres ſuper hoc requirerent à B. F. qui ad locum tunc venerat conſilium: an eſſet bonum dare eis eleemoſynam. Reſpondit. Si feceritis, ſicut ego dicam vobis, confido in domino, quòd lucrabimini

animas eorum. Ite ergo,& acquirite de bono pane,& de bono vino, & deferte ipſis in ſiluá, vbi morantur,& clamate dicentes. Fratres latrones, venite ad nos; quia fratres ſumus, & portamus vobis de bono pane, & de bono vino. Illi ſtatim venient. Vos autem extendite tobaleam in terra, & deſuper ponite panem, & vinum,& ſeruite eis humiliter, & lætanter, donec manducauerint. Poſt comeſtionem vero dicetis eis de verbis domini, & finaliter petatis ab eis amore Dei hanc petitionem, vt.ſ. promittant vobis, quòd non percutient aliquem; nec alicui malum faciant in perſonam. Si enim omnia ſimul petetis nó vos exaudient; & ipſi propter humilitatem,& charitatem veſtram ſtatim promittent vobis. Altera autem die propter bonam promiſsionem apportate eis cum pane,& vino, oua,& caſeum; & ſeruiatis eis, donec comederint, & poſt comeſtionem dicatis eis. Quid hic ſtatis tota die ad moriendum famæ, & tolerandum tot aduerſa, & cur hic facitis tot mala opera voluntarie, pro quibus perditis, animas veſtras, niſi ad dominum conuertamini? Melius eſt, vt domino ſeruiatis,& ipſe in hoc ſeculo tribuet vobis neceſſaria corporis, & finaliter ſaluabit animas veſtras. Tunc eis dominus inſpirabit, vt propter humilitatem,& charitatem veſtrã; quam illis oſtenderitis, conuertantur. Fecerũt itaque fratres omnia ſicut eis dixit. B.F.& ipſi latrones per gratiam, & miſericordiam Dei exaudierunt ad litteram, de puncto in punctũ omnia, quę fratres ab eis humiliter petierunt: immo propter humilem familiaritatem fratrum circa eos cęperunt,& ipſi fratribus ſimiliter ſeruire portantes in humeris ſuis ligna vſque ad Eremitoriũ, & tandem aliqui ex ipſis intrauerunt religionem. Alij vero cófitentes peccata ſua egerunt pęnitentiam de commiſſis, promittentes in manibus fratrum de cætero ſe velle viuere de labore manuum ſuarũ, & nunquam ſimilia perpetrare. Multa mira fecit beatus. Fr. in hoc loco montis Caſalis, ſed hic locus á fratribus relictus, incolitur modo per fratres de tertio ordine ibidem pœnitentiam agentes.

Habet etiam cuſtodia caſtelli locũ de Fracta.

Locum Montonæ.

Locum Cerbaroli: vbi etiam B.F. ſtetit.

Locum de Citerna: vbi. B. F. fecit miraculum de formicis, & de muliere portata per demones; quæ eius impediebat prædicationem.

Cuſtodia Tudertina habet.

LOcum de Tuderto: in quo miraculis prędicant cótinuè frater Gulielmus qui tres mortuos inſcitauit. Frater Rogerius, de quo fit mandatò Apoſtolico ibidem feſtum. Frater Petrus de Galliculo, & frater Iacobus Benedictoli. Alij fratres fuerunt ibi notabiles.ſ. magiſter Matthæus de Aqua Sparta Cardinalis: qui opus fecit pulcherrimum ad prędicandum. Et frater Bentiuenga Cardinalis.

Locum de Amelia: qui prædicátem ante mortem,& poſt habuit fratrẽ Simonem de Cotſciano miraculis corruſcando.

Locum de Aqua Sparta, de quo fuit magiſter Matthæus Cardinalis.

Locum de Eremita deuotiſsimum: quem fecit beatus pater F. & continuè tenuit fratres regulam ad litteram obſeruantes.

Locum de ſancta Illuminata: in quo iacent duo ſancti.ſ. Tientealbene, & frater Ioannes de Aluiano, qui miraculis aduocant àd vitam perfectam Chriſticolas indeſinenter.

Locum de Montaione.

Locum de Pantanellis.

Locum de Lognano.

Locum de Canali.

Cuſtodia Eugubina habet.

LOcum Eugubij: in quo miraculis prædicauit frater Thomas etiam poſt morté.

Locum de Gualdo.

Locum de Nuceria: in quo beatus Franciſcus fecit illud inſigne miraculum, ꝙ cuiuſdam medici filium primogenitum prius occidit, & cótritum ſuſcitando reſtituit.

Locum de Capricornio.

Locum de Colleſtacialio.

Cuſtodia Narnienſis habet.

LOcum de Narnia: in qua iacet frater Matthæus, prædicationem ſuam firmans multis ſignis: habuit multos prædicatores præclaros etiam noſtris diebus.

Locum de Interannis: vbi B.F. prædicauit, & miracula fecit, vt dictum eſt cóformitate pręcedenti. ibi glorioſè prædicant ſignis fratres Petrus de Podio,& Simon de Campo regali.

Locum ſancti Gemini: in quo beatus Franciſcus vxorem cuiuſdá ſui hoſpitis à demonio, à quo vexabatur, liberauit.

Locum Pedis luci.

Locum Stranconij: in quo fuerunt fratres deuoti verbo,& exemplo populum aſsiduè informantes.

Locum de Carbio,& locum de Arrone.

Cuſtodia vallis Spoletanæ habet.

LOcum Fulginei, vbi prædicant,& docent continue de regno Dei, Frater Hermanus, & Frater Martinus ſuis ſignis, & aſsiduis miraculis.

Locum Spoleti, vbi Frater Simon in vita prædicator inſignis, innumeris miraculis corruſcádo, etiam poſt mortem clamat conuerti ad dominum. Id ipſum peragit ſanctus Frater Theodaldus in dicto loco tumulatus,

Locum de Treuio.

Locum Iani.

Locum de Piſtia, vbi clamat ſuis aſsiduis miraculis, & prędicat ſanctus Frater Ioannes de Vallibus.

Locum montis Falconis.
Locum Meuanij: in quo Frater Nicolaus de Pater noſter ſuis ſignis prædicationem agit ad populum.
Locum de Mõte luco prope Spoletum: in quo fratres ſunt vita auſtera cętum mundi ad bonum prouocantes.

Cuſtodia Montanorum habet.

LOcum de Nurſia: in quo frater Antonius prædicat ſuis ſignis.
Locum Caſsiæ: in quo Frater Pax clamat ad populum ſuis virtutibus, & miraculis.
Locum de Iuſſo.
Locum montis ſancti Martini.
Locum Cerreti.
Locum Vallis.
Locum Hoſpitalis.
Locum Occoſij.
Locum ſanctæ Marię Magdalenę.

Cuſtodia regni habet.

LOcum montis Regalis.
Locum Leoniſſæ.
Locum Lapoſtæ.
Locum montis Leonis.
Locum Arquati: in quo Frater Paulus ſuis ſignis prædicationem facit continuè.
Locum Matricis.
Locum de Monticellis.
Locum Accumuli.
Locum ciuitatis Regalis, & iſta ſunt loca, quæ ſunt in prouincia ſancti Franciſci; in quibus fratres, vita, & verbo notabiles fuerunt, & ſunt: qui pręedicationibus, & exemplis ad dominum multos conuerterunt.

De prouincia Marchiæ.

PRouincia Marchię habet ſeptẽ cuſtodias. Cuſtodia Eſculana habet.
Locum de Eſculo: in quo fuerunt egregij prędicatores: videlicet ſanctus Frater Corradus; de quo feſtum agitur ibidem. Frater Hieronymus in theologia magiſter, & Papa Romanus: vocatus Nicolaus quartus. Frater Iacobus de Eſculo in theologia magiſter, & plures alij ſufficientia, & vita famoſi.
Locum de Pignano: de quo extitit oriundus magiſter Franciſcus Rubeus de Marchia ſuo tempore prædicatione, & alijs valde clarus.
Locum de vena Rupta.
Locum ſanctæ Victoriæ.
Locum Pulegij.
Locum montis Alti.
Locum Caſtilionis.
Locum Ripe Tranſonis: de quo fuit magiſter Ioannes: qui tempore ſuo nullum habuit verbo, & ingenio potiorem, vt eius ſcripta teſtantur.
Locum montis Falconis.
Locum de Offida: de quo extitit oriundus ſanctus frater Corradus de Offida: inſignis prædicator, & ſanctus.

Locum de monte Florum: qui illum virum habuit excellentem ſcilicet fratrem Gentile; magiſtrum in theologia, & Eccleſiæ Romanę Cardinalem.
Locum de Apia vida.
Locum de Furce.
Locum de Corſignano.

Cuſtodia Camerini habet.

LOcum de Camerino: cuius eſt prędicator aſsiduus frater Ioannes de Parma; theologię magiſter, & ordinis minorum generalis miniſter: ſuis claris, & innumeris miraculis.
Locum de Tolentino.
Locum de ſancto Seuerino: in quo iacet frater Bentiuola prædicans continuè ſuis claris operibus, & ſignis.
Locum de Monte ſancto.
Locum ciuitatis Nouæ: de hoc ſiquidem loco fuit quidam ſanctus frater Iacobus valdę ſpiritualis, & deuotus: qui in oratione multotiens rapiebatur; & multas conſolationes in oratione percipiendo, rogauit guardianum; vt eum ab officio coquinæ, quod faciebat, & alijs officijs abſolueret, vt liberius orationi vacare poſſet: cui Guardianus annuendo dixit. Ego omnia faciam, vt orationi vacare poſsis ſi placet; vnde ipſe Frater Iacobus abſolutus à coquina, & alijs officijs: ſtatim omnem perdidit gratiam, quam prius in oratione habebat: quod cernens cum maximis lachrimis rogauit, vt eum reponeret, vt prius in coquina, & ſtatim, vt fuit in officio repoſitus humilitatis, gratiam quam amiſerat recuperauit.
Hic poſt multa patrata miracula requieuit in domino: ſepultus in Eccleſia ſeculari: vbi aſſiduis prædicat miraculis.
Locum de Macerata.
Locum montis Luponis.
Locum de Trabe bonantis: in hoc loco, vt daret potum ædificantibus ipſum locum, beatus Franciſcus oratione fontem aquæ conuertit in optimum vinum: in hoc loco dum ſtaret frater Bentiuola: de quo dictum eſt ſupra, & ſolus cuſtodiret quendam leproſum, à loco obedientia coactus recedere, & nolens ipſum leproſum relinquere, inuoluto eo in pannis, & in humeris poſito, in paruo tempore ſcilicet ab aurora vſque ad ortum ſolis, per quindecim miliaria de loco Trabæ, vſque ad montẽ ſancti Vicini portauit: ꝙ ſi aquila fuiſſet ſic in breui non potuiſſet volare. Multi ſancti fratres in hoc loco degerunt informantes populum prædicatione, tam morum, quã doctrinę.
Locum de Serra.
Locum de Murro: de quo fuit frater Ioannes de Murro in theologia magiſter ordinis minorum generalis miniſter, Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſię Epiſcopus Portueñ. protector

ctor ordinis minorum, & ordinis ſanctæ Claræ: qui beatum Ludouicum filium regis Caroli primogenitum, ad ordinem, & profeſsionẽ recepit: in hoc loco de Murro clamat tuba miraculorum, & populum informat frater Maſſeus: qui cum eſſet plebanus, & fratrem Bentiuolam in aere ſubleuatum vidiſſet, dimiſſo mundo, factus eſt frater minor perfectiſsimus.
Locum Plorati.
Locum montis milonis.

Cuſtodia Anconitana habet.

Locum de Ancona nouum: ſed in antiquo loco ſanctus Frater ſeruus Dei de Barbino, vidit fratrem Petrum de Monticulo per ſex cubitos in aere leuatum, vſque ad pedes crucifixi.
Locum Forani.
Locum de Auximo: in quo ſuis miraculis prædicat frater Chatalanus zelator altiſsimę paupertatis.
Locum de Rachaneto; quem ſua vita, & miraculis illuſtrauit Beneuenutus, homo ſanctiſsimus, & laicus: qui cum deuotione præcipua ferueret, ad audiendum miſſam; quia multotiens ſibi videbat, ꝙ in ſuis brachijs Chriſtum teneret, propter exceſsiuam, & ſingularem, quam habebat ad corpus Chriſti deuotionẽ, euenit ſemel, ꝙ coquinam ad ignem dimittẽs, venit ad Eccleſiam, vt corpus domini videret; & vt, eo viſo ad coquinam ſtatim rediret. Sed dum in Eccleſia eſſet, tantum fuit à deuotione, & conſolatione illo mane attractus; ꝙ ſtetit vſque horam tertiarum continuè, non rediens aliquando ad coquinam. Sed hora tertiarum audita de coquina recordatus, in corde ſuo valde triſtis effectus, ne videlicet coquina eſſet tota deſtructa, & pergens ad coquinam, vt poſſet aliquid de oleribus recuperare, dum ipſam intrat inuenit ibidem iuuenem pulcherrimum capicem tenentem in manu; qui dixit illi, ne timeas accipere capicem, & de iſta coquina da ſecure fratribus, quia Dominus de ipſa habuit curã, & illico diſparuit. Frater autem ipſe Beneuentus dedit de iſta coquina fratribus, & dicebat. Fratres mei comedite valenter, quia eſt de coquina domini: hac coquina nulla fuit aliquando melior comeſta, & frater Ioannes de Aluerna fuit vnus de manducantibus; & alij omnes; qui comederunt erant in ſanctitate pręcipui.
Locum de Cingulo, de quo fuit ille prædicator inſignis frater Angelus ſanctitate, & paupertate præclarus; qui diuinitus linguã græcam accepit, & grammaticam græcam, & Ioãnem Climacum de gręco tranſtulit in latinũ, dialogum beati Macharij pulcherrimum, & quendam librum deuotiſsimum beati Ioannis Chriſoſtomi: qui qualis fuerit eorũdẽ librorum ſtilus profundus euidenter declarat: hic in prædicatione, & alijs magiſter fuit fratris Simonis de Caſsia ordinis Eremitarum prædicatoris famoſi, prout in quadam Epiſtola lugubri de morte dicti fratris Angeli aſſerit ipſe frater Simon.
Locum ſecundum in Forano.
Locum de Monticulo; de quo fuit frater Petrus fama ſanctitatis: & prædicatione excellens: de quo conformitate. 8. plura ſunt dicta.
Locum de Tornoſano.
Locum Caſtri Milij.
Locum de Camorano.
Locum Caſtrificardi.
Locum Siroli: in quo quieſcit dictus frater Petrus de Monticulo.

Cuſtodia Eſina habet.

Locum de Eſio; de quo fuit frater Creſcentius in vtroque iure peritus, q ui ſummam in iure fecit, & generalis miniſter ordinis minorum fuit, cuius mandato fratres Leo, Ruffinus, & Angelus, beati Fran. ſocij legendam beati Fran. compoſuerunt pulchram, & ſermone luculentam. Qui frater Creſcentius filium; quem habebat in ordine cum quadã indebitæ egiſſet, grauiter puniuit.
Locum de Pita.
Locum de Matellica.
Locum de Serra ſancti Quirici.
Locum de Rocha.
Locum de Sera comitum.
Locum de Saxoferato.
Locum de Scabulo.
Locum montis Noui.
Locum de Senegallia.
Locum de Fabriano: in quo iacet prædicator deuotus frater Frãciſcus miraculis glorioſus.
Locum de monte Albedinis.

Cuſtodia Firmana habet.

Locum de Firmo.
Locum de Lauro.
Locum ſancti Geneſij.
Locum Molliani: in quo iacet frater Iacobus de Fallerono: pater ſpiritualis fratris Ioannis de Aluerna prædicator, vita, & doctrina ſingularis.
Locum de Ceſſa colimbo.
Locum de monte Cubano.
Locum de Fallerono: de quo fuit frater Peregrinus Bononiæ à beato Franciſco dum eſſet ſtudens ad ordinem receptus, perfectionis magnæ, & ſanctitatis.
Locum Bruſortij. Ad hunc locum fuerunt reliquiæ tranſlatæ multorum ſanctorum fratrũ: qui in loco ſteterant Suffiani, vt dictum eſt ſupra conformitate 8.
Locum de monte Vlmi: de quo fuit ſanctus frater Petrus vita, & miraculis præclarus prædicator, vt dictum eſt conformitate. 8.
Locum montis Granarij.
Locum montis Actonis.
Locum ſancti Elpidij.

Locum

Locum montis ſanctę Mariæ.
Locum montis ſancti Petri.
Locum de Maſſa: de quo fuit frater Iacobus qui hyſtoriam acceptionis loci montis Aluernæ habuit à fratre Leone, & de miris factis in dicto monte,& de ſtigmatibus ſacris,vt dicetur infra conformitate.31.
Locum de Amandula.
Locum ſancti Angeli.
Locum de Penna ſancti Ioannis: in quo iacet frater Ioãnes de Penna, mirabilis prędicator ſua vita perfecta, vt dictum eſt cõformitate.8.

Cuſtodia Fanenſis habet.

LOcum de Fano.
Locum montis Auium.
Locum Foriſempronij.
Locum Piſauri.
Locum ſanctæ Victoriæ.
Locum de Pergula.
Locum de Cornalto.
Locum de Saltaria.
Locum de Scotoneto: in quo prædicat aſsiduis nunc miraculis quidam frater laicus, ibi tumulatus nomine Frater Sanctus.
Locum montis Formiſini.

Cuſtodia Feletrana habet.

LOcum de Vrbino.
Locum Saxicorbarij.
Locum de Frigiola.
Locum montis Florentini.
Locum Pennæ ſancti Marini, vbi fratres Dominicus,& Petrus de monte Vlmi, & Gratianus ſuis ſignis prædicatores egregij ad populum habentur.
Locum Leonani.
Locum Duranti.
Locum Mercatelli.
Locum ſancti Angeli in vado.
Locum ſancti Leonis.
Locum Caluij: prefata loca ſunt in prouincia Marchiæ: in quibus fuerunt fratres ſpirituales quamplurimi, necnon & de dicta prouincia fratres alij.ſ. Martinus Rizerius. Mapthæus de monte Rubiano. Pacificus. Paulus. Lucidus antiquior. Ioannes dictus de Aluerna: qui omnes lingua, & ſanctitate mirabiles fuerunt in vita,& poſt mortem: ad bonũ peragendum fideles inducentes: hęc enim prouincia Marchiæ ſanctis fratribus multum fuit adornata: de qua egregij prædicatores fuerunt,vt dictum eſt.

Prouincia Romana.

PRouincia Romana habet ſeptẽ cuſtodias.
Cuſtodia Romana habet.
Locum ſanctæ Mariæ de Ara cœli,& fuit palatium,& camera Octauiani Imperatoris: prout habetur in legenda natiuitatis domini: in quo loco prædicat frater Iuniperus ioculator Chriſti ſuis innumeris virtutibus; quibus fuit adornatus,& pręcipuè paupertatis,& patientiæ: cuius prædicationem,dum ſpiritum emitteret ſancta Clara voluit audire, frater Sabatinus vnus de duodecim primis beati Franciſci ſocijs, cum fratre ſancto Electo populum aduocant ſuis claris virtutum inſignijs. Multi in dicto loco fratres fuerunt notabiles de domo Columnenſium: Vrſinorum ſancti Euſtachij, & aliorum principum Romanorum pro tempore ſuo verbo,& opere ad Chriſti imitationem populum inuitantes.
Locum ſancti Franciſci tranſtiberim.
Locum de Sutrio.
Locum Campagnani.
Locum ciuitatis Caſtellanæ.
Locum montis Compatrum: in quo ſancti fratres plures fuerunt, & præcipuè frater Angelus de monte Leone: & frater Raynaldus de partibus Reatinis cum multis alijs in dicto loco quieſcunt, miris pluribus in vita, & poſt, plebem Chriſti edocentes.

Cuſtodia Viterbienſis habet.

LOcum de Viterbio: in quo eſt ſepultus ob deuotionem ordinis Papa Adrianus de Friſco: de iſto loco fuit frater Marcus magiſter in theologia generalis miniſter ordinis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbiter Cardinalis. Iacet ibidem nobilis prædicator frater Soldanerius: qui ſolem dedit mundo vita, & doctrina.
Locum de Tuſcanella: in quo beatus Franciſcus filium cuiuſdam nobilis à natiuitate contractum ſanauit: in hoc loco prædicauit frater Gulielmus de Cordella miraculis factis in vita,& poſt mortem.
Locum de Cornero: vbi beatus Fran. poſt ſuã mortem puerum à valuis Eccleſiæ oppreſſum, & conquaſſatum reſuſcitauit.
Locum Montis alti.
Locum de monte Flaſcone.
Locum ciuitatis Ortenſis: vbi beatus Franciſcus puerum conglomeratum ſigno crucis extendit, & reformauit.

Cuſtodia Vrbeuetana habet.

LOcum de Vrbeueteri: in quo inter alios prædicatores excellentes ibidem prædicat frater Ambroſius: qui plures mortuos ſuſcitauit,& frater Moriens vnus de duodecim B.Fran. ſocijs ſanctis exemplis,& miris.
Locum de Balneo regio, de quo fuit ille magiſtrorum pręcipuus, & prædicatorum frater Bonauentura decem, & octo annis generalis miniſter ordinis minorum,& ſanctæ Romanę Eccleſiæ primus de ordine noſtro Cardinalis Epiſcopus Albanenſis.
Locum de Bolſena.
Locum de Aqua pendente.
Locum de Proceno: in quo frater Thobias ſpiritu prophetico radiatus multotiens prædicauit.
Locum Pitiliani.

Cuſtodia Reatina habet.

LOcum de Reate: de quo fuit frater Angelus primus miles; qui ordinem intrauit,& multa de B. Fr. nouit: iacens Aſiſij in Eccleſia B. F. tumulatus.
Locum fontis Polumbę: in quo B.F. ieiunando quadraginta diebus regulam noſtram; quā nunc ordo vtitur confecit; prout à Chriſto audiuit,& ſic eſſe Chriſtus ter de cœlo coram miniſtris inclamando aſſeruit: in hoc loco antiquitus fuerunt multi ſancti fratres ſingulares Deo deuoti,& mundo prædicatores exēplo ſanctitatis.
Locum ciuitatis Ducalis.
Locum Longoni.
Locum Vallis.
Locum Arcis Sinibaldi.
Locum de Gręcio: in quo beatus F. fecit miraculum de grandine deſtruente annuarie blada,& vineas,& à lupis incolas liberauit: in hoc loco beatus Franciſcus faciens repræſentationem dominicæ natiuitatis: à domino Ioanne milite de Gręcio,viſus eſt Ieſum tenere puerum in vlnis, & plura alia miranda hic egit: in hoc loco ſtetit magno tempore ſanctus F. Ioannes de Parma: qui fuit ordinis generalis, & Camerini miraculis corruſcat. Ac multi ſancti fratres fuerunt prædicando verbo, & pœnitentia mundo.
Locum podij Buſconij.
Locum Taranij.
Locum Maliani.
Locum montis Leonis.
Locum ſancti Alexandri.
Locum ſancti Iacobi.

Cuſtodia Tiburtina habet.

LOcum de Tibure.
Locum Ruuiani.
Locum de Cœllis.
Locum Sufflagij.
Locum Vicouatij.
Locum Ciuitellæ.

Cuſtodia Maritimę habet.

LOcum de Terracina.
Locum Piperni: vbi egit Deus miraculum; ꝙ dum more ſolito fratres irent pro pane, & quædam mulier auaritia ducta eis dare noluiſſet, filio exiſtenti in agro, ferens panem,dum ſcinditur totus ſanguinolentus inuenitur: quo miraculo perculſa mulier cum filio, proponens ſemper panē fratribus dare,panis cruoris veſtigiū ſtatim amiſit.
Locum ſecciæ.
Locum Nimphæ.
Locum Albani.
Locum Netruni.
Locum Velletri.

Cuſtodia Cāpaniæ habet.

LOcum Anagniæ: in quo iacet frater Haymo in theologia magiſter,& ordinis minorum generalis miniſter: qui breuiariū correxit,& plures rubricas poſuit,ac antiphonas ad laudandum beatam Virginem poſt completorium inſtituit,& ordinauit; Multique alij fratres ſunt ibidem ſepulti notabiles, & ſingulares. De hoc loco fuit sāctus frater Andreas; qui Pillij iacet,nepos Papæ Alexandri quarti; qui fuit ſanctæ Eccleſiæ Cardinalis.
Locum Vallis montonis.
Locum Alatri.
Locum de Ferentino.
Locum de Pillo: vbi iacet præfatus.Frater Andreas qui Cardinalatui renunciauit, & nunc tuba miraculorum ad contemptum mūdi omnes conuocat,& inducit.
Locum Segaroli, & locum Somnini. Romāna prouincia notabiles habuit fratres: qui in ꝓuincijs ordinis gubernacula exercentes, verbo pariter,& exemplo cunctis ſe prędicatores egregios oſtenderunt: hanc prouinciam B. Fran. frequentando ſpecialiter Reatinas partes, & Romanas, mira faciendo, & docendo venerabilem reddidit,& inſignem.

De Prouincia Tuſciæ.

PRouincia Tuſciæ habet cuſtodias ſeptē.

Cuſtodia Piſana habet.

Locum de Piſis: qui habuit fratres prædicatione, & vita præclaros,videlicet fratrem Albertum ordinis minorum generalem miniſtrum: qui miniſter Angliæ erat, dum ad generalatus officium fuit aſſumptus. Fratrem Agnellum primum cuſtodem Pariſienſem, & primum in Anglia miniſtrum: per cuius prędicationem,& vitam, ac miracula poſt mortem: Angliæ prouincia fundata eſt, & dilatata,& conuentus originatus Pariſienſis. Multos habuit alios fratres excellentes in theologia magiſtros,& in alijs virtutibus decoratos.
Locum de Vico Piſano: in quo beatus Fran. fuit, & prædicauit.
Locum ſancti Martini.
Locum Sarazanæ.
Locum Poutremuli.

Cuſtodia Lucana habet.

LOcum de Luca: qui habuit vnum fratrē inter alios magnum prædicatorem,videlicet fratrem Antonium; qui multa quadrageſimalia fecit, quibus claret ſua ſubtilitas in genij, & ſcientia, & miniſter fuit primo prouinciæ Marchiæ; & demū prouincię Thuſciæ.
Locum de Piſcia.
Locum de Ficeclo.
Locum ſancti Miniatis: qui multos habuit fratres bonos, & ſpecialiter magiſtrū Antoniū: qui Pariſijs, & in Thuſcia fuit notabilis homo, & prædicator.
Locum Piſtorij: in quo iacet magiſter Petrus de Cauſano generalis miniſter ordinis.

Cuſtodia Florentina habet.

LOcum de Florentia.
Locum de Carmignano; in quo multi

fuerũt fratres ſingulares, habuit enim fratrem Ioannem parentis, qui fuit primus miniſter generalis poſt mortem beati Fran. iſtius ordinis, & ſi dicatur de prouincia Romana, fuit tamen de Florentia natione. Hunc locum primo fundauit beatus Bernardus de Quinta valle, qui fuit primus à beato F. Florentiam miſſus, in hoc loco fratres Humilis de Pernſio magnæ perfectionis in Florentia reputatus; & ſua vita prædicator notabilis; Acurſus; & Benedictus iacent virtutibus illuſtres hic locus ſemper aliquem habuit fratrem notabilẽ præ alijs vita, & exemplo. In hoc loco prædicando ſcilicet in platea Frater Ioannes de Aluerna, pluuia deſcẽdente ſuper alios ipſum, & pulpitum intactum dimiſit. Ad informandum huius ciuitatis populum, annuatim prædicator eligitur potior inter fratres, qui non modicum fructũ facit animarum.

Locum de Prato; de quo oriundus fuit frater Frater Arlottus magiſter in theologia, & ordinis generalis miniſter, qui concordantiarum librum pro magna parte fecit. habuit, & alios fratres in miniſteriatus officijs in prouincijs ordinis exemplo, & regimine venuſtatos.

Locum Caſtri Florentini, qui habet apud ſe ſepultum fratrem Donatum de Feraria ſpiritu prophetico radiatum. Habet & alium fratrẽ Iacobum de Triſanto, qui 32. quadrageſimalia, & multos alios ſermones tam dominicales, quam feſtiuos ad prædicandum peregit.

Locum Burgi ſancti Laurentij, in quo fuit beatus Fran. & vbi ſedit in deuotione bancha tenetur.

S. Bon. vbi pileum receperit.

Locum de Nemore, in quo fuerunt plures fratres regulæ obſeruantia decorati, in hoc loco etiam fuit beatus Fran. & Frater Bonauentura Cardinalis noſter primus ibidem capellum recepit.

Locum de Fichino; & Locum de Barberino.

Cuſtodia Senenſis habet.

LOcum de Senis, qui ab antiquo loco per iactum diſtat Baliſtæ, in quo loco antiquo, beatus Fran. redeundo de Roma de ſero, figendo baculum in terram in arborem excreuiſſe pulcherrimam inuenit de mane, in eodem loco beatus Fran. fecit aliud miraculum de ferro ignito per tempora ſibi à medico immiſſo propter infirmitatem oculorum; & tamen ab ipſo igne non eſt læſus, in dicto loco viſitatus à Magiſtro in theologia, & interrogatus de quodam dubio, & conſcientiæ ſcrupulo, beatus Fran. vtrunque declarando dictum magiſtrum informauit, in loco vbi nunc fratres ſtant fuerunt multi venerabiles fratres ſcientia, regimine, exemplo vitę, & doctrina in ordine ſingulares, & prædicatores nominati; & inter alios fuit Frater Bindus, qui multos ſermones pręedicabiles compoſuit, & ordinauit, in hoc ſiquidem loco, dum duo iuuenes eſſent in horto videlicet Frater Minus Altimani, qui fuit poſtea miniſter Tuſciæ, & Frater Guido de Soluengo, & loquerentur de Deo, D. Ieſus in ſpecie pueri apparuit inter eos, prout clare vidit ſanctus Frater Pectinarius de tertio ordine, qui tunc per hortum Deum contemplando pergebat.

In hoc loco receptus ad ordinem fuit quidam nouicius, qui vt mulierem quandam haberet diabolo ſe dedit, & chirographum ſuo ſanguine, & manu propria ſcriptum de hoc eidem dedit, qui cum magiſtro ſuo rem narraſſet, cõfortatus ab ipſo, cum pro ipſo pluries celebraſſet, meritis ſaluatoris in ſacramento contenti, & ſui magiſtri, chirographum, quod diabolo dederat de cœlo colapſum in ſignum indulgentiæ recepit, dum miſſam ipſe magiſter celebraret in hoc loco beatus Ludouicus noſter cum eſſet Epiſcopus Tholoſanus; parapſides lauit in ſignum humilitatis.

Locum de ſancto Geminiano, de quo extitit oriundus Frater Ioannes de Caulibus magnus prædicator, & deuotus, qui meditationes ſuper Euangelia fecit pulchras.

Locum de Colle.

Locum de Vulterris.

Locum de Podio bonici, & locum de Aſciano.

Cuſtodia Aretina habet.

LOcum de Aretio, in quo beatus Fran. fecit miraculum de expellendo demones a ciuitate, ipſam pacificando; in hoc loco iacẽt ſanctus Frater Benedictus primus miniſter Antiochiæ, qui Imperatorem Conſtantinopolitanum, & Regem Ieruſalem Ioannem ad ordinẽ recepit, hic ſuis claris miraculis, & vita prædicando, multos illuſtrauit.

Locum ſacri montis Aluernæ, quem dominus Ieſus ſuis ſæpiſſimis apparitionibus factus fratribus, & ſtigmatizatione beati Fran. ſanctiſſimum reddidit, & honore digniſſimum quem ſancti Angeli ſibi in ſingularem montem vendicarunt, volentes, quod iſte mons Angelorũ vocetur, ſicut cuidam Guardiano Florentiæ, qui ad ipſum montem ob deuotionẽ perrexerat, eſt per Angelos indicatũ. Cum enim in capella beati Fran. vellet celebrare, & fuiſſet indutus, & inciperet, Introibo &c. ſubito factus in extaſi, vidit quendam Angelum dicentem ſibi, Frater de quo vis celebrare? Cui Frater reſpondit de cruce. Cui Angelus non celebrabis de cruce. Cui frater, igitur celebrabo de beato Fran. Cui Angelus, nullo modo. Cui frater, igitur celebrabo de domina noſtra. Cui Angelus, non facias. Cui cum frater diceret; de quo ergo celebrabo? Reſpondit de Angelis. Totus enim iſte mons eſt Angelorum, & frater ad ſe reuerſus, ſicut erat admonitus miſſam de Angelis celebrauit. In hoc ſiquidem monte iacẽt ſancti fratres. Ioannes de Aluerna. Gulielmus de Radicoſano. Clemens, & multi alij, & ſi nõ

nominentur virtute præclari, qui huius montis aſsiduitatem prædicant omnibus amplexandam.

Locū de Puppio, in quo iacet Frater Iacobus Balectarius, certificatus à Chriſto de remiſsione plenaria peccatorum, in cuius ſignum ipſius fratris manus intra ſuas ponendo, odor ſuauiſsimus in fratris manibus tam diu remanſit, quam diu poſt magnum temporis ſpacium manus lauit.

Locum de Gangareto vbi beatus Fran. fuit, & fontem in ſilua fecit.

Locum de monte Varchi.

Locum de Lucignano.

Locum de Caſtillione, de quo fuit Frater Manſuetus, qui à ſancto Ludouico Francorum Rege, partem habuit de Corona ſpinarum Chriſti, vt ipſius regis patet littera.

De cruce Chriſti. Locum de Cortonio, in quo eſt crux quam fecit ſancta Helena filio ſuo Conſtantino Imperatori, dum iret ad bellū, ponebatur n. ſuper caput equi; & ipſa mediante, victoriā obtinebat. Crux ipſa multa miracula fecit, & facit, ignem multotiens in ciuitate apprehenſum ſui oſtenſione ſtatim extinguendo. In loco antiquo de Cortona, vbi ſtetit beatus Fran. ſtetit Frater Guido, qui mirandis fulgens ſignis, per populum inde leuatus in ciuitatem deductus ſepultus eſt in Eccleſia Cathedrali.

Cuſtodia Cluſina habet.

Locum de Cluſio.

Locum de Caſtro plebis.

Locum de Scetona, vbi Frater Egidius habuit à Deo mirabiles conſolationes, vt dictum eſt conformitate 8. in hoc loco iacet ſanctus Frater Guido, qui ſpiritu prophetico, & ſanctitate fuit plenus. Alius quoque Frater noſter qui canonicus fuerat ſanctæ muſtiolæ de Cluſio, vitæ ſanctiſsimæ in die purificationis à virgine viſitatus; Ieſum habuit in ſuis vlnis ad inſtar ſancti ſenis Simeonis, plures alij ſancti fratres in hoc loco deuotiſsimo fuerunt.

Locum de Sattiano, cui ad duo miliaria eſt eremitorium propinquum, in quo B. Fran. ſtetit, atq; carnis tentatione inquietatus, faciendo vxorem filios, & filias de niue; atq; ſe proijciens in foueam glatie, & niue plenam, ipſam cum diabolo ſuperauit.

Locum de Radicofano.

Locum de Plano, de quo fuit Frater Andreas de Plano homo vitæ perfectæ, & magiſter multorum fratrum. Ad quem Chriſtus in dicto loco dum ſtaret, & iuxta ſiluam in ſpecie ſeraph de cœlo deſcendendo venit.

Nota. Locum de ſancto proceſſo.

Locum de Columbaria, in quo iacet Frater Guido de Soluena, qui cum eſſet Senis nouicius, & loqueretur de Deo cum alio fratre nomine Mino, Chriſtus in ſpecie pueri pulcherrimi apparuit in medio eorum, & vſque ad primum ſignum pro veſperis cum ipſis ſtetit. Die quadam dum Frater Frāciſcus ad eius cellam more ſolito perrexiſſet inuenit eum acerrime plorantem, & cum cauſam quæreret, inquit Frater Guido. Appropinqua ad me, & dicam tibi. Cunque ille feciſſet, Frater Guido, cæpit eum baculo, quem gerebat in manibus percutere. Cunque ille de hoc miraretur, & diceret. Cur ſic faceret. Reſpondit. Ego te percutio, vt quæ tibi dicam impreſsius habeas in memoria. Cauſa noſtri ploratus eſt iſta, dominus mihi reuelauit, quòd hinc ad paucos annos inſurget quædam ſecta in ordine, & ſub prætextu obſeruantiæ regulæ diuidetur ab alijs fratribus, qui multa impie agent, & erunt Deo per omnia odioſi, quare fili cum hęc videris non iungas te eis; ſed fuge eos ſicut Dei hoſtes, & ſuæ regulæ tranſgreſſores. Hunc migraſſe dictus Frater Frāciſcus inuenit dum rediſſet ad locum de via; quam perfecerat obedientiæ Sanctæ mandato. Multi alij ſancti fratres in hoc loco fuere, circunquaque habitantes ſuæ vitæ prædicatione ad Deum conuertentes.

Locum montis Ilcini, vbi ſanctus Frater Philippinus miraculis corruſcando, conuerſionē gentium ad Chriſtum prædicat continue.

Locum de monte Policiano, qui habuit multos fratres ſcientiæ, & virtutis.

Cuſtodia maritimæ habet.

Locū de Maſſa, in quo eſt ſepultus Frater Bernardinus ſignis glorioſus. hic locus habuit plures prædicatores ſolennes.

Locum de Plumbino.

Locum de Groſſeto.

Locum de Caſtellione.

Locum de Suuereto.

Locum de Monteno. dicta loca habuerunt probos fratres litteratos, & prædicatores præcipuos. Iam dicta ſunt loca prouinciæ Thuſciæ, in quibus fuerunt notabiles fratres verbo, & vita apud ſeculares famoſos, quorum nomina, & ſi non ſunt multum nominata per fratres, ſufficit quod à Chriſto ſunt inter electos aſcripta, qui & opera plura fecerūt Deo accepta, & mundo, & ſpecialiter ad prædicandum.

Prouincia Bononiæ.

Prouincia Bononiæ habet quinque cuſtodias.

Cuſtodia Bononiæ habet.

Locum Bononiæ, in quo iacent ſanctitate præclari, ſcilicet Nicolaus; qui in vita ſua mortuū ſuſcitauit, ac nouos oculos habenti erutos tribuit. Bonicius; qui cum b. F. fuit quando regulam noſtrā; qua vtimur perfecit. Guido de Spatis prædicator deuotus. Matthæus de Fauentia; & Gulielmus de Cortimilio, quorum meritis, & prædicatione tota renouata fuit Bononia.

In dicto loco Bononiæ fuit illud de Crucifixo, videlicet. Nam cum quidam frater tempore

capituli generalis ibidem celebrati fuiſſet generali miniſtro incuſatus, Frater incuſatus ad Crucifixum, qui erat in eccleſia acceſsit, conquerens quo ipſe cum eſſet iuſtus per mitteret ipſum ſic iniuſte infamari, & accuſari. Et Crucifixus tunc per verſus eidem reſpōdit dicens.

Verba crucifixi ad quendam fratrem.

Et ego quid demerui.
Pendens inter latrones.
Oraui nec obtinui.
Meas petitiones.
Calicem mortis ſorbui.
Patri placere ſtudui.
Per carnis paſsiones.
Ergo non murmur exeat.
Si non fit quod oraſti.
Nec oraſſe pęniteat, quamuis non impetraſti.
Dum fraudat deſiderium.
Ad maius beneficium.
Datorem obligaſti.
Ad me ſi leuas oculum.
Vides argento vendi.
Tradi quoque per oſculum.
Et dure comprehendi.
Ac alligari funibus.
Confici verberibus.
Veluti iam deſperatus.
Præſentor pontificibus.
Quaſi latro ligatus.
Si quos amaui fortius.
Ab his inquam citius.
Sum ſpretus, & negatus.
Ibi clamor deriſio.
Seueritas minarum.
Et capitis velatio.
Et ictus maxillarum.
Omnes impune feriunt.
Et quicquid mihi faciunt.
Videtur eſſe parum.
Saturatus opprobrijs.
Ducor ad pilatum.
Renouatus iniurijs.
Ruunt in accuſatum.
Hunc homicidam liberant.
Et me cruenter verberant.
Ad mortem iudicatum.
Ibi nil valet veritas.
Siue ius allegando.
Sed emula clamoſitas.
Præualet inſultando.
Nec præſes dat pręſidia.
Nec curam gerit curia.
De iuſto liberando.
Quaſi vile mancipium.
Dant in Herodis manus.
Mox producor in medium.
Deludor vt inſanus.
Tandem remiſſus Pontio.
Diro mortis ſupplicio.
Condemnor, vt prophanus.
Extra muros eijcior.
Et ipſe crucem fero.
Matre vidente ſpolior.
Veſtimentis quæ gero.
Tandem clauis confodior.
Et in cruce morior.
De vita non deſpero.
Tu ergo vermis non turberis.
Si ſtatim non conſequeris.
Quidquid à patre quæris.

Frater vero his auditis ſtupefactus ex loquutione; & roboratus ex verbis Chriſti, quicquid ſibi fuiſſet impoſitum libenter excepiſſet, ſed (domino faciēte) eius innocentia eſt reperta. Frater iſte dicitur Magiſter Ioannes Peccian Anglicus, qui fuit Anglię miniſter, & demum Archiepiſcopus Cantuarienſis. Fratres vero præfati ſcilicet Matthæus de Fauentia, & Guido de Spatis egregij prædicatores fuerunt, & Frater Guido ſemper de paſsione Domini pręd icando, clauum quendam ob memoriam paſſionis ſemper in manu ferebat, dum prædicaret, & magnum fructum faciebant animarum.

Locum ſancti Franciſci cum monaſterio.
Locum domini pacis.
Locum ſancti Pauli in monte.
Locum Vragnanæ.
Locum Planorij.
Locum ſancti Ioannis, de quo oriundus fuit Frater Bonagratia, qui fuit ordinis minorum generalis miniſter.
Locum Confortini.
Locum Greſpolani.
Locum Argelatæ.
Locum Ricardinæ.
Locum Calderariæ.
Locum ſanctæ Mariæ in Monte.

Cuſtodia Ferrariæ habet.

Locum de Feraria, in quo euenit, quod cum quidam iuuenis eſſet in dicto loco, & locum optaret ſolitudinis, vt liberius Deo vacaret, diabolus hoc agnoſcens; & ſe in formam angeli transfigurans, eidem apparuit dicens, quod bonū erat, quod optabat, attamen, quia licentiam ſibi fratres non darent, ſuaſit ſibi. ꝙ poſt completorium in horto remaneret; & fouea horti trāſita ipſum duceret, quo optabat, & ſic ſine licentia prælatorum Frater diſponens à loco recedere; cum clauderetur hortus de ſero; ibidem abſconſe remanſit, & dum ſic eſpectaret diabolus luce obſcura vltra foueam apparens, extra loci terminum fratrem vocauit, & ei dixit, vt foueam tranſiret ſaltando, ſed frater timens facere propter latitudinem, & profunditatem foueæ, dixit ei. Transfer me ad aliam partem, cui diabolus. Ego vltra foueam tranſire non valeo, quia eſt terminus loci. Et cum Frater de cauſa peteret. Reſpondit diabolus, quia à dicta oratione completorij. Viſita quis domine habitationem iſtā &c. quā fratres cum magna dicunt, & audiunt deuo-

tione, nullus dæmon vſque ad horam diei primam infra terminum loci intrare valet, cui Frater. Ergo diabolus es tu? Reſpondit, ſum, qui ſi terminum loci præteriiſſes, quia ſine obedientia recedebas, & apoſtatare intendebas, te illico in hac fouea ſubmerſiſſem, ſed non valeo cauſa prædicta, & ſtatim diſparuit, ac frater ipſe vocatis fratribus cuncta, quæ contigerant enarrauit eiſdem, & in ordine deinceps permanſit prouidus, & deuotus.

In hoc loco antiquitus dum diuinum perſoluebatur officium, ſancti Angeli uiſi ſunt, & audiri cum fratribus laudes matutinales domino decantantes.

In Feraria extra muros eſt alius locus deuotorum fratrum.

Locum de Mutina, in quo iacet Frater Gerardus corruſcans miraculis, & magnus prædicator, de cuius prædicatione habes conformitate octaua, & dicetur conformitate 38. De hoc loco fuit Frater Thomas de Ferignano, in theologia magiſter prædicator maximus; qui fuit generalis miniſter ordinis minorum, deinde patriarcha gradenſis, poſtmodum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus.

Locum de Fanano.

Locum de Carpo.

Locum Mirandulæ.

Locum de Regio, de quo fuit Frater, qui fecit librum, qui dicitur Mamotrectus.

Locum montis Falconis.

Cuſtodia Parmæ habet.

Locum de Parma, de quo fuit ſanctus Frater Ioannes de Parma, magiſter in theologia, & ordinis minorum generalis miniſter, & iacet Camerini corruſcans aſsidue miraculis. De hoc loco fuit alius Frater; qui ſtetit in monte Compatrum prouinciæ Romanæ, cuius ſanctitatem oſtendit ramus oliuæ benedictus; quẽ habuerat in die palmarum, quem de ſero terræ infigendo, de mane reperit in arborem pulcherrimam excreuiſſe. Habuit & iſte locus, & alios magiſtros, & fratres prædicatores egregios, & probitate vitæ præclaros. Habuit iſtis temporibus quendam fratrem, licet parum vixerit in ordine, filium cuiuſdam marchionis Malaſpinæ, cuius caſtrum, cum inimici cepiſſent, patrem, & fratres ſuos interfecerunt, ipſum vero, quia puer erat forte quinque annorum, per feneſtram arcis coram ſua matre proiecerunt; ſine dubio propter altitudinem maximam loci vita cariturum. Sed dum ſic proijceretur mater clamauit Sancte Fran. adiuua filium meum (mirum certe) puer deſcendit per ſpatium vnius magni miliarij, & in nullo fuit læſus, ſed cum inimici à caſtro fuiſſent expulſi, puer ante portas Caſtri fuit portatus, & ibi dimiſſus, & cum eiularet, mater vocem filij audiens fecit aperiri Caſtri portam, & filium ſine

Nota.

læſione aliqua reperit. puer autem dicebat, quidam frater eum tenuerat, quod mater intelligens ipſum fuiſſe beatum Fran. quem pro filio adiutorio inuocauerat, ſtatim dixit: quia beatus Franciſcus te liberauit, beati Fran. modo filius eris: & veniens Parmam fecit eum indui, ſed tempore pctius ſecundæ deceſsit.

Locum de Cremona; in quo fuerunt duo fratres ambo ſufficientes, & in theologia magiſtri.

Locum Burgi ſancti Donini, in quo beatus F. fecit miraculum de panibus Nam cum de nocte illuc perueniſſet cum pluribus fratribus, & fameſcerent, nec caſtrum (quia clauſum erat) intrare pro pane acquirendo poterant; nec in loco eſſet panis, oratione facta, miſit ad locũ vbi panis reponi conſueuerat dicens, Porta caniſtrum plenum panibus; quod ibi inuenies, quo cum perexiſſet Frater cui dixerat, inuenit ſicut beatus Fran. prædixerat, & ipſe beatus F. cum ſocijs ex ipſo fuit plenarie refocillatus, & recreatus.

Locum de Placentia: in quo multi fratres fuerunt inſigniti titulo magiſterij, & multos fratres probos habuit, & bonos prædicatores, in quo ſepultus fuit Frater Franciſcus de Mayronis preclariſsimus theologiæ magiſter.

Locum de Bobio.

Locum Caſalis maioris.

Cuſtodia Rauennæ habet.

Locum Rauennæ, in qua ciuitate, & loco demon per os vnius mulieris nomine Zantæ coactus, multis veritatem pandidit indulgentiæ ſanctæ Mariæ de Portiuncula de Aſsiſio, & multa dixit de gloria beati Fran. ſicut conformitate 14 & 38. Dicetur.

Locum de Imola vbi beatus Fran. primo a b Epiſcopo repulſus, ne prædicaret; deinde idẽ Epiſcopus victus ipſius beati Fran. humilitate; ſibi & alijs fratribus ſuis liberrime prædicandi licentiam impartiuit.

Locum de Fauentia, de quo fuit Frater Matthæus, qui Bononiæ iacens, in vita, & poſt ſignis emicuit.

Locum Ceruiæ.

Locum montis Regis.

Locum Toſsignani.

Locum de Lugo.

Locum de Bagnacauallo, in quo beatus Fran. ab incendio domum cuiuſdam ſororis de tertio ordine nomine Bertæ eripuit, prout conformitate 40. dicetur.

Cuſtodia Foriliuij habet.

Locum de Foroliuio.

Locum Ariminij, in quo beatus Fran. plura fecit miracula, vt dicetur conformitate 40. Beatus Antonius ibidem fecit miraculum, de piſciculis ad ſuam prædicationem audiendã, veritatem corporis Chriſti aſinæ adoratione hæreticis monſtrauit, & plura alia mira ibidẽ peregit,

peregit, iacent ibidem fratres Ioannes Barocij; & Andreas vitæ primo exemplaritate, & nunc ſignis, hominibus prædicantes.
Locum Ceſenæ de quo fuit Frater Michael in theologia magiſter, & ordinis minorum generalis miniſter.
Locum ſancti Archangeli.
Locum Meldulæ.
Locum Longiani.
Locum ſanctæ Agathæ.
Loca duo in Veruculo.
Locum Fractę.
Locum Bertinorij.
Locum Caſtrocarij. In hac ſi quidem prouincia Bononię rigiditas magna viguit obſeruantię regularis; ac ſtudia ſcientiarum, & de ipſa prouincia fuerunt fratres plures vita, fama, verbo, & ſcientia ſingulares, à quibus fratres aliarum prouinciarum, de præfatis trahentes exemplum, ſuis perſonis in moribus, & ſcientia natiuas prouincias decorarunt.

Prouinciæ Bon. ſingularis prǣcia ritas.

De prouincia ſancti Antonij.

Prouincia ſancti Antonij habet cuſtodias quattuor.

Cuſtodia Paduana habet.

Locum de Padua, in quo iacent duo fratres ſanctiſsimi, & pręclariſsimi prędicatores, videlicet ſanctus Antonius Catalogo ſanctorum aſcriptus, de quo dictum eſt diffuſe ſupra conformitate octaua; quo nullus ſuo tempore in mundo fuit melior prædicator, & acceptior Deo, & hominibus, cuius lingua in huius ſignũ manet integra, & incorrupta, reliquo corporis in cinerem reſoluto. Prędicationis ipſius extant opera quadrageſimalia dominicalia, & feſtiua, quę ipſe compoſuit. Multoſque hęreticos ſuo verbo ad fidem conuertit, & in tantũ omnium ipſum audientium corda commouit ad compunctionem, quòd ad confeſsiones audiendas ſacerdotes cuiuſcunque eſſent ſtatus non ſufficiebant, ac Deus ipſe, (vt conformitate octaua eſt dictũ) plura mira per ipſum oſtẽdit. Frater Lucas eius ſocius tam in ſanctitate, quàm doctrina, & prędicatione iacet ibidem, qui pręter miracula, dominicale pulcherrimũ ad prędicandum edidit, & ſubtile. In hoc etiã loco ſanctus Ludouicus noſter magnis fulget miraculis. Iacet etiam in hoc loco ſanctus Frater Fidentius, & multos alios fratres probos hic locus habuit.
Locum de Vincentia.
Locum montis Silicis.
Locum Eſtenſem.
Locum Lendenarię.
Locum Rodigij.
Locum plebis Sacci.
Locum Baſciani.
Locum Quartaroli.
Locum Begulentæ.
Locum Montignanæ.
Locum ſancti Petri de Viminaro.
Locum ſanctæ Vrſulæ
Locum Galzignani.

Cuſtodia Venetiarum habet.

Locum de Venetijs, in quo loco reconditi ſunt fratres videlicet Cariſsimus de Clugia aſsidue clarens ſignis, & Gentilis de Marchia; qui ſua prædicatione multos infideles ad dominum conuertit, fuit enim in partibus illis multo tempore; & ibi terminauit dies ſuos. Corpus namque ſuum ductum fuit Venetias per dominum Marcum Cornerium; qui fuit poſtea Dux Venetiarum, in hac ciuitate de ordine noſtro fuerunt poſiti præcipui prædicatores pro conſolatione ciuium dictę ciuitatis, & de ipſa ciuitate fuerunt multi fratres notabiles, ſed inter alios fuit frater Nicolaus Mutio, qui opera beati Gregorij per materias diſtinguẽdo, fecit opus maximum, multum pulchrum, & notabile; ipſumque domino Gregorio 9. præſentauit. Habuit etiam locus ipſe Venetiarum fratrem Ludouicum magiſtrum in theologia, qui fuit generalis ordinis, & poſtmodum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis.
Locum ſancti Nicolai.
Locum ſancti Fran. de Vinea.
Locum ſancti Fran. de Contrata, quem locum fecit quidam ciuis videndo in raptu excellentiam beati Fran. & ſtatum eius in vita beata, in dicto loco multa miracula fecit, & facit beatus Franciſcus.
Locum de Triuiſio.
Locum de Coneglano, in quo conditus eſt frater Marcus ſignis clarus.
Locum de Clugia.
Locum Ciuitatis Belluni.
Locum de Feltro.
Locum Seraualliſ.
Locum Aſilij.

Cuſtodia Foriiulij habet.

Locum de Vtino, in quo iacet Frater Ludouicus Odoricus ſuis virtutibus in patriarchatu Aquilegieñ. canonizatus, qui quaſi totũ orbem perambulauit prædicando, & informando.
Locum Portus gruarij.
Locum ciuitatis Auſtriæ.
Locum de Glemona.
Locum Caſtelli.
Locum Villæ Altæ.
Locum Fulcinicij.
Locum Goritiæ.

Cuſtodia Veronenſis habet.

Locum Veronæ.
Locum Mantuæ, in quo iacet Frater Beneuenutus; qui ſignis extitit glorioſus.
Locum Tridenti.
Locum de Ripa.
Locum Coloniæ.
Iſta prouincia beati Antonij plures habet, & habuit

habuit magiſtros de Padua; de Venetijs, de Mantua,& alijs locis,& alios fratres,qui ſcien tia prædıti prædicatores fuerunt præclari, & opera prædicationum fecerunt.

Prouincia Medionali.

P Rouincia Mediolani habet cuſtodias quinque.

Cuſtodia Mediolani habet.

Vide etiã de hac prouincia Mediolani in fo.

Locum de Medialano: qui olim fuit hortus Philippi: in quo ſancti martires Geruaſius,& Protaſius, Nabot,& Felix, & multi alij martires ſunt ſepulti. Habuit locus Mediolani fratrem Leonem Archiepiſcopum Mediolani ſanctum hominem, & fratrem Petrum de Archagnano inquiſitorem: qui nolens delere hęreticos de libro inquiſitorum: ab ipſis eſt occiſus: ac fratrem Antonium de Roſate; qui à ſaracenis eſt interfectus.

Locum de Laude: in quo fuit Epiſcopus Frater Leo de laude ſanctitate præclarus: qui corripiendo ſuos clericos ab eis eſt fortiſsimo veneno potionatus: ſed in nullo læſus.

Locum de Puteolo.

Locum Galaratæ: & locum Sorani.

Cuſtodia Modoetiæ habet.

L Ocum de Modoetia.
Locum Oppreui.
Locum Vicomercati.
Locum de Canturio.
Locnm Deſij.
Locum Margliani.

Cuſtodia Brixienſis habet.

L Ocum Brixię.
Locum de Pergamo.
Locum de Iſeo.
Locum de Gregnano.
Locum Vallis camonicæ, & locum de Crema.

Cuſtodia Cumana habet.

L Ocum de Cumis.
Locum Variſij.
Locum Lugani, & locum Lucarni.

Cuſtodia Vercelleñ. habet.

L Ocum de Vercellis.
Locum Nouariæ.
Locum Iporegę.
Locum Meelæ.
Locum Auguſtę.

Locum domus oſſulæ. Hæc Mediolaneñ. prouincia plures habuit, & habet notabiles fratres magiſtros, & non magiſtros; qui apud ſuos ciues præcipue in fama fuerũt notabiles.

Prouincia Ianuæ.

P Rouincia Ianuæ habet cuſtodias ſex.

Cuſtodia Ianuæ habet.

Locum de Ianua: in quo iacet frater Bolengerius de Montecuto miraculis in ſignis, & frater Bonifacius de Riparolo dictæ prouinciæ miniſter, vitæ ſanctæ, & ſciẽtiæ profundę. De hoc loco fuit magiſter Henricus de mõte Iardino homo ſufficientiæ magnæ:& prædicator egregius: qui ſuper Ioannem ſcripſit lucu lenter, & quadrageſimalia plura vtiliſsima confecit. Habuit locus Ianuæ magiſtrum Bartholomæum de Coturno bonum prędicatorem: qui fuit Cardinalis ſanctæ Eccleſiæ Romanę. habuit fratrem Antonium de Mari; qui ſummam fecit in theologia: & plures alios habuit fratres vita, & ſcientia decoratos.

Locum de Sauona: de quo etiam fuerunt fratres notabiles.
Locum de Clauaro.
Locum de Albario.
Locum de Capella.
Locum Sexti, & locum de Cairo.

Cuſtodia Aſteñ. habet.

L Ocum Aſteñ. de quo fuit frater Aſteſanus: qui ſingularem ſummam edidit ex theologia legibus, & Decretalibus multũ vtilem. Habuit alium fratrem; qui poſtillam pulchram ſuper omnia Euangelia dominicalia, & quadrageſimalia edidit: & appellatur poſtilla.

Locum Albæ: de quo fuit frater Iacobus Brancus: qui per cõcluſiones omnes phyloſophiæ libros compilauit, & Regi Roberto direxit.
Locum de Aquis.
Locum montis Calui.
Locum Cortimilij.

Cuſtodia Albingauni habet.

L Ocum Albingauni.
Locum de Nobo.
Locum de Vigintimilio.
Locum de Ceua.
Locum montis Vici.
Locum Foſſani.
Locum de Cunio.

Cuſtodia Pedemontis habet.

L Ocum Pinaroli.
Locum Cherij.

Locum Montis Calerij: de quo fuit frater Philippus: qui poſtillã notabilem ſuper omnia Euangelia dominicalia.& quadrageſimalia fecit.
Locum Taurini.
Locum Secuſiæ.

Locum de Riperolo: de quo fuit frater Martinus de ſancto Georgio magiſter in theologia,& generalis ordinis minorum.
Locum Clauaſij.

Cuſtodia montis Ferrati habet.

L Ocum de Alexandria: de quo fuit magiſter Alexãder; qui ſcripſit ſuper oẽs libros ſentẽtiarũ ſuper libros metaphyſicæ, & de aĩa multũ excellenter,& fuit ordinis minorũ Generalis miniſter: de hoc loco fuit frater Fran. de Alexandria martirizatus in Armalech in Tartaria: in hoc loco beatus Franciſcus, dum fuit fecit miraculum de membro Caponis in piſcem verſo, vt dictum eſt conformitate præcedenti.

Locum de Caſali, hic locus habuit fratrem Ioannem magiſtrum in theologia virum ſufficientem: qui plures quæſtiones edidit in theologia,& philoſophia.
Locum de Valentia; de quo fuit magiſter Antonius ſufficiens homo,& poſt Epiſcopus Cæietanus.
Locum Caſsinæ.

Cuſtodia Papiæ habet.

Locum Papiæ.
Locum Terdonæ.
Locum Vigueriç, & locum Caſtri noui. Hæc ſi quidem prouincia communitate fratrum ſufficientium multum antiquitus viguit,& viget: habuit multos magiſtros, & alios ſcientia præditos,& virtute; qui in partibus proprijs prædicatores famoſi fuere.

Prouincia Dalmatiæ.

Prouincia Dalmatiæ habet cuſtodias quatuor.
Cuſtodia Raguſina habet.
Locum Raguſij.
Locum Durarij: de quo fuit frater Antonius miraculis fulgens: qui Archiepiſcopus fuit Durarij: hic multis annis in partibus infidelium ſaracenis prædicauit fidem Chriſti.
Locum Dulcinij.
Locum Catare, vbi requieſcit Frater Adam dicti ſancti Antonij primo ſocius in prædicatione infidelium,& nunc in gloria inſignis.
Locum Scutari.
Locum Lutiuari.
Locum Daxç, & locum Coreulç.

Cuſtodia Ladrenſis habet.

Locum Ladræ.
Locum extra Iſadram ſuper inſulã; qui ſ.Hiero vocatur.
Locum Pagi.
Locum de Pagman.
Locum Podnoui.
Locum Sebenici.
Locum Berberij: in quo iacet ſanctus frater Andreas; qui plura miracula exercuit.
Locum Scardonæ.
Locum Tragurij; in quo tumulatus manet frater Ioannes: cuius corporis lotura ſanauit infirmos.
Locum Spaleti.

Cuſtodia Arbeſi. habet.

Locum Arbi.
Locum Seniæ.
Locum Modruſiæ.
Locum Veglæ.& locum Cherſij: in quo iacet frater Michael homo ſanctitate, & prodigijs fulgidus.

Cuſtodia Iſtriæ habet.

Locum Polæ: vbi ſanctus frater Otto multis fulſit miraculis.
Locum Parentij.
Locum Pirani.
Locum Iuſtinopol. vbi iacet frater Monaldus, qui ſummam fecit Monaldinam in Decretalibus.
Locum Muglæ.
Locum Trigeſti.
Locum Vallis: in quo iacet ſanctus frater Iulianus: de quo ibi fit feſtum.

Prouincia terræ laboris.

Prouincia terrę laboris habet quinque cuſtodias.
Cuſtodia Neapolitana habet.
Locum ſancti Laurentij, vbi requieſcit frater Auguſtinus de Aſiſio primus miniſter dictæ prouinciç: qui beatum Franciſcum poſt mortem vidit cœlum adire.
Locum ſanctæ Claræ: ſiue corporis Chriſti.
Locum ſanctæ Mariæ nouę.
Locum ſanctç Crucis.
Locum ſanctæ Mariæ dominæ reginæ.
Locum Sanctę Marię Magdalenę, & Sanctę Marię Egyptiachę. Omnia hęc loca ſunt in ciuitate Neapolitana. De Neapoli fuit magiſter Landulfus magnus prædicator ad populum, & clerum; qui poſtillam pulcherrimam incępit ſuper omnia Euangelia, & ſuper Epiſtolam ad hebræos, & ſuper Zachariam, & multos ſermones ſcolaſticos; & collationes fecit: ſcripſit multum luculenter ſuper quattuor libros ſententiarum veſtigia ſequendo Scoti ipſum in omnibus declarando, & fuit Archiepiſcopus Melphitanus.
Locum Capuę: in quo beatus Franciſcus fecit plura miracula, vt cõformitate 40. dicetur.
Locum Auerſæ.
Locum Tyani.
Locum Sueſſæ.
Locum Nugiani.
Locum Mataloni.
Locum Nolę, & locum Caleni.

Cuſtodia Salernitana habet.

Locum Salerni.
Locum Gurreti.
Locum Caſtri maris.
Locum Malſi.
Locum Rauelli.
Locum Giffonis: de quo fuit frater Leonardus magiſter in theologia, & generalis miniſter ordinis minorum.
Locum Sarni, & locum Nuceriç.

Cuſtodia principatus habet.

Locum Marſici.
Locum de Oleta.
Locum de Muro.
Locum Diani.
Locum de Saponaria.
Locum de Ebolo.
Locum Cuculli.
Locum Montelaris.
Locum Agloboli.
Locum Sanctæ Mariæ.

Cuſtodia

Cuſtodia Beneuentana habet.

LOcum de Beneuento.
Locum Auellini.
Locum Sanctæ Agathæ.
Locum Cerreti.
Locum Ariani.
Locum Aquæ putridę: de quo fuit frater Frāciſcus; qui concluſiones fecit librorum philoſophiæ.
Locum montis Sarculi.
Locum montis Foſtuli,& locum Oliuæ.

Cuſtodia ſancti Benedicti habet.

LOcum Gaietæ, vbi beatus.F.prædicando populo,nauis in mari ſtetit immobilis.
Locum Traiecti.
Locum de Fundis.
Locum Itri.
Locum Vici albi.
Locum ſancti Germani.
Locum Sorę.
Locum Arpini.
Locum Temperani.
Locum Oliueti.
Locum Aquini.
Locum Maronulæ, præfata loca habet prouincia terræ laboris: de qua præſumendum eſt notabiles fuiſſe fratres: vbi tantus Rex fuit, & dominus inclitus Rex Robertus: cui complacuit, & filio ſuo.ſ. Charolo Calabriæ Duci per dies plures habitum aſſumere minorum; vt apud Chriſtum, ſicut prius ſemper corde; ſic & vltimo veſte fratres haberentur minores.

PRouincia Pennenſis ſex habet cuſtodias. Cuſtodia Aquilæ habet.

Locum de Aquila: de quo fuit frater Petrus magiſter in theologia; & fecit opus ſuper ſententias: abbreuiauit opus Scoti;quod dicitur Scotellus ſatis pulchre,& ſententioſe. In dicto loco iacet frater Thomas Hibernicus; qui ſibi pollicem amputauit: ne ad ſacerdotium cogeretur.
Locum Fonticularum.
Locum Offeni.
Locum Caſtri veteris.
Locum de Sulmona:de quo fuit frater Petrus de Canſano magiſter in theologia, & ordinis minorum generalis miniſter.
Locum Poperi.

Cuſtodia Pennenſis habet.

LOcum de Penna.
Locum Catauiari.
Locum Adali.
Locum Pontariæ.
Locum Laureti.
Locum Celani: de quo fuit frater Thomas; qui mandato apoſtolico ſcripſit ſermone polito legendam primam beati Franciſci,& proſam de mortuis;quæ cantatur in miſſa.ſ. Dies iræ dies illa &c.dicitur feciſſe. In hoc Caſtro beatus Franciſcus dum deberet, cum milite comedere,eius mortē præuidit, & prædixit.
Locum de Manupello,& locum Tocti.

Cuſtodia Theatina habet.

LOcum Theatinum.
Locum Laſſani.
Locum de Ortona.
Locum Piſcariæ.
Locum Palenæ.
Locum Guardiæ.
Locum Francauillæ.
Locum Ludani.

Cuſtodia Arieñ. habet.

LOcum de Arida: de quo fuit frater Andreas ſanctus homo; vt dictum eſt conformitate octaua.
Locum Poleni.
Locum Valliſi.
Locum ciuitatis ſancti Angeli.
Locum Siluſci.
Locum montis Siluani.

Cuſtodia Apruſina habet.

LOcum ſanctæ Iuſtę.
Locum ſancti Omeri.
Locum Terani.
Locum de Camplo.
Locum Ciuitelæ.
Locum Murri.
Locum Contraguerræ.

Cuſtodia Marſicana habet.

LOcum Marſicanum.
Locum Selani.
Locum ſancti Petri.
Locum Auezani.
Locum Corbarij.
Locum Tagliacozzi.
Locum Balſorani; dicta loca ſunt Prouinciæ Pennenſis.

PRouincia ſancti Angeli habet quattuor cuſtodias.

Cuſtodia comitatus habet.

Locum Iterniæ.
Locum Venafri.
Locum Boiani.
Locum Campibaſſi.
Locum Angloni.
Locum Limoſani, & locum planicij.

Cuſtodia ciuitatis habet.

LOcum Guillionilij.
Locum Allareni.
Locum ciuitatis.
Locum præcinæ.
Locum Termularum.
Locum Vaſti.
Locum montis Odorici.

Cuſtodia montis ſancti Angeli habet.

LOcum ſancti Angeli.
Locum Manfredonię.
Locum ſancti Ioannis rotundi.
Locum Veſtarum.

Locum Paſquitij.
Locum Rodi.
Locum Camani.
Locum Iſchitellarum.

Cuſtodia captiuate habet.

Locum Lucernium.
Locum ſancti Seuerini.
Locum Fogiæ: in quo iacet frater Iacobus de Aſiſio liberans multos ab infirmitatibus.
Locum Caſalis Noui.
Locum Troiæ.
Locum Eſtulli.
Locum Corneti: in quo iacet ſanctus frater Beneuenturus in dicto Epatu canonizatus.

De Prouincia Apuliæ.

Prouincia Apuliæ habet quinq; cuſtodias.

Cuſtodia Barolitana habet.

Locum Barolum: in quo prædicat ſuis exemplis,& miraculis frater Adam Rufus.
Locum Andriæ: in quo iacet frater Landus de Taranto miniſter Apuliæ, ſanctitate prædicationem ſuam,& ſignis decorans.
Locum de Melfia: in cuius terminis,& ſi non in locis fratrum in monaſterio ſancti Stephani, iacet ſanctus vir frater Giſmundus.
Locum Canuſij.
Locum Venuſij.

Cuſtodia Bareñ. habet.

Locum de Baro.
Locum Bitonti.
Locum Melficanum.
Locum Vigilienſem.
Locum Trani: in quo iacet frater Petrus, qui ſigna multa fecit.
Locum Caurari.
Locum Iuuenacij.

Cuſtodia Tarenti habet.

Locum Tarenti.
Locum de Oſea.
Locum Hoſtimij.
Locum Ioæ.
Locum Monopolis.

Cuſtodia Brunduſij habet.

Locum Brunduſij.
Locum Neritoni.
Locum Litij.
Locum Hydrunti.
Locum Alexini.

Cuſtodia Materana habet.

Locum de Matera.
Locum de Grauina.
Locum monti Piloſi.
Locum Tricarici.

De Prouincia Calabriæ.

Prouincia Calabriæ habet quatuor cuſtodias. Cuſtodia Regij habet.

Locum de Regio.
Locum Geraſij.
Locum de Torpia.
Locum montis Leonis.
Locum Seminariæ.

Cuſtodia Cutronę habet.

Locum de Cutrona.
Locum Cantazarij.
Locum Squilazij.
Locum noui Caſtri.

Cuſtodia Vallis habet.

Locum de Amachea.
Locum Biſiuiani.
Locum Conſentię.
Locum Mocoronij.

Cuſtodia caſtri Vilarij habet.

Locum Caſtriuilarum.
Locum Mara.
Locum Curiliani.
Locum Scaleæ. De iſta prouincia fuit magiſter Daniel, qui cum ſex ſocijs in ciuitate Septæ paſſus eſt martyrium pro fide Chriſti. In prædicta prouincia iacet frater Petrus miniſter vir ſanctitate præclarus.

De Prouincia Sciciliæ.

Prouincia Siciliæ, habet quinq; cuſtodias.

Cuſtodia Meſſanæ habet.

Locum de Meſſana: in quo iacet frater Simon Aimonis: qui in vita, & poſt mortem fulſit miraculis, & Frater Electus filius D. Andreæ: cui in vita Chriſtus apparuit in cella ſua in ſpecie colūbę inuitās eū ad ſecū comedendum. hic poſt mortem claruit prodigijs.
Locum de Cathania.
Locum Randacij.
Locum Tauromenij.
Locum de Pactis.

Cuſtodia Agrigentina habet.

Locum de Agrigento.
Locum de Placca.
Locum ſancti Ioannis.
Locum Narij.
Locum terræ nouæ.
Locum caſtri Noui.

Cuſtodia Panormitana habet.

Locum Panormi: in quo iacet beatus frater Gerardus aſsiduè prędicans nouis ſignis, frarer Ioannes Bucha iacet ibidem: qui ſignis claruit poſt deceſſum.
Locum Policij, in quo requieſcit frater Gandulfus: qui plura egit mira. In hoc loco beatus frater Gerardus adiutus fuit ab Angelo in die reſurrectionis in officio coquinę: nam fratribus eius oratione per Angelū coquina eſt à Deo pręparata.
Locum de Termis.
Locum de Cefaludi.
Locum caſtri Boni.

Cuſtodia Trapani habet.

Locum de Trapano.
Locum Mazatiæ.
Locum Marſaliæ.
Locum montis ſancti Iuliani.
Locum Aleanij, & locum Salem.

Cuſtodia Siracuſana habet.

Locum de Siracuſa, in quo iacet Frater Ioannes qui portauit ignitum lapidem manibus in nullo læſus de coquina vſque in infirmariam.

Locum Leontini.

Locum Nothi.

Locum Raguſiæ.

Locum Calatagironi; in quo quietem habet frater Ricardus: qui poſt mortem plures ſanauit infirmos. Hęc Siciliæ prouincia multos habuit, & continue habet probos prædicatores; quibus ſcientia cum lingua conformis, & concors fuit.

Prouincia Romanię habet tres cuſtodias.

Cuſtodia Nigropontis habet.

Locum de Nigroponte: in quo iacent duo ſancti fratres, videlicet frater Petrus, & frater Matthęus; de quibus dictum eſt ſupra cōformitate octaua.

Locum de Candia.

Locum Chaneæ.

Cuſtodia Thebana habet.

Locum de Tebis.

Locum Atthenarum.

Locum Corinthi.

Cuſtodia Clarentię habet.

Locum de Clarentia.

Locum de Corono.

Locum de Patras.

Locum Andreuillæ.

Locum Iacinti.

Locum de Saxaro.

Locum Cefalonię.

Prouincia terræ ſanctæ habet duas cuſtodias.

Cuſtodia Nicoſiæ in Cipro habet.

Locum Nicoſiæ in quo eſt ſepultus Rex Cipri Henricus cum habitu, & fecit ſigna.

Locum Famagoſtæ.

Locum de Papho.

Locum Namotij.

Locum de Fimilo.

Cuſtodia Syriæ habet.

Locum montis Syon.

Locum Sepulchri Domini.

Locum de Bethleem.

Locum de Baruto: in Nazareth fuit etiam locus, & ſi modo ob prauitatem Saracenorum ſit dimiſſus. In terra ſancta, & prouincia ob prædicationem fidei catholicę inter alios paſſi ſunt 31. Martires de ordine noſtro, vt conformitate octaua eſt dictum. Multi in hac prouincia fuerunt fratres ſanctitate præclari, & ſi non ſint nomina eorum hic ſcripta. Primus frater minor qui prædicauit in iſta terra ſancta, fuit beatus pater noſter Franciſcus, quando cum vndecim ſocijs ſoldanum adijt.

Prouincia ſancti Iacobi habet octo cuſtodias.

Cuſtodia ſancti Iacobi habet.

Locum ſancti Iacobi ſcilicet compoſtella.

Locum Coruienſem.

Locum Biſacenſem.

Locum Pontis veteris.

Cuſtodia Aurienſis habet.

Locum Auriēſem, in quo iacet Frater Gonſaluus Santij; qui fuit nobilis genere, & latro magnus, & homicida, ſed ad dominum conuerſus factus eſt frater minor, fuitque tantæ perfectionis, vt tam in vita, quam poſt, miracula effecerit.

Locum Lucenſem.

Locum Viuarienſem.

Locum Ripaurienſem.

Locum Villæ franchæ, in quo iacet quidā ſanctus Frater qui ſignis perluxit.

Locum Regij.

Cuſtodia Legionenſis habet.

Locum Legionum.

Locum Attoricæ, in quo eſt ſepultus Frater quidam Ioannes, qui mirabilis, & illuſtris fuit; & habetur; & alius Ioannes laicus, qui etiam ſigna facit.

Locum Ouetenſem.

Locum Abiliſienſem.

Locum Cinegienſem.

Cuſtodia Samotenſis habet.

Locum Samotenſem.

Locum de Thauro, in quo quidam ſanctus Frater ſacriſta, dum Crucifixum in Eccleſia vellet aptare, & iam ſcalas poſuiſſet, demone ſcalas eleuante, cecidit frater, & crus habuit fractum vſque ad diem mortis ſuæ, hoc tamen Deus operabatur in eo; quòd cum non poſſet pedibus ſtare, & tamen celebrando nullam læſionem, vel fracturam crus pro illo tempore habere videbatur.

Locum Benauentenſem.

Locum Villarigodenſem.

Locum Maioricenſem.

Cuſtodia Salamantina habet.

Locum Salamantinæ in quo beatus Fran. ſingulare prodigium his oſtendit temporibus. Cum enim Rex Caſtellæ olim Ioannes pro antipapa ſe determinare vellet, in dicto loco fratrum id fieri decreuit. Superueniente hora; qua à ſuo palatio progredi debebat ad fratrum locum perecturus, pro dicta determinatione peragenda, ſubito tot tornitrua, tot fulgura, & tanta pluuia deſcendit, quod ipſe rex limen oſtij egredi non valuit Quod factum, totus populus beato Fran. tribuit: ne in ipſius Eccleſia, & loco tam enorme committeretur piaculum.

Locum Ciuitatis in quo beatus Fran. Epiſcopum ſuſcitauit à mortuis, vt conformitate 39. dicetur.

Locum Placentinum.

Locum Beiarenſem.

Locum

Locum Paracenſem.
Locum Eremitorij ſanctæ Mariæ de Angelis.
Cuſtodia Colimbrienſis habet.
LOcum de Colimbria.
Locum de Portu.
Locum Vimarij.
Locum Bregantium.
Locum Gardicnſem.
Locum Coualinienſem.
Locum Lamacenſem.
Cuſtodia Vlixbonæ habet.
LOcum de Vlixbona.
Locum Santarenienſem.
Locum Couilamenſem.
Locum Lancarienſem.
Cuſtodia Elborenſis habet.
LOcum Elborenſem.
Locum Boienſem.
Locum Extrimocenſem.
Locum Tamenſem.
Locum Portolatréſem. De iſta prouincia fuit Frater Gonſaluus ſanctus homo magiſter in Theologia,& ordinis minorum generalis miniſter; qui in ſuo officio ſingularem habuit curam; ne ædificia fierent ſumptuoſa in ordine, & iam facta plura deſtruxit. Ipſius tépore Frater Iacobus primogenitus regis Maioricarum factus eſt Frater minor. Et Ioannes rex Armeniæ dimiſſo regno, nepoti ſuo Leoni ordinem intrauit minorum. In hac prouincia ſancti Iacobi. In loco Vlixbonæ iacent tres Reges Portugaliæ Rex Alfonſus cum habitu; quem ſumpſit ante mortem cum vxore ſua minoriſſa in Eccleſia Cathedrali Vlixbonæ. Rex Petrus; & Rex Fernandus in conuentu Vlixbonæ cum habitu iacent,quem ante mortem cum mira ſumi pſere deuotione. In hac prouincia in monte de Valdeearo iacet Frater Rodoricus Abiccij, qui locum ibidem cœpit; & fuit homo pœnitentiæ mirabilis, paupertatis amator, deſpector mundi,& ſpiritu prophetico clarus, vt dictum eſt ſupra conformitate 8. Iacet etiam in hac prouincia ſancti Iacobi Frater Benencaſa de Tuderto;qui in vita, & poſt fecit mira.

PRouincia Caſtellæ habet 8. Cuſtodias. Cuſtodia Hyſpalenſis habet locum de Hyſpali.
Locum Cordubæ.
Locum Gircenſem.
Locum Inſulæ viridis,ſiue de Algizara.
Locum Gihenenſem.
Locum Beatienſem.
Locum Vbetenſem.
Cuſtodia Tolletana habet.
LOcum Tolleti, in quo iacent Frater Hergueus, & Frater Antonius laicus de Burgis Hyſpaniæ, qui claris miraculis in vita, & poſt inſignes fuerunt,& habentur. In hoc loco iacet cum habitu noſtro quidam primogenitus regis Caſtellæ. In Tolleto in Eccleſia Cathedrali iacet cum habitu, quem ſumpſit ante mortem, Rex Sancius. Alius rex ſcilicet Fernandus Caſtellæ infirmatus in ciuitate Ghien ſi habitum aſſumpſit, & cum ipſo deceſſit ſepultus Tolleti, qui habitus aſſumptione, per beatum Fran tanquam Frater ipſius à damnatione æterna fuit liberatus.
Locum Gadalfaiariæ.
Locum Talaueræ.
Locum villæ Regalis.
Locum Marcienſem.
Cuſtodia Murtienſis habet.
LOcum Murtiæ.
Locum Conchiæ.
Locum Liueti.
Locum Optæ.
Cuſtodia Segauienſis habet.
LOcum Segauiæ.
Locum Abulæ.
Locum Aiellaris.
Locum Arenoli.
Locum Olíueti.
Locum Metinæ de campis.
Cuſtodia Palentina habet.
LOcum Palentiæ.
Locum vallis Oleti.
Locum Carrionis.
Locum ſancti Facundi.
Locum Pennæ fidelis.
Cuſtodia Burgienſis habet.
LOcum Burgi.
Locum Latroni.
Locum Caſtri Cæſaris.
Locum Beneforati.
Locum Palentiolæ.
Cuſtodia Bictorienſis habet.
LOcum Bictoriæ.
Locum ſanctæ Anderiæ.
Locum Metinæ de Pomatio.
Locum Frigiæ.
Locum Bermei.
Locum Mirandæ.
Cuſtodia Sorienſis habet.
LOcum Soriæ.
Locum Almaſani.
Locum ſancti Dominici de Siluis.
Locum Atrencæ.

PRouincia Aragoniæ habet ſeptem Cuſtodias.
Cuſtodia Barchinonæ habet.
Locũ de Barchinona; in quo eſt ſepultus Frater Pontius Carbonelli ſanctus homo magiſter ſancti Ludouici noſtri,qui totam bibliam poſtillauit, dicta omnium doctorum ponendo. In loco fratrum cum habitu iacent duo Reges ſcilicet Alfonſus & Iacobus qui in morte habitum aſſumpſerunt.
Locum Gerundæ, in quo diabolus aſportauit fratrem, qui peccatũ comiſſum noluit vnquã confeſsione purgare.

Locum Vici.
Locum Caſtillionis.
Locum Villæ franchæ.
Locum Bergæ.

Cuſtodia Hilerdæ habet.

LOcum de Hilerda, vbi iacet Rex Alfonſus cum habitu noſtro, quẽ ſumpſit ante mortem. In hoc loco ſanctus Fran. facit miracula multa, & ſpecialiter; quia ſubito quendã Ioan nem atrociter vulneratum ſanauit.
Locum Tatraconenſem.
Locum Derthuſię.
Locum Zeruaſię.
Locum Morellę.
Locum Montis albi.
Locum Montis Soni.
Locum Tertagem.

Cuſtodia Ceſarauguſtę habet.

LOcum Ceſarauguſtę, in quo cum habitu ſepultus eſt dominus Petrus infans primogenitus Regis Aragonię.
Locum Oſſę.
Locum Ciraſchię.
Locum Iaccę.
Locum Oxoę.
Locum Barbaſtri.
Locum Burgi.
Locum Certegenę.

Cuſtodia Maioricarum habet.

LOcum Maioricarum.
Locum Ciuitadellę.
Locum Iuſſę.

Cuſtodia Valentina habet.

LOcum Valentię, vbi duo fratres noſtri tempore infidelium à Saracenis pro fide martyrizati ſunt.
Locum Zacinę.
Locum Muri Veteris.

Cuſtodia Nauarrę habet.

LOcum de Pampilone.
Locum Tutellæ.
Locum Sanguoſę.
Locum Oleti.
Locum ſtellę.

Cuſtodia Saranię habet.

LOcum Calatabilij.
Locum Turolli.
Locum Deroſſę.
Locum Molinę.

Hęc prouincia Aragonię plures habuit fratres ſcientia, & verbo gratos, qui fructum magnum ſuis prędicationibus fecerunt; & plures libros pro prædicationibus ediderunt, & in theologia habuit magiſtros ſufficientes.

De Prouincia Aquitanię.

PRouincia Aquitanię habet decẽ cuſtodias.

Cuſtodia Tholoſana habet.

Locum de Tholoſa, in quo requieſcit ſanctus frater Stephanus inquiſitor, & martyr cum ſocio ab hęreticis interfectus.

Locum de Sarano, qui habuit magiſtrum venerabilem Arnaldum de Sarano, qui magno tẽpore fuit Aquitanię miniſter homo vitę laudabilis, & ſufficientię, qui omnia; quę potuit de beato Fran. inuenire tranſcripſit.
Locum Riuorum.
Locum Caſtri noui, de quo fuit magiſter Gulielmus de Podio prę alijs tẽpore ſuo ſingulariſſimus prędicator ad populum, & ad clerũ.
Locum Murelli.
Locum Appamiarum.
Locum de Inſula.
Locum de Miraſpicę.
Locum Vauri. Hęc cuſtodia tholoſana habuit famoſum virum magiſtrum Fran. de Fabrica miniſtrum prouincię ſancti Fran. qui in partibus auxitanis famoſus fuit plurimũ vita, ſcientia, & prędicatione, & plures alios habuit fratres magiſtros, & non magiſtros prędicatione pręclaros, & populo acceptos.

Cuſtodia Albienſis habet.

LOcum Albium.
Locum de Raſpaſtagno.
Locum Lauſtricij.
Locum de Caſtris.

Cuſtodia Auxitana.

LOcum de Auxo.
Locum de Tarbia.
Locum de Lectora.
Locum vallis Caprarię.
Locum de Nugarolio.
Locum Mitaudę.

Cuſtodia Agenen. habet.

LOcum de Ageno.
Locum de Maſo.
Locum Candonij.
Locum Marmadę.
Locum Neriaci.
Locum Caſtrigeloſij.
Locum de Penna.

Cuſtodia Ruthenenſis habet.

LOcum Ruthenę, de quo fuit magiſter Geraldus Oddonis ſcientia, & verbo famoſiſſimus generalis miniſter ordinis minorum, Patriarcha Anthiochenus, & adminiſtrator Eccleſię Cathanenſis in Sicilia, qui opera in logica in phyloſophia morali, & in theologia, & alia opuſcula edidit, & officium de ſtigmatibus beati Fran. fecit.
Locum de Figiaco, in quo iacet frater Aldemarius, qui mortuos ſuſcitauit; & alia miracula fecit. De iſto loco fuit dominus Cardinalis frater Beltrandus de Turri in theologia magiſter, qui poſtillauit omnia Euangelia, & Epiſtolas totius anni, & plura alia fecit. Factus Cardinalis per D. Grego. xi.
Locum Aureliaci, in quo iacet frater Rigaldus ſanctus homo, qui multa miracula egit.
Locum ſancti Affricani, in quo obijt frater Gulielmus, qui multa fecit miranda.

Locum Villæ franchæ.
Locum Amoliaci.

Cuſtodia Cathurchi habet.

Locum de Caturcho.
Locum de Gordomo, qui locus habuit magiſtros tres generales miniſtros ſucceſsiue ordinis minorum, ſcilicet magiſtrum Fortonerium Archiepiſcopum Rauennatem, Patriarcham Gradenſem, & demum Cardinalem Eccleſiæ ſanctæ Dei factum per D. Innocentium 6. Magiſtrum Gulielmum Cardinalem factum per D. Innocentium 6. & magiſtrum Ioannem de Bucho, qui vno anno fuit generalis miniſter.
Locum Marcelli.
Locum montis Albani.
Locum ſancti Antonij.
Locum montis Caſi.

Cuſtodia Petragoricenſis habet.

Locum Petragorarum.
Locum de ſancta Fide.
Locum Montinaci.
Locum Brageniaci.
Locum de Alba terra.
Locum Salati.
Locum Oxidolij.

Cuſtodia Lemonicenſis habet.

Locum Lemonicarum.
Locum ſancti Iuniani.
Locum Nuntronij.
Locum Donzimaci.
Locum Briuiæ.

Cuſtodia Baionę habet.

Locum de Baiona.
Locum montis Martiani.
Locum de Aquis.
Locum de Morlauijs.
Locum Oleri.

Cuſtodia Burdegalen. habet.

Locum Burdegalę.
Locum Regulæ.
Locum ſancti Macharij.
Locum Aſſarij.
Locum ſancti Emiliani.
Locum Linorij. Iſta prouincia Aquitaniæ ſufficientibus, & bonis prædicatoribus ſemper claret, & claruit, & habuit illum magiſtrum facundum fratrum Petrum Aureoli, qui luculenter ſcripſit ſuper ſententias. Fecit compendiū Bibliæ, & plura alia, tandem fuit archiepiſcopus Aquenſis. In hac prouincia Aquitaniæ apud magnates, & principes ibi exiſtētes, Deus per beatum Fran. multa, & ſtupenda egit miracula, propter quæ B. Fran. & fratres in magna habentur reuerentia, & deuotione ab eiſdem habuit etiā præter iam dictos duos alios Cardinales videlicet magiſtrum Vitalem de Furno, & magiſtrum Elyam de Hanibalis, qui & in ſcriptura opera ediderunt, & præſertim ſuper Apoc. Ioannis. De iſta ſiquidem prouincia Aquitaniæ fuit frater Ioannes de Bleſa, qui de triplici ordine beati Fran. tres tractatus edidit, & ſi ſolum de primo ordine ſcilicet minorum paruum viderim tractatum. De iſta prouincia plures fratres aſſumpti ſunt ad prælationis officia videlicet archiepiſcopatus, & epiſcopatus.

De Prouincia Prouincię.

Prouincia prouinciæ habet 7. Cuſtodias.
Cuſtodia Marſiliæ habet.

Locum de Marſilia, in quo quieſcit ſanctus frater Ludodicus noſter per eccleſiam canonizatus innumeris ſe prædicans miraculis, & aſsidue, & inauditis. In hoc loco, vt dictū eſt conformitate 9. Deus oſtendit ſingulare iudiciū per beatum Fran. exequutum de cuſtode, & lectore mortuo ipſos ad infernum tranſmittendo, eo quod multos habuerant libros. In hoc loco eſt alius ſanctus frater ſepultus. ſ. frater Vgo, qui mirabilis fuit doctrina, vita, & ſignis.
Locum Brincolæ, in quo B. Ludouicus noſter ortus eſt, & ibidem cum ad renunciandū epiſcopatui Romam iret, diem clauſit extremū.
Locum Righignani.
Locum de Aquis.
Locum de Graſſa.
Locum Areanum.
Locum de Nizia.

Cuſtodia Arelatenſis habet.

Locum de Arelate, vbi B. Antonio de titulo crucis fratribus in capitulo prædicante B. Fran. in remotis agens, in aere ad oſtium capituli in modum crucis benedicens fratribus apparuit, vt frater Monaldus aſpexit, qui frater Monaldus fulgens ſignis, vna cū fratre Beltrando eſt tumulatus in hoc loco. In hac ciuitate B. Fran. duos mortuos ſuſcitauit vt dicetur conformitate 39.
Locum Tetraſconis.
Locum Sollonis.
Locum Maiuaſſæ.
Locum Relanię.

Cuſtodia Auinionis habet.

Locum de Auinione.
Locum Auracę.
Locum Valriaci.
Locum Montiliorum.
Locum Inſulæ.
Locum Aptæ.

Cuſtodia Aleſti habet.

Locum de Aleſto.
Locum Marologij.
Locum Minatis.
Locum ſancti Egidij.
Locum Argentarij.
Locum Albenarij.
Locum Vſeciæ.
Locum Balneolis.
Locum Anduſiæ.

Cuſtodia montis Peſulani habet.

Locum de monte Peſulano, in quo fuit lector ſanctus Antonius noſter,& quidā frater Bernardus,qui ſancto fratri Rogerio diem ſui obitus pro Dei parte apparendo eidē nunciauit. In hoc loco ſanctus frater Ludouicus noſter prædicauit populo:& poſt prædicationem tactu ſui mulier a fluxu ſanguinis eſt liberata. Alia mulier impoſitione manuū poſt prędicationem ſancti Ludouici ſuper eius caput a capitis dolore: quem habuerat per longum tempus ſanata eſt: & fratrem quendam infirmum dum viſitaſſet, benedicendo ſibi,a febre continua liberauit in dicto loco. In hoc loco ſemper fuerunt fratres lectores: qui fuerunt ſcientia,& prædicatione famoſi.

Locum de Aquis mortuis.
Locum Neumaſi.
Locum Lunelli.
Locum Agaræ.
Locum Giuaci.
Locum Fiorenziaci.
Locum Landonæ.
Locum Agantici.

Cuſtodia Ciſtarici habet.

Locum Ciſtarici:de quo loco fuit magiſter Franciſcus de Maironis, qui fuit excellēs homo verbo ſcientia, & vita, qui opera plura ſermonum ſuper libros Aug. & ſuper ſententias compoſuit.

Locum Carpetras.
Locum Dignæ:de quo fuit frater.Vgo de Digna: qui regulā noſtram multum compte, & laudabiliter declarauit.
Locum Folqualquerij.
Locum Vapinqui.
Locum Ebrundunij.
Locum Regij.

Cuſtodia Narbonenſis habet.

Locū de Narbona: in quo facta ſunt plura capitula generalia,& tēpore vnius,cū diu non pluiſſet:& ciues fratres rogaſſent, vt dominum exorarent, precibus eorum dominus pluuiā largifluam dedit terris.Idipſum euenit in capitulo quodam Barchinonę celebrato. In hoc loco iacet frater Electus laicus: qui multa ſigna fecit.

Locum de Birerris, de hoc loco fuit Frater Petrus Ioan:qui famoſiſsimus fuit vita, & ſciētia: & quaſi totam Bibliam poſtillauit multū profunde. Compoſuit in theologia opus: & plura alia opuſcula edidit. Verum quędam dixit:quæ in capitulo generali per fratrem Hierony.tunc generalem, & poſt modum ſummū pōtificem fuit coactus retractare: & idipſum fecit in capitulo prouinciali ſuę prouinciæ.

Locum Villę franchæ.
Locum de Pirpignano.
Locum Auxiliani.
Locum Carcaſonæ.
Locum Limoſi.
Locum Podij.
Locum.Fordani. In hac Narbonæ cuſtodia in locis pluribus beatus F. multa miracula fecit: & plures mortuos ſuſcitauit,vt fructu,& conformitate.39.dicetur.Hæc prouincia Prouinciæ,multos habuit magiſtros ſolemnes, & famoſos. Frater Raimundus Guaufredi nobilis genere fuit generalis ordinis minorum, & in theologia magiſter, hic abſolutus a generalatu per.D.Bonifacium.8.& factus archiepiſchopus Mediolani:epiſchopatum noluit:& frater ſimplex remanſit. Poſtea quia ſcandala plura in ordine ſuſcitauit, malo ſine terminauit. Hæc prouincia habuit quendam fratrem ſingulariſsimum ſanctitate ſcilicet fratrem Rogerium:de quo dictum eſt ſupra, conformitate, 8. De iſta prouincia multi fratres doctrinam fratris Petri Ioannis ſequentes vna cum fratre Vbertino de Caſali prouinciæ Ianuę, & alijs pluribus fratribus diuerſarum prouinciarum ſciſma in ordine magnum poſuerunt: ſed tandem omnes ſunt auctoritate apoſtolica per ordinem exterminati.

Prouincia Burgundię habet 6.cuſtodias.

Cuſtodia Lugdunenſis habet.

Locum de Lugduno: in quo iacet venerabilis pater frater Bonauentura de Balneo Regio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis: de quo conformitate octaua eſt dictum.

Locum Maciſonis.
Locum Cariloci.
Locum montis Briſonis.
Locum Villæ franchæ.
Locum Burghi.

Cuſtodia Diuionis habet.

Locum Diuionis.
Locum Belnæ.
Locum Caſtillionis.
Locum Bari.
Locum caſtri Viliarij.

Cuſtodia Biſuntina habet.

Locum Biſuntinum.
Locum Salinenſem.
Locum Ledonenſem.
Locum Graiaci.
Locum Golenſem.

Cuſtodia Lauſanæ habet.

Locum Lauſanæ.
Locum Gebenenſem.
Locum Granipolis.
Locum Gamberiaci.
Locum Niuidnni.
Locum Grandiſoni.
Locum Moierenci.
Locum Camerę.

Cuſtodia Viennæ habet.

Locum Viennę: in quo iacent fratres Michael: qui aquam mutauit in vinum. Drodo: cui Angeli in miſſa ſeruierunt. Guliel-

lielmus; qui ſpiritu prophetico claruit.

Locum de Podio: vbi B. Antonius noſter in magna habetur reuerentia: quia ibidem prædicauit, & plura tam in vita, quam poſt, miracula edidit.

Locum Annomaci: in quo iacet frater Gulielmus: cuius iuſſu nauicula à longe poſita ſtatim ad eum venit.

Locum Valentiæ: in quo iacent martyrio coronati ab hæreticis ob officium inquiſitionis frater Petrus, & frater Cathalanus.

Locum de Romanis.

Locum Dienſem: in quo frater Electus ſanctiſsimus cum honore requieſcit.

Locum Criſtę.

Locum Montilij.

Cuſtodia Aluernæ habet.

Locum de Claramonte.

Locum Vriuatenſem.

Locum ſancti Portiani.

Locum Xioni.

Locum montis Ferradi.

Locum Siluimaci. Hęc prouincia Burgundiæ multos habuit fratres notabiles verbo, ſcientia, & vita, qui accepti fuerunt tam Deo, quã hominibus, & ſpãliter magiſtrũ Ioan. de Mirabello, qui ſermone ad clerum, & populũ fulſit.

Prouincia Turonię habet v. Cuſtodias.

Cuſtodia Santonenſis habet.

Locum de Santonis.

Locum de Rupella olerum.

Locum de Inſula.

Locum ſancti Ioannis.

Locum Berbetilli.

Locum de Pontibus.

Locum Compriaci.

Cuſtodia Bituricenſis habet.

Locum de Biturica; vbi dum ſanctus Antonius noſter prædicaret, tempeſtas, grãdo, & pluuia, quæ superuenerunt, eius interuentu nullum de audientibus tetigit, vt eſt dictum conformitate. 8.

Locum Turonis.

Locum Niueris.

Locum Eſolduni.

Locum Andegauis.

Locum Lothas.

Locum caſtri Cadulfi.

Locum Falmuri.

Cuſtodia Britaniæ habet.

Locum Burgi noui.

Locum Nauetis.

Locum Rodonis.

Locum Giuncampi.

Locum Cotrizopici.

Locum Venetum. In Rodonijs iacet frater Rodulfus: cui Angeli in miſſa ſeruierunt.

Cuſtodia Pictauenſis habet.

Locum de Pictauis: in quo iacet magiſter Gualterus homo ſanctus: qui ad prædicandum fecit opus, quod dicitur Rudimentum: valet.n. ad omnem ſtatum informãdum. fecit etiã multa in theologia, & ſignis, & vita mundo prædicauit. Ibidem frater Simon miniſter prouinciæ Turoniæ quieſcit: ad cuius os viſus eſt ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ.

Locum de Morto.

Locum ſancti Maxentij.

Locum de Mirabello.

Locum Ioſduni.

Locum Columbæ.

Locum Caſtri.

Cuſtodia Aurelianenſis habet.

Locum Aureliani.

Locum caſtri Duni.

Locum de Cenomanis: in quo iacet ſanctus frater Electus.

Locum Vendecini.

Locum de Alloſis. Hæc prouincia habuit fratres valoris plures: & pręcipue magiſtrum Ioannem de Rupella: qui opus fecit in theologia, & tempore ſuo in ordine; ſicut, & Pariſijs magiſter fuit, ſic in verbo ſcientia, & vita famoſus.

Prouincia Franciæ habet 9. Cuſtodias.

Cuſtodia Pariſienſis habet.

Locum de Pariſijs: quem ædificauit frater Agnelus de Piſis: qui fuit primus cuſtos Pariſienſis, & deinde factus eſt Angliæ miniſter. In hoc loco iacent magiſter Alexander de Ales: qui & ſi Anglicus fuerit natione; in ciuitate tamen Pariſienſi magno tempore legit hic magiſter præ alijs magiſtris in vniuerſitate Pariſienſi in magna habetur reuerẽtia. Opuſq; ſuum à 72. magiſtris ſcriptura propria, ac ſigillis eſt approbatum, & demum per bullam. D. Papæ Alexandri. 4. Quę omnia habentur Pariſijs in ſacriſtia conuentus. Magiſter hic miraculosè venit ad ordinem noſtrũ. Nam & ſi fratres noſtros diligeret: decreuerat tamen ordinem intrare prædicatorum: quia non erat ſic rigidus, vt ordo noſter. Cũ enim diſpoſuiſſet mundum relinquere, Deum rogauit; vt quem ordinem intrare deberet, ſibi indicaret, & reſponſum eſt ſibi: ꝙ in illum; cuius fratres pro eleemoſina petenda hoſpicium eius ſequenti mane prius alijs acceſsiſſent: Factus frater minor; verum cum eſſet antiquus, & adeo, ꝙ decreuerat de ordine exire, & recedere; ſed cum id minimè vellet facere inconſulta diuina voluntate, ad orationem perrexit, rogans; vt ſuper hoc Deus ſibi ſuum beneplacitum demonſtraret: ſtatimq; arripitur à ſonno, & fuit viſione mirabili à domino declaratus. Vidit enim ſcalam à terris protenſam vſque ad cœlum; & multos vidit fratres per ipſam aſcendentes, & cœlum intrantes. Et cum ipſe etiam aſcenderet, & ad medium deueniſſet; vlterius progredi nul-

la vi potuit (licet toto conamine niteretur.) Ad ſe tandem reuerſus cognouit per ſcalam ſibi ordinem, & religionem demonſtrari: per quam frater minor aſcendit cœlum, ſi vſque in finem perſeuerat. Et quia ipſe idipſum facere nolebat: quia quod inceperat per voluntatem exeundi, non finaliter perficere intendebat, ad cœlum pertingere non valebat. Vnde intelligendo, quod ſi perſeueraret in ordine, cœlum finaliter adiret, ex tunc permanſit in ordine vitaque, verbo, & doctrina, & ſuis ſcripturis tam in theologia, quàm poſtillis ſuper ſcripturam ſacram confectis, non ſolum Franciam; ſed totam Eccleſiam ſanctam illuminauit: vnde ex hoc intitulari meruit fons vitę.

Iacet etiam Pariſijs magiſter Ioànes Gualen. natione Anglicus, qui Pariſijs magiſtratus, ſanctitate vitæ, & doctrina ibidem tam fratribus quàm ſecularibus poſitus extitit in ſpeculum ſingulare: Summam enim multum vtilem cum diuerſis tractatibus compegit. Scripſit luculenter ſuper ſacram ſcripturam, & theologiam: Qui promeruit, vt arbor vitæ ſit poſt mortem vocitatus; & in huius ſignum arbor ſculpta manet in lapide ſui ſepulchri. Hic ſecurus de ſua glorificatione cum gaudio magno petexit, ad dominum.

In hoc etiam loco iacet magiſter Nicolaus de Lira natione Gallicus: qui totam ſcripturam diuinã poſtillauit, & alia opera fecit: celebratur in toto orbe ſua doctrina.

Iacet etiam in dicto loco magiſter Vgo de Caſtro nouo: qui luculenter ſcripſit in theologia, & tractatum pulcherrimum edidit de Antichriſto, & de finali iudicio. Multi alij magiſtri fuerunt in hoc loco famoſi. ſ. magiſter Bonauentura de Balneoregio. magiſter Ioannes de Rupella. magiſter Gualterius. magiſter Rigaldus. magiſter Alexander de Alexandria. magiſter Ioannes Scotus. magiſter Petrus Aureoli. magiſter Franciſcus de Marchia. magiſter Franciſcus de Maironis. magiſter Ioannes de Marra. magiſter Ioannes de Marchia. magiſter Aſtenſius de Aquitania. magiſter Iacobus de Spinello, & ſic de alijs: qui omnes fuerunt magiſtri in dicta vniuerſitate, & bachalarij, dum eſſent facti ſunt magiſtri famoſiſsimi.

In dicto loco de Pariſijs, dum quidam eſſet ſtudens, & à Diabolo vellet edoceri, & ſic eſſet factum, in vna dierum à Diabolo ſtrangulatus eſt: cuius cella fuit in dormitorio antiquo, & deſtructo: nec vnquam propter perſequutionem diaboli à quoquàm fratrum valuit inhabitari.

In hoc loco quidam frater deuotus, & ſtudẽs, dum poſt completorium per magnum ſpatiũ in Eccleſia ad orandum ſtetiſſet, & poſtea ad cellam ad quieſcendum vellet ire cum de Eccleſia exiret: inuenit totum clauſtrum primum demonibus plenum: per quod oportebat eum tranſire ſaltem per ſpatium, ſi dormitorium deberet adire: qui pauore proſtratus nullum ſciens aliud remedium: ad tabernaculum vbi erat corpus domini cum reuerentia accedens, pixidem; in qua erat domini corpus capiens ad clauſtrum exiuit: Statimq; omnis illa multitudo demonũ abſceſsit, portauitq; ipſum frater ad cellam, & de mane ad tabernaculum ipſum corpus domini deferendo: quæ ſibi contigerant fratribus enarrauit. Multa facta ſunt deuota in hoc loco, vt habitum eſt ſupra fructu, & conformitate. 9.

In hoc etiam loco iacet frater Iulianus theologus: qui legendam beati Franciſci compoſuit, & reſponſoria nocturnalia: cantumque beati Fran. quo ad hymnos, & omnia ipſe cõpoſuit. Fuit enim in cantu magiſter ſummus in aula regis Francorum, & fuit in ordine ſanctus frater & deuotiſsimus. Nota.

In hoc loco iacent duo generales miniſtri, videlicet frater Arlotus de Patro, & frater Gonſaluus de prouincia ſancti Iacobi. ambo magiſtri Pariſienſes præclari.

Locum Medanti.
Locum Carnoti.
Locum Pontiſeræ.
Locum de Meldis.
Locum Siluaneti.
Locum Deſtanipis.

Cuſtodia Campaniæ habet.

Locum de Senonis.
Locum de Trechis.
Locum Antiſiodori.
Locum Priuini.
Locum Verſiliaci.
Locum Senzaniæ.

Cuſtodia Attrebatenſis habet.

Locum de Attrebato.
Locum Tornaci.
Locum de Valencenas.
Locum de Inſulis.
Locum de Montibus.
Locum Cameraci.
Locum Bettunij.
Locum Duraci.

Cuſtodia Viromandiæ habet.

Locum de Roio.
Locum Irduni.
Locum Abbatis vallis.
Locum ſancti Quini.
Locum Peluaci.
Locum de Ambianis.
Locum Nouçani.
Locum Peroui.

Cuſtodia Lothoringię habet.

Locum Noui caſtri.
Locum Viduni.
Locum Tulli, & Locum de Methis.

Cuſto-

Cuſtodia Landriæ habet.

LOcum de Brugis.
Locum ſancti Donati.
Locum de Gaudauo.
Locum de Ipra.& Locum Aldendi.

Cuſtodia Normandiæ habet.

LOcum de Falegio.
Locum Vernonacentenſem.
Locum Rothomagi.
Locum de Boiocis.
Locum de Eboracos.
Locum Cadoniæ.
Locum falſij.
Locum de Bernaio.

Cuſtodia Leodienſis habet.

LOcum Leodij.
Locum Niuelli.
Locum Hoij.
Locum Dinacij.
Locum Narmaci.

Cuſtodia Vemenſis habet.

LOcum de Remis.
Locum Lauduni.
Locum Cathalani.
Locum compendij.
Locum Sueſſionis. Hæc Fráciæ prouincia ſemperdecorata fuit multis probis, & valentibus fratribus tam in theologia magiſtris, quam non magiſtris, qui multa opera ediderút tam ſuper bibliam, quam in theologia, quá etiam in decretalibus, frater Durandus, qui edidit ſummam magnam,& pulchram de caſibus cō ſcientiæ fuit de prouincia Franciæ. Qui librū edidit de proprietatibus rerum de prouincia Franciæ fuit. Sic, & qui ſummam compoſuit de virtutibus frater prouinciæ Franciæ fuit.

De Prouincia Angliæ.

PRouincia Angliæ habet 7. Cuſtodias.
Cuſtodia Londonienſis habet.
Locum Londoniarum.
Locum Cantuariæ: in qua Eccleſia magiſter Ioannes Peccian factus fuit archiepiſchopus, homo magnæ ſanctitatis, & ſcienciæ, qui multos in diuerſis ſcientijs tractatus edidit.
Locum Vberrinchelſiæ.
Locum ſub Cantone.
Locum Yuare; de quo fuit magiſter Ioannes, qui ſcripſit ſuper ſententias, & fuit, vt dicitur magiſter doctoris ſubtilis Scoti.
Locum Leuiſiæ.
Locum Micheſten.
Locum Saliſceræ.
Locum Vintonie.

Cuſtodia Choracenſis habet.

LOcum de Eboraco: vbi factus fuit archiepiſchopus. D. frater Bonauentura de Balneo regio, ſed renunciauit: & generalis miniſter remanſit; quę eccleſia erat tunc pinguiſſima vltra centum milia florenorum. Nota.
Locum Duncaſtriæ.

Locum Linconię.
Locum ſancti Botulfi.
Locum Beuerlaci.
Locum Scardebrigiæ.
Locum Germiſcentiæ.

Cuſtodia Cantabrigię habet.

LOcum Cantabrigię.
Locum Noruici.
Locum Colceſtię.
Locum ſancti Egmundi.
Locum Dumuſci.
Locum Balſingin.
Locum Gernermicę.
Locum Gepnici.
Locum Lennię.

Cuſtodia Briſtolenſis habet.

LOcum Briſtoli.
Locum Glonceſtriæ.
Locum Burgeualetri.
Locum Erphordię.
Locum Exoniæ.
Locum Carnerdię.
Locum Oceſtę.
Locum Verdiniæ.
Locum Hodminię.

Cuſtodia exonienſis habet.

LOcum Exoniæ: quem locum primum ædificauit Frater Agnellus de piſis factus primus miniſter Angliæ ꝗ. b. F. vbi ſepultus fuit miraculis pluribus decoratus. In hoc loco quodam ſero dum poſt completorium fratres riderent nimis aſſiduitate crux lignea; quę ſtat ſuper oſtium chori fragore ſtupendo ſe vertit ad fratres, & timorem maximum eis incuſſit: & plures eorum in breui deceſſerút de hac vita.
Locum Radigiæ.
Locum Bethfordio.
Locum Scanfordię.
Locum Lotigamię.
Locum Natatone.
Locum Leiceſtriæ.
Locum Graannę.

Cuſtodia Noui caſtri habet.

LOcum Noui caſtri.
Locum Dundæ.
Locum Diunfres.
Locum Adintoniæ.
Locum Carlioli.
Locum Herripeliæ.
Locum Beruci.
Locum othilſburgiæ.
Locum Richemundiæ.

Cuſtodia Virgoniæ habet.

LOcum de Vigornia.
Locum Preſcenę.
Locum Bigurtę.
Locum Salopiæ.
Locum Coniunctoriæ.
Locum Ceſtriæ.

Locum Hebfoldiæ.
Locum Lamaſiæ.
Locum Straffordiæ. In hac ſiquidem Angliæ prouincia fratres ſemper fuerunt, & ſunt ad diuinum officium, miſſas, & alias ordinationes noſtri ordinis ſpecialiter ordinati; propter quæ Deus auxit eos numero bonis temporalibus, & ſcientia. Habuit.n.magnā copiā ſemper magiſtrorum, & proborum. De hac ſiquidē prouincia fuit magiſter Ioan. Scotus doctor ſubtilis: cuius memoria, quō ad ſufficientiā erit perpetua: qui multa opera fecit. Magiſter Alexander de Alex, & ſi Pariſijs ſteterit magno tempore: Gulielmus Ocham: qui multa opera fecit in logica, & philoſophia, & alios libros plures. Frater Robertus Bachon homo ſingulariſsimus in omnibus ſcientijs expertiſsimus: qui etiam plures libros fecit, & tractatus innumeros. Alios habuit etiam magiſtros: qui opera fecerunt.ſ. magiſtrum Rodimptum: magiſtrum Gulielmum Tepton: magiſtrum Adam Codam, magiſtrum Reliphat: magiſtrum Pogerium Cōte, quorum operibus eſt plenus totus ordo, ac multi prælati, & magiſtri in theologia, & alijs ſcientijs decorati; vitam attendentes ſanctam fratrum; ordinem in hac Angliæ prouincia intrauerunt: vt dictum eſt fructu.9. & conformitate. Vita enim ſancta, & prædicatione hodie in partibus Angliæ ad ſequendū Chriſtum multi trahuntur mundo abiecto.

Nota.

De Prouincia Hyberniæ.

Prouincia Hyberniæ habet 5. cuſtodias. Cuſtodia Dalbinenſis habet.
Locum Dubinæ.
Locum Kaldariæ.
Locum Clauæ.
Locum de Mortoto.
Locum deſerti.
Locum Bachilo.
Locum Veieſercfordiæ.

Cuſtodia Caſelenſis habet.

Locum de Caſello.
Locum Bullieniæ.
Locum Iochil.
Locum Koſſæ.
Locum Vacripordiæ.
Locum Clanmel.

Cuſtodia Cortigeñ. habet.

Locum Cortigiæ.
Locum de Ardach.
Locum Bachoniæ.
Locum Luaſiæ.
Locum Tagmolagi.

Cuſtodia Venateñ habet.

Locum de Venarh.
Locum Clararoi.
Locum Chilleich.
Locum Galui.
Locum Elonramada.

Locum Bleſſiuiæ.
Locum Aramatię.

Cuſtodia Potenſis habet.

Locum de Ponte.
Locum Trun.
Locum Dundauæ.
Locum Maliſarnan.
Locum Durni.
Locum Occagfregis. In hac Hyberniæ prouincia iacent fratres Nicolaus de Guatfordia: qui mortem ſuam fratribus prędixit, & frater Ioannes de Vaſſordia: ad cuius ſepulchrum occiſi ſuſcitantur, & infirmi curantur.

De Prouincia Datiæ.

Prouincia Datiæ habet.8. Cuſtodias. Cuſtodia Nouergiæ habet.
Locum Meſtracis.
Locum Orugellæ.
Locum Tuſterim.
Locum Afloiæ.
Locum de Bergis.

Cuſtodia Octonienſis habet.

Locum Octonis.
Locum Miſtach.
Locum Amerbuch.

Cuſtodia Liudenſis habet.

Locum de Lindis.
Locum Tralburch.
Locum Vſtach.

Cuſtodia Lancopenſis habet.

Locum Imicopiæ.
Locum de Scaris.
Locum Vueriſſu.
Locum Limcopię.
Locum Senircopiæ.

Cuſtodia Ripenſis habet.

Locum de Ripis.
Locum Scleriſch.
Locum Flensburch.
Locum Caldis.
Locum Tanduæ.

Cuſtodia Verbengenſis habet.

Locum Vrbing.
Locum Randet.
Locum Orfuis.
Locum Alarbuch.

Cuſtodia Scotolenſis habet.

Locum de Scotoene.
Locum Crebi.
Locum Pſallam.
Locum Niucopiæ.

Cuſtodia Riſchildenſis habet.

Locum de Riſchildis.
Locum Caludburch.
Locum Neſtueth.
Locum Annis. Hæc prouincia multum eſt in territorio lata habet.n.tria.ſ. Datiæ. Nouergiæ, & Suetiæ. Nec dubitandū habuiſſe, & habere eam fratres: qui ſuis prædicationibus, & vita ad Chriſtū plures cōuerterunt, & ducūt.

De

De Prouincia Colonię.

Scoti tumulus.

PRouincia Colonię habet.7.cuſtodias.
Cuſtodia Colonienſis habet.

Locum Coloniæ:in quo iacet doctor ſubtilis F. Ioannes Scotus:qui ibidē lector deceſſit.
Locum de Miſsia : in quo iacet frater Nicolaus : qui in vita,& poſt ſignis multis claruit, & mortuos ſuſcitauit. Ibidem eſt teconditus frater Electus : qui ſuo tactu ſanabat infirmos.
Locum Dulbrich.
Locum Roremundæ.
Locum Bumiæ.
Locum Vallis felicis.
Locum Diui.
Locum de Aquis Grani.

Cuſtodia Treuetenſis habet.

LOcum de Treueris.
Locum Lucilburch.
Locum Merliæ.
Locum Confluentiæ.
Locum Viſaliæ.
Locum Leporth.
Locum Ardenati : in quo iacent ſancti viri frater Theodoricus, & frater Hogerus de Saxonia.
Locum de Veſteparma.

Cuſtodia Boſſaliæ habet.

LOcum Tremoniæ.
Locum Fuſſari.
Locum Paderburiæ.
Locum Heruordiæ.
Locum Vxariæ.
Locum Hoſnæ.
Locum Brugge, & locum de Monaſterio :in quo iacet frater Henricus de Affrica,& frater Ioannes de Peirna : qui mira fecerunt.

Cuſtodia Ollandiæ habet.

LOcum Traiecti inferioris.
Locum Doſdaci.
Locum Zirxæ.
Locum Buſcridis.
Locum Midilburch.

Cuſtodia Barbatiæ habet.

LOcum Theniæ.
Locum Machilnę.
Locum Bruſellæ.
Locum Derſte.
Locum ſancti Tridonis.
Locum Traiecti ſuper Moſam.
Locum Louanuræ. In hac cuſtodia iacet ſanctus frater Petrus : qui à pueris dum communicaret viſus eſt, ꝙ puerum manducaret.

Cuſtodia Bauentriæ habet.

LOcum de Folda.
Locum Firclariæ.
Locum Griſmariç.

Cuſtodia Aſię habet.

LOcum de quærohing.
Locum de Grouemberg.
Locum de Erfellia.
Locum Marpurg.
Locum Fiſclariæ.
Locum Subdę.
Locum Gerſmarię. In prouincia hac Coloniæ in Turgonæ iacet frater Haſſo. In Kilone iacet frater Adolfus quondam comes Alſathiæ. Frater Electus, & alius frater Electus, de quibus dictus eſt ſupra conformitate. 8. Hæc prouincia Coloniç eſt notabilis prouincia in fratribus valoris, & bonitatis, & multi fuerunt in dicta prouincia notabiles prędicatores,& ſunt quorum fructus in aula cœli reperitur.

De Prouincia Argentina.

PRouincia Argentinæ : ſiue Alamanię ſuperioris habet.6.cuſtodias.

Cuſtodia Alphatiæ habet.

Locum Argentinę.
Locum Rubiaci.
Locum Preſaci.
Locum Sarburch.
Locum Columbarię.
Locum Effimburch.
Locum Angnonię.
Locum Miſinburch.

Cuſtodia Baſilienſis habet.

LOcum Baſileç.
Locum Tannis.
Locum Friburgi inferioris.
Locum Miſhuſin.
Locum Solodri.
Locum Berni.
Locum Friburgi ſuperioris.
Locum Burthorf.

Cuſtodia Laci habet.

LOcum Conſtantiæ.
Locum Trifuſaniæ.
Locum Lindauię.
Locum Tareti.
Locum Borlingenę.
Locum Filinguenæ.
Locum Luceriæ.
Locum Campiregis.

Cuſtodia Bauarię habet.

LOcum Pambenberech.
Locum Nigoldath.
Locum Ratiſponę : in quo quieſcit frater Bertuldus egregius prędicator, qui etiam in vita multa miracula fecit.
Locum Lani Socæ.
Locum Merdlingam.
Locum Monaci.
Locum Verinbetch.
Locum Auguſtæ.

Cuſtodia Sueuię habet.

LOcum Oblingam.
Locum Horbipolis.
Locum Forſinę.
Locum Rothinbeburch.

Locum Ruingenſis.
Locum de Hallis.
Locum Pamundæ.
Locum Cilithpij.
Locum Vlmere.
Locum Hutringhenæ.

Cuſtodia Renenſis habet.

LOcum Tepurg.
Locum de Spira: in quo iacent frater Ioannes: qui poſt mortem mortuum reuocauit ad vitam, & frater Colinus miniſter Argētinæ: qui multa miracula fecit.
Locum Francinuordæ.
Locum Lutri.
Locum Frideburch.
Locum Keſſinhirgh.
Locum Opinheiæ.
Locum Heidelberch.
Locum Maguntiæ: in qua quidam frater noſter fuit Archiepiſcopus. In hac Argentinæ prouincia, ſcilicet Auguſta iacent frater Dauid, & frater Tertericus Argentinæ miniſter viri ſanctitatis magnæ, & perfectionis. In Huxaria iacet frater Vdo ſanctus homo. Multos habuit hæc prouincia fratres præclaros, & litteraturæ: per quos multi ad dominū ſunt conuerſi. Ac in locis huius prouinciæ beatus Franciſcus multa ſigna fecit, vt conformitate. 40. patebit.

De Prouincia Saxoniæ.

PRouincia Saxoniæ habet cuſtodias. 12.
Cuſtodia Bremenſis habet.
Locum de Brema: in quo iacet frater Electus: qui cantando. Aſcendo ad patrem &c. tradidit ſpiritum.
Locum Hamburch.
Locum Vernieburch: in quo iacet ſanctus frater Ioannes.
Locum de Stadio.
Locum Kiliuem.

Cuſtodia Halberſtatenſis habet.

LOcum de Allonſtath.
Locum Heldenſem: in quo iacet frater Corradus cognomine pater Sancte.
Locum Honcuer.
Locum de Brunſuich.
Locum Quedelinburgio.

Cuſtodia Maindiburgenſis habet.

LOcum Maindiburch.
Locum de Oſter Vuerlinburch.
Locum Seruiſt.
Locum de Barebi.
Locum Halus.
Locum de Aſcaria.

Cuſtodia Lubicenſis habet.

LOcum de Lumbech.
Locum de Riga.
Locum Gerpoſualdæ.
Locum Verenæ.
Locum de Fundis.

Locum Roſtach.
Locum Parchem.
Locum Viſmæ.

Cuſtodia Stentinenſis habet.

LOcum de Stentin.
Locum de Piris.
Locum Arulualdere.
Locum Nouabrendeburch.
Locum Priniſclaue.
Locum Gritonberch.
Locum Anguermudæ.
Locum Trauenburch.

Cuſtodia Lipſenſis habet.

LOcum de Lipſcæ.
Locum de Egra.
Locum Cciec.
Locum Fuicaniæ.
Locum Cutiæ.
Locum Vneroida.
Locum Aldembrich.
Locum Viſenulke.

Cuſtodia Miſnenſis habet.

LOcum de Miſna: in quo iacet ſanctus frater Odoricus Saxo.
Locum Codeber.
Locum Vriſburch.
Locum Preſcanden.
Locum Oſcen: in quo iacet frater Ioannes glorioſus ſignis in vita, & poſt mortem.
Locum Terrecon.
Locum de Suſelis.

Cuſtodia Aureimontis habet.

LOcum de Geldeberith.
Locum Leueberith.
Locum Legenis.
Locum de Gorlis.
Locum Lubani.
Locum Agani.
Locum Budeſin.
Locum Traſne.
Locum Itauiæ.
Locum Fatouiæ.

Cuſto dia Pruſciæ habet.

LOcum de Bramisberich.
Locum nouæ.
Locum de Culmen.
Locum Etorij.

Cuſtodia Vratislauenſis habet.

LOcum de Vratislauia.
Locum Siluanæ.
Locum de Sacalim.
Locum Nouſori.
Locum Niſæ.
Locum Nauſclauiæ.
Locum de Muntisben.
Locum de Brega.

Cuſtodia Brandeburgenſis habet.

LOcum ſanctæ Heliſabeth.
Locum Lobauiæ.
Locum Salmodil.

Locum

Locum Antiquę Brandeburch.
Locum de Berliz.
Locum de Seenidal.
Locum Vuerrauleéuordæ.
Locum de Karis.

Cuſtodia Thuringiæ habet.

LOcum de Meinegæ.
Locum Erfordiæ: in quo iacet frater Benedictus: qui fuit pincerna beatæ Mariæ.
Locum de Aeuſtedæ.
Locum Conburch.
Locum Iſenach.
Locum Molhuſin.
Locum Aluel. Hæc prouincia maior eſt fratribus, nulla alia prouincia: quæ ſit in ordine minorum, & habuit fratres ſanctitate inſignes. Siquidem in Menandeburch iacent frater Simon primus lector in Theutonia. Frater Iacobus primus cuſtos Saxoniæ. Frater Luculfus: cuius lotura pedum infirmos curauit, & multa miracula edidit. Frater Iordanus de Italia. Frater Gilbertus, & frater Eretfridus: de quibus dictum eſt fructu, & conformitate. 8. Iacet in Iblhuſen frater Hermanus. In ciuitate Haluerſtaden frater Otto: qui miraculosè intrauit ordinem, & poſt mortem ſignis claruit. Alij fratres ſancti viri in hac fuere prouincia, & ſi eorum memoria ſilentio ſit ſuppreſſa.

Nota.

De Prouincia Auſtriæ.

PRouincia Auſtriæ habet. 6. Cuſtodias.
Cuſtodia Vuerienenſis habet.
Locum Vueriennæ.
Locum nouæ Ciuitatis: in quo iacet ſanctus frater Corradus vir multorum patrator miraculorum.
Locum Aiſbrurgæ.
Locum Velſpetch.
Locum Ciſtenſterch.

Cuſtodia Stiriæ habet.

LOcum de Grezæ.
Locum Indeburgæ.
Locum Volſperium.
Locum de Pruca.

Cuſtodia Anaſtenſis habet.

LOcum de Panija.
Locum de Lurizan.
Locum Anaſi.
Locum Belſæ.

Cuſtodia Felicenſis habet.

LOcum Briſneæ.
Locum Fillaci.
Locum Bozarij.

Cuſtodia Danubij habet.

LOcum Stain.
Locum de Tulla.
Locum de La.
Locum Nereuſtan.
Locum de Gerico.

Cuſtodia Marchiæ habet.

LOcum Peroniæ.
Locum Marisburgæ.
Locum de Cilia.
Locum Laibaci.

De Prouincia Boemię.

PRouincia Boemiæ habet. 7. cuſtodias.
Cuſtodia Opolienſis habet.
Locum Bladis Lauici.
Locum Glohouiæ.
Locum de Boton.

Cuſtodia Pragenſis habet.

LOcum de Praga.
Locum ſancti Iacobi.
Locum ſancti Franciſci.
Locum Nouæ domus.
Locum Bechinam.
Locum Boſelauiæ.
Locum Beneſſau.

Cuſtodia Morauiæ habet.

LOcum Olopiuæ.
Locum de Brunna.
Locum Iglauiæ.
Locum Opauię.
Locum Nouæ ciuitatis.
Locum de Ceinoma.
Locum Cernoiæ.

Cuſtodia Geſtinenſis habet.

LOcum Gneſnam.
Locum Calis.
Locum Ologouiæ.
Locum Bernake.
Locum Croauiæ.
Locum Rediſon.
Locum Sereni.
Locum Piſdræ.

Cuſtodia Gremenſis habet.

LOcum de Muta.
Locum dę Grem.
Locum Bidzoniæ.
Locum Diaslauiæ.
Locum Glazi.

Cuſtodia Cracouień. habet.

LOcum Lenoniæ.
Locum Cracouię.
Locum Zanicpſt.
Locum Radomis.
Locum Saudech.

Cuſtodia Lutomericenſis habet.

LOcum Lutomenis.
Locum Piliſuam.
Locum de Ponte.
Locum Cadani.
Locum Zarem.
Locum Tinex.
Locum de Miſſa. Hæc prouincia Boemiæ habet in Princilauia ſepultum fratrem Gerardum: qui in vita, & poſt miraculis claruit. In Vranzalauia fratrem Marquerdum: qui ibi multis ſignis claruit.

De Prouincia Vngariȩ.

PRouincia Vngariæ habet.8. Cuſtodias.
Cuſtodia Laurerienſis habet.
Locum Suproni.
Locum Polomi.
Locum de Leuca.

Cuſtodia Zagrabienſis habet.

LOcum Zagrabiæ.
Locum Virouiticæ.
Locum Neficæ.
Locum de Poſega.
Locum Conſtannicæ.
Locum Gurbonich.

Cuſtodia Girminenſis habet.

LOcum Bachini.
Locum Voilach.
Locum ad ſanctum Demetrium.
Locum de Tadua.
Locum Franchæ Villæ.
Locum ad ſanctum Irenen.
Locum Zemlini.
Locum Monaſterij.
Locum Banni in metis greciæ.
Locum Eudi.

Cuſtodia Strigonienſis habet.

LOcum Strigonij.
Locum Nitriȩ.
Locum Ternauiæ.
Locum Seznæ.
Locum Lipſæ.
Locum Tinchinij.

Cuſtodia quinque Eccleſiarum habet.

LOcum Variſdini.
Locum quinque Eccleſiarum.
Locum Capucæ.
Locum Lubrigi.
Locum Falcas.
Locum Semeniæ.
Locum Segeſdini.

Cuſtodia Agrienſis habet.

LOcum de Agria.
Locum Ceps ſuperius.
Locum Ceps inferius.
Locum Zathmar.
Locum Potoci.
Locum Varadini.

Cuſtodia Trranſiluana habet.

LOcum de Biſtriza.
Locum Tementi.
Locum Voraſini.
Locum Clicunfori in metis Tartariæ.
Cuſtodia Albienſis habet in ciuitate Budȩ quatuor loca fratrum.
Locum Albȩ regalis.
Locum Sigeth. Hæc prouincia Vngariæ habet in villa Francha Fratrem Ioannem olim miniſtrum Vngariȩ ſepultum: qui multis ſignis corruſcat. In Strigonio habet fratrem Gallum lectorem deuotiſsimum,& puluis ſuȩ ſepulturæ ſanat infirmos. In Cara villa habet fratrem Ioannem cuſtodem: & fratrem Henricum ſanctos homines. De hac prouincia Vngariæ fuit frater Stephanus in Sarai pro fide; (vt dictum eſt fructu.8.) martyrizatus. Præfata ſunt loca.34 prouinciarum ordinis: non computatis monaſterijs: in quibus ſtant aſsiduæ fratres,& in quibuſdam in bono numero tam in Italia,quàm extra. tā in regnis, quàm in alijs partibus Chriſtianitatis. Exceptis etiam locis: in quibus fratres cum regibus,& reginis morantur, & cum alijs mundi principibus, quȩ minimè computantur. Sunt etiam in ordine Vicariæ plures; quȩ ȩquipollent multis prouincijs.

De Vicaria Boſnæ.

VIcaria Boſnȩ habet.7. Cuſtodias.
Cuſtodia Dulmnæ habet.
Locum Stagni.
Locum Noui caſtri.
Locum Iemotæ.
Locum Cetinȩ.
Locum de Glamozh.

Cuſtodia de Greben habet.

LOcum Corbauiæ.
Locum Crupæ.
Locum de Greben.
Locum de Glas.
Locum de Otoch.
Locum ſanctȩ Caterinȩ Podnoui.

Cuſtodia Boſnæ habet.

LOcum Curiæ Bani.
Locum ſancti Nicolai.
Locum Laſcionȩ.
Locum Plumbi.

Cuſtdia Vſſorȩ habet.

LOcum de Diaco.
Locum ſancti Elyæ.
Locum Verbicæ.
Locum Schachouæ.
Locum induæ.
Locum Buchouicæ.

Cuſtodia Mazuæ habet.

LOcum de Alſan.
Locum de Biblina.
Locum de Lab.
Locum Mazuæ.
Locum Sanctæ Mariæ de Campo.
Locum Coſcich.
Locum Verhocrup.
Locum de Freberniza.

Cuſtodia Bulgariȩ habet.

LOcum de Seuerino.
Locum Orſcianæ circa portam ferream.
Locum Sebes.
Locum Stim.
Locum Cheueſdi.

Cuſtodia Couini habet.

LOcum Armenes.
Locum Couini.
Locum de Chrani. In hac Vicaria vnus frater

frater noſter intrauit ignem pro fide, & illæſus permanſit,& hac de cauſa aliquos conuertit infideles. In hac Vicaria fratres viuunt ſecundum regulam, & mirabilem fructum ſuis prędicationibus in conuertendo infideles aſſidue faciunt. In Bidinio Bulgariæ quinque fratres martyrizati ſunt, vt habetur ſupra cõformitate. 8.

De Vicaria Ruſsiæ.

Vicaria Ruſsiæ habet hęc loca.
Locum Lemburgæ.
Locum de Grodech.
Locum de Colomia.
Locum de Galciff.
Locum de Noltim.
Locum Neſtin.
Locum Culminem.
Locum Cerech.
Locum Modaluiæ.
Locum Caminix.
Locum Senotorix.
Locum Cotcham.
Locum Licoſtoni.
Locum Albi caſtri. In hac Vicaria.ſ. in Cereth duo fratres noſtri martyrizati ſunt ab infidelibus: qui arborem adorant. Et ab eiſdẽ in Liuonia ſunt alij quinque fratres interfecti ob fidem.

De Vicaria Orientis.

Vicaria Orientis habet cuſtodias. 3.
Cuſtodia Conſtantinopolitana habet.
Locum de Conſtantinopoli.
Locum de Pera.
Locum Theſſalonicæ.
Locum de Fogia noua.
Locum in Metalino.

Cuſtodia Trapeſundarum habet.

Locum de Trapeſunda.
Locum de Fimiſo.
Locum de Sinopi.

Cuſtodia Chauſtenſis habet.

Locum de Chauritio.
Locum Alzaromi.
Locum Trifuſij.
Locum Anchalcekẽ. In Trapeſunda frater Gentilis de Marchia: qui iacet Venetijs multa ſigna fecit, & in partibus infidelium fructũ animarum fecit ſua prædicatione. In Salmaſtro Vicariæ huius quidam ſanctus frater noſter: qui in vita miracula fecerat, tandem ad gloriam martyrij fuit glorioſe ſublimatus,& fratres alij in hac Vicaria ob prædicationes fructum magnum fęcerunt animarum.

De Vicaria Aquilonis.

Vicaria Aquilonis habet. 2 Cuſtodias.
Cuſtodia Gazariæ habet.
Locum ſancti Franciſci de Capha.
Locum ſanctæ Mariæ de Capha.
Locum de Soldaia.
Locum de Cymbalo.
Locum de Ilice.
Locum de Solcath.
Locum de Caraſſu.

Cuſtodia Sataiæ habet.

Locum de Thana.
Locum Agitarcan.
Locum de Sarai: vbi martyrizatus eſt frater Stephanus de Vngaria: in quo loco iacet Cathoganti frater Imperatoris Tartarorum cõuerſus ad fidem per fratres noſtros: qui dicto loco dedit multa iocalia; & coruſcat miraculis. Nam quandam Saracenam vidit frater Piſanus ad ſepulchrum ejus à diabolo liberari.
Locum de Conmch.
Locum de Tharchis.
Locum Mamucci.
Locum de Mager.
Locum de Vgueth.
Locum de Aeſarai.
Locum de Organæ.

De Vicaria Tartariæ.

Vicaria Tartariæ habet in Cepton duo loca.
In Chanbalech in palãtio magni Cani habẽt fratres locum.
In magna Tartaria iuxta contratam Milleſcotſcæ fratres habebant plura loca: in quibus expellendo demones ab infidelibus: qui ad ipſos ducebãtur, multos ad fidem catholicam ſuam prædicatione deducebant.
In Armalech in medio.ſ. Imperio Tartarorum: vbi martyrizati ſunt ob fidem Catholi cum frater Ricardus Epiſcopus Armalech. Frater Franciſcus de Alexandria. Frater Paſqualis de Hyſpania. Frater Raimundus de prouincia. Frater Laurentius laicus de Alexandria, & Frater Petrus laicus de prouincia. Magiſter Ioannes de India tertij ordinis B. F. conuerſus per fratres. Fratres ibi habebant locum, qui in martyrio eorum à ſaracenis, vt dictum eſt conformitate. 8. eſt deſtructus.
In partibus Tartariæ fratres fecerunt,& faciebant fructum magnum, ſed quia modo propter itinera præ ſolito periculoſa: quia illuc nequeunt accedere; Tartari per Saracenos ad legem deducuntur Maumeth. Multa loca erant in dictis partibus tam immobilia, quã mobilia.
In regno enim Iueriæ erant duo loca fratrum immobilia.& quinque mobilia.
In Thauricio erant duo loca fratrum.
In Maxeria erant alia duo loca, & plura alia loca fuerunt in Vicarijs præfatis, tam Orientis, quàm Aquilonis; quæ hodie non habitantur per fratres.

De Vicaria Sardiniæ.

Vicaria Sardiniæ habet.
Locum de Algerio.

Locum

Locum Areſtani.
Locum Saſſarij.
Locum Villæ Eccleſiarum.
Locum Caſtri Challaris.

De Vicaria Corſicæ.

Vicaria Corſicę habet:
Locum Bonifacij.
Locum Caluij.
Locum Nunciæ.
Locum Bigulię.
Locum Auenzolaſchę.
Locum Aliſaniæ.
Locum Orbani.
Locum in Sardinea montis Raſi. Qualem autē fructū fratres fecerint in Corſica, & faciūt apparet: quia indomitos homines ad rōnis tramitē; ſacerdotes concubinarios, & vxoreatos ad pudicitiā, & honeſtatē deduxerūt. Ac multiplices errores in diuerſis partibus per hęreticos diſſeminatos, viriliter prædicatione, & vita extirparunt. Sic ergo apparet, quod non ſolū in Italia multa ſunt loca fratrum minorum, ſed etiam extra Italiam, & non ſolum modo in partibus fidelium, ſed etiam infidelium. Et cum ſint loca vltra mille quingenta, & forte ſexcenta, & plura alia de nouo ædificentur, & ſæpe; quæ hic non ſunt ſcripta, ac in præfatis locis tam mitius, officio, vita; quā prædicationibus aſsidue fratres populi prædicent, & eos informent, nulli dubium debet eſſe maximum fructum animarum feciſſe, & facere. Cum enim iuxta dictum Pſal. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & ſecundum beatum Greg. Viua lectio eſt vita iuſtorum, & in præfatis locis multi fuerunt fratres in vita, & poſt, miraculis coruſcantes, & hinc vltra cc. vt patet intuenti. Sequitur, quod ipſorum vita, & prædicatione ad Chriſtum multi, & varij ſint conuerſi, & quia ſic ordo eſt ſuper orbem dilatatus, ipſe eſt fons, qui exurgit de paradiſo militantis eccleſię ad irrigandum totam ſuperficiem terræ, qui in quatuor partes diuiditur, vt habetur in figura Gene. 2. Hæc eſt illa arbor ſublimis, & excelſa, cuius cacumen cœlum per contemplationem tangit, & rami eius in omnem terram dilatantur. Dan. 4. In beato Fran. completum eſt illud Gen. 22. dictum Abrahæ. Multiplicabo te ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris, & illud dictum Iacob Gen. 28. Erit ſemen tuum ſicut puluis terræ, dilataberis ad orientem, & occidentem, & ſeptentrionem, & meridiem. Impletū eſt, quod Deus (vt dictum eſt) B. Fran. oranti in eccleſia ſancti Iacobi promiſerat de dilatatione ordinis ſui per orbem vniuerſum. Quod domino Vgolino tunc Cardinali Epiſcopo Oſtien. & poſtea papæ Gregorio 9. B. Fran. dixit quod Deus fratres elegit, & miſit propter fructum, & ſalutem animarum omnium hominum huius mundi, & non ſolum in terris fidelium, ſed etiam in terris infidelium recipientur; & multas animas lucrabuntur. Quod B. Fran. ſocijs dixerat de ordinis dilatatione, & profectu, quia multi ad dominum conuertentur; & per vniuerſum orbem multiplicaret Deus familiam ſuam. Sic ergo ex multitudine locorum patet.

Primo vtilitas prædicationum fratrum minorum, & quomodo B. Fran. ad prædicandum verbo, & exemplo ſuos fratres deſtinauit.

Secundo patere poteſt de profectu prædicationum fratrum ex fructu, ſi attendatur ſanctorum fratrum multiplicitas, & ſanctitatis eius magnitudo. Cum enim fratres multi, vt docet conformitas 8. Tam confeſſores, quām martyres in hoc ordine fuerint vita, doctrina, & ſignis præclari, & talibus homines ad Deum attrahantur (teſte experientia) proculdubio ſuis orationibus, exemplis, doctrina, & vita multos attraxerunt, & attrahunt ad incedendum poſt Chriſtum. Quis enim veretur exempla imitari B. Fran. cuius imitatores tot coruſcarunt in præſenti ſeculo miraculis, ſub cuius vmbra voluerunt eſſe Cardinales: Summi pontifices: Reges. Regum filij, milites, doctores, & nobiles, & plebei. Inſuper (vt experientia claret) hodie Chriſto deſeruire optantes, ad Fran. modum, vitam, & formam in tribus ordinibus expreſſam confugiunt. Non ſic de alijs ordinibus (vt patet) in multis. Aliter autem eſt de habitu minorum, quia omnes tales de ipſius colore, & qualitate incedunt induti, & corda configurati. Sancti enim & ſi non prædicent verbo, vt pote a ſeculo exuti, prædicant ſemper vita, quorum (teſte Gregorio) vita eſt viua vox, ac etiam prædicant ſignis, & quod ſic ſit, patet hoc in fratribus ſanctis minoribus.

Tertio ſi conſideretur intrantium, & iam intratorum celſitudo; cuius exemplis inductus eſt ad abnegandum imperium Conſtantinopolitanum, & regnum Hieruſalem rex Ioannes; qui factus eſt frater minor, & ſi principaliter domini noſtri Ieſu Chriſti; tamen poſt ipſum exemplo beati Fran. & ſuorum ad hoc eſt inductus; & ſic de alijs Regibus vt dictum eſt conformitate 8. Sanctus Ludouicus primogenitus regis Caroli ſecundi regis Siculorum, quomodo inductus eſt, vt hunc ordinem introiret? certe ſanctitate B. Fran. & fratrū ſuorum, qui cum ipſo velut ſydera luxerunt, & lucent in firmamēto eccleſiæ militātis, & triumphantis, nam maximam habet præcellentiam in cœlo vt dictum eſt ſupra, & dicetur infra conformitate 38. quam præcellentiam, & gloriam non haberent, niſi vita, & fructu poſito in domini horreo, & archa ex talento credito, & cū vſura domino reddito, & procurato.

Quarto factum in mundo profectum per fratres aſtruit librorum numeroſitas. Quot libri a fra-

a fratribus minoribus editi ſunt, pro morum mutatione? pro mentis illuſtratione? pro fidei defenſione? pro vitiorum extirpatione? pro virtutum acceptione? pro viæ ſpiritus arreptione? pro grata hominum informatione? pro mentali ad apicem contemplationis ſubleuatione? pro æternæ patriæ hanelatione? adeptione? & permanſione? pro crucifixi deuotione, & imitatione? pro mundi contemptu, & abiectione? & pro hominis abnegatione totali, & deſpectione? Nullus poſſet multitudinem librorũ retexere circa præfata per fratres ordinis iſtius editos, & confectos. Quorum operibus velut amne opulentiſsimo, & dulciſsimo operta eſt tota ſuperficies terræ fidelium, vt in cordibus fidelium talium doctrinæ diffuſione fieret in fidelibus, & in infidelibus conuerſis fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Nec immerito tot opera prædicationum ſermonum, & ad prædicta ſpectantiũ, ſunt ſic per fratres cõfecta; quia finis ſcientiæ noſtræ eſt ſcire populo prædicare, & rite informare tam prædicationibus, quam cõſilijs. Nam finis ſtudij fratris minoris eſt ſtudere in ſacra pagina; vt de ipſa fidem defenſare, & populum ſciat informare. Non enim cõceditur viſus, & ſciẽtia dialecticæ, & phyloſophicæ ſciẽtiæ, & ſic de alijs, niſi vt ſacra pagina clarius, & certius adiſcatur, & doceatur. Qui enim alio fine præfatis vtitur ſcientijs, iuxta regulas iuris canonici dignoſcitur veraciter oberrare. Nota. Quinto profectum prædicationum fratrum arguit de multis exemplaritas. Nonne prædicatione B. Antonij noſtri ciuitas Arimini, & partes Romandiolæ ab errore multiplici ſunt liberatæ? Nonne oblitterata erat Chriſti via in Chriſtianis, & vita; & per baiulos crucis Chriſti renouata, ſcilicet fratres minores? Quis ad litteram obſeruabat Euangeliũ? nullus inquam inueniebatur. Sed franciſcus eum ſuis fratribus veniens vitam huiuſmodi aſſumens, & docens, poſt ſe traxit quaſi totum mundum. Per beatum Franciſcum, & ſuam prædicationem Soldanus venit ad fidẽ. Octogonti Frater imperatoris Tartarorum per fratres minores venit ad fidem, & miraculis claret. Georgiani ad fidem per fratres minores venerunt; & ſtant adhuc, & ſic de alijs nationibus. Quis cogitare poſſet fructum; quem adhuc, hodierna die faciũt fratres ſuis prędicationibus, & exemplis in partibus Ruſsię, Boſnæ, Bulgariæ, & Corſicæ, & ſic de alijs, tã pro uincijs, quam ordinis Vicarijs? Certe nullus. Et ſicut fecerunt fructum, & faciunt ſuis prædicationibus, & exemplis iõ orbe toto, ſic & in quibuſdam hominibus faciunt hodie, & fecerunt, ſicut de pluribus dictum eſt ſupra in hoc fructu, & conformitate, & etiam conformitate 8. & 9. Attamen pro huius confirmatione adduco exemplum vnũ in ſpeciali, quod accidit prædicatione fratrum tempore beati Fran. Dum enim duo ex nouellis diſcipulis B. Fran. ad ignotas partes prædicationes cauſa adirent, ad quoddam caſtrum plenum peſsimis hominibus peruenerunt, in quo erat quidam ipſius crudelis, & magnus tyrannus caput dictorum prædonum, & malorum hominũ, qui & ſi genere eſſet nobilis; ignobilis tamen erat peſsimis moribus. Ad dictum caſtrum fratres ratione frigoris, & famis diuertentes cum labore per internuncios rogauerunt dominum caſtri, vt illa nocte eos reciperet Dei amore, quos ille a Deo inſpiratus recepit gratanter, & multam compaſsionem, & curialitatem ipſis exhibuit, nam fecit eis fieri ignem maximum, & parari menſam more nobilium. Diſcunbentibus fratribus, & alijs cunctis, vnus illorum fratrum; qui erat ſacerdos, habens gratiam loqui de Deo ſingularem, videns, quod nullis diſcumbentium de Deo aliquid, aut de ſalute animæ tractaret, aut loqueretur, ſed ſolum de prædationibus, & occiſionibus, & alijs malis multis, qui hincinde perpetrauerant, & gaudebant in rebus, & de impietatibus, quas vſquequaque commiſerant; quare refectione finita corporali; cupiens frater ille hoſpitem ſuum, & alios, qni aderant cæleſti cibo reficere, dixit domino illi. Domine magnã charitatem, & curialitatem nobis exhibuiſtis, & ideo multum eſſemus ingrati, ſi non vobis aliqua bona ſecundum Deũ rependere ſtuderemus, Propterea rogamus, vt totam familiam faciatis congregari, vt pro beneficijs corporalibus a nobis receptis, ſpiritualia rependamus. Quorum rogaminibus dominus aſſentiens, fecit omnes congregari coram dictis fratribus, qnibus congregatis cępit ille frater loqui de gloria paradiſi, quomodo ibi eſt lętitia ſempiterna, ibi ſocietas angelorum, ſecuritas beatorum, ibi gloria infinita, ibi copia cæleſtium theſaurorum, ibi vita perpetua; lux inobfuſcabilis, pax impertubabilis; ſanitas incorruptibilis, ibi Dei præſentia, & omne bonum, & nullum malum. Et quod homo propter peccata, & miſeriam ſuã perdit tot, & tanta bona; & acquirit infernũ, vbi dolor eſt, & triſtitia ſempiterna, ſocietas demonum, & ſerpentium, & draconum, vbi miſeria infinita. & vita ſine vita, tenebræ palpabiles; & luciferi pręſentia, vbi turbatio, & ira, ſempiternus ignis; & glacies, & rabies, fames, & ſitis, vbi mors ſine morte, gemitus, lachrymę, ſtridor dentium, & æternitas tormentorum, vbi omne malum, & carentia omnis boni. Poſtea ſubiunxit. Et vt comprehendi, omnes vos ad tanta mala curritis feſtinanter. Nam nihil boni operis, vel ſermonis in vobis apparet, vnde conſulo, & admoneo vos chariſsimi, quod pro vilibus rebus mundi, & carnis voluptatibus, quæ omnia tranſeunt, vt

Tt vmbra,

vmbra, noliti ſperdere illa ſumma, & ęterne duratura cęleſtia bona. Et his dictis a fratre prędicto, dominus ille caſtri tactus intrinſecus, & corde compunctus, procidit ad pedes fratris cum omnibus alijs, & cępit amariſsime flere rogans, & petens a fratre, vt ipſum in viam ſalutis dirigeret. Et confeſsione cũ multis lachrymis facta; & cordis compunctione eidem fratri: dixit ei frater, quod oporteret eum in redemptione peccatorum ſuorum peregrinari per ſanctuariam, atteri per ieiunia, in orationibus vigilare, & eleemoſynis largis inſiſtere, & alijs operibus pietatis. Dominus autem ille reſpondit. Pater chariſsime, ego nunquam iſtam prouinciam exiui, Pater noſter, nec alias orationes ſcio dicere, vnde aliã pœnitentiam mihi iniungatis. Illę ſanctus frater ait. Chariſsime, ego volo fideiubere pro te, & ex charitate pro tuis peccatis intercedere ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt ſcilicet anima tua non pereat. Et nunc ad pręſens nolo, vt aliam pœnitentiam facias, niſi, quod hoc ſero proprijs tuis manibus portes de paleis, vt ego, & ſocius quieſcamus, qui cũ gaudio de paleis portauit, & lectum parauit, & fecit in vna camera, vbi lumen ardebat. Et videns pręfatus dominus, quod frater ille tam ſancta, & virtuoſa verba protulerat, concepit, quod eſſet ſanctus homo. Et poſuit in corde ſuo explorare, & obſeruare cũ diligenter quid faceret illa nocte. Et vidit, quod dictus frater poſuit de ſero ſe ad dormiendum in lecto, ſed cum putaret omnes profunde dormire, ſurrexit intempeſte noctis ſilentio, & pro fideiuſſione facta expandens manus ad Deũ; & orans pro illo, indulgentiam pro illius peccatis poſtulabat. Et ecce in ipſa oratione eleuatus eſt in aere vſque ad culmen palacij, & in aere fecit tam magnum lamentum, & fletum pro peccatis dicti domini indulgentiam poſtulando; quod vix vnquam eſt viſus homo; qui charos ſuos conſanguineos, ſeu amicos defunctos tã cordialiter fleret, ſicut ipſe frater pro peccatis illius. Et fuit illa nocte ter eleuatus in aere ſemper cum piolamento, & lachrymis compaſsionis. Et ille dominus obſeruans latenter omnia prędicta videbat; & audiebat charitatiuum lamentum, & compaſsiuos ſingultus lachrimarum, vnde ſtatim de mane ad pedes procidit dicti fratris, & cum lachrymis compunctionis rogabat eum, vt ipſum in viam ſalutis dirigeret paratum firmiter ad omnia, quę iuberet. Igitur (fratre ſancto conſulente ſibi) vendidit cuncta, quæ habuit; & reſtituit reſtituenda, & cętera pauperibus erogauit, & ſecundum ſanctum Euangelium cuncta diſtribuit; & ſemetipſum domino offerens, ordinẽ fratrum minorum intrauit; & cum vita ſancta, & perſeuerantia laudabili finiuit. Cæteri etiam antiquarum iniquitatum ſatellites, & ſodales compuncti corde; vitam in melius mutauere. Sic antiqui fructificauerunt in mundo ad pœnitentiam homines inducentes, quia non de Ariſtotelis, vel Auerrois; ſed de gloria paradiſi, & inferni ſupplicijs prędicabant. Plures in mundo fuerunt fures, & latrones maximi, qui prædicationibus fratrum compuncti, ordinem intrauerunt, & ſancto fine deceſſerunt. Frater Gonſaluus Sancij de prouincia ſancti Iacobi nobilis genere; ſed latro fuit peſſimus, tandem conuerſus ad dominum, factus frater minor miracula fecit in vita, & poſt mortem. Frater Agnellus de Alnerna latro peſsimus, conuerſus ad dominum per beatũ Fran. fuit poſtea homo magnę ſanctitatis, & ſic de alijs. Et quia nimis longum eſſet enarrare quid Chriſtus fecerit circa homines vtriuſque ſexus per B. Fran. & fratrum ſuorum linguam, & vitam, ſufficiant iam præmiſſa.

Sexto arguit profectum animarum fratrum prædicationibus factum, reuelatorum a Deo ſinceritas. Diuinis enim oraculis eſt declaratum, quantum fructum animarum fecerit, & facit hic ordo. Cum enim B. Fran. lauando quendam leproſum ipſum curaſſet, poſt dies paucos dictus leproſus apparuit beato Fran. oranti in quadam ſilua dicens ei. Cognoſcis tu me? Cui B. Fran. Quis (inquit) tu es? Et ille. Ego ſum leproſus quem Chriſtus benedictus (te promerente) ſanauit; & hodie vado ad regnum beatũ, de quo Deo, & tibi gratias ago. Benedicta ſit anima tua, & corpus tuum, & benedicta ſint verba tua, & opera tua, quia per te multæ animæ ſaluabuntur in mundo. Et ſcias; quia non eſt dies in mundo, in quo ſancti Angeli, & ſancti, & ſanctę Dei non referant magnas gratias Deo de ſanctis fructibus, qui per te, & tuum ordinem vndique patrantur per orbem. Et propterea confortare, & gratias redde Deo, & iſta cum benedictione Dei. Et his dictis, receſsit, & B. Fran. remanſit valde conſolatus.

Idipſum beatus Fran. dixit cuidam fratri, cuius venam pectoris reſtrinxit. Cum enim dictus frater peteret a beato Fran. Quis ordo Deo magis eſſet acceptus. Reſpondit beatus Fran. In otio, & murmuratione.

Quædam ſancta domina rogauit Deum, vt ſibi reuelaret quantum ordo B. Fran. ſibi eſſet acceptus. Cui dominus reſpõdit, quod in hoc ordine erant homines; qui inter omnes homines huius mundi plus Deo placebant: & aliqui, qui inter omnes magis Deo diſplicebãt. Et ſibi de vno fuit conqueſtus; quod ſuum nomen parum a fratribus, & intra fratres nominabatur. De affectu autem Chriſti ad ordinem patuit ſupra conformitate 9.

Septimo profectum animarum ordinis aſtruit hominum ad hunc ordinem deuotio. Quem affectum habeant fideles, & habuerint ad hũc ordi-

ordinem, præ alijs oſtendunt conſtructio tam ſolēnis locorum, induitio habitus fratum minorum, corpora defunctorum apud fratres humatorum, multiplicitas paramentorum; & ſic de alijs. Sed ſuper omnia eſt cohabitatio fratrum apud inſignes perſonas, & notabiles, vide Frāciam, reſpice Alamaniam, verte te ad Angliam; Guaſconiam; Aragoniam, Hyſpaniam, Boemiam, Vngariam, Auſtriam, Lombardiam, Siciliam; & totam Italiam, & reperies, quod reges; filij regum, & filię, vxoreſq;, comiteſque; duces; principes; barones; & dignitate ſeculi fulgentes, fratres minores in ſuis hoſpicijs habere pro confeſſoribus, & informatoribus voluerunt. Quot committerentur infanda per tales, quæ tamen non fiunt prędicationibus, & fratrum monitionibus, vnde & ſi fratribus ſit ad diſtractionem mentis cū talibus conuerſatio; cedit tamen hominibus ad vtilitatem animarum, & profectum fratrū; quia ipſorum fratrum eſt ad mercedem apud altiſsimum. Non credo, q ſit aliquis ordo; ad quem tantum fideles afficiantur, ſicut ad iſtū. Nec hoc eſſet niſi fructu magno, & profectu, quem dominus per fratres operatur in eis. Quot ſunt homines habentes ſecum fratres miſſas, prædicationes, & alia audientes ab eis? eſſet nimis prolixum referare, qui ibi non ad ludendum, & ſecularia exercenda morantur, ſed cum grauitate vitæ, & morum dominos, & alios apud quos reſident informantes. Qua deuotióne præfati nobiles ad beatum Fran. in retentione fratrum freti, a Deo iuxta promiſſa beato Fran. de habentibus deuotionem ad ordinem; in fine gratiam, & gloriam recipiūt, & in præſenti à multis malis præſeruantur, vt dicetur conformitate 13. & 40.

Octauo, & vltimo aſtruit profectum animarum fratrum, & ordinis deputatio (teſte abbate Ioachim) Ordo minorum perſeuerabit vſque ad tempora nouiſsima, & ſic Chriſtus beato Fran. reuelauit quid facient ſua prædicatione, & ſi dictum ſit fructu primo, & conformitate, tamen ſic, inquit: Ordo columbinus, ſcilicet fratrum minorum vſque ad nouiſsima tempora duraturus, per mare aquilonare tranſibit; aſpera paſcua guſtabit. Regina auſtri proteget, & fouebit eū in amaritudine ſua, flumen Eufratem tranſibit, vndam, & impetum eius ſua prædicatione mitigabit, aſpera reducentur in planum in ſermone eius. Terra ſalſuginis ideſt Egypti ad dominum conuertetur per eum. In eadem terra ſecure Euāgeliū prædicabit. Multæ gentes per ipſum ordinem ad Deum conuertentur. Gens idolatra, cuius lingua ignorabitur, quæ de finibus terræ miſſa à Deo in adiutorium terræ promiſsionis; & vt ipſa agnoſcat Deum patrem omnipotentem, & filium eius vnicum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ad fidem Catholicam per ipſum cōuertetur: Futurum eſt enim quod ordo columbinus viriliter ſe opponat contra mortis Angelum, & prædicando contra eum, plures, & maxima multitudo de filijs ipſius ordinis martyrio ad dominum tranſibunt, ſicut dictum eſt per Dauid prophetam. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Gaudebunt in canticis ideſt in prædicatione omnes tribus Iſrael. Et gens immunda Machometica; quæ remanebit, & hi qui reſidui erunt ad dominum conuertentur. Hæc Abbas Ioachim in libro concordiæ. Ad quid ergo deſtinatus ſit ordo minorū in principio patet quia ad Crucem Chriſti, & vitam tenendam, & prædicandam. Et quid finaliter, quia ad prædicandum infidelibus; & contra antichriſtum, & quod per prędicationem eius mundus debet ad Chriſtum conuerti. Sic ergo apparet præfatis de profectu, & vtilitate quantum ad animas facta, & quæ ſit per fratres ordinis; & quę fiet in futuro. Et patet declarata ſecunda pars huius vndecimæ conformitatis, quod non ſolum b. Fran. ad exemplū Chriſti ad prædicandum acceſsit, vt dictum eſt conformitate præcedenti, ſed etiam deſtinauit fratres ad prædicandum per totū mundum, vt dicit ſecunda pars declarata huius conformitatis, ſcilicet Franciſcus deſtinator, ſcilicet fratrum ſuorum ad prędicandum.

FRVCTVS XII. ET CONFORMItas. Ieſus loquens humilimis, Franciſcus reſerator. Expoſitio primę partis, ſcilicet Ieſus.

IN ſuperioribus conformitatibus, & fructibus viſum eſt de legibus Saluatoris noſtri, & hæc conformitate 9. Ac de eius doctrina quo ad prædicationem eius, conformitate 10. & hoc generaliter. Nunc in iſta conformitate 12. videndum eſt in particulari de ipſius doctrina quo ad perſonas; quas ipſe redemptor omniū Chriſtus docere placuit ſpiritualiter, & ſingulariter. Et circa hæc inſiſtendo.

Primo erit videndum, quos informauit ſua ſapientia particulariter.

Secundo, quid eis expreſsit generaliter, quibus viſis, patebit expoſitio iſtius primę partis videlicet. Ieſus loquens humilimis. Quia & ſi maximos, & ſuperbos ſit alloquutus; humilimos tamē principaliter placuit informare; quia tales ſunt; quos ipſe diligit iuxta illud prouerb. 3. Cum ſimplicibus ideſt humilibus ſermocinatio eius. Quòd enim humiles, & non ſuperbos dominus alloquatur, patet in tota ſerie veteris teſtamēti. Dominus enim Gen. 6. 12.
loquutus eſt cum Noe cum Abraam, cū Iſaac, & 16.

Gen. 28. cum Iacob, cum Moyſe, cum Ioſue, cum Da-
Exo. 3. uid, cum Salomone, cum Iſa. cum Ieremia,
Ioſue. 1. cum Ezech. & alijs prophetis.ſ. Elia: Eliſeo,
2. Reg. 23. Michea, Amos, & ſic de alijs. Qui homines
3. Reg. 4. fuerunt humilimi; vt patet ex eorum actibus,
Iſa. 1.
Ierem. 1. ac Deo accepti. Sic & in nouo teſtamento per
ipſum Chriſtum Dei ſapientiam, & virtutem
extitit operatum, vt ex ſequentibus clare pa-
tebit. Ipſe.n. Chriſtus magiſter, & veritas ſua
ſancta doctrina informare complacuit, & allo
qui videlicet.

Primo Virginem Mariā eius matrem: quam
alloquutus eſt.

Nota. Primo verbo intraneo, ipſam lumine prophe-
tico replendo; ac ſuam deitatem (vt pie credi
tur) oſtendendo, & hoc dum in eius vtero mo
raretur, vt in opere à me edito de vita B. Ma-
riæ fructu. 17. prolixe declaraui.

Secundo loquutione externa ſuam matrem
alloquutus eſt.

Primo in ſua poſt triduum re inuentione, cū
Lucæ 2. ipſa ei dixiſſet. Fili: quid feciſti nobis ſic?
Ego & pater tuus dolentes quærebamus te.
Tunc inquit ipſe Chriſtus. Quid eſt quòd me
quærebatis? Neſciebatis ꝙ in his; quæ patris
mei ſunt oportet me eſſe? Quæ verba & ſi ex
parte. B. Mariæ fuerint amoris expreſsiua di-
lectum habere anhelantis, & liqueſcentis poſt
inuentionem, ac ſtupentis, & admirantis, fue-
runt tamen ex parte Chriſti ſingularis excel-
lentiæ Ieſu, & diuinitatis declaratiua. Cum
enim ſe aſſerit debere eſſe in his; quæ patris
ſunt, oſtēdit ſe verum Deum eſſe. Ratio, quia
cum totū eſſe habeat. ſ. diuinale à patre: hinc
eſt, ꝙ quę ſunt patris quo ad eſſentialia, ſunt
Ioan. 17. & eius: quare quæ patris ſunt, ſua ſunt. Om-
Matth. 11. nia mihi tradita ſunt à patre meo.

Et ad inſtar patris, ſicut pater cœleſtis paſcit
Matth. 6. volatilia, ſic & ipſe Chriſtus.
Matth. 11. Sicut pater abſcondit à ſapientibus, & prudē-
tibus ſua ſecreta; ſic & ipſe Ieſus filius.

Et ſicut pater cœleſtis eſt vnus magiſter; ſic &
Matth. 23. ipſe Chriſtus eſt magiſter.
Matth. 10. Sicut pater nobis debita dimittit, ſic & eius
filius Ieſus.
Matth. 11. Et ſicut pater cœleſtis de cœlo dat ſpiritum,
ſic & filius Ieſus.
Ioan. 4. Sicut pater diligit filium, ſic & filius patrem.
Ioan. 5. Sicut pater operatur, ſic & Ieſus filius opera-
tur.
Ioan. 5. Sicut pater eſt viuens, & ipſa vita, ſic & Ieſus
eſt viuens, & vita.
Ioan. 13. Sicut pater habet omnia in manibus: ſic & fi
lius.
Ioan. 14. Sicut pater eſt in filio: ſic & filius.
Ioan. 7. Sicut pater habet ſapientiam: eandem habet
& filius Ieſus: quia doctrina filij eſt patris.
Ioan. 15. Sicut pater eſt agricola: ſic & filius.
Ioan. 16. Sicut pater amat diſcipulos: ſic & filius.
Ioan. 16. Sicut pater clarificat filium: ſic & filius patrē.

Et ſicut pater ſeruat in nomine ſuo: ſic & ipſe. Ioan. 17.
Sicut pater eſt Deus miſericordiarum, & to-
tius conſolationis: ſic & filius.
Sicut omne datum optimum eſt à patre lumi 2. Cor. 11.
num: ſic & à Ieſu.
Sicut pater teſtimonium dat in cœlo: ſic & fi- Iacobi 1.
lius & ſpiritus. Et ſic præfatis inſpectis appa- 1. Ioan. 5.
rent dicta verba à Ieſu prolata matri ſuæ dei-
tatis euidenter eſſe declaratiua. Et ſic ſuc-
cinctè patet de primo verbo.

Secundo loquutus eſt Ieſus matri in nuptijs
exiſtenti. Cum Virgini dicenti præ compaſ- Ioan. 2.
ſione vinum non habent: reſpondit. Quid
mihi, & tibi mulier? nōdum venit hora mea.
Quod verbum: vt apparet prima facie, non
fuit virgini inhonoratiuum; ſed multiplici-
ter commendatiuum.

Primo in nomine; quo eam appellat dicens
mulier ipſam totam eſſe liquefactam pietate
ad egenos, & indigentes oſtendit.

Secundo, quia hoc verbo expreſsit ſe aliud eſ
ſe habere, quam quod accepit ab ea. ſ. diui-
num. Et quia non per primum eſſe, quod ab
ipſa acceperat, competebat ſibi miracula fie-
ri: ſed per ſecūdum eſſe, hoc exprimendo ma-
trem ipſam eſſe reſerauit.

Tertio quia dicēdo nondum venit hora mea
oſtendit, ꝙ illud, quod ſecundum cōmunem
curſum fieri non debet ſpeciali interuentu
Mariæ, Deus facit: quia eius precibus Deus
inclinatur in cunctis: quare per hoc innuit
omnium recurſum, & acceſſum ad Mariam
debere eſſe: vt quod Deus noſtra indignitate
non debet porrigere, eius nobis interuentio
ne donetur: quare hoc verbo matrem nō de-
ſpexit: ſed acceptauit, & cōmendauit. Quod
patet cum ſubditur, ꝙ beata virgo hac habita
reſponſione dixit miniſtris. Quęcūque dixe-
rit vobis facite.

Tertio Chriſtus loquutus eſt matri tempore
ſuæ paſsionis. Cum enim ſtaret iuxta crucem Ioan. 18.
dixit ei. Mulier, ecce filius tuus. Quod quidē
verbum ſic B. Mariæ dictum fuit ipſius. B. Ma-
riæ in matrem Ioannis adoptatio, prout dicit
B. Hierony. in ſermone de aſſumptione. Cogi
tis me o Paula &c. Et cum fuerit filio ſummè
obediens, Ioannem; vt filium adoptiuū ſingu
lari eſt complexa amore. Et quia verbū hoc,
& dubia circa ipſum declaraui in opere de vi
ta virginis Mariæ fructu. 51. Ideo ad pñs cir-
ca ipſius expoſitionem non inſiſto.

Secundo alloquutus eſt Ieſus Ioannem bapti-
ſtam.

Primo internaliter quando voce Marię Chri-
ſtum habentis in vtero, ipſe Ioannes exulta- Lucæ 1.
uit, & ſpiritu ſancto repletus fuit.

Secundo vero vocabiliter, & hoc primo in
deſerto. Quando factum eſt verbum domini Lucæ 2.
ſuper Ioannem in deſerto: vbi notatur, ꝙ ſu-
per Ioannem multiplex eſt factum verbum, &

Ieſus eſt multipliciter verbo ſingulari eum al
loquutus.
Nam quando Ioannes fuit à peccato purga-
tus verbo ſuę miſerationis eſt alloquutus prę-
ueniendo eum, anteqnàm exitet de ventre ſan
ctificando.
Quando fuit ab ipſo Chriſto, & matre viſita-
tus, verbo eum eſt alloquutus ſingularis Dei
incarnationis: quia ſibi cognitio ſecundum
Ambroſium, & Augu. eſt collata. In cuius co
gnitionis ſignum ipſe exultat, & mater eins
prodit Maria matrem Dei eam vocando.
Quando impulſus eſt ad deſertum. Verbo al-
Luce 2. loquutus eſt de eius à Deo protectione: q̄ eū
ab hoſte protégeret, & aleret in fame.
Quando tanto tempore in deſerto eſt con-
uerſatus, eſt alloquutus eum verbo de mnn-
do contēnendo quàm ſit vtile, & de imprecia
bili theſauro talibus prępareto; ac quàm bo
nus ſit dominus ei totaliter cohærentibus.
Quando miſſus eſt ad prædicandum, tunc ha
buit verbum de Dei bonitate, & Dei amore
ad homines: qui vult omnes homines ſaluos
fieri, & ad agnitionem eius nominis perueni-
re: qui verbum ſuum ad ſaluandum omnes
quantum in ſe eſt direxit. Alloquutus eſt etiā
eum verbo ſingulari eidem inſpirando quid
ipſe eſſet facturus: quia baptiſmum inſtitue-
re debebat. Qnidue prædicaturus cum pœ-
nitentiam Ioannem prędicare voluit.
Secundum beatum Ioannem alloquutus eſt
Matth. 3. in ſua ab eo baptizatione, vt enim habetur. Ie
ſns venit à Galilea ad Iordanem ad Ioannē;
vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohi-
bebat eum dicens. Ego à te debeo baptizari;
& tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus
dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos om-
nem implere iuſtitiam, vbi Chriſtus oñdit.
Primo ſuam profundiſsimam humilitatem:
qnando à Ioanne voluit baptizari.
Secundo informauit Chriſtus Ioannem de
ſua omnimoda ſanctitate: quia inquit decet
nos implere omnem iuſtitiam, & ſic ſanctos
eſſe conſumate.
Tertio à ſua doctrina; qnę incipit ab opere:
quia quæ volebat docere. ſ. baptiſmum, & hu
militatem, ante voluit opere exercere; & ſic
implere omnem iuſtitiam: quia iuſtitia exi-
git: vt quod verbo promit, opere exerceat
doctor.
Quarto de perfecta animę munditia: quę eſt
per ſnſceptionem baptiſmi: qni baptiſmus
eſt ſacramentum perfectè iuſtitiæ: quo iuſti-
ficatur homo, & ſi moreretur ſtatim cum in-
ſtis vitam intraret æternam.
Quinto de vitę exemplaritate. Decet inquit
nos implere omnem iuſtitiam. Glo. 1. Omnē
gradum humilitatis. Quorum primus eſt in
ſubijciendo ſe ſuperiori. Secundus in ſubden
do ſe pari. Tertius vero, & ſummus in ſubij-
ciendo ſe inferiori, quem gradum Chriſtus
oſtendit Ioanni, dum ab ipſo inferiori bapti
zari voluit, & ſibi complacuit. Et ſic apparet
quomodo bene dicit Chriſtus. Decet: non
oportet, quia ex decentia fuit; non ex neceſ-
ſitate, q̄ Chriſtus à Ioanne voluit baptizari. Nota.
Sexto loquutus eſt Ioanni Chriſtus de ſuo ba
ptiſmo quo ad effectus, & ſi ante Ioannes di-
xerat. Ego quidem baptizo in aqua: poſt me
autem venit; qui vos baptizabit in ſpiritu
ſancto, & igni: tamē dum videt Spiritum ſan
ctum in columba deſcendere, tunc experien-
tia cognouit baptiſmum Chriſti, gratiam vl-
tra ſuum conferre.
Septimo informauit Ioannem, & loquutus
eſt ſibi de miſterio ſanctę Trinitatis, dum pa
trem audit in voce; Spiritum ſanctum cernit
in columba; & filium in ſua pręſentia videt
in humanitate aſſumpta. Et ſic nec Ioannes
cernendo: vt habetur teſtimoniū perhibuit, Ioan. 1.
q̄ hic Ieſus eſt filius Dei.
Octauo declarauit Ioanni Ieſus; & loquutus
eſt in ſe continere omnem plenitudinem gra
tię, & deitatis: quia eſt filius Dei: in quo pa-
tri cōplacuit, ſcilicet reconciliare omnia &c.
qua complacentia homo quilibet iuſtus à pa Collo. 3.
tre per filium acceptatur.
Nono loquutus eſt ſe mundi redemptorem
oſtendendo: propter quę Ioannes clamat di-
cens. Ecce agnus Dei: ecce, qni tollit pecca- Ioan. 1.
ta mundi. Et à peccato liberatorem: quia
dicit eum baptizare in Spiritu ſancto.
Decimo loquutus eſt Ioanni ſe liberaliſsimū
eſſe, non ſolum ſua largiendo Ioanni, vtpote
eum ſpiritu. ſ. replendo: ſed etiam quia ſeip-
ſum contrectandum ſuis manibus exhibuit li-
beraliter. O cum quanta reuerentia, & deuo
tione, amore, & timore beatus Ioannes Chri-
ſtum contrectabat: Et quàm noua gratia Ie-
ſus Ioannem ſanctificabat; cum tactu Chri-
ſti virtus ab illo exibat: qnare & in Ioanne
hęc virtus fuit per Chriſtum refuſa ſuo tactu,
& conceſſa. Sic ergo patet quomodo Ieſus
Ioannem eſt allocutus.
Tertio allocutus eſt Ieſus Ioannem dicens.
Diſcipulis Ioannis ad ſe miſsis. Ite dicite Ioā
ni; quæ audiſtis, & vidiſtis: vbi Saluator non
per verba; ſed per opera Ioanni reſpondit. Et
quia per doctores præſertim Chriſoſtomum
clare in quæſtione à Ioanne mota Chriſto; de
claratur, q̄ Ioannes non ratione ſui hanc mo
uerit: ſed ratione diſcipulorum, vt per ſolu-
tionem in fide ipſius Chriſti ſolidarentur:
hinc eſt quòd Chriſtus multa dicendo, & fa-
ciendo reſpondit Ioanni pro diſcipulis: Nam
ex doctrina; quam audierunt, & potentia in
ſignis; quam viderunt, Chriſtum cognouerūt
eſſe; quem prophetæ venturum prędixerunt.
Sed diſcipulis Ioannis recedentibus (ne vide-
retur velle eis adulari) de magiſtro ipſorum

Ioanne Ieſus cœpit loqui ad turbas dicens. Quid exiſtis in deſertum videre.&c. Vbi Ioannem comẽdat ſuo famine à multis, & de multis.

Et primo in affectu fuiſſe ordinatum à mundo remouendo; quia Ioannes ſtabat in deſerto, non in ciuitate: vt mundi deſpector verè probaretur.

Secundo ſtabilitum quo ad profectum. Nam à Dei ſeruitio per inſtabilitatem non abſceſſit: quare arundo vento agitata non fuit.

Matth. 3. Mar. 1. Tertio quo ad habitum,& corporis tegumentum; quia non mollibus indutus erat: ſed cilicio ex pilis contexto camelorum.

Quarto de intellectu, & interna radiatione; quia prophetam, & pluſquam prophetam eũ dicit. Nam quem venturum prædixit digito oſtendit.

Quinto de merito, & acceptione; quia Angelum eum vocat,non natura; ſed gratia.

Sexto de verbo, & prædicatione; quia regnũ cœlorũ vim patitur; quia prædicatione Ioannis peccatores deſerẽdo peccata, & rectè operando digni efficiebantur regno cœlorum.

Septimo de officio,& operatione; quia vocat eum Baptiſtam à baptizatione; quia homines ad baptiſmũ Chriſti verũ diſponebantur.

Octauo de excellentia in ſanctitate. Inquit. Inter natos mulierum non ſurrexit maior. Magna aſſeruit de Ioanne, & ſi Lucas modificat verbum, vt referatur ad ſolos prophetas.

Luc. 7.

Nono de prærogatiua in terminando: quia in ipſo eſt finis veteris teſtamenti quo ad legem, & prophetas.

Decimo de virtuoſitate in operando di. eum Eliam,non perſona,ſed opere, & virtuoſitate,& diuinæ legis zelo: pro quo Ioannes maluit occidi.

Vndecimo de auſteritate in viuendo: quia nõ manducauit,neque bibit,ſicut cæteri faciunt: ſed cibus, & potus ab alijs erat diſtinctus, ꝓut habetur. Matth.& Mar. Deprædictis Saluator commendauit Ioannem. Et quia Deus eſt; qui omnia nouit,laus eſt magna Ioanni; q̃ ſic à Saluatore commendatur præ alijs.

Matth. 4. Mar. 1. Matth. 11

Duodecimo commendauit Ioannem de veritate in confitendo; & hoc dicens. Ipſe teſtimonium perhibuit de me; Ioannes.n.teſtimonium perhibuit de Chriſto.

Ioan. 5.

Matth. 3. Primo de eius potentia. Venit fortior me poſt me &c.

Secundo de eius eminentia. ibidem dicens. Cuius(inquit) non ſum dignus ſoluere corrigiam &c.

Tertio de eius auctoritatiua clementia. ibidẽ. Ipſe baptizabit vos in Spiritu ſancto &c.

Quarto de eius iuſtitia. Cuius ventilabrũ &c.

Quinto de eius auctoritate, & dignitate. ibidem dicens. Ego a te debeo baptizari.

Sexto oſtendit eum verum Meſsiam, & hoc dum diſcipulos ſuos duos ad Chriſtum miſit. Matth. 1

Septimo de eius mũdicia. Ecce agnus Dei &c. Ioan. 1.

Octauo dicit eum fœderatorem, & noſtrum mediatorem dicens. Medius autem veſtrum ſtetit &c. Ioan. 1.

Nono omnibus celſiorem. Ante me factus eſt &c. idelt, mihi præpoſitus,& prælatus intũ eſt ante me: ſecũdum Chriſoſtomum; vt nec ego Ioãnes in vltimis miniſtrorum vocari ſim dignus.

Decimo dicit eum iuſtum dominatorem, & prauorum punitorem. Iam ſecuris &c. Et ſequitur paleas &c. Matth. 3.

Vndecimo. Mundi redemptorem. Ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1.

Duodecimo omnium Deum eſſe, & conſeruatorem. Hic eſt filius Dei. Ioan. 1.

Tertiodecimo comendatur Ioannes à Chriſto de dilectione. Ille inquit de Ioãne erat lucerna ardens. Ioan. 5.

Quartodecimo cõmendatur de vitæ exemplaritate. A Chriſto vocatur lucerna: non ſolũ ardens: ſed & lucens. ſ. per vitæ exemplaritatem. Sic ergo patet de quibus ſaluator Ioannem ſua locutione commendauit. De quibus diffuſe eſt dictum in opere de vita virginis, ſi ructu. 20. Ioan. 5.

Tertio. Ieſus allocutus eſt matrem Ioannis Heliſabeth: & hoc per Mariam matrem ſuam eam ſalutando, quæ allocutio fuit valde mirabilis. Lucæ 1.

Primo, quia fuit Heliſabet commotiua, & innotiua; quia ſtatim exclamauit.

Secundo ſpiritu ſancto repletiua; & hoc fuit primum: quia repleta eſt Spiritu ſancto Heliſabeth.

Tertio ad Deum laudandum impulſiua, & incitatiua; quia ſpiritus ſanctus impulit eam ad exclamandum.

Quarto ſui ipſius agnitiua; & tunc ſe humilian do clamat. Et vnde hoc mihi, vt mater domini &c.

Quinto abditorum reſeratiua, Miſteriũ agnoſcens incarnationis inquit. Mater domini ad me veniat.

Sexto ſalutis æternæ promiſsiua; quia audiuit ſalutationem Mariæ Heliſabeth.

Septimo exaltationis Mariæ panditiua: quia benedicta tu in mulieribus, id eſt ſuper omnes mulieres: quo ſequitur, quòd Heliſabeth cognouit multa de B. Maria, videlicet ipſam eſſe obedientiſsimam, patientiſsimam, virtuoſiſsimam, ſanctiſsimam, efficaciſsimam, gratia pleniſsimam, potentiſsimam, Deo acceptiſsimam, Dei filij matrem digniſsimam, humilimam, excellentiſsimam, puriſsimam, benigniſsimam, liberaliſsimã, fideliſsimam, & præclariſsimam: de quibus habes ſupra fructu. 3. & conformitate.

Octauo conditionis ipſius. Ieſũ Heliſabeth manifeſtatiua;

manifeſtatina; quia benedictus fructus &c.
Cognouit.n.ipſum Ieſum filium Mariæ; quia
eam mediante Maria alloquebatur eſſe, Pri-
mo impletorem præmiſſorum. Secundo vete-
rum terminatorem: & ſic de alijs; quibus di-
ctum eſt conformitate tertia, vide ibi. Sic er-
go hæc alloquutio Heliſabeth fuit mirabilis.
Nono, quia ſpiritus prophetici conceſsiua:
Heliſabeth enim propheteſſa facta eſt tripli-
ci ſpiritu prophetico.ſ.de præſenti, vnde hoc
mihi, vt mater &c. De præterito. beata es, quę
credidiſti &c. De futuro. perficientur in te,
quæ dicta ſunt tibi à domino.
Decimo fuit exhilaratiua; quia Ioannes in-
fans exultauit in gaudio.
Vndecimo mirorum operatiua. Præfata enim
mira fuerunt omnia: ac etiam tali allocutio-
ne facta fuit in Ioanne, videlicet ſpiritus San-
cti repletio: à peccato expurgatio, ſanctifica
tio, confirmatio, vſus rationis conceſsio, in-
carnationis Chriſti reuelatio, Ioannis iocun-
datio: de quibus eſt dictum conformitate
tertia. Sic ergo patet qualis fuit hæc allocu-
tio Heliſabeth.
Quarto Ieſus allocutus eſt Zachariam pa-
trem B. Ioannis Baptiſtæ, ſicut ipſe in ſuo can-
tico, verſu tertio profitetur dicens: Locutus
eſt per os ſanctorum &c. Sed quæ Zacharias
pandat Ieſum eidem dixiſſe, dictum eſt con-
formitate.4. ideo ad pñs dimitto.
Quinto allocutus eſt Ieſus Ioſeph patrem pu-
tatiuum, & ſi per ſe, & immediate in Euange-
lio non habeatur; credi tamen poteſt: cum.n.
fuerit cum ipſo plurimo tempore conuerſa-
tus; ꝙ ſua gratiſsima allocutione eum ſit re-
creatus. Hunc tamen ſanctum Euangelium
pandit Ieſum allocutum.
Matth. 1. Primo angelorũ miniſterio: vt patet Matth.
1. cum eidem integritatem ſuæ pijſsimæ ma-
tris indicauit d. Ioſeph fili Dauid noli time-
re accipere Mariam coniugem tuam &c.
Secundo paſtorum, Simeonis, & Annæ, teſti-
Luca 2. monio: vt patet. Lu. 2. Qui omnes cum ma-
gnalia de Ieſu narrarent, Maria, & Ioſeph mi
rabantur.
Tertio in ſomnis, vt ſe duceret ad Aegyptũ.
& poſt tempus ſe reduceret; angelico fecit
eloquio. Demum tamen ipſum allocutus eſt
Luca 2. cum matre ſedens inter doctores. Reſpondē
do dicto virginis. Fili quid feciſti nobis ſic?
Reſpondit. neſciebatis, ꝙ in his; quæ patris
mei ſunt oportet me eſſe? quo declarauit, &
patris, & filij vnam eſſe cõmunem naturam,
vnam virtutem, & operationem, vt ſupra di-
ctum eſt.
Sexto. Ieſus allocutus eſt paſtores.
Septimo. allocutus eſt magos.
Octauo. allocutus eſt ſanctum Simeonem.
Nono allocutus eſt Annã propheteſſam. quo-
rum primos duos, allocutus eſt angelorum
eloquio. Et alios duos ſpiritus ſancti indi-
cio; & quia de talibus ſupra conformitate.4.
dictum eſt ad pñs declarãda mõ alio omitto.
Decimo. Ieſus allocutus eſt diabolum in de-
ſerto, tribus vicibus ſuis prauis conſultatio- Matth. 4.
nibus reſpondendo.
In prima reſponſione, & allocutione diaboli
Ieſus oſtendit cibum hominis eſſe tam verbũ
inſpiratum, quam increatum, & incarnatum
dicens. Quod non in ſolo pane viuit homo,
ſed in omni verbo; quod ꝓcedit ex ore Dei.
In ſecunda reſponſione oſtendit Dominus Ie-
ſus Deum in neceſsitatibus pie inuocandum,
non tentandum dicens. Non tentabis domi-
num Deum tuum, & ꝙ non pręueniendus: ſed
timendus, & proſequendus eſt Deus ipſe.
In tertia reſponſione ſoli Deo, & non creatu
ræ, latriæ cultum impendendum dicens: Do-
minum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſer-
uies: quibus verbis diabolum ſuperando ſcri
ptura à ſe eiecit, & diabolum vincendi per
ſcripturam nobis exemplum reliquit: de quo
modo diabolum ſuperandi, & ſi ſit dictum
conformitate & fructu.7. dicetur tamen infra
conformitate.21.
Vndecimo. Allocutus eſt Ieſus piſcatores.ſ.
Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem di- Matth. 4.
cens. Primis, venite poſt me faciam vos fieri
piſcatores hominum. Secundis vero non dixit
præfata; ſed ſolum vocauit eos. Et ſequitur,
ꝙ relictis retibus &c. ſecuti ſunt eum. Hæc
domini Ieſu locutio ad iſtos fuit valde mi-
rabilis.
Primo ſi attendatur modus vocationis: quia
nihil promittendo ſaltem Iacobo, & Ioanni De radio
vocando ſolum, ſtatim relictis omnibus, eum diuinitatis
ſunt ſecuti. Sed B. Hieronymus hunc paſſum a facie Chri
exponens dicit: ꝙ quidam radius diuinita- ſti exeunte.
tis, & fulgor à facie Chriſti exibat attrahens
ipſos ad ſe, ſicut magnes ferrũ. Et quia Deus
eſt, ad ſe trahere poteſt; quos vult, & quomo
do vult.
Secundo fuit mirabilis in modo promitten-
di; quia non dicit faciam vos piſcatores ho-
minum; ſed fieri.ſ. à patre, regerens, & refe-
rens omnia bona in patrem. Remunerationis
oſtendit mercedem pro ſua imitatione: quia
piſcando homines pręmium eorum eſt pro
tali opere vita æterna: vt Iacobus oſtendit.
cap.4. in ſua canonica. non dubium eſt men-
tibus eorum præmium inſpiratione interna
inſinuaſſe, & ſi verbo exteriori nõ prodiderit.
Duodecimo. Allocutus eſt Ieſus ſanctos Apo
ſtolos, & hoc multipliciter.
Primo informando eos de conſilijs euange-
licis.
Secundo de ſua omnipotentia dicit. Quid ti- Matth. 9.
midi eſtis modicę fidei &c. Matth. 8.
Tertio de fide quomodo omnia impetrat.
ibidem, de fide centurionis dicit. Amen di-

co vo-

co vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.
Quarto quomodo ipſe eſt Saluator anima-
Matth.9.10. rum dicens. Meſsis quidem multa, & ſequi-
tur. Quod data eis poteſtate miſit eos prædi
care &c.
Matth.13. Quinto dicens. Vobis datum eſt noſce miſte
& Lu.8. rium regni Dei &c. oſtẽdit eos ad vitam æter
Nota. nam præordinatos.
Matth.14. Sexto dicens. Date illis ad manducãdum &c.
& 15. Et ca.15. Factorem mirorum,& cum ipſo exe
untes non poſſe à fame periclitari.
Septimo ibidem dicente. Habete fiduciam,&
nolite timere, oſtendit in domino fidẽtes ab
aduerſitatibus liberari.
Matth.15. Octauo verum iudicem dicens. Omnis plan-
tatio,quam non plantauit &c.
Nono. Summum magiſtrum,& doctorem di-
centes. Ediſſere nobis parabolam iſtam. Se-
quitur. non intelligitis,quod omne quod in
trat &c.
Decimo. Pium exauditorem, & liberatorem
de Chananea dicens. Non ſum miſſus &c. Se-
quitur. Fiat tibi ſicut petiſti.
Matth.16. Vndecimo verum Deum, dicens diſcipulis:
Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis &c.
Duodecimo. Paſſurum pro eis dicens ibidẽ.
Cepit oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporte-
ret eum &c.
Tertiodecimo. Qualiter ſui abnegatione cũ
pœnitentiæ ſuſceptione eſt imitandus dicẽs,
ibidem. Si quis vult poſt me venire, abneget
ſemetipſum &c.
Matth.12. Quartodecimo. ſe noſtram beatitudinem eſ-
Mar.9. ſe dum ſe transfigurauit in monte.
Quintodecimo: quòd diuinæ reuelationes nõ
ſunt palam faciendæ,ibidem dicens. Viſionẽ
quam vidiſtis &c.
Sextodecimo. Quomodo diabolus eijcitur.
ibidem di. quòd in oratione,& ieiunio.
Decimoſeptimo. Ioannem ſpiritu fuiſſe Elyã
dicens. Elyas iam venit &c. ibidem.
Decimo octauo, per humilitatem ad regnum
Matth.18. cœlorum patere ingreſſum dicens. Niſi efficia
mini ſicut paruuli &c.
Decimonono, ꝙ abſtinere à carnalibus decet
Matth.19. ingredi optantem vitam æternam, dum dicit
de Eunuchis.
Vigeſimo. Salutem docuit à Deo dari,dicẽs.
Matth.19. Apud Deum omnia popularia ſunt.
Vigeſimoprimo, mundum abdicantes Deo
Matth.19. mirabiliter remunerandos. Sedebitis &c. Et
centuplum accipiet,& vitam æternam poſsi-
debit.
Vigeſimoſecundo. Non eſſe ſuperbiendum
Matth.20. ob ſtatum dicens. Scitis, ꝙ principes gen-
tium &c. Vos autem non ſic &c.
Vigeſimo tertio. Sine intermiſsione Dei ver-
Matth.21. bum audiendum, & loquendum. Docebat
eos de regno Dei.
Vigeſimoquarto. Omnis tentationis impul-
ſum fide ſuperari dicens. Amen dico vobis ſi
habueritis fidem, & non hæſitaueritis &c.
Vigeſimoquinto. fugiendum eſſe honorem
ſeculi. Super cathedram Moyſi &c. Vos autẽ Matth.23.
non ſic &c.
Vigeſimoſexto. Non eſſe credendum cuili-
bet loquendi dicens. Videte,ne quis vos ſedu
cat &c.
Vigeſimoſeptimo libenter ſupportandas mun
di tribulationes ob præmium di. Qui ante per
ſeuerauerit vſque in finem &c.
Vigeſimo octauo. Antichriſtum futurum di.
Cum videritis abhominationem &c.
Vigeſimonono. Futurum iudicium nemini ho
minum, vel Angelorum patere di. De die au-
tem illa & hora &c.
Trigeſimo paratos ſemper eſſe ad mortem. d.
ibidem. Vigilate ergo,quia neſcitis &c.
Trigeſimoprimo. Vanam gloriam in operibus
virtuoſis fugiendam cap. 25. Ne inter fatuas
virgines inueniatur.
Trigeſimoſecundo talentum ſenſuum multi-
plicandum ibidem di. Quidam homo pere-
gre &c.
Trigeſimotertio. Operibus miſericordiæ inſi
ſtendum. ibidem in die iudicij de his, a cun-
ctis exiget rationem.
Trigeſimoquarto. Sui corporis, & ſanguinis
celebrationem frequentandam di. Hoc facite Luca 22.
in meam commemorationem.
Trigeſimoquinto. Suum proditorem detexit. Matth.26.
d. Vnus veſtrum me traditurus eſt.
Trigeſimoſexto diſcipulos ſcandalizãdos ob
ſuam captionem di. Omnes ſcandalum &c. Matth.26.
Trigeſimoſeptimo. Paſsionem ſuam fore acer
biſsimam di. Triſtis eſt anima mea vſque ad Matth.26.
mortem &c.
Trigeſimo octauo. Se ſuper omnia principatũ
tenere di. Data eſt mihi omnis poteſtas &c. Matth.28.
Trigeſimonono. Diſcipulos ad prædicandum
direxit. d. Euntes ergo docete. Matth.28.
Quadrageſimo. Spiritum ſanctum ſe miſſurum Mar. vlt.
eis prædixit di. Sedete in ciuitate &c. L[illegible]
Quadrageſimoprimo. Se veraciter à mortuis
reſurrexiſſe di. Palpate,& videte &c. Luca 24.
Quadrageſimoſecundo. Poſt ſuam reſurrectio
nem eos multipliciter alloquendo, vt patet
Io. 21. & 29. De pluribus alijs dominus Ieſus Ioan.21.
alloquendo informauit. De quibus conformi & 2[illegible]
tate 30. dicetur.
Tertiodecimo. Ieſus allocutus eſt leproſum, Matth.8.
Cum enim leproſus poteſtatem eius confitere Mar.1.
tur d. Domine ſi vis,potes me mundare. Ieſus Lucæ 5.
reſpondit: Volo. Mundare, vbi votiue leproſo
condeſcendendo, ſe potentiſsimum deprom-
pſit. d. Mundare,ſtatimque mundatus eſt. In
quo mire condeſcendit, & mira effecit, & qui
ſolo verbo cuncta condidit, ſolo verbo eum
manu ſuæ omnipotentis virtutis curauit.
Quartodecimo Centurionẽ di. quod ad eius
domum

domum veniens pnetum eius infirmum cura-
ret. Vbi ſe expreſsit abiectos, &,humiles non
faſtidire ſed diligere. Nam tales libenter viſi-
tat,& gratiam animæ ſanatiuam erogat. Ad
Nota. huncque Centurionem, quia fidelem humilẽ,
& miſericordem inuenit, quid loquatur, ſequi
tur. Vade,& fiat tibi, ſicut petiſti. Hoc verbum
documentum Chriſticolis inſert, talibus inſi-
gnitum virtutibus à domino exaudiri, ſibique
quod optat ab ipſo indilate concedi, vt patet
ibidem.
Quintodecimo locutus eſt vni ſcribæ eum ſe-
Matth. 8. qui volenti di. Vulpes foueas habent, & volu-
cres cœli nidos; filius autem hominis non ha-
Attende. bet vbi caput ſuum reclinet. Quo verbo pau-
pertatem diligere ſe, & ipſius ſtatum elegiſſe
clare oſtendit.
Sextodecimo. Quẽdam volentem eum ſequi,
Matth. 8. ſed prius patrẽ ſepelire di. Dimitte mortuos
ſuos. Non vetuit, aut prohibuit ſepulturam fie
ri parentibus; cum id a Deo mandetur, ſed
conſequentia ad ſepulturam, videlicet captio
nem hæreditatis, & huiuſmodi; quia tales ſe-
qui Chriſtum non poſſunt, & conſequenter ta
les ſic quęrentens mortui ſunt Chriſto, quare
& ſepeliant murtuos, ideſt mortuorum capiãt
hæreditates, & ſucceſsiones.
Lucæ 4. Decimoſeptimo cum patriotis locutus eſt
Mar. 6. Ieſus di. Nemo propheta acceptus eſt in pa-
tria ſua. Vbi oſtendit conciues adinuicem inui
dere,& potius de ſe malum audire velle,& iu-
dicare, quam bonum. Nec aliquem ſibi præ-
ferri, ſed ſubſterni.
Decimo octauo adoleſcentem mortuum di.
Luc. 4. Adoleſcẽs tibi dico ſurge,& ſurrexit; vbi oſten
dit, quod ſuę omnipotentiæ nihil reſiſtit; ſed
viui obtemperant, & mortui, ac à peccatorũ
morte ſemper eſſe ſurgendum.
Matth. 8. Decimonono Demoniacis locutus eſt. Vt exi
Mar. 1. rent, & tacerent, vt dominus imperat ſubdi-
Luc. 4. tis,& ne ſalſa veris miſceant ſilere demandat.
Matth. 9. Vigeſimo Paraliticum di. Confide fili, remit-
Mar. 1. tuntur tibi peccata tua. Vbi expreſsit aliorum
Luc. 5. interuentu à Deo alteri peccata remitti.
Matth. 9. Vigeſimoprimo Matthæum di. Surge,& ſeque
Mar. 2. re me. Docens à nobis omnia debere excuti,
Lucæ 5. ſi veſtigia Chriſti volumus proſequi.
Vigeſimo ſecundo Phariſæis locutus eſt Ie-
ſus.
Matth. 9. Primo di. ſe peccatorum eſſe vocatorem. Nõ
eſt opus valentibus medicus. Et ſequitur. Nõ
enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.
Secundo tempore neceſsitatis concedi plura
fieri, quæ alias nõ decet di. Dauid panem pro
poſitionis comediſſe, quod ſolis erat licitum
ſacerdotibus.
Tertio conuincit eos trangreſſores diuinorũ
Matth. 15. mandatorum di. Quare tranſgredimini man-
datum Dei &c.
Quarto non condeſcendendum petitionibus.
imprudentum. Signa petebant,& eis non præ- Matth. 16
buit.
Quinto in regno cœlorum voluptatibus car-
nis nullam operã dari, & matrimonium mor-
te diſolui di. Erunt ſicut Angeli Dei. Matth. 22.
Sexto. Vxorem non dimittendam, niſi cauſa
fornicationis. Et melius obtinetur regnum cę Matth. 19.
lorum non ducendo, quam ſic oſtendit in eu-
nuchis, quos ſe caſtraſſe dixit, propter regnũ
cœlorum.
Septimo. Quæ ſunt Dei oſtendit Deo exhiben Matth. 22.
da, quę Cęſari Cæſari reddenda.
Octauo opera eorum cauenda docet, ſed ver-
ba proſeqnenda. Opera enim illorum oſten- Matth. 23.
dit mala, quia indiſcreta di. Imponunt onera
grauia ibidẽ, quia vanágloriæ applicata: Om-
nia opera faciunt, vt videantur ab hominibus
quia in cortice litterę di. Legem ſtare, nec fru
ctum ſpiritualem in ſcriptura exigi debere di.
Væh eis, quia claudunt regnum cœlorũ, ideſt
intelligentiam ſpiritualem, quia ad diripien-
da bona aliorum inhiabãt di. Væh qui come-
ditis domos viduarum &c. quia praua inten-
tione effecta di. Væh. Sequitnr. Circuitis ma-
re,& aridam &c. quia ignorantia plena, quia
inquit. Væh vobis cæci, quia populum non be-
ne de lege,& alijs informabant, quia ad lucrũ
temporale ſemper exhibita, & non Dei quæ-
rentia honorem. Væh qui decimatis mentam,
& anetum, & Dei gloriam &c. non quæritis,
nec fidem &c. quia apparentia, & non exiſten
tia. Nam mundabant quæ deforis erant cali-
cis,& parapſidis, non quæ de intus, quia facta
ſolum, vt apparerent bona, cum eſſent mala;
quare erant ſimiles ſepulchris dealbatis, quæ
ſpecioſa apparent deforis hominibus,& intus
oſsibus, & putredine plena ſunt, quia non ad
pietatem, ſed ad crudelitatem, & dominum
Ieſum,& diſcipulos occidendos ordinata, qua
re proſequenda non ſunt opera eorũ, ſed ver- Mar. 8. 10.
ba ſolum. Plura alia habentur contra eos di- & 12.
cta à ſaluatore. Lucæ 11.
& 15.
Vigeſimotertio Iairo locutus eſt Ieſus pro fi-
lia moriente roganti di. Noli timere tantum- Matth. 5.
modo crede, vbi innuit, vbi fides ſolide perma & 9.
net, timorem expellere, & impetrare quodli-
bet.
Vigeſimoquarto Mulieri fluxum ſanguinis pa
tienti; quæ ſanitatem impetrauit obtentam Mar. 5.
fidem d. Fides tua te ſaluam fecit. Matth. 9.
Vigeſimoquinto mare intumefactum Ieſus eſt
allocutus. Tace, obmuteſce,& ceſſauit ventus, Mar. 4.
& facta eſt tranquilitas, vbi ſuum verbum om-
nem habere virtutem oſtendit.
Vigeſimoſexto Cæcis eſt allocutus di. eis. Cre Matth. 9.
ditis, quia hoc poſsim facere vobis; & ſubdit Matth. 11.
ſecundum fidem veſtram fiat vobis. Sequitur. Lucæ 18.
Et aperti ſunt oculi eorum: vbi oſtendit ſine
fide nihil à Deo obtineri poſſe, & magna fieri
fidęi magnitudine.

Vigeſimoſeptimo. Diſcipulos Ioannis di. Ite
Matth. 11. dicite Ioanni quæ vidiſtis, & audiſtis: vbi ſe oſtendit ſingulariſsimum in docendo, & potentiſsimum in faciendo miranda.

Trigeſimo octauo. Turbis locutus eſt de ſan-
Matth. 11. ctitate Ioannis eas informando. Quid exiſtis in deſertum videre?&c. De cœleſti doctrina ſe
Mar. 4. mini comparata in principio.

Vigeſimonono. Patrem cœleſtem allocutus
Mar. 11. eſt ipſum commendando, quod ſecreta ſuæ ſapientiæ non ſuperbis, ſed humilibus reſerat,
Ioan. 11. gratias ei referendo. In Lazari reſuſcitatione. In paſsione, vt calicem paſsionis remoueat ab
Matth. 26. ipſo ſupplicando. Pater ſi fieri poteſt tranſeat calix &c.

Trigeſimo Ciuitatem Capharnaum allocutus eſt, & alias ciuitates dicens, quod væ eis &c. vbi arguit earum ingratitudinem, & incredulitatem, oſtendens vitium ingratitudinis magum eſſe; quo merito priuatur homo habitis, & habendis, ac contra ſe diuinam prouocat ad vindictam indignationem.

Trigeſimoprimo vni accedenti pro conſilio: Quid agendo vitam conſequeretur æternam? Reſpondit. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & ipſo dicente ſe ſic feciſſe, quid ſibi de eſſet? Reſpondit di. Si vis perfectus eſſe; vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſauros in cœlo: vbi innuit in cuſtodia præceptorum, & conſiliorum diuinorum obtentum eſſe vitæ beatæ.

Trigeſimoſecundo. Ciuitati Hieruſalem locu
Matth. 23. tus eſt d. Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis
Lucæ 13. prophetas &c. Vbi ſaluator oſtendit ciuitates puniri; vbi multa ad peragendum infanda reperiuntur. Suumq; excidium eidem prædicit, vt formidine caſus compeſcatur a malis.

Trigeſimotertio eſt allocutus Ieſus Petrum eū
Matth. 14. increpando de fidei puſillaminitate d. Modice fidei quare dubitaſti.
Matth. 16. Eum commēdando di. Beatus es Simon Bariona &c. Eum eccleſiæ firmamentum collocando. Ibidem di. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.
Matth. 19. Eum de præmio futuro certificando. Ecce nos reliquimus omnia &c. Sedebitis &c.
Eum de correctione fraterna informando. Si
Matth. 18. peccauerit Frater tuus in te; vade, & corripe cum &c.
Matth. 26. Eum negaturum prædicendo. Ter me negabis.
Ioan. 1. Eum ſingulari nomine nuncupando. Tu vocaberis Cephas.
Ioan. 21. Ei ſuas oues recommendando. Paſce oues meas &c.

Trigeſimoquarto. Surdum liberatum eſt allo-
Matth. 7. cutus Ieſus. Demandans, ne cui diceret, exemplum præbens vitandi laudem humanam.

Trigeſimoquinto tributum petenti præcepit Petro, ad vitandum ſcandalum didragma per ſolui d. vt autem non ſcandalizemus eos &c. oſtendens, quod illa; quæ non ſunt peccata ratione ſcandali vitandi ſunt aliquando permittenda fieri, quamuis non ſemper.

Trigeſimoſexto. Matri filiorū Zebedei, immo Matth. 20.
filijs eius di. Neſcitis quid petatis; vbi innuit Mar. 10.
ineptas, & indignas petitiones, à Deo non acceptari, nec temporalia pro fine, & præmio eſſe petenda, ſed æterna.

Trigeſimoſeptimo. Duobus diſcipulis; quos pro aſina miſit di. Ite in caſtellum &c. vocat Matth. 21.
ciuitatem caſtellum, vt pote in breui ruituram, erat caſtellum futura reſpectu ad ciuitatem.

Trigeſimo octauo. Archiſinagogo Ieſum arguenti; quia miracula in ſabato exercebat locutus eſt de temeritate arguendo, & de fatuitate; ne ſibi ſapiens eſſe videretur.

Trigeſimonono. Principes ſacerdotum eis oſtendens domum Dei eos feciſſe domum negociationis propter inimicitias ipſorum ad Matth. 21.
ipſum, & confundendos eos in pueris ipſius Deum perfeciſſe laudem. Ibidem. Et demum conterendos, lapidis ab eis reprobati caſu ſuper eos. Matth. 21.

Quadrageſimo. Iacobo, & Ioanni vindictam appetentibus in eos; qui Ieſum, & ipſos non receperant di. Neſcitis cuius ſpiritus ſcitis, Lucæ 9.
vel eſtis, arguēs eos; quia vindicta non eſt expetenda; ſed Deo committenda.

Quadrageſimoprimo Herodianos cum conſulentes cum phariſæis de tributo Cæſari dando reſpondens eis. Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. vbi oſtendit in temporalibus dominis terrenis ſubdi debere, in ſpiritualibus autem domino Deo.

Quadrageſimoſecundo legis doctorem eum Matth. 22.
tentantem di. quod mandatum maximum in Mar. 12.
lege eſt diligere dominum Deū &c. Et ſecundum mandatum ſimile huic, eſt diligere proximum, ſicut ſeipſum, concludens, quod in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ: quibus oſtendit obſeruantia horum adimpleri, quod in ſcriptura mandatur.

Quadrageſimotertio. Quendam principem, (vt habetur) interrogantem Chriſtū, & dicen Lucæ 18.
tem. Magiſter bone, quid faciendo vitam æternam poſsidebo? Reſpondit Ieſus mandata noſti &c. Et cum ille diceret, hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Reſpondit Ieſus ad huc vnum tibi deeſt. Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus; & habebis theſauros in cœlo, & veni ſequere me. oſtendens non ſufficere mundi contemptum ad perfectum, niſi ad ſit Chriſti imitatio.

Quadrageſimoquarto. Magdalenæ allocutus eſt.
Primo ob contritionē peccata dimittendo. Lucæ 7.
Secundo pro fratre ſuo Lazaro plorando, & lachrimando dicens, vbi poſuiſtis eum, & reſcitando. Ioan. 11.

Tertio

Tertio eidem poſt reſurrectionem apparen-
do,& eam vocando dicens, Maria. Nec ſe tan
Ioan. 20. gi ab ea tunc permittendo, quia Magdalena
potius ad humanitatem Chriſti referebat ſuũ
cogitatum: quàm ad deitatem. Ideo dixit ei
Ieſus nondum aſcendi ad patrem meum, id
eſt. O Maria. adhuc in tuo corde per conſi-
derationem,& credulitatem ad æqualitatem
patris non aſcendi : quia me patri æqualem
eſſe non credis.
Quarto eam ſuam nunciam de reſurrectione
ad Apoſtolos faciendo. ibidem dicens. Vade
ad fratres meos &c.
Quinto eam cum cæteris Marijs ſalutando,&
ſe quo ad tangendos pedes permittendo. d.
Auete. Illæ acceſſerunt. Sequitur. Illæ autem
tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum.
Quadrageſimoquinto. Martham allocutus eſt
Lucæ 10. Ieſus , excuſando Magdalenam . d. Martha
Martha ſolicita es &c. ſequitur. Maria opti-
mam partem elegit; quæ non auferetur ab
ea. Quo oſtendit contemplatiuam vitã acti-
Ioan. 10. uæ præferendam. Ipſam allocutus eſt. ſe re-
ſuſcitatorem mortuorum declarando, dicẽs.
Ego ſum reſurrectio, & vita &c.
Lucæ 19. Quadrageſimoſexto . Zacheum . Allocutus
eſt. d. Zachee feſtinans deſcende : quia ho-
die in domo tua oportet me manere : vbi
oſtendit effectũ, ꝙ veniens ad cor renouat,
& ad pœnitentiam inducit.
Quadrageſimoſeptimo mulierem commen-
Lucæ 11. dantem ventrem matris, allocutus eſt dicẽs.
Quinimmo beati ; qui audiunt verbum Dei,
& cuſtodiunt illud. vbi. B. Mariam declarauit
verbo Dei concepiſſe; & matrem Dei eſſe fa-
ctam; ac beatitudinem obtinuiſſe non Chri-
ſti generationem ; ſed diuinorum mandato-
rum obſeruantia, & impletione.
Ioan. 1. Quadrageſimo octauo. Natanael. di. Hic eſt
vere Iſraelita ; in quo dolus non eſt : vbi præ-
fatum declarauit ſimilem Iacob moribus, &
virtutibus.
Quadrageſimonono. Nicodemum allocutus
Ioan. 3. eſt Ieſus dicens. Niſi quis renatus fuerit ex
aqua , & ſpiritu ſancto non poteſt videre re-
gnum Dei : vbi ſine baptiſmo ſaluari homi-
nem non poſſe declarat. Ac quoſdam perci-
piendo baptiſmum non habere effectum ba-
ptiſmi : quia non habent ſpiritum Sanctum:
ſicut ſunt mali, & ficte baptiſmum recipien-
tes. Sed vere credentes aqua baptizati, & ſpi
ritu ſancto baptizantur. Et tales ſi continge
ret mori ſtatim poſt baptiſmum, virtute ba-
ptiſmi mundantis viderent regnũ Dei ; quia
ſaluantur.
Ioan. 4. Quinquageſimo . Regulum allocutus eſt, de
incredulitate increpando. di. Niſi ſigna, &
prodigia videritis non creditis. Cui ſe Deum
oſtendit, quando abſens eius filium curauit,
& Regulus credidit cum tota domo ſua.

Quinquageſimoprimo. Languidum . allocu- Ioan. 5.
tus eſt. di. Vis ſanus fieri ? Et ſequitur, ꝙ ſana
uit eum,& dixit ei. Ecce ſanus factus es iam
noli peccare ; ne deterius aliquid tibi contin-
gat. Vbi oſtendit beneficia debere conferri
acceptanti : ac recidiuanti deteriora priori-
bus dari.
Quinquageſimo ſecundo. Samaritanæ mulie
ri. locutus eſt Ieſus oſtendens. Ioan. 4.
Primo ſe datorem aquæ ; quę ſpiritum ſanctũ
deſignat; qua vita habetur æterna.
Secundo. Inſpectorem omnium ; quia de vi-
ris habitis eam informauit.
Tertio verum Dei adoratorem in ſpiritu , &
virtute debere eum colere.
Quarto verum Meſsiam in lege promiſſum di
cens. Ego ſum ; qui loquor tecum.
Quinto incitatorem cordium : qui mulierẽ
hanc fecit Apoſtolum ; quia prædicauit eius
gloriam Samaritanis.
Sexto conſolatorem noſtrum ; quia cum Sa-
maritanis ſtetit ; & eos ſummẽ conſolatos di
miſit.
Quinquageſimotertio, cęcum à natiuitate ;
cui oculos reſtituerat, allocutus eſt dicens.
Credis in filiũ Dei? & ſequitur. Reſpondit. Ioan. 9.
Credo domine : & procidens adorauit eum,
vbi oſtendit eum,& corporaliter illuminaſſe,
& internaliter.
Quinquageſimo quarto. Fratres ſuos ſuaden- Ioan. 7.
tes ex vanagloria templum aſcendere, allocu-
tus eſt di. Vos aſcendite ad diem feſtum hũc,
ego autem non aſcendam; vbi oſtendit, quod
gloria humana in ſe,& in alijs eſt fugienda. Et
quicquid fit, ad Dei laudem fiat ; & non ho-
minum.
Quinquageſimoquinto. Iudeos allocutus eſt
ſignũ dans eis ſuæ deitatis; quia corpus ſuum Ioan. 8.
ab eis morte concuſſum, poſt triduum erat re
ſurrecturum. Et declarauit eos de ſua doctri Ioan. 7.
na di. quod non erat ſua ; ſed patris, & de
multis alijs, vt in dicto c. habetur, & ſequẽti.
Quinquageſimoſexto. Iudam proditorem ſuũ
d. Quod facturus es fac citius, vbi innuit ſe om Ioan. 13.
nia ſcire, quæ ipſe proditor ordinauit. Eum al
locutus eſt di. Amice ad quid veniſti ? exem- Matth. 26.
plum dans inferrentibus mala, amicitię vincu
lo adiungi. Eum increpando di. Iuda oſculo fi Lucæ 22.
lium hominis tradis. Eum ad bonum inducẽs
ſi attenderet, quæ agebat.
Quinquageſimoſeptimo , Philippum allocu-
tus eſt cum dixiſſet Ieſu. Domine oſtende no Ioan. 14.
bis patrem &c. Reſpondit Ieſus. Qui videt me,
videt,& patrem meum, vbi oſtendit ſe per om
nia ſimilem patri, & æqualem.
Quinquageſimo octauo Thomę locutus eſt di
centi Ieſu. Domine neſcimus quo vadis , & Ioan. 14.
quomodo poſſumus uiam ſcire? Reſpondit Ie
ſus d. Ego ſum via. veritas, & vita, & poſt re-
ſurrectionem ſe vere reſurrexiſſe declarauit Ioan. 21.

di. Thomæ, Infer digitum tuum huc, & addidit, quia vidiſti me Thoma credidiſti. Beati qui non viderunt, & crediderunt, inuuens fidē mereri plus aſſenſu exhibito creditis, quam viſis.

Quinquageſimonono. Iudam quem, & Thadæum di. Ieſu Domine quid factum eſt; quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit; ubi oſtendit, quod obſeruantibus ſua mandata ſe manifeſtat, vti erat ipſe, & Apoſtoli. Non obſeruantibus, non; ſicuti non erat de mundo. (Ioan. 14.)

Sexageſimo. Turbis iudæorum locutus eſt di. Tandem ad latronem &c. Quotidie apud vos eram, & non tenuiſtis me. Vbi oſtendit ſe ſua voluntate captum, & non inuite, & ſi me quæritis ſinite hos abire, ubi affectum præcipuum ad diſcipulos oſtendit. (Math. 26. Ioan. 18.)

Sexageſimoprimo. Annæ pontifici, de diſcipulis, & doctrina ſua locutus eſt Ieſus di. Ego palam locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil, vbi innuit, quod doctrinam ſuam publice, & aperte tradiderat, & ſemper corā multis, quia omnibus Apoſtolis: quare non ſuſpecta, ſed pro uiribus accipienda.

Sexageſimoſecundo. Seruum ſe in maxilla percutientem. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autem &c. Non excandeſcit ad iram, ut oſtenderat de percutiente in maxillam, ſed ſeruum iuſtitiam non debere exercere, niſi prius cauſa examinata a domino, & prælato. (Ioan. 13. Matth. 5.)

Sexageſimotertio Cayphæ principi ſacerdotū locutus eſt interroganti ſi eſſet filius Dei. Reſpondit quod ſic, & ſe venturum ad iudicandū prædixit, declarans veritatem ſemper dicendam in vltimis ſaltem conſtitutum. (Math. 26. Mar. 15. Lucæ 22.)

Sexageſimoquarto. Pilatum allocutus eſt.

Primo ſe regem eſſe aſſerendo. (Matth. 27.)

Secundo regnum ſuum de hoc mundo non eſſe oſtendendo. (Ioan. 18.)

Tertio declarando ſe paterna voluntate traditum in Pilati ipſius manus, & ſe Dei filium eſſe. (Ioan. 19.)

Sexageſimoquinto. Filias Ieruſalem plangentes, & lamentantes allocutus eſt di. Filiæ Hieruſalem. Nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete &c. vbi eis prædicit quid poſtea eis euenit, ſcilicet deſtructionem ciuitatis Hieruſalem, cum tanta populi occiſione. (Luc. 23.)

Sexageſimoſexto. Latronem Crucifixum. d. Amen dicō tibi, hodie mecum eris in Paradiſo vbi ſe datorem vitæ beatæ oſtendit, & noſtrum beatificatorem. (Luc. 23.)

Sexageſimoſeptimo. Ioannem Euangeliſtam allocutus eſt dicens Virgini Mariæ. Mulier ecce filius tuus, & diſcipulo ait: ecce mater tua, & quia de verbo dicto. B. Mariæ dictum eſt ſuccinctē: declarandum eſt, verbum dictum à Chriſto diſcipulo beato Ioanni. ſ. Ecce mater tua. vbi aduertendum eſt ex hoc verbo Ioānes non eſt filius Virginis, ſicut Chriſtus: vt dicūt aliqui; ſed ſolum filius adoptiuus: prout declarat. B. Hieronymus in ſermone de aſſumptione: Cogitis me ò Paula. Nec ſicut quilibet in quo eſt gratia dicitur adoptiuus filius Dei; iuxta dictum Apoſtoli. Sed hæc adoptatio ipſius Ioannis in filium Mariæ, deſignat Ioannē fuiſſe. (Galat. 3.)

Primo puriſsimum; quia virgo Virgini eſt ſociatus.

Secundo à Deo dilectiſsimum, quia tale donum ab ipſo accepit.

Tertio Deo acceptiſsimum, quia præ alijs hic eſt ſibi factum.

Quarto virtuoſiſsimum, quia plenè omni virtute tali amore maternali eſt coniunctus.

Quinto. B. Mariæ ſimilimum: quia ſimile iungitur ſimili. (Eccl. 14.)

Sexto moribus regulatiſsimum.

Septimo vita ordinatiſsimum.

Octauo obſequioſiſsimum in patendo Chriſti mandatis.

Nono verbo prudentiſsimum.

Decimo Deo fideliſsimum.

Vndecimo conuerſatione approbatiſsimum.

Duodecimo. B. Mariæ gratioſiſsimum, tam ratione Chriſti mandatis, quam Ioannus ei deuotiſsimē parentis præfata omnia apparent clarè cōſiderata Chriſti commiſsione facta Ioanni, ac Mariæ conditionibus penſatis. Sed hac Ioannis in filium. B. Mariæ adoptione, factus eſt Ioannes ipſe.

Primo Chriſti Frater præ alijs Apoſtolis ſingularimus; quia modo ſingulari Maria eſt ei data in matrem à Chriſto.

Secundo Chriſti ſucceſſor: Petrus in Eccleſia, Ioannes in Maria.

Tertio Chriſti theſaurarius: quia theſaurū quem Chriſtus ſuper omnia acceptum habet, ſibi tradidit. ſ. B. Mariam.

Quarto ſecretarius Chriſti; quia non ſolum Chriſtus ſecreta ei reuelauit; ſed per ipſam Virginem Mariam Ioannes de multis diuinis ſecretis eſt informatus.

Quinto datum eſt Ioanni, & collatum quoddam ſingulare donum; quod ipſe erogare valet, vt placet; & hoc eſt. B. Mariam poſſe conferre in ſubſidium, & protectionem cuilibet ad ipſum deuotè recurrenti; quia cum ſit tradita ſibi in matrem a Chriſto; cuicunq; voluerit libet eam dare, ac flectere pro voto. Habet etiam Ioannes ſingulatem non ſolum ad beatam Virginem acceſſum; ſed etiam ad Chriſtum, tam ratione matris conceſſæ, quā ipſius Ioannis nouo modo Chriſti fratrem eſſecti: quare ſupplicatio Ioanni porrecta, & per ipſum Chriſto votiue exauditur, & conſequenter ſpeciali dilectione à patre d. Ieſu Chriſti

Chriſti amplectitur, ex quo filio ſuo tam ſpe-
ciali fraternitate eſt coniunctus. Præſumere
ergo poteſt ipſe Ioannes de Chriſto, & matre
plus alijs ſanctis tali maternitate penſata. Di-
ctus eſt Ioannes dilectus à Chriſto propter il
la, quæ Chriſtus in eo effecit, vt dictum eſt
fructu & conformitate. 8. ſed magis dilectus,
& ſic ex multis valeat dici: præcipuè tamen
ex dono ſibi dato, videlicet, quod beata virgo mo-
do ſingulariſsimo eſt ſua mater effecta. Plu-
ra B. Ioannes habet, & habuit, dicto verbo
Chriſti: ſed præfata ſufficiunt. Allocutus fue-
rat dominus Ioannem quando eum vocauit,
ſimpliciter reſpondendo ſibi cum petiſſet de
Ioan. 13. proditore dicens. Domine quis eſt, qui tra-
det te? Et dominus reſpondit: ille eſt, cui in-
tinctum panem porrexero. Super omnia ta-
men dignificant Ioannem verba prædicta in
cruce à Chriſto eidem relata. Ecce mater tua:
vt patet ex dictis.

Sexageſimo octauo. Chriſtus allocutus eſt
Ioan. 18. genus humanum dicens. Sitio, ideſt ſalutem
omnium opto, & facio. Quod verbum quili-
bet Chriſtiano deberet eſſe verbum ad ipſius
Ieſu amorem inflammatiuum, vt non modo
omnia eius præcepta efficere, ſed gratanter
pro ipſo vellet mori. Et conſequenter dicen-
do. Conſummatum eſt. Non ſolum deprompſ-
ſit omnibus omnia impleuiſſe, ſed ſalutem
omnium perfeciſſe.

Quinquageſimo nono, & vltimo allocutus eſt
totam Trinitatem, ſed præcipuè patrē ipſum
voluiſſe tot pœnas ſubire, vt genus humanum
redimeret dicens. Deus meus Deus meus, vt
quid dereliquiſti me? oſtendens ſuper om-
nes, pœnas luiſſe ſua morte, & paſsione; ac ad
compatiendum eidem pro nobis morienti;
omnes Chriſticolas commouere. Patri etiā
in vitæ termino eſt locutus, ſibi ſpiritum com
mendando dicens. Pater in manus tuas com-
mendo ſpiritum meum: oſtendens hanc ora-
tionē fieri debere ſemper à quolibet eius ſan-
guine redempto; & ſpecialiter, dū ex hoc mū
Nota. do pergit ad patrem. Præfatis ergo apparet
quomodo Ieſus allocutus eſt diuerſos diuer-
ſimode. Quæ maiorem proculdubio require-
bant, quo ad ſingula, expoſitionem, ſed non
effeci, tum propter prolixitatem huius ope-
ris vitandam, tum quia Chriſto concedente
opus perficiam de geſtis, & verbis ipſius do-
mini Saluatoris, & tunc præfata cum alijs pro
lixius explicabo; ſed ſic feciſſe ſufficiat pro
modo.

Et quia denominatio fit à nobiliori, & potio-
ri: & quibus Chriſtus locutus eſt humilimi
fuerunt: vt patet ex iam dictis: patet quomo
do intelligendum eſt ſpecialiter. Ieſus loquēs
humilimis: prout dicit prima pars huius. 12.
Conformitatis. Videndum, eſt amodo in ge-
nerali quomodo locutus eſt humilimis, i. ſan-
ctis Apoſtolis; quod fuere humilimi dicēs ipſis,
& cuilibet fideli. Diſcite à me: quia mitis Matth. 11.
ſum, & humilis corde, & quia ipſos in per-
ſona omnium fidelium informabat; poteſt di
ci, quòd omnes ſua doctrina Chriſtus eſt ge-
neraliter allocutus pro vtilitate cuiuslibet:
Primo tamen, & principaliter, ſeu præcipuè Qualiter Chriſtus ordinat homine quo ad Deum.
in ordinatione ad Deum, ad quem ſua doctri
na principaliter ordinatur, & dirigitur.
Secundo quo ad ſe, & ſui, ſ. cuiuslibet ordina-
tionem in ſe.
Tertio quo ad proximum, & alios extra ſe
conſiſtentes. Ordinat ipſe magiſter perfectio
nis Ieſus fideles eos alloquendo, & ſua locu-
tione, & doctrina quo ad Deum dicens, fide-
les debent Deo.

Primo obedientiam, & ſubiectionem, eius
mandata cuſtodiendo. Si vis ad vitam ingre Matth. 19.
di ſerua mandata. Orando dicere debemus.
Pater fiat voluntas tua; ſicut in cœlo, & in ter Matth. 6.
ra. Suo exemplo. Ego præcepta patris mei ſer Ioan. 15.
uaui, & maneo in eius dilectione.
Secundo, Reuerentiam, & adorationem. Dia
bolo Chriſtus dixit. Dominum Deum tuum Matth. 4.
adorabis, & illi ſoli ſeruies.
Tertio. Dilectionem. Vnus eſt, & ſolus bo- Matth. 19.
nus dominus Deus &c. Diliges dominum Matth. 22.
Deum tuum ex toto corde tuo &c.
Quarto. Gratiarum actionem. Aſpiciens in Matth. 14.
cœlum &c. & c. 15. Gratias agens. In ſuſcita- Ioan. 10.
tione Lazari. Gratias tibi ago &c.
Quinto. Recognitionem vt ab eo omnia co-
gnoſcentes habere, omnia in eius gloriam re-
feramus. Luceat lux veſtra coram hominibus, Matth. 5.
vt videant veſtra bona opera, & glorificent
patrem veſtrum; qui in cœlis eſt.
Sexto. Imitationem. Eſtote perfecti: ſicut, & Matth. 6.
pater veſter cœleſtis perfectus eſt.
Septimo. Aſsiduam inuocationem dicens. Pa
ter noſter qui es in cœlis; Sanctificetur nomē Matth. 6.
tuum.
Octauo. Iuramenti per Deum vitationem.
Non periurabis. Ego autem dico vobis non Matth. 5.
iurare omnino &c.
Nono. Ipſius ſuffragium petere, & protectio
nem. Pater noſter; qui es in cœlis &c. Et ſe- Matth. 6.
quitur. Et ne nos inducas in tentationē; ſed
libera nos à malo.
Decimo. In ipſum totam fiduciæ iactationē.
Scit enim pater veſter, quod his omnibus indi- Matth. 6. & 14.
getis. Habete fiduciam. Ego ſum &c.
Vndecimo. Quærere ipſius laudem, gloriam,
& honorem. Ego gloriam meam non quæ- Ioan. 8.
ro; ſed eius: qui miſit me &c.
Duodecimo. Eius habere timorem; & ad ip-
ſum totam dirigere intentionem. Quæ placi Ioan. 8.
ta ſunt ei, facio ſemper. Theſaurizate vobis Matth. 6.
theſauros in cœlo. Et ſequitur. vbi eſt theſau
rus tuus ibi eſt, & cor tuum. Præfatis igitur
dominus Ieſus dirigit, & ordinat fideles ſua
locutio-

locutione, & doctrina homines in his; quæ ſunt ad Deum, ac ad prædicta alia; quæ ad hęc ſpectant poſſunt reduci.

Hominem ordinat xp̃s quo ad ſe ipſum & quo. Secundo. Ipſe magiſter Chriſtus ordinat hominem, quo ad ſeipſum.

Et primo: quo ad linguam. Non periurabis, ſequitur. Sit ſermo veſter: eſt, eſt, & non, non. Matth. 5. & 12. Bonus homo de bono theſauro &c. ſequitur. De omni verbo otioſo reddent homines rationem in die iudicij.

Secundo. Sui ipſius à malo prę̃ſeruationem Matth. 5. dicens. Si oculus tuus ſcandalizat te; erue Matth. 8. eum, & proijce abs te. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. De corde exeunt cogitationes malę &c. Si manus tua ſcandalizat te abſcinde eam &c.

Matth. 15. Matth. 18. Matth. 5. Tertio. Ordinat, vt homo fugiat vanam gloriam, & gloriæ ambitionem. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis &c. & comminatus eſt cęcis Matth. 9. dicens. Videte; ne quis ſciat, & præcepit diMatth. 16. 17.23. ſcipulis ſuis: ne cui dicerēt ꝙ ipſe eſſet Chriſtus. Nemini dixeritis viſionem, donec à mortuis filius hominis reſurgat. Secundum opera eorum nolite facere. Omnia enim opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.

Quarto. Totam docet intentionem ad Deū Mat. vlt. dirigendam. Cum oraueritis non eritis ſicut hypocritæ; qui amant in angulis platearum, & in ſinagogis ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperūt mercedem ſuam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrē tuum in abſcondito: Et pater tuus; qui videt Matt. 10. in abſcondito reddet tibi. Qui amat patrē &c. non eſt me dignus.

Quinto. Ordinat, vt homo habeat æternorū Matth. 12. amorem, & dilectionem dicens. Nolite theſaurizare vobis in terra. Sed theſaurizate vobis in cœlo &c. Qui non eſt mecum contra me eſt &c.

Sexto. Solicitudinis de congregandis mundanis abiectionem, & affectionis remotionē Matth. 6. & 10. 19. dicens. Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtrę quid manducetis &c. Nolite poſſidere aurum: neque argentum, neque pecuniam &c. Difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum.

Septimo. Abſtinendo à praua conuerſatioMatth. 7. 15.16. ne. Nolite ſanctum dare canibus &c. Sinite illos, cęci ſunt, & duces cęcorum &c. Cauete vobis à fermento phariſæorum &c.

Octauo. Vt homo ſtet in oratione dicens. PeMatth. 7. 24.26. tite, & dabitur vobis &c. Orate, ne fiat fuga veſtra. Orate, ne intretis in tentationem &c. Lucæ 18. Oportet ſemper orare &c.

Nono. Vt in agendis homo habeat circunMatth. 7. & 24. 25. ſpectionem. Attendite à falſis prophetis; qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium &c. Eſtote parati; quia neſcitis, qua hora fur &c.

Decimo. Vt habeat in fide firmam adhęſionem. Omnia quæcumq; orantes petitis, crediMat. 9. te; quia accipietis, & fiet vobis. Et non hæſitauerit in corde ſuo; ſed crediderit quodcunque dixerit fiet ei. Si habueritis fidem, vt Matth. 15. granum ſinapis &c.

Vndecimo. Futuri iudicis, & iudicij meditationem. Separabit malos, &c. Reddet vnicuiMatth. 13. & 16. que ſecundum opera ſua. Vigilate, quia neſcitis, qua hora dominus veſter venturus ſit. AtMatth. 24. & 25. tendendo vitæ futuræ ſtatum, & permanſionem. Intrare per anguſtam portam; quæ perMatth. 6. ducit ad vitam. Et quo ad hoc, vt ad vitam perueniamus æternam, plures oſtendit ſaluator ipſe ſua doctrina vias, & docet; vt patet in ſancto Euangelio. Ac etiam portas.

Prima eſt, B. pauperes ſpiritu &c. Ad iſtam re Matth. 5. ducitur illud. Ecce nos relinquimus oia &c. Matth. 19. Secunda. Beati mites &c. Ad hanc reducitur Matth. 5. illud. Ego autem dico, non reſiſtere malo &c. & 11. & illud. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde &c.

Tertia Beati qui lugent &c. Ad hanc reduci- Matth. 5. tur illud. Væ vobis, qui nunc ridetis; quia fle- Lucæ 6. bitis.

Quarta Beati qui eſuriūt, & ſitiunt iuſtitiam Matth. 5. &c. Ad hanc reducitur illud. Iuſti ibunt in vi- & 25. tam æternam.

Quinta Beati miſericordes &c. Ad hanc redu Mat. 5. 10. citur illud. Qui vos recipit, me recipit &c. Et & 12. Miſericordiam volo, & non ſacrificium, & illud. Eſtote miſericordes &c. Lucæ 6.

Sexta Beati mundo corde &c. Ad hanc redu- Matth. 5. citur illud. De corde exeūt cogitationes &c. Matth. 15. Et illud Sunt eunuchi; qui ſe caſtrauerunt pro & 18. pter regnum cœlorum &c.

Septima Beati pacifici &c. Ad hanc reducitur Matth. 5. illud. Si peccauerit in te Frater tuus vade &c. & 18.

Octaua Beati qui perſequutionem patiuntur Matth. 5. &c. Ad hanc reducitur illud. Tradent enim & 10. vos &c. Nolite timere, quia animam non poſſunt occidere.

Nona. Pœnitentiam agite, appropinquabit Matth. 4. enim regnum cœlorum. Ad hanc reducitur il & 12. 21. lud. Viri niniuitæ &c. Et illud. Publicani, & peccatores &c.

Decima. De humilitate. Niſi quis ſe humila- Mat. 18. uerit ſicut paruulus iſte non intrabit in regnū cœlorum. Ad hanc reducitur illud. Reuelaſti Matth. 11. ea paruulis &c. Et illud. Abneget ſemetip- Mar. 16. ſum &c. Et illud. Talium eſt enim regnum cœ Matth. 19. lorum. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter ve 20.23. ſter &c. Qui ſe humiliat exaltabitur &c.

Vndecima. Si vis ad vitā ingredi ſerua man- Matth. 19. data. Ad hanc reducitur illud. Niſi habunda- & 5. uerit iuſtitia veſtra plus &c. Non omnis; qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorū, ſed qui fecerit voluntatem patris &c.

Duodecima. Oratio ad Deum di. Pater noſter. Sequitur. Adueniat regnum tuum. Ad hāc reducitur illud. Oportet ſemper orare. Multa Lucæ 18. alia in

alia in alijs Euãgelijs inueniuntur; quæ ad prædicta poſſunt reduci.

Quomodo ordinatur homo quo ad ꝓximum.
Tertio ordinat doctrina Chriſti, & locutio hominem quo ad proximum.
Primo vitæ exemplaritate. Luceat lux veſtra corã hoĩbus, vt videãt veſtra bona opera &c.
Matth. 5. Secundo pace, & tranquillitate. Non occidat.
Matth. 22. Non iraſcatur. Non dicat racha. Non fatue &c. Omnes fratres eſtis &c.
Tertio vitæ honeſtate. Non mechaberis &c.
Matth. 10. Nihil opertum quod non reueletur &c.
Matth. 19. Quarto dilectione. & charitate. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Matth. 9. Quinto compaſsione. Non eſt opus valentibus
Matth. 18. medicus &c. Vade, & corripe eum &c.
Lucæ 6. Sexto ſubuentione. Eſtote miſericordes &c.
Mar. 6. & 8. Date eleemoſynam &c. Cũ facis conuiuium, voca pauperes &c.
Septimo. De proximo habendo bonam opi-
Matt. 7. nionem. Nolite iudicare &c. Idem habetur.
Mar. 6. Octauo iniuriarum dimiſsione. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, & pater cæleſtis dimittet vobis &c. Nõ dico dimittere ſepties ſed vſque ſeptuagies ſepties, & ibidem Sic faciet vobis pater veſter cæleſtis, ſi non dimiſeritis &c.
Matth. 28. Nono inſtructione. Docentes eos ſeruare omnia, quęcũque mandaui vobis. Exemplo Chri-
Matt. 21. ſti, qui docebat Apoſtolos de regno Dei.
Matth. 5. Decimo deprecatione. Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Exemplo Apoſtolorum, qui rogauerunt pro ſocru Simonis.
Lucæ 4. Et exemplo ſaluatoris, qui pro Apoſtolis pa-
Ioan. 17. trem rogauit, & pro credituris ad verbum eorum. Sic ergo apparet quomodo ſaluator noſter, & veritatis magiſter allocutus eſt quoſdam ſpecialiter, & totum mundum generaliter, ordinando ſua locutione, & diuiniſsima doctrina homines. Quo ad Deum, & Quo ad proximũ; & Quo ad ſemetipſum; ſicut hic iã dicta oſtendunt, & in alijs conformitatibus antecedentibus, hanc conformitatem clare demonſtrãt. Patet ergo declarata prima pars duodecimæ conformitatis videlicet. Ieſus loquens humilimis. Videndum eſt amodo de ſecunda parte.

SECVNDAE PARTIS XII. FRVctus, & conformitatis, ſcilicet Franciſcus reſerator. Expoſitio.

PRO huius expoſitionis euidentia eſt aduertendũ quod vt ſuperiora oſtendunt B. Fran. multos ſua lingua vita, & moribus ac prædicatione informando, ad dominum Ieſum Chriſtum conuertit. Patet etiã ex dictis in præcedentibus de doctrina beati Fran. à quo fuerit; quia à Deo; & qualiter à beato Fran. fuerit obtenta; quia oratione, & aſsidua crucis meditatione. Nunc hic videndum eſt quomodo ipſe B. Fran. ad inſtar ſaluatoris, vt præmiſsũ eſt, informauerit quoſdam particulariter, & demum omnes generaliter doctrinæ ſuæ allocutione benigna. A multis enim interrogatus, & de diuerſis prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illi reſpondebat. Nec interrogabatur, ut homo ſcientijs mondanis imbutus, ſed vt ſpiritualis, & deuotus. Semel, a domino Oſtienſi de pluribus interrogatus dixit ei idem dominus, qui fuit poſtea Papa Gregorius 9. Frater Frãciſce, Ego te interrogo, non vt hominem ſcientificum; ſed vt hominem à Deo illuminatum, & ſpiritu ſancto plenum. De eius enim doctrina quidam magiſter poſtquam beatum Fran. de quibuſdã interrogando fuerat ab ipſo declaratus, dixit (& habetur in 11. parte legẽdæ maioris) Vere theologia ſancti patris iſtius puritate ac contemplatione tanquam alis in altum ſubuecta, eſt, vt aquila volans; noſtra vero ſcientia ventre graditur ſuper terrã. Nec immerito, quia eum ad hanc mentis ſerenitatem indefeſſum orationis ſtudium perduxerat; cum continua exercitatione virtutum, vt quamuis ſacrarum litterarum peritiam non habuerit, per doctrinam ipſam tamen obtinuit lucis æternæ irradiatus fulgoribus, ſibi eam Deo dirigente præuijs orationibus, & meditationibus Crucifixi, Qua obtenta non ſolum publice prædicando, eam in corda hominum direxit, & trãſmiſit, verum etiam priuatis locutionibus (vt nunc oſtẽdetur) multos informauit. Vt igitur hoc facilius videatur erit videndum.

Primo. Quomodo quoſdam particulariter, & priuate doctriuauit.

Secundo. Quomodo generaliter fratres, & alios de diuerſis virtutibus, & alijs iformauit.

Quantũ ad primum à ſuæ vitæ primordio poſt quam incępit præſolito deguſtare diuina, incipiendo, & veniendo vſque ad ſuæ vitæ finem B. Fran. docuit alloquendo.

Primo concaptiuos ciues, de qua allocutione. Loquitur legenda trium ſociorum di. quod B. Fran. dum eſſet cum pluribus ciuibus captus à Peruſinis; & eſſet carceri mancipatus, nec de hoc triſtaretur, ſed potius gauderet, reprehenſus de hoc ab vno de ſocijs eum dicendo inſanum, beatus ipſe Fran. reſpondit. Quid putas de me? adhuc adorabor per totum mundum: vbi oſtendit quid de eo Deus diſpoſuerat ſibi eſſe à Deo indicatum.

Secundo. Allocutus eſt matrem; cum enim mẽſam parando ſemper panibus ipſam impleret, interrogatus à matre, cur tot panes apponeret? reſpondit ſe hoc facere pro eleemoſynis dandis pauperibus, eo quod propoſuerat omni petenti pro Deo, eleemoſynas elargiri, vbi

ſui

ſui pectoris pietatẽ ad pauperes declarauit.
Tertio allocutus eſt ſocios ſeculares: qui cũ poſt cœnam laute paratam per ciuitatem incedẽdo viſitatus à domino, ſe firmaſſet in quodam loco totus alienatus à ſenſibus, vt ſe abinde nullo modo poſſet pro tunc mouere, interrogatus ab ipſis, quid cogitauerat; quia poſt ipſos non abierat, forſitan (inquiũt) vxorem accipere cogitaſti? reſpondit: verum dixiſtiſtis; quia nobiliorem, & ditiorem, ac pulchram magis, quam vnquam videritis accipere cogitaui: vbi oſtendit, ꝙ de religione, quã fecit præ alijs celſiorem, Deus eidem prius notitiam indidit.

Quarto. Allocutus eſt virum quendam ſpiritualem (vt habetur in legẽda trium ſociorũ.) dum iret circa Eccleſiam ſanctæ Mariæ. Beatus enim F. plangendo, & eiulando alta voce, interrogatus à quodã viro ſpirituali eum audiente, cur fleret, reſpondit. Plango paſſionem domini mei: pro quo non deberem verecundari alta voce ire plorando per totum mũdum: vbi oſtendit affectum, quem ad crucifixum haberet adhuc in habitu exiſtens ſeculari.

Quinto Epiſcopum Aſsiſinatẽ allocutus eſt. Primo dum ſecularis adhuc eſſet; Cum enim Epiſcopo pater conqueſtus eſſet de beato. Fr. ob pecuniam quam ipſe Beatus. F. proiecerat in quandam feneſtram, ſacerdote eam nõ audente recipere, pro reparatione Eccleſię ſancti Damiani, Epiſcopus dixit Beato. Fr. pater tuus turbatus eſt contra te, & ſcandalizatus, redde illi pecuniam, quam habes, quę quoniã forte eſt de iniuſtẽ acquiſitis, non vult Deus vt eroges eam in opus Eccleſiæ: habeas ergo fili fiduciam in domino, & viriliter age: & noli timere; quia ipſe erit adiutor tuus, & pro Eccleſiæ ſuæ opere abundanter tibi neceſſaria miniſtrabit. Reſpondit Beatus. F. Domine non tantum pecuniam; quæ eſt de rebus ſuis volo ei reddere gaudenti animo; ſed etiam veſtimenta, in quo verbo beatus. F. vilipendo re cuncta terrena oſtendit Dei amore.

Sexto patrem ſuum carnalem allocutus eſt; quando coram epiſcopo non ſolum iuri paternæ hæreditatis abrenunciauit; ſed veſtimenta vſque ad fœmoralia reddendo ſibi dicens: vſque nunc vocaui te patrem in terris, à modo ſecurè dicere poſſum: Pater noſter; qui es in cœlis: vbi beatus Franciſcus oſtendit toto affectu mundanis abrenunciaſſe.

Septimo latrones allocutus eſt: nam ab eis interrogatus in medio nemoris quis eſſet, reſpondit. Præco ſum magni Regis: vbi ſe ſpiritu cognouit à domino dirigi, ad viam domino præparandam in cordibus fidelium.

Octauo ciues ſuos Aſsiſinates allocutus eſt pro ædificatione Eccleſię ſancti Damiani, petendo ab eis ſubſidium di. Qui mihi dederit vnum lapidem, vnam mercedem: qui duos dederit, duas habebit mercedes; qui tres, tres habebit. Vbi oſtendit nihil immeritum ſi fiat ad Dei honorem apud eum eſſe.

Nono fratrem carnalem allocutus eſt: qui tempore magni algoris videns beatum. F. male indutum, dixit vni ſocio ſuo; vt ab ipſo beato. F. peteret ſibi vendi vnam nũmatam de ſudore ſuo: cui reſpondit beatus. F. Ego care vendam Domino meo ſudorem iſtum, vbi oſtendit inextimabili mercede à Domino cõpenſandum quicquid ob ſui reuerentiam ſupportatur penuriæ, & tribulationis.

Decimo fratrem Bernardum allocutus eſt. Primo quando de ſero hoſpitatus cum eo: beatum. F. vidit deuotẽ orantem dicere. Deus meus, & omnia. Ipſe tunc dominus Bernardus dixit beato. F. Si quis haberet à Domino ſuo multa, vel pauca; quæ tenuiſſet per multos annos, & nollet ea amplius retinere, quid de ipſis agere poſſet, quod melius eſſet? Reſpondit beatus. F. ꝙ Domino ſuo deberet reddere, à quo ea recepiſſet. Et cum dominus Bernardus diceret omnia bona mea temporalia vellem erogare amore domini mei; qui ea mihi contulit, & hoc conſilio tuo. Beatus. Fr. reſpondit, ꝙ hoc erat arduum, & ideo à domino requirendum. Et cum ambo perexiſſent ad Eccleſiam per orationem diuinũ placitum poſtulantes. Beato. Fr. librum euangeliorũ ter aperiente: In prima apertione ei occurrit illud. Si vis perfectus eſſe vade, & vende &c. In ſecunda. Nihil tuleritis in via. In tertia. Qui vult poſt me venire abneget &c. Inquit beatus. F. Vade, & perfice ſicut audiſti: vbi patet beatum. F. ſe in omnibus & ſuos voluiſſe diuinæ voluntati conformare.

Secundo allocutus eſt fratrem Bernardum: quando eidem mandauit ad conterendam ſuam audaciam, vt ter tranſiret de latere ad latus, ponendo pedem ſuper guttur ipſius: de quo habetur ſupra conformitate. 8. in ſecunda parte.

Tertio fratrem Bernardum allocutus eſt beatus Franciſcus veniendo ad mortem benedicendo eum: vt habitum eſt conformitate. 8. Et ſicut in ſecunda allocutione fratris Bernardi à beato. F. ipſe Beatus Fr. ſummam patefecit ſui cordis humilitatem, ſic & in tertia allocutione ſuam ad ipſum patefecit beneuolam paternitatem, & charitatem.

Vndecimo. Fratres, quando pauci erant allocutus eſt, eos confortando, & prædicando eos in breui multiplicandos per introitum multorum ad ordinem; ac ipſos informando de regno Dei abnegatione ſui, & corporis caſtigatione plura docuit, & deprompſit. Sed fratribus ad numerum duodenarium iam peruentis, allocutus eſt beatus. F. roborando eos, & denunciando dominum Papam ſe eis inclinaturum

naturum

naturum regulam approbando. Poſt vero regulæ approbationem Beatus. F. allocutus eſt, & alios.
Primo docendo eos orare di. Patet noſter, & adoramus te Chriſte ad oẽs Eccleſias tuas; quę ſunt in toto mundo; quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum.
Secundo Crucifixum ſemper meditari. Et hoc ponitur in quarta parte legendæ.
Tertio qualiter ſtantes, & per mundum incedentes deberent incedere, & conuerſari, vt dictum eſt ſupra conformitate. 2.
Quarto allocutus eſt oſtendendo neceſsitati corporis eſſe ſatisfaciendum dicens. Difficile eſt pronitati ſenſuum non parere. parte quinta legendæ.
Quinto, dicens fratrem veſte multiplici non vti: ſi flamma cœleſtis deſiderij cõtegeretur interius. parte quinta.
Sexto Mulierum conſortia, & colloquia diuitanda omnino: excepta confeſsionis cauſa, parte quinta.
Septimo otium ſentinam omnium malorum effugiendum à fratre cenſebat, & laboribus aſsiduis carnem eſſe domandam.
Octauo Silentium obſeruandum cauendo ab omni verbo otioſo, tanquam de ipſo in die iudicij reddituri rationem. ibidem.
Nono Abſtinentiam, ſi fiat ſine diſcretione nihil valere. ibidem.
Decimo quantum eſt homo in oculis Dei; tantum eſt, & non plus. parte ſexta.
Vndecimo fugiendam omnino laudem humanam, & neminem dicens, eſſe laudandum: cuius incertus eſt exitus. ibidem.
Duodecimo Obedientiæ colla ſubmittenda; vtpote ſic faciendo nullum tempus tranſit ſine fructu, & Luc. ibidem.
Tertiodecimo ſubditum prælatum conſiderare non debere: ſed illum ratione cuius eſt ſubiectus. ibidem.
Quartodecimo Fratres minores vocari debere, ne maiores fieri præſumant. ibidem.
Quintodecimo non in curijs præfatorum: ſed in locis fratrum pauperrimis eſſe Deo eſt magis acceptum. ibidem.
Sextodecimo Paupertatem ſpecialem viam eſſe ſalutis: quæ virtus hominem amicum magis reddit Chriſto. parte ſeptima.
Decimoſeptimo ſacræ religionis ingreſſum ab illo verbo inchoandum Euangelij. Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus &c. ibidem.
Decimo octauo pecuniam ſeruis Dei non aliud. quam diabolus, & colubet tortuoſus. ibidem.
Decimonono fratri minori ad verecundiam eſſe videre pauperiorem ſe.
Vigeſimo intentionem ſuam eſſe, & fuiſſe, ꝙ nullus frater deberet habere, niſi veſtimentũ, ſicut regula concedit cum cingulo, & femoralibus. in libro qui intitulatur ſpeculum perfectionis. cap. 2. & 3. De paupertate.
Vigeſimoprimo, nihil Deo acceptius animarum ſalute, & quæ magis trahitur exemplo, quàm verbo. parte. 8.
Vigeſimoſecundo in paupere quolibet Chriſtum docebat fratres videre, & attendere neminem contemnendo. ibidem.
Vigeſimotertio orationis gratiam peroptandam à viro religioſo: quia ſine ipſa in Dei ſeruitio proſperari non credebat. parte, 10.
Vigeſimoquarto, ꝙ quæ Deus reuelat nõ ſunt palam facienda: niſi prout diuinus inſtinctus ſuggerit, & ſalus expetit aliorum. ibidem. De multis alijs fratres generaliter informauit, & quia per capitula ponam ipſius verba. Dimitto hanc partem vlterius proſequi, & præmiſſa poſui ſuccinctè hac de cauſa.
Duodecimo allocutus eſt beatus. F. Fratrem Egidium: vt dicit legenda trium ſociorum dicens. Noſtra religio ſimilis eſt piſcatori; qui mittit retia ſua in aquam capiens piſciũ multitudinem copioſam, & paruos in aquam relinquens magnos eligit in vaſa ſua. Cui ordinis dilationem prędixit cum quattuor fratres tunc, & non plures eſſent. Vice alia ſanctus Frater Egidius interrogauit beatum. Fr. ſi aliquid eſt terribile in mundo: quod homo pet Pater noſter non poſſet ſuſtinere. Reſpondit beatus. F. Diabolus eſt. Nullus eum reſpiciendo poſſet ſuſtinere per medium Pater noſter: quin ſtatim moreretur, niſi Dei ſubſidio iuuaretur. Quod verbum deberet quemlibet Chriſticolam ad dimittendum opera diaboli animare.
Tertiodecimo Papam dominum Innocentiũ tertium. Dum enim ad ipſum perrexiſſet, vt ſibi vitam Euangelicam; quam acceperat cõfirmaret: & ſummo Pontifici, ac Cardinalibus nimis appareret auſterum. Reſpondit. B. Fr. Non eſt formidandum, ꝙ fame pereant æterni Regis filij & hæredes: qui ad imaginem Regis Chriſti per ſpiritus Sancti virtutẽ ſunt in religione paupercula grandi. Nam ſi ſuis imitatoribus Chriſtus regnũ promittit æternum: quanto magis illa ſubminiſtrabit; quæ cõiter largitur bonis, & malis? vbi B. F. omnẽ diffidentiam à cordibus abiecit ſuorum filiorum reſpectu temporalium pro victu conſequendorum; dummodo in dominum ſuum totum iactent cogitatum.
Quartodecimo. Dominum Papam Honoriũ, dum regulam; qua vtimur ſub bulla ab eo obtinuit. Protectoremq; dominum Vgolinum Oſtień. Epiſcopum à beato F. in protectorẽ ordinis petitum conceſsit. Ac indulgentiã Portiunculæ à beato. F. ex parte Dei petitam dedit. Et demum viſo miraculo roſarum albarum, & rubearum de menſe Ianuarij; diem

pro dicta indulgentia determinauit. Et cum Papa diceret, ꝙ ſibi bullam vellet dare. Reſpõdit beatus F. ꝙ nolebat aliam chartam; niſi verbum ſuum: Nam charta ſtat beata Maria, notarius Chriſtus, & teſtes ſancti Angeli: quo innuit, ꝙ verbo Apoſtolico: in factis animæ eſt ſtandum firmiter, & credendum.

Quintodecimo Corpus proprium alloquendo, ipſum fratrem Aſinum appellabat dicens (corda ipſum verberando fortiſsimo.) Frater Aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellũ; ſi quo vis pergere, perge. vbi oſtendit corpus noſtrum flagellis domãdum: ne ad rationem ſequendam exorbitet quandoque, parte. 5.

Sextodecimo Medicum allocutus eſt ſuadentem, vt abſtineret à lachrymis: ſi corporei viſus cęcitatẽ vellet effugere dicens reſpondendo. Non eſt frater medice ob amorem luminis; quod commune habemus cum muſcis, viſitatio lucis æternę repellenda, vel modica; quia non ſpiritus propter carnem, ſed caro propter ſpiritum beneficium lucis accepit. parte. 5. vbi innuit hominem Deo deditum malle debere lumen corporeum amittere, quàm intuitum mẽtalem offendere in aliquo; quo Deus ipſe ſpiritus deuotione videtur.

Decimoſeptimo Ferrum, dum à medico in eius carnem ignitum profundari deberet di. Mi frater ignis, eſto mihi in hoc propitius, eſto curialis precor dominum meum; qui te creauit; vt tuum mihi calorem temperet, quo ſuauiter vrentem valeam ſuſtinere, quod & fecit. Vbi beatus. F. oſtendit creaturam creatori diuino famulari, imperio etiam ſui perfecti cultoris.

Decimooctauo Sociũ alloquutus eſt, & hoc multipliciter.

Primo oſtendendo iniurijs delectari, ſocio vt ſibi diceret iniungendo.

Secundo ſtatum veri humilis pandendo, videlicet corporis mortui.

Tertio ſe eidem maximum peccatorum aſſerendo.

Quarto, vt demones diſcederent à ciuitate Aretij imperando.

Quinto, ꝙ non conuerſarentur libenter cum magnatibus informando. hæc habentur parte. 6. legendæ.

Sexto hoſtis deceptionem in burſa pecuniã pretendentem demonſtrando, parte. 7. legendæ.

Septimo paupertatis ſpeculum plus debet eſſe frater minor, quàm aliquis pauper de mundo. ibidem.

Octauo danda ſunt, quæ habet frater; ſi quando inuenit ſe pauperiorem; quia ſibi ſunt non data; ſed mutuata. ibidem.

Nono promiſſa cuicunque ſunt obſeruanda, ſi adſit facultas, exemplo, quando orauit pro Abbate ſancti Iuſtini. 10. parte legendę.

Decimo eidem pandendo caſum Chriſtianorum; ſi auderent cum Saracenis dimicare: vt dicit. 11. pars legendæ.

Vndecimo ſe prę alijs pœnitentiam exercere debere, vtpote datum in exemplum fratribus à Chriſto, & alij declarando. vt dicit in ſpeculo perfectionis, cap. 2. De perfectione paupertatis, cap. 16.

Duodecimo docuit ſocium, vt pauperem veſtiret, nudos remanere non eſſe verecundum. ibidem de perfectione charitatis ad proximum. cap. 3.

Tertiodecimo furtum dicens eſſe: ſi frater minor pauperiorem ſe inueniendo non ſtatim de mantello, vel tunica, ſi poſſet eidem non ſubueniret.

Quartodecimo in paupere quolibet Chriſtũ repræſentari dicebat: qui noſtram paupertatem aſſumpſit, & infirmitatem, vt habetur ibidem cap. 11, & in legenda maiori, parte. 7. Socios etiam allocutus eſt. parte. 6. legendæ dicens ſuo exemplo cuilibet eſſe obediendum: quia ipſe erat ita paratus nouitio obedire; ſicut diſcretiſsimo, & antiquiſsimo fratri.

Decimonono alloquutus eſt dominum Vgonem; quem alij dicunt Vgolinum Cardinalẽ Oſtien. & poſtmodum Papam Gregorium. 9. & hunc alloquutus eſt beatus. F.

Primo reſpondendo ipſi domino dicenti ſibi, ꝙ nolebat, ꝙ ipſe beatus. Fr. ad Franciam iret. Cui B. F. Domine: magna verecundia eſt mihi, cum miſerim fratres meos ad remotas prouincias; ſi ego remanſero in iſtis prouincijs, & nõ ero particeps tribulationum; quas ipſi propter Deum ſunt paſſuri: Vbi B. F. oſtẽdit, quòd prælatus in laboribus ſubditorum per participationem debet eſſe conformis. Et cum dominus Cardinalis diceret. Cur miſiſti fratres tuos tam longè ad moriendum fame; & ad tribulationes alias ſuſtinendas? Reſpondit B. F. cum magno feruore. Domine; putatis vos, quòd dominus ſolummodo propter iſtas prouincias miſerit fratres? dico vobis in veritate, quòd dominus elegit, & fratres miſit propter profectum, & ſalutem animarum omnium hominum huius mundi, & non ſolum in terris fidelium, ſed in terris infidelium recipientur, & multas animas lucrabuntur. Vbi B. F. ad quid Deus ipſum miſerit cum ſuis expreſsit: & ſe habuiſſe notitiam de fiendis per fratres clarè deprompſit.

Secundo cum ipſe dominus Oſtien. ſubmiſsione fratrum diceret Beato. F. quòd ſequeretur conſilia fratrum ſapientum; & ſe ab eis aliquãdo duci permitteret, beatus. F. nihil ſibi reſpõdens; ſed accipiens eum per manum duxit ad fratres in capitulo congregatos; & ſic loquutus eſt ipſe Beatus. F. fratribus in feruore, & virtute ſpiritus ſancti. Fratres mei, fratres mei, Deus vocauit me per viam ſimplicitatis, & humi-

& humilitatis, & hanc viam oſtendit mihi in veritate pro me, & pro illis, qui volunt mihi credere.& me imitari: & ideo nolo, ꝙ nominetis mihi aliquam regulam, neque ſancti Benedicti; neque ſancti Bernardi; nec aliquam aliam formam viuendi, præter illam, quæ mihi eſt oſtenſa à domino miſericorditer, & donata. Et dixit mihi ꝙ volebat me eſſe vnũ magnum fatuum in hoc mundo, & noluit nos ducere per aliam viam, quam per iſtam ſcientiam. Sed per veſtram ſcientiam, & ſapientiã Deus vos confundet. Et ego confido in caſtaldis domini, ideſt demonibus; ꝙ per ipſos puniet vos dominus, & adhuc redibitis ad veſtrum ſtatum cum vituperio veſtro, velitis, nolitis. Tunc Cardinalis obſtupuit valde, & nihil reſpondit, & omnes fratres timuere valde: Vbi B. F. expreſsit modum viuendi fratrum, & quid Deus vltimo faciet fratribus male in hoc ordine viuentibus.

Tertio reſpondit dicto. D. Cardinali dicenti ipſi beato. F. (vt dicit. 6. pars legendæ) ſi ſibi placeret, ꝙ fratres ſui ad Eccleſiaſticas promouerentur dignitates. Cui B.F. reſpondit. d. Domine, minores ideo vocati ſunt fratres mei; vt maiores fieri non præſumant. Si vultis (inquit) vt faciant fructum in Eccleſia Dei, tenete ipſos, & conſeruate in ſtatu vocationis eorum, & ad prælationes Eccleſiaſticas nullatenus aſcendere permittatis. Vbi. F. docuit, ꝙ in humilitate eſt ſtatus veri fratris minoris. Quarto locutus eſt dicto domino Oſtien. (vt habetur in 7. parte legendę.) Cum.n. comeſturus B.Fr. in eius hoſpicio pro eleemoſyna prius eundo fruſta pannis acquiſiti ad menſam domini Cardinalis detuliſſet; & Cardinalis dixiſſet beato F. ꝙ ſic faciendo ſuo derogaſſet honori: reſpondit Beatus. F. Magnum mi domine vobis honorem exhibui; dum maiorem dominum honoraui, & de hoc dicetur infra conformitate. 16. Vbi oſtendit fratrem minorem pro eleemoſyna libẽter debere velle ire: dominum Ieſum Chriſtum pauperem in hoc mundo imitando. Fuit etiam alloquutus hunc dominum Oſtien. cum voluit eſſe frater minor, vt dictum eſt ſupra conformitate. 9. parte. 2.

Vigeſimo Fratrem Pacificum eſt alloquutus. Cum.n. idem frater oraſſet in Eccleſia beati Petri de Bonario iuxta caſtrum Treuij; & poſitus in extaſi humili reſeruari Franciſco, volens poſt viſionem humilitatem beati F. experiri, dixit quærendo ab eo quid de ſeipſo ſentiret. Cui Beatus. F. videor mihi (ait) maximus peccatorum. Et cum frater Pacificus diceret, quòd ſalua conſcientia hoc dicere, nec ſentire poſſet reſpondit. Si quantumcunque ſceleratum hominem tanta fuiſſet Chriſtus miſericordia proſequutus; arbitror ſanè, ꝙ multo plus, quam ego Deo gratior eſſet. parte. 6. legendæ. vbi oſtendit dicto fratri ſe in vera humilitate eſſe fundatum.

Vigeſimoprimo alloquutus eſt. B. F. fratres Leonem, Maſſeum, Ruffinum, Ricerium, & Petegrinum: de qua alloquutione habes ſupra conformitate. 8. De tribus primis in tractatu de prouincia ſancti F. De duobus alijs in tractatu de prouincia Marchiæ.

Vigeſimoſecundo allocutus eſt beatam Claram: qua alloquutione omnibus mundanis ipſa abrenunciauit, (prout eius dicit legenda.) Chriſto ſponſo per omnia ſe iungendo. Eundem bea F. alloquutus eſt iuxta finem: & hoc per internuncium, mittendo eidem; ꝙ ipſum vna cum ſororibus viderentur ad eorũ gaudium, & conſolationem. Sicque factum eſt, ꝙ poſt mortem beati Franciſci corpus eius deductum eſt ad ſanctum Damianum, & ſic ipſa eum ſororibus cum magna deuotione, & gaudio eum viderunt.

Vigeſimotertio allocutus eſt Epiſcopus Imolæ. parte 6. legendæ, petendo, vt cum ipſius licentia populo ipſius prædicare liceret: qui cõcedere noluit. Ad quem ſecundo beatus F. ingreſſus quid vellet iterato requiſitus humiliter reſpondendo, inquit. Domine, ſi pater filium vno pepulerit oſtio, alio ſibi reintrandũ eſt: cui Epiſcopus ipſum amplexando, Tu & omnes fratres tui de cętero in Epiſcopatu meo generali mea licentia prædicetis; quia hoc humilitas ſancta promeruit: quo clareſcit de humilitate Franciſci exemplum ſpeciale.

Vigeſimoquarto Fratrem Siluestrum; cum quo, dum Aretium perueniſſet, & totam ciuitatem plenam demonibus beatus ipſe Franciſcus videret, & populum ad mutuam necem incedentem: eidem fratri Silueſtro dixit. Vade ante portam ciuitatis, & ex parte omnipotentis Dei demonibus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipe, vt exeant feſtinanter: quod ille faciens ad pacem demonibus effugatis ciuitas ipſa ſtatim redijt. Vbi claruit, quantum valet beati. F. Imperium ad arcendum demonum infirmitatẽ. hęc habẽtur parte. 6. legẽdæ. Attende tu qui vis effici frater.

Vigeſimoquinto Virum quendam de Marchia eſt alloquutus: qui frater minor eſſe volebat: cui cum diceret verbum Euangelicum; ꝙ venderet omnia; & pauperibus daret, & ſic eum ad ordinem reciperet: Ille vero parentibus ſua diſtribuiſſet, & nihil pauperibus, a B.F. ſub hac alloquutione repulſus eſt. Vade viam tuam frater muſca: quoniam nondum exiſti de domo tua, & de cognatione. Conſanguineis tuis tua dediſti, & defraudaſti pauperes: dignus non es iungi pauperibus ſanctis. Incępiſti à carne, & ruinoſum fundamentum ſpirituali fabricæ collocaſti. vbi apparet, quã ſeuerus fuit recipiendo ad ordinem fratres expropriatos, vt ſanctum Euãgelium docet; habentur hæc parte. 7. legendę.

Vigeſimoſexto alloquutus eſt fratrem Pe-
trum Cathanij ſuum Vicarium : qui cum fieri
feciſſet in loco ſanctæ Mariæ de Portiuncula
paruam domum ad officium dicendum ; &
quieſcendum ob fratrum multitudinem il-
luc accendentium, eidem. B. Fr. dixit. Frater,
locus iſte eſt forma, & exemplum totius reli-
gionis . Et ideo potius volo , ꝙ fratres huius
loci tollerent tribulationes , & incommoda
Dei amore: & alij fratres, qui huc veniunt re-
portent bonum exemplum paupertatis ad lo
ca ſua ; quàm ſi iſti haberent conſolationes
ſuas plenarie ; & alij ſumerent exemplum ędi
ficandi in locis ſuis dicentes . In loco ſanctæ
Mariæ de Portiuncula : qui eſt primus ordi-
nis locus ; fiunt talia , & tanta ædificia , bene
etiam poſſumus, & nos ædificare in locis no-
ſtris . hoc habetur in ſpeculo perfectionis de
paupertate. 2. cap. Vbi patet, ꝙ beatus. F. habi
tacula humilia dilexerit, & locum ſanctæ Ma-
riæ præfatum. Vice alia dictum ſuum Vicariũ
dum peteret ab ipſo. B. F. licentiam , ꝙ bona
intrantium ordinem aliqua poſſet ſeruare: vt
fratribus de eiſdem poſſet prouideri ad locũ
ſanctæ Mariæ accedentium alloquutus eſt di.
Abſit (inquit) à nobis frater chariſsimæ, vt ꝓ
quouis homine impie agamus in regulam, ma
lo te altare Virginis glorioſæ nudare, cum ne
ceſsitas id requirit , quàm contra pauperta-
tis votum, & obſeruantiam Euãgelij aliquid,
vel modicum attentare . Gratius enim habe-
bit Virgo beata , ſancti Euangelij perfectè
ſeruato conſilio, ſuum altare detegi, quàm al
tari veſtito filij ſui promiſſum conſilium præ
termitti. Quo dicto oſtendit affectum ad pau
pertatis obſeruantiam, & parere diuinis con-
ſilijs quantum placeat ſanctis . hoc habetur
parte 7. legendæ . Hunc eundem alloquutus
eſt : vt fratrem ab alio infamatum ſi inueni-
ret culpabilem puniret, ſin autem (inquit) ſur-
ge, ſurge, diſcute diligenter . Et ſi accuſatum
fratrem innocentem repereris, accuſantẽ du-
ra correctione cunctis redde notabilem : Vbi
ſibi diſplicere ſummopere oſtendit vitium de
tractionis. ponitur hoc in parte. 8. legendæ .
Vigeſimoſeptimo Nuncios aſsiſinates : qni
cum eum de Nuceria Aſsiſium reducerent, &
in villa ; quæ Satrianum dicitur , vellent pro
pecunia corporis neceſſaria emere , nec inue-
nirent B. F. alloquutus eſt di. Ideo nihil inue
niſtis ; quia plus in muſcis veſtris , quàm in
Deo confiditis (muſcas denarios vocauit) ſed
reuertimini (inquit) per domos; quas circui-
ſtis, & Dei amorem offerentes pro precio, hu
militer eleemoſynam poſtulate . Quod, & fa-
cientes inuenerunt plura pro Dei amore, quã
pro denarijs : Vbi oſtendit, Deus quantum fa
cit, de ſe confidentibus , & quàm promptus
erat implere Franciſci promiſſum , hic habe-
tur parte. 7. legendæ .

Vigeſimo octauo. Sitientem quendam: cuius
vehebatur aſello , cum ſitis eſtuaret ardore ;
ac diceret. Heu morior ſiti ; niſi poculi alicu
ius beneficio refociler. B. F. alloquutus eſt di.
(oratione pręmiſſa) Feſtina ad petram : & il-
lic aquam viuam inuenies : quã tibi hac ho-
ra miſericorditer Chriſtus bibendam de lapi
de produxit. Sic, & fecit . Vbi vide clementiã
beati. F. & condeſcenſionem ad Franciſcum
miſerationis diuinæ. habetur parte. 7. legẽdæ.
Vigeſimonono Dantes bonum exemplum,
& oppoſitum etiam peragentes alloquutus
eſt. Primos benedictionis multiplicis accu-
mulando eloquijs . Secundos vero maledi-
ctionem eis imprecando d. A te ſanctiſsime
domine, & à tota cœleſti curia, & à me paruu
lo tuo ſint illi fratres maledicti : qui ſuo malo
exemplo confundunt, & deſtruunt; quod per
ſanctos fratres huius ordinis ædificaſti, & ędi
ficare non ceſſas. Qua maledictione oſtendit
B. F. ſe zelum maximum habuiſſe ad ſuum or-
dinem, & quàm formidandum ſit eius maledi
ctionem incurrere ; quia data eſt tanta deli-
beratione, & non ſine diuina voluntate: qua-
re credendum eſt à Deo eſſe ſic ſancitum in
cœlo; quod à B. F. ſic eſt prolatum in mundo.
Trigeſimo alloquutus eſt B. F. Aues. in 8. par
te legendæ ; dum cantu auicularum incitatus
eſſet in paludibus Venetiarum ; diceretq; ad
ſocium : Sorores aues laudant creatorem
ſuum ; nos in medium earum euntes laudes,
& horas canonicas domino decantemus: ſed
quia propter earum garritum in dicendo ho
ras mutuo ſe intelligere non poterant , dixit
B. F, ad aues. Sorores aues à cantu ceſſate, do
nec Deo laudes debitas perſoluamus , & ipſe
ſtatim tacuerunt . Sed officio expleto , data
cantandi iterato licentia, cantum ſuum more
ſolito reſumpſerunt . Item in 12. parte legen
dæ . Inueniendo iuxta Beuanium auium mul-
titudinem primo ſalutauit ; deinde alloqu-
tus eas dixit . Fratres mei volucres multum
debetis laudare Deum creatorem veſtrum :
qui plumis vos induit, & pennas vobis tribuit
ad volandum ; puritatem conceſsit aeris : &
ſine veſtra ſollicitudine vos paſcit , & guber-
nat : Vbi oſtendit ſe totum affectum ad con-
ditorem omnium ſemper habuiſſe ; ad quem
laudandum ſic creaturas inducebat , non ſo-
lum præditas ratione: ſed etiam carentes.
Trigeſimoprimo . Demones alloquutus eſt.
parte. 10. legendæ. Dum in oratione à diabo-
lo perturbaretur aliquando , dixit ad demo-
nes . Facite in me quicquid valetis maligni
ſpiritus, & falaces . Ex parte Dei omnipotẽ-
tis dico vobis , vt exerceatis circa corpus
meum quicquid vobis datum fuerit à domi-
no noſtro Ieſu Chriſto : quoniam paratus
ſum ad omnia ſuſtinenda . Cum enim maior
inimicus ſit corpus meum, quàm habeam, vin
dicabi-

dicabitis me de inimico meo, & aduerſario
peſsimo; Quam conſtantiam non ferentes
demones, victi abſcedebant. Et quia ſic eos
vicit ſingulari certamine: demum ſolo ver-
bo effugauit. vt dicit.6.& 12.pars legendæ.
Trigeſimoſecundo allocutus eſt.B.F. Solda-
num Babiloniæ. Et quia de iſta allocutione
dicetur plenè infra conformitate.38. Ideo ad
pñs dimitto. De allocutione Soldani à Bea.F.
habetur in 9 parte legendæ.
Trigeſimotertio allocutus eſt.B. F.ſibi fami-
liares.10.parte legendæ. informans eos,quo-
modo ſe debent habere, dum in oratione viſi
tatur quis à domino di. Quando ſeruus Dei
orans viſitatur diuinitus,dicere debet. Iſtam
conſolationem mihi peccatori,& indigno de
cœlo miſiſti domine,& ego ipſam tuæ comit-
to cuſtodiæ: quia theſauri tui me ſentio eſſe
latronem. Cum autem ab oratione reuerti-
tur: ſic debet ſe peccatorem,& pauperculum
oſtendere; ac ſi nullam ſit gratiam conſecu-
tus: Quo oſtendit,ꝙ per humilitatem, quod
datur nobis à domino,ab ipſo conſeruatur.
Trigeſimoquarto Abbatem ſancti Iuſtini de
Peruſio parte.10.legendæ. Cum enim ſe bea-
to Franciſco,vt pro ſe oraret, recommendaſ-
ſet.B F allocutus eſt di.Orabo libenter,quod
& fecit ſtatim. Et tunc Abbas in exceſſu men-
tis effectus inſolitum calorem ſenſit, atque
dulcedinem: Vbi B.F.expreſsit ſuis precibus
aures adeſſe diuinas.
Trigeſimoquinto ad diſtinctos fratres.B. F.
verba ſpiritualia ſuæ direxit locutionis.
Ad fratrem quendam non orantem,nec labo
rantem,nec volentem ire pro eleemoſyna:ſed
bene comedentem.B.F.dixit. Vade viam tuã
Frater muſca; quoniam vis comedere labo-
rem fratrum tuorum, & eſſe otioſus in opere
Dei: & ſic emiſit eum.
Alium; quem docuerat incedendo per viam,
vt diceret. Dominus det tibi pacem. Et cum
nonnulli de hac ſalutatione turbarentur. B.
F.informauit di Dimitte illos dicere; quia
non percipiunt; quæ Dei ſunt. Et noli inde
verecundari: quoniam adhuc modicum, &
multi nobiles, & principes huius mundi de
hac ſalutatione tibi, & alijs fratribus reueren
tiam exhibebunt.
Digna verba. B. Fr. Quendam alium interrogantem beatum.Frã.
cur ſic fratres à ſua cura reijceretur; alloquẽ-
do ſic reſpondit. Fili mi: ego fratres ſic dili-
go, ſicut poſſum; ſed ſi mea ſequerentur ve-
ſtigia, ipſos vtique plus amarem,nec me illis
redderem alienum. Sed ſunt quidam de nu-
mero prælatorum; qui ad alia trahunt eos
proponentis illis antiquorum exempla, & pa
rum mea monita reputantes: ſed quid & qua
liter ipſi agant nunc, in fine clarius appa-
rebit.
Alteri fratri dicenti ſibi. Cur non corrigebat
defectus, qui fiebant in ordine, reſpondit B.
Fran. di.Dominus indulgeat tibi frater, quo-
niam vis eſſe mihi contrarius, & aduerſarius,
atque me implicare in his; quæ non pertinent
ad officium meum,quouſque enim habui præ
lationis officium ſuper fratres, & ipſi perman
ſerunt in vocatione, & profeſsione tua; licet à
principio meæ conuerſionis ſemper infirmus
fuerim, cum parua mea ſollicitudioe ſatisfa-
ciebam eis exemplis, & prædicationibus. Sed
poſtquam conſideraui,quod dominus multi-
plicauit numerum fratrum;& ipſi propter te-
piditatem, & inopiam ſpiritus incipiebant de
clinare à via recta,& ſecura,per quam conſue
uerant ambulare;& per ampliorem viam;quę
ducit ad mortem incedentes non attendebãt
vocationem,& profeſsionem ſuam,& bonum
exemplum, nec volebant dimittere iter peri-
culoſum, & mortiferum; quod cęperant prò-
pter prædicationem, & admonitionem meã,
& exemplum meum;quod illis continue oſten
debam;ideo recommendaui ordinis prælatio
nem,& regimen domino, & miniſtris,vnde li-
cet tempore, quo renunciaui officio fratrum
excuſarem me coram fratribus in capitulo ge
nerali; quod propter infirmitates meas curã
de ipſis habere non poteram, tamen ſi ſecun-
dum voluntatem meam fratres vellent ambu-
lare,nunc propter ipſorum conſolationem,&
vtilitatem nollem,quod alium miniſtrum ha-
berent, niſi me vſque ad diem mortis meæ. Si
enim fidelis,& bonus ſubditus voluntatẽ præ-
lati ſui cognoſcit, & obſeruat; paruam ſolici-
tudinẽ oportet prælatum habere de ipſo; im-
mo tantum gauderem de bonitate fratrũ pro
pter lucrum ipſorum, & meum,quod ſi iacerẽ
in lecto infirmus, non me pigeret ſatisfacere
eis; quia officium meum ideſt prȩlationis eſt
ſpirituale tãtum, videlicet dominari vitijs,&
ipſa ſpiritualiter corrigere, & emendare; poſt
quam autem ipſa emendare, & corrigere præ
dicatione,admonitionẽ,& exemplo non poſ-
ſum, nolo carnifex fieri ad puniendum,& fla-
gellandum; ſicut ſunt poteſtates hujus ſeculi:
veruntamen vſque ad diem mortis meæ non
ceſſabo ſaltem exemplo, & bona operatione
docere fratres ambulare per viam; quam mi-
hi dominus oſtendit, quam & ego iam docui,
oſtendi eis verbo,& exemplo; vt ſint inexcuſa
biles coram domino, & ego non teneor de ip
ſis vlterius coram domino reddere rationem,
Vbi oſtendit B. Fran.quid agendum ſit,& præ
ſertim in hoc tempore, vt bono exemplo do-
ceantur fratres, & de correctione, ſi non eſt
prælatus ſe nullus intromitat.
Alium fratrem iuuenem,cum interrogaſſet B.
Fran.(vt dicit 2.pars legendæ)qualiter ſocius
antiquus ſe circa ipſum habuiſſet in via,qui ei
dem ſcandala plura fecerat, & iuuenis reſpon
deret ſatis bene B.Fran.dixit: Caue frater, ne
ſub

ſub humilitatis ſpecie mentiaris. Scio enim ſcio, ſed expecta modicũ, & videbis. Vbi oſtendit propter alicuius excuſationem mendatio non vtendum eſſe à quoquam.

Quendam alium fratrem (vt dicit 14. pars legendę) qui videbat B. Fran. varijs infirmitatibus anguſtiari, dixit ſibi. Roga Deum pater, vt mitius tecum agat; alloquendo ſibi, reſpondit niſi noſcem in te ſimplicem puritatem, tuũ ex nunc abhorrerem conſortium; qui auſus fueris circa me diuina iudicia reprehenſibilia judicare: Vbi oſtendit virum Deo deditum in cunctis voluntati diuiuæ ſe conformandum. Plures alios fratres allocutus eſt particulariter, & docuit ſua locutione.

Trigeſimoſexto Epiſcopum Teranenſem allocutus eſt B Fran. qui epiſcopus poſt prædicationem factam a B. Fran. populo ſuo dixit, quod tenebantur Deum diligere, laudare, & honorare, & cauere a peccatis, quia per pauperem vilem, & deſpectum eos illuſtrauerat, ſcilicet B. Fran. Cui B. Fran. ſe ad pedes eius proijciendo di. In veritate dico vobis domine Epiſcope, nullus homo vnquam fecit mihi tantũ honorem in hoc ſeculo; quantum feciſtis mihi vos hodie. Nam alij homines debent mihi. Iſte eſt ſanctus homo, attribuentes mihi gloriam, & ſanctitatem; & non Deo, ſed vos tanquam diſcretus ſeparaſtis precio ſum à vili. Vbi oſtendit B. Fran. nihil ſibi velle attribui de ſanctitate; ſed totum Deo; qui eam dat hominibus.

Trigeſimoſeptimo Magiſtrum in theologia, Senis allocutus eſt, dum interrogaſſet eum, quomodo intelligitur illud Eze. Si non annunciaueris impio impietatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Reſpondendo B. Fran. ait. Si verbum debet generaliter intelligi, ego taliter accipio ipſum, quod ſeruus Dei ſic debet vita, & exemplo in ſeipſo ardere, & fulgere, vt luce exempli, & lingua ſanctæ conuerſationis omnes impios reprehendat. Sic inquam ſplendor vitæ eius, & odor famæ ipſius annunciabit omnibus iniquitates ſuas. Vnde patet quãtum vir religioſus debet exemplo, & vita nitere, cuius oppoſitum faciens ad ſcandalum, cum ſit proximorum diuinum nõ euadit iudicium vltionis.

Trigeſimooctauo allocutus eſt B. Fran. militem apud Zelanum (vt dicit 2. pars legendæ) qui ipſum ad prandium inuitauerat; Cui B. F. mortem ſtatim futuram prædixit, vt confiteretur admonuit; & ſe ad mortem quãtum poſſet diſponeret ſuſcipiendam. Quæ omnia facta ſunt vt B. Fran. locutus fuerat.

Trigeſimonono Quendam contractum nomine Gedeonem allocutus eſt (vt dicit ſecunda pars legendæ) apud Reate, quem ſigno crucis ſuper ipſum facto liberauit dicens, eum duriora, ſeu deteriora paſſurum, ſi ad vomitum rediret. Et ſic euenit eidem, cum ad vomitum luxuriæ recuruatus fuiſſet, ſubita eſt morte oppreſſus.

Quadrageſimo Virum cuiuſdam mulieris; qui vxorem non permittebat Deo, vt volebat ſeruire B. Fran. per ipſam vxorem allocutus eſt di. nunc tempus eſſe miſericordiæ, poſtmodũ verum æquitatis. Quo verbo audito non ſolũ vxorem Deo permiſit libere vacare; ſed & ipſe conſimiliter Deo ſeruiuit.

Quadrageſimoprimo, Fratres Leonardum de aſiſio allocutus eſt, cum cordis eius audiſſet archana; vt dicit 10. pars legendæ; di. Non frater conuenit vt ego equitem; tu venias pedes, qui nobilior & potentior me in ſeculo fuiſti, quod frater vt audiuit ſic eſſe aſſeruit; & veniã ab ipſo humiliter requiſiuit.

Quadrageſimoſecundo, Dominum Bonauenturam de ſænis allocutus eſt oſtendens ei qualiter loca fratrum deberent ædificari, de qua allocutione; quia dicitur conformitate 16. ad præſens hic omittitur.

Quadrageſimotertio, allocutus eſt quendam miniſtrum, qui multos libros habens de conſcientia B. Fran. tenere volebat; Cui B. Fran. dixit. Frater, nec volo, nec debeo, nec poſſum venire contra conſcientiam meam, & profeſſionem ſancti Euangelij, quod profeſſi ſumus; Vos vultis videri ab hominibus obſeruatores ſancti Euangelij; operibus ante vultis habere loculos; vbi B. Fran. oſtendit multorum librorum detentionem in fratre minore non eſſe tutum; ſed proprietatem arguere contra regulam ſpiritualem.

Quadrageſimoquarto, allocutus eſt B. Fran. B. Dominicum; qui cum B. Dominicus diceret B. Fran. Vellem frater Franciſce vnam religionem fieri tuam, & meam; & nos in Eccleſia viuere pari forma. Reſpondit B. Fran. diuinæ eſſe voluntatis diſtinctos ordines per ipſos ordinari; vt ſi alicui durum videretur ordinẽ vnum introire, ad alium poſſet accedere, & tali modo Deus non perderet animas fidelium; ſed lucraretur.

Quadrageſimoquinto; allocutus eſt B. Fran. nobiles de Peruſio; qui eius prædicationem aſtiludendo perturbabant; quibus B. Fran. dixit. Dominus exaltauit vos ſuper vicinos veſtros; propter quod idem magis deberetis te cognoſcere creatorem veſtrum, humiliando vos non tantum ipſi Deo; ſed etiam vicinis veſtris, ſed eleuatũ eſt cor veſtrum in ſuperbia, vnde dico vobis, quod niſi cito ad Deum conuerſi fueritis ſatisfacientes illis, quos offendiſtis; dominus qui nihil relinquit inultum, ad maiorem vindictam, & punitionem veſtram, & improperium faciet vos conſurgere vnum contra alium; & mota ſeditione, & inteſtino bello tantam tribulationem patiemini, quam tam veſtri vicini vobis inferre non poſſent, & ſic

ſic euenit in breui: Nam populares expellerũt nobiles;& mutuo ſe vindicarunt de ſeipſis.

Quadrageſimoſexto, allocutus eſt B.F. generalem miniſtrum.

Primo deſcribendo ipſum qualis debeat eſſe;: de quo in ſubditis capitulis fiet de hoc capitulum ſpirituale.

Secundo eidem litteram dirigendo; quæ incipit. Fratri N. miniſtro. Dominus te benedicat &c. in qua Epiſtola B. Fran inducit eum.

Primo ad perferendum tribulationes, & pacientiam habendam; vbi di. quod ſi fratres eũ verberent, debet habere pro gratia; & ita inquit velis, & non aliud.

Secundo ad dilectionem ipſum perſequentiũ di. Dilige eos qui iſta faciunt tibi, & non velis aliud de eis niſi quantum. D. dederit tibi, & in hoc dilige eos, vt velis ꝙ ſint meliores Chriſtiani.

Tertio vt peccantibus fratribus miſericordiã donet,& offerat di. Et in hoc volo cognoſcere ſi diligis Deum,& me ſeruum, & tuum ſi feceris iſtud. ſ. ꝙ non ſit aliquis frater in mundo, qui peccauerit quantumcunque potuerit peccare, qui poſtquàm viderit oculos tuos, ꝙ recedat ſine miſericordia tua; ſi quærit tuam miſericordiam, & ſi non quæreret miſericordiam, tu quæras ab eo, ſi vult eam. Et ſi millies poſtea appareret coram oculis tuis; dilige eum pluſquam me; ad hoc vt trahas eum ad dominum,& ſemper miſereatis talibus.

Miſericordiam B.Fr. indicit haberi fratribus errantibus.

Quarto ꝙ fratres peccantibus non ingerant verecundiam; ſed compatiantur eiſdem, & bene tractent. Et omnes fratres, qui ſcirent eum peccaſſe, non faciant ei verecundiam, neque detractionem; ſed magnam miſericordiam habeant circa ipſum, & teneant multũ priuatum peccatum fratris ſui; quia non eſt opus ſanis medicum.

Quinto ꝙ pœnitentia peccantibus hæc ſit ſola. Vade & noli amplius peccare.

Quadrageſimoſeptimò Capitulum generale allocutus eſt, cui talem litteram ſic incipientem tranſmiſit. Reuerendis & multum diligendis fratribus vniuerſis &c. vbi. B.F. monet primò vt Dei nomini cum auditur reuerentia exhibeatur di. Nomẽ domini audientes adorate eum cum timore, & reuerentia proni in terra.

Secundo oſtendit fratres minores ideo directos à Deo vt per eos mundus cognoſcat ipſum ſolum eſſe altiſsimum Deum di. quoniã ideo miſit vos in vniuerſo mundo, vt verbo,& opere detis teſtimonium voci eius,& faciatis omnes ſcire, quoniam non eſt altiſsimus præter ipſum.

Tertio quæ promiſerunt, hortatur eos perſeueranter perficere di. In diſciplina, & ſancta obedientia perſeuerate, & quæ promiſiſtis ei bono,& firmo propoſito adimplete.

Quarto cum efficacia inducit fratres ad reuerentiam corporis,& ſanguinis domini di. Dei precor itaque omnes fratres &c. De hoc dicetur ſtatim infra in cap. 1.

Quinto ſacerdotes monet vt puriſsimi pertractent hoc ſacramentum, & cum reuerẽtia, & vita, & exemplo ſint præ alijs hominibus ſingulares: ſicut dignitate exiſtunt di. Rogo etiam in domino omnes fratres meos ſacerdotes &c. dicetur ibidem.

Sexto dignitatem oſtendit Dei, & humilitatem in hoc ſacramento contenti di. Totus homo paueat &c. dicetur in præfato. c. 1.

Septimo oſtendit ꝙ miſſæ in conuentibus nõ multiplicentur, ſed vna ſola dicatur di. Moneo præterea, & exhortor in domino vt in locis, in quibus morantur fratres vna tantum miſſa celebretur in die. Si vero in loco fuerit plures ſacerdotes, ſit per amorem charitatis alter contentus audita celebratione alterius ſacerdotis.

Octauo ꝙ verba diuina in terra reperta loco congruo ponantur, & decenti di. Propterea moneo fratres meos, & in Chriſto conforto quatenus vbicumq; inuenerint verba diuina, ſcripta, ſicut poſſunt venerentur, & quantum ad eos ſpectat ſi non bene repoſita, vel in honeſtè iacerent in loco aliquo diſperſa colligant, & reponant ea; honorantes in ſermonibus. D. qui locutus eſt.

Nono ſe accuſat coram miniſtro,& ca. generali in multis offendiſſe,& veniam petit d. In multis offendi mea graui culpa,& ſpecialiter quia regulam, quam domino promiſi non obſeruaui, nec officium dixi, ſicut regula præcipit, ſiue negligentia, ſiue infirmitatis meæ occaſione, ſiue quia ignorans ſum,& idiota.

Decimo inducit fratres ad obſeruantiam regulæ; & ad dicendum diuinum officium cum deuotione di. Per omnia oro ſicut poſſum generalem miniſtrum, vt faciat regulam ab omnibus inuiolabiliter obſeruari; & clerici dicant diuinum officium cum deuotione coram Deo; non attendentes melodiam vocis, ſed conſonantiam mentis.

Vndecimo ſe regulam, & ſtatuta ordinis ſeruare promittit di. Ego hoc promitto firmiter cuſtodire; & qui non ſeruant prædicta (inquit ipſe) non teneo ipſos catholicos, nec fratres minores; nec volo eos videre, nec eis loqui, donec pœnitentiam egerint.

Duodecimo,& vltimo rogat. B. F. ꝙ generalis miniſter, cuſtodes, & guardiani faciant cõtenta in hac littera ab omnibus obſeruari, & cuſtodiant litteram, & ſeruent vt nunquam perdatur,& reponant eam ſtudioſè.

Quadrageſimo octauo allocutus eſt. B. F. ſua littera omnes fideles Chriſtianos, & incipit. Vniuerſis Chriſtianis, religioſis, clericis, laicis, maſculis,& fœminis omnibus, qui habitãt in

vniuerſo

vniuerſo mundo &c. in qua Epiſtola. B. Fran. Primo pandit ſuam profundiſsimam humilitatem ſe eorum ſeruum dicens, & ſubditum, paratum omnibus exhibere obſequium cum reuerentia.
Secundo oſtendit veram ad omnes charitatẽ di. ꝙ cum ipſe ſit ſeruus omnium, tenetur omnibus ſeruire, & omnibus verba domini adminiſtrare.
Tertio Miram ſuam oſtendit prudentiam, & probitantem ac exemplaritatem di. ꝙ conſiderando mente, quòd non omnes propter infirmitatẽ poterat perſonaliter viſitare; quòd litteris his præſentibus cunctos propoſuit viſitare; & verba quæ ſcribit ſua nõ ſunt; ſed domini Ieſu Chriſti.
Quarto oſtendit diuinorum beneficiorum multiplicitatẽ reducendo beneficia per Chriſtum collata ad memoriam, tam de incarnatione, quàm de paupertate: tam de inſtitutione ſacramenti Euchariſtiæ, quàm de paſsione. Ab illo loco hoc tangit cum dic. Iſtud verbum patris. vbi tangit de incarnatione. Et cũ dicit. Qui cum diues eſſet ſuper omnia &c. tãgit de paupertate Chriſti. De ſacramẽto cum dicit. Et prope paſsionem ſuã celebrauit &c. Paſsionem tangit cum ait. Deinde orauit ad patrem &c.
Quinto ad Chriſti imitationem inducit omnes; quia eius iugum eſt ſuaue, & ſic ſuſcipientes ſunt benedicti, & per oppoſitum non ſuſcipientes, ſunt maledicti. iuxta dictum Pſal. Maledicti qui declinant à mandatis tuis.
Sexto ad Dei inducit dilectionem, & ꝙ eum corde puro, & mente pura adoremus, & diligamus toto corde; ſic & proximum etiam diligamus.
Septimo ad Dei venerationem, vt eum adoremus in ſpiritu, & veritate; & laudes ei dicamus die, ac nocte dicendo. Pater noſter; quia ſemper oportet orare, & nunquàm deficere.
Octauo inducit ad puram confeſsionem peccatorum faciendam; & præſertim communicare debemus vt digne ſummamus.
Nono hortatur ad faciendum dignos pœnitentiæ fructus; & proximos vt noſipſos diligendos, vel ſaltem ab illatione malorum proximo abſtinendum.
Decimo ad verum iudicium faciendum; & iuſtitię rectitudinem, ſic ꝙ cũ miſericordia fiat.
Vndecimo inducit ad uirtutes. ſ. charitatis, & humilitatis habendas, & præcipuè eleemoſynæ; quia eleemoſyna animam lauat, & de iſto mundo, homo in alium mundum nihil ſecum niſi eleemoſynas portat.
Duodecimo eccleſiaſticorum honorationem ſpecialiter qui miniſtrant corpus, & ſanguinẽ domini, & ſancta verba; qui prædicant & docent populum.
Tertiodecimo, ad carnis odium inducit, & contemptum, & ipſis ipſius refrenationem.
Quartodecimo, ad conſiliorum domini Ieſu obſeruantiam inducit, & operationem ſicut domino promiſimus.
Quintodecimo, ad obedientiam exhibẽdam cuilibet; eo excepto, vbi committeretur peccatum, vel delictum.
Sextodecimo, ad patientiam, & ſupportationem iniuriarum; nec iraſci in fratrem.
Decimoſeptimo, ad ſui totalem deſpectum, & abiectionem dicens ſe vermem, & non hominem, nec velle præeſſe alijs, ſed ſubeſſe: Sic facientes habebunt ſpiritum domini ſuper eos facientem manſionem.
Decimo octauo, inducit homines ad ſuæ dignitatis conſiderationem; quia ſponſus frater, & mater Chriſti eſt homo quare vt ſponſi coniungamur ei, vt fratres voluntatem patris faciamus, vt mater eum portemus in corde, & corpore noſtro.
Decimonono, omnes creaturas, & pręcipuè hominem inducit ad Dei collaudationem.
Vigeſimo, vt abſtineant à vitijs; quia per viam vitiorum euntes perueniunt ad dãnationẽ.
Vigeſimoprimo, ad mundi deſertionem, & abdicationem; quia mundus non ſtat ſed deficit; & vanitates ſeculi non poſſunt diu poſsideri.
Vigeſimoſecundo, ad ſatisfactionem faciendam; quia niſi homo perficiat hanc, vadit in perditionem, nec debet reſpicere ad filios, & parentes; ſed ad animam ſuam, quæ ſine ſatisfactione cum poteſt, homo nõ poteſt ſaluari.
Vigeſimotertio inducit cum ſumma humilitate fideles vt hanc litteram ſcientes legãt; neſcientes vero faciant ſibi legi; quia verba in ipſa contenta ſpiritus ſunt, & vita, & qui non fecerint quæ hortatur, reddent in Die iudicij rationem. Sic ergo ſententialiter poſui quæ in ipſa littera continentur, & propter prolixitatem operis vitandam eã non ſcripſi; & quia etiam nonnulla de ipſa Epiſtola in capitulis inferius ordinandis ponentur.
Quadrageſimonono. B. F. allocutus eſt medicum nomine bonum Ioannem di. quid ſibi videretur de ſua infirmitate, & cum ille diceret bene per gratiam Dei. B. F. inquit. Dic mihi veritatem, noli timere, quoniam per gratiam Dei non ſum corculus, vt mortem timeam: Nam cooperante gratia ſpiritus ſancti, ita ſũ vnitus cum domino meo, ꝙ de morte, & de vita æqualiter ſum cõtentus: vbi ſe oſtendit ſic Deo eſſe coniunctum, ꝙ paratus ſemper erat diuinæ voluntati per omnia obedire.
Quinquageſimo, & vltimo quo ad hoc allocutus eſt fratres circa mortem ſuam: Sed quomodo, & qnid eis dixerit, dicetur conformitate. 30. Multos alios. B. F. eſt allocutus, & iuxta dictum Apoſtoli. arguendo, increpando, obſecrando tam publicè, quàm priuatè: tam verbo,

bo quam litteris, ſed prædicti ſufficiant ad oſtendendum quomodo quoſdam b.F.informauit priuatc,& particulariter:vt dictum eſt, & viſum. Conſequenter reſtat videndum quo modo.B.F.oés informauit generaliter ſua doctrina, & ſi pateat ex littera præmiſſa directa vniuerſis Chriſti fidelibus, hoc tamen videndum eſt, videlicet dicta B.Fran. ſparſim poſita ad debitas materias reducendo,& per capitula in ſubſequentibus diſtinguendo,per quæ, & quibus qualis fuerit.B. F. doctrina,& quomodo cunctos informauit clare omnibus poterit patere.

De fide & reuerentia habenda ad ſacramentum altaris;& quõ homo,ſe debet diſponere ad eius ſuſceptionem,vt digne ſummat.

Cap. I.

FRanciſcus in admonitionibus ſuis inquit. Dixit dominus diſcipulis ſuis. Ego ſum via veritas & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me,& patrem meum vtique cognouiſſetis; & amodo cognoſcetis eum,& vidiſtis eum. Dixit ei Philippus. Domine; oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Dixit ei Ieſus. Tanto tempore vobiſcum ſum,& non cognouiſtis me?Pilippe;qui videt me,videt & patrem meum. Pater lucem habitat inacceſsibilem, & ſpiritus eſt Deus, & Deum nemo vidit vnquam; quia ſpiritus eſt Deus. Ideo non niſi ſpiritu videri poteſt, qui ſpiritus eſt; quia ſpiritus eſt qui viuificat; caro autem non prodeſt quicquam, ſed nec filius in eo, quod equalis eſt patri, videtur ab aliquo aliter,quam pater, aliter quam ſpiritus ſanctus;vnde omnes,qui videtunt dominũ Ieſum Chriſtum ſecundum humanitatem, & non ſecundum deitatem dãnati ſunt: quare omnes qui vident ſacramentum,quod ſacrificatur per verba domini ſuper altare per manus ſacerdotis in forma panis, & vini,& non vident eum; & non credunt ſecundum ſpiritum, & deitaté, ꝙ ſit veraciter ſanctiſsimum corpus,& ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti, dãnati ſunt, ipſo ſummo altiſsimo atteſtante, qui ait.Hoc eſt corpus meum, & ſanguis noui teſtamenti &c. Et qui manducat carnẽ meam,& bibit meum ſanguinem,habet vitam æternam; qui habet ſpiritum domini,qui habitat in fidelibus ſuis,iſte eſt,qui recipit ſanctiſsimum corpus domini,& ſanguinem; omnes alij, qui non habent de eodem ſpiritu, & præſumunt ipſum recipere,iudicium ſibi manducant, & bibunt: vnde filij hominum vſque quo graui corde? vt quid non cognoſcitis veritatem,& creditis in filium Dei,qui quotidie ſe humiliat, ſicut quando à regalibus ſedibus venit in vterum virginis; quotidie venit ad nos ipſe humilis apparens; quotidie deſcendit de ſinu patris ſuper altare in manu ſacerdotis. Et ſicut ſanctis Apoſtolis apparuit in vera carne; ita ſe modo nobis oſtendit in ſacro pane. Et ſicut ipſi intuitu carnis ſuę tantum carnem videbant,ſed ipſum Deum credebant oculis ſpiritualibus contemplantes; ſic & nos videntes panem,& vinum oculis corporis,videamus, & credamus firmiter eius corpus ſanctiſsimum,& ſanguinem eſſe verum,& viuum. Et tali modo ſemper eſt Deus cum fidelibus,ſicut ipſe dixit. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi. Franciſcus in Epiſtola directa. c. generali, idem inquit. Deprecor omnes fratres cum oſculo pedum, & ea charitate,qua poſſum, vt omnem reuerẽtiam,& honorem quantũcũq; poteritis,exhibeatis ſanctiſsimo corpori, & ſanguini.d.noſtri Ieſu Chriſti,in quo quæ in cœlis, & quæ in terris ſunt pacificata, & reconciliata omnipotenti Deo. Rogo etiam in domino omnes fratres meos ſacerdotes, qui ſunt, & erunt,& eſſe cupiunt ſacerdotes altiſsimi; ꝙ quandocunque celebrare voluerint, puriſsimi faciãt puriſsime verum ſacrificium ſanctiſsimi corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti cum omni reuerentia, ſancta intentione, & munda; non pro vlla re terrena,neque timore,vel amore alicuius hominis, quaſi placentes hominibus,ſed omnis voluntas quantum adiuuat ipſa gratia redemptoris ad Deum dirigatur, ſoli ipſi ſummo Deo placere cupientes; quia ipſe ſolus operatur ibi, ſicut placet ſibi,quoniam ipſe dicit. Hoc facite in meam commemorationem. Si quis aliter fecerit, ipſe iudas traditor eſt, & reus fiet corporis, & ſanguinis domini. Recordemini fratres mei ſacerdotes; quia ſcriptum eſt in lege Moyſi, quòd tranſgrediens ipſam, etiam in corporalibus ſine vlla miſeratione per domini ſententiam moriebatur; quanto igitur maiora, & deteriora meretur pati ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?Deſpicit enim homo, & polluit, & conculcat agnum Dei,quoniam ſicut dicit Apoſtolus, non dijudicans, & diſcernens ſanctum panem Chriſti ab alijs cibarijs,vel operibus indignus ipſum manducat: cum dominus per prophetam dicat.Maledictus homo,qui opus Dei facit fraudulenter. Et ſacerdotes qui nolunt hic ponere ſuper cor in veritate condemnat dñ. Maledicã benedictionibus veſtris. Audite fratres. Si beata virgo Maria ſic honoratur, vt dignũ eſt,quia ipſum portauit in vtero.ſi.B.Ioannes contremuit, & ſi audet tangere ſanctum Dei verticem; & ſepulchrum eius, in quo per aliquod tempus iacuit ſic veneratur,quantũ debet eſſe homo ſanctus, iuſtus, & dignus, qui non iam moriturum, ſed in æternum viuentem,& glorificatum, in quem deſiderant Angeli

geli proſpicere, contrectat manibus corde, & ore ſumit, & alijs ad ſummendum præbet? Videte dignitatem veſtram fratres ſacerdotes, & eſtote ſancti; quoniam ipſe ſanctus eſt, & ſicut frater omnes honorauit vos propter hoc miniſterium; ita & vos ſuper omnes alios ipſum diligite, & veneramini, & honorare. Magna miſeria, & miſeranda infirmitas eſt; quãdo ipſum ſic pñtem habetis aliquid aliud in toto mundo habere curatis. Totus homo paueat; totus mundus contremiſcat, & cœlũ exultet, quando ſuper altare in manibus ſacerdotis eſt Chriſtus filius Dei viui. O admiranda altitudo, & ſtupenda dignatio. O humilitas ſublimis: O ſublimitas humilis, ꝙ dominus vniuerſitatis Deus, & Dei filius ſic ſe humiliat, vt pro noſtra ſalute ſub modica panis formula ſe abſcondat. Videte fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda veſtra, vt totos vos recipiat; qui ſe vobis exhibet totum. Fräciſcus in littera ad omnes fideles. Debemus ſiquidem confiteri peccata noſtra ſacerdoti omnia, & recipere ab eo corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti; quia dominus dicit, qui non manducat meã carnem, & non bibit meum ſanguinem, non põt introire in regnum Dei. Digne tamen manducet, & bibat. Quia qui indigne recipit iudicium; ſibi manducat, & bibit; non dijudicans corpus domini, ideſt non diſcernens ab alijs cibis.

De ſacerdotibus honorandis. Cap. 2.

F. in reg. antiqua c. 19.

OMnes clericos, & omnes religioſos habeamus pro dominis in his, quę ſpectãt ad ſalutem animæ, & à noſtra non deuiant religione; ordinem, & officium eorum, & adminiſtrationem veneremur.

Fr. in teſtamento ſuo.

Deus dedit mihi tantam fidem in ſacerdotibus, qui viuunt ſecundum formam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ propter ordinem ipſorum, ſi facerent mihi perſecutionem; volo ad ipſos recurrere. Et ſi haberem tantam ſapientiã, quantam Salomon habuit, & inuenirem pauperculos ſacerdotes hui9 ſeculi in parochijs, in quibus morantur, nolo prædicare vltra voluntatem eorum, & ipſos, & omnes alios volo amare, & timere, & honorare, ſicut meos dominos, & nolo in ipſis conſiderare peccatum; quia filium Dei diſcerno in eis; & domini mei ſunt. Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc ſeculo de ipſo altiſſimo Dei filio, niſi ſanctiſſimum corpus, & ſanguinem ſuum; quod ipſi recipiunt, & ipſi ſoli alijs adminiſtrant, & hęc ſanctiſſima miſteria volo honorare, & venerari ſuper omnia; & in locis precioſis collocare.

Fr. in admonitionibus.

Beatus ſeruus, qui portat fidem in clericis, qui viuunt ſecundum formam ſanctæ Romanę Eccleſiæ. Et veh iſtis, qui ipſos deſpiciũt, licet enim ſint peccatores; tamen nullus debet eos iudicare. Ipſe enim ſolus Deus reſeruat ſibi eos ad iudicandum. Nam quanto maior eſt omnibus adminiſtratio eorum, quam habent de ſanctiſſimo corpore, & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti, quod ipſi recipiunt, & ipſi ſoli alijs miniſtrant; tanto maius peccatum habent, qui peccant in ipſis, quam in omnibus alijs hominibus iſtius mundi.

F. in epiſtola ad omnes fideles.

Debemus Eccleſias viſitare frequenter, & reuereri clericos; non tantum propter eos ſi ſunt peccatores; ſed propter officium, & adminiſtrationem corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, quod ſacrificant in altari, & recipiunt, & alijs adminiſtrant. Et firmiter ſciamus, ꝙ nemo poteſt ſaluari, niſi per ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ſancta verba, quę clerici dicunt, & annunciãt, & miniſtrant, & ipſi miniſtrare debent, & alij non.

De diligendo Deum. Cap. 3.

Fr. in epiſtola ad oẽs fideles.

OQuam benedicti ſunt, & beati; qui Deũ diligunt, & faciunt ſicut dominus dicit in Euangelio. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo; ex tota anima tua; & proximum tuum ſicut teipſum. Diligamus ergo Deum, & adoremus eum puro corde, & pura mente; quia ſuper omnia hoc quærens dixit. Veri adoratores adorabunt Deum in ſpiritu, & veritate. Omnes enim, qui adorant eum, in ſpiritu veritatis oportet eum adorare.

Fr. in parte 10. leg. maioris ca. de feruore charitatis.

Amore Dei pro eleemoſynis cenſum offerre nobilem prodigalitatem dicebat, & eos qui minus ipſum, quam denarios reputarent eſſe ſtultiſſimos; pro eo ꝙ ſolius diuini amoris impreciabile precium ad regnum cœlorum ſufficiat comparandum, & is qui nos multum amauit, multo ſit amore amandus.

F. in prima reg. cap. 23. Quæ exceſſiua ad Deũ amandum nos vinciũt

Omnes diligamus ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & ex tota virtute, & fortitudine, ex toto intellectu, & omnibus viribus, toto niſſu, toto affectu, totis viſceribus, totis deſiderijs, & voluntatibus dominum Deum; qui totum corpus, totam animam, & totam vitam dedit, & dat nobis omnibus, qui nos creauit, redemit, & ſola ſua miſericordia ſaluabit, qui nobis miſerabilibus, & miſeris, putridis, & fœtidis, ingratis, & malis omnia bona fecit, & facit. Nihil aliud deſideremus, nihil aliud placeat, vel delectet nos, niſi creator, redemptor, & ſaluator noſter; ſolus verus Deus; qui eſt plenum bonum, & omne bonum, totum bonum, verum, & ſummum bonum; qui ſolus eſt bonus, pius, mitis, ſuauis, & dulcis, qui ſolus eſt ſanctus, iuſtus, verus, & rectus; qui ſolus eſt benignus, innocens, & mundus, a quo, per quem, & in quo eſt omnis venia, omnis gratia, & omnis gloria omnium pœnitentium, omnium iuſtorum, omniũ beatorum in cœlis, & gaudentium. Nihil ergo impediat, nihil ſeparet, nihil interpellat; quin

nos

nos omnes omni loco, omni hora, omni tempore, quotidie, & continue credamus veraciter, & humiliter, & in corde teneamus, amemus, honoremus, addoremus, ſeruiamus, laudemus, benedicamus, glorificemus, magnificemus, ſuperexaltemus, & gratias agamus altisſimo & ſummo Deo ęterno trinitati, & vnitati patri, & filio, & ſpiritui ſancto creatori omnium Saluatori in ſe credentium, ſperantium, & diligentium eum.

De Chriſti imitatione cap. 4.

Fran. in ſuis admonitionibus.

ATtendamus fratres bonum paſtorem, qui pro ouibus ſuis ſaluandis crucis ſuſtinuit paſsionem, oues domini ſecutę ſunt eũ in tribulatione, & perſecutione, & verecũdia, & ſame, & infirmitate, & cęteris aliis, & de his receperunt à domino vitam æternam, vnde magna verecundia eſt nobis ſeruis, quod ſancti fecerunt opera; nos recitando, & prædicando ea volumus inde recipere honorem, & gloriam.

F. in reg. antiqua. cap. 1. & cap. 10

Regula, & vita minorum fratrum hæc eſt, ſcilicet viuere in obedientia, & in caſtitate, ſine proprio, & domini noſtri Ieſu Chriſti doctrinam, & veſtigia ſequi qui dicit. Si vis perfectus eſſe, vade, & vẽde omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Et ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Teneamus ergo vitam, verba, & doctrinam, & ſanctum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dignatus eſt pro nobis rogare patrem ſuum, & nomen eius nobis manifeſtare di. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi; quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & crediderunt quod tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo. Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem tuam in regno tuo.

De oratione cap. 5.

F. in reg. antiqua. cap. 22.

VIgilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia mala quæ ventura ſunt, & ſtare antę filium hominis. Et cum ſtabitis ad orandum, dicite. Pater noſter, & adoremus cum puro corde, quoniam oportet ſemper orare, & nunquam deficere. Nam pater tales quærit adorantes. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. Orationis gratiam viro religioſo deſiderandam firmiter aſſerebat, nullum dicẽs ſine ipſa in Dei ſeruitio proſperari: vnde modis omnibus fratres ad orationis ſtudium inducebat. Rogatus B. Fran. à fratribus vt doceret eos orare, reſpondit. Cũ oraueritis, dicite. Pater noſter, & adoramus te Chriſte ad omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum.

Brõ. in legi maiori par. 10. & par. 4

De oratione facienda ad patrem æternum.

F. in reg. antiqua cap. vlt.

OMnipotens altiſsime, ſanctiſsime, & ſumme Deus, pater ſancte, & iuſte domine, rex cęli, & terræ propter temetipſum gratias agimus tibi, quia per ſanctam voluntatem tuã, & per vnigenitum filium tuum cum ſpiritu ſancto creaſti omnia ſpiritualia, & corporalia: & nos ad imaginem, & ſimilitudinem tuam factos in paradiſo poſuiſti; à quo nos per culpã noſtram cecidimus. Et gratias agimus tibi, quia ſicut nos per filium tuum creaſti; ſic per veram, & ſanctam dilectionem, qua dilexiſti nos, ipſum verum Deum, & hominem Ieſum Chriſtum tuum ex glorioſa ſemper beatiſsima Virgine Maria naſci feciſti; & per crucem, & per crucem, & ſanguinem, & mortem ipſius nos captiuos redimi voluiſti. Et quia nos miſeri, & peccatores non ſumus digni te nominare; te ſuppliciter exoramus; vt dominus noſter Ieſus Chriſtus filius tuus dilectus; in quo bene tibi complacuit vna cum ſpiritu ſancto agat, ſicut tibi, & ipſis placet pro omnibus, qui tibi ſemper ſufficit ad omnia; per quem nobis tanta feciſti amen.

De oratione ad virginem Mariam.

AVe Domina ſancta, Regina ſanctiſsima Dei genitrix Maria; quæ es perpetua virgo electa à ſanctiſsimo patre de cælo; quam conſecrauit cum ſanctiſsimo filio, & dilecto, ac ſpiritu ſancto paraclito; in qua eſt, & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum. Aue eius palatium. Aue tabernaculum eius. Aue domus eius, Aue veſtimentum eius. Aue ancilla eius. Aue mater eius. Et vos omnes ſanctę virtutes, quæ per gratiam, & illuminationem ſpiritus ſancti infundimini in corda fidelium; vt de infidelibus fideles faciatis. Mater ſanctiſsimi domini noſtri Ieſu Chriſti, ſponſa ſpiritus ſancti ora pro nobis cum ſancto Michaele archangelo, & omnibus cœlorum, & omnibus ſanctis tuum dilectiſsimum filium dominum noſtrum, & magiſtrum. Amen.

Beati Franciſci. Oratio ad omnes horas.

OMnipotens æterne, iuſte, & miſericors Deus, da nobis miſeris propter temetipſum ſemper facere, quod ſcimus te velle, & ſemper velle, quod tibi placet, vt interius mundati, & illuminati, & igne ſancti ſpiritu accenſi, poſsimus ſequi veſtigia dilectiſsimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti, & ad te altiſsime ſola tua gratia fælicitet peruenire; qui in trinitate perfecta, & vnitate ſimplici, viuis, & regnas, & gloriaris Deus omnipotens in ſecula ſeculorum. Amen.

De Pater noſter, quod dicebat B. Fran. cap. 6.

BEatiſsime, & ſanctiſsime pater, noſter creator, redemptor, ſaluator, & conſolator noſter; qui es in cœlis, in angelis, in ſanctis illuminans eos ad cognitionem; quia tu domine lux es, inflammans ad amorem; quia amor

es; tu domine inhabitans, & implens eos ad beatitudinem; quia tu domine ſummum bonum es æternum; à quo omne bonum, ſine quo nihil eſt bonum. Sanctificetur nomen tuum, clarificetur in nobis notitia tua, vt cognoſcamus quæ ſit latitudo tuorum beneficiorum; longitudo tuorum promiſſorum, ſublimitas maieſtatis; & profunditas iudiciorum. Adueniat regnum tuum, vt tu regnes in nobis per gratiam, & facias nos venire ad regnum tuū; vbi eſt tui viſio manifeſta; tui dilectio perfecta; tui ſocietas beata; tui fruitio ſempiterna. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra; vt amemus te toto corde, te ſemper cogitando; ex tota anima, te ſemper deſiderando; ex tota mente, omnes intentiones noſtras ad te dirigendo; honorem tuum in omnibus quærendo; & ex omnibus viribus noſtris, omnes vires & ſenſus animæ, & corporis in obſequium tui amoris; & non in aliud expendendo. Et proximos noſtros amemus ſicut noſmeipſos, omnes pro viribus ad tuum amorem trahendo; de bonis aliorum ſicut de noſtris gaudendo; & in malis compatiendo, & nemini vllam offenſionem dando. Panem noſtram quotidianum, ſcilicet dilectum filium tuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, da nobis hodie, in memoriam, & intelligentiam, & reuerentiam amoris; quem ad nos habuit, & eorum; quę pro nobis dixit, & fecit, & ſuſtulit. Et dimitte nobis debita noſtra, per tuam memoriam ineffabilem, & paſſionis dilecti filij tui virtutē; Et per beatiſſimæ virginis Mariæ, & omnium electorum tuorum merita, & interceſſionem. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & quod non plenè dimittimus, tu domine fac nos plene dimittere; vt inimicos noſtros propter te veraciter diligamus, & pro eis apud te deuotè intercedamus, nulli malum pro malo reddentes; & in omnibus in te prodeſſe ſtudeamus. Et ne nos inducas in tentationem, occultam, vel manifeſtam, ſubitam, vel importunam. Sed libera nos à malo præterito, præſenti, & futuro. Amen.

De officio diuino debite perſoluendo cap. 7.

F. in reg. noua cap. 3. CLerici faciant diuinum officium ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſię; excepto pſalterio; ex quo habere poterunt breuiaria, & in Epiſtola capitulo generali directa. Clerici dicant cum deuotione coram Deo diuinum officium, non attendentes melodiā vocis; ſed conſonantiam mentis; vt vox concordet menti; mens vero concordet Deo; vt poſſit per puritatem mentis placere Deo; & non cum laſciuitate vocis aures populi demulcere, & in legenda maiori parte 10. Si quietē corpus cibum ſuum ſuturum cum ipſo vermiū eſca accipit; cum quanta pace, ac tranquilitate anima accipere debet cibum vitæ ſuæ; qui eſt Deus; quod cibum per diuini officij ſolutionem accipit?

De dilectione fraterna cap. 8.

QVilibet diligat, ac nutriat fratrem ſuū; ſicut mater nutrit, & diligit filium ſuū; in quibus dominus largiretur. Et qui manducat, non manducantem non ſpernat. Et qui non manducat, manducantem non iudicet. Et capitulo 11. Et fratres omnes caueāt ſibi, vt non calumnientur aliquem, neque litigent inter ſe, neque cum alijs; ſed procurent humiliter reſpondere dicentes. Inutilis ſeruus ſum. Et non iraſcantur; quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo; reus erit iudicio, qui dixerit fratri ſuo racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue; reus erit gehennæ ignis. Et diligant ſe adinuicem, ſicut dicit dominus. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Et oſtendant operibus dilectionem, quam habent ad inuicem, ſed dicit Apoſtolus. Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate. Et neminem blaſphement, non murmurent, non detrahant alijs, & ſint modeſti omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines: & in regula noua cap. 6. & 7. Vbicunque ſunt, & ſe inuenerint fratres oſtendant ſe domeſticos inter ſe, & ſecure māniſeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuā, quia ſi mater diligit, & nutrit filium ſuum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere, & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem? Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri. Et cauere debent ne iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio, in ſe & in alijs impediunt charitatem. Et in admonitionibus. Beatus ſeruus, qui tantum diligit fratrem, quando eſt infirmus, quantum quando eſt ſanus. Et beatus ille qui tantum diligeret, & timeret fratrē ſuū cum eſſet longe ab ipſo, ſicut quando eſſet cū eo, & non diceret aliquid poſt ipſum, quod cum charitate non poſſet dicere coram ipſo, &c. in Epiſtola ad omnes fideles. Diligamus proximos noſtros, ſicut noſmetipſos. Et ſi quis non vult, vel non poteſt eos diligere, ſicut ſeipſum, ſaltem non inferat eis mala, ſed faciat eis bona.

F. in reg. antiqua. c. 9.

De dilectione inimicorum cap. 9.

F. in reg. noua cap. 10. DIligere debemus eos; qui nos perſequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit dominus. Diligite inimicos veſtros. & orate pro perſequētibus, & calumniantibus vos; Beati, qui perſecutionem patiūtur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum; Et in regula antiqua ca. 22. Attendamus omnes fratres, quod dicit dominus. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderūt vos. Nam & dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius veſtigia ſequi debemus, traditorem ſuū vocauit

vocauit amicum; & crucifixoribus ſuis ſponte ſe obtulit. Amici noſtri ſunt omnes illi, qui iniuſte nobis inferunt tribulationes, & anguſtias, & verecundias, & iniurias; dolores; & tormenta martirium, & mortem, quos multū diligere debemus; quia ex hoc, quod nobis inferunt habemus vitam æternam; Et in littera directa generali miniſtro. Quicunque impedimentum tibi fecerit, ſiue fratres ſiue alij; etiā ſi te verberent, omnia debes habere pro gratia, & ita velis, & non aliud. Et dilige eos, qui iſta faciunt tibi, & non velis aliud de eis, niſi quantum dominus dederit tibi, & in hoc dilige eos, vt velis quod ſint meliores Chriſtiani: Et in admonitionibus, dicit dominus in Euāgelio. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Ille veraciter diligit inimicum ſuum, qui non dolet de iniuria, quam recipit ab eo; ſed de peccato animæ ſuæ, nec turbatur propter amorē Dei; & oſtendit ei ex operibus dilectionem. Item ibidem exponens illud Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Multi ſunt; qui orationibus, & officijs multas abſtinentias, & afflictiones in ſuis corporibus faciunt; ſed de ſolo verbo, quod viderint eſſe in iniuriam ſuorum corporum, vel de aliqua re, quæ eis aufertur ſcandalizantur ſtatim, & conturbantur, hi pauperes ſpiritu non ſunt; quia qui vere pauperes ſunt, ſeipſos odiunt, & eos diligunt, qui ipſos percutiunt in maxilla. Et ibidem. Beatus homo, qui ſuſtinet proximum ſuum ſecundum ſuam fragilitatem in eo, in quo vellet ſuſtineri ab ipſo.

De odiendo corpus proprium cap. 10.

F. in admonitionibus.

MVlti ſunt, qui dum peccāt, vel iniuriam recipiunt, ſæpe inculpant inimicum, & proximum: Sed non eſt ita, quia vnuſquiſque habet in ſua poteſtate inimicum ſuum ideſt corpus, per quod peccat, vnde beatus ille ſeruus, qui talem inimicum traditum in poteſtate ſua ſemper captum tenuerit; & ſapienter ſe ab ipſo cuſtodierit; quia dum hoc fecerit, nullus alius inimicus viſibilis, vel inuiſibilis ei nocere poterit. Item in regula antiqua cap. 22. Odio habeamus corpus noſtrum cum ſuis vitijs, & peccatis, quia carnaliter viuendo, vult a nobis auferre amorem domini noſtri Ieſu Chriſti, & vitam æternam, & ſeipſum cum omnibus perdere in infernum. Item in littera directa omnibus fidelibus. Debemus habere odio corpora noſtra, cum vitijs, & peccatis, quia dicit dominus, omnia vitia, & peccata de corde exeunt. Et in legenda maiori parte 5. ſic dicit. Difficile eſt neceſsitati corporis ſatisfacere, & pronitati ſenſuum non parere. Mortificari docebat non ſolum vitia corporis, & eius incentiua frenari, verum etiā exteriores ſenſus, per quos mors intrat ad animam, ſumma vigilantia cuſtodiri. Et in legenda antiqua. Maximus hominis inimicus caro eſt, nihil recogitare nouit vt doleat, nihil vt timeat præuidere, ſtudium eius eſt abuti præſentibus; quod autē peius eſt ipſa ſibi vſurpat, ipſa in ſuam gloriā transfert, quod non ſibi, ſed animæ datum eſt. Ipſa de virtutibus laudem; de vigilijs, & orationibus fauorem carpit extrinſecum, nihil animæ relinquens, quærit & de lachrimis obolum.

De diſcretione ad corpus habenda cap. 11.

F. in legenda antiqua.

FRatri corpori cum diſcretione prouidendum eſt, ne ab eo tempeſtas accidiæ commoueatur. Seruus enim Dei in comedendo, & bibendo, & dormiendo, & alias corporis neceſsitates ſumēdo, debet cum diſcretione ſuo corpori ſatisfacere, vnde non tædeat ipſum vigilare, & reuerenter in oratione perſiſtere, ita quod Frater corpus nō valeat murmurare di. fame deficio tui exercitij, ſarcinam ferre non valeo; non poſſum ſtare rectus, & inſiſtere orationi, nec in tribulationibus meis lætari, nec alia bona operari, quia non ſatisfacis indigentiæ meæ. Si enim ſeruus Dei cum diſcretione, & ſatis bono modo, & honeſto ſuo corpori ſatisfaceret, & Frater corpus ſi poſtquam ſufficientem voraſſet anonam, alia mulitaret, eſſetque negligens, & pigrum, vel ſomnolentum in orationibus, & vigilijs, & alijs bonis operibus: Scito iumentum calcaribus indigere, & inhærentem aſellum ſtimulum expetere; tūc debet ipſum caſtigare tanquam malum, & pigrum iumentum, qui vult comedere, & non lucrari, & onus nō portare. Si vero propter inopiam, & paupertatem frater corpus neceſsitates ſuas in ſanitate, & infirmitate habere non poteſt, dū honeſte petierit, & humiliter à prælato ſuo amore Dei, & ſibi nō datur, ſuſtineat amore domini patienter, qui etiam ſuſtinuit quærens qui eum conſolaretur, & nō inuenit. Et hæc neceſsitas ſibi à domino imputatur pro martirio, & quia fecit quod ſuum eſt, ideſt quod petijt humiliter ſuam neceſsitatem, excuſatur à peccato, etiam ſi corpus inde grauius infirmetur. Ibidem Franciſcus dicit. Fratres mei vnuſquiſque conſideret naturam ſuam, quia licet aliquis ex vobis valeat ſuſtentari pauciori cibo, quam alius, nolo tamen quod abundantiori cibo indigens, illum in hoc imitari nitatur, ſed naturam ſuam conſiderans, exhibeat corpori ſuo neceſsitatē ſuam. Sicut enim nobis à ſuperfluitate comeſtionis, quæ obeſt corpori, & animæ tenemur nobis cauere, ita à nimia abſtinentia, imo magis, quoniam Deus miſericordiam vult, & non ſacrificium.

De perfecta obedientia cap. 12.

F. in reg. noua cap. 10.

FRatres obediant firmiter ſuis miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt domino, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & regulæ noſtræ. Item in regula antiqua ca. 4. & 5. Omnes alij fratres mei benedicti, diligenter obediāt

eis in

eis in his, quæ ſpectant ad ſalutem animæ, & non ſunt contraria vitæ noſtræ, & faciant in ſe ſicut dicit dominus. Quæcunq; vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis, & quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. Si quis autē miniſtrorum alicui fratrum aliquid contra vitam noſtram præciperet, vel contra animam ſuam, non teneatur ei obedire; quia illa obedientia non eſt, in qua delictum, vel peccatū committitur. Et ſciant quando perſeuerant in mandatis domini, quæ promiſerunt per ſanctum Euangelium, & vitam ipſorum, ſe in vera obedientia ſtare, & benedicti ſunt à domino. Item in admonitionibus. Dixit dominus ad Adam, de omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali non comedas. De omni ergo ligno Paradiſi poterat Adam comedere, qui dum non venit contra obedientiam, non peccauit. Ille enim comedit de ligno ſcientię boni, & mali, qui ſibi ſuam appropriat voluntatem, & ſe exaltat de bonis, quæ dominus dicit, & operatur in eo, & ſic per ſugeſtionem diaboli, & tranſgreſsionem mandati, factum eſt pomum ſcientię mali, vñ oportet ꝙ ſuſtineat pęnā. Et ibidē. Dicit dominus in Euangelio. Qui non renunciauerit omnibus quę poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, & qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Ille homo relinquit omnia, quæ poſsidet, & perdit corpus ſuum, & animam ſuā; qui ſeipſum totum præbet ad obedientiam ſui prælati; quia cum facit voluntatem eius dummodo benefacit, vera obedientia eſt, & quando ſubditus videret meliora, & vtiliora animæ ſuæ; quam illa, quæ præcipit ei ſuus prælatus; ſuam voluntatē ſacrificet; quæ autem ſunt prælati, ſtudeat opere adimplere: Nam hæc eſt vera obedientia, & charitatiua; quæ Deo, & proximo ſatiſfacit. Si vero prælatus ſubito aliquid contra animam præcipiat, licet ei non obediat, tamen ipſum non dimittat, & ſi ab aliquibus inde perſecutionem ſuſtinuerit, magis eos diligat propter dominum. Nam qui perſecutionem ſuſtinere malit, quàm à fratribus ſuis ſeparari; vere manet in perfecta obedientia; qa ponit animam ſuam pro fratribus ſuis. Sunt enim quidā religioſi, qui ſub ſpē videndi meliora; quam ea, quæ ſui prælati præcipiunt, retro aſpiciunt, & ad vomitum redeunt propriæ voluntatis, hi homicidæ ſunt, & propter mala ſua exempla multas animas perdere faciunt. Itē in maiori legenda. parte. 6. Et in legenda antiqua. Inter alia, quę dignanter diuina pietas mihi conceſsit, hanc gratiam contulit; ꝙ ita diligenter nouitio vnius horę obedirem, ſi mihi in prælatū daretur; ſicut antiquisſimo, & diſcretiſsimo fratri. Subditus prelatū ſuū non hominem conſiderare debet; ſed illum pro cuius amore eſt ſubiectus. Quanto autem contemptibilior præſidet; tanto magis humilitas obedientis placet. Et cum quærerent à beato. F. Quis eſſet verus obediens iudicandus: hominis mortui ſimilitudinem pro exemplo propoſuit. Tolle inquit corpus exanime, & vbi placuerit pone: Videbis non repugnare motum, non murmurare ſitum, non reclamare dimiſſum. Quod ſi ſtatuatur in cathedra non alta, ſed ima, reſpiciet; ſi collocetur in purpura, in duplo paleſcit. Hic ait, verus obediens eſt; qui cur moueatur, non diiudicat; vbi locetur non curat, vt tranſmittetur non inſtat; euectus ad officia ſolitam tenet humilitatem; plus honoratus, plus ſe reputat indignum. Similiter in legenda antiqua. Purè, & ſimpliciter iniunctas, & non poſtulatas ſacras obedientias nominabat. Summam vero obediētiam, & in qua nihil habet caro, & ſanguis illam eſſe credebat; qua diuina inſpiratione itur inter infideles, ſiue ob proximorū lucrum, ſiue ob martirij deſiderium; hanc vero petere dicebat Deo eſſe multum acceptū. Similiter eodem loco. Fratres chariſsimi dicebat fratribus ſuis: primo verbum præceptum implete; nec expectetis iterari, quod dicitur vobis. Nihil etiā impoſsibilitatis cauſemini, ſiue iudicetis eſſe in præcepto; quia & ſi ſupra vires, ego vobis mandarem, ſancta obedientia viribus non carebit. Et ibidem. Dicebat beatus. F. raro per obedientiam eſſe præcipiendum, nec primo fulminandum eſſe iaculum, quod debet eſſe extremum. Ad enſem inquit non cito manus mittenda eſt. Eum autem; qui præcepto obedientiæ non feſtinanter obedit, dicebat nec Deum timere, nec hominem reuereri; dum. ſ. non habet cauſam neceſſariam retardandi. Nihil verius iſtis: Nam auctoritas imperandi in temerario præceptore. quid eſt aliud, quàm gladius in manu furioſi? Quid vero deſperatius eſt, quàm religioſus neglector obedientiæ. & cōtemptor? Et in legenda maiori. parte. 6. Tam enim vberem dicebat ſanctæ obedientiæ fructum; vt eis qui iugo ipſius colla ſubmitterent, nil temporis ſine lucro tranſiret.

Sicut cito manus non eſt mittenda ad enſē, ita prælatus ad obedientiæ præceptum.

Nil tpis ſine lucro ē obedienti.

De continentia, & caſtitate, ac mulierum vitatione. Cap. 13.

F in reg antiqua. cap. 12.

OMnes fratres vbicunque ſunt, vel vadūt, caueant ſibi à malo viſu, & frequentia mulierum, & nullus cum eis conſilietur ſolus. Sacerdotes cum eis honeſte loquantur; dando pœnitentiam, vel aliquod ſpirituale conſilium, & nulla penitus mulier ab aliquo fratre recipiatur ad obedientiam. Sed dato ſibi conſilio ſpirituali, vt voluerit agat pœnitentiam. Et multum oēs nos cuſtodiamus; & omnia membrá noſtra munda teneamus: quia dicit dominus. Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Et in regula noua. c. 11. Fratribus

vniuerſis

vniuerſis præcipio, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum. & ne ingrediantur monaſteria monacharum, & in legenda maiori. parte. 5. Mulierum familiaritates colloquia, & aſpectus, quæ multis occaſio, ſunt ruinæ ſolicitius euitari iubebat: aſſerens per huiuſmodi debilem frangi; & ſæpè ſpiritum fortem infirmari. Harum contagionem euadere, conuerſantem cum eis, niſi probatiſſimum virum tam facilè dixit, quam iuxta ſcripturam in igne ambulare, & non comburere plantas. Non.n. ſecurum putabat earum formarum introrſus haurire imagines; quæ poſſunt autem edomitæ carnis ſuſcipere igniculum, aut pudicæ mentiſ maculare nitorem. Aſſerebat etiam friuolum eſſe mulieris conſortium, vel colloquium excepta ſola confeſſione, vel inſtitutione breuiſsima; iuxta quod ſaluti expedit, vel congruit honeſtati. Quæ in quit ſunt religioſo cum mulierem tractanda negocia; niſi cum ſanctam pœnitentiam, vel melioris vitæ conſilium religioſa petitione depoſcit. Ex nimia ſecuritate minus cauetur hoſtis, & diabolus ſi de ſuo capillum habere poteſt, cito creſcere facit in trabem.

Familiaritates mulierum vitandæ, & cur.

De oculo pudico, & impudico. c. 14.

Fr. in legenda antiqua ca. de zelo ad pfectionem.

Volens. B. F. docere fratres habere oculos pudicos, ſolebat tali enigmate con fingere oculos impudicos d. Rex pius potens miſit ad reginam duos nuncios ſucceſſiue: Reuertitur primus, & pro verbis tantum verba reportatur, & de regina nihil loquitur; quia oculos tenuerat ſapienter; nec aliqualiter proſiliei at in reginam. Redit alius, & poſt pauca verba, quæ refert, longam de reginæ pulchritudine texit hiſtoriam. Vere inquit domine vidi pulcherrimam mulierem; fœlix qui fruitur ea. Et Rex ad illum. Tu ſerue nequã in ſponſam meam, ieciſti oculos impudicos; patet quia rem proſpectam ſubtiliter emere voluiſti. Iubet ergo reuocari primum, & ait illi. Quid tibi de regina videtur? Optime inquit mihi videtur, ꝙ libẽter, & patienter audiuit. Iſte reſpõdit ſagaciter; & ait illi rex, nunquid formoſitas aliqua ineſt ei. Reſpõdit ille. Domine mi, tuum ſit hoc reſpicere, & diſcernere; meum autem fuit verba proferre. Fertur à rege ſententia. Tu inquit, qui habes oculos caſtos, eſto in camera mea; corpore caſtior, & fruere delicijs meis; Hic vero impudicus exeat domum mam; ne poluat thalamum. Dicebat ergo, quis non debet timere te ſpicere ſponſam Chriſti?

De paupertate. Cap. 15.

F. in reg. antiqua ca. 8.

Dominus dicit in Euangelio; videte, et cauete ab omni malitia, & auaritia. Vnde nullus fratrum vbicunq; ſit, & quocunque vadit aliquo modo tollat, nec recipiat, nec recipi faciat pecuniam, aut denarios, nec occaſio ne veſtimentorum, nec librorum; nec pro precio alicuius laboris, immo nulla occaſione; quia nec debemus habere maiorem vtilitatẽ, nec reputare in pecunia, & denarijs, quàm in lapidibus. Et illos vult diabolus obcęcare, qui eam appetunt, vel reputant lapidibus meliorem. Caueamus ergo, qui omnia reliquimus, ne pro tam modico regnum cœlorum perdamus: & ſi in aliquo loco inueniremus, de his non curemus, tãquam de puluere, quẽ pedibus calcamus, quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et ſi forte (quod abſit) contigerit aliquem fratrem pecuniam, vel denarios colligere, vel habere, omnes fratres teneant eum pro falſo fratre, & fure, & latrone; & loculos habente niſi verè pœnituerit. Et nullo modo fratres recipiant, nec querãt, nec quæri faciant pecuniam pro eleemoſyna, neque denarios pro aliquibus domibus, vel locis; nec cum perſona pro talibus locis pecuniam, vel denarios quærente vadant Et in regula noua. c. 4. Pręcipio firmiter fratribus vniuerſis; vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam. Et cap. 6. Fratres nihil ſibi approprient; nec domum, nec locum, nec aliquam rem; ſed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc ſeculo in paupertate, & humilitate domino famulantes, Et ſequitur; Hæc eſt illa cæ ſitudo altiſsimæ paupertatis; quæ vos chariſſimos fratres meos hęredes, & reges regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtu tibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium, cui dilectiſsimi fratres totaliter inhęrentes; nihil aliud pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis.

De perfectione paupertatis.

Fr. in legenda antiqua.

Qvicunque vult eſſe Frater minor, non debet habere niſi duas tunicas, ſicut regula ſibi cõceditur; & cordam, & femoralia, & qui neceſsitate coguntur calciamenta. Et in legenda maiori. parte. 5. Chriſti Ieſu paupertatem, & matris reuocando ad mentem; hanc eſſe virtutum reginam aſſerebat; quia in rẽge regum, & regina matre ipſius tam præſtanter effulſit: Nam fratribus quærentibus quæ virtus magis amicum redderet Chriſto dixit. Paupertatem noueritis fratres ſpecialẽ viam ſalutis; tanquam humilitatis fomentũ, & perfectionis radicem Cuius eſt fructus multiplex ſed occultus. hoc eſt enim Euangelici agri theſaurus, & abſconditus; pro quo emẽdo, vendenda ſunt omnia, & quæ vendi non poſſunt illius comparatione ſpernenda. Ad huius culmen, qui cupit attingere, non ſolum mundanæ prudentiæ, verum etiam litterarũ peritiæ renunciare quodamodo debet, vt tali expropriatus poſſeſsione, introeat in potentias domini, & nudum ſe offerat brachijs cruciſixi. Nequaquam ſeculo perfectẽ renunciat;

Paupertas regina virtutum, & quare.

qui

qui proprij ſenſus loculos intra cordis archa na reſeruat. Docebat fratres, vt pauperū more pauperculas caſas eligerent; quas non inhabitarent, vt proprias; ſed ſicut peregrini, & aduenæ alienas, leges enim peregrinorum eſſe dicebat ſub alieno colligi tecto, ſitire ad patriam pacifice pertranſire. Paupertatem dicebat ſui ordinis fundamentum: qui ſubſtrato prima ie ſic omnis ſtructura religionis innititur, vt ipſius firmitate firmetur, & euerſione funditus euertatur. Pecunia omnis ſeruis Dei nihil aliud eſt, quā diabolus, & coluber venenoſus. Item in legenda Fratris Thomæ. Quantum fratres declinabunt à paupertate, tātum mundus declinabit ab eis, & quærent inquit, & non inuenient. Si dominam meam paupertatem complexi fuerint, mundus eos nutriet; quia mundo dati ſunt ad ſalutem. Comertium eſt iter mundum, & fratres. Debent enim ipſi mundo bonum exemplum: debet eis mundus prouiſionem neceſſitatum; quando autem ipſi retraxerint bonum exemplum fide mentita, retrahet mundus manum iuſta cenſura.

Pecunia ſeruis Dei quid ſit.

Locutio. B. F. ad fratrem Maſſeum ſociū ſuū.

CHariſsime, & dilectiſsime mi Frater theſaurus beatificæ paupertatis eſt tam dignisſimus, & tam diuinus, ꝙ nos digni non ſumus in vaſis noſtris tam viliſsimis poſsidere. Cum hoc ſit illa virtus cœleſtis; per quam terrena, & tranſitoria cuncta calcantur; propter quam omnes obices tolluntur è medio, vt liberè domino æterno mens humana iungatur. Hæc eſt, quæ adhuc animam in terris poſitam, facit in cœlis cum Angelis conuerſari: hęc eſt quæ Chriſtum in cruce aſſociat; cū Chriſto in tumulo abſconditur, & cum Chriſto reſurgit, & aſcendit in cœlum: Quia dotē agilitatis ſuper cœlos volandi animabus ipſam amantibus etiam in hac vita concedit, cū veræ humilitatis, & charitatis arma cuſtodiat.

Franciſcus in reſponſione ad vicarium ſuum, fratrem Petrum Cathanij, & habetur ſeptima parte legendæ maioris.

FRater Petrus vicarius B. F. petijt ab eo, ſi vellet aliquid reſeruari de rebus introeūtium. Reſpondit. B. F. Malo te altare B. Virginis denudare cum neceſsitas id requiſierit; quàm contra paupertatis votum, & obſeruantiam Euangelij, vel modicum attentare, gratius enim habebit virgo beata ſancti Euangelij perfectē, ſeruato conſilio ſuum altare detegi, quàm altari veſtito filij ſui promiſſum conſilium prętermitti.

De patientia. Cap. 16.

Fr. in ſuis admonitionibus.

SEruo Dei nulla res debet diſplicere præter peccatum; & quocunq; peccato aliqua perſona peccaret, & propter hoc ſeruus Dei turbaretur; theſaurizat ſibi culpam. Ille ſeruus Dei, qui non iraſcitur; neque conturbat ſe pro aliqua re, rectè viuit ſine proprio. Et beatus eſt, cui non remanet ſibi aliquid; reddens quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Et ibidem. Non poteſt cognoſci ſeruus Dei quantam habeat patientiam, & humilitatem, dum ſatisfactum eſt ei ſecundū voluntatem, vel neceſsitatem ſuam. Cum autē venerit tempus, quo illi debent ſatisfacere ei, faciunt ſibi contrarium, quantam habet ibi patientiam, & humilitatem, tanta eſt, & non plus. Et ibidem exponens illud Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, inquit. Illi ſunt verè pacifici, qui de omnibus, quæ in hoc ſeculo patiuntur; propter amorē domini noſtri Ieſu Chriſti in animo pacem ſeruant. Et ibidem. Beatus ſeruus, qui cum reprehenditur, & accuſatur; Illam reprehenſionem, & accuſationem ita ſuſtinet ab alijs, ſicut à ſemetipſo. Beatus ſeruus, qui reprehēditur, & accuſatur; illam reprehenſionem, & accuſationem ita ſuſtinet ab alijs, ſicut à ſemetipſo. Beatus ſeruus, qui reprehenſus acquieſcit, verecunde obtemperat, humiliter confitetur, & libenter ſatisfacit. Beatus ſeruus, qui non eſt velox ad ſe excuſandum & humiliter ſuſtinet verecundiam, & reprehenſionem de peccato, vbi non commiſit culpam. Beatus ille, qui ità inuentus eſt humilis inter ſubditos ſuos, ſicut quando eſſet inter prælatos, & dominos ſuos. Beatus ſeruus, qui ſemper manet ſub virga correctionis. Fidelis & prudens eſt ſeruus, qui in omnibus ſuis offenſis non tardat puniri interius per contritionem, & exterius per confeſsionē, & operis ſatisfactionem.

De ſuſceptione reprehenſionis.

F. in locutione ad F. Leonem: ꝙ in patientia eſt perfecta lætitia.

Vbi ſit perfecta lætitia.

O Frater Leo quamuis fratres minores in omni terra dent bonum exemplū magnę ſanctitatis, & ædificationis, tamen diligēter ſcribe, & nota ꝙ ibi non eſt perfecta lætitia, O frater Leo quamuis frater minor illuminet cæcos, contractos extendat, dæmones pellat; ſurdis auditum; claudis greſſum, & mutis reſtituat verbum, & quod maius eſt quatriduanum reſuſcitet mortuum: ſcribe, quia ibi non eſt perſecta lætitia. O frater Leo; ſi frater minor ſciret omnium gentium linguas, & omnes ſcientias, & ſcripturas, vt ſciret prophetare, & reuelare non ſolum futura, ſed etiam cōſcientias aliorum; ſcribe, quia ibi non eſt perfecta lætitia. Et ſi frater minor loquatur lingua angelica, & ſciat ſtellarum curſus, & virtutes herbarum, & ſint ei reuelati omnes theſauri terrarum, & ſi cognoſceret virtutes, & proprietates auium, piſcium, & animalium, & hominum, & radicum, & lapidum, & arborum, & aquarum: ſcribe quia ibi non eſt perfecta lætitia. Et ſi frater minor ſciret tam ſolemniter prædicare, ꝙ conuerteret

uerteret omnes infideles ad fidem, ſcribe qa ibi non eſt perfecta lætitia, & cum quæreret frater Leo vbi eſſet perfecta lætitia, inquit. B. F. quando veniemus ad locum ſanctæ Mariæ de Angelis ſic balneati, pluuiaque, & frigore congelati, luto etiam deturpati, & fame afflicti, & ad portam ſonabimus, & portinarius ve niret iratus di. Qui eſtis vos? Et nos diceremus. Sumus duo de fratribus veſtris Et ille econtrario diceret, immo eſtis duo ribaldi, qui vaditis per mundum eleemoſynas paupe rum rapiendo, & non aperiret nobis, ſed face ret nos ſtare ad niuem, & aquam in frigore, & fame vſque ad noctem. Tunc ſi nos tot repulſas, & iniurias ſine turbatione, & murmuratione tollerauerimus patientes, & cogitauerimus humiliter, & charitatiuè, φ ille portinarius veraciter nos cognoſcit, & φ Deus excitat linguam ſuam contra nos. O frater Leo ſcribe; quia ibi eſt perfecta lætitia. Et ſi nos pulſando perſeuerauerimus, & ille portinarius tanquam contra importunos excat contra nos; & duriſsime nos afficiat de Recede te hinc pultrones viliſsimi, & ite ad hoſpitale, qui enim eſtis vos. Hic pro vtus non manducabitis. Et ſi nos gaudentes hoc portabimus; & iniuriati cum amore pepercerimus toto corde; ſcribe quia ibi eſt perfecta lætitia. Et ſi nos vndique afflictos fame vrgente, frigore affligente, nocte inſuper appropinquante, pulſabimus, clamabimus, fletu inſtabimus vt aperiat nobis, & ille inde ſtimulatus dixerit. Iſti ſunt homines procaciſsimi, & proterui; & ego pacabo eos, & exiens cum vno fuſte nodoſo, & capiens nos per caputium ad terram ſuper lutum, & niues projiciet, & taliter nos verberabit cum ille prædicto; φ vndique nos plagis implebit. Si tota mala, ſi tot iniurias; & verbera cū gaudio tolleremus, conſiderantes φ pœnas Chriſti benedicti tollerare & portare debemus; ſcribe & nota dili genter, φ ibi eſt perfecta lætitia; & audi concluſionem. Inter omnia chariſmata ſancti ſpiritus; quę Chriſtus ſeruis ſuis conceſsit, & cō cedet, eſt vincere ſeipſum, & libenter propter ipſum, & charitatem opprobria ſuſtinere. Nā in omnibus mirabilibus ſupradictis, nos gloriari non poſſumus; quia non ſunt noſtra, ſed Dei. Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi nō acceperis? Sed in cruce tribulationis, & afflictionis poſſumus gloriari: quia illud eſt noſtrū. Et ideo dixit Apoſtolus, Mihi abſit gloriari, &c.

Vincere ſeipſum, eſt Iter omnia ſpiritus ſancti dona.

Franciſcus in legenda Fratris Thomæ, Fratrē afflictum & tentatum confortando.

CRede mihi fili, quoniam magis præterea te ſeruum Dei credo, & quo magis tentatum, magis dilectū à me te noueris. Nullus.n. ſe Dei ſeruum reputare debet, quouſq; per tentationem, & tribulationem non tranſierit. Anulus eſt quodammodo victæ tentatio; quo dominus deſponſat ſibi animam ſerui ſui. Plures ſibi de annoſis meritis blandiū tur, & nulla ſuſtinuiſſe tormenta, vel tentationes lætantur Sed quoniam ante congreſſum ſolus eos terror ellideret; ſciant ſpiritus ſui debilitatem conſideraram à domino. Vix.n. objiciunt certamina fortia; niſi vbi fuerit virtus perfecta. Signum amplioris eſt gratiæ, nihil in ſeruo ſuo impune relinquere dum viuit in hoc mundo. Franciſcus infirmitatibus gre uatus in oratione ad dominum in legenda maiori, parte. 14. Gratias tibi ago domine Deus de oībus doloribus meis, teq; mi dñe rogo; vt centuplum ſi tibi placuerit addas, quia hoc erit mihi acceptiſsimum, vt affligens me dolore, non parcas: cum tuæ ſanctæ voluntatis adimpletio, ſit mihi conſolatio ſuper plena.

De humilitate. Cap. 17.

NOn veni miniſtrari, ſed miniſtrare, dicit dominus. Illi, qui ſunt ſuper alios conſtituti; tantum de illa prælatione glorientur, quantum ſi eſſent deputati offitio abluendi pedes fratrum, & quanto magis turbarentur de ablata eis prælatione; quam de ablato eis officio abluendi pedes; tanto magis loculos ad periculum animæ ſibi componunt. Item in regula noua. cap. 10. Ita debet eſſe φ miniſtri ſint ſerui omnium fratrum.

Frã. in ſuis admonitionibus, de humilitate ſiēda in prælatis.

In prælatione caſus; in laude præcipitium, ſubditi animæ lucrum eſt in humilitate Cur ergo periculis pluſquam lucris attendimus, cum tempus ad lucrandum cęperimus? Beatus ille ſeruus, qui non ſe tenet meliorem quando magnificatur, & exaltatur ab hominibus, ſicut quando tenetur vilis, ſimplex, & deſpectus; quia quantum eſt homo coram Deo tantus eſt, & non plus. Veh illi religioſo, qui ab alijs poſitus eſt in alto; & per ſuam voluntatem non vult deſcendere. Et beatus ille, qui non per ſuam voluntatem poſitus eſt in alto; & ſemper deſiderat eſſe ſub pedibus, & ideo dic. F in reſponſione Cardinali Oſtieñ. nē frater minor prælatione præſumat eſſe maior; in legenda maiori. parte. 6. Domine Cardinali Oſtieñ. Fratres minores, ideo vocati ſunt fratres mei. vt maiores fieri non præſumant. Si vultis vt fructum faciant in Eccleſia Dei, tenete ipſos, & conſeruate in ſtatu vocationis eorum; & ad prælationes Eccleſiaſticas nullatenus aſcendere permittatis.

F. φ prælatio non debent appetiin legen. maiori par te 6.

F. de humilitate ſeruāda in laude humana; & in prælatione i ſuis ad monitionibus.

Beatus ille ſeruus, qui non magis ſe exaltat de bono, quod dominus dicit, & facit per ipſum quam de eo quod dicit, & facit per alium. Peccat homo, qui magis vult recipere à proximo ſuo; quam velit dare de ſe domino Deo. Item inquit in legenda antiqua capitulo de perfectione humilitatis, De humilitate ſer-

Fr. in admonitionibus de humilitate ſeruāda in donis domini

Fratres debent ſupplere, qd in clericis deficit.

uanda ad Clericos. In adiutorium clericorum miſſi ſumus ad animarum ſalutem, vt quod in illis inuenitur minus, ſuppleatur à nobis; quilibet recipiet mercedem, non ſecundum auctoritatem ſed ſecúdum laborem. Scitote fratres q Deo eſt gratiſsimum animarum lucrum. Hoc conſequi melius poſſumus cum pace clericorum, quam cum diſcordia. Si autem ipſi ſalutem impediunt Dei eſt vltio, & ipſe retribuet eis in tempore. Ideoq; eſtote ſubiecti prælatis, ne quantum ex vobis eſt, malus zelus conſurgat. Si filij pacis fueritis, clerum, & populum lucrabimini, & hoc acceptabilius Deo erit, quàm populum ſolû clero ſcandalizato lucrari. Tegite eorum lapſus; multiplices eorum ſupplete defectus; & cum hæc feceritis meliores eſtote. Et in epiſtola ad omnes fideles. Nunquã deſiderare debemus eſſe ſuper alios, ſed magis debemus eſſe ſubditi, & ſerui omni humanæ creaturæ propter Deum, & omnes qui talia fecerint & perſeuerauerint vſque in finem; requieſcet ſuper eos ſpiritus domini, & faciet in eis habitaculum, & manſionem.

De non appetendo præſidere, ſed ſubeſſe.

De eleemoſyna petenda. Cap. 18.

Fr. in reg. antiq. c. 9. De humilitate, & paupertate.

Omnes fratres ſtudeant ſequi humilitatem, & paupertatem domini noſtri Ieſu Chriſti, & recordentur quod nihil aliud oportet nos habere de toto mundo, niſi ſicut dicit Apoſtolus Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus; & debent gaudere quando conuerſantur inter viles, & deſpectas perſonas: inter pauperes, & debiles infirmos, & leproſos, & iuxta viam mendicantes: & cum neceſſe fuerit, vadant pro eleemoſynis, & non verecundentur. Et magis recordentur; quia dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei omnipotentis, poſuit faciem ſuam, vt petram duriſsimam, nec verecundatus fuit, & fuit pauper, & hoſpes, & vixit de eleemoſynis ipſe, & beata Virgo, & diſcipuli eius. Et quando facerent eis homines verecundiam, & nollent eis dare eleemoſynã; refferant inde gratias Deo; quia de verecundijs accipient magnum honorem ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti: & ſciant quod verecundia nô patientibus, ſed inferentibus imputatur. Et eleemoſyna eſt hęreditas, & iuſtitia, quæ debetur pauperibus, quam nobis acquiſiuit dominus noſter Ieſus Chriſtus. Et fratres qui eam acquirendo laborant, magnam mercedem habebunt, & faciunt lucrari, & acquirere tribuentes, quia omnia, quæ homines relinquunt in mundo peribunt; ſed de charitate, & eleemoſynis, quas fecerint habebunt premium à domino. Et in regula nona c. [illegible] 6 Fratres vadant pro eleemoſyna confidenter, nec oportet eos verecundari, quia dominus ſe fecit pauperem pro nobis in hoc mundo.

Nota.

De perfectione humilitatis.

Chariſsimi fratres, & filioli mei nolite verecundari ire pro eleemoſyna; quia dominus ſe pro nobis fecit pauperem in hoc mûdo. Cuius exemplo elegimus viam veriſsimæ paupertatis. Suo enim amore viam paupertatis elegimus; non debemus confundi pro eleemoſynis ire. Aſſiná cœleſtis hęreditatis erubeſcere nequaquam conuenit regni hæredibus. Hęc enim eſt hæreditas noſtra, quam acquiſiuit, & reliquit nobis dominus Ieſus Chriſtus, & omnibus qui ſuo exemplo viuere volunt in ſanctiſsima paupertate. In veritate dico vobis, quod multi ex nobilioribus & ſapientioribus huius ſeculi venient ad iſtam congregationem; & pro magno honore, & gratia habebunt ire pro eleemoſyna. Vos ergo, qui eſtis illorum primitiæ lętamini, & gaudete, nec renuatis facere, quæ ſcitis, nec illis faciéda tranſmittitis. Ite ergo confidenter, & animo gaudenti pro eleemoſyna cum benedictione Dei. Et magis liberè, & gaudenter ire debetis pro eleemoſyna, quam ille, qui de vna nummata afferret centum denarios, quoniam afertis eis amorem Dei, à quibus petitis eleemoſynam dicentes. Amore domini Dei faciatis nobis eleemoſynam, cuius comparatione nihil eſt cœlum, & terra. Et in legenda maiori parte 7. dicit. Quoniam hac nouiſsima hora fratres minores commodati ſunt mundo; vt electi in eis impleant, vnde à iudice commendantur. Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Iocundum proinde dicebat ſub fratrum minorum titulo mendicare quem in retributione iuſtorum, euangelicæ veritatis magiſter; ſuo ore tam ſignanter expreſſit. Vnde exponendo illud Pſal. Panem Angelorum manducauit homo di. Illum ſane panem angelicum eſſe, quem pro Dei petitum amore, & beatis ſuggerentibus angelis pro ipſius charitate [illegible], ſancta paupertas colligit oſtiatim. Et in legenda maiori parte 7. in refectione ad dominum Cardinalem Oſtieñ. cur iuit pro pane comeſturus cum eo. Magnum mihi domine tibi honorem exhibui dum maiorem dominum honoraui. Siquidem bene placitum eſt domino in paupertate, & ea maxime quæ voluntaria pro Chriſto mendicitas eſt. Hanc dignitatem regalem, quam pro nobis dominus Ieſus egenus factus aſſumpſit; vt ſua ditaret inopia, ac vere pauperes ſpiritu regni cœlorum reges inſtitueret & hæredes, nolo relinquere pro feudo diuitiarum falſarum [illegible] conceſſo. Ego nolo dimittere dignitatem meam regalem, & hęreditaté, ac [illegible] & fratrum minorum, [illegible] et ire pro eleemoſyna [illegible]. Paupertas [illegible], quæ [illegible] regni cœlorum inſtituit; [illegible]. Et in legenda antiqua. Fratres [illegible] gaudenter de eleemoſyna. Sic

Fr. in leg. antiq.

Gaudeant fratres minores, & vnde.

na. Sic volo quod frater meus vadat, & reuertatur cum eleemoſyna lætus, & iocundus, & gaudens laudans Deum.

De cognitione propriæ infirmitatis, & gloriæ fuga. Et quod non poteſt homo de aliquo generali, niſi de infirmitatibus ſuis. Cap. 19.

ATtende homo inquit Fráciſcus in admonitionibus ſuis in quanta excellentia poſuit te Deus, qui creauit te, & formauit ad imaginem dilecti filij ſui ſecundum corpus, & ad ſimilitudinem ſuam ſecundum animam, & omnes creaturæ, quæ ſub cœlo ſunt ſeruiunt, & obediunt creatori ſuo melius, quam tu, & etiam demones non crucifixere eum, ſed tu cum ipſis crucifixiſti eum, & adhuc crucifigis, delectando in vitijs, & peccatis. Vnde ergo potes gloriari? Nam ſi ita eſſes ſubtilis, & ſapiens quod omnem ſcientiam haberes, & ſcires interpretari omnia genera linguarum; & de cæleſtibus rebus perſcrutari, in omnibus his non potes gloriari. Demon ſciuit de cæleſtibus, & modo ſcit de terrenis, pluſquam omnes homines, licet aliquis homo fuerit, qui ſummæ ſapientiæ cognitionem à domino recepit ſpecialem. Similiter ſi es pulchior, & ditior omnibus, & etiam ſi faceres mirabilia, ita vt demones fugares; omnia iſta ſunt tibi contraria, & nihil eorum ad te pertinet, & in his non potes gloriari. Sed in hoc poſſumus gloriari in infirmitatibus noſtris, & in baiulando quotidie ſanctam crucem domini noſtri Ieſu Chriſti. Fratres inquit veſtimentis vilibus induantur, & poſſint ea repetiare de ſaccis, & alijs petijs cum benedictione Dei. & ſequitur. Quos moneo, & exhortor, ne deſpiciant, neque iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimentis, & coloratis indutos vti cibis, & potibus delicatis, ſed magis vnuſquiſque iudicet, & deſpiciat ſemetipſum. Et in legenda maiori parte 6. Quantum homo eſt in oculis Dei tantum eſt, & non plus. Stultum iudicans humanis extolli fauoribus. Nemo laudandus cuius incertus eſt exitus. De omni eo, quod poteſt peccator, nemo ſibi debet iniquo applauſu blandiri. Peccator poteſt ieiunare, poteſt orare, plangere, carnem propriam macerare, hoc non poteſt ſolum ſcilicet domino ſuo eſſe fidelis. In hoc itaque gloriandum, ſi ſuam gloriam domino reddimus, ſi fideliter ſeruientes ipſi quicquid donat aſcribimus. Ité in admonitionibus. Beatus ſeruus qui theſaurizat in cœlo bona, quæ dominus ſibi oſtendit, & ſub ſpe mercedis non cupit ea manifeſtare hominibus. Nam ipſe altiſſimus manifeſtabit opera ſua quibuſcúque voluerit, beatus ſeruus, qui ſecreta domini obſeruat in corde ſuo. Item in regula antiqua capitulo 17. Omnia bona domino Deo altiſſimo reddamus, & ſummo, & omnia bona ipſius eſſe cognoſcamus, & de omnibus ei gratias referamus, à quo bona cuncta procedũt, & ipſe altiſſimus, & ſummus ſolus verus Deus habeat, & ei reddantur. Et ipſe recipiat oẽs honores, & reuerẽtias, oẽs laudes, & benedictiones, oẽm gloriã, cuius eſt omne bonum, quia ſolus eſt bonus.

Oẽs creaturæ magis obediunt Deo, quã homo

In reg. nouæ cap. 11.

Tantus eſt homo, quãtus eſt in oculis Dei &c.

De ſcientia mundana fugienda Cap. 20.

NOn curent neſcientes litteras, litteras adiſcere; ſed attendant quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum domini, & ſanctam eius operationem; orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in perſecutionibus, & diligere eos, qui nos reprehendunt, & arguunt. Et in regula antiqua cap. 17. Fratres caueamus nobis ab omni ſuperbia, & vana gloria. Cuſtodiamus nos à ſapientia huius mundi, & à prudétia carnis: Spiritus enim vult, & ſtudet multum ad verba habenda, & parum ad operationem, & quærit non religionem, & ſanctitatem foris apparentem hominibus. Et iſti ſunt, de quibus dicit dominus. Amen dico vobis receperũt mercedem ſuam. Et in legenda antiqua. Fratres qui ſcientiæ curioſitate ducuntur, in die tribulationis inueniét manus ſuas vacuas. Ideo vellem eos magis roborari virtutibus, vt cum tempus tribulationis venerit, ſecum haberent dominum in anguſtia. Ventura eſt eis tribulatio, quo libri ad nihilum vtiles in feneſtris, & latebris proiicietur. Nolo fratres meos cupidos eſſe ſcientiæ & librorum, ſed volo fundari ſuper ſanctam humilitatem, & imitari puram ſimplicitatem, ſanctam orationem, & dominam paupertatem; hæc via ſola eſt ſecura ad ſalutem propriam, & aliorum ædificationem, quoniam Chriſtus ad cuius imitationem vocati ſunt fratres; hanc ſolam nobis oſtendit, & docuit verbo pariter, & exemplo. Multi fratres occaſione ædificandi alios, dimittent vocationem ſuam videlicet ſanctam humilitatem, puram ſimplicitatem, orationem, & deuotionem, atque dominam noſtram paupertatem. Et continget illis, quod vnde putabunt magis imbui, id eſt impleri deuotione, & accendi amore, & illuminari Dei cognitione, propter intellectum ſcripturæ; inde occaſionaliter remanebunt intus frigidi, & vacui, & ſic ad priſtinam vocationem redire non poterunt; quia tempus viuendi ſecundum vocationem ſuam, in vano, & falſo ſtudio amiſerunt. Et ſunt multi fratres, qui totũ ſuum ſtudium & ſolicitudinem ſuam ponunt in acquirendo ſcientiam; dimittentes vocationem ſuam ſanctam, extra viam humilitatis, & ſanctæ orationis mente, & corpore euagando. Hi aſtabunt ante tribunal Chriſti nudi, & vacui; & ſolius confuſionis verecundiæ, & doloris manipulos reportantes. Et in legenda maiori parte 11. Interrogatus B. Fran. An placeret ſibi ꝓ litterati iam recepti ad ordinem, ſtudio ſacræ

F. in regula noua. cap. 10.

De perfectione humilitatis.

Nota.

ſcripturæ intenderent. Reſpondit. Mihi quidem placet, dum tamen exemplo Chriſti, qui magis oraſſe legitur, quàm legiſſe orationis ſtudium non omittant. Nec tantum ſtudeant, vt ſciant qualiter debent loqui; ſed vt audita faciant, & cum fecerint, alijs facienda proponant. Volo autẽ fratres meos diſcipulos euangelicos eſſe; ſicque notitia veritatis proficere, quod in ſimplicitatis puritate concreſcat, vt ſimplicitatem columbinam à prudentia ſerpentina non ſeparent; quas magiſter eximius ore ſuo benedicto coniunxit.

Nota.

De prædicatore qualis debet eſſe cap. 21.

In Reg. noua cap. 9.

FRatres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus frater populo audeat prędicare, niſi à miniſtro generali fuerit approbatus, & ab eo ſibi officium prædicationis conceſſum. Et in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia; ad vtilitatem, & ædificationem populi annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum breuitate ſermonis; quia verbum abbreuiatum fecit dominus ſuper terram. Et in regula antiqua cap. 17. Nullus fratrum prædicet contra formam, & inſtitutionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & niſi ſibi conceſſum fuerit à miniſtro ſuo. Omnes tamen fratres operibus prædicẽt. Et nullus prædicator approprict ſibi officiũ; ſed quacunque hora ei iniunctum fuerit, ſine omni contradictione dimittat. Vnde deprecor in charitate; quæ Deus eſt, omnes fratres meos prædicatores, quod ſtudeant ſe humiliare in omnibus, non gloriari, nec in ſe gaudere, nec interius ſe exaltare de bonis verbis, & operibus, imo de nullo bono, quod Deus facit, vel dicit, & operatur in eis aliquando, & per ipſos; ſecundum quod dicit dominus. In hoc nolite gaudere; quia ſpiritus vobis ſubijciuntur, & firmiter ſciamus quod non pertinent ad nos, niſi vitia, & peccata Hanc talem exhortationem, & laudem omnes fratres mei quandocunque placuerit eis, annunciare poſſunt inter quoſcunque homines cum benedictione Dei. Timete, & honorate, laudate, & benedicite, gratias agite, & adorate Deũ omnipotentem, in trinitate & vnitate patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum omnium creatorem. Agite pœnitentiam, facite dignos pœnitentię fructus. Et ſciote, quia cito moriemini. Date, & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur uobis, & ſi non dimiſeritis, dominus nõ dimittet vobis peccata veſtra. Beati qui moriuntur in pœnitentia, quia erunt in regno cœlorum, væ illis qui nõ moriuntur in pœnitentia, quia erunt filij diaboli, cuius opera faciũt, & ibunt in ignem æternum. Cauete, & abſtinete ab omni malo; & perſeuerate vſque in finem in bono. Et in legenda maiori parte 8. Officiũ prædicationis patri miſericordiarum acceptius, maxime ſi ſtudio fuerit perfectę charitatis impenſum, vt ad id laboret magis exemplo, quam verbo, magis lachrimoſa prece, quam loquaci ſermone.

Quod debet fratres prædicare Frã. in reg. antiq. c. 21.

Plangendum proinde dicebat prædicatorem tanquam vera pietate priuatũ, ſiue qui in prædicatione non animarum quærit ſalutem, ſed propriam laudem, ſiue qui prauitate vitæ deſtruit, quod ædificat veritate doctrinæ, præferendum huic dicebat fratrem ſimplicẽ, & elinguem, qui bono exemplo alios prouocaret ad bonum. Illud quoque verbum (donec ſterilis peperit plnrimos) taliter exponebat. Sterilis eſt Frater pauperculus; qui generandi filios in eccleſia non habet officium, hic pariet in iudicio plurimos; quia quos nũc priuatis orationibus conuertit ad Chriſtum, ſuæ gloriæ tunc iudex aſcribet. Quæ multos habet filios infirmabitur, quia prędicator vanus, & loquax qui multis nunc quaſi virtute ſua genitus gaudet, cognoſcet tunc ſe nihil proprium habere in eis. Multi ſunt fratres, qui totum ſuum ſtudium, & totam ſuam ſolicitudinem ponunt in acquirendo ſcientiam, dimittentes vocationẽ ſuam ſanctam, extra viam humilitatis, & ſanctæ orationis mente, & corpore euagando; Qui cum populo prædicauerint, & nouerint aliquos inde ædificari; vel ad pœnitentiã conuerti, inflantur, & extollunt ſe de opere, & lucro alieno; cum tamen magis in condemnationem, & in præiudicium ſuum prædicauerint, & nihil ibi ſecundum veritatem operati fuerint, niſi tanquam inſtrumẽta illorũ, per quos verè dominus fructum huiuſmodi acquiſiuit: Nam quos credunt propter ſcientiam, & prædicationem ſuam ædificari, & ad pœnitentiã conuerti, dominus orationibus & lachrimis ſanctorum pauperum, humilium, & ſimplium fratrum ædificat, & conuertit, licet ipſi ſancti fratres, vt plurimum hoc ignorent. Sic enim eſt voluntas Dei, vt illud neſciant; ne inde valeant ſuperbire. Iſti ſunt fratres mei milites tabulæ rotundæ, qui latitant in deſertis; & in locis remotis, vt diligentius vacent orationi, & meditationi; ſua & aliorum peccata plorantes; viuentes ſimpliciter, & humiliter conuerſantes, quorum ſanctitas à Deo cognoſcitur, & aliquando fratribus, & hominibus eſt igno ta. Horũ animæ ab angelis Deo præſentabuntur; tunc dominus oſtendet illis fructum, & mercedem laborum ſuorum, videlicet multas animas, quæ ſuis exemplis, orationibus, & lachrimis ſunt ſaluatæ. Et dicet illis, filij mei di lecti, ecce tot, & tales animæ ſaluatæ ſunt veſtris orationibus, lachrimis, & exemplis. Et quia ſuper pauca fuiſtis fideles, ſupra multa vos conſtituam. Alij enim prædicauerunt, & laborauerunt ſermonibus ſapientiæ, & ſcientiæ ſuæ, & ego meritis veſtris fructum ſalutis operatus ſum. Ideo ſuſcipite laborum eorum merce-

Nota.

De perfectione humilitatis F. in leg. antiqua.

mercedem, & fructum meritorum veſtrorum; qui eſt regnum æternum, quod humilitatis, & ſimplicitatis veſtræ, atque orationum, & lachrimarum veſtrarum violentia rapuiſtis. Sicque iſti portantes manipulos ſuos, ideſt fructus, & merita ſanctæ humilitatis, & ſimplicitatis ſuę intrabunt in gaudium domini lætantes, & exultantes. Illi vero, qui non curauerũt niſi ſcire, & alijs viam ſalutis oſtendere, nihil operantes pro ſe, ante Chriſti tribunal aſtabunt nudi, & vacui, & ſolius confuſionis, & verecundiæ, & doloris manipulos deferentes.

Nota.

Tunc veritas ſanctæ humilitatis, & ſimplicitatis, ſanctæque orationis, & paupertatis, quæ eſt vocatio noſtra exaltabitur, glorificabitur, & magnificabitur, cui veritati ipſi inflati ventro ſcientiæ detraxerunt vita, & vanis ſermonibus ſcientię ſuæ dicentes, ipſam veritatem eſſe falſitatem; & tanquam cęci eos, qui ambulauerunt in veritate perſequentes. Tunc error, & falſitas opinionum ſuarum, per quas ambulauerunt; quas eſſe veritatem prædicauerunt; per quas in cęcitatis foueam multos præcipitauerunt in dolore, confuſione, et verecundia terminabitur, et ipſi cum ſuis tenebroſis opinionibus in tenebras exteriores cum tenebrarum ſpiritibus demergentur. Et ibidem. Dicebat B. Fran. quod propter prælationis officiũ, et ſolicitudinem prędicandi, fratres non debent dimittere ſanctam, et deuotam orationem, ire pro eleemoſyna, operari aliquando manibus ſuis, et alia humilitatis opera facere, ſicut et alij fratres, propter bonum exemplum, et lucrum animarum ſuarum, et aliorũ. Multum enim ædificantur ſubditi cum miniſtri, et prædicatores vacant libenter orationi, et inclinant ſe ad humilitatis opera, et obſequia vilitatis. Aliter enim non poſſunt abſque ſui confuſione, præiudicio, et condemnatione de hoc fratres alios admonere, oportet.n. exemplo Chriſti prius facere quam docere, ac ſimul facere et docere. Et in legenda maiori parte 3. Fratribus, quos ad prædicandum mittebat beatus F. dicebat. Ite annunciate hominibus pacem, prædicate pœnitentiam in remiſsionem peccatorum, eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, et in beneficijs grati, quia pro his omnibus vobis regnum præparatur ęternum.

Oratio, ac paupertas eſt vocatio noſtra.

De exercitio, et otioſitate vitanda cap. 22.

In reg. noua cap. 5.

Fratres illi, quibus dedit dominus gratiam laborandi, laborent fideliter, et deuotè, ita quod excluſo otio animę inimico ſanctę orationis, et deuotionis ſpiritum non extinguat, cui debent cętera temporalia deſeruire. De mercede vero laboris pro ſe, et ſuis fratibus corporis neceſſaria recipiant, pręter denarios, vel pecuniam. Et hęc humiliter ſicut decet ſeruos Dei, et paupertatis ſanctiſsimę ſectatores. Et in regula antiqua cap. 7. Fratres, qui ſciunt laborare laborent, et eandem artẽ exerceant, quam nouerunt, ſi non fuerit contra ſalutem animę ſuę, et honeſtè poſsit operari. Nam ait propheta. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, et bene tibi erit, et Apoſtolus. Qui non vult laborare, non manducet, et vnuſquiſq; in ea arte, et labore, qua vocatus eſt permaneat; et poſsint pro labore recipere omnia neceſſaria, pręter pecuniam. Omnes fratres ſtudeant bonis operibus inſudare, quia ſcriptum eſt. Semper facito aliquid boni, vt diabolus te inueniat occupatum. Et iterum. Otioſitas inimica eſt animę. Ideo ſerui Dei orationi ſemper, vel alicui bonę operationi inſiſtere debent. Et in teſtamento. Ego manibus laborabam, et volo laborare, et omnes alij fratres ſimiliter volo quod laborent de laboritio, quod pertinet ad honeſtatem, qui neſciunt diſcant, non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris; ſed propter bonum exemplum, et ad repellendã otioſitatem. Tepidos nec ſe familiariter, et humiliter negotio applicantes dicebat euomendos cito de ore Dei et dicebat. Volo omnes fratres meos laborare, et exercitari humiliter in operib. bonis, vt minus ſimus hominibus onéroſi, & ne cor, aut lingua in otio euagetur. Qui vero nihil ſciũt operari, vel laborare, adiſcant; lucrum vero, vel mercedem de labore non laborantis arbitrio, ſed Guardiani, vel familiæ arbitrio committẽdum eſſe dicebat. Et in legenda maiori parte.v. Otium autẽ omnium malarum cogitationum ſentinam docebat ſummopere fugiendum; exemplo demonſtrans rebellem carnem, & pigram diſciplinis continuis, & fructuſis laboribus ędomandã: vnde corpus ſuum fratrem Aſinũ appellabat; tanquam laborioſis ſupponendum oneribus, & crebris cedendum flagellis: & vili pabulo ſuſtentandum: Si quem vero cernebat otioſum, & pigrum; fratrem Muſcam nominandũ cenſebat; eo ꝙ talis nihil boni faciens; ſed benefacta inficiens; vilem, & abominabilem ſe hominibus reddat. Et dicebat. Volo fratres meos laborare, & exercitare; ne otio dediti per illicita corde, aut lingua vagentur.

In leg. antiqua de perfectione humilitatis.

De fratre minore; quis eſt verè cenſendus. Cap. 23.

Beatus Franciſcus dicebat, ꝙ ille eſſet bonus frater minor, qui haberet fidem fratris Bernardi; quam perfectiſsimè habuit cũ amore paupertatis.

In leg. anq. cap. de zelo ad perfectionẽ fratrum.

Simplicitatem, et puritatem fratris Leonis; qui verè ſanctiſsimè fuit puritatis.
Curialitatem fratris Angeli; qui fuit primus miles, qui venit ad ordinem, & fuit omni curialitate, et benignitate ornatus.
Fratris Maſſei gratioſũm aſpectum, et ſenſum naturalẽ cũ pulchro, & deuoto ſuo eloquio.

Mentem

Mentem eleuatam in contemplatione, quam habuit frater Egidius vſque ad ſummam perfectionem.
Virtuoſam, & continuam orationem fratris Ruffini; qui ſine intermiſsione ſemper orabat, & dormiendo, vel aliquid operando ſem per mens ipſius erat cum Deo.
Pacientiam fratris Iuniperi, qui vſque ad per fectum ſtatum pacientię peruenit propter ſan ctam expropriationem propriæ voluntatis, quam ſemper præ oculis habebat, & ſummũ deſiderium immitandi Chriſtum per viam crucis.
Fortitudinem corporalem, & ſpiritualem fratris Ioannis de Laudibus, qui tempore illo fuit fortis corpore ſuper omnes homines.
Charitatem fratris Rugerij; cuius tota vita, & conuerſatio erat in feruore charitatis.
Solicitudinem fratris Lucidi; qui fuit maximę ſolicitudinis; & nolebat ſtare niſi per mẽ ſem in loco; ſed quando ſibi placebat ſtare in aliquo; ſtatim recedebat inde, et dicebat. Non habemus hic manſionem, ſed in cœlo. Et in legenda maiori. Parte. 6. Et in legẽda antiqua. capitulo de perfectione humilitatis.
Dicebat. B. F. ſocio. Non mihi videor eſſe frater minor, niſi fuero in ſtatu, quem tibi deſcri pſero. Ecce prælatus exiſtẽs fratrum; vado ad capitulum; prædico, & moneo fratres ſicut do cuerit me ſpiritus ſanctus. Et in fine dicitur contra me. Non conuenis nobis; quia illiteratus es, & elinguis, idiota, & ſimplex: vnde de cætero non præſumas te vocari noſtrum prælatum. Et tandem eijcior cum opprobrio vilipenſus ab omnibus. Dico tibi niſi eodem vultu, eadem mentis lætitia, & eodem ſanctitatis propoſito hæc verba audiero; frater mi nor nequaquam ſum. Nõ mihi videtur, ꝙ ſim frater minor, ſi non gaudeo, quando me uilipendunt, & cum verecundia me eijciunt; nolentes vt ſim prælatus eorum: ſicut etiam quã do me venerantur, & honorant eorum profectu, & vtilitate vtrobique æqualiter ſe habente: Nam ſi gauiſus ſum, cum exaltant me, & honorant propter profectum, & deuotionem ipſorum, vbi tamen periculum eſſe poteſt animæ meæ; multomagis debeo lætari, & iocundari de profectu, & ſalute animæ meæ, cum vituperant vbi lucrum eſt certum, & in legenda antiqua. cap. de perfectione paupertatis in reſponſione domino Bonauenturæ facta.
Dominus nos fratres minores vocauit in adiutorium fidei ſuæ, & prælatorum, et clericorum ſanctæ Eccleſiæ, & ideo tenemur quantũ poſſumus ipſos ſemper diligere, honorare, & reuereri: Nam vocamur fratres minores; quia ſicut nomine; ita exemplo, & opere præ cæteris hominibus huius ſeculi humiles eſſe debemus.

De bono exemplo proximo exhibendo vt edificetur. Cap. 24.

Beatus. F. reſpondẽdo cuidam ſacrę theologiæ magiſtro ſuper verbum Eze. Si nõ annunciaueris impio impietatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Sic expo nebat di. Si verbum debet generaliter intelligi; ego taliter ipſum accipio, ꝙ ſeruus Dei ſic debet vita, & ſanctitate in ſeipſo ardere, vel fulgere; vt luce exempli, & lingua ſanctæ con uerſationis omnes impios reprehendat: ſic in quam ſplendor eius vitæ, & odor famæ eius annunciabit omnibus iniquitates eorum. Item in legenda antiqua. capitulo de perfectione humilitatis. Et in legenda maiori. parte. 8. Affirmabat. B. F. hoc tempore nouiſsimo fratres minores à domino miſſos vt peccatoram obuolutis caligine lucis exempla mondrarent, ſuauiſsimis ſe dicens repleri odoribus, & quaſi vnguento pretioſo liniri: cum ſanctorum fratrum per orbem diſtantium odoriſeta ſama multos audiret ad viam veritatis induci. Ex talium auditu, exultabat in ſpiritu benedictione omni acceptione digniſsimos fratres illos accumulans; qui verbo, vel opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores. Sic etiam, qui religionem ſacram iniquis violarent operibus; maledictionis eius grauiſsimam incurrebant ſententiam. A te (inquit) ſanctiſsime domine, & à tota cęleſti curia, & à me paruulo tuo, ſint maledicti, qui ſuo malo exemplo confundunt, & deſtruunt, quod per ſanctos fratres ordinis huius ædificaſti, & ædificare non ceſſas.

Fr. in leg. antiq. cap. de perfectione humilitatis.

Nota.

De compaſsione habenda ad delinquentes. Cap. 25.

IN hoc volo cognoſcere ſitu diligis domi num, & me ſeruum ſuum, & tuum ſi feceris iſtud, videlicet, ꝙ non ſit aliquis frater in mundo, qui peccauerit quantumcunq; potuerit peccare; ꝙ poſtquàm viderit oculos tuos, nunquàm recedat ſine miſericordia tua. Et ſi non quæreret, tu quæras ab eo, ſi vult miſericordiam. Et ſi ille millies poſtea appareret coram oculis tuis, dilige eum pluſquam me; ad hoc vt trahas eum ad bonum, & ſemper miſerearis talibus. Et iſtud denuncies guardianis, quando poteris; ꝙ per te ſic firmus eſt facere. Et omnes fratres, qui ſcirent eum peccaſſe, non faciant verecundiam ei, nec detractionem; ſed magis miſericordiam habeãt circa ipſum, & teneant priuatum peccatum fratris ſui; quia non eſt opus ſanis medicus; ſed male habentibus. Si quis fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerit, per obe dientiam teneatur recurrere ad guardianum ſuum, & guardianus ſimiliter per obedientiã teneatur eum mittere cuſtodi, ipſe vero cuſtos miſericorditer prouideat ei, ſicut ipſe vellet prouideri ſibi ſi in conſimili caſu eſſet Et

F. in littera generali miniſtro directa.

Cuſtos & Miniſtro hic a B. F. accipitur.

iſti penitus non habeant poteſtatem iniungẽdi aliam pœnitentiam, niſi illam. vade & noli amplius peccare.

Fr. in reg. noua. c. 10.

Fratres qui ſunt miniſtri & ſerui aliorum fratrum viſitent, & moneant fratres ſuos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod ſit contra animã ſuam, & regulam noſtram. Et vbicunque ſunt fratres, qui ſcirent, et cognoſcerent ſe nõ poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos miniſtros debeant. et poſsint recurrere. Miniſtri vero charitatiuè, et benignè eos recipiant, et tantam familiaritatem habeant circa ipſos, vt dicere poſsint eis, et facere ſicut domini ſeruis ſuis: Nam ita debet eſſe; ꝙ miniſtri ſint ſerui omnium fratrum.

De detractione fugienda. Cap. 26.

F. in legenda fratris Thomæ. cap. de charitate.

DEtractores ſuper omne aliud genus vitiorum execrans horribiliter venenum in lingua eos ferre dicebat, alioſque veneno inficere. Semel quendam audiens famã fratris denigrantem, inquit ad Vicarium ſuum verbum valde terribile: inſtat religioni diſcrimina, niſi detractoribus obuietur: cito multorum ſuauiſsimus odor fœtebit, niſi fœtidorum ora claudantur. Summa volo prouidentia cures tu, et omnes miniſtri, ne peſtifer morbus iſte latius ſe diffundat. Fratrem qui alium fratrem famę gloria ſpoliaret dicebat tunica ſpoliandum; nec oculos poſſe ad Deũ leuare; niſi prius quod abſtulerat redderet. Et dicebat ipſe. B. F. Vox detractoris iſta eſt; vitæ mihi perfectio deeſt, ſcientiæ, vel peculiaris gratiæ facultas non ſuppetit, ac per hoc nec apud Deum locum inuenio, nec apud homines. Scio quid faciam. Ponam maculam in electis, et apud maiores gratiam promerebor. Scio prælatum meum hominem eſſe; eodemque mecum quandoq; vti officio; quo ſuccisis cedris, ſolus videatur ramus in via. Eia miſer humanis corporibꝰ veſcere; & quia viuere aliter non potes, fratrum viſcera rode. Tales boni ſtudent videri, non fieri; accuſantes vitia, nec vitia deponentes; ſolos eos laudant, quorum cupiunt auctoritate foueri; ſilentes à laudibus, quas ad laudatum non extimant reportari. Ieiune faciei pallorem perniciosis laudibus vendunt; vt ſpirituales videantur, qui dijudicent omnia; & ipſa à nemine iudicentur. Gaudent ſanctitatis opinione, non opere; angelico nomine, non virtute. Item in regula noua. cap. 10. Moneo quoque, & exhortor fratres meos in d. Ieſu Chriſto, vt caueant ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura, & ſollicitudine huius ſeculi, detractione, & murmuratione.

Nota.

Quid agendum ſit à fratribus poſt mundi abdicationem. Cap. 27.

In reg. antiq. c. 22.

NVnc autem fratres poſtquam mundum dimiſimus; nihil aliud habemus facere, niſi ſolliciti ſimus ſequi domini voluntatem, & placere ei. Multum caueamus, ne ſimus terra ſecus viam, vel petroſa vel ſpinoſa; ſed ſemen, de quo dicit dominus in Euangelio Semen eſt verbum Dei Quod autem ſecus viam cecidit, & conculatum eſt, hi ſunt qui audiũt verbum Dei, & non intelligunt; & confeſtim venit diabolus, & rapit quod ſeminatum eſt in cordibus eorum. & tollit verbum de cordibus eorum: ne credentes ſalui fiant. Quod autem ſupra petroſam cecidit; hi ſunt. qui cũ audierint verbum; ſtatim cum gaudio ſuſcipiunt illud: facta autem tribulatione, & perſecutione propter verbum continuo ſcandalizantur. Et hi radices non habent, ſed temporales ſunt; quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit, hi ſunt qui verbum Dei audiunt, & ſolicitudo, & erumnę huius ſeculi, ſubſtantia, & fallacia diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbũ, & ſine fructu efficitur. Quod autem in terra bona ſeminatum eſt; hi ſunt, qui corde bono, & optimo audientes verbum intelligunt, & retinent, & fructum afferunt in patientia. Et propterea nos fratres (ſicut dicit dominus) Dimittamus mortuos, ſepelire mortuos ſuos; & multum caueamus à malitia, & ſubtilitate ſathanæ, qui vult ne homo mentem ſuam, & cor habeat ad dominum Deum; & circuiens deſiderat cor hominis ſub ſpecie alicuius mercedis, vel adiutorij ſuffocare, & tollere verbũ, & præcepta domini à memoria. Et vult cor hominis per ſecularia deſideria, negotia, & curam excecare, & inhabitare. Sicut dicit dominus. Cũ immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, & inaquoſa, quærens requiem, & non inueniens dicit: reuertar in domum meam, vnde exiui, & veniẽs inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſsi habitant ibi, & fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus: vnde omnes fratres cuſtodiamus nos multũ, ne ſub ſpecie alicuius mercedis, vel operis, vel adiutorij perdamus aut tollamus mẽtem noſtram, & cor noſtrũ à Deo. Sed in ſancta charitate, quæ Deus eſt, rogo omnes fratres; vt omni impedimento remoto; & omni cura, & ſolicitudine poſtpoſita quocunque modo melius poſſunt, debeant ſeruire, amare, & honorare, & adorare dominum Deum mundo corde, & pura mente, quod ipſe ſuper omnia quęrit; ac ſemper faciamus habitaculum, & manſionem ipſi, qui eſt dominus Deus omnipotẽs, pater, & filius & ſpiritus ſanctus.

De fratrum conuerſatione inter fideles catholicos. Cap. 28

F. in legen. trium ſociorum.

COnſideremus fratres chariſsimi vocationem noſtram, qua miſericorditer vocauit

filios ſuos ab omni pſona, vt nemo poſsit eis loqui. Et iſti filij non loquantur cum aliqua perſona, niſi cũ matribus ſuis, & cuſtode ſuo quando placebit ei viſitare ipſos cum benedictione Dei. Filij vero quandoque officium matrum aſſumant; ſicut viciſsitudinaliter pro tempore viſum fuerit eis diſponendum; qui omnia ſupradicta ſtudioſe, & ſolicite ſtudeãt obſeruare.

De lætitia ſpiritnali ſemper habenda.

Cap. 31.

F. in leg. antiq. cap. de zelo ipſius.

BEatus Franc. volebat fratres ſuos interius, & exterius lętitiam ſpiritualem habere. Dicebat enim quod ſi ſeruus Dei ſtuduerit habere, & conſeruare lętitiam ſpiritualem, quæ prouenit ex munditia cordis, & acquiritur per deuotionem orationis, demones nihil poſſunt ei nocere dicentes. Ex quo in tribulatione, & proſperitate lętitiam habet ſeruus Dei, non poſſumus inuenire aditum intrãdi ad ipſum, nec ſibi nocere. Sed tunc exultãt demones, quando deuotionem, & lætitiam, quæ prouenit ex munda oratione, & ex alijs operibus virtuoſis, poſſunt extinguere, vel aliqualiter impedire: Nam ſi diabolus in ſeruo Dei poteſt aliquid habere de ſuo, niſi fuerit ſapiens, & ſolicitus delere, & deſtruere illud, quam citius poterit per virtutem ſanctæ orationis, contritionis, confeſsionis, & ſatisfactionis, in breui tempore de vno capillo, facit vnã trabem ſemper aliquid illi adijciendo. Quia ergo fratres mei ex munditia cordis, & puritate orationis continuæ, hæc lætitia ſpiritualis oritur, circa illa duo acquirenda principaliter eſt ſtudendum, vt ipſam lætitiam, quam in me, & in uobis cupio ſummo affectu, & diligo cernere & ſentire, poſitis habere interins, & exterius ad ædificationem proximi, & vituperium inimici. Ad ipſum enim, & ad mẽbra eius oportet contriſtari, ad nos autem lætari ſemper in domino, & gaudere.

Item dicebat B. Fran. quoniam ſcio, quod demones inuident mihi de beneficijs, quæ mihi dominus dedit. Scio etiam, & video quod cũ nocere non poſſunt per me, ſtudent mihi nocere per ſocios meos, ſi vero per me, vel per ſocios meos mihi nocere non poſſunt, cum magna confuſione recedunt, imo quandoque ſi eſſem tentatus, vel accidioſus; conſidero lætitiam ſocij mei, & ſtatum occaſione lætitiæ illius, reuertor de tentatione, & accidia ad interiorem lætitiam, & exteriorem.

Semel reprehendens vnum ex ſocijs triſtem in facie dicebat. Cur oſtendis exterius de tuis offenſis dolorem? Inter te, & Deum habeas hanc triſtitiam, & ora ipſum vt ſuam miſericordiam tibi parcat; & reddat animæ tuæ lætitiam ſalutaris ſui, qua per peccati demeritũ eſt priuata: Coram autem me, & alijs oſtendas ſemper habere lætitiam; nam ſeruo Dei non conuenit coram fratre ſuo, vel alio oſtendere triſtitiam, & faciem turbulentam. Et in admonitionibus. Beatus ille religioſus, qui nõ habet iocunditatem, & lætitiam niſi in ſanctiſſimis eloquijs, & operibus domini, & cum his prouocat homines ad amorem Dei in gaudio, & lætitia. Itẽ veh illi religioſo, qui delectatur in verbis otioſis, & inanibus, & cum his prouocat homines ad riſum.

De generali miniſtro ordinis minorum, & ſocijs eius. Cap. 32.

F. in leg. antiq. cap. de zelo ad religionem.

CVm frater quidam dixiſſet B. Fran. prope finem vitæ ſuæ. Pater tu tranſibis ad dominum; & familia te ſecuta remanebit in valle lachrimarum. Innuc nobis aliquem ſi cognoſcis, in quo animus tuus conquieſcat; cui onus generalis miniſtri digne poſsit imponi. Reſpondit B. Fran. induens cuncta verba ſuſpirijs tam magni, & multimodi exercitus ducẽ, tam magni, & dilatati gregis paſtorem fili mi nullum ſufficientem intueor; ſed vnum vobis depingam, in quo reluceat qualis debeat eſſe iſtius familiæ dux, & paſtor. Homo inquit iſte debet eſſe vitæ grauiſsimæ, diſcretionis magnæ, famæ laudabilis, priuatis affectionibus carens; ne dum in parte plus diligit in toto ſcandalum generet. Debet illi orationis ſtudium eſſe amicum; ita tamen quod certas horas animæ ſuæ, & certas gregi ſuo diſtribuat. Nam primo mane debet ſanctiſsimum ſacrificium miſſæ præmittere, & ibidem longa deuotione ſeipſum, & gregem diuinæ protectioni affectuoſius commendare, poſt orationem vero ſeipſum ſtatuat ab omnibus depilãdum, omnibus reſponſurum, omnibus cum charitate, pacientia, & manſuetudine prouiſurum, nõ debet eſſe acceptator perſonarum, ita quod non minus curet de ſimplicibus, & idiotis, quam de ſcientibus, & ſapientibus, cui ſi donum ſcientiæ eſt conceſſum, tamen plus in moribus pietatis, & ſimplicitatis, pacientiæ, & humilitatis imaginem ferat, foueatque virtutes in ſe, & in alijs; atque in practicando eas continue ſe exerceat; ad hæc alios plus exemplo, quod ſermonibus incitando, ſit execrator pecuniæ, quæ noſtræ profeſsionis, & perfectionis eſt præcipua corruptela, & tãquam caput, & exemplar imitandum ob omnibus; nullis in quam loculis abutatur: ſufficiant autem ſibi pro ſe habitus, & libellus; pro alijs vero pennarolus cum calamo, & pugillari, & ſigillum: non ſit aggregatio librorum, nec lectioni multum intentus; ne forte detrahat officio, quod perrogat ſtudio: Conſoletur pie afflictos; cũ ſit vltimum remedium tribulatis, ne ſi apud eum defuerint remedia ſanitatis; deſperationis morbus præualeat in infirmis; vt proteruos flectat ad manſuetudinem; ſeipſum proſternat; & aliquid ſui iuris relaxet, vt animam lucrifaciat. Ad refugos ordinis velut ad oues,

Deſcriptio boni generalis fratrũ minorum.

quæ periunt viſcera pietatis expandat; & nunquam miſericordiam neget illis, ſciens tentationes illas peruałidas; quę ad tantum poſſunt impellere animam; quas ſi ipſum permitteret dominus experiri; forte in maius præcipitium laberetur: vellem ipſum tanquam Chriſti vicarium ab omnibus cum deuotione, & reuerentia honorari; atque ſibi ab omnibus, & in omnibus cum omni beneuolētia iuxta eius neceſsitatem, & ſtatus noſtri condecentiam prouideri, verumtamen oportet eum non arridere honoribus, neque fauoribus pluſquam iniurijs delectari; ita quod propter honores non mutentur eius mores; niſi in melius. Si quando vero propenſiori, & meliori cibo indigeret, non in abſconſo; ſed in publico loco aſſumat, vt alijs tollatur verecundia prouidendi ſibi in infirmitatibus, & debilitatibus ſuis: ad eum maxime pertinet latentes conſcientias diſtinguere, & ex occultis venis eruere veritatem. Omnes accuſationes in principio habeat ſuſpectas; donec veritas ex diligenti examinatione incipiat apparere: aures etiam nō prębeat multiloquis, & multiloquos in accuſationibus ſpecialiter habeat ſuſpectos; nec faciliter credat eis: Talis denique debet eſſe, q̄ propter cupiditatem retinendi honorem; virilem formam iuſtitię, & ęquitatis, nullatenus inficiat, vel relaxet, ita tamen quod ex nimio rigore nullius anima occidatur, & ex ſuperflua manſuetudine non naſcatur torpor, atque ex laxa indulgentia non proueniat diſſolutio diſciplinę, ſicque ab omni timeatur, & ab ipſis timentibus diligatur. Officium autem prælationis ſemper putet, & ſentiat ſibi fore potius oneri, quam honori. Vellem itaque eum habere ſocios præditos honeſtate, rigidos aduerſus voluptates, fortes in anguſtijs, & cōpaſsiuos delinquentibus, habentes ęqualem affectionē ad omnes, nihil de labore ſuo recipientes; niſi puram corporis neceſsitatem; & nihil appetentes niſi laudem Dei, ordinis profectum animę proprię meritum, & fratrum omnium perfectam ſalutem, omnibus conuenienter affabiles; & omnes conuenientes ad eos cum ſancta iocunditate recipientes; atque formam, & exemplum obſeruantię euangelij iuxta profeſſionem regulę in ſemetipſis pure, & ſimpliciter omnibus oſtendentes. Ecce inquit talis debet eſſe generalis miniſter, & tales ſocios deberet habere. Et in regula noua capitulo 8. Vniuerſi fratres vnum de fratribus illius religionis teneantur habere generalem miniſtrum, & ſeruum totius fraternitatis; cui teneantur firmiter obedire.

Socij generalis, & miniſtrorum quales debēt eſſe.

De eis, qui ſunt filij Dei ſponſi fratres, & matres Chriſti. Capitulum 33

OMnes, qui opera Dei (inquit Franciſcus in Epiſtola ad oēs fideles) fecerint, & perſeuerauerint uſque in finem, requieſcet ſpiritus domini, & faciet in eis habitaculum, & manſionem, & erunt filij patris cęleſtis, cuius opera faciunt; & ſunt ſponſi, & fratres, & matres domini noſtri Ieſu Chriſti, ſponſi ſumus, quando per ſpiritum ſanctum coniungitur fidelis anima. d. noſtro Ieſu Chriſto. Fratres ſumus, quando facimus voluntatem patris eius. Matres eius ſumus, quando portamus eum in corde, & corpore noſtro per amorem, & puram, & ſinceram conſcientiam. Parturimus autem eum per ſanctam operationem; quę lucere debet alijs in exemplum. O quam glorioſum magnum, & ſanctum eſt habere in cœlis patrem. O quàm pulchrum, & admirabile habere in cœlis ſponſum. O quam ſanctum, & dilectum beneplacitum, & humile, pacificum, & dulce, amabile, & ſuper omnia deſiderabile habere talem fratrem; qui poſuit animam ſuā pro ouibus ſuis, & orauit pro nobis ad patrē di. Pater, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi in mundo; tui ſunt, rogo pro eis; benedic, & ſanctifica eos. Et volo vt vbi ego ſum; & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam in regno tuo.

De fuga nominis magiſterij. Cap. 34.

DIcebat humilis imitator Chriſti Franciſcus in legenda antiqua c. de perfectione humilitatis ſciens nomen magiſterij ſoli ipſi Chriſto conuenire, per quem omnia facta ſunt opera, quod libenter vellet ſcire facere omnia, ſed nollet eſſe magiſter, nec magiſtri nomine inſigniri, ne ex tali nomine contra verbum Chriſti in euangelio prohibentis, facere videretur, quia melius eſt eſſe humilem cum paupercula ſua ſcientia, quam ſi eſſet poſsibile ſcire facere omnia mirabilia, & magnalia, & prǽſumere contra glorioſi magiſtri humilia documenta, nam nomen magiſterij nemini conuenit, niſi d. Ieſu Chriſto, cuius perfecta ſunt opera: & mandauit vt nullus ſuper terrā magiſter vocaretur; nec vocari præſumeret; quia vnus ſolus, & verus abſque defectu in cœlis eſt magiſter benedictus Chriſtus; qui eſt Deus, & homo, & vita, conditor mundi, laudabilis, & glorioſus in ſęcula. Amen.

Chriſti ſolius perfecta ſunt opera, & ipſe ſolus magiſter.

De non dimittendo ſatisfacere, ſi homo poteſt ante mortem propter parentes, & amicos. Cap. 35.

OMnes illi, qui non ſunt in pœnitentia, & non recipiunt corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti; ſed operantur vitia, & peccata, & ambulant poſt malam concupiſcentiam, & mala deſideria, & non obſeruant quę promiſerunt, & ſeruiunt corporaliter mūdo, & carnalibus deſiderijs, & curis, & ſolicitudinibus huius ſeculi, mente autem ſeruiunt diabolo, decepti ab eo, cuius filij ſunt, cęci ſunt; quia lumen verum d. Ieſum Chriſtū non vident. Hi ſapientiam ſpiritualem non habēt, quia non habent filium Dei in ſe, qui eſt ſapientia

F. in Epiſtola ad omnes fideles.

pientia

pientia patris, vident, agnoſcunt, ſciunt, & faciunt mala; & ſcienter perdunt animas ſuas, videte cęci decepti ab inimicis veſtris, a carne, à mundo, à diabolo. Corpori dulce eſt facere peccatum, & amarum Deo ſeruire, quia omnia mala vitia, & peccata de corde hominis exeunt, & procedunt, ſicut dicitur in Euangelio. Et nihil boni habebitis in hoc ſeculo; neque in futuro, putatis diu poſsidere vanitates huius ſeculi, ſed decepti eſtis, quia veniet dies, & hora, quam neſcitis, & non cogitatis. Infirmatur corpus, mors appropinquat; veniunt propinqui, & amici dicentes. Diſpone tua. Ecce vxor, & filij eius propinqui, & amici fingunt ſe flere. Et reſpiciens videt eos flentes, & mouetur malo motu; & cogitando intra ſe dicit eis. Ecce animam, & corpus meũ, & omnia mea pono in manibus veſtris. Vere iſte eſt homo maledictus; qui confidit, & ponit animam ſuam, & corpus, & omnia ſua in talibus manibus: vnde dicit dominus per prophetam. Maledictus homo, qui confidit in homine. Et ſtatim faciunt venire ſacerdotem. Et dicit ei ſacerdos. Vis recipere pœnitentiã de omnibus peccatis tuis? Reſpondet. Volo. Vis ſatisfacere de male ablatis, idelt de his; in quibus fraudaſti proximum? Reſpondet. Nõ; quia omnia diſpoſui in manibus propinquorum, & amicorum meorum. Et incipit perdere loquelam; & ſic moritur ille amara morte. Sed ſciant omnes, quod vbicunque, & qualitercunque homo moriatur in crimine, in peccato ſine ſatisfatione, & poteſt ſatisfacere; diabolus accipit animam ſuam de corpore cum tanta anguſtia, & tribulatione, quantam nullus ſcire poteſt, niſi qui recipit. Et omnia talenta, poteſtas, ſcientia, & ſapientia; quæ ipſe putabat habere aufeteruntur ab eo; & propinqui, & amici tollunt ſubſtantiam eius, & diuidunt. Et poſtea dicunt. Maledicta ſit anima eius, quia plura potuit dare, & acquirere, quã dederit, & acquiſierit; vermes vero comedũt corpus, & ſic perdit animam, & corpus in hoc breui ſeculo; & vadit in infernum, ubi cruciabitur ſine fine.

Nota.

Quomodo homo cognoſcitur quod ſit ſeruus Dei, & quibus. Capitulo 36.

F. in leg. antiqua cap. de pfectione humilitatis.

DIcebat B. Fran. fratribus. Rogaui dominum, vt mihi dignaretur oſtendere quã do ſum ſeruus Dei, & quando non: Nam nihil aliud vellem niſi exiſtere ſeruus Dei. Ipſe autem dominus benigniſsimus ſua dignatione reſpondit mihi. Seruum meum veraciter te eſſe cognoſce, cum ſancta cogitas, loqueris, & operaris. Ideo vobis prędicta inſinuaui, ut coram uobis poſsim uerecundari, quando uidebitis me deficere in his omnibus, vel aliquo prædictorum. Et in legenda antiqua. Capitulo de perfectione paupertatis. Execrabatur B. Fran. veſtitos triplicibus, & qui præter neceſsitatem mollibus veſtibus utebantur in ordine, neceſsitatem vero, quam non ratio, ſed uoluptas oſtentat ſignum extincti ſpiritus aſſerebat. Spiritu enim tepido, & paulatim à gratia frigeſcente, neceſſe eſt carnem, & ſanguinem, quæ ſua ſunt quærere: & dicebat. Quid enim reſtat quando anima caret ſpiritualibus delitijs, niſi ut caro conuertatur ad ſuas? Et tunc animalis appetitus neceſsitatis articulũ paliat, tunc ſenſus carnis conſcientiam format, ſi adeſt fratri meo vera neceſsitas, & ſtatim ſatisfacere properat, quid mercedis accipiet? Accidit ei occaſio meriti; ſed duplicuiſſe ſibi ſtudioſe probauit, ipſas namque indigentias non patienter ferre, nihil aliud eſt niſi egyptum repetere.

Quæ ſit neceſsitas voluptatis, nõ rationis.

Quod ſeruus Dei non debet timere, Deum non prouidere ſibi in oportunitatibus. Cap. 37.

F. in reſponſione facta D. Papæ Innoc. 3. & habetur in leg. maiori par. 3.

NOn eſt timendum, quod fame pereant æterni regis filij, & hæredes, qui ad imaginem regis Chriſti, ſpiritus ſancti virtutem de paupere matre nati, & ipſi per ſpiritũ paupertatis ſunt in religione paupercula generandi. Si enim Rex cœlorum imitatoribus ſuis regnum promittit æternum, quanto magis illa ſubminiſtrabit; quæ communiter largitur bonis, & malis? Item in legenda antiqua. Capitulo de perfectione ſanctæ humilitatis B. Frã. ad Chriſtum dicebat. De quo viuent fratres mei, qui in ſiluis habitabunt? Dixit Chriſtus. Ego paſcã eos, ſicut paui filios Iſrael de manna in deſerto.

De connexione virtutum adinuicem, & de eorum effectu in expulſione vitiorum. Capitulo 38.

F. in admonitionib.

VBi charitas, & ſapientia vera; ibi nec timor, nec ignorantia.

Vbi paupertas cum lætitia; ibi nec cupiditas nec auaritia.

Vbi eſt quies, & meditatio; ibi nec ſolicitudo, nec vagatio.

Vbi eſt timor domini ad cuſtodiendum atriũ ſuum; inimicus non poteſt habere locum ad ingrediendum.

Vbi eſt diſcretio, & miſericordia; ibi neque ſuperfluitas, neque deceptio. Nullus homo eſt penitus in toto mundo, qui poſſit habere vnã ex virtutibus, niſi prius moriatur: qui vnã habet, omnes habet, & alias non offendit: qui vnam offendit, nullam habet, & omnes offendit. unaquæque autem confundit vitia, & peccata.

Sancta ſapientia confundit Sathan, & omnes eius malitias.

Sancta pura ſimplicitas confundit omnem ſapientiam huius mundi, & ſapientiam carnis.

Sancta paupertas confundit ſuperbiam, & omnes honores huius mundi, & omnia quæ ſunt in mundo.

Sancta charitas confundit omnes diabolicas, & carnales tentationes, & carnales timores. Sancta obedientia confundit omnes carnales, & proprias voluntates, & carnales amores, & habet mortificare corpus ad obedientiam ſpiritus; & ad obedientiam fratris ſui: & facit hominem ſubditum, & ſuppoſitum omnibus hominibus huius mundi, & non tantum hominibus; ſed etiam omnibus beſtijs, & feris: vt poſsint facere de eo quicquid voluerint, quantum eis datum fuerit deſuper à domino.

De non dimittendo locum ſanctæ Mariæ de Angelis vnquam, & qualiter in eo eſt conuerſandum. Cap. 39.

In leg. antiqua. ca. 5. de zelo ad religioné.

Videte filij, ne vnquam hunc locum ſanctæ Marię de Angelis relinquatis, ſi ab vna parte fortè foras expellemini, per aliam reintrate; nam locus iſte ſanctus eſt, & habitatio Chriſti, & virginis Mariæ matris eius. Hîc cum pauci eſſemus; augumentauit nos dominus altiſsimus: hic luce ſapientiæ ſuæ illuminauit animas pauperum ſuorum: hic igne ſui amoris noſtras voluntates accendit: hic qui orauerit corde deuoto, quod petierit obtinebit: offendés grauius punietur; propter quod ò filij, habete hunc locum omni reuerentia, & honore digniſsimum, tanquam vere Dei habitaculum ab ipſo, & eius matre ſingulariter prędilectum, atquę ibidem toto corde veſtro in voce exultationis, & confesſionis confitemini Deo patri, & eius filio domino Ieſu Chriſto in ſpiritus ſancti vnitate. Item in legenda antiqua. cap. 4. Volo ꝙ iſte locus ſit ſemper immediatè ſub poteſtate generalis miniſtri, & ſerui, & inde maiorem ſolicitudinem, & curam habeat prouidendi ibidem de bona, & ſancta familia. Clerici eligantur de melioribus, & ſanctioribus, & magis honeſtis fratribus, & qui ſciant melius dicere officiũ, qui ſint in tota religione, vt non ſolum ſeculares, ſed etiam alij fratres libenter, & cum magna deuotione videant, & audiant eos. De fratribus etiam laicis ſanctis hominibus, diſcretis, humilibus, & honeſtis eligantur, qui ſeruiant illis: volo etiam, ꝙ nulla perſona, & nullus frater intret in illum locum, niſi generalis miniſter, & fratres qui ſeruiunt illis, & ipſi non loquantur cum aliqua perſona, niſi cum fratribus, qui ſeruiunt illis, & cum miniſtro quando viſitaret eos: volo ſimiliter ꝙ fratres laici, qui ſeruiunt eis, teneantur nunquã dicere eis verba otioſa, vel noua huius ſeculi, vel quæcunque alia, quæ non eſſent vtilia animabus eorum. Et propterea ſpecialiter volo, ꝙ nullus intret in illum locum, vt ipſi melius conſeruent puritatem, & ſanctitatem ſuam, & ꝙ in illo loco nihil penitus fiat, vel dicatur inutiliter; ſed ipſe locus teneatur purus, & ſanctus in hymnis, & laudibus domini. Et cũ

De perfectione humilitatis.

aliquis iſtorum fratrum migrauerit ad dominum, volo ꝙ loco ipſius mittatur illuc alius ſanctus frater à generali miniſtro: Nam ſi alij fratres aliquando declinauerint à puritate, & honeſtate; volo ꝙ iſte locus benedictus ſit, & permaneat ſemper ſpeculum, & bonum exẽplum totius religionis; & quoddam candelabrum ante thronum Dei, & beatam virginẽ ſemper ardens, & lucens; per quod dominus propitietur defectibus, & culpis omnium fratrum; atque conſeruet ſemper, & protegat hanc religionem, & plantulam ſuam.

De quibuſdam notabilibus dictis B.F. in diuerſis locis à ſupradictis. Cap. 40.

Omnes theologos (inquit Franciſcus in teſtamento ſuo) & qui miniſtrant nobis ſanctiſsima verba diuina, debemus honorare, ſicut qui miniſtrant nobis ſpiritum, & vitam. Et in legenda maiori. parte. 5. Interrogatus B.F. quomodo veſtitu tam tenui poſſet ſe ab hyemalis algoris aſperitate tueri: reſpõdit. Si ſupernæ patriæ flamma per deſiderium contingeremur interius; frigus illud externus facile portaremus. Franciſcus in reſponſione data medico conſulenti, vt abſtineret à lachrimis, ne perderet oculos corporales. In legenda maiori. parte. 5. Non eſt (inquit B. Fr.) frater medice ob amorem luminis, quod habemus commune cum muſcis, viſio lucis æternę repellenda, vel modicum; quia non ſpiritus propter carnem; ſed caro propter ſpiritum beneficium lucis accepit. Malo ſiquidem corporalis viſus lumen amittere, quàm lachrimas, quibus oculus mundatur interior, vt Deũ videre valeat, repreſſa deuotione ſpiritus impedire. Et in legenda maiori. parte. 6. Melius iudico eum, qui ponitur in exemplum fugere curias, & humiliter inter humiles in locis cõuerſari humilibus, vt ſuſtinens penuriam fortis efficiatur ſimilia ſuſtinendo. Item in legenda maiori. parte. 8. Dum pauperem vides, ſpeculum tibi prępoñitur domini, & pauperis matris eius. In infirmis ſimiliter, infirmitates quas aſſumpſit, conſidera. Et in legenda antiqua. cap. de perfectione paupertatis Tantum homo habet de ſcientia, quantum operatur, & tantum eſt religioſus bonus orator, quantum ipſe operatur: Nam arbor tantum ex fructu cognoſcitur. Ibidem. Dicebat B.F. Non fui latro de eleemoſynis acquirendo eas, vel eis vtendo vltra neceſsitatem: ſemper minus accepi, quàm me contingeret, ne alij pauperes defraudarentur portione ſua; quia contrarium facere furtum eſt. Item. Feſtiuitates domini, & aliorum ſanctorum magis honorãtur cum inopia, & paupertate, per quam ipſi ingreſsi ſunt cœlum, quàm cum curioſitate, & ſuperfluitate, per quam anima elongatur à cœlo. Item. Curialitas eſt vna de proprietatibus

Theologi ſunt honorandi.

Quõ vtenda ſit eleemoſyna.

tibus domini, qui ſolem ſuum, & pluuiam ſuã, & omnia ſuper iuſtos, & iniuſtos curialiter adminiſtrar; eſt enim curialiras ſoror charitatis extintrix odij, et ſeruatrix amoris. Et in legenda fratris Thomæ. in cap. de paupertate. Non licet alienũm auferre, et pauperibusę erogare, peccari pęna, non meriti gloria eſt aliena donare. Er ibidem. cap. de orarione. Pudeat nos in vagationes nugatorias arripi, cũ tempore orarionis magnum regem alloquimur. Ireiu in legenda antiqua. cap de oratione. Aſſerebat B. F. ſcienria ſui ad ſcientiam Dei facile peruenturum eum, qui ſcripturæ intendens humilis non præſumptuoſus inquireret. Er in legenda fratris Thomæ. Seruus Dei pro aliquo vt aſſolet conturbatus; ilico ad orarionem debet ſurgere, et tam diu coram ſummo parre perſiſtere, donec reddat ei ſui ſalutaris lætitiam. Si enim in mæſtitia fecerit moram, adoleſcet Babilonicum illud, quod tandem niſi per lachrimas expurgetur maximam in corde generabit rubiginem. Nõ ſunt reuelanda quæ Deus facit iu nobis. Item Famæ pretium dicebat. B. Fr. conſcientiæ ſecretum minuere, longeq; damnoſius aburi, quàm carere virtutibus. Dicebat etiam non minorem eſſe virtutem, quàm quærere parta tueri.

Multa alia dicta à B. F. habentur; ſed præfara ſufficiant ad oſtendendum quomodo ipſe ſua doctrina generaliter fratres, & alios informauerit, cuius informariones ſummo debét ſtudio diſci, amplecti corde, & memoriæ commendari, vtpore dicta à viro ſanctitate eximio, qui prius præfara effecir opere, quã loquela prodiderit. Nec iam dicta habuit ſtudendo, ſeu imitando ſcolas grammaticornm, dialeticorum, philoſophorum, vel ſapiẽrum mundanorum, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti ad pedes crucifixi meditatione aſſidua diuinitus acquiſita.

Hanc doctrinam (vt ſuperiora demonſtrant) non abhorruit fœlix Bernardus de Quintaualle, qui omnia eius verbo pauperibus tribuit.

Non Egidius Aſsiſinas.
Non miles Angelus.
Non ſimplex Silueſter.
Non inſignis Ruffinus, ac alij; qui mnndo abrenuncianres poſt Franciſcum totis viribus inceſſere.
Non cęlica virgo Clara, cuius verbis ſponſo cœleſti nupſit, ac prædicatione Ieſum fari dũ audit ab eo, deinceps nihil oneris ad ferendũ fuit ei domini iugum.

Iſtam doctrinam pauperis patris. F. laudabilem reddiderunt Imperatores, & reges, duces, comites, barones, & nobiles, qui poſt Frãciſcum iere, eidem ſe moribus habitu conformando, & vita.

Hanc vitam Chriſtus reddidit celebrem miraculorum fulgoribus, ſanctis virtutibus, ac inſpirationibus multimodis cordibus fidelium ad proſequendum. F. implantatis.

Hæc ſalubris eſt doctrina ab errore repulſa, ſacris eloquijs confirmara, & oraculis inſpirata diuinis.

Hanc reneamus diligenter, proſequamur iuſte, vt tandem eius ſuffraganribus meritis ad veram doctrinam, & lucem Chriſtum perueniamus. Sic ergo prælibatis apparet declarata. 2. pars iſtius. 12. conformitatis, videlicet, Franciſcus reſerator. Ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui S. F. ſibi placuit conformare tam in iſta. 12. qnàm in præcedentibus alijs cõformitaribus. Et quia huiuſmodi opus adminiſtratione diuina, vltra quam credidi ſtilo prolixo eſt diſertum: ne prolixitas operis præſertim ſi totum reſiduum ſub vna parte, libro, & volumine poneretur, tædium generer perlegenri: huic primę parti, & libro imponendo finem, ad ſecundum librum procedo.

Explicit primus liber primorum. 12. fructuum, & conformitatum vitæ Beati Franciſci ad vitam domini noſtri Ieſu Chriſti.

✠



INCIPIT LIBER SECVNDVS de 12. alijs fructibus, & conformitatibus vitę. B. F. ad vitam domini noſtri Ieſu Chriſti, quorum primus, & in ordine tertiusdecimus eſt.

1	*Ieſus ſignis mirificus*	*Franciſcus diuulgatur.*
2	*Ieſus paſtor ſolicitus*	*Franciſcus animatur.*
3	*Ieſus ſtella clariſſima*	*Franciſcus ſubleuatur.*
4	*Ieſus inops, & modicus*	*Franciſcus fœderatur.*
5	*Ieſus ſubmiſſus omnibus*	*Franciſcus minoratur.*
6	*Ieſus propheta lucidus*	*Franciſcus radiatur.*
7	*Ieſus vacans laboribus*	*Franciſcus imitatur.*
8	*Ieſus dans pacē fluctibus*	*Franciſcus ſolidatur.*
9	*Ieſu Dæmon expellitur*	*Franciſcus effugator.*
10	*Ieſus aqua commeritur*	*Franciſcus commutator.*
11	*Ieſus orans inſpicitur*	*Franciſcus exorator.*
12	*Ieſu turba reficitur*	*Franciſcus Miniſtrator.*
13	*Ieſus vita ſpectabilis*	*Franciſcus operator.*
14	*Ieſus candor ſignabilis*	*Franciſcus indagator.*
15	*Ieſus Rex venerabilis*	*Franciſcus excitator.*
16	*Ieſus Dux formidabilis*	*Franciſcus deteſtator.*

PRIMVS FRVCTVS, ET CONformitas huius ſecundi libri, & in ordine tertiusdecimus eſt; Ieſus ſignis mirificus. Franciſcus diuulgatur. Expoſitio primæ partis. ſ. Ieſus ſignis mirificus.

POSTQVAM libro præcedēti de 12. conformitatibus B. Fr. ad dominum Ieſum Chriſtum digeſtum eſt, in quibus apparuit, & pręuiſio ipſius. B. Fr. à prophetis, & alijs, ac demonſtratio eiuſdem facta populis, & per ſe, atque fratres vita, & doctrina; reſtat conſequenter de 16. alijs conformitatibus in hoc ſecundo libro tractare; in quibus nitet qualibus virtutibus pręfulſit ipſe Chriſtus, & conformiter ſua gratia ipſe B. pater F. ac non ſolum virtutibus interioribus claruit, ſed etiā exterioribus ſignis; prout prima conformitas, & fructus huius ſecundi libri referat, quæ eſt in ordine 13. conformitas, di. Ieſus ſignis mirificus, Franciſcus diuulgatur: & more expoſitionis pręcedentium conformitatum, primo exponam primam partem. ſ. Ieſus ſignis mirificus, demum ſecundam partem. ſ. Franciſcus diuulgatur. Et pro euidētia primę partis. ſ. ſuæ expoſitionis eſt aduertendum; quod prout patet experientia, & dicto Saluatoris claret: homines potius vitam attendere deberent, quàm ſigna; & virtutes, quam miracula. Sola miracula ſine vita ſancta, & perfecta vir- Matth. 7.
tutibus, & alijs nihil valent ad beatitudinem Sine ſancta
conſequendam, dñte Chriſto. Matth. 7. Multi vita nil va-
dicent mihi in illa die: domine nōne in nomi lēt ſola Mi
ne tuo prophetauimus, & ſigna multa feci- racula ad
mus? Et ego reſpondebo eis, neſcio vos, & Lu. conſequen
10 dixit Ieſus Apoſtolis gaudentibus de hoc: dam beati-
In hoc nolite gaudere; quia ſpiritus vobis tudinem. Lucæ 10.
ſubijciuntur; ſed potius gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis. Dabunt etiam tempore Antichriſti pſeudo prophetæ ſigna magna, & prodigia Matth. 24. & tamen erūt Matth. 24.
de numero damnatorum, & ideo. B. Grego. 20. moralium exponens verbum præfatum, Mat. 7. domine nōne in nomine tuo prophetauimus &c. inquit. Qua ſententia quid datur intelligi, niſi in hominibus charitatis humilitas, non vt debeant virtutum ſigna venerari, probatio quippe, non eſt ſigna facere; ſed vnūquemque vt ſeipſum diligere, de Deo vera cognoſcere, de proximo vero meliora, quàm de ſe ipſo ſentire. Veros n. Dei famulos non miracula, ſed ſola charitas probat. Quibus Bea. Gregorij, ac Saluatoris verbis apparet, quod ſigna facere parum ſine alijs valet; & conſequēter potius ad vitam ſanctam eſſet reſpiciendum, quàm ad ſigna. Sed quia homines oppoſitum faciunt, vtpote ſenſuales potius, quā intellectuales, ideo dominus tam in veteri teſtamento, quàm in nouo voluit, & permiſit miracula fieri; & ſaluatorem etiam noſtram miracula egiſſe, & ſancta Euangelia atteſtantur. Et prima pars huius. 13. conformitatis declarat di. Ieſus ſignis mirificus. Et pro horum euidentia ſunt aliqua inquirenda, & videnda.

Primum eſt, an Chriſtum decuerit facere miracula.

Secundum eſt. quæ differentia ponitur inter operationem Chriſti miraculorum, & aliorū.

Tertium, Si vera fuere, vt nullo modo poſſent de falſitate inficiari.

Quartum, Si miraculis deitas eius poteſt cōprobari; Quibus quatuor viſis, & præmiſſis, de ipſis miraculis erit ſucceſſiuè videndum quę fuere.

Ad primum dubium, quo quæritur an.ſ. Chriſtus miracula facere debuerit. Reſpondetur, ꝙ ſic. patet; quia de facto fecit, quare, & decuit. Sed aliter oſtendendo iſtam decentiam dicitur, ꝙ fuit congruum Chriſtum talia exercere.

Primo ad oſtendendum ſuæ perſonæ dignitatem, & excellentiam: Nam cum in veteri teſtamento plures ſigna fecerint; immo verius loquendo Deus per ipſos; vbi Chriſtus ſigna, & miracula non feciſſet, inferior eis dictus fuiſſet. Quare vt ſe non oſtenderet eis inferiorem, immo excellentiorem, & maiorem, miracula decuit exhibere.

Secundo ad ſuæ vitæ autenticam demonſtrationem; Licet enim vt dictum eſt per Gregorium, miracula ſanctum non faciant; cũ alijs tamen factum indicant, & oſtendunt: quare ad ſuæ vitæ autenticam demonſtrationem, ſicut in alijs extitit ſanctus; ſic & in Chriſto fieri decuit.

Tertio ad ſuæ doctrinæ veridicam proteſtationem: In cuius ſignum dicebat ipſe ſaluator. Io. 10. Si mihi non vultis credere operibus credite.

Ioan. 10.

Quarto vt patris, & ſui omnimoda declararet æqualitarem, & ipſius in patre manſionẽ. Io. 5. di. pater in me manens ipſe facit opera, & pater meus vſque modo operatur, & ego operor.

Ioan. 5.

Quinto ad mundi conuerſionem, cum enim mundus in eum credere deberet, ſigna fieri decebat: Ratio, quia iudæi ſigna quærunt, ſic etiam gentiles. Hinc eſt ꝙ dominus ad prædicandum Apoſtolos dirigens, & diſcipulos miracula faciendi tribuit poteſtatem. Matth. 10. Luc 9. & Mar. vlt. & Io. 2. dicitur ꝙ multi crediderunt in nomine eius videntes ſigna, quæ faciebat.

Matth. 10. Lucæ 9. Mar. vlt. Ioan. 2. Matth. 11.

Sexto ad fidei confirmationem, & credulitatem. Matth. 11. dicite Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis, & glo. ſuper illud Pſal. Confitebor tibi domine in toto corde meo &c. di. miracula per Chriſtum facta ad fidei valent credulitatem, & confirmationem.

Septimo ad ſuæ deitatis dilucidationem, de quo ſtatim dicetur. Multæ aliæ congruentiæ poſſunt adduci, ſed præfatæ ſufficiant; quibus patet, ꝙ decens fuit dominum Ieſum Chriſtũ miracula operari, & ſic patet breuiter ad primum, quod erat videndum.

Ad ſecũdum de differentia miraculorũ Chriſti ad alios eſt ſciendum, ꝙ huius quæſiti declaratio à primo dependet, tamen poteſt dici, ꝙ differentia præcipua eſt: quia Chriſtus agebat virtute propria.ſ. diuina. Alij vero agunt non virtute propria, ſed alterius.ſ. Dei. Deo ſoli propriè competit facere miracula; creaturæ vero impropriè, accipiendo miracula non propriè, ſed pro miro, vel mirabili. Chriſtus vt Deus virtute propria agit miracula; vt etiam homo verus miracula facit; quia Dei potentia per communicationem eſſentialem, & formalem eſſe diuini eſt communicata ſibi; quod nulli alteri eſt à Deo factum. Sic ergo, quia miracula alij, ſiue aliæ creaturæ non faciunt propriè accipiendo miraculũ, vt dicit Augu. de vtilitate credendi. Miraculum eſt opus arduum, & inſolitum ſupra ſpẽ, & facultatem admirantis, ſed ſolus Deus &c. patet ergo breuiter ad ſecũdum hoc quæſitũ.

Diffinitio quid ſit miraculum, & ſanctos facere miracula qd ſit.

Et ſi dicatur ſancti dicuntur facere miracula. Reſpondetur, ꝙ pro tanto dicuntur facere miracula; quia Deus eorum precibus ad faciendum miracula mouetur.

Et ſi dicatur in ſcriptura diuina inuenitur, ꝙ non ſolum boni, ſed & mali ſigna, & miracula faciunt: Reſpondetur, ꝙ nomine miraculi dicitur mirabile, nec ſimpliciter; Sed quia vel diuina actione ſit precibus; vel ſubtilitate ingenij actiua paſsiuis coniungendo; efficiunt in breui ꝙ natura in magno exercuiſſet tempore, & ſic magi fecerunt. Exo. 7. draconem, & ranas virtute demonum.

Exo. 7.

Et ſi dicatur de miraculis Antichriſti. Reſpõdet Apoſtolus. 2. Theſ. 2 quòd mendatia erũt.

Ad tertium patet iam reſponſio, quòd Chriſti miracula fuerunt veriſsima, vtpote ab eo, qui ſolus poteſt facere: Cui natura omnis in ſumma eſt obedientia, & ſubiectione; non apparenter ſolum, ſed realiter, & exiſtenter; nõ ad gloriam capiendam humanam; ſed potius diuinam. Io. 8. Ego gloriam meam non quæro, ſed eius, qui miſit me. Ad finem debitum, quia vt credatur verus Deus, ipſo dicente. Io. 10. Si mihi nõ vultis credere, operibus credite. Ac potius ad finem ſpiritualem, quã corporalem: Nam miracula.d. ſaluatoris, & in veritate debent credi facta, & per miſterium aliud ſignificare, vt di. bea. Gregorius, ac neminem curauit corporaliter, quẽ non curauerit totaliter, & internaliter, vt ait. B. Ieronymus: nam totum hominem ſaluum faciebat. Ioan 7.

Ioan. 8. Ioan. 10. Ioan. 7.

Et quia præfatorum dubiorum intelligentia ex declaratione quarti dependet, nũc ad quartum dubium reſpondetur, ꝙ Chriſti miraculis cum alijs concurrentibus Deitas ipſius eſt declarata, & ſic eſſe declaratur ſi attendatur.

Primo modus.ſ. miracula faciendi, quia non ſupplicatiuè more aliorum; ſed imperatiuè reſuſcitando iuuenem in porta ciuitatis Naim. Lu. 7. dicit. Adoleſcens tibi dico, ſurge. Sic etiam in ſuſcitatione puellę.

Lucæ 7.

Et ſi dicatur in ſuſcitatione Lazari gratias egit Deo patri. Reſpondetur ꝙ aliud eſt gratias referre; & aliud ſuffragium impetrare. Primum non præſupponit ſecundum; ſed ecõ uerſo. Item quare Chriſtus gratias egerit habetur ibidem. Io. 11. di. Ego enim ſciebam, ꝙ

Ioan. 11.

ſemper

ſemper me audis; ſed propter populum cir-
cunſtantem dixi, vt credant; quia tu me miſi-
ſti. Sic etiam quando ſatiauit tot milia hom-
nium, non petijt ſuffragium, ſed dat Deo pa-
tri gratias.

Et ſi dicatur Chriſtus orauit: conceditur, nō
ad petendum ſuffragium, ſed ad dandum exē
plum, vt dicit Beda. Secundo potentia, & vir-
tus. teſte enim Ariſt. in lib. de ſecretis ſecreto
rum ad Alexan. parte. 3. c. 1. recitando verba
Hermogenis patris philoſophorum di. Ope-
rator miraculorum vnus, & ſolus eſt Deus: a
quo deſcendit omnis operatio mirabilis. Id
ipſum tenent doctores ſacri. Aug. de vtilitate
credendi deſcribendo quid eſt miraculum, &
3. de trini. Anſel. de conceptu virginali. virtus
ergo diuina, & ſola facit miracula. Quod ve-
ro ſola virtute diuina Chriſtus miracula ege-
rit: patet ex pluribus.

Lucæ 6. Primo, quia vt dicitur. Lu 6. virtus de illo exi
bat & ſanabat omnes. Cirillus non virtutem
alienam accipiebat, ſed propria vtebatur. Et
Math. 8. ſuper illud. Mat. 8. Spiritus eijciebat verbo; &
omnes male habentes curauit verbo breui, vt
dicit Chriſ. alias Euangeliſta pelagus ineffa-
bile miraculorū à Chriſto factorum expreſſit.
Secundo quia patrocinium (vt dictum eſt) nō
Lucæ 6. depoſcebat; ſed verbo, vel tactu curabat. Lu. 6.
Quotquot autem eum tangebāt, ſalui fiebāt.
Tertio quia non vnum, vel duo miracula fa-
cit; ſed innumera vt patebit.

Quarto quia ſui nominis inuocatione alij fa-
Lucæ 9. & 10. ciebant miracula, ſicut patet. Luc. 9. & 10. &
Matth. 10. Sic igitur quatuor his patet, quod di-
uina virtute miracula peregit; & ſic virtute, &
potentia omnipotenti ſua.

Tertio apparet ſi penſetur ſpecies miraculo-
rum; quia non vnius ſpeciei, ſed diuerſarum,
quę opera eſſe non poſſunt, niſi à ſolo Deo, ſi-
cut eſt incarnatio, & carnis aſſumptio, ortus
ex virgine, ſacramentum Euchariſtiæ, reſurre
Ioan. 15. ctio, & ſic de alijs. Et ideo dicebat. Io. 15. Si
opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, ex-
cuſationem haberent de peccato ſuo &c.

Quarto ſi attendantur prophetata, nam cum
per prophetas Deitas Chriſti, & eius humani
Iſa. 11. tas fuerit declarata, vt patet per Iſa. c. 11. puer
natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & ſe
quitur. vocabitur nomen eius admirabilis cō
Ierem. 23. ſiliarius, Deus fortis &c. per Iere. c. 23. Ecce
dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Da-
uid germen iuſtum: Ecce humanitas, & ſequi
tur: Et vocabunt eum dominus iuſtus noſter,
in hębreo habetur nomen Dei tetragramma
Miche. 5. ton. Per Micheam. c. 5. Tu Bethleem &c. Per
Agei. 2. Aggeum. c. 2. Ego mouebo cœlum & terram
Dauid. &c. per Dauid. Dixit dominus. do. meo &c.
Et Pſal. Deus iudicium tuum regi da &c. Per
Zacha. 9. Zachariam cap. 9. Exulta ſatis filia Syon &c.
Baruch. 3. Per Baruch. c. 3. Hic eſt Deus noſter &c. Per
Malachiam. cap. 3. Ecce ego mitto Angelum Malach. 3
meum, & ſic de alijs prophetis. Modo cum in
carnationem Dei fiendam, & factam ſancti p
phetæ prædixerunt, conſequenter fienda mi-
racula, vt patet per Iſa. c. 35. di. Lætabitur de Iſa. 35.
ſerta &c. ſequitur de Virgine Maria ipſum pa
riente. Germinans germinabit ſicut liliū &c.
Gloria libani data eſt ei &c. ſequitur. Ipſi vi-
debunt gloriam domini, & decorem Dei no-
ſtri, & ſequitur ei. Tūc ſaliet ſicut ceruus clau
dus, & aperta erit lingua mutorum &c. & cap.
29. etiam di. Iſa. & audient in illa die ſurdi Iſa. 29.
verba libri huius, et de tenebris, et caligine
oculi cęcorum videbunt, & addent mites in
domino lętitiam &c. & ſic de alijs prophe-
tis. Sequitur quod miracula à Chriſto facta ſecū- De miraculis Chriſti, & ad quid principaliter fiebant.
dum prophetata principaliter fiebant, et fa-
cta ſunt ad eius deitatem comprobandam, &
declarandam. Hoc ipſum aſtruitur per pro-
phetiſſam gētilem Sibillam; quę in lib. ſuo de
9. ſolibus viſis. Ratione ſimul à centum Sena-
toribus; et exponendo per nouem ſoles nouē
generationes. ſic dicit de 4. ſole, vbi præmit
tendo Chriſti ortum, & deitatem ſubdit de
miraculis ab ipſo fiendis di. Quartus ſol, quar
ta generatio eſt. Erunt homines quod verū Prophetia digniſſima Sibillæ.
eſt abnegantes; & in diebus illis exurget mu-
lier de ſtirpe iudeorum nomine Maria, habēs
ſponſum nomine Ioſeph; et procreabitur
ex ea ſine commixtione viri de ſpiritu ſancto Virgo M. cuius ſtirpis fuerit.
filius Dei nomine Ieſus, & ipſa erit virgo ante
partum, et poſt partum erit virgo; qui vero
ex ea naſcetur, erit verus homo, & verus Deus:
ſicut omnes prophetę prædicauerunt. Et ad-
implebit legem hębreorum; et adiunget ſua
propria inſimul, & permanebit eius regnum
in ſecula ſeculorum. Ecce de eius Deitate, et
humanitate pręmiſit. Subdit de miraculis di.
Naſcēte eo exercitus angelorum à dextris, &
à ſiniſtris erunt di. Gloria in excelſis Deo, et
in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ve-
niet nanque vox ſuper eum di. hic eſt filius
meus dilectus ipſum audite; et ſequitur. Erāt
ibi ex ſacerdotibus hæbreorum; qui audien-
tes hoc verba indignati dixerunt ad eam. Iſta
terribilia verba ſunt, ſileat hęc regina. Reſpō-
dens ſibilla dixit eis. O iudęi neceſſe eſt iſta
fieri, ſed vos non credetis in eum. dixeruntq;
nos non credimus; quia verbum, & teſtamen
tum dedit Deus patribus noſtris, & non aufe
ret miſericordiam ſuam à nobis. Reſpondit
eis iterum. Deus cœli generaturus eſt ſibi fi-
lium vt ſcriptum eſt; qui ſimilis erit patri ſuo,
& poſtea vt infans per ætates creſcet, et inſur
gent in eum reges, & principes terrę. In die-
bus illis erit Cæſari Auguſto celebre nomen,
& regnabit in Roma, et ſubijciet omnem ter
ram ſibi. Non multi, vel non pauci, non tres,
neque duo ſunt Dij, ſed vnus Deus ſolus, et
immenſus, qui fecit cœlum, ſolem, ſtellas, &
lunam,

lunam, frugiferamque terram, et vndas, ſiue mare; qui autem illum honorant vitam æternam hæreditabunt, perpetuumque ipſis hære ditabunt paradiſum, ſiue amænisſimum hortum, mortuorum vero reſurrectio erit. & clau dorum curſus velociſsimus erit, ſurdi audiēt, & cæci videbunt, loquentur non loquentes; & de panibus quinque, & duobus piſcibus mari nis multa millia hominum ſaturabuntur, & colligent reliquias fragmentorum, & 12. cophinos inde replebunt; in ſpē populorum veritatem docebit, ventos compeſcet verbo, ma req; furens ſedabit pedibus mare calcans, am bulanſq; ſuper vndas, infirmitatem hominibus ſoluet, ſurgere faciet mortuos, repellens multos dolores, & de pane vno, ſeu vino ſatu ratio erit viuorum. Sed cum hæc omnia fuerint perfecta, quæ dixi, in ipſo reſoluetur omnis ſex, & in manus ipſorum poſtea veniet. Poſt hic conuenient ſacerdotes hæbreorum contra Ieſum; quia multa ſigna faciet, & cōprehendent eum, dabunt autem Deo alapas inſectis manibus, & impuro ore in ipſum ſpu ent venenatos ſputos. Dabit vero ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum, & colaphos accipiens tacebit; ne quis agnoſcat quod verbum, vel vnde venit. Inferis loquetur, & coro na ſpinea coronabitur. Ad cibum autem fel, ad ſitim ei acetum dabunt, & ſuſpendent cum in ligno, & occident. Ipſa enim inſipiens tuū Deum non intellexiſti ludentem mortalium ſenſibus, ſed ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti. Templi vero velum ſcindetur medium, & media die nox erit tenebroſa in tribus horis, vel ſecundum aliam litteram, dies erit tenebroſus per tres horas, & ſortem mor tis ſumet tribus diebus ſomno ſuſcepto. Et tunc ab inferis regreſſus ad lucem veniet. Primus reſurrectionis principium mortalibus oſtendet; quia die tertia reſurget, & oſtēdet ſe diſcipulis ſuis. Et ipſis videntibus aſcendet in cœlum; & regni eius non erit finis. Dicens me inſanam, & mendacem Sibillam, cum aūt facta fuerint, tunc demum reminiſcētur mei, & nullus poſtea me dicet inſanā, ſed Dei magam. Hæc Sibilla. De huius Sibillæ verſibus facit mentionem beatus Augu. quæ de futuro, & finali iudicio, & de gloria beatorum ꝓ phetauit; & de pœnis dānatorum, & hoc lib. 19. de ciu. Dei. Prefatis ergo dictis huius Sibillæ apparet, ꝙ ſigna erant per Ieſum fienda in teſtimonium ſuæ diuinitatis.

Quinto, hoc apparet ſi attendatur, ꝙ in Chriſti nomine miracula facta ſunt, & fiunt, vt pa tet Luc. 10. & in actibus Apoſtolorum per to tum. Quo ſequitur, ꝙ ſi fiunt in Chriſti nomi ne miracula, & non poſſunt fieri niſi à Deo; ꝙ ipſa atteſtantur Chriſti diuinitatem. — Lucæ 10.

Sexto oſtendit hæc vita ipſius ſaluatoris, quæ fuit ſanctiſsima, vtpote ſanctus ſanctorum, vt dicit Dan. & ſuper quem requieſcit ſpiritus ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis, & ſpiritus timoris domini per Iſa. 11. Id ipſum ſaraceni omnes aſſerunt Chriſtum ſanctiſsimum fuiſſe; quare & vera eius miracula, nec virtute diaboli, quia non poteſt, ſed virtute Dei, qui eſt omnipotens facta ſunt. Sic ergo patet breuiter ad quartū. — Iſa. 11.

Quibus præmiſsis, & viſis vt neceſſarijs ad ſequentia declaranda. Eſt videndum nunc conſequenter quæ, & qualia fuerunt domini Ieſu miracula; quia prima pars huius conformitatis dicit, ꝙ Chriſtus fuit ſignis mirificus, & ſuc cincte miracula recitando. — Stupenda miracula Chriſti, & quæ, & qualia fuere.

Miraculum ſtupendum & primum eſt Ieſu incarnatio, de quo predixerat. Ierem. c. 31. Nouum faciet dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum: & Iſa. c. vlt. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile &c. Et quam fuerit hoc nouum, & inſolitum mirum, ac ſtupendum; quia conformitate. 3. primi li bri. parte. 1. eiuſdem conformitatis dictum eſt multum; ad pñs aliter non diſcutio. hoc tamen fuit ſtupendum; quia nunquam prius factum; eſt inſuper à ſolo Deo factum. Et ꝙ homo ſit Deus factus, hoc omnia mira tranſcendit. — Ierem. 31. Iſa. vlt.

Secundum eſt. B. Mariæ fœcundatio, quia ſine, virili ſemine grauidata, & ab omni corruptione præſeruata. Quod ſignum prædixerat. Iſa. 7. dabit vobis ipſe dominus ſignum; ecce virgo concipiet &c. — Iſa. 7.

Tertium eſt Ieſu à Virgine ſine virginitatis detrimēnto egreſsio, ortus, & natiuitas. hoc eſt ſignum, & prodigium ſimul in cælo ſurſum, id eſt Dei filio, & in terra deorſum, vt prædixerat Ioel. c. 3. ſ. in virgine Maria, quæ terra dedit fructum ſuum. ſ. Ieſum benedictum filiū ſuum ſine corruptione generando. — Ioel. 3.

Quartum eſt. Ioan. Bapt. in vtero matris exiſtenti viſitari à Chriſto in Mariæ ventre manente exultatio, de quo etiam dictum eſt con formitate 3. Nunquam hoc fuit viſum, vt puer nundum natus mundo, & ſi in vtero gaudio perfuſus exultaret, nec mirū agnoſcendo ſuū dominum incarnatum.

Quintum miraculum eſt Ioſeph de Mariæ integritate certificatio, non humano, ſed diuino oraculo; hoc enim inter mira debet diuina po ni, quia nec prius auditum, quod tale teſtimo nium de matre, & filio exhiberetur à Deo per Angelum.

Sextum luminis, & diuinæ lucis in Chriſti ortu diffuſio iuxta vaticinium. Iſa. cap. 11. Claritas enim Dei circumfulſit paſtores, & alios. Luc. 2. — Iſa. 11. Lucæ 2.

Septimum angeli ad paſtores mira allocutio di. Luc. 2. Nolite timere, ecce annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo &c. — Luc. 2.

Octauum eſt angelorum viſibiliter apparentium Chriſto nato Dei glorificatio, & collau-
Lucæ 1. datio di. Luc. 11. Gloria in altiſsimis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis; quæ laus Deo reddita eſt in nullius ortu,niſi domini Ieſu.

Nonum miraculũ eſt ſtellæ magis apparitio, quod miraculum ſolius Dei eſt; quia ſtella à Deo creata,& mirabilia peregit, vt dictum eſt conformitate 3.primi libri parte 1.

Decimum miraculum eſt Magorũ adoratio, qui cum eſſent pagani,& gentiles,ipſum vt verum Deum præ omnibus alijs adorarunt.

Vndecimum Simeonis, & viduæ Annæ declamatio,& teſtificatio de ipſo Ieſu,Deũ;& mundi redemptorem ipſum proclamantes.

Duodecimũ eſt ipſius Ieſu dũ duodecim eſſet annorũ a matre,& Ioſeph ĩ tẽplo in medio doctorũ repertio, ꝙ mira pãdit de diuinitate Ieſu ætate, & ſapientia eius penſatis cum alijs.

Tertium decimum eſt multorum mirorum à Chriſto in ſua pueritia factorum; quæ & ſi in ſacro Euangelio non ponantur;in libro tamẽ de infantia ſaluatoris ponuntur;quæ bene diſcutienti aſtruunt Chriſtum verum hominem, & Deum eſſe.

Quartumdecimum miraculum eſt ſuper Chri-
Matth. 4. ſtum baptizatum. Matth.4 cœli apertio;ſpiritus ſancti in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum deſcenſio,& vocis paternæ inſonatio di. eum filium ſuum in quo bene complacuit; quo nihil clarius ad comprobandum diuinitatem. d. Ieſu.

Nota. Quintumdecimum eſt per dies 40 ſine vllo ci-
Matth. 4. bo,& potu in deſerto permanſio.Matth.4.hoc miraculum fuit magnum. Et ſi dicatur.Moyſes fuit in monte cum domino 40. diebus &
Exo. 24. 40. noctibus.Exo.24 Elias ambulauit in fortitudine cibi ſibi dati ab angelo 40. diebus. Quod horum fuit maius miraculum? Reſpondetur quod Chriſti: ratio, quia Moyſes ſemper fuit quodammodo in gloria, & ſic ſupra
Exo.24. vires eleuatus humanas,vt patet Exo.24.Elias vero virtute cibi præaſſumpti tanto tempore ſtetit. Chriſtus vero gloriam præſolito in hoc ieiunio in portionem inferiorem nõ refudit, & ſuæ gloriæ dulcedinem: Nec accepiſſe cibũ ante deſerti ingreſſum legitur. Inſuper de comedendo nec Moyſes, nec Elias fuit tentatus, ſed Chriſtus, quare hoc miraculũ maius fuit, quam illud.

Sextumdecimum eſt Apoſtolorum ad ſui diſcipulatum aſſumptio, & vocatio, qui verbo à Chriſto prolato ſtatim omnia reliquerunt, & aliqui non ſolum bona fortunæ,ſed etiam naturæ, ſicut Ioannes,& Iacobus patrem, & matrem:hoc extitit miraculum ſingulare,& diuinum, & Dei ſolius virtute, qui cor mutat vt libet.

Decimumſeptimum miraculum eſt aquæ in vinum mutatio. Io. 2.de quo dicit ipſe. Ioan. Ioan. 2.
quod fuit primum ſignum factum à domino, quo manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius: Nam ſubita creaturæ mutatio arguit Dei potentiam,prout dicit Ambroſius.

Decimum octauum miraculum eſt à templo bis vendentium, & ementium, & aliorum eiectio.Ioan.2.& Matth.21.hoc miraculum B Ie- Ioan. 2.
ronimus inter magna computat miracula ſal- Matth. 21.
uatoris vt enim dicit ſuper Matth. Inter omnia ſigna,quæ fecit Ieſus, hoc uidetur mirabilius; quod vnus homo ſcribis,& phariſeis contra ſe ſeuientibus, & videntibus lucra ſua deſtrui,potuit ad vnius flagelli verbera; tantam eiicere multitudinem,menſaſque ſubuertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus: Igneum enim quoddam, atque ſidereum radiabat ex oculis eius, & Deitatis maieſtas relucebat in facie. hoc Ieronimus.

Decimum nonum miraculum eſt de manibus ciuium ſuorum præcipitare volentium euaſio.
Luc. 4. Quo oſtendit ſe de ſubiecta creatura Lucæ 4.
poſſe facere quodlibet;& cogitationes malorum contra Deum nihil valere, & Deum eſſe inſuperabilis virtutis, ſapientiæ,& poteſtatis.

Vigeſimum miraculum eſt leproſi,& aliorum leproſorum verbo, & tactu mundatio.Matth. Matth.8.
8.Mar. 1. Luc. 5. de alijs leproſis curatis Luc Mar. 1.
17.leproſos Ieſus tetigit,quos imperio curauit di. volo mundare, non vt indigeret tactu talium in curando; ſed vt tales tangere,& eis ſeruire non dedignaremur. Lu.5.& 17

Vigeſimum primum eſt ſerui Centurionis abſentis curatio.Mat.8. & Luc.5.vbitam ex ver- Matth. 8.
bis Centurionis, quam virtute Chriſti oſten- Luc. 5.
ſa;à Deo eſſe hoc miraculum indicauit.

Vigeſimum ſecundum miraculum eſt ſocrus Petri ſubita a febribus, quas maximas patiebatur eleuatio,& liberatio Matth.8. Mar.1.& Matth. 8.
& Luc.7.imperando febri liberata eſt. Mar.1.

Vigeſimumtertium eſt a Dæmonibus obſeſſo- Lucæ 7.
rum ereptio, & ſaluatio Matth.8. Mar.2.Luc Matth. 8.
7.& de alijs pluribus demoniacis in alijs locis Mar. 2.
Euangelij habetur; & quot fuerint demones Lucæ 7.
patuit in porcis ſubintratis; quos exeundo ab hominibus intrantes necauerunt. Et quód Dei ſolius virtute hoc peragerétur, Chriſtus ipſe diſputans contra iudeos Matth. 12.& Lu. Matth. 12.
11.oſtendit. Lucæ 11.

Vigeſimum quartum miraculum eſt paralitici erectio ſolo verbo Matth. 9. Mar.2 & Luc. 5. Matth. 9.
cui vt Deus primo peccata, ſecundo curatio- Mar. 2.
nem induſit, & ſanationem. Lucæ 5.

Vigeſimum quintum miraculum eſt hidropici ſanatio Luc. 14. quem apprehenſum ſanauit, Lucæ 14.
& dimiſit.

Vigeſimum ſextum eſt filiæ principis ſuſcita- Matth. 9.
tio Mat.9.Mar.5.& Luc. 8.cuius tenendo ma- Mar. 5.
num, Lucæ 8.

nū & dicendo vt ſurgeret à mortuis,ſurrexit.
Vigeſimum ſeptimum eſt Emoroiſſæ à ſangui
nis fluxu Chriſti fimbriam tangendo veſtimen
Matth. 9. ti ſaluatio Matth.9.Mar.5.& Luc.8.
Mar. 5. Luc. 8. Vigeſimum octauum eſt filij viduæ à mortuis
Lucæ 7. reuocatio; cui imperando vt ſurgeret Luc. 7.
ſtatim à mortuis reſurrexit.
Vigeſimumnonum eſt poteſtatis operandi mi
racula Apoſtolis, & diſcipulis traditio,& col-
Matth 10. latio Matth.10 & Luc. 9. vbi aſtruit poteſtatē
Luc. 9. diuinam in concedendo alijs, vt miracula va-
lerent exercere.
Trigeſimum miraculum eſt filij Reguli febre
incipientis mori Ieſu abſente ſolo verbo ſana
Ioan. 4. tio. Ioan.4
Trigeſimum primum miraculum diſcipulorū
ne a maris agitatione ſubmergerentur,popu-
Matth. 8. lis liberatio Mat.8.Mar.1 Luc.8.
Mar. 1. Trigeſimum ſecundum miraculum eſt Chriſti
Luc. 8. ſuper aquas deambulantis libera inceſsio Mat
Matth. 14. th.14.& Mar.6.
Mar. 6. Trigeſimum tertium eſt Petri Chriſti iuſſu ſu-
per aquas deambulantis,& demum titubantis
in periculo ſubmerſionis poſiti à Chriſto ſub-
Matth. 14. leuatio Matth.14.
Trigeſimum quartum miraculum eſt cæci à na
tiuitate ad lumen deductio,& plurium aliorū
Ioan. 8. vt habetur de primo Ioan. 8. & de aliis habe-
Matth. 9. tur Matth 9 12.& Luc.18.
Matth. 12. Lucæ 18. Trigeſimumquintum miraculum hominis mu
Matth. 9. ti, & demoniaci curatio Matth. 9. & de alio
Matth. 12. Matth.12.
Trigeſimum ſextum miraculum eſt hominis
habentis manum aridam ad Ieſu præceptum
Matth. 12. extenſio,& operatio Mat.12.Mar.2 Luc.6.
Mar. 2. Trigeſimum ſeptimum miraculum eſt bina vi-
Lucæ 6. ce de paucis panibus ſaturatio multorum mi-
Matth. 14. lium hominum Matth.14.& 15. Mar.6.Luc.9.
Matth. 15. & Ioan.6.
Mar. 6. Lucæ. 9. Ioan. 6. Trigeſimumoctauum eſt filiæ Cananeæ à demo
nio oppreſſæ liberatio Mat.15.Mar.7.
Matth. 15. Trigeſimumnonū miraculum eſt ſurdi,& mu-
Mar. 7. ti à domino ſubita curatio Mar.7.
Mar. 7. Quadrageſimum miraculum eſt lunatici à de-
Matth. 17. monio oppreſsi ſanitatis reductio Matth. 17.
Mar. 9. Mar.9 & Luc.9
Lucæ 9. Quadrageſimumprimum miraculum eſt mu-
Lucæ 13. lieres curuatæ erectio Luc.13
Quadrageſimum ſecundum eſt Ieſu in monte
Matth. 17. coram tribus diſcipulis transfiguratio Matth.
Mar 9. 17.Mar.9 & Luc 9.
Lucæ 9. Quadrageſimum tertium eſt hominis in gra-
bato per 38. annos manentis ſubita ſanitatis
Ioan. 5. conceſsio Ioan 5.
Quadrageſimum quartum eſt mulieris in ad-
Ioan. 8. ulterio deprehenſæ dimiſsio Ioan. 8 vbi ma-
gnum oſtendit miraculum dum ſcribendo in
terra omnes accuſantes eam abſceſſere.
Quadrageſimumquintum eſt ſtateris in piſcis
Matth. 17. ore repertio Matth. 17.

Quadrageſimum ſextum eſt turbæ ciuitatis
Ieruſalem obuiam domino Ieſu acceſsio Mat
th.21. ſic enim commouere corda hominum, Matth. 21.
& volūtates, diuinæ virtutis ſolius eſt ſignum.
Quadrageſimum ſeptimum eſt puerorum in
templo oſanna exclamatio Matth.21. Matth. 21.
Quadrageſimum octauum miraculum eſt La-
zari quatriduani,& fœtentis iam mortui ad vi
tam reuocatio Ioan.11. Ioan. 11.
Quadrageſimum nonum miraculum eſt ficul-
neæ à Chriſto maledictæ deſicatio Mat 21. Matth. 21.
Quinquageſimum miraculum eſt Magdalenæ,
Zachei,& aliorum ad ſtatum perfectionis de-
ductio,quorum mutatio eſt ſolius dexteræ ex
celſi.de quibus habetur Luc. 7.& 19. Lucæ 7.19
Quinquageſimum primum eſt ſacramenti Eu
chariſtiæ inſtitutio,hoc inter maxima Chriſti
miracula eſt præcipuum attentis conuerſione,
& alijs quæ fiunt in hoc altiſsimo ſacramento.
Quinquageſimum ſecundum miraculum eſt
in ſua captione iudeorum ad terram deiectio,
& proſtratio Ioan.18. Ioan. 18.
Quinquageſimum tertium eſt auriculæ à pe-
tro abſciſſæ reintegratio Ioan.18. Ioan. 18.
Quinquageſimum quartum eſt ſole in medio
diei quaſi obſcuratio Mat 27. Matth. 27.
Quinquageſimum quintum eſt latronis Chri-
ſto conuitiantis ad ipſum conuerſio Luc 23 Lucæ 23.
Quinquageſimum ſextum eſt terræ motio,la-
pidum ſciſſio veli diuiſio, & ſepulchrorū aper
tio Matth.27. Matth. 27.
Quinquageſimum ſeptimum eſt mortuorum
reſurrectio Matth 27. Matth. 27.
Quinquageſimum octauū eſt à corpore Chri-
ſti mortuo ſanguinis,& aquæ emanatio, dum
latus eius eſſet lancea à milite perforatum, vt
habetur 19. Ioan. 19.
Quinquageſimum nonū eſt à ſepulchro clau-
ſo Chriſti egreſsio, & ipſius domini Ieſu à mor-
tuis reſurrectio Matth. 28. ac angelorum ap- Matth. 28.
paritio ibidem.
Sexageſimum eſt Chriſti ad diſcipulos ianuis
clauſis ingreſsio Ioan. 20 Ioan. 20.
Sexageſimumprimum eſt ipſius Ieſu in cœlum
aſcenſio Luc.vlt & Act 1.& Mar. 16. Luc. vlt. Act. 1.
Vltimum in ſacro eloquio miraculum eſt ſpi- Mar. 16.
ritus ſancti ſuper Apoſtolos deſcenſio, & lin-
guarum per Apoſtolos omnium locutio Act. Act. 2.
1. Multa alia miracula feciſſe dominum Ieſū
circa multos oſtendit Mat.cap 8.9.11.12.15. Matth. 8. 9. 11. 12. 15.
& Luc.4.5. & 7. Vno ſuo infinitos mor- Lucæ 4. 5. 7.
tuos reſuſcitaſſe ſancta Cecilia aſſerit in ſua
legenda. Vide etiam in paſsionario ſanctorū,
& vt ait Euangeliſta Ioan. in fine ſui Euange-
lij.Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus,non dicit Nota.
dixit, ſed fecit, quæ ſi ſcribantur per ſingula,
nec ipſum arbitror mundum capere eos, qui
ſcribendi ſunt libros,quibus beati Ioānis ver-
bis patet dominum Ieſum innumera eſſe feciſſe
miracula: Sed tam pauca ſunt poſita ab Euan

 geliſtis

pelistis magno miſterio, & magna de cã, put ipſo Chriſto duce in opere de factis, & verbis ipſius pandã, quibus miraculis apparet quod Chriſtus eſt veraciter Deus, vt præfatis aſtruitur. Et quia vt dicit B Gregorius miracula domini ſaluatoris ſic accipienda ſunt, vt ſi veritate credantur eſſe facta, & per miſterium, & ſignificationem nobis alia innua[illegible]. Quid dominus præfatis miraculis daret intelligi, eſſet videndum; verum quia hoc eſſet nimis prolixũ hoc talia ponere, ad præſens dimitto; quia in præfato opere de factis, & verbis Chriſti dicetur ipſo auxiliante. Præfatis ergo patet dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non ſolum clarum fuiſſe mundo, & diuulgatum verbo, & vita, ſed etiam ſignis, & prodigijs prout dicit ipſa pars huius conformitatis, videlicet Ieſus ſignis mirificus, & clarificus. Et quia ip-

Ioan. 15. ſe ſaluator dixerat Ioan. 15. quod credẽtes in eum opera, quæ ipſe egit, & ipſi facerẽt ac maiora: hinc eſt quod non ſolum ipſe continue miracula operatur per ſe, cum omnia gubernentur, regantur, & producantur eius influxu, & virtute, ſed etiam per ſanctos agit miracula; quorum precibus inclinatur, & ſtupenda aſſidue peragit: hoc luculenter patet in ſanctis, qui non ſolum in vita, ſed poſt deceſſum, non ſolum vbi iacent, ſed vbicunque inuocentur debite. Deus inflexus eorum dignis petitionibus mira effecit in hoc mundo degentibus. Nonne inuocatione ſanctorum, ſeu ad eorum tumulos cæci illuminantur? leproſi mundantur? demoniaci liberantur? diuerſis infirmitatibus detenti curantur? Nullum denique genus morbi reperitur, quod eorum orationibus nõ propellatur à Deo. Et quod maius eſt ad vitam mortui reuocantur. Quo fit ut quam fuerint, & ſint Deo cari, & accepti. ac quanta eorum ſit gloria apud Deum oſtendatur, ac ad Dei redundet gloriam vt primi opificis, & ſolius, qui talia operatur, & ſi ſanctorum interuentu. Et cum hęc miracula omni tempore, & loco præſertim inter Chriſtianos fiant à Chriſto, & ſi ſanctorum interceſſionibus; maximum argumentum noſtræ fidei præſtatur à Deo; vt de ipſa, & in ea contentis à nullo poſsit recte dubitari. Securęque domino dicere valeamus. Domine ſi error eſt à te, decepti ſumus: nam ita tãtis ſignis, & miraculis, ac prodigijs confirmata ſunt, & talibus; quod non niſi per te, & à te fieri poſſunt, vt dicit Ric. 1. de trinita. Dicamus ergo domino, & ſaluatori noſtro

Pſal. 85. cum Pſal. 85 Magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus, qui es benedictus in ſecula Amen. Sic ergo ex iam dictis patet ſuccincte prima pars declarata videlicet Ieſus ſignis mirificus.

SECVNDAE PARTIS PRIMAE conformitatis, & fructus ſecundi libri, & quæ eſt tertiadecima in ordine videlicet Fran. diuulgatur. Expoſitio.

Magiſter ſummus, & verax omnium, ſaluator noſter, dominus Ieſus Chriſtus, ſicut ad probationem ſuæ fidei, & doctrinæ virtutem Apoſtolis, & alijs contulit ſigna, & prodigia faciendi; vt qd' verbo dicerent, ſignis moſtrarent, vt habetur.

Matth. 10. Luc. 9. Marci 3. & vltimo. Et hoc ipſum dicunt Auguſti. & Iſidorus, ſic ad autenticationem ſanctorum ab ipſo directorum conceſsit ſigna facere, vt patet de Moyſe directo in Aegyptum à Deo cum ſignis. Exodi. 4. de propheta contra Ieroboam, miſſo à Deo 3. Reg. 13. de Elya idipſum patet. Eccleſiaſt. 48. & in 3. & 4 Reg. & ſic de alijs. Idipſum patet de Apoſtolis Act per totum, & ſic de alijs ſanctis, vt de beato Laurentio, Abbate Antonio, Ilarione, Benedicto, & ſic de alijs. Quod ſi vt fides certa daretur, corruſcare miraculis clementer impartiri eſt dignatus. Quia in re cũ ex ſecunda conformitate primi lib. 1. parte ſecunda clareat B. Fran. detinatum à domino ſpecialiter fuiſſe ad pœnitentiam prædicandam, paſsionis Chriſti memoriam fidelium mentibus implantandam, ac vitam Chriſti ob litteratam renouandam: hinc eſt quod ipſe Deus, & ſaluator reddere volens mundo celebrem, ſibique in hoc etiam conformem B. Fr. gratiam ipſi tribuit miracula exercendi ſuę voluntati inclinando B. Fr. & precibus; vt quod fideliter optaret, ipſe actor omnium Deus benignè illico exerceret, vt vita non ſolum beatum Franciſcũ, ac doctrinam auctẽticam redderet; ſed & ſigna ipſa à Deo eius facta ſupplicatione veram, & ſanctam depromerent, & clamarent. Decebat enim dominum Deum inuocatione meritis, ac precibus beati Franciſci inclinari ad operandum miracula. Si pẽſetur ꝙ ipſum dirigebat ad renouandum mundum; ac mundani plus ſignis credunt, quam verbis; vt patuit in iudæis, de quibus di. Apoſtolus. 1. Corin. 1. ꝙ [illegible] B. Fran pœnitentia erat prędicanda: [illegible] ergo, ꝙ forti motiuo homines pœnitentiæ fructum paruipendentes; ad agendum pœnitentiam impellerentur: quare [illegible] ſicut habetur Act. 2 Crucis [illegible] p[illegible] ſolito in crenda c[illegible] chriſti[illegible] depoſcebat per B F. prædicationem crucis ſigno crucis mira fieri; vt ſic ad crucis amplexum fideles traherentur

Matth. 10. Luc. 9. Mar. 3. & vlt.

Exo. 4.

3. Reg. 13 Eccl. 48. Reg. 3. & 4

1. Cor. 1.

Act. 2

viſa crucis efficacia, ac B F. cum non ad minora patranda præ alijs mitteretur; immo quaſi ad maiora ne inferior alijs directis diceretur; venuſtari decebat claritate ſignorum. Verum predicationem Apoſtolorum credulam reddidit mundo operatio ſignorum Mar vlt. Mar. vlt. quare & B. F. talium patratio acceptabilem facere habebat. Inſuper Chriſtus B.P. in alijs, & demum in fine conformẽ ſibi reddere placuit; quare & in exhibendis ſuis precibus ſignis, cum ſibi ſimilem ſtatuit, & Chriſtiformem. Et ꝙ eum clarũ reddere talibus ſignis, & miraculis mundo Chriſto placuerit; patere poteſt ſi penſetur quomodo fuerit benignus dominus beato Franciſco.

Primo miſit ſpiritus angelicos ipſi beato. Fr. obſequendo, vt enim dicit legenda maior parte 5. Quodam tempore cum. B.F corporis aggrauatus infirmitatibus pro ſpiritus recreatione aliquam armoniam optaret audire, nocte quadam ipſo vigilante, ac de Deo meditãte: repente Angelus domini aſtitit citharam pulſans; armoniam mirabilem faciens. atque ſuauiſsimam melodiam; quod vir ſanctus, & ſi viſu non deprehenderet; ex motu tamen ipſius citharę dignouit. Tantaque fuit illo dulciſſono carmine ſuauitate repletus; vt aliud ſe putaret ſeculum commutaſſe, ſibique ac ſocijs poſt primæ regulæ approbationem Angelus domini cibaria miniſtrauit; dum in loco eſſent deſerto, & hora eſſet refectionis. Vt dicit 4. pars legendę. Sic etiam cum impeditus in acceſſu ad ſoldanum de Sclauonia rediret: in ingreſſu nauis Angelus domini apparuit, & pro ipſo, & ſocio cibaria cuidam dedit: quæ non pro ipſis ſolum. ſed & pro omnibus in naui exiſtentibus diuina gratia ſufficientia fuerunt: vt dicit 9. pars legendæ.

Secundo malignos ſpiritus ipſis. B.F. ſubijciẽdo, beatus enim. F. diabolum cum ipſo confligendo; manu ad manum ſuperauit. vt dicit. 4. pars legendæ. In Eremo de Sartiano diaboli tentationem eidem immiſſam carnis tormento reiecit, vt dicit v. pars legendæ A ciuitate Aretij demones ciues ad mutuam cedem incitantes expulit. vt dicit. vi pars legendæ. Et quia de proſtratione diaboli a beato Fran. & ſubiectione dictum eſt fructu, & conformitate 7 in ſecunda parte primi libri, ideo de hoc nihil aliud ad pñs. Qualiter vero eum ab hominibus pepulerit ſtatim dicetur. Vnum tamẽ ſufficiat hoc dicere. ſ. ꝙ diabolus ipſe beati. F. præſentiam ad tres dietas ferre non poterat; ſed continuo abſcedebat dum per tantũ ſpacium ſibi appropinquaſſe ipſum B.F. agnoſceret: ſicut ipſe diabolus retulit. de quo dicetur in hoc libro conformitate. 21. in ordine. parte. 2.

Tertio Chriſtus conceſsit beato. F. mira agere in elementis.

Et primo in elemento ignis: Inuitatus à muliere praua clauſa, & abſconſe poſita in camera in palatio Imperatoris Federici de actu nephario; beatus F. dum ſuper prunas ardentes ſe nudum poſuiſſet dicens mulieri, ꝙ in tali lecto eſſet ſecum; ab igne tandem ſurgens in nullo fuit lęſus, aut aduſtus.

Quæ miracula inaudita in elementis, & brutis eſt operatus B. Fran.

Idipſum, cum B.F. inuitatus a muliere ſaracena, quando perrexit ad Soldanum, feciſſet ſe nudum, ſuper prunas ardẽtes iacendo, in nullo læſus, mulier ipſa hoc videns ad dominum eſt conuerſa. Ferro ignito ſigno crucis edito à beato. F. ac eidem mandante, vt ſibi nullatenus noceret; nec ignis ardorem, nec moleſtiã ſenſit, vt dicit pars quinta legendæ.

Cuiuſdam fratris, & ſi culpam commiſiſſet; tamen pœnitentis cum caputium abſtractum à reliqua parte habitus; ad terrorem aliorum fratrum mandaſſet iactari in ignem; cumq́ ibidem per ſpacium fuiſſet, in nullo eſt ab igne lęſum, aut tactum, vt dicit 6. pars legendæ.

In comitatu Fulginei quidam ſolitus Beatum F. recipere; rogauit eum, vt dominum benedicendo ſignaret cruce; quod & fecit B.F. Quæ domus in proceſſu temporis ab hoſtibus igne vallata nunquam potuit comburi; ſed ſola vetuſtate conſumpta eſt.

Secundo in elemento aeris, aer obſcurus ipſo perambulanti per paludes Venetiarum cũ ſocio, & alijs factus eſt clarus eius verbo, vt dictum eſt ſupra in primo lib. & quinta pars dicit legendæ.

Montis Aluernæ confinia à nube obſcura, & grandinis tempeſtate poſt receptionem ſtigmatum liberauit, vt dicit. 3. pars alias 13. legendæ.

Sic indigenas caſtri de Grecio pñiam agentes eius ſuaſu; a peſte luporum, & grandinis tempeſtate liberauit.

In loco de Axone, alias Aixno cum eſſet ſiccitas, & ſterilitas maxima; facta prædicatione cum B.F. dixiſſet populo, ꝙ quilibet manibus eleuatis diceret vnum pater noſter, cum vna aue maria; ſtatim aer dedit pluuiam conſolabilem, & terra tantam copiam illo anno frugum ꝙ dicebant omnes nunquam tam copioſam meſſem ſe vidiſſe.

Tertio in elemento aquæ In loco de Trabo Bonantis in Marchia fontem aquę mutauit in vinum.

In Eremitorio ſancti Vrbani ſigno crucis aquam conuertit in vinum optimum.

Interannis acetum in vinum commutauit præcipuum. de his dicetur infra cõformitate. 22.

Aquam de petra bibendam oratione ſua cuidam; cuius vehebatur aſello in montibus produxit, vt dicit 7 pars legendæ.

Aqua maris immobilis ſterit ſub naui Gaietę quãdiu orare placuit, & populo prædicare.

Quarto in elemento terræ. Domum enim cuiuſdam

iuſdam medici nouiter factam, & à ſummo vſque deorſum ſciſſam in ciuitate Reatina de ſero ab ipſo medico ex B.F. capillis poſitis inter ſciſſuram, de mane reintegrauit: vt nullum ſignum ſciſſuræ in ea penitus videretur, vt dicit.7.pars legendæ.

Quarto Chriſtus benedictus beatum F. agere voluit mira in arboribus: Nam Senis in loco antiquo.B.F.baculum ſuum in terram de ſero infigendo; de mane inuenit vegetaſſe, & in arborem pulcherrimam excreuiſſe; quæ vſq; hodie ſemper virens, & cũ folijs perſeuerat. Reate dum acceſsiſſet ob medelam oculorũ, & propter multitudinem populi, quæ ad ipſum appropinquantem ad ciuitatem accedebat citra per duo miliaria in quadam Eccle-
Nota. ſia remanſit, vbi cum ſtaret, & populus ad ipſum accedens, declinando ad vineam ſacerdotis, ipſam quaſi totam diſſipaſſent; & hac de cauſa ſacerdos doleret ſe beatum F. in ſua Eccleſia recepiſſe. B Fr. hoc ſpiritu cognoſcens ſacerdotem præfatum interrogauit di. Quot ſalmas vini redderet vinea quando melius fructificaret? Reſpondit 12. Tunc dixit ei beatus Fran. rogo te pater, vt patienter ſuſtineas me in hac tua Eccleſia commorari propter quietem, quam reperio. & permitte omnibus recipere de vuis quantum volunt. Et ego ex parte domini noſtri Ieſu Chriſti tibi promitto, ꝙ viginti ſalmas recolliges iſto anno de vino, & ſic factum eſt: nam paucos botrulos ſacerdos recolligens, & ponens in torculari, tantum diuina gratia excreuerunt meritis b. Fran. vt iuxta promiſſum viginti ſalmas vini optimi recolligeret.

Quinto conceſsit Chriſtus. B. Frã. facere mira in animalibus, & primo in minimis, videlicet in formicis: In caſtro enim Citernæ dum vellet prædicare & cuidam quercui vellet hærere; vidit ipſam plenam formicis: & ſtatim mandauit vt omnes abſcederent quod & factum eſt: ac populo aſtanti mandauit vt locum formicis recedentibus daret; quod & factum eſt, nec aliqua deinceps ad dictam arborem eſt reuerſa aliquando.

Secundo in ranis: Cum in quadam Eccleſiæ beatus Fr. prædicaret, quæ poſita erat iuxta quandam aquam, vbi erat multitudo maxima ranarum; adeo clamore ſuo cracitantes, vt eius prædicationem audiri bono modo non ſinerent; eis imperauit ſilentium, & ſtatim tacuerunt: & tam diu donec vice alia eſſet ad dictum locum reuerſus, vbi cum de ſilentio tam diu ab eis ſeruato didiciſſet, data licentia Deum laudandi eis, illico cãtum ſuũ priſtinum reaſſumpſerunt.

Tertio in natatilibus: In lacu Reatino ſibi piſcis magnus, & viuus oblatus: ab ipſo in aqua iuxta nauim poſitus, vt recederet ap: laudãdo ſancto; diu ſtetit, nec receſsit niſi ab eo benedictione accepta, & licentia.

Quarto in brutis animalibus: Immitia animalia ad manſuetudinem deduxit; lupum.n. ferociſsimum apud Eugubium adeò ad manſuetudinem deduxit; vt cum ciuibus, & ouibus velut agnus conuerſaretur, vt dictum eſt lib.1.conformitate.10.parte.2.

Caſtrum de Grecio à vexatione luporum clementer liberauit, vt dicit.8 pars legendæ.

Oues à B.F.ſalutatæ iuxta Senas, ſtatim ad ipſum relinquentes paſcua, cucurrerunt vna cũ agnis; ac ad ipſum leuantes capita, & lumina intendentes ſibi magnum applauſum fecerũt: de quo fratres, & paſtores ſimul ſunt admirati.

Apud ſanctam Mariam de Portiuncula ouẽ oblatam ſibi inſtruxit taliter, vt cum fratres in Eccleſia cantarent; & ipſa Eccleſiam ingrediens ſine alicuius informatione flectebat genua; vocem balatus emitens ante altare virginis; ac ſi eam ſalutare geſtiret. Inſuper cũ corpus domini in miſſa eleuaretur flexis curuabatur poplitibus ad venerandum Dominicum corpus omnes indeuotos ſuo exemplo inducens. Agnus ſibi oblatus in vrbe ſic fuit ab ipſo nutritus, ꝙ datus dominæ Iacobæ de ſeptem ſolijs, cum ipſa ad Eccleſiam eunte ibat; cum ſtante ſtabat, & cum redeunte redibat. Et ſi quando ipſa domina tempeſtiue ad matutinum non ſurgeret; ipſam corniculis, & balatibus excitabat.

Aput Græcium lepuſculus ſibi viuus præſentarus cum pluries in terra dimiſiſſet; ſemper in ſinum B F. ſaltabat. Sed tandem patris iuſſu per fratres ad loca ſolitudinis ductus abſceſsit.

In inſula laci Peruſini quidam cuniculus viro Dei oblatus, cum ceteros fugeret; manibus eius in ſinum domeſtica ſecuritate ſe commiſit, hæc omnia habentur in 8. parte legendæ maioris.

Apud caſtrum Treuij populo in platea congregato, dum beatus Franciſcus prædicaret; Aſinus quidam indomitus, & laſciuiens, terruit populum per plateam diſcurrendo; Et cum non poſſet ab aliquo capi, & teneri; beatus Franc. coram omnibus ſibi dixit. Frater Aſine ſta in quiete, & dimitte me prædicare populo: ſtatim Aſinus caput poſuit intra crura, & in ſilentio magno ſtetit.

Quinto in volatilibus: Inter caſtrum de Canaria & Meuaneum auibus in multitudine diuino nutu ibidem congregatis prædicando; Deus oſtendit iſtud miraculum, vt quiete ſtarent, & immobiles, ac roſtris apertis, & luminibus in ipſum directis, eius verba ſe audire libenter declararent; ac benedictione percepta in crucis modum ſe diuidentes, verſus quattuor orbis partes iere.

In caſtro Aluiani irundinibus eius prædicationem

tionem garritu,& cantu impedientibus; coram omnibus præcepit, vt tacerent vſque ad finem prædicationis: quod & fecerunt.
In loco de Arrone dum B. Fr. populo, qui de ciuitatibus,& caſtris conuenerat, & villis ad letanias faciendas pro ſiccitate,& terræ ſteri litate prædicaret; tanta multitudo aduenit irundinum, ꝙ in modum tentotij populum tegit, tanquam nubes; & ſic ſteterunt vſque quo prædicatio finiretur.
In paludibus Venetiarum auibus pluribus rẽ pertis, imperauit Deum laudare, quod & fecerunt: Sed cum ſuo cantu diuinum, quod di cebat officium cum ſocio perturbarent; impetrato ſilentio tacuerunt. Sed officio finito, & licentia à viro Dei rehabita; auiculæ cantum ſuum reaſſumpſerunt: vt dicit 8. pars legendæ.
Ad montem Aluernę cum ſocijs pergẽti multitudo auium diuerſarum obuiam facta eſt cum hilaritate,& cantu,& ioco alarum ad ipſum concurrentes: Et aliquæ ponebant ſe ſuper caput eius; aliæ ſuper ſpatulas, aliç ſuper genua, aliæ ſuper manus gaudium de ipſius ad montem acceſſu præfatum geſtẽtes.
In lacu Reatino auis fluuialis ſibi data,& nul totiens ab ipſo dimiſſa, noluit recedere, niſi benedictione recepta.
Senis Faſianus ſibi oblatus; ſed pluries dimiſ ſus recedere noluit: immo à ſancto datus cui dam nobili,noluit comedere,donec eſſet per latus ad ipſum.
Falco in monte Aluernæ ibidem nidificans beato patri ſingulariter fuit iunctus amicitia; ſuo cantu de nocte ſanitatis tempore excitans eum tempeſtiue; tardius vero dum pater ipſe infirmaretur.
In loco de Reate dum ſtaret beatus Fr. aues, quę pectorubei dicuntur veniebant ad menſam, & de pane ab ipſo accipiebant; ſed ibidem nidificantes, & pullos parientes, poſtquam eos aluerunt; ad ſanctum,& fratres detulerunt, ipſoſque dimittentes receſſerunt, quos fratres nutriebãt: Sed maior eorum inuidens alijs; eſcam ab eis accipiebat. Quod cernens vir ſanctus di. Fratribus. iſte maior inuidens fratribus non permittit eos,quę dãtur accipere; ſed mala morte moriatur,nec de ipſo gatti comedent; & ſic factum eſt: nam dum vellet bibere in quodam vrceo, ſubmerſus eſt; & abinde extractus, & gattis proiectus de ipſo comedere renuerunt.
Plura alia miranda Deus oſtendit Beato.F. in natatilibus,& volatilibus,ſed dicta ſufficiant.
Sexto conceſsit Chriſtus beato. F. facere mira in hominibus.
Alia mira. Et primo homines plures à demonio liberando. In caſtro ſancti Gemini vxorem cuiuſdã qui eum hoſpitio ſuſceperat demoniacam ſo lo iuſſu liberauit.

In ciuitate de Caſtello quandam à furibundo demone virtute obedientiæ ipſum diabolum eijciendo curauit.
Fratrem inobedientem diabolum ſuper ſe habentem ſeſſorem, dum eidem miſiſſet dicendo; ꝙ prælato ſuo ſe ſubderet obedientia.B. F. meritis fuit à diabolo inſidente liberatus, & clementer ereptus.
In loco montis Caſalis prope burgum ſancti Sepulchri reperit.B F quendam fratrem, qui potius à diabolo videbatur occupatus; quam infirmitate naturali; nam ſe aliquando in terra proijciebat,& ſpuebat, ſeu ſpumabat, aliquando ſe contrahebat caput intra crura ponendo,& ſic diuerſimode cõplicabat. Quod audiens.B.Frã.accepta bucella panis, de quo tunc edebat; ac ſigno crucis facto ſuper eam, miſit dicto fratri;quam vt guſtauit ſtatim fuit liberatus.
Secundo homines à diaboli tentatione eripiẽdo,& præſeruando. Fratrem Leonem ſocium ſuum magnam patientem non carnis, ſed ſpiritus tentationem in monte Aluernę aliqnam benedictionem in quadam cedula ſcriptitando,& eidem tradendo liberauit.
Fratrem Ruffinum à diabolo de prædeſtinatione,& præſcientia deceptum eripuit, vt dictum eſt ſecunda parte conformitatis octauę primi libri.
Fratrem quendam antiquum, & deuotum nolentem ex verecundia ſuam pandere tentationem; dicendo eidem.B.F.ꝙ nolebat eum amplius tali tentatione teneri: liberum reddidit ab eadem.
Fratrem alium in loco de Reate graui tentatione vexatum,cum cuperet pro ſui liberatione de vnguibus.B.F. habere; dum hic in ſpiritu ipſe beatus pater videret vngues tondendo,& fratri tradendo illico liberauit.
Fratrem alium in loco ſanctæ Mariæ de Portiuncula à diabolo arreptum;quia contra fratrem meditabatur vleiſci;dum.B.Frã. eum ad ſuam dicendam culpam induxiſſet ab hoſte eripuit.
Tertio homines leproſos ad munditiam reducendo. Quendam leproſum Dei blaſphemũ, & ſanctorum,cui fratres ob blaſphemiam nõ valebant ſeruire;eidem oratione præmiſſa ſeruiendo,ac lauando eum ſanum reddidit. Et quod maius eſt ad Chriſtum poſt paucos dies mortuum tranſmiſit, de quo inferius magis diffuſe dicetur.
Quendam alium leproſum os pariter, & maxillam morbo hñtem depaſtum; cum beato Fran. pedes oſculari vellet præ deuotione; à beato Fran. plaga illa oſculo benigno contacta;ſtatim ſanauit. Miram enim circa leproſos beatus Fran.à Deo obtinuit gratiam eos liberandi: cum circa ipſorum obſequium nõ ſolum ipſe prius intenderit;ſed & fratres primitus

mitus voluit intendere, & mandauit.

Quarto contractos extendendo. In ciuitate Tuſcanela filium cuiuſdam militis à natiuitate contractum ipſum manu eleuando extendit, ac erexit.

In ciuitate Reatæ præbendarium nomine Gedeon ad preces intercedētium ſignando cruce, incolumitatem à contractione concedendo erexit.

In Aprutio dum prædicaret. B. F. in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Cenaro, quidam nānus nomine Albertus de Campuli, cum eſſet ſic contractus, q̄ erectus ambulare non poſſet, mutus, & gibboſus, ac mole nimia grauatus capitis, Beato F. fuit oblatus, cui beatus. Fr. compatiens proprijs manibus repreſsit gibbum, & caput præmens debitæ coaptauit, & cum ſuper pedes eum erigeret, ſanum, & loquentē ſuo patri reſtituit.

Quinto turgidos homines ad ſtatum debitum comprimendo.

In epiſcopatu Reatino puerū turgidū adeo, vt crura propria videre non poſſet; tactu manuum ſuperfluitatem comprimendo ſanauit.

Sexto homines conglomeratos extedendo. In ciuitate Ortenſæ puerum conglomeratū, vt caput pedibus portaret applicitū, & oſſa quædam fracta haberet, ſigno crucis facto, eum protinus extenſum ſanum effecit.

Septimo membra habentibus arida priſtinū vigorem infundendo. Mulierem ſiccas, & aridas habentem manus ſignando cruce, ad ſanitatem reduxit, quæ ſanata ſibi cibum parauit.

Octauo orbatis lumine oculorum viſus claritatem concedendo. In caſtro Meuanij puellæ cęcę ſputo ter oculos liniendo eam illuminauit.

In ciuitate Ortana presbiterum nomine Taſurum cæcum, ſigno crucis facto ſuper oculos illuminauit.

Militem quendam dominum Ioannē de Abaſſafolijs, priuatum lumine, ad ſtatum claritatis deduxit.

In ciuitate Narnienſi mulieri cæcitate percuſſæ; crucis ſigno facto lumen rependit.

Bononiæ puerum habentem maculam ſuper vnum oculorū, & ſic obcæcatum, dum ſignaſſet, lumen limpidius de illo, quàm de alio videre fecit.

Nono in partu periclitanti, facilitatem pariēdi largiendo.

In comitatu Aretij mulier cum pluribus diebus laboraſſet in partu, & iam morti foret vicina, frænum equi, cui inſederat beatus F. homines cum deuotione ſuper ipſam ponentes; illico peperit cum ſalute.

Decimo à diuerſis infirmitatibus multos erigendo.

In caſtro plebis cum, multi diuerſis infirmitatibus laborarent.

Adam homo habēs. B. F. chordam, qua fuerat aliquando accintus; ibat per domos chordā in aquam ponendo: & dando infirmis ab infirmitatibus ſunt liberati.

Panis etiam tactus, ſeu benedictus à beato. F. infirmis datus; multos à varijs morbis liberauit.

Vndecimo diſcordes homines ad concordiā reducendo; Poteſtatem Aſiſij cum epiſcopo diſcordantem, cum nullus inter eos pacem poſſet ponere. B. F. duobus ſocijs mandando, vt congregatis omnibus coram poteſtate, & alijs cāticum fratris ſollis, quod ipſe compoſuerat cum deuotione cantarent; quod cum feciſſent, tanta copia lachrimarum eſt Poteſtas perfuſus; vt ſtatim ad Epiſcopum pergeret ſe culpabilem redderet, & perfectam concordiam cum ipſo deinceps haberet.

Ciuitatem Senenſem cum adijſſet cum fratre Maſſeo, reperit eam diuiſione ad ſui exterminium laborare, & ciuium multā cedem, & iam duos occiſos; quam ſua prædicatione mirabili ciues ad pacem reducendo, & concordiam, ab exitio ſui liberauit.

Diſcordia & bello inteſtino ciuitatem Aretij laborantem demonibus ſuo iuſſu recedentibus ad concordiam reduxit.

Duodecimo prauis, & malis maledicendo, & ad mortem deducēdo. Miniſtro Bononię fratri Ioanni de Laſchiaccia, qui bis ſtudium Bononiæ contra eius voluntatem poſuerat. B. F. maledixit: qui ſtatim infirmatus eſt, & cum ſupplicaret, vt maledictionem reuocaret, reſpondit B. F. Chriſtum maledictionem ipſam in cœlis confirmaſſe: Demum ex alto deſcendit gutta ſulfurea; quę totum eius corpus miſerabiliter conſumpſit.

Quid Miniſtro Bononiæ acciderit.

Cuidam porcæ, quæ agniculum occiderat ipſa nocte natum apud monaſterium ſancti Verecūdi de Epiſcopatu Eugubij maledixit; ne vllus ex ea comederet homo, vel beſtia, & ſtatim cępit infirmari; & per triduum anguſtiata doloribus mortua, nulli fuit eſca famelico.

Tertiodecimo homines ad Chriſti amorem accendendo. Abbas ſancti Iuſtini de Peruſio, cum iuxta promiſſum beatus. F. pro eo dominum exoraſſet; tantam ſuauitatem, & caliditatem ſpiritus accepit: qualem nec quantam prius aliquando acceperat.

Fratrem Maſſeum orando beatus F. intra ſua brachia aſſumendo, non ſolum à terra eleuauit per ſpacium; ſed tantam ſpiritus conſolationem infudit eidem, & calorem diuinum; qualem, nec quantam vnquam fuerat expertus.

Virum cuiuſdam mulieris, qui ipſam in Dei ſeruitio perturbabat; cum pro eo dominum exoraſſet in alium hominem commutauit; adeò vt vir ipſe nō ſolum vxorem libere Chriſto deſeruire permitteret; ſed ipſe vna cum

ipſa

ipſa vſque ad mortem domini beneplacitum adimpleret; & die eodem ambo ad Chriſtum ex hac vita fœliciter deceſſerunt.
Fratrem Bernardum ſuo exemplo, & verbo mutauit ad relinquendum omnia, & Chriſti ſub ſuo ducatu vitam proſequendam.
Fratrem Pacificum mundanis deditum verbo induxit, & viſo miraculo ad mundi contemptum, & dominum proſequendum: Sic, & innumeros alios, de quibus longum eſſet narrare; de quibus dictum eſt pro parte. lib. 1. parte. 2. conformitatis. 8. Quis enim vnquã fuit cum beato Frao. locutus; qui non fuerit eius Nota. verbo, & vita mutatus? Patuit in Soldano qui ab ipſo adeo mutatus eſt; vt & deuotionem ad ipſum præcipuam haberet, & in vltimo: vt dicetur conformitate. 38. parte. 2. Ad Chriſtũ conuerſus eſt. Sic & B. Clara verbis. B. F. inducta fuit ad Chriſti connubia per optanda. Dominus Ioannes Gaietanus de Vrſinis pater domini Nicolai Papæ tertij videns. B. F. inter pauperes comedeṇtem, ſtatim & ipſe idipſum fecit, & ſic de alijs. Vita ergo. B. F. ſic fuit ſpeculum perfectionis; ſic & attrahens omnes ad bonum, & ad Chriſti veſtigia proſequẽda. Et præ alijs miraculis hoc putatum eſt; quia ſicut anima precioſior eſt corpore; ſic melius eſt eam ſanare, quàm corpus: quare & maius cor mutare, quàm corporis infirmitates diluere; quod tamen Chriſtus fecit, & faciebat beati Fran. dilectione, & prece.
Quartodecimo à vulneribus liberatio. In ciuitate caſtelli puerũ paruulum graui vlcere vulneratum oblatum à matre, vt ſuper vulnus ſignum crucis imprimeret; quod cum feciſſet, & faſciam ſuperligaſſet; mane ſanatum, & carnem ſuperexcreuiſſe in modum roſæ rubeæ, quæ ſemper ſtetit in ſignum miraculi mater reperit.
Quintodecimo à ſuperexcreſcente carne. ſ. ſtruma expurgando. Apud Ortas quendam habentem ſtrumam magnam inter ſcapulas ad inſtar panis; ſignando cruce, ſtatim fuit liberatus, vt nec ſignum aliquod remaneret.
Sextodecimo hydropiſim propellendo. In cõfinibus comitatus Aretij puerum octo annorum hydropicum à matre præſentatum, & ſic inflatum, ꝙ pedes minimè videre valeret, beatus Fran. dum oraſſet, & manum ſuper eius ventrem poſuiſſet; ſtatim ſanauit. Et hic dicitur fuiſſe factum poſt ſacrorum ſtigmatum impreſſionem.
Deeimoſeptimo à morbo caduco eripiendo. Quendam puerum in diſtrictu Parmæ in Caueiano habentem morbum caducum; rogatus à matre beatus. Frã. inde tranſiens ſcripſit litterulam, & dedit matri vt filio daret; quod cum feciſſet liberauit: Qui poſtea fuit conuerſus in monaſterio ſancti Hérici de Parma.
Decimo octauo homines immiſericordes ad miſericordiam reuocando. In Spoleto quidam erat homo valde auarus, qui nunquam fratribus eleemoſynam dabat; ſed eis maledicebat, & opprobria inferebat: Quod audiens. B. Fr. dixit fratri Andreæ de Senis, qui erat eleemoſynarius: ꝙ aliquam extorqueret ab eo eleemoſynam, Cumq; Frater iſte apud virum præfatum precibus importunis inſtaret, vt amore, Dei ipſi eleemoſynam largiretur; infeſtatus tandem, vt lapidem proijceret, ſic eleemoſynam ſibi proiecit; Et frater lætus Beato. F. portauit: Quam B. Fr. accipiens cuilibet fratri aliquantulum de ipſa dedit di. quilibet veſtrum dicat pro iſto peccatore ter pater noſter, & roget Deum vt ipſum ad viam veritatis reducere di gnetur. Mirum certe: nõdum fratres à cœna ſurrexerant; & ecce homo ille venit ad locum fratrum contritus, & ad pedes. b. F. ſe proijciens veniam petijt; & cæcum ſe hactenus fuiſſe confeſſus eſt; ac ex tunc factus eſt homo deuotus, & eleemoſynarius, & benefaciens fratribus. Notandũ miraculũ.
Decimonono fratres ſua oratione reficiẽdo. In cap. generali Aſsiſij celebrato, vbi fuere fratres ad ſex milia. precibus, & meritis. B F. ſubito, & improuiſe, à Deo ſunt omnia copioſiſsime miniſtrata: Cui cap. affuit beatus Dominicus cum octo ſuis fratribus, & miraculo viſo fuit valdè ſtupefactus, & ædificatus.
Vice alia cum vellet charitatiuè cum fratribus, quos ad diuerſas dirigebat partes, & longinquas comedere; cum non eſſent niſi tres panes inuenti; ipſos diuidendo intantum excreuerunt, ꝙ triginta fratribus fuere ſufficientes; & de reſiduo vnum capiſterium eſt repletum.
In inſula laci Peruſini beatus. Fran. fecit vnam quadrageſimam habens ſecum duos panes paruulos; de quibus ſolum medietatem comedit vnius; vt Chriſto domino miraculum de integritate ieiunij remaneret.
Cibaria B. Frã. à Deo directa per Angelum in mari Sclauoniæ in tantum excreuere; vt pluribus diebus inde ſufficerent nautis, & alijs copioſè.
Vigeſimo à mortis periculo reſeruando. Fratrem Moricum de ordine prius cruciferorum ſupplicem factum ſibi. B. F. Antidoto facto de micis, & oleo lampadis, quæ coram virginis ardebat altari, & eidem tranſmiſſo; dũ guſtaſſet; ad ſanitatem perfectam reduxit. Animalia morbida in Epiſcopatu Reatio, poſt ſuſcepta ſtigmata lotura aquæ manuum, & pedum. B. F. aſperſa, illico ſunt ſanata.
Vigeſimoprimo à mortuis ſuſcitando. In legenda fratris Bernardi de Bleſa habetur, ꝙ frater cuiuſdam militis, qui miles beatum Fr. hoſpitio receperat; cum eſſet in aqua ſuffocatus, nec eius corpus poſſet reinueniri; beato Franciſco orante, & corpus repertum,

& homo à mortuis eſt reſuſcitatus.

In ciuitate Iteraniñ. vt mandatum eſt ſolemni memoriæ tempore. D. Papæ Nicolai tertij per publicum notarium, & teſtes; per ipſum reſuſcitatus eſt, quidam nomine Ioannes, ſuper quem murus cadens ipſum extinxit, & tunc erat. 10. annorum; Cuius caſum audiens B. F. & cum à parentibus lamentabiliter plangeretur, ad domum eius acceſsit, & intrans per partem poſteriorem, vt non videretur, dictum puerum mortuum accepit, ac ſuper ſe ponens, eum vocàdo proprio nomine, à mortuis reuocauit; ſibique prædixit ꝙ filios nunquam haberet, & ſic euenit.

Alium dicitur ſuſcitaſſe. ſ. filium paruulum cuiuſdam nobilis, qui eum ad prandium inuitauerat; qui ceciderat in cacabo, & conſumptis carnibus præter oſſa, quaſi nihil remanſerat: Sed quomodo eum ad vitam perduxerit dictum eſt ſupra lib. 1. parte, 2. conformitatis. 10. vide ibi. de iſto in loco autentico non reperi; ſed depictum, & ſcriptum in pluribus locis inueni: Sed de nullo pręfatorũ dñs frater Bonauentura in legenda maiori facit mẽtionem. Et quid fuerit in cauſa ignoro: Cum tamen de primo dictus frater Bernardus de Beſſa facit mentionem. Et ſecundum de ſcriptura publica notarij reperi Florentię tranſcriptum.

Vigeſimoſecũdo poſt mortem mortuos obediendo videm. Frater Petrus Catanij, de quo dictum eſt ſupra lib. 1. conformitate. 8. parte 2. qui fuit tertius frater ordinis de primis, & Vicarius, B. F. & ipſo. B. F. viuente poſt dimiſſionem generalatus officij; fuit ipſe Frater Petrus electus generalis miniſter. Cum in quã dictus frater Petrus ante mortem. B. F. de hoc mundo migraſſet ad Chriſtum; ac infinitis corruſcaret miraculis in loco ſanctæ Mariæ de Angelis ſepultus; ac per hoc multitudo maxima ad dictum locum omni die gentium adueniret; fratrumque quietem perturbaret; hac de cauſa. B. Fr. non inuidens gloriæ ſuæ; ſed prouidere volens quieti fratrum ex aduẽtu ſecularium, & frequentia ad ipſius ſepulchrum accedens, coram omnibus fratribus dixit. Frater Petre, tu ſemper fuiſti mihi obediens in vita; volo ꝙ ſis & nunc poſt mortem. Quare vt fratres in quiete hac permaneant mando tibi per veram, & ſanctam obedientiam, ꝙ de cętero nullum ſignum miraculorũ facias. Et ſtatim frater Petrus à ſignis ceſſauit, nec deinceps vllum aliquando fecit.

Plurimorum miraculorũ [illegible] B. Frã. factorum epilogus.

Perpende quęſo lector prudens præfatorum: qualis meriti apud Chriſtum fuerit glorioſus vir F. cuius Imperio parent defuncti; mortui reuocantur ad vitam; à mortis faucibus eripiuntur conſtituti: morbi omnes abſcedũt; elementa deſeruiunt; volatilia afficiuntur: Immitia ſubduntur; arbuſta creſcunt; animalia irrationabilia obediunt; homines immutantur: Auctor omnium Deus aſsiſtit in votis, & benigne angeli ſubminiſtrãt; ac hoſtes demones ſuperantur, fugiunt, & confunduntur. Quibus datur intelligi. B. Frã per omnia Deo fuiſſe ſubditum; cui omnis creatoris factura obediuit ad nutum; ac ad ſtatum innocentiæ diuina gratia ex obedientia talium, & in talibus quodammodo fore redactum. Attende vir deuotè ad quem ſanctificationis apicem anima fuit. B. Fr. perfectione à Chriſto deducta; cuius corporis partes tot ſigna pertulerunt; Capilli. B. F. immiſsi muro fracturam redintegrant; Oculi à demone fratrem liberãt: aures diuina audiunt iuſſa, & angelicam percipiunt melodiam; os tangendo oſculo oris corroſi plagam ſanat: vox fratrem ſoluit rigidum à diabolo effectum; verbum omni virtute, & efficacia plenum in benedicendo, & maledicendo in commonendo, & præcipiendo; manus leproſum mundant; frigore moriẽtem tactu igniunt; & cęcos illuminant; ac plura faciunt miranda: Scriptura fratrem. ſ. Leonem tentatione liberat, & à morbo caduco; Vngues tentationẽ propellunt; Sputum puellam illuminat; Amplexus fratrem Rizerium conſolatione ſumma replet, & fratrem Maſſeum indicibili fæcundat conſolationis diuinæ ſuauitate; habitualis tunica domum, in qua manet ab incendio in caſtro montis acuti præſeruat; Chorda infirmos curat; Lotura manuum, & pedum animalia languida, & morti proxima viuificat; Frænum equi, cui inſederat naufragantem in partu ſoluit, panis ab eo tactus diſſolnit diaboli vexationem in fratre; Iuſſu demones fugiunt, ranæ tacent, aues cantant, & iubilant; pedes dominæ Iacobæ velut alteri Magdalenæ lachrymis irrigati miſericordiam, & gratiam impetrãt tãgenti, ac corpus ipſius contactum deuotis remedia confert ſanitatis. Sic ergo Franciſcus ſanctificatus fuit in anima; ſanctificatus fuit in corpore, vt non ſolum membra ſingula mira effecerint; ſed & locus, vbi quieuit, & quicquid tetigit mira exercendo ſanctificationem, & virtutem, à B. F. eis relictam depromunt. Et quia omnia B. F. tam membra, quam iuſſa; tã loca, quàm tacta ab ipſo virtutem, & efficaciam poſsidebant; ad ipſum omnia afficiebantur. Angeli, homines, bruta, parua animalia, ſicut Cicada, quę per octo dies cum eo ſtetit in loco ſanctæ Mariæ; & demum vocata ſuper manum eius volauit, ac deinde licentiata receſsit; Cum ipſo libenter ſtabant, volatilia cũ ſuo cantu. geſtu, & modo lætificabant. Sicut patuit Philomela. quæ in ſæpe conſiſtens; per totam diem alternatim cum B. F. cantante cãtauit, & B. F. comedente ſuper eius manũ ſaltauit & comedit; ac benedictione accepta receſsit; Et demum homines vtriuſque ſexus,

omnes,

omnis ætatis, omnis ſtatus, & conditionis ipſum videre, audire, & tangere peroptabant; ſicut patuit quando primo Bononiam acceſsit, quando per Caſtrum tranſiuit burgi ſancti Sepulchri, quando Senas acceſsit, & concordauit in ea diſſentientes, ſicut ſuperiora declarant de omnibus ſupradictis, & oſtenditur in ſpirituali quando fuit Reate, cui quaſi omnes ciues obuiam venientes, vt declinaret eorum applauſum extra ciuitatem ad duo miliaria citra permanſit. Idipſum euenit Gaietę, vt totus populus ad ipſum pergeret, &. beatum ſe reputaret, qui poſſet eum tangere. Et de multis ſimilibus exempla poſſent adduci, quę omittenda ſunt cauſa breuitatis. Quibus declaratis apparet dominum Ieſum Chriſtū B. Fran. vt ſuo perfecto cultori in cunctis condeſcēdere, omnemque creaturam eidem ſubdere, ac mirificando miraculis non ſolum in hoc cōformem ſibi eum præbere, ſed etiam vt deſtinatum ab ipſo mirificis ſignis prodere, vt notabilem, & diuulgatum mundo vita, & doctrina, & ſignis omnis homo ſciret, & clamaret. Et ſicut Adæ Deo non parenti omnis creatura rebellis extitit, ſic B. Fr. omnia præcepta diuina implenti creatura omnis famulata eſt, vt iā dicta depromunt, vt dictum de primo patre omnium in B Fran. ſit poſtmodum adimpletum: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & conſtituiſti eum ſuper omnia opera manuum tuarum, & ipſe merito poſſet dicere illud, quod cantatur in Euangelio ſui feſti, & eſt verbum Chriſti.

Omnia mihi tradita ſunt à patre meo vt enim pandunt iam dicta non ſolum ſuper cęleſtia, vtpote ſpiritus ſupercęleſtes, ſed ſubcęleſtia elementa, arbores, aues cum natalibus, & animalia tam irrationabilia, quàm rationabilia. Et quod maius eſt dominus Deus omnium B. Fran. & parere, & complacere complacuit. Pręfatis ergo declarata eſt ſecunda pars huius primæ conformitatis ſecundi libri, & tertiæ decimæ in ordine, videlicet Franciſcus diuulgatur, ſcilicet ſignis, & virtutibus.

LIBRI SECVNDI, SECVNDVS fructus, & conformiras & eſt 14. In ordine. Ieſus paſtor ſolicitus. Franciſcus animatur. Expoſitio primę partis, videlicet Ieſus paſtor ſolicitus.

AMOR, & dilectio, quam habuit Deus ad genus humanum, & ſi oſtenſa fuerit in veteri teſtamento, vt pote circa hominis primi inſtitutionem; tot beneficia circa ipſum exhibendo, vt dictum eſt Libro primo, conformitate 2. Parte prima. Circa eius peccati punitionem non exterminando; ſed ad pęnitentiam reſeruando, & mitiſsimè eum puniendo. Circa hominis regulationem, & ordinationem per legem, & præcepta, & quæ ſunt ad diuini cultum operationem. Circa hominis ad bonum inductionem, & irradiationem per ſanctos prophetas; & ſic de alijs à Deo hominibus exhibitis; & circa hominem patratis: Præ omnibus tamen amor diuinus commendatur ex operibus domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: Cuius charitatis immenſitas, zelus, amor, & dilectio ſicut non valet ad ſummum corde percipi, ſi nec lingua narrari. Et ſi balbutiendo de hoc prima conformitatis huius pars dicere ſatagat, cum promat inquiens.

Ieſus paſtor ſolicitus: breui verbo, & compendioſo multa retexens de diuino amore Et pro huius euidentia, & declaratione eſt videndū, quid velit depromere cum dicitur. Ieſus paſtor ſolicitus, & tunc videbitur clare quantum nos dilexit, ac eius amor quam vehemens ſit, & fuerit, & hoc ſi diſcutiatur primo quam ſolicite noſtram ſalutē procurauerit; & ſi quod paſtor verus extiterit declaretur. Amorem inquam diuinum, & zelum. & ſolicitudinem pro noſtra ſalute aſtruunt à Chriſto facta, & operata. Indicantia intēſiſſimū amorem Chriſti circa noſtram ſalutem.

Et primum eſt eius mirifica in carnatio; quæ non ſolum quid accepit, & qualiter, ſcilicet miſeram carnem noſtram penſando. claret de eius amore. Sed propter quid venit, & carnē aſſumpſit cogitando, cum teſte ſimbolo Niceno, propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt &c. & Lu. 9. Dicit ipſe ſaluator. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Lucæ. 9.

Secundum eſt ab ipſo noſtrarum pœnarum ſuſceptio di. Iſa. 53. Ipſe peccata multorum tulit ideſt pœnas peccati Et 1. Pe 2. Et ipſe pertulit peccata noſtra ideſt pœnas peccatorum noſtrorum in corpore ſuo; vt per eaſdem pœnas, ſicut & per mortem ſalutem noſtram procuraret; & ideo ſubdit Petrus, quòd peccata noſtra ideſt pœnas portauit; & cauſa vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. Iſa. 53. 1. Pet. 2.

Tertium eſt eius inter homines conuerſatio. In terris viſus eſt ait Baruch. 4. & cum hominibus conuerſatus eſt. Conuerſatus eſt inter nos homines, vt verus homo crederetur, & ſua vita traheret homines ad ſalutem; vt vita, & conuerſatione beniuola, ac humili incitaret ad ſalutem, & bonum, vnde de conuerſatione eius cum publicanis, & peccatoribus murmurantibus phariſeis reſpondit. Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent Non enim veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam Matth. 9. Baruch. 4. Matth. 9.

Quartum eſt eius prædicatio, & aſsidua informatio, doctrina enim ſaluatoris quid intendit, niſi totum hominem ordinare ad Deum,

ad ſe, & ad proximum; vt vitia dimittat, virtu-
tes arripiat, vitet pœnam inferni, & conſequa
tur ſalutem; vt patuit lib. 1. pluribus conformi
tatibus. Ac Chriſti prædicatio non erat inter-
polata, ſed aſsidua; quia quotidie docens de
Matth. 21. regno Dei Matth. 21. Non in vno loco ſed vbi-
Matth. 6. que, quia ciuitates circuibat, & caſtra. Mat. 6.
Et turbis in vna patria eum retinere volenti-
bus. Dixit. Quia & alijs ciuitatibus oportet
me euangelizare regnum Dei, quia ad hoc
miſſus ſum: & qualis erat eius prædicatio in-
quit, quia de regno Dei, & quali audacia ſicut
Matth. 7. inquit poteſtatem habens Matth. 7. Et quali
Ioan. 7. verbo Io. 7. Nunquam locutus ſic fuit homo,
& Ioannis ſexto dicen. Verba, quæ ego loquor
vobis; ſpiritus, & vita ſunt. Et Ioannis quinto
Io. 6. & 5. di. Qui verbum meum audit, & credit ei, qui
miſit me, habet vitam æternam.

Quintum eſt diſcipulorum ſuorum ad prædi-
candum directio, & tranſmiſsio, & ex hoc cō-
prehenditur dominum Ieſum Chriſtum zelū
maximum, & amorē habuiſſe velut paſtor ad
oues; qui non ſolum per ſeipſum ſalutem præ
dicauit, ſed etiam diſcipulos ad prædicandū,
vt ſic omnium ſalus haberetur direxit. Miſit
enim primo Apoſtolos 12. Vt habetur Matth.
Matth. 10. 10 & Luc. 9. Poſtmodum; quia meſsis erat mul
Luc. 9. ta, & operarij pauci, ſeptuaginta duos diſci-
pulos alios deſtinauit. Et quod ad ſalutem pa
tet. inquit ipſe di. Appropinquabit, (ſcilicet ſi
credi tis) in vobis regnum Dei.

Sextum eſt miraculorum operatio. Egit Chri-
ſtus, & fecit opera, quæ nemo alius fecit, vt ip-
Ioan. 14. ſe di. Ioan. 14 Et ſi principaliter egit ad oſten
dendum ſuam diuinitatem, fecit. & ad ſanan-
dum noſtram ſpiritualem infirmitatem. Chri-
ſtus enim (vt dicunt doctores) nullum curauit
ab infirmitate corporali, quem prius ab ęgri-
tudine animæ, & ſpirituali non ſanauerit di. ip
Ioan. 7. ſo Ioan. 7. Totum hominem ideſt animam, &
corpus ſaluum feci. In præcedenti conformita
te parte prima patet de curatis à Chriſto Sic
ergo miracula operando, potius ſalutem ani-
mæ, quam corporis procurauit.

Septimum eſt demonum repulſio, & ſubiuga-
tio. Principium noſtræ damnationis fuit inui-
dia Diaboli; & qui impediret noſtram ſalutē,
erat ipſe diabolus, Chriſtus igitur non ſolum
à corporibus, & à pluribus hominibus repu-
lit (vt ſancta Euangelia docent) ſed generali-
ter à genere humano elongauit eū in abiſſum
Apoc. 19. recludendo. Vt dicit Ioan. Apoc. 19 genus hu
manum ab eius manibus liberando, & adeo ip
ſum ſua paſsione debilem reddidit, vt nemi-
nem vincat niſi volentem: hoſtem ergo noſtrū
deprimendo, remouendo, & ſubiugando ſa-
lutem noſtram procuraſſe, ac zelum ad nos
habere ſummum oſtendit.

Octauum eſt laborum, & diſcurſuum perce-
ptio: Quot enim labores aſſumſit, quot diſcur
ſus peregit, lege Euangelium, & vide Ieſum fa
tigatum ex itinere, ſedere ſupra fontem. Io. Ioan. 4.
4. Diſcurrere de Iudea in Galileam. Io. 4. Cir- Ioan. 4.
cuire vicos, ciuitates, & caſtra. Matth. 9. Quo Matth. 9.
rum tolerantia oſtendit, & ſalutem noſtram
appetere quærere, & procurare, & nos maxi-
me diligere; ratione enim ſui pręfata non ſum
pſit, ſed noſtri.

Nonum eſt mortis ſuſceptio: Si enim homo
nihil precioſius habeat ſeipſo, hinc eſt quod
dando animam ſuam, ideſt ſuam vitam expo-
nendo pro proximo, maiorem charitatem nō
poteſt habere, vt dicit ipſe ſaluator. Ioan. 5. Et Ioan. 5.
quia ipſe dedit ſemetipſum pro nobis; paſsio-
ne ergo, & circunſtantijs paſsionis oſtendit
quantum nos dilexit, nam proprio filio pater
non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit Rom. 8.
illum Rom. 8.

Decimum eſt mortis peccati abiectio: Chri-
ſtus pro nobis mortuus eſt, vt peccatis mortui
iuſtitiæ viuamus ait beatus Petrus in Cano- 1. Petri 2.
nica cap. 2: Lauit enim nos à peccatis noſtris
in ſanguine ſuo. Apoc. 1. Mortuus eſt enim, vt Apoc. 1.
non regnet peccatum in noſtro mortali cor-
pore Ro. 6. Et quia liberati nunc ſumus à pec- Rom. 6.
cato; ſerui autem facti Deo Rom. 7. per hoc Rom. 7.
merito docemur Chriſtum nos dilexiſſe.

Vndecimum eſt, noſtra per Chriſtum facta pa
tri reconciliatio, Rom. 5. Cum inimici eſſemus Rom. 5.
reconciliati ſumus per ſanguinem filij eius:
Nam pater cœleſtis reconciliauit nos ſibi per
Chriſtum primæ Corinthios 5. Placuit enim 1. Corin. 5.
in ipſo, & per ipſum reconciliari omnia, quæ
in cęlis ſunt, & quæ in terris &c. Colloſ. 1. Ipſe Colloſ. 1.
enim eſt mediator Dei, & hominum 1. Thi. 2. 1. Thim. 2.
Sic ergo reconciliando affectum ad homines
ſuum declarat.

Duodecimum eſt ſacramentorum inſtitutio:
Operatus eſt ſalutem in medio terrę ſacramē-
ta inſtituendo, quibus purgamur à vitijs, in
gratia firmamur, & per ipſam ſalutem conſe-
quimur ęternam. Et licet quodlibet ſacramen
tum proclamet Dei ad nos dilectionem, præ-
cipue tamen eſt ſacramētum Euchariſtiæ, vbi
Deus, & homo Chriſtus Ieſus datur homini in
cibum, & ſalutem mentis, & corporis, & in ab
lutionem peccatorum, ſi debite ſumatur, con
ſiderando prędicta, nō amorem remiſſum; ſed
intenſiſsimum Dei ad nos oſtendunt.

Tertiumdecimum eſt ad cœlum generis huma
ni ſubuectio, & deductio Nonne ipſe Salua-
tor non ſolum genus humanum à diaboli po-
teſtate eripuit; ſed ipſum peccato primorum
parentum priuatum regno cęlorum ad ipſum
iter pandendo deduxit nobis hæreditatē, quā
amiſeramus reſtituendo.

Quartumdecimum eſt ſpiritus ſancti, & gratię
collatio, & emiſsio, qua emiſsione homo pur
gatur a vitijs; ad bene operandum inducitur,
& adiuuatur, ac dona ipſius ſpiritus diuerſi-
mode

mode hominibus conceduntur; prout decla-
1.Cor. 12. rat Apoſtolus 1. Corinth. 12. Quibus pignus datur hominibus ſalutis æternæ prout dicit Apoſtolus.

Quintumdecimum eſt diuina inſpiratio: qua non ſolum traxit,ſed trahit homines ad pœnitentiam. Miſericordia Dei ad pœnitentiam
Rom. 1. te adducit. Rom. 1. Qua inſpiratione Apoſto-
Matth. 4. los traxit à mundo ad ſui diſcipulatum. Mat.
Matth. 9. 4. Mattheum à theloneo. Matth. 9. Magdalenã
Lucæ 7. à peccato. Luc. 7. & ſic de alijs.

Sextumdecimum eſt vitiorum deteſtatio: Ipſe enim dominus Ieſus verus medicus animarum vitia deteſtando,& prauitatem oſtendendo docuit ſummopere ea præcaueri,tanquam ab impedientibus viam ſalutis æternæ, vt de his ſufficienter dictum eſt conformitate 4. Prima parte primi lib.

Decimumſeptimum eſt peccatorum condonatio. Ipſe enim vt verus amator quid egit? certe peccata donauit hominibus, vt patet in
Matth. 9. paralitico. Matth. 9. Magdalenæ. Luc. 7. Mulie-
Lucæ 7. ri in adulterio deprehenſæ. Io. 8. & ſic de alijs:
Ioan. 8. quare ſic dimittendo; ſalutem hominis procuraſſe dignoſcitur.

Decimumoctauum eſt ſuppliciorum æternorum demonſtratio: plerunque timor ſeruilis coercet nonnullos à peccatis pœna conſiderata peccatis parata: Quare Saluator,vt ad bonum prouocaret timore pœnarum magnitudinem pœnæ expreſsit, videlicet ignis æterni
Matth. 25. conſortij demonum. Matth. 25. Stridoris denti-
Matth. 8. um,& frigoris. Matth. 8. & ſic de alijs vt dictũ eſt lib. 1. conformitate 4. Parte 1.

Decimumnonum eſt exemplorum declaratio: Chriſtus enim nobis ſe exhibuit in exemplum omnis perfectionis. Quare ſi ad bonum volumus exercẽdum peruenire, Chriſtum vt exemplar perfectiſsimum attendamus: ipſo dicen-
Matth. 9. te Matth. 9. Diſcite à me. hoc eſt exemplar in monte conſtitutum, vt ad ipſum reſpicientes operari perfectionem poſsimus.

Vigeſimum eſt oratio: Chriſtus nõ pro ſe, ſed pro me orauit, & exauditus eſt pro ſua reue-
Heb. 5. rentia. Heb. 5. Si cupis ergo ſalutem conſequi,
Ioan. 16. patrem roga per Chriſtum. Quicquid enim petieritis patrem in nomine meo: inquit ipſe Ioan. 16. Dabit vobis. Multi ſunt alij modi in ſacro Euangelio expreſsi, quibus oſtenditur Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum amoré erga nos præcipuum habuiſſe,ac ſalutis noſtræ zelum intuiſſe eidem,quibus paſtor noſter bonus, & ſollicitus arguitur euidenter,& noſtrã ſalutem optaſſe,& perfeciſſe,& ſic patet in generali quodammodo expoſitio huius primæ partis. Ieſus paſtor ſolicitus.

Sed videndum eſt amodo in ſpeciali,& particulari. Ad quod videndum ſunt tria declaranda.

Primum quia ipſe fuit paſtor. primo conditiones veri habens paſtoris,& hoc reſpectu ouiũ. Quæ ſunt cõditiones boni paſtoris ad inſtar Chriſti.
Paſtor enim debet primo ſuas oues diligere. Et ipſe dicit de ſeipſo Ioan. 10. In ſignum dilectionis. Animam meã pono pro ouibus meis.

Secundo oſtium ad paſcua progrediendi aperire. Et ipſe dicit Io. 10. Ego ſum oſtium, per Ioan. 10.
me ſi quis introierit ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur &c.

Tertio eis prædicare. Et ipſe dicit Ioan. 10. Ioan. 10.
Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas &c.

Quarto ad paſcua educere. Et ipſe dicit Ioan. Ioan. 10.
10. Per me ſaluabitur,& ingredietur, & egretur,& paſcua inueniet ſcilicet gratiam,& gloriam.

Quinto animare. Et ipſe dicit Ioan. 10. Oues Ioan. 10.
meas cognoſco.& ſequitur. Oues meæ ſequuntur me, ſcilicet quia eas præcedo vitæ exemplaritate.

Sexto ſanare,& ſaluare. Et ipſe dicit Mat. 15. Matth. 15.
Miſſus ſum ad oues,q̃ perierant domus Iſrael.
Et Ioan. 10. Ego veni, vt vitã habeant,& abun- Ioan. 10.
dantius habeant.

Septimo de pabulo prouidere. Et ipſe dicit
Ezech. 34. Paſcam eas in montibus Iſrael, in Ezech. 34.
riuis, & in cunctis ſedibus terræ, in paſcuis vberrimis paſcam eas &c. Et de ſe di. Ioan. 10. Ioan. 10.
Si quis per me introierit, paſcua inueniet.

Octauo lupis ſe ſe opponere. Et ideo dicit Io. Ioan. 10.
10. Mercenarius, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum,& dimittit oues,& fugit,& lupus rapit,& diſpergit oues. ſequitur. Non peribũt in æternum,& non rapiet eas quiſquam de manibus meis.

Nono ſeparare, & diſtinguere, ſcilicet oues ab edis,& diſcernere inter oues, & oues. Et ipſe de ſe dicit Matth 15. Separabit eos ab inui- Matth. 15.
cem, ſicut ſeperat paſtor oues ab edis. Et Io. Ioan. 10.
10. dicit. Vos non eſtis de ouibus meis &c.

Decimo oues ſibi contingere, & non diu dere: Et ipſe dicit Ioan. 10. Alias oues habeo; Ioan. 10.
quæ non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere,& fiet vnum ouile,& vnus paſtor.

Vndecimo pro ouibus vitam exponere. Et ipſe dic. Ioan. 10. Animam meam pono pro oui- Ioan. 10.
bus meis.

Duodecimo cuſtodire,& ad vera paſcua perducere. Et ipſe dicit Io. 10. Oues meæ in æter- Ioan. 10.
num non peribũt,& ſequitur. Ego vitam æternam do eis. Prædictis apparet, quod conditiones veri paſtoris inſunt domino Ieſu, prout ſcriptura ponit; quia & ipſe eſt verus paſtor, & ſolicitus.

Dicitur veraciter paſtor Chriſtus,ad inſtar paſtorum veteris teſtamenti, quos perfectione, & virtutibus exceſsit.

Fuit paſtor Abel Gen. 4. Quem Ieſus exceſsit Gen. 4.
innocentia, quia innocentiſsimus,& ſine macula.

Fuit paſtor Iabel. Gen. 4. Hũc ſuperauit Chri- Gen. 4.

ſtus in diſcretione; quia ſapientia eſt Dei pa tris.
Gen. 26. Fuit paſtor Iſaac. Gen. 26. Hunc exceſsit Chriſtus mentis ſubleuatione; quia anima eius fuit Deitati vnita.
Gen. 29. Fuit paſtor Iacob. Gen. 29. Hunc Ieſus exceſ-
Lucæ 2. ſit prudentia. Luc. 2.
Gen. 37. Fuit paſtor Ioſeph. Gen. 37. Hunc exceſsit
Ioan. 6. agnitione; quia omnia nouit. Ioan. 6.
Fuit paſtor Anas; qui inuenit aquas calidas.
Gen. 26. Gen. 26. Hunc ſuperauit in compaſsione. Mi-
Matth. 15. ſereor (inquit) ſuper turbam &c. Matth. 15.
Exo. 3. Fuit paſtor Moyſes. Exo. 3. Hunc ſuperat mē
Matth. 11. tis tranquilitate. ipſo dicente. Matth. 11. Diſcite à me; quia mitis ſum, & humilis corde.
2. Reg. 17. Fuit paſtor Danid. 1. Reg. 17. Hunc ſuperat defenſione; quia nemo accipiet de manu
Ioan. 10. mea. Ioan. 10. Et quos dediſti mihi, non per-
Ioan. 17. didi ex eis quenquā Ioan. 17.
Iſa. 44. Fuit paſtor Cirus. Iſaiæ 44. Prædictum exceſſit voluntatis patris adimpletione.
Amos 1. Fuit paſtor Amos. cap. 1. ipſum ſuperauit peccatorum, & ſcelerum correctione; quia data
Matth. vlt. eſt eis omnis poteſtas. Matth. vlt. Et poteſta-
Ioan. 6. tem dedit ei iudicium facere. Ioan. 6.
Fuerunt paſtores filij Rechab. 2. Paral. Hos exceſsit obedientia. Factus obediens vſque ad mortem.
Fuit paſtor Iachir; qui præerat ouibus Dauid, Et hunc exceſsit ſuum auxilium impendendo; ſine quo nihil poteſt operari meritorie: & ſic de alijs paſtoribus. Et quia fuit eis non ſolum ſimilis; ſed eos ſuperexcedens merito paſtor fuit. Et quia ad paſtorem ſolicitudinem pertinet habere de ouibus: vt patet
Gen. 31. in Iacob. Gen. 31. Sōnus recedebat ab oculis meis &c. Et hanc ſolicitudinem habuiſſe Chriſtum iam dictum eſt, & probatum. Sequitur ꝙ ipſe Ieſus eſt, & fuit paſtor ſolicitus. Non ſolum Chriſtus fuit paſtor bonus, & ſolicitus; ſed forma, & exemplar, vt dicit B. Gregorius: qualis debet eſſe omnis prælatus, qui paſtor eſt, vt 7. q. 1. Sciſcitaris. dicitur. Paſtor enim cuiuslibet Eccleſiæ eſt prælatus. Sed paſtor iſtæ, vt non deuiet à ſummo paſtore, debet eſſet totus compoſitus virtutibus, & ordinatus moribus, & in ſenſibus Chriſti exemplo, & prout iura volunt, debet enim eſſe ordinatus.
Primo quo ad manus ſcilicet, vt non ſit per-
Nota. cuſſor. d. 45 per totum: eleemoſynarius, & hoſpitalis. d. 44. per totum. exemplo Chriſti, qui nullum legitur percuſſiſſe; niſi corripiendo in templo flagellis, & de templo ſuo indigna facientes expellendo, immo percuſſus non emiſit vocem, & ſi reprehenderit percutien-
Ioan. 18. tem ſe in maxilla iniuſte. Ioan. 18. quia in iudicio erat, & iniuſte percutiebatur, & ideo di
1. Pet. 2. cebat B. Petrus. 1. Pet. 2. Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non cōminabatur, &c. eleemoſynarius fuit nam di,

Io. 7. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat &c. Ioan. 7.
Secundo quo ad gulam, vt non ſit vinolentus; ſed ſobrius. di. 35. per totum. Et Chriſtus dicit, Luc. 21. Attendite vobis, ne grauentur cor Lucæ 21.
da veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius ſeculi.
Tertio quo ad linguam. Vt non ſit litigioſus. diſt. 45. per totum. ſed docere alios. diſt. 36. Qui in Eccleſiaſticis. exemplo Chriſti, qui docebat eos de regno Dei. Matth. 21. Nec con- Matth. 21.
tendit; immo oppoſitum docuit. Matth. 5. Matth. 5.
Quarto quo ad appetitum, quia non cupidus. d. 47. per totum. exemplo Chriſti, Qui ni- Matth. 8.
hil habere voluit, nec etiam vbi caput ſuum reclinaret. Matth. cap. 8.
Quinto quo ad diſcretionem, & conſiderationem; quia debet eſſe prudens, & in diuerſis ſcientijs, & ſcripturis eruditus. diſt. 35. per totum. Et hoc dicto Chriſti Matth. 10. Eſtote Matth. 10.
prudentes ſicut ſerpentes, exemplo eius, qui fuit prudentiſsimus: vt habetur Luc. 2. Vnde Lucæ 2.
mirabantur, & ſtupebant ſuper prudentia, & reſponſis eius doctores in templo.
Sexto quo ad menſam; quia menſa non debet reſplendere vaſis argenteis, vel aureis; ſed fidei meritis. di. 41. Epiſcopus. Nec fabulæ ibidem eſſe debent; ſed lectio ſanctæ ſcripturæ. diſt. 44. Pro regula. Exemplo Chriſti qui vaſa talia non habuit; immo tempore cœnæ habuit catinum. Marci. 14. Ac in menſa exñs Mar. 14.
ſemper aliquid ad informationem dixit: vt patet Luc. 7 Quando inſtruxit Simonem pha Lucæ 7. 14
riſeum, & alios de Magdalena. Et Lu. 14. Quādo intrauit principis phariſeorum domum ſabbato manducare panem, & ſequitur. Dicebat ad inuitatos parabolam &c.
Septimo quo ad exercitium, quia non venator. d. 34. Quorundam. Sed debet intendere orationi, & prædicationi. diſt. 88. Epiſcopus nulla. Exemplo Chriſti, qui pernoctabat in orationibus Luc. 6. & de mane tempeſtiue ve- Lucę 6.
niebat in templum, & docebat. Ioan. 8. Ioan. 8.
Octauo quo ad ſolicitudinem debet vigilanter, & ſolicite regere ſibi commiſſos. di. c. Rationis. Solicitus enim debet eſſe tanquam paſtor circa gregem ſuum. diſt. 81. Oportet. Sibi non debet ineſſe ſolicitudo tēporalium, quæ ſuffocat ſpiritualia. di. 49. His ante medium, ſed ſolicitudo pia egenorum diſt 87. Diuinæ. Et defenſio pauperum; redemptio oppreſſorum. d. 84. c. 1. Exemplo Chriſti, qui videns turbam magnam ad ſe veniſſe; ſicut ſolicitus Apoſtolis dixit dicentibus ꝙ ipſam dimitteret: Date (inquit) vos illis manducare, & ſequitur ꝙ dedit de quinque panibus ſufficienter quinque milibus hominum Mar. 14 Ac de Mar. 14.
ſalute omnium ſolicitus dicitur Matth. 9. ꝙ vi Matth. 9.
dens turbas, miſertus eſt eis; quia erant vexa & 10.
ti, & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem, & ſequitur cap. 10. quòd Apoſtolos mi-
fit

ſit ad prædicandũ, & languores curandũ &c. Nono quo ad vitationem. Debet enim ſolicite vitare ſeculares, ne præoccupatus curis negotiorum Dei verbo non poſsit vacare. 11.q. 1. Te quidem. Exemplo Chriſti, qui ſatiatis quinque millibus hominum, & turba dimiſſa, aſcendit in montem ſolus orare. Matt. 14. Ac turbis, & ſcribis, & phariſei relictis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam; & ibi docebat de regno Dei. Matth. 21.

Matth. 21.

Decimo quo ad ſupportationem, quia aduerſa patienter ſufferre debet: Quia prælati, & paſtoris patientia plus laudatur in aduerſitate, quàm quies in religione 7.q. 1. Sugeſtum. Exẽplo Chriſti, qui tot verbis iniurioſis laceſsitus, & iniurijs; non reſpondit, vt habetur Matth. 27. & Luc. 21. In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras.

Matth. 27. Lucæ 21.

Vndecimo quo ad habitationẽ, quia domus eius iuxta Eccleſiam debet eſſe, vt ſit aptior contemplationi. di. 41. Epiſcopus. Exemplo Chriſti, qui ſummo diluculo ibat ad templum. Io 8. & Matth. 21. Stabat tota die in templo &c. Et triduo remanſit in templo, dum eſſet annorum. 12. Luc. 2.

Ioan. 8. Matth. 21. Luc. 2.

Duodecimo quo ad parentes: Officia enim Eccleſiaſtica propinquis non debet committere. d. 49. Decenter. Nec in ſuam, vel parentum proprietatem conuertere. 12. q. 1. Epiſcopus. Exemplo Chriſti, qui petentibus filijs Zebedei ſeſsionem regni eos increpauit, nec conceſsit. Matth. 20. Et tamen fratres eius erant.

Matth. 20.

Tertiodecimo quo ad mores: Debet enim eſſe interius virtutibus ornatus. di. 40. per totum. Exterius vero conformatione morum exemplo Chriſti, qui interius fuit plenus donis ſpiritus ſancti. Iſa. 11. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini &c. Et Ioan. 1. Spiritus non eſt datus ei ad menſuram; exterius ſe omnibus conformabat conuerſando, & manducando cum omnibus Matth. 9. & Luc. 7. & ſic mandauit Apoſtolis. Matth. 10. & Luc. 10.

Iſa. 11. Ioan. 1. Matth. 9. Lucæ 7. Matth. 10. Lucæ 10.

Quartodecimo quo ad conuerſationẽm; quia vita ſingularis, non ſufficit ſubditis æqualem ducere vitã; ſed ſicut eſt honore ſuper alios, ſic & vita debet eſſe præſtantior. 8. q. 1. exemplo Chriſti, qui & ſi conuerſaretur cum omnibus, fuit tamen ſeparatus vita ab alijs, quo ad vitia, & peccata, vnde dicebat. Io. 10. Quis ex vobis arguet me de peccato?

Ioan. 10.

Quintodecimo quo ad ſocietatem; quia clericos maturos, & religioſos, & viros tam in cubiculo, quàm in miniſterio debet habere ſocios propter bonum teſtimonium. 2. q. 7. Cum paſtoris. Exemplo Chriſti, qui & ſi pauperes ſibi ſociauit. Matth. 4. & 10. Fuerunt tamen homines ſanctitate præ alijs iuſtis inſignes; vtpote repleti ſpiritu ſancto. Act. 2.

Matth. 4. Act. 2.

Sextodecimo quo ad prouidentiam. Debet oppreſsis, & pauperibus ſolicitæ prouidere, vt dictum eſt, & eos defendere, diſt. 83. Epiſcopus. Et de perſonis idoneis, quæ populo prædicent prouidere. extra de off. ordi. Inter cætera. Debet enim paſcere temporali ſubſidio. 16. q. 1. Nulli Epiſcoporum, & tempore opportuno exemplo Chriſti animam ſuam pro ouibus ponere. 7. q. 1. Suggeſtum. & ca. Sciſcitaris, & cap. Aduertitas. Debet etiam paſcere Euchariſtiæ ſacramento. de conſe. di. 2. Non prohibeat.

Decimoſeptimo quo ad doctrinam debet ſubditos docere; quia non ſufficit vita innocẽs; niſi adſit doctrina. diſt. 44. c. 1. & in ca. ſeq. & diſt. 43. Epheſus, & 8. q. 1. Audacter. & etiam cõuerſationis exemplo. 11. q. 3. Præcipuè. Exẽpla Chriſti, qui prædicabat quotidie, & Apoſtolos ad prędicationem ordinauit, & miſit. Matth. 10. Luc. 9. & 10.

Matth. 10. Luc. 9. 10

Decimo octauo quo ad ſubditos: quia debet eos fouere vt filios ſuos. extra de exceſ. præla. cap. 1. Exemplo Chriſti, qui Apoſtolos ſuos filiolos vocabat. Ioan. 13. In ſignum teneritudinis, ac amicos. Ioan. 15. In ſignum amoris; & vt ſuos patri commendauit. Ioan. 17.

Io. 13. 15. Ioan. 17.

Decimonono quo ad imitationem: quia debet facta bonorum ſequi. diſt. 15. Non eſt. Et etiam facta minorum. 24. q. 3 Si habes. Exemplo Chriſti, qui dicit. Lu. 2. In his. quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. & Ioan. 8. Quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Et de imitatione aliorum di. Apoſtolis de ſua. Matth. 11. Diſcite à me. Aliorum. Matth. 24. Ab arbore fici diſcite parabolam &c. & Luc. 10. Vade, & tu fac ſimiliter.

Lucæ 2. Ioan. 8. Matt. 11. Matth. 24. Lucæ 10.

Vigeſimo & vltimo quo ad iudicium: Quia iuſtus non debet ex vindicta punire, & corrigere. diſt. 86. Si quid. Et pronior eſſe ad miſerandum, quam ad puniendum. diſt. 45. Licet: Exẽplo Chriſti. Ioan. 8. Qui mulierem in adulterio depræhenſam non puniuit; ſed miſericordia ei pepercit, di. Vade, & amplius noli peccare; & Matth. 9. di. Ite: diſcite quid eſt miſericordiam volo; & non ſacrificium &c. Prædictis ergo apparet, qualis debet eſſe paſtor Eccleſiſticus exemplo Chriſti, qui ſic fuit: quare apparet Chriſtum dominum noſtrum non ſolum ſolicitum; ſed verum eſſe, & fuiſſe paſtorem. Et ideo bene dicebat beatus Pet. in can. 1. ca. 2. Eratis enim ſicut oues errantes; ſed cõuerſi eſtis ad paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum, & ideo verè, & rectè de ſeipſo dicebat. Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus. patet ergo breuiter expoſitio huius primę partis, videlicet. Ieſus paſtor ſolicitus. Cuius veri paſtoris exẽplo ad inſtar paſtoris materialis ſit quilibet prælatus, vt paſtor materialis. Primo vt portet panem, & ſal in ſacculo, id eſt panem vitæ aſsiduè deguſtet; & in agendis habeat ſal diſcretionis.

Ioan. 8. Matth. 9. 1. Pet. 2. Ioan. 10.

Quilibet prælatus debet eſſe, ut paſtor materialis, & quomodo

Secundo

Secundo aqua vtatur pro poculo, ideſt diuina ſapientia, quæ eſt aqua viua. Ioan. 3. Ioan. 4.
Tertio herbas virentes comedat, ideſt, exempla munda, dogmata exhibenda poſsideat.
Quarto canes pro cuſtodia ouium teneat, ideſt linguam eruditam in erudiendo, & conſulendo.
Quinto viliter induatur, & chordam habeat pro cingulo, ideſt nihil curet de terrenis, & carnem domet.
Sexto requieſcat ſub tecto paruulo, ideſt hic dicens ſe non habere ciuitatem manentem, & ad patriam anhelet.
Septimo ſtramenta habeat pro lectulo, ideſt rigide viuat.
Octauo folia ſibi pro vmbraculo ab eſtu meridiano prouideat, ideſt, verba ſcripturæ ſemper inſpiciat, ne à calore luxuriæ maculetur.
Nono caulas habeat pro defenſaculo, & receptaculo; quia ſub Dei protectione ſe ponat, & proijciat.
Decimo teneat virgam pro baculo; ſe corrigat diſciplina, & baculũ crucis iugiter aſtringat, & innitatur eidem.
Vndecimo fiſtula oues congreget, & lętificet, ideſt ſono laudationis, orationis, & prædicationis.
Duodecimo habeat fundam cum calculo ad lupum percutiendum, ideſt iuſtitiam exerceat in ſe, vt cum Dauid Goliath, ideſt diabolum, lupum rapacem fuget, & conterat, & ſic hic non mercenarius dicetur; ſed verus paſtor, ſolicitus, & bonus: cui dominus dabit mercedem pro opere in pręſenti, & in futuro.
Declarata ex dictis eſt prima pars huius ſecũdæ conformitatis ſecundi libri, & quartædecimæ in ordine, videlicet. Ieſus paſtor ſolicitus. Exponenda eſt amodo pars ſecunda, videlicet. Franciſcus animatur.

SECVNDAE PARTIS SECVNDAE conformitatis, & fructus ſecundi libri, & quartędecimæ in ordine. ſ. Franciſcus animetur. Expoſitio.

Beatissimi patris Fr. amorem, & dilectionem ad Chriſtum & affectum, & ſi omnia vitæ ipſius geſta prodant, & declarent: tamen aliqua apertius deprom ũt, videlicet.
Primo pro amore Ieſu mundi totalis abdicatio.
Secundo ſeruitij leproſis prompta exhibitio.
Tertio ipſius Chriſti crucifixi B. Frã facta apparitio.
Quarto iniuriarum, & vilipenſionis propter Chriſtum voluntaria ſuſceptio
Quinto paſsionis Chriſti aſsidua deploratio.
Sexto trium Eccleſiarum iuxta Chriſti mandatum reparatio.
Septimo vitæ Chriſti, & Euangelij acceptio, & profeſsio.
Octauo paupertatis artiſsimæ ęmplexus, & dilectio.
Nono crucis meditatio, gloriatio, & pręd icatio.
Decimo pro Chriſto mortis cupitæ ter oſtenſio.
Vndecimo Franciſci à Chriſto multiplex viſitatio.
Duodecimo B. F. à Chriſto facta in indigentijs benigna ſubuentio, & in omnibus condeſcenſio; ac beati. F. à Chriſto facta ſtigmatizatio, & ſic de alijs: de quibus dictum eſt in ſermone facto pro ſecundo prologo in primo lib. pro declaratione totius iſtius operis, & de his dicetur inferius in locis multis; & ꝗ amor Chriſti ad B. F. oſtenſus ſit, vt hoc opus oſtendit non ſolum in vltimo. ſ. paſsione, ſed etiam in actibus pluribus vitę ſibi ſimilem reddendo, & conformem: vt præcedentes conformitates oſtendunt, & ſequentes: præcipuè tamen B. F. ad Chriſtum amorem, & affectum oſtendit ſingularem animas diligendo, & ipſarum ſalutem optando, & procurando: quã ſalutem Chriſti exemplo inductus eſt, & animatus procurare; prout hæc pars. 2. huius cõformitatis declarare intẽdit. Cum enim Chriſtus pro ſalute ouium ſuarum, vt bonus paſtor dederit animam ſuam: hoc animatus. F. ſalutem animarum feruentiſsimè procurauit. Amorẽ, quem ad Chriſtum habuit reciprocauit, & cõuertit ad animas ipſius ſanguine precioſo redemptas.
Sed ꝗ B. F. habuerit amorem & zelum ad animas, & quantum: ex multis deprehendere poſſumus.
Primo ex ſua deſtinatione. Ad animarum. n. ſalutem fuit à Deo deſtinatus, ſicut dicit. 4. pars legendæ maioris, & 2. Et oſtenſum eſt in lib. 1. conformitate. 2. parte. 2. quare B. Fr. Chriſto conformis voluntate hoc dilexit, & egit. Depromẽtia mirum zelum B. F. circa ſalutem animarum.
Secundo ex eius ad Chriſtum dilectione: Chriſti enim non ſe putabat amicum, niſi animas foueret, quas ille ſanguine precioſo redemit. vt dicit 9. pars legendæ.
Tertio ex ſuo diſcurſu factus euangelicus pręco, vt dicit 4. pars legendæ ob animarum zelum ciuitates circuibat, & caſtra: ad Chriſtũ conuertens animas ſua vita, & prædicatione.
Quarto ex eius gemitu, & plorata: Cum. n. cerneret animas ſanguine Chriſti precioſo redemptas inquinari aliqua ſorde peccati; tanta miſerationis teneritudine deplorabat eas, tanquam mater in Chriſto quotidie parturiret, vt dicit pars. 8. legendæ.
Quinto ex eius proceſſu; quia non ſibi ſoli viuere;

uere; ſed alijs proficere, vult Dei zelo ductus, vt dicit. 4 pars legendæ, & 12. Et ſic accepit diuina reuelatione.

Sexto ex eius affectu, & deſiderio: Cum Chriſto enim ſitiebat omnium ſaluandorum, vt dicit 14 pars legendæ. Nam cum animarum ſalutem viſceroſa pietate appeteret, & feruida emulatione zelaret, ſuauiſsimis ſe dicebat repleri odoribus; & quaſi vnguento precioſo liniri, cum ſanctorum fratrum per orbem diſtantium odorifera fama multos audiret ad viam veritatis induci.

Septimo ex eius affatu, & eloquio prædicationis eius verba ad quid erant? certè, vt dicit. 3. pars legendæ ad pœnitentiam homines inuitantia. Et in 4. parte legendæ dicitur. ꝙ prædicationis eius feruore ſuccenſi plurimi vtriuſque ſexus in coniugali pudicitia domino famulantes, ſecundum formam à Dei viro acceptam nouis ſe pœnitentiæ legibus vinciebant, quorum viuendi modum idem famulus Dei ordinem fratrum de pœnitentia nominandum decreuit. Conuertebantur etiam virgines ad perpetuum cælibatum. Multi etiam non ſolum deuotione compuncti; ſed perfectionis Chriſti deſiderio inflammati, omniũ mundanorum varietate contempta. F. veſtigia ſequebantur. Et cauſa, quia homo videbatur alterius ſeculi, quippe qui mente, ac facie in cœlum ſemper intentus omnes ſurſum trahere conaretur, ac eius eloquia erant non riſu digna, nec inania; ſed virtute ſpiritus ſancti plena medullas cordis penetrantia; vt in vehementẽ ſtuporem audientes conuerterent, & obſtinatorum mentes efficacia virtuoſa mollirent.

Octauo ex habitu. cum enim in habitu formã gereret crucifixi: homines tam ruditate, quã forma ad bonum videntes incitabat.

Nono ex conuictu: in quinta parte legendæ ſic dicitur. Modos adinueniebat abſtinentiæ potioris; & quotidie exercitatione creſcebat: & licet iam perfectionis culmen attingeret, vt ſemper incipiens aliquid innouabat afflictionibus carnis puniendo libidinẽ. Egrediens tamen exterius propter verbum euangelij conformabat ſe ſuſcipientibus ipſum in qualitate ciborum, cum tamen ad interiora regreſſus diſtrictè ſeruaret rigidam abſtinentiæ parcitatem. ſequitur. Sicque ſeipſum auſterum ſibi, humanum proximo, ſubſtantiam Euangelio Chriſti per omnia reddens, non ſolum abſtinendo; verumetiam manducando præbebat ædificationis exemplum.

Decimo ex eius in exemplis dandis conatu, vt enim omnes conuerteret, omnibus ſe in exemplum virtutum exhibuit, vnde in 9. parte legendæ. Saluti animarum nihil præferendũ eſſe diceo maximè probans, ꝙ vnigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere, hinc ſibi in oratione luctamen, in prædicatione diſcurſus, & in exemplis dandis exceſſus: vnde quotiens auſteritas nimia repræhẽderetur in ipſo: reſpondebat ſe datum alijs in exemplum, licet enim eius innocens caro, quæ ſe iam ſponte ſubdebat ſpiritui, nullo ꝓpter offenſas, indigeret flagello; tamen exempli cauſa renouabat illi pęnas, & onera: cuſtodiens propter alios vias duras, dicebat. n. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem in meipſo non habeam, & proximis, virtutis exempla non monſtrem: parũ proſum alijs, & mihi nihil.

Vndecimo ex oratione. Cum enim vt dicit. 10. pars legendæ: orationi vi mentis ſemper eſſet intentus; in oratione tamen auditus eſt à fratribus ipſum pie obſeruantibus, aliquotiens clamoroſis gemitibus apud diuinam ꝓ peccatoribus interpellare clementiam; multoſque ſua conuertit oratione; ſicut de latronibus patuit primo lib. conformitate. 11. parte 2.

Duodecimo ex fratrum ad prædicandũ emiſſionem: Statim enim, vt fratres habuit ad numerum octonarium, cupiens vniuerſitatem fidelium ad pœnitentiæ lamenta vocare; eos in modum crucis diuidendo ad quatuor partes orbis, ipſo etiam eunte direxit, vt dictum eſt lib. 1. conformitate. 11 parte. 2.

Tertiodecimo ex ſua benedictione: benedictionibus omni acceptione digniſsimis accumulabat fratres illos, qui verbo, vel opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores. Sic & per oppoſitum maledictionẽ imprecabatur his, qui ſuo malo exemplo deſtruunt, & confundunt, quod per alios ſanctos fratres Deus ædificat, vt oſtendit. 8. pars legendæ.

Quartodecimo & quo ad hoc vltimo zelus ad animas oſtenditur beati Franciſci, & ſalutem non ſolum omnium optaſſe; ſed procuraſſe ex ſacra Indulgentia, quam à Chriſto impetrauit (adiuuante beata Maria) & à Papa Honorio. 3. obtinuit impetratione. Cum enim ipſe B. F. cum Chriſto Saluatore omniũ deſideraret ſaluationem; & vbique eſſe non poſſet, nec fratres dirigere pro omnium ſalute, ac in mundo iſto adeſſe ſemper non poſſet, quia mortalis, cogitauit modum, & viam, quo omnes homines ſalutem poſſent obtinere ex remiſsione omnium peccatorum ſuorũ, & hanc reperit, videlicet, à Chriſto impetrare indulgentiam pro aliqua certa die anni; vt faciendo aliquid, videlicet, intrando Eccleſiam ſanctę Mariæ de Angelis dictam de Portiuncula de Aſsiſio: quam ipſe reparauerat; & ordinem fratrum minorum ibidẽ ipſe inceperat; die ſecunda Auguſti; incipiendo à veſperis primæ diei, vſque ad veſperas ſecundæ diei, per diem. ſ. naturalem. 24. horarum cum confeſsione, & peccatorum contritione omnium

peccaminum, reciperet abſolutionẽ; & quod cogitauit; opere perfecit, dictam indulgentiã vt optauerat à Chriſto impetrando, & obtinẽdo, ac etiam à Papa. Verum, quia B. F. noluit à Papa bullã de hac indulgentia, nec Chriſtus permiſit eum accipere; volens bulla ſacrorũ ſtigmatum ſuorum. B. F. impræſſorum, iſtam indulgentiam confirmari, vt diabolus aſſerere habuit, vt dicetur. Quia ob hoc nonnulli ipſam veram nolunt credere: præmiſſo modo, quo B. F. eam à Chriſto obtinuit, & à Papa; & quo etiam ad diem: Demum circa ipſius autenticationem, & veritatem inſiſtam eam probando vijs pluribus fore veriſsimam.

Cupientes ſcire modum quo B. Frã. ſicut ſocij ſui ſanctitate præclari, & veritate, videlicet, fratres Bernardus de Quintaualle. Leo. Petrus Cathanij. Angelus de Reate. Phillipus longus. Maſſeus Marignani, & Gulielmus retulerunt cuidam ciui de Aſiſio nomine Michaeli Bernardi de Spello, qualiter B Fr. indulgentiam S. Mariæ de Aſiſio obtinuit, primo à Chriſto; poſtmodum à Papa Honorio 3. eſt iſte.

Deſcriptio modi quo B. F. obtinuit indulgentiã Portiunculæ.

Dum B F. ſtaret in cella ſua apud ſanctam Mariam de Portiuncula, & Deum feruentiſsime pro peccatoribus exoraret; apparuit ſibi Angelus domini di. ꝙ iret ad Eccleſiam, quoniã Chriſtus, & Beata Maria cum magna multitudine angelorum expectabãt ipſum. Quo cum perrexiſſet, & Chriſtum cum matre vidiſſet; quæ ſtabat à dextris eius cum multitudine Angelorum; cecidit in faciem ſuam præ timore, & reuerentia. Et tũc dominus noſter Ieſus Chriſtus. B F. proſtrato in terra ante eius conſpectum, & matris loquutus eſt, & dixit illi. Franciſce, multum ſolicitus es cum tuis ſocijs pro ſalute animarum. Poſtula ergo quòd vis circa ſalutem gentium, & conſolationem animatum, & honorem Deitatis, & reuerentiam: quia datus es in lucem gentium, & reparationem Eccleſię. Et ipſe iacebat quaſi raptus in conſpectu Deitatis. Et tandem reuerſus ad cor, & confortatus dixit. Sanctiſsime pater noſter, ſupplico ego miſer peccator, quatenus digneris facere hanc gratiam humano generi; ꝙ cõcedas veniam, & indulgentiam omnibus, & ſingulis venientibus ad locum iſtum, & introeuntibus in Eccleſiam iſtam omnium peccatorum ſuorum vniuerſaliter, & generaliter; de quibus confeſsionem fecerint ſacerdoti, & mandatum ſuſceperint. Et ſupplico beatæ Marię matri tuæ aduocatæ humani generis quatenus pro huiuſmodi petitione me adiuuate, & apud tuam pijſsimam, & clementiſsimam maieſtatem intercedere dignetur. Et ipſa regina cœlorum, humillima, & beatiſſima inclinata precibus B F. ſtatim cępit ſupplicare filio ſuo di. Altiſsime Deus ops, ſupplico humiliter Deitati tuæ, & intercedo quatenus dignetur maieſtas tua ſe inclinare precibus B. F. famuli tui. Et ipſa diuina maieſtas ſtatim loquuta eſt di. Satis grande eſt, quod petiſti; ſed maioribus dignus es frater Franciſce, & maiora habebis, & ego orationem, & petitionem admitto. Sed volo, ꝙ vadas ad meum Vicarium; cui dedi poteſtatem ligandi, atque ſoluendi in cœlo, & in terra, & petas ab eo ex parte mea dictam indulgentiam. Duodecim ſocij B Frã. qui erant in cellis ſuis omnia præfata audiebant, videntes lumẽ magnum in Eccleſia, & multitudinem angelorũ in circuitu. Sed timore perterriti, non erant auſi intrare Eccleſiam, nec cellas exire. Statimque Chriſtus cum multitudine angelorũ, & matre cœlum adijt. B F. mane ſocijs vocatis; præcepit præfata, ne alicui dicerent; & ſumpto fratre Maſſeo de Marignano, pro ſocio ad dominum Papam Honorium tunc cũ curia Peruſij exiſtentem acceſsit, & coram dicto domino Honorio ſe præſentans dixit. Sancte pater, nuper ad honorem beatæ Virginis matris Chriſti reparaui vobis vnam Eccleſiam. Supplico ergo ſanctitati veſtræ, vt ponatis ibi indulgentiam abſque oblationibus. Qui reſpondit hoc conuenienter non poſſe fieri; quoniam qui indulgentiam petit, oportet ꝙ ipſam indulgentiam mereatur ponendo manum adiutricem Sed indica mihi quot annos vis ꝙ de indulgentia ponam ibi Cui B. F. reſpondit. Beatiſsime pater, & domine; placeat ſanctitati veſtræ non dare annos, ſed animas. Et D. Papa. Quomodo vis animas? B. F. reſpondit. Sãctiſsime pater; volo ſi placet ſanctitati veſtræ, ꝙ quicuuque venerint ad ipſam Eccleſiam confeſſi, & contriti, & ſicut expedit abſoluti per ſacerdotem; abſoluantur à culpa, & à pęna in cęlo & in terra à die ſui baptiſmatis, vſque ad diem, & horam introitus Eccleſiæ ſupradictæ. Et dominus Papa reſpondit. Multum eſt, quod petis. Frã. nec eſt curiæ Romanę conſuetudo talem indulgentiam exhibere. Tunc B. F. reſpondit Domine; quod peto, non ex parte mea, ſed ex parte illius petro, qui miſit me dominus Ieſus Chriſtus. Tũc Papa ſtatim intulit ter dicens publicè. Placet mihi ꝙ habeas. Domini tamen Cardinales, qui tunc aderant reſponderunt. Videte domine; ſi huic talem indulgentiã exhibetis; vltramarinam deſtruitis, & indulgentia beatorum Petri, & Pauli ad nihilum redigetur, & reputabitur. Reſpondit dominus Papa. Dedimus, & conceſsimus eam ſibi; non poſſumus, nec expedit id deſtruere, quod factũ eſt. Sed modificemus eam, ꝙ tantum ad diem naturalem ſe extendat. Tunc vocauit Papa beatum. F. & dixit ſibi. Ecce ex nunc concedimus, ꝙ quicunq; venerit, & intrauerit dictam Eccleſiam bene confeſſus, & contritus, ſit abſolutus à culpa, & à pœna: & hoc valere volumus ſingulis annis in perpetuum; tantum per diem naturalem

Conceſsio indulgẽtiæ Portiunculæ.

naturalem à primis veſperis includendo noctem, vſque ad veſperas ſecundæ diei ſequentis. Tunc B. F. inclinato capite egrediebatur de palatio. Et dominus Papa videns eum abire; vocauit eum, & dixit ſibi. O ſimplicione, quo vadis? quid portas tu de huiuſmodi indulgentia? Et B. Fran. reſpondit. Tantum ſufficit mihi verbum veſtrum. Si opus Dei eſt, ipſe ſuum opus habet manifeſtare, de huiuſmodi autem ego nolo aliud inſtrumentum, ſed tantum charta ſit beata Maria: notarius ſit Chriſtus, & Angeli ſint teſtes. Ipſe autem recedēs de Peruſio, & rediens Aſsiſium in medio viæ in loco, qui dicitur Colle, vbi erat hoſpitale leproſorum, cum ſocio aliquantulum obdormiuit: Excitatus poſt orationē vocauit ſocium ſuum, & dixit ſibi. Frater Maſſee; dico tibi ex parte Dei; ꝙ indulgentia mihi exhibita per ſummum Pōtificem, eſt confirmata in cœlis. In his autem omnibus diem determinatā B. F. non habebat nec à Chriſto, nec à Papa. Sed diem determinatā modo ſubſequenti à Chriſto obtinuit beatus. F. & à Papa. Cum. n. eſſet B. F. in cella, quæ erat in horto poſt Eccleſiam ſanctæ Mariæ: hoc anno de menſe Ianuarij; nocturno tempore, quaſi media nocte; ecce ſathan venit ad eum iuxta cellam. Et cum B. F. eſſet in oratione; dixit ei, Franciſce, quare tu is mori ante tēpus? quare ſtas ad talia faciendum? neſcis tu ꝙ dormire eſt potius alimentū vitæ corporis? tu iuuenis es; cui dormire & quieſcere potiſsimum eſt, & alias tibi dixi, ꝙ tu iuuenis es, & alias poteris facere pœnitētiam de peccatis tuis: Ad quid ergo affligis te in vigilijs, & orationibus? Et B. F. ſpoliauit ſe ſua tunica, & femoralibus, & exiuit de cella, & intrauit per groſſam, & clauſam ſepem, & ingreſſus eſt ſiluam durisſimā, & ſpinoſam, quæ erat iuxta prædictam Eccleſiam ſanctæ Mariæ. Et cum ipſe B. Frā. eſſet in medio ſiluæ cum carne ſpinis concremata, & ſanguinolenta; dixit ad ſe. Melius eſt inextimabiliter, ꝙ ſic agnoſcam paſsionem domini noſtri Ieſu Chriſti, quam obtemperem blanditijs deceptoris. Et ſtatim fuit in medio ſiluæ lumen maximum, & in maximo gelu ſicut in menſe Ianuarij flores roſarum apparuerūt, & cętus angelorum innumerabilis apparuit tam in ſilua, quām in Eccleſia, iuxta quam erat ſilua prædicta. Et tunc Angeli vna voce dixerunt B. F. Accedas velociter ad Saluatorem, & ad matrem eius ſtantes in Eccleſia. Tunc B. F. ſe inuenit indutum veſtimento nouo; ſed quōmodo, & qualiter ipſe ignorauit. Et apparuit via recta quaſi de ſerico, & ornata ad eundum in dictam Eccleſiam. Et ipſe B. Fran. accepit de Roſario illo 12. roſas rubeas, & 12 albas & iuit ſtatim per viam illam in dictam Eccleſiam S. Mariæ, & acceſsit ad altare, & poſuit ibi roſas, quas ſecum detulerat. Et tunc vidit dominum Ieſum Chriſtum ſtantem, & beatam Virginem matrem eius à dextris eius, cum magna multitudine angelorū. Et B. F. allocutus eſt di. Sanctiſsime pater noſter, ordinator cœli, & terræ, digneris ordinare propter magnam miſericordiam tuam diē ipſam indulgentiæ: aſsiſtente ad hæc beatiſsima Virgine matre tua humani generis aduocata. Cui Chriſtus reſpondit. Volo ꝙ ſit dies illa, in qua B. Petrus fuit à vinculis abſolutus; incipiendo à ſecundis veſperis illius diei, vſque ad veſperas ſequentis diei includēdo noctem. Et ſic diuina maieſtas ſtatuit à veſperis primę diei Auguſti vſque ad veſperas ſecundæ diei eiuſdem menſis; vt quicunque venirent eo die contriti, & confeſsi de peccatis ſuis; de quibus memores exiſterent; ꝙ remiſſa ſint eis omnia, quæ per eos commiſſa ſunt à die baptiſmatis, vſque ad diem introitus ipſius Eccleſiæ Sanctę Mariæ nominatæ. Et ipſe B. Fran. ait. Sanctiſsime pater noſter qualiter fiet, ꝙ iſtud veniat in ſcientiam, & credulitatem humani generis? Et ipſe dominus noſter ait. Franciſce; hoc fiet Deo fauente, & propſperāte, & auxilium præbente gratia ſua, tu tamen habes ire Romā ad Vicarium meum, quē conſtitui, cui poteſtatem dedi ligandi, atque ſoluendi, vt ipſe faciat patefieri prout ei videbitur expedire. Et ipſe B. Fran. dixit. Qualiter credet mihi vicarius tuus? forte non credet mihi peccatori. Et ipſe dominus omnipotens dixit B. Fran. Deferas tecum teſtes aliquos de ſocijs tuis, qui audierūt, & roſas rubeas, & albas; quas de menſe Ianuarij colegiſti in ſiluam in affi[illegible]ione, & diſciplina corporis tui, & in eo numero roſarum, quod tibi videtur expedire: prædicta omnia audierunt fratres Petrus Cathanij, frater Ruffinus Siphij, frater Bernardus de Quintaualle, & frater Maſſeus Marignani, & ſocij qui ſtabant in cellis ſuis extra eccleſiam in horto, vbi eſt cella B. Fran. Et tunc B. Fran. de illis roſis, quas detulerat de ſilua accepit tres rubeas, & tres albas ad honorem ſanctiſsimæ, & indiuiduæ trinitatis, & ad laudem Dei & B. Virg. Mariæ. Et demum cantus angelorū inſurrexit maximus, & cantauerunt. Te Deum laudamus. Poſt hæc in mane B. Fran. reaccepit tunicam ſuam; & acceſsit ad illos tres ſocios ſuos, & dixit illis. Præparate vos ad veniendū mecum Romam. Et impoſuit eis ſilentium de his, quæ audierant. Et ibi fuerūt frater Petrus Catanij, frater Bernardus Quintauallis, & frater Angelus de Reate. Et ceperunt iter ad eundum Romam; alijs ſocijs in loco relictis Et ingreſsi ciuitatem Romanam, direxerūt greſſus, ſuos verſus eccleſiam lateranenſem, & ibi inuenerunt Papam Honorium ſucceſſorem Innocentij, vicarii domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui B. Fran omnia ſupradicta pro parte domini retulit. Et de his perhibuerunt teſtimonium tres

B. F. Chriſtum allocutus eſt.

Chriſtus B. F. reſpondit.

fratres ſupradicti, & illi 6. flores roſarum, tres albi, & tres rubei ſuperius nominati. Et ipſe Papa Honorius aſpiciens in mēſe Ianuarii flores roſarum ita recentes, & tam acuti odoris, & coloris, dixit. Vere hoc eſt bene mirabile, & potius deitatis, quam humanitatis. & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eorum. Nos tamen (dixit Papa) loquemur cum fratribus noſtris, & audiemus in conſilio ſecreto reſponſa eorum, & deliberabimus quid ſuper his ſit faciēdum. Et tunc iuſsit familiæ ſuæ vt reciperetur B. Frā. cum ſociis ſuis in loco congruo, & honeſto, & neceſſaria pro velle ſibi darentur, & ſociis ſuis. Et mandauit B. Fran. quod die ſequenti diluculo eſſet coram eo, & ſicut dominus Papa mādauit ſequenti die diluculo extitit coram eo di. Digne Chriſti vicarie, adimpleatis circa materiam ſupradictam voluntatem regis cęleſtis, & matris eius, cuius vocabulo eccleſia angelorum, ſiue de portiuncula nuncupatur. Et ipſe Papa reſpondit di. Frater Fran. afferas coram omnibus fratribus noſtris, & dicas quæ eſt voluntas regis cęleſtis, & matris ipſius, licet alias dixeris tu, & fratres tui. Et B. Fran. reſpondit di. Voluntas eius eſt, vt à veſperis primæ diei auguſti, vſque ad veſperas ſecundæ diei dicti menſis. quicunque intrauerit eccleſiam ſanctæ Mariæ de angelis, ſiue de portiuncula Aſsiſinatis dioeceſis, remittātur ſibi omnia peccata ſua à die ſui baptiſmatis citra de quibus recordatur, & non recordatur, & in pœnitentia ſeu cōfeſsione memoriam fecerit, & mandatum ſuſceperit à ſacerdote corde contrito, & humiliato, & abſolutus fuerit per ipſum ſacerdotem poſt mandatum ſuſceptum. Et dominus Papa reſpondit. Frater Fran. magnum eſt quod petis, ſed poſtquam rex cęleſtis dominus Ieſus Chriſtus ad inſtantiam B. Virginis matris eius tuā orationē exaudiuit: Nos ſcribemus Epiſcopo Aſsiſinati, Peruſino, Tudertino, Spoletano, Fulginati, Nucernino, & Eugubino, ꝙ conueniāt ad locum S. Mariæ de angelis, ſiue de portiuncula prima die auguſti, & notificent indulgentiam, quæ tibi placuerit, & ſic B. Fran. cum ſociis, acceptis litteris ſummi Pontificis ad prædictos epiſcopos venerunt, & litteras fecerunt præſentari. Et procurauit ipſe B. Fran. quod in die prima Kalendarum auguſti omnes prædicti epiſcopi ad dictam eccleſiam conuenirent. Et factum fuit pergulum ligneum, in quo omnes dicti epiſcopi aſcenderunt ſimul cum B. F. & cum magna multitudo gentium ibi eſſet circa pergulum congregata quaſi in media tertia dixit B. Fran. ipſis epiſcopis. Quis veſtrum vult dicere, & prædicare, & indulgentiam nunciare? Et ipſi epiſcopi conuenerunt in unum, & dixerunt intra ſe. Nos frater Fran. habemus ſequi tuam voluntatem ſecundum tenorem litterarum papalium. Et B. Fran. dixit. Licet nō ſim dignus, volo aliqua dicere, & prædicare in conſpectu iſtarum gentium, & annunciabo indulgentiam de mandato regis cęleſtis, quæ fit ad inſtantiam beatæ virginis matris Chriſti. Et vos de mandato ſummi Pōtificis vicarij ipſius auctoritatem præbeatis, & annunciabitis vna mecum, & ſurrexit B. Fran. & prædicauit adeo benigne, & vtiliter, vt videretur angelus & non homo carnalis. Et perfecto ſermone, denunciauit indulgentiam videlicet vt quicunque venerit ad ipſam eccleſiam S. Mariæ de Angelis, & ingreſſum habuerit à veſperis primæ diei Auguſti vſque ad veſperas ſecundæ diei dicti menſis, tam de nocte, quam de die, includendo noctem ſicut diem, remittantur ſibi omnia peccata ſua, poſtquam confeſsionem fecerit à die baptiſmatis vſque ad prædictum diem. Et hoc locum habeat in quolibet anno in perpetuum, de quibus recordatur, & non recordatur. Audientes vero epiſcopi indignati ſunt, & ſcandalum paſsi ſunt de hoc quod dixerat B. Fran. Ad quem dixerunt. Licet Papa mandauerit nobis, quod ſequeremur circa hæc tuam voluntatem, non fuit tamen ſuæ opinionis quod ſequeremur in hoc, quod congruum non eſt, vnde denunciabimus indulgentiam. 10. annorum. Et ſic exurrexit Epiſcopus Aſsiſinas dicere de 10. annis, & dixit quicquid dixerat B. Frā. nec aliud potuit dicere, & ſic conſequenter, omnes alij Epiſcopi, & ad hoc fuerunt multi teſtes, tam de Peruſio, quàm de alijs ciuitatibus, & caſtris: de contrata. videlicet, dominus Suppolinus Vgollini presbyter D. Andreas de monte mellino de Aſsiſio: frater Napoleo de Armēzano D. Ioannes gualterij, pater domini Ioannis. D. Ioannes petri tibalducij. D. Brūdus Lamanfri. & finaliter multi alij de contrata, qui hic non ſunt ſcripti: qui omnes fuerūt præſentes dictæ annunciationi indulgētiæ per B. F. & per prædictos Epiſcopos factæ. Præfatis ergo apparet quomodo B. F. dictam indulgentiam à domino Ieſu Chriſto obtinuit primo. & poſtea à Papa, & quo ad diem.

Reſtat ergo videre. quia nulla bulla habetur de hoc, de veritate huius ſacræ indulgentiæ. Vbi ſciendum ꝙ veritas huius ſacræ indulgentiæ multis apparet vijs, & teſtimonijs comprobatur. Indulgentiæ Portiunculæ veritas. 12. teſtimonijs comprobatur.

Et primo diuinorum. Iſtam enim eſſe veram indulgentiam oſtendit Deus. vt patet ex ſupra dictis à ſanctis fratribus atteſtatis: de modo huius indulgentiæ à B. F. obtentæ patet multis miraculis.

Et primo miraculo præ alijs eam B. F. concedendo, nunquam enim talem indulgentiam Chriſtus alicui ſanctorum dedit, vel conceſsit, ſed ſoli B. F. vbi oſtendit affectum pijſsimum ad animas; & B. Frā. præ ſanctis alijs ſibi dilectiſsimum, & acceptiſsimum.

Secundo miraculo roſas de menſe Ianuarij producendo, & B. Fr. oſtendendo, & tradendo vt

domino

domino Papæ deferret in teſtimonium indulgentię ab ipſo beato F. datæ, & conceſſæ.

Tertio miraculo ſummi Pontificis ad B.F. petitionem, & impetrationem indulgentiæ voluntatem inclinando, & flectendo: hoc fuit ſingulare, & diuinum vt dominus Papa talem dederit indulgentiam ipſi B.F.

Quarto miraculo ipſam indulgentiam à Papa conceſſam in cęlo confirmando, & diem pro tali indulgentia ſic miraculo ſe determinando, & ſtatuendo.

Quinto miraculo B.F. ſuis ſacris ſtigmatibus confirmando, teſte enim diabolo ſtigmatum impreſsio, bulla fuit approbationis iſtius ſacræ indulgentiæ.

Sexto miraculo vno ore. 7. Epiſcopos contra velle ipſorum loqui faciendo in huius indulgentiæ pronunciatione.

Septimo miraculo eam ſic per orbem diuulgando. Iuxta enim quod promiſit de notificatione huius indulgentiæ, ſic & fecit. non.n. fratrum prædicatione, ſed diuina operatione hæc indulgentia in mũdo toto eſt diuulgata.

Octauo miraculo plura ſigna faciẽdo, & exercendo, plures enim, vt dicetur demoniaci ad indulgentiam ſunt deducti, & intrantes ipſo die Eccleſiam S Mariæ ſunt liberati.

Nono ipſam pro defunctis applicatam accipiendo defunctos à pœnis purgatorij eripiendo, & abſoluendo, vt dicetur.

Decimo miraculo diabolum ad veritatem dicendam de hac ſacra indulgentia cogendo, & arctando; vt dicetur.

Vndecimo ſanctos. videlicet, Dominicum, & Petrum ad teſtificandum mittendo, & deſtinando, & dicetur.

Duodecimo miraculo contritis, & confeſsis ipſam Eccleſiam pro indulgentia accipienda intrantibus omnia peccata plenarie dimittẽdo, & relaxando, vt oſtendetur. His 12 miraculis, & teſtimonijs diuinis veritas huius indulgentiæ à Deo eſt declarata.

Secundo veritas huius indulgentię confirmatur teſtimonio virginis glorioſæ; quæ non ſolum in impetratione ipſius indulgẽtię à Chriſto beatum Fran. iuuit, ſed & alijs ſignis ipſam veraciſsimam complacuit demonſtrare.

Anno domini 1233 Cum populus vt moris eſt ipſa nocte indulgentiæ circa Eccleſiam excubaret; motus magnus, & tumultus ſubito conſurrexit; ita ꝙ ipſi fratres qui in pergulo, quod prope portam loci eſt, quieſcentes ſimul excitati cauſam tanti rumoris, & tumultus ſcire cupientes; cum vndique circumſpicerent nil aliud viderunt niſi columbam albiſſimam volatu celeri circuire bene per 5 vices Eccleſiam: vnus vero ex fratribus ipſis, videlicet frater F. volens factum amplius indagare intrauit Eccleſiam, & fratrem Corradum ſanctæ memoriæ de Offida; qui nunc glorioſus miraculis in loco de Inſula requieſcit, circa altare orantem inuenit; cui & dixit. Pater cariſsime, ſicut auditis, tumultus, & clamor magnus, tanquam ſi aliquod miraculum factum ſit; inſurrexit in populo: Sed cauſam eius non videmus. Qui reſpondit. Fili, volo vt ea, quæ nunc tibi pandam ſecrete teneas; & vſque in diem mortis meæ nulli vnquam hominum manifeſtes. Vidi (inquit) virginem glorioſam reginam cœli inextimabili claritate, nimiaque luce circunfuſam, & puerum Ieſum in brachijs tenentem de ſublimitate cęlorum deſcendere: Qui puer dulciſsimus omnem populum, qui ex deuotione præſens eſt, ſine intermiſsione proprijs manibus benedixit, ac ſuam gratiam impartiuit, & hæc eſt cauſa cõmotionis, & tumultus, quem audiſtis.

Anno domini. 1326. in die indulgentiæ dum quædam ſancta domina ſtaret ſub quadam quercu ante Eccleſiam Portiunculæ exiſtente, vidit ante fratrum proceſsionem cantantium Chriſtum, & beatam Virginem cum maxima multitudine angelorum cantantium, & iubilantium alta voce. Cũque Chriſtus, & beata virgo ſimul cum Angelis dictam Eccleſiam introiſſent, & fratres poſt eos intrare cępiſſent; tunc viſio diſparuit, nec vlterius vidit.

Anno domini. 1327. frater Gregius de vrbe veteri confeſſus primo, dum iret verſus dictã Eccleſiam Chriſtum ſtantem ante ianuam dictæ Eccleſiæ. & beatam Mariam iuxta eum vidit. Et ipſa inclinato capite filio ſuo regratiabatur de tanta gratia, quam fecerat peccatoribus ad ſupradictam Eccleſiam accedentibus: Vidit etiam beatam Virginem reſpiciẽtem intus Eccleſiam, & dicentem hęc verba. In loco iſto eſt theſaurus vitæ æternæ.

Item anno domini 1326. pridie kalendas Auguſti, quidam peregrinus de Treueri Alamaniæ venit Aſiſium ad indulgentiam, & cum ad ciuitatem tarde perueniſſet, non potuit intrare; ſed ad vnum paleare diuertens ibidem ſtetit. Sed cum audiret pulſari in loco fratrũ ad matutinum, ſurrexit vt diceret horas ſuas; & ecce quædam domina pulcherrima apparuit iuxta eum habens puerum Ieſum in brachio. & in alio cereum; qui illuminabat totũ locum: Quam agnoſcens eſſe beatã Mariam; ait ad eam. O domina mea mater miſericordiæ, miſerere mei. Et domina ad eum. Non reſpondeo tibi hic; ſed reſpondebo tibi hinc ad tres dies in iſta mea Eccleſia. Et his dictis; diſparuit. Qui de mane Aſiſium intrans, venit ad locum, & confeſſus prædicta fratri Engiliberto de Colonia ſingula enarrauit, & deuote indulgentiam habuit.

Tertio veritas iſtius indulgentiæ probatur teſtimonio ſanctorum.

Frater Corradus, qui ſuſcitauit quinque mortuos, multotiens iſtam indulgentiam prædicauit,

cauit,& aſſeruit veram; & ſic eſſe vt ipſe frater Corradus dixerat, diabolus aſſeruit verum. Frater ſanctus Ioannes de Aluerna auctentice depoſuit coram teſtibus di. Ego frater Ioannes de Aluerna confiteor me audiuiſſe á fratribus Benedicto de Aretio; qui fuit ſocius. B. F. & ab ipſo ſanctiſsimo patre indutus,& receptus ad ordinem. Angelo de Burgo. Sancto fratre Corrado de Offida. Gratiano de Aretio ſocio ſancti fratris Egidij. Rainerio de Aretio ſocio ſupradicti fratris Benedicti. Andrea de Burgundia Mattheo milite. Egidio Capacio de Aſsiſio. Ioanue, & Thoma de Aſsiſio. Angelo de Peruſio. Iacobo de Fallerono. Iacobo de Maſſa. Thoma de Treuio Auguſtino de Roma; qui omnes fuerunt excellentiſsimi ſanctitate, & veritate, & omnes fuerunt cum ſocijs. B. F. ꝙ ipſi. ſ. audierũt á fratre Matheo ſocio precipuo. B. F. quomodo ipſe fuit cum beatiſsimo patre ſancto Frã. ad pedes ſummi Pontificis, videlicet, D. Honorij, cum ſummus pontifex liberaliſsime cõceſsit indulgentiam ſupradictam in loco S. Mariæ de Angelis. Aliorum etiam ſanctorum eſt autenticata hæc indulgentia teſtimonio, vt ſtatim dicetur.

Quarto veritas huius indulgentiæ probatur teſtimonio aliorum. ſ. ſociorum. B. Fr. videlicet. Primo fratris Maſſei, á cuius ore ſupradicti habuerunt: de quibus dicit frater Ioannes de Aluerna: Qui frater Maſſeus iuit Peruſiũ, & fuit cum B. F. quãdo dictam indulgentiam á Papa Honorio obtinuit. Secundo fratris Bernardi de Quintaualle fratris Petri Cathanij, fratris Angeli de Reate, qui Romę fuerũt cum. B. Fr. quando Papa Honorius indulgentiam determinauit. Et ipſi reddiderunt teſtimonium ſummo Pontifici quomodo Chriſtus. B. F. dictam conceſſerat indulgentiam. Tertio fratris Leonis ſocij beati. Fr. qui dixit domino Iacobo Capoli de Peruſio: prout dictus dominus Iacobus fratri Angelo miniſtro prouinciæ ſancti. Fr. coram pluribus fratribus retulit, ꝙ ipſe frater Leo habuit ab ore. B. F. veritatem indulgentiæ per modum ſubſequentem. Dixit enim. B. Fr. fratri Leoni, ꝙ ipſe petijt á domino Papa, ꝙ faceret ſibi indulgentiam in anniuerſario conſecrationis Eccleſiæ. Et Papa reſpondit quantum vellet, & dixit Papa de vno anno, & de tribus & venit vſque ad ſeptem. Et B. Fr. non erat contentus. Dixit vero Papa quantum vellet. reſpondit. Volo (ſi placet ſancte pater) vt propter beneficia, quæ Deus in loco illo fecit, indulgentiã omnium peccatorum, vt non habeant vltra brigam aliam. Et Papa reſpondit. Et ego cõcedo, ꝙ ita ſit. Et cum [illegible] Cardinales, dixerunt Papæ ꝙ reuocaret eam, quia erat in præiudicium terræ ſanctæ. Et Papa reſpondit. Nullo modo reuocabo po[illegible]. Et dixerunt. Arctate eam quantum poteſtis. Et tunc dixit Papa, ꝙ valeret tantum per vnã diem, & noctem: vel á veſperis ad veſperas. Et cum exiret á Papa. B. F. poſt conceſsionem, audiuit vocem dicentem ſibi. Franciſce, ſcias ꝙ ſicut hæc indulgentia data eſt tibi in terra; ita confirmata eſt in cœlo. Et dixit. B. Fr. Teneas ſecretum hoc vſque circa mortem tuam; quia non habet locum adhuc: quia hæc indulgentia occultabitur ad tempus: ſed dominus trahet eam extra: & manifeſtabitur. Sed dictus dominus Iacobus volens magis certificari de hoc: interrogauit iterum fratrem Leonem, & frater Leo reſpondit, ꝙ ita erat, ſicut dixerat ſibi.

Quarto fratris Petri Cathanij, qui Michaeli de Spello, vt dictum eſt ſupra; quomodo. B. F. acquiſiuit primo á Chriſto, & poſtmodum á Papa Honorio coram multis fratribus enarrauit.

Quinto fratris Martini nepotis fratris Maſſei: qui ab ore dicti fratris Maſſei auunculi ſui habuit quomodo B. Fra. indulgentiam. S. Mariæ habuit á Papa Honorio in Peruſio.

Sexto fratris Benedicti de Aretio: qui ab ore habuit fratris Maſſei.

Septimo fratris Rainerij de Aretio: qui ſimiliter ab ore habuit fratris Maſſei.

Octauo Petri Zulfani: qui interfuit conſecrationi Eccleſiæ beatæ Mariæ, & audiuit. B. Frã. prædicare coram ſupradictis. 7. Epiſcopis, & habebat quandam cedulam in manu. & dixit. Ego volo vos omnes mittere ad paradiſum, & annuncio vobis indulgẽtiam, quam habeo ab ore ſummi pontificis. Et vos omnes; qui venitis hodie, & omnes: qui venerint annuatim dié tali bono corde, & contrito habeant indulgentiam omnium peccatorum ſuorum, hæc iſte dixit coram fratre Angelo miniſtro prouinciæ. S. F. & pluribus alijs fratribus.

Nono cuiuſdam fratris prædicatoris: de quo ſtatim dicetur. qui Venetijs in loco fratrum prædicatorum coram multis fratribus habuit aſſerere, ꝙ dicta indulgentia erat veriſsima: nam ipſe fuit pñs, & erat domicellus cuiuſdã Cardinalis; quando B. F. á Papa Honorio ipſam indulgentiam impetrauit; & dixit hoc etiam multis dominabus: quibus á fratribus ſuis erat diſſuaſum de ipſa indulgentia.

Decimo teſtimonio illorum virorum: de quibus dictum eſt ſupra, ꝙ interfuerunt prædicationi B. F. 7. Epiſcoporum quando dictam indulgentiam primo. B. Fr. & poſtea ipſi diuino miraculo denunciauerunt. Et prędicta omnia publico inſtrumento pro maiori parte ſunt habita, & ordi[illegible]. Multi alij ſunt de iſta indulgentia teſte[illegible] ſed ſufficiant prædicti.

Quinto veritas [illegible] ſacræ indulgentiæ probatur teſtimonio. B. F. Cum enim beatus [illegible] Fran. impetrauerit eam a Chriſto, & [illegible]am

habuerit,

habuerit, vt ſocij ſui audierũt, & tres ſummo
pótifici domino Honorio hoc atteſtati ſunt,
& à D. Honorio in Peruſio ipſam beato. F. ob-
tinenre. B. Dominicus dixit ſe fuiſſe, vt dictũ
eſt ſupra, & alius frater prædicator tunc do-
micclus cuiuſdam Cardinalis, & frater Maſ
ſeus; qui fuit eius ſocius, ac B. F. ipſam corã.
7. Epiſcopis veram, & certam à Papa ſibi con
ceſſam, & quo ad diem, & alia. B. Fr. quod de
ipſa indulgentia dixit, nunquàm reuocauit.
Et poſt hanc prędicarionem Chriſtus eum ca
nonizauit ſuis ſignis ſtigmatizando. Et Eccle
ſia ob ſanctitatem, & miracula cathalogo ſan
ctorũ aſcripſit, hoc ergo penſato, & ſine quo-
cunque alio fidem dare debet quilibet fidelis
de veracitate huius ſacræ indulgentiæ.
Sexto veracitas huius ſacræ indulgentiæ pro-
barur teſtimonio ſummorum Pontificum. Pri
mo. D. Honorij. qui eam B. F. in Peruſio ab eo
petenti conceſsit: & nunquam reuocare vo-
luit, nec reuocauit. Atque Romæ viſo miracu
lo roſarum, & confirmauit iam datam, & dic
ſtatuit, pro obtentu dictæ indulgentiæ.
D. Papa Martinus 4. dum, cum ſua curia eſſet
Peruſij, ſuperueniente tempore indulgentiæ
multi de familia. D. Papæ licentiam acceden-
di ad ipſam petierunt: Camerarius hoc vi-
dens ad. D. Papam Martinum acceſsit, & tunc
actualiter cum D. Papa erat. D. frater Mat-
thæus frater minor Cardinalis de Aqua ſpar
ta: quamuis tunc non eſſet Cardinalis: ſed
lector curiæ; & dixit. D. Papæ. Beatiſsime pa
ter: quaſi omnes de familia veſtra petunt li-
centiam ad indulgentiam accedendi. Et D.
Papa reſpõdit Placet nobis, ꝙ omnes vadãt:
& ipſam indulgentiam confirmamus. Et ſi ibi
non eſt: eam ibidem ponimus per præſen-
tes, & hoc coram multis dixit, & coram dicto
fratre Matthæo. Et voluit, vt de hoc fieret pri
uilegium; ſed frater Matthæus noluit exem-
plo. B. F. ꝙ fieret: quod. D. Papæ multum pla-
cuit ob imitationem. B. F.
D. Papa Alexander. 4. præſupponendo dictam
indulgentiam veram, ſtatuit, ꝙ de pecunia;
quę offertur dicto tempore in ipſa Eccleſia ca
pella ſua. ſ. Papæ, videlicet, Eccleſia. B. F. de
Aſsiſio debet refici, & manuteneri.
Item idem. D. Papa Alexander. 4. præſupponẽ
do dictam indulgentiam eſſe veram, concedit
Cuſtodi Aſsiſij, ꝙ ipſe poſsit dare omnibus
fratribus auctoritatem audiẽdi confeſsiones
aduenientium, ac ſi eſſent accedentium paro-
chiales ſacerdotes, & cum eadem auctoritate.
A D. Papa Ioanne 22. 1320. quæſitum fuit,
quid diceret de indulgentia S. Mariæ de Aſsi-
ſio iuxta conſtitutionem Clementis 5. de in-
dulgentijs, reſpondit. Nos ad illam indulgen
tiam non ponimus os noſtrum.
D. Papa Gregorius. 11. præſupponens indul-
gentiam veram mandauit per bullam ſuam
ſpecialem: ꝙ mercimonia vendi in Eccleſia
B. F. nullatenus à fratribus permitterentur tẽ
pore indulgentię. hoc ipſum approbauerunt
alij ſummi Põtifices: qui eidem Honorio ſuc
ceſſerunt. qui vſque ad tempora præſentia vi
delicet 1390. ad numerum 25. aſcendunt: qui
ſi cognouiſſent eam falſam, vel dubiam eam
impugnaſſent, ſuſpendiſſent, vel reuocaſſent:
quod tamen non fecerunt. Ac cum de fide, & Nota.
ſalute agitur: qui veritatem occultat, iram
Dei ſuper ſe prouocat 11. q. 3. Quiſquis. & c.
Nolite timere. Et qui veritatem nõ defendit;
quam defendere conuenit, proditor eſt veri-
tatis. 11. q. 3. Nolite timere. Et vtilius ſcanda
lum naſci permittitur, quàm veritas relinqua
tur. De regulis iuris lib 6. Qui te ſcandaliza-
uerit. Ac veritas præfertur conſuetudini: quia
Chriſtus non dixit. Ego ſum conſuetudo, ſed
dixit. Ego ſum veritas. Io. 8. & 4. capitulis ſe-
quentibus. Er cum Romanus Pontifex ſit ca-
put omnium Eccleſiarum. d. 96 Cõſtantinus.
Et iudex omnium de ma. & obe. Solitę. hinc
eſt; ꝙ ad ipſum pertinet de huius indulgentia
videre, & iudicare. Et cum ab anno. 1224. &
vltra: quo fuit per Honorium data hæc in-
dulgentia: nullus Pontificum aliquid de ipſa
indulgentia attentauerit: hinc eſt ꝙ cum in
Sexto de regulis iuris dicatur. Qui tacet. con-
ſentire videtur, dicti ſummi Pontifices de iſta
ſacra indulgentiam nihil dicentes ipſam ap-
probarunt.
Septimo approbatur hæc indulgentia teſti-
monio. 7. Epiſcoporum. ſ. Aſsiſinatis; Peruſi-
ni; Eugubini, Nucerini, Fulginatis, Spoletani,
& Tudertini: qui oppoſitum proponentes di
cere ad veritatem: & B. F. linguas ipſorum di
rigente verbo patris. d. Ieſu Chriſto: qui ip-
ſam indulgentiam dedit: idipſum dixerunt;
quod in veritate erat, & B. F. prædixerat: quo
rum teſtimonium tam ratione perſonarum,
& officij, quàm miraculi à Deo in ipſorum lin
gua operati, eſt teſtimonium multum autenti
cum, & ponderandum, quorum atteſtationẽ
multi; qui audierunt pręſentialiter poſtmo-
dum autenticè depoſuerunt.
Ex dictis ergo apparet de ſollicitudine, amo-
re, zelo, beati Fran. ac deſiderio; quod habuit
ad ſaluãdas animas, & quomodo Chriſti exẽ-
plo animatus eſt ad procurandum omnium
ſalutem, quod ſuper omnia oſtendit huius ſa-
cræ indulgentiæ impetratio, quæ annuatim,
& in perpetuum fidelibus pie accedẽtibus da
tur, nec ab ipſa ſeparatur ſexus, nec conditio,
aut ætas. Quia omnibus tam mulieribus, quã
viris, tam pauperibus, quam diuitibus, tam Ita
licis, quam Vltramontanis, tam Barbaris, quã
Latinis, & ſic de nationibus hominum, tam ſe
nibus, quam pueris, & iuuenibus dummodo
ſint contriti, & confeſsi (vt decet) ipſa indul-
gentia à Deo datur. Quare & ſi multis alijs be
neficiis

neficiis (diuina gratia faciente) humano generi á beato Fran. exhibitis, homines beato Fr. quamplurimum obligentur, vt pore: Quia.

Primo mundum renouauit, vt patuit libro primo conformitate 8 parte 2. & conformitate 10 & 11.

Secundo vitam perfectam demonſtrauit, vt patuit libro primo conformitate 9. parte 2. de regula euangelica quam ſeruauit.

Tertio mundum contemnendum declarauit. libro primo conformitate 6. & dicetur in huius ſecundi libri conformitate 4. parte 2.

Quarto Ieſum proſequendum indicauit. cuius amore omnia diſpexit; ac poſt eius veſtigia toto niſu perfectionis inceſsit, vt oſtendetur in hoc ſecundo libro, & in tertio libro conformitate ſecunda parte ſecunda.

Quinto mundum ſua vita, & doctrina illuminauit. De quo dicetur conformitate 13. huius ſecundi libri.

Sexto dæmones ſubiecit, & ſuppeditauit, de quo dictum eſt libro primo conformitate 7. & dicetur in iſto ſecundo conformitate 9.

Septimo generis humani exaltatio, & hoc in ſui perſona tot, & tanta á Deo percipiendo, & ſpecialiter ſtigmata. De quo dicetur conformitate 3. tertij libri.

Octauo per ſe, & ſuos fratres ſigna in orbe perpetrauit; propter quæ non ſolum in vna parte; ſed in omnibus ratione liberationis á malis, & etiam exemplorum exhibitorum ab ipſis debent Deo, & beato Fran. fideles gratias exhibere de quibus dictum eſt lib. primo conformitate 8. & libro ſecundo conformitate prima, & dicetur libro 3. conformitate 9. & 10.

Nono in gloria cęleſti ſublimauit de qua dicetur libro 3. conformitate 8.

Decimo purgatorium euacuauit libro 3. conformitate 5.

Vndecimo ſuorum deuotorum perſonas, & animas protegit & ad gloriam perducit libro tertio conformitate 10.

Duodecimo quæ cupit genus humanum obtinere beati Fran. meritis á Deo dantur ſicut lib. 3. conformitate 9. & 10. dicetur. Tamen ſuper omnia obligatum reddit beato Fran. huius ſacræ indulgentiæ impetratio. Tum quia nullus ſanctorum hoc vnquam exhibuit generi humano, nec procurauit. Tum quia non partem hominis procurauit ſaluari, ſed totum hominem per dimiſsionem totalē omnium peccatorum. Tum quia non vni genti, ætati, vel conditioni; ſed omnibus. Tum quia non pro vno ſemel, & tempore, ſed vna die ſingulis annis, & perpetuo. Sic ergo tanto beneficio procurato per beatum Fran. quia ſalutem procurauit omnium, omnes homines; qui ſunt, fuerunt, & erunt præ alijs ſanctis beato Fran. obligantur, & tenentur, nec eſt aliquis peccator tam ſceleratus; niſi qui totaliter ignorat de iſta indulgentia, qui excuſationem habeat, ſi damnatur, aut non obtineat ſuorum ueniam peccatorum pure confiteatur, & ad hanc pergat indulgentiam, & ſalutem obtinebit perfectā. Magnum quippe eſt, quod vnus pauperculus modicus, & deſpectus tot bona mundo protulerit, & dederit, quod ſignū eſt acceptationis maximæ beati Fran. apud Deum, & ſui feruentiſsimi amoris, & charitatis ad ſalutem omnium hominum præſentium, & futurorum.

Oēs homines obligati ſunt B. Fr. & cur.

Dicta beneficia á beato Franciſco hominibus tradita magna indigerent declaratione, ſed ad præſens reiterare omitto cauſa breuitatis, quia ex dictis in præcedentibus, & dicendis in ſequentibus apparebit eorum expoſitio, & magnitudo ipſorum. Sic ergo patet quomodo debet intelligi ſecunda pars huius ſecundæ conformitatis iſtius ſecundi libri videlicet Franciſcus animatur, & hoc per reſpectum ad omnes fideles, & fratres ſuos generaliter. Reſtat ergo videre quomodo beatus Fran. ad inſtar Chriſti, ut paſtor ſe habuit ad fratres; & alatus fuit ad faciendum omnia, quæ ad verū pertinent paſtorem, & prælatum.

Nota.

Vbi ſciendum eſt quod beatus Fran. vt bonus prælatus, & paſtor fratres ſuos velut oues á Chriſto eidē traditas Primo in loco tuto collocauit; quia in vita euangelica obſeruanda fundauit, vt dictum eſt conformitate 9 primi libri.

Secundo ad paſcua vberrima minauit; quia appetere æterna, & ſola & Crucifixi meditari mirifica incitauit, vt dicit 4. pars legendæ & 7.

Tertio ab inſidijs diaboli conſeruauit, ſicut patuit de fratre Ruffino per diabolum deprauato; quem ad viam veritatis reducēdo, á diabolo liberauit. Et de fratre inobediente ſubacto habenis diaboli; quē ſuo monitu eripuit, & ſic de alijs.

Quarto refecit, & cibauit non ſolum doctrina; ut dictum eſt in primo libro ſed & cibo corporali, vt dicetur in iſto ſecundo conformitate 12. vt patuit in capitulo generali Aſsiſij celebrato, vbi quinque milia, & vltra fratrū Deus cibauit meritis beati Fr. vt dicit 5. pars legendæ.

Quinto placabilem, & affabilem in cōdeſcendendo ſe exhibuit ſicut patuit cum fratre, qui multa abſtinentia deficiebat vt dicit 5. pars legende. Et de alio fratre infirmo; quem duxit ad vineam ad comedendum vuas; & vt ruborē ſibi tolleret, ipſe prior comedit. Quibus comeſtis, Frater infirmus fuit ab infirmitate ſanatus.

Sexto ſeparauit, ſcilicet malos á bonis. Hoc patuit de fratre; quem expulit ab ordine, qui bene comedebat, & nihil operari volebat, & ſic de alijs.

Septimo facta ſuorum fratrū, & ouium cognouit; ſicut dicetur huius ſecundi libri conformitate

nitate

nitate 16. Nam introitum, & exitum fratrum omnium nouit, vt patuit in deſcriptione fratris minoris; quem debere eſſe dicebat ad inſtar ſociorum ſuorum, ſcilicet fratris Bernardi, Ruffini, & ſic de alijs. Cognouit facta fratris Leonis, Ruffini, Bernardi, Eliæ, & ſic de alijs multis.

Octauo ſanauit ſpiritualiter doctrina, & verbis, ſicut patuit in nouitio, qui ordinem exire volebat; & de fratre Ruffino &c. Ac corporaliter, ſicut dictum eſt prima conformitate huius libri ſecundi.

Nono per viam rectam, & perfectam deducendo conduxit; exemplar omnium vitutum ipſis præbendo in cunctis actibus ſuæ vitæ.

Decimo ad ſe benigne euocauit; & hoc dum archana diuinorum, prout videbat ſaluti ipſorum vtile eſſe reſerando eis palam fecit, ſicut de multis patet in legenda, vtpote de dilatatione ordinis, de inclinatione ſummi pontificis, & ſic de alijs, quæ Deus ipſi reuelando eis edicebat.

Vndecimo pro eis exorauit, vt quarta, & decima pars legendæ oſtendunt. Deum enim orauit pro tentatione fratris Bernardi, Ruffini, pro fratre Elia, & ſic de alijs, vt dicetur conformitate 11. huius ſecundi libri.

Duodecimo ſuam vitam pro eis poſuit, vnde vt præberet ſe eis; exemplarem vitam auſteriſſimam vſque ad mortem ſemper duxit, vt patebit conformitate 13. huius ſecundi libri. Quibus apparet beatum Fran. verum, & bonum fratrum fuiſſe paſtorem, & prælatum.

In B.F. fuerunt ſpiritualiter veri paſtoris inſignia.

Inſuper ipſe ad inſtar materialis paſtoris ſpiritualiter accipiédo in ſua pera, ideſt in ſua méte geſſit, & pectore. Panem vitæ ſcilicet Chriſtum cum ſumma deuotione frequenter communicando, vt dicit 9 pars legendæ. Sal. ſumma diſcretione, vt auriga virtutũ omnia exercendo, vt dicit 5. pars legendæ. Aqua pro potu ad litteram fuit vſus, vt dicit 5. pars legendæ. Sed ſpiritualiter aqua ſapientiæ fuit à Deo potatus intelligentiæ ſcripturarum vt 11. pars dicit legendæ Herbis virentibus cum ſuis fuit vſus ſcilicet exemplis ſanctorum, & ſpecialiter Chriſti, vt dicit 4 pars legendæ. Et Apoſtolorum, vt dicit 9. pars legendæ, quorũ exemplo vixit, vt dicit 3. pars legendæ, & martirum triumphos emulabatur, vt dicit 9 pars legendæ. Canes habuit quia ipſe cum ſuis prædicationis officium iniũctum, vt dicit quarta pars legendæ, exercuit fideliter, & feruenter. Viliter ad litteram indutus fuit, vt dicit quarta pars legédæ, & ſeptima; & chorda cinctus. Sub tecto pauperculo quoad vixit, reclinauit, vt dicit 7. pars legendæ, & conformitate quarta huius ſecundi libri dicetur. Stramenta pro lecto habuit, ſcilicet terram cubitando. Et ſic ſub cœlo nihil habere voluit, nec corpori ſuo indulſit; imo circa mortem de nullo dixit ſe debere dicere culpam ſuam; niſi quia fratrem corpus, quod ſe ſponte ſpiritui ſubiecerat, male tractauerat. Eſtum meridianum, & diaboli cum declinauit omnium contemptu, & deſpectione, vt dicit 7. pars legendæ. Et ſic nulli viuenti oneroſus fuit. Baculum tenuit; quia iuſtiſſimus fuit Deo, ſibi, & proximo; quod erat debitum reddendo. Caulas habuit; quia fidem catholicam cum ſuis firmiſſime tenuit, & docuit, fiſtulam deuote tenuit orationis, eidem vendicando quicquid in ipſo erat, vt dicit 10. pars legendæ. Calculum habuit, quia Chriſto totus iunctus fuit, & vnitus, vt dicit pars nona legendæ. Sic ergo beatus pater Fran. non mercenarius extitit, ſed bonus, & verus paſtor erga oues ſuas, ideſt fratres à Deo ſibi traditos, & commiſſos. Quibus omnibus patet declarata ſecunda pars huius ſecundæ conformitatis videlicet Franciſcus animatur, & generaliter, & ſpecialiter.

FRVCTVS TERTIVS, ET CONformitas iſtius ſecundi libri & 15. in ordine. Ieſus ſtola clarificus, Franciſcus ſubleuatur. Primę partis videlicet Ieſus ſtola clarificus. Expoſitio.

DOMINVS & redemptor noſter Ieſus Chriſtus cum ab inſtanti ſuæ conceptionis, perfectus Deus fuerit, & perfectus homo; animæ ſuæ non ſolum eſt plenitudo Deitatis communicata; ſed & plenitudo gratię collata, vt habetur Ioan. primo, & tertio ſententiarum diſtin. 14. ac omni beatitudine eſſentiali in portione ſuperiori beatificata, vt 3. diſtin. habetur. Et miraculum per maximum fuit talem beatitudinem non redundaſſe ad portionem inferiorem. Et conſequenter corpus ſuum non beatificaſſe beatitudine accidentali ipſum ſtolis beatitudinis veſtiendo. Ioan. 1.

Hinc eſt quod ſaluator noſter; ſicut Deitatem ſuam aſtruere voluit diuerſis argumentis, & vijs, ſic & animam ſuam fuiſſe beatitudine recreatam, non ſolum oſtendendo ſuam Deitatem aperte animam beatificantem, & conſequenter ſuam animam beatitudine principali, & eſſentiali beatificatam; ſed & humanitatem, ſcilicet corpus ſuum aliquando beatificatum ſtolis glorioſis, & beatitudine accidentali non per vnam dotum beatificarum, ſed in ſimul omnibus adunatis. Erat enim re vera decens, vt ipſe Dei filius ſuam Deitatem nude, & aperto aliquando, & quibuſdam oſtenderet iuxta dictum beati Auguſtini, vt vitam oſtenderet, in qua poſt hanc victuri ſumus, ac præmium actuum, & operum virtuoſorum: Quo

non ſolum ad credenda,ſed ad peragenda ar-
dua à Deo iniuncta homo animaretur. Hanc
enim ſuam Deitatem nude, & aperte in vete-
ri teſtamento oſtendit Moiſi, non quando eã
Exo. 33. petijt.Exodi. 33.ſed poſtea vt habetur Nume
Num. 12. ri 12. hoc enim ei munus à Deo cõceſſum eſt,
Quomodo exponitur illud Deũ nemo vidit unquam. vt Deum videret ſicuti eſt. Quæ contempla-
tio cunctis filijs in fine promittitur, vt dicit Au
guſtinus 12.ſuper Gene.ad litteram,& in Epi
ſtola ad Paulinam. Fuit etiam Iſaiæ commu-
Iſa. 6. nicata.Iſa.6.vbi Glo.Deum nemo vidit vnquã
oculo corporis, ſed poteſt eum videre oculo
cordis,ſicut vidit eum Iſa. vnde beati mundo
corde;quoniam ipſi Deum videbunt.In nouo
teſtamento vidit beatus Paulus in raptu. de
2.Cor. 12. quo habetur 2. Corin. 12. vnde beatus Augu-
ſtinus in quæſtione penultima ad Oroſium ſic
dicit. Ob id raptus fuerat Paulus in tertium
cœlum idest in intellectualem viſionẽ, vt Deũ
non per corpus,non per ſimilitudinem corpo
ris; ſed ſicut eſt ipſa veritas cerneret. Ad hoc
profecto peruenerat Paulus, vt Deum ſic in vi
ta iſta videret; ſicuti ſancti poſt hanc vitam.
Idem dicit 12. ſuper Gene. ad litteram, & in
Epiſtola ad Paulinam de videndo Deum.Bea
Act. 7. tus etiam Stephanus vidit.Actuum 7.vbi Glo
ſa. Quidam electorum in hac vita adhuc de-
tenti mundato oculo cordis videre meruere
gloriam, vt hic Stephanus, & Paulus raptus
ad tertium cœlum, ſed Paulus vidit,vt vident
beati, quare & Stephanus. De beata virgine
pie etiam eſt credendum, quod viderit, præ-
ſertim dum in eius vtero Ieſus Chriſtus mora
retur, quia priuilegia gratiarum alijs conceſ-
ſa,nõ ſunt ab ipſa denegãda,prout dicit Hie-
ronymus in ſermone de Aſſumptione. Hodie
&c.& Bernardus in Epiſtola ad Lugdun. De
beato Benedicto idem aſſerere videtur beatus
Gregorius 2. Dial. & de quibuſdam alijs eſt
pie credendum, vt per raptum ad huiuſmodi
viſionem peruenerint in præſenti conſtituti,
vt dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Paulinam
Dubitatio de videndo Deum. Et ſi dicatur, hoc videtur
Exo. 33. repugnare illi,quod ſcribitur.Exodi.33.Non
Solutio. videbit me homo,& viuet.Reſpondet Auguſti
nus in epiſtola ad Paulinam, quod non intelli
gitur,quod non viuat præſenti vita, & in cor-
pore mortali,ſed accepit viuere pro actu vitæ
ſenſitiuæ,& imaginatiuæ,qua homo debet mo
ri conſiderata viſionis excellẽtia, non Dei om
Dubitatio. nipotentia.Contra prædicta eſt illud. Io.pri-
Ioan. 1. mo Deum nemo vidit vnquam, & Apoſtolus
dicit, quod lucem habitat in acceſſibilem,
quã nemo hominum vidit, nec videre poteſt.
Augu. 1. de Tri. 5. Reſpondet beatus Auguſtinus primo libro de
Solutio. Trini.cap.5.quod Apoſtolus pro tanto dixit,
quod illi, qui vident Deũ, vltra homines ſunt
idest vltra hominis pura naturalia conſtituti,
& in epiſtola ad Paulinam dicit, quod Deum
nemo vidit vnquam, vel in hac vita, ſicuti eſt,
vel in alia vita,ſicuti viſibilia iſta quæ corpo-
rali viſione cernuntur. Et põt dici iuxta glo.
allegatam de Iſa. quod nemo vidit vnquã ocu
lo corporis,nec videre poteſt,vt dicit Apoſto
lus.Hanc viſionem ipſe Deus, & ſaluator no-
ſter in præſenti conſtituto,vel conſtitutis com
municando, quia non eſt viſio permanens in
aliquo, cui cõmunicata eſt, niſi in ſua anima,
ſed tranſiens; plura, & ſingularia dona ipſum
ſic videnti elargitur.

Et primum eſt gratificationis.gratia enim vig
communiter non ſufficit eleuare, & diſpone-
re ad tam arduam viſionem: Nec eſt ſibi pro-
prium, & eſſentiale; quia ſic quilibet videret,
vel videre poſſet Deum: quare vel alia gratia
requiritur,vel prioris augumentum,& hoc de
communi lege,& non Dei omnipotentia pen
ſata.

Secundum eſt perfectæ purgationis: Deus e-
nim à ſolis purgatiſsimis mentibus videtur, vt
dicit Auguſtinus.Primo de trini;quare homo
tali viſione ſibi data ab omni ſcoria,& rubigi-
ne purgatur peccati; & fit vas puriſsimum.

Tertium eſt fomitis ſuppræſsionis: pro tunc
enim anima non incitatur ad malum, nec re-
trahitur à bono,imo oppoſitum,cum ſibi om
ne bonum demonſtratur.

Quartum eſt ſingularis ſanctificationis; acci-
piendo ſanctificationem pro ſingulari Dei in
anima habitatione, iuxta illud Pſal. Sancti-
ficauit tabernaculum ſuum, Deus in medio
eius &c.

Quintum eſt in gratia confirmationis,quia ta
li viſione ſtante, quod peccet non eſt intelli-
gibile.

Sextum eſt certificationis de permanentia in
gratia, & forte etiam de perſeuerantia finali.
Paulus enim qui habuit huiuſmodi viſionem
nõ permanentem,ſed tranſeuntem dixit. Ro. Rom. 8.
8. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Et
reſpondebat di. ſcio quod nec mors,nec vita
&c. poterit nos ſeparare à charitate Dei, quę
eſt in Chriſto Ieſu.

Septimum eſt copulationis, tali enim viſione
homo cum Deo vnus ſpiritus efficitur, adeo
vt ab ipſo diuidi,vt dicit Apoſtolus,& ſepara
ri non poſsit.

Octauum eſt conſolationis. Pſalmus. Adimple
bis me lætitia cum vultu tuo,delectationes in
dextera tua &c.

Nonum eſt transformationis perfectæ, vt di-
cat cum Apoſtolo Gal. 2. viuo ego iam non Galat. 2.
ego,viuit in me vero Chriſtus.

Decimum eſt illuminationis.Audit enim & vi
det cum Apoſtolo ij. Corin. 12. Archana ver- 2. Cor. 12.
ba, quæ non licet homini loqui.

Vndecimum eſt cupitæ diſſolutionis, cupit e-
nim cum Paulo diſſolui,& eſſe cum Chriſto.

Duodecimum eſt gloriæ conſequendæ ſubar-
rationis.Signum enim eſt gloriæ poſt hanc vi-
tam

tam accipiendæ, cui talis viſio à Deo in præſenti conceditur, vt patet de prædictis, quibus dominus dignatus eſt concedere. Et ſi dicatur. Nonne lucifer vidit Deum? Reſpondetur quod non viſione hac, de qua loquimur ſed alia; quia hęc eſt, quæ beatificat, & ſi tranſeunter tales, & permanenter beatos, quam non habuit ipſe Lucifer, nec Angeli ante confirmationem in gratia. Multa alia talibus videntibus proueniunt, vt dicetur libro 3. conformitate 7. Sed ad pręſens dicta ſufficiant. Hæc ergo viſio ſicut à nobis naturaliter deſideratur; ita à quolibet, vt detur eidem à Deo, ipſe altiſſimus debet deprecari, & dici, cum pſal. Oſten de nobis faciem tuam & ſalui erimus, facies enim tua plena eſt gratiarum. Heſter 15. Hac ergo habita viſione homo certificatur de credendis agendis, & obtinendis, quare nihil ei incredibile, nihil durum, & aſperum eſt viſum vt patuit in præfatis, & alijs, qui viderunt. Verum quia dicta viſio non conceditur omnibus, & animam Christi fuiſſe beatam ab inſtanti ſuæ conceptionis credendum erat ab omnibus, ac oculi noſtri, & ſenſus ſolum corporalia apprehendunt, & ſentiunt, hinc eſt quod cum beatitudinem animę Chriſti, oculo corporali videre non poſſumus, ſicut nec ipſam animam; per corpus ergo ſuum ideſt per corporis dotes eam beatam demonſtrare decebat, vt per effectus huiuſmodi, qui ab anima beata, & ſola procedũt, ad beatitudinem eius animæ deueniremus: Et ſic faciendo de beatitudine accidentali noticiam haberemus ipſius Chriſti. Declarare ergo eidem placuit ſuæ beatitudinem animæ per dotes corporis: Et quia dotes beatificantes corpus, ſunt quatuor videlicet ſubtilitas, agilitas, claritas, impaſſibilitas. Corpus enim glorioſum quatuor præfata habebit: Quia enim nunc eſt groſſum, tũc erit ſubtiliſſimum, omnia ſine læſione penetrans: Quia eſt ponderoſum, & graue, tunc erit agiliſſimum, & perget quocunque libuerit quaſi in momento, quia eſt obſcurum tunc erit clariſſimum, utpote ſole ſplẽdidius, quia vero nunc ſubiectum eſt paſſionibus, tunc erit impaſſibile; quia à nullo pati valebit: Et hæ quatuor dotes, ſiue ſint ab anima, ſiue ab alio, aſtruunt tamen animam beatam: Saluator noſter per præfata animam ſuam eſſe beatam reſerauit, non ſimul in vita, & ſi poſt, ſed nunc vnam, nunc aliam declarando.

Qua viſione Lucifer vidit Deũ.

Heſter 15.

Dotes corpus beatificantes.

Dote ſubtilitatis vſus eſt, prout dicit Hugo de ſancto Victore, quando virginitate præſeruata, & virginitatis intacta clauſura à virginis vtero clauſo exiuit de beata Maria naſcendo. Et ſi ſanctus Thomas dicat, quod non fuit per dotem ſubtilitatis, quia ſit tunc vſus; ſed miraculo nouo.

Agilitatis dote vſus eſt; quando ſupra aquas ambulauit, vt docent euangelia: Aqua enim nõ eſt indurata ſub eius plantis; ſed in ſua permanente diſpoſitione ſaluator ſuper eam ambulauit.

Impaſſibilitatis dote, ſequendo dictum Vgonem, vſus eſt; dum panem tranſubſtantiauit in corpus. Vnde corpus Chriſti, & ſi mortale eſſet in ſe, quando ipſum diſcipulis tradidit & paſſibile, licet Corpus Chriſti eſſet mortuũ pro tunc, ſi eſſet, & fuiſſet in ſacramento; quia omne abſolutum, quod inſuiſſet eidem extra ſacramentum, ineſſet eidem dum eſſet ſub ſacramento, ſed non omne reſpectiuum, tamen ſi corpus Chriſti, ideſt hoſtia conſecrata percuteretur, in ignem poneretur; & ſic de alijs paſſionibus nihil corpus Chriſti pateretur. Ratio quia impaſſibile eſt ſub ſacramento cõtentum: Et ſic dote impaſſibilitatis ſuum corpus adornauit, modo iam dicto ſub ſacramento locando, ei vt à nihilo poſſit affici extrinſeco concedendo.

Claritatis vero dote vſus eſt quando in monte Tabor coram tribus Apoſtolis transfiguratus, ſpecies eius (vt dicit Lucas(apparuit altera non in quantitate, ſed in qualitate, quia vt dicit Matth. 17. Facies eius apparuit vt ſol, veſtimenta eius alba ſicut nix: De qua dote, & de qua transfiguratione loquitur prima pars huius tertiæ conformitatis iſtius ſecundi libri di. Ieſus ſtola clarificus. Et quia hoc indiget debita expoſitione, ideo pro eius declaratione ſunt aliqua inquirenda, & videnda.

Matth. 17.

De transfiguratione Chriſti mirabilis.

Primum, quod cum euangeliſta Matth. dicat, quod Chriſtus transfiguratus eſt, vidẽdum eſt, Quid ſit transfiguratio facta. Et pro huius indagatione ſciendum eſt; quod transfiguratio ad vim vocabuli eundo, eſt in figuram alterius tranſitio, & mutatio. Sed figura in ſacro eloquio dicitur dupliciter. Aliquando accipitur pro quantitate ſapien. 7. In ventre matris meę figuratus ſum caro. Aliquando dicit qualitatem, & ſic accipit Ariſto. ponens eas in quarta ſpecie qualitatis, & de hac loquitur Apoſtolus primæ Corin 7. Præterit figura huius mundi, & quandoque accipitur figura pro ſigno 1. Corin. 11. omnia in figuram ideſt in ſignum contingebant illis. Sed de hac nihil ad propoſitum. Saluator ergo quando transfiguratus eſt, quantitatem nec corporis, nec faciei mutauit, ſed bene qualitatem, quia in aliam figurã, ſcilicet beatã mutatus eſt. Sic ergo patet quomodo in figuram aliam ſaluator traſfigurando ſe, eſt mutatus.

Sap. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 11.

Secundum eſt quare voluit ſe transfigurare. Et licet dictum ſit in parte; tamen hoc voluit exercere (vt dictum eſt) vt beatitudinem animæ ſuæ demonſtraret, per beatitudinem ad tempus corpori collatam, quæ ex animæ beatitudine procedit, quia non poteſt bene intelligi, ꝙ corpus ſit beatum, & anima non, & ſi econuerſo fuerit in Chriſto: Et quia in Deita

te ipſius animæ noſtræ, in humanitate corpora noſtra ſuam beatitudinem debent habere: Quid eſſet beatitudo noſtra, ſanctis Apoſtolis tali transfiguratione declarauit. Id ipſum
Matth. 16. peregit; quia ipſe præmiſerat, vt patet. Mat. 16. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum &c. & vt dicit Gregorius. Magnum eſt abnegare, quod habet; ſed valde multum eſt abnegare, quod eſt, & Ambro. iſtum paſſum exponens Euangelij di. Arduum quippe eſt crucem tollere; animam periculis, mortique corpus offerre. Negare quod ſis, cum velis eſſe, quod non ſis, & ſubdit. Moralis, & bonus magiſter nequis deſperatione frangatur, aut tædio; præmium voluit oſtendere, quid in futuro ſit mercedis oſtendendo. Inſuper quia
Matth. 16. dixerat, Matth. 16. Sunt quidam, de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videãt filium hominis in regno ſuo, & cum ipſe ſit veritas. Ioannis 15. quod promiſerat opere impleuit. Demonſtrauit enim, & in ſua fore virtute ſe beatificare, & beatitudinem pro libito aſſumere.

Coram tribus, & cur ſe Chriſtus ſolum trãſfigurauit. Tertium videndum, Cur coram tribus diſcipulis, & non pluribus ſe transfigurauit; quia Euangelium dicit; ꝙ Ieſus aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem, & non alios. Reſpondetur.

Primo quia ſufficiens eſt teſtimonium duorum, vel trium.

Secundo propter miſterium trinitatis prædicandum per iſtos tres Apoſtolos, tribus linguis principalioribus; quia Petrus latinis. Romæ enim obijt. Iacobus Hębreis, & Ioannes Græcis.

Tertio vt doceret, ꝙ ardua, & ſecrera pluribus non ſunt reuelanda.

Quarto vt hos præ alijs autenticos redderet, vtpote qui eſſe debeant columnæ Eccleſiæ in miſterio trinitatis

Quinto ſi omnes aſſumpſiſſet, quare & Iudam indignum. Si alios, & non ipſum occaſionem ex dimiſsione ad malefaciendum ei prębuiſſet, vt dicit Dama.

Cur Chriſtus transfiguratus eſt in monte tabor. Quartum quærendum in quo loco facta eſt huiuſmodi transfiguratio, & reſpondet Euangelium. ꝙ in monte excelſo, & ſeorſum. ſ. in monte Thabor vbi. Primo innuit, ꝙ id Chriſtus fecit vt oſtenderet, ꝙ Deus ſe, & ſua reſerat illis, qui à ſtrepitu ſunt remoti mundanorum,
Exo. 20. 33 ſicut Moyſi in monte Sinai Exodi 20. & 33 &
3. Reg. 19. Eliæ in monte Oreb. 3. Regum 19. Et diſcipu-
Matth. 5. lis in monte. Matth. 5. Secundo vt daret intelligi, ꝙ non in iſtis inferioribus, ſed in ſuperioribus gloria noſtra eſt quærenda, & beatitudo: Sed à terrenis oportet conſurgere, qui cęleſtia vult intueri, & habere.

Quintum quærendum, & videndum, quomodo facta eſt hæc transfiguratio. Reſpondetur ꝙ Ieſus transfiguratus eſt ante eos, vide coram quibus; quia ante eos ſanctos Apoſtolos, hoc egit vt teſtes eſſent, & vt animaret eos ad ſimilem beatitudinem peroptandam transfiguratus eſt ante eos. Nota ꝙ Deus fecit hãc transfigurationem, Sed dicitur paſsiue transfiguratus, & hoc reſpectu humanitatis, & corporis debet intelligi, non reſpectu animæ, ac Deitatis. Iam enim crat in anima, & anima fecit vere in corpore. Sed quomodo? dicit, Euangelium facta eſt facies eius altera, non quantitatiuè, ſed qualitatiuè; quia vt ſol: quia beata, & glorioſa. Reſplenduit enim facies eius, vt ſol, immo pluſquam ſol. Et quia non habuit exemplum clarioris luminoſi, ideo poſuit ſol.

Sed hic ſunt aliqua dubia. Primum dubium, vbi fuit iſta claritas in ſubiecto. Reſpondet Alexander de Ales. 3. parte ſummæ parte prima. quæſtione. 214. ꝙ ſubiectiuè fuit in corpore; Sed in veſte fuit ab exteriori à ſuper infuſo faciei ſplendore.

Secundum dubium. An talis claritas fuerit glorioſa? Reſpondetur ꝙ ſic, & ſi ad tempus aſſumpta, vt enim dicit Lucas. cap. 9. Viſus eſt in gloria magna, & teſtantibus doctoribus Ieronimo, Chriſoſtomo, & Remigio ſuper hunc locum: In gloria viſus eſt futuræ poſtea reſurrectionis; in qua poſt iudicium apparebit electis.

Tertium dubium, Cur dominus volens oſtendere beatitudinem ſui corporis, plus Apoſtolis reſerauit per dotem claritatis, quàm per alias dotes? Reſpondetur, ꝙ alias dotes, videlicet duas oſtenderat. Primam. ſ. ſubtilitatem naſcendo. Secundam ſuper aquas ambulando. Matth. 14. Quare reſtabat per hanc oſtendere. ſ. per claritatẽ. Hoc idem peregit: quia ad claritatem omnes aliæ dotes ſequuntur: Lux enim ſine ſui corruptione, corpora penetrat diaphana, & ſic eſt ſubtiliſsima: Fit ſubito, & multipliciter in medio, & ſic agilima. Non inficitur tranſiens per infecta, & ſic impaſsibilis, vt dicit Alexader, tertia parte. quæſtione. 219. quare oſtendendo de claritate cõſequenter, & de alijs oſtendit. Sic ergo claritas illa fuit ab interiori producta. ſ. claritas corporis, & fuit vera; quia aliter fuiſſet non viſio, ſed illuſio, & fuit glorioſa, vt dictũ eſt.

Quartum dubiũ. Quomodo potuit ſtare iſta claritas cum colore priori? Reſpondetur, ꝙ color eſt quid materiale reſpectu lucis; quare propoſitum. Similiter in quibuſdam lapidibus precioſis ſimul ſtant color, & ſplendor, vt docet experientia. Hoc etiam Deus poteſt facere.

Quintum dubium, quomodo talis claritas glorioſa potuit ſtare in corpore mortali? Reſpondetur ꝙ cum dotes ſint diſtinctę, & Deus cunctipotens, potuit pro tempore dare vnã, ſine alia.

Sextum

Sextum dubium, Quomodo tanta claritas cũ eſſet centies lucidior ſole (vt dicit Hilarius,& Aimo) non illuminauit totum mundum? Reſpondetur. Primo ꝙ illa claritas voluntariè eſt in corpore domini expreſſa; & per conſequens cui voluit manifeſtauit. Secundo quia vt docet experientia: Lucerna non illuminat niſi ſit in ſitu debito locata. Quare nec claritas illa; quia non in ſito apto poſita mundũ illuminabat. Tertio hoc fuit factum virtute diuina retrahente lucis huius radios. Vt enim dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Paulinam. Sicut in noſtra poteſtate eſt videre corporalia, ſic in poteſtate ſpiritualium eſt, vt ea videamus, vel non; quare propoſitum.

Cur fixis oculis ſol intueri nequit.

Septimum dubium, Sicut cum oculi noſtri in ſua claritate fixa acie ſolem intueri nequeũt; quomodo oculi Apoſtolorum tantam lucem videre potuerunt? Reſpondet Alexander. 3. parte, quæſtione. 224. ꝙ ſolem non poſſumus videre non ratione ſplendoris, ſed, caloris diſſoluentis humidum radicale pupillæ oculi. Sed claritas glorioſa non eſt viſus diuerberatiua, vel diſſolutiua, ſed magis conformatiua fortificatiua, & delectatiua, & ſic ipſam videre potuerunt. Facies ergo facta eſt vt ſol, veſtimenta eius alba vt nix. Et quia nihil albius eſt niue, nec ſplendidius ſole, exemplum Euãgeliſta poſuit de ipſis. Et ſic patet quomodo facta eſt transfiguratio.

Ad transfigurationẽ hæc ſequuta ſunt. Primum ſubſequutum.

Sed videndum eſt quid ad hanc transfigurationem eſt ſequutum, & ſancti Euangeliſtæ. Matth. & Lucas ponunt plura.

Et primum eſt duorum prophetarũ ad Chriſtum aduentatio, & acceſsio. Nam & ecce apparuerunt Moyſes, & Elias cum eo loquẽtes. Pro horum declaratione ſunt aliqua dubia renouanda.

Primum dubium, An Moyſes vere reſurrexerit? Reſpondet Alexander in tertio locis prę allegatis ꝙ non; ſed bene fuit ibi eius anima, nec fuit neceſſe ibi eſſe eius corpus; quia virtute diuina apparuit Apoſtolis. Poteſt etiam dici, ꝙ ſicut Angeli in corpore aſſumpto nobis apparent, vel ſimilitudine corporali, ſic & ipſe apparuit: quia corporeis oculis ſpiritum videre non poſſumus. Poteſt etiam dici Dei omnipotentia penſata, ꝙ in proprio corpore potuit apparere.

Secundum dubium. Qualiter apparuerunt? Reſpoudet Lucas, Capitulo. 9. ꝙ viſi ſunt in maieſtate. ſ. Chriſti: Nam ſequitur ꝙ Apoſtoli vigilantes viderũt maieſtatem eius, & duos viros, qui loquebantur cum eo; quare ipſi glorioſi in ſe non erant, ſed ſic in gloria apparebant, & redundati gloria maieſtatis Chriſti.

Tertium dubium, Cur illi duo. ſ. Moyſes, & Elias apparuerunt? Reſpondetur primo, vt Chriſtus oſtenderet ſe non egiſſe contra legem, prout dicebant phariſei, ſed ſecundum legem, in cuius ſignũ legiſlator apparet Moyſes, ac legis emulator Elias.

Secundo, vt oſtenderet ſe vitæ, & mortis Imperium habere; Moyſen de limbo, & Eliam de paradiſo extrahendo.

Tertio vt reſeraret illum ſe eſſe, quem lex, & prophetæ proclamauerunt, & legis & prophetarum omnia impleſſe, & implere veniſſe.

Quartum dubium, Cur Chriſtus voluit hos duos ſuæ transfigurationi adeſſe? Reſpondetur, ꝙ hoc egit vt de ſua gloria, & beatitudine animæ, & pro tunc corporis teſtes haberet autenticos, tam de veteri teſtamento, quàm de nouo: Moyſen, & Eliam de veteri: Apoſtolos tres de nouo; vt ſic euidenter doceret ſe eſſe noſtrum glorificatorem teſtibus vtriuſq; teſtamenti tam ſolemnibus.

Quintum dubium, Quare Enoch non venit ſicut Elias? Reſponder Alexander loco præallegato, ꝙ Chriſtus in hac transfiguratione voluit gloriam reſurrectionis, & opus redemptionis facere exprimere, Et quia ſolum explicite fuit tradita, & credita poſt diluuium. ſ. Abrahæ primo, & ſic deinceps: Et Enoch fuit ante, quando ſolum implicite credebatur: quare ipſe non fuit adductus. ſimiliter Moyſes omnia, quæ fuerunt in primo ſtatu, per Dei ſciuit reuelationem: quare pro illius tẽporis teſte ſufficiens erat.

Secundum ſubſequutum.

Secundum ad hanc transfigurationem ſubſequutum eſt Moyſi, & Eliæ cum Chriſto alloquutio. Euangelium dicit, ꝙ loquebantur cũ eo, ſed quid? Matth. non dicit. Sed Lucas dicit, ꝙ dicebat exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem; Quo verbo oſtenditur, ꝙ ipſi eum dulciſsimè, & humillimè exorabant, ꝙ paſsionem, & ſi acerbam, & diram, ſubire tamen vellet pro generis humani redemptione, & ſalute. O cum quanta reuerentia loquebatur cum eo, vtpote cum Rege, & Deo ſuo.

Sed aduerte, ꝙ in hoc actu Chriſtus ſe oſtendit. Primo verum Deum viuorum, & mortuorum iſtos ſic ad ſe adducendo.

Secũdo, ex fine redemptorem omnium; quia de hoc loquebantur.

Tertio omniporentem, Moyſen de inferni, limbo deducendo.

Quarto beatificatorem; quia viderunt eum beatum, & in maieſtate ſua: Ad quam viſionẽ ſequutum eſt ipſorum duorum quaſi glorificatio; quia fuerunt gloria Chriſti, & maieſtate pleni. ideo dicit Lucas, ꝙ viſi ſunt in maieſtate, ideſt gloria Chriſti: ſicut enim ſuperinfuſione lucis, fit homo lucidus ſaltem exterius; ſic in propoſito. Ad quod ſubſequutum eſt magnum gaudium ipſorum.

Primo quia viderunt eum, quem tanto tempore videre peroptauerant.

Secundo viderunt eum in decore.

Tertio quia ipſi ex gloria Chriſti recreati ſunt aliqualiter. Abraham vidēdo diem eius, gauiſus eſt: quanto magis iſti.

Tertium ſubſequutū ad iſtam transfigurationem, eſt Petri ad Chriſtum ſingularis prolocutio, & reſponſio vt dicit Euangelium. Sed hic ſunt aliqua dubia.

Tertium ſubſequtum.

Primum dubium. Quomodo Petrus, & Apoſtoli cognouerūt Moyſen eſſe, & Eliā, quos nūquam prius viderant? Reſpondetur, ꝙ hoc cognouerūt in luce illa ineffabili claritatis Chriſti, viſi enim ſunt in gloria, & maieſtate Chriſti: Quo ſequitur ꝙ in gloriæ lumine obtecta prius reuelantur. Sequitur etiam, ꝙ nou ſolū gloria homo illuminatur; ſed etiam recreatur. Petrus clamat viſa gloria di. Domine bonum eſt nos hic eſſe. Et ſi in via multo fortius in patria, vbi eſt æterna beatificatio.

Secundum dubium. Quare Petrus non dixit ſibi, & ſocijs conſtruere tabernaculum, ſed ſolum Ieſu, Moyſi, & Eliæ? Reſpondetur ꝙ Petrus, vt dicit Luc. Dormierat, & euigilans à ſomno ſtupefactus dixit hæc, neſciens quid diceret.

Secundo poteſt dici ꝙ beatus Petrus conſtruendo Chriſto tabernaculum, ſibi conſtruebat, & ſocijs.

Tertio poteſt dici, quòd ſibi, & ſocijs non dicebat tabernaculum conſtrui; quia ſe, & eos non putabat tanti meriti: ſicut illos eſſe, quos in maieſtate videbat.

Tertium dubium. An Petrus iuſte peteret? Reſpondetur quòd non; quia neſciebat (vt dicit Euangelium) quid diceret. Item Chriſto, & ſanctis non ſunt facienda tria tabernacula, ſed vnum; quia vna fides, & vna Eccleſia; cuius ipſe Chriſtus eſt caput. Similiter beatitudo non debet appeti pro præſenti, ſed pro futuro? Et ideo quia neſciebat quid diceret Chriſtus, ſuæ quæſtioni nihil reſpondit.

Quartum dubium. quare non fuit in hoc à Chriſto illuminatus vt ſciret quid loqueretur? Reſpondetur, quòd lux illa diuina irradiabat vbi vult, quos vult, & quantum: Sic dedit eis notitiam de Moyſe, & Elia, & non de alijs. Homo inſuper nāliter alienatur dū ſupra ſe eleuatur, & ideo in vno à domino fuit adiutus. ſ. vt videret gloriam Dei: in alio ſuę naturę dimiſſus. ſ. inquirēdo. Apparet etiam quòd Deus non quę ſcit, beatis reuelat.

Quintum dubium. Si quod Petrus petijt, nunquid corporaliter, vel ſpiritualiter erat intelligendum? Reſpondetur, vt credo ſpiritualiter: Sed nē fuit impletum? Reſpondetur ꝙ partim non; quia fides trinitatis, non faciet tria tabernacula, ſed vnum; quia tres perſonas in vna eſſentia confitetur. Item Chriſtum ſanctis non æquat, nec econuerſo quare tabernaculum facit ipſi ſoli, & non alijs, quia vna eſt Eccleſia. Partim vero eſt completum; quia tria tabernacula, id eſt, tres ſtatus ſunt in Eccleſia. Primus clericorū ſignificatus per Chriſtum. Secundus cōiugatorum ſignificatus per Moyſen.

Tertius religioſorum, & virginum ſignificatus per Eliam.

Quartum ſubſequtum ad transfigurationem eſt, Apoſtolorum obumbratio, dicit Euangelium, ꝙ nubes lucida obumbrauit eos. Sed quæ fuit, & quid hæc nubes? Reſpōdet Beda, ꝙ ſpiritus ſanctus, ſicut & columba, & ſicut in baptiſmo Chriſti fuit tota trinitas; ſic, hic, pater in voce, ſpiritus ſanctus in nube; & filius in perſona propria transfiguratus. Sed quid egit hæc nubes? Reſpondet Euangelium ꝙ obumbrauit eos, id eſt, circunfulſit, ab effectu dicuntur obumbrati; veſtiuit eos, & operuit, vt oſtenderet eis gratiam diuinam infuſam; vt ꝙ eis fiebat, potius gratiæ diuinæ tribuere tur; quàm ipſorum meritis: vel poſt dici obūbrauit, id eſt, refrigerauit, nam refrigerium magnum præſtitit eis, vt quod Petrus dixit, bonum eſt nos hic eſſe, tali ſit expertus obrūbatione. Vel aliter poteſt dici ꝙ obumbrauit eos, vt daret intelligi, ꝙ ſancti Apoſtoli, quibus dominus loquebatur, erant vt nubes, leuis per ſeparationem a terrenis: opaca, per ſequeſtrationem ab omni ſenſuali delectatione: clara, quia totus homo in intimis erat recollectus, quæ tria requiruntur in eo, cui loquitur dominus: ſicut fuit in Moyſe, cui in nube loquutus eſt dominus in mōre. Exo. 20.

Quartum ſubſequtum.

Exo. 20.

Quintum conſequutum ad transfigurationē eſt paterna informatio, ſic obumbratis vox inſonuit. hic eſt filius meus &c. Sed quid pater loquitur obūbratis? Certe hic eſt filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui, ipſum audite; vbi oſtenditur.

Quintum ſubſequtum.

Primo Chriſti nobilis conditio; quia hic eſt filius meus.

Secundo ſumma perfectio; quia in eo bene mihi complacui.

Tertio vera inſtructio; quia ipſum audite, & ſic patet ꝙ Chriſtus eſt verus Deus; quia filius meus. ſ. Dei patris. Gratia plenus, & virtutibus; quia in eo mihi complacui. Veridicus in verbo, & doctrina; quia ipſum audite. Sed cur non dixit ipſum ſectamini, & eius opera; ſed ſolum ipſum audite? Reſpondetur, quòd Apoſtoli iam ipſum ſequebantur. Chriſtus prius egit, & poſtea docuit, & quia doctrina non diſcrepabat à vita: Inducendo ergo Apoſtolos ad audientiam doctrinæ; fecit conſequenter, & vitæ imitationem.

Sed ſciendum eſt ꝙ Apoſtoli. primo obumbrantur, ſecundo informantur. tertio proſternuntur: quia Deus.

Primo gratiam infundit, quæ mentem refrigerat; humectat deuotione, & cor mollificat: quæ tria intelliguntur in nube.

Secundo

Secundo aperit intellectũ vt homo percipiat Chriſti doctrinam, conditionem, & vitam.
Tertio proſternit; quia oſtendit, ꝙ homo de ſeipſo nihil debet præſumere, quantumcunq; viſitetur à Deo donis: quia nihil eſt; ſed de Deo.

Sextum ſubſequutum.
Sextum ad transfigurationem ſubſequutum eſt Apoſtolorum proſtratio: quia ceciderũt non retro vt reprobi; ſed in facies ſuas ſicut à Deo electi. Sed quare ceciderunt? Certe quia humana fragilitas celſitudinem non ſuſtinet diuinæ alloquutionis Daniel nõ ſuſtinuit alloquutionem angelicam; ſed cecidit, & elanguit, quanto magis diuinam, ſic & Apoſtoli ceciderunt.

Septimum ſubſequutum.
Septimum ſubſequutum eſt ipſorum diſcipulorum à Chriſto contactus, & confortatio. Eos tetigit dicens nolite timere, tetigit vt ſe Dei virtutem oſtenderet. Et confortauit eos dicens. Surgite, & nolite timere. Nihil eſt formidandum, vel timẽdum præſentialiter Chriſto aſsiſtente. Ex prædictis patet, quód iſti tres benedicti Apoſtoli multa in hac transfiguratione à Chriſto habuerunt.
Primo fuerunt à Chriſto adamati ſpecialiter, quia eos aſſumpſit.
Secundo acceptati; quia duxit eos.
Tertio ſubleuati, quia in montẽ excelſum &c.
Quarto gloriam Chriſti contemplati; quia transfiguratus eſt ante eos.
Quinto aduocati, & pro teſtibus deputati; quia ante eos.
Sexto illuminati; quia facies Chriſti eis reſplenduit, vt ſol.
Septimo iocundati; quia faciem Chriſti in iubilo, idest, in gloria viderunt.

Octauum ſubſequutum.
Octauo de gloria corporis, qualis erit certificati; quia faciem Chriſti vt ſolem viderunt, & veſtimenta alba &c.
Nono conſolati, Clamat Petrus bonum eſt hic nos eſſe.
Decimo refrigerati ab ardore cuiuſcunque noxij; quia nube obumbrati.
Vndecimo à Patre a cœlo informati dum eũ audiunt, di. Hic eſt &c. ipſum audite.
Duodecimo contra omnia aduerſa roborati; quia tacti ſunt à Chriſto ſua manu. Sic ergo quid boni hac ſacra transfiguratione ſanctis prouenerit Apoſtolis, Moyſi, & Eliæ ex iam dictis patet.
Octauum ſubſequutum ad trãsfigurationem eſt Moyſi, & Eliæ, abſceſsio. Euangelium dicit ꝙ Apoſtoli oculos leuantes neminem viderunt niſi ſolum Ieſum; quo ſequitur prædictos abijſſe. Sed quo abierunt? Reſpondetur ꝙ vnuſquiſque ad locum ſuum perrexit, Moyſes ad limbum patrum. Et Elias ad Paradiſum daliciarum, & pie credendum eſt, ꝙ Moyſes patribus, & Elias Enoch narrauerit, quæ geſta ſunt: ac gaudio credendum eſt ſanctos præfatos patres perfuſos agnoſcentes Chriſti in breui futuram paſsionem, & conſequenter eorum ab inferis liberationẽ. Et nota magna miracula facta eẽ in hac trãsfiguratione.
Primum de faciei Chriſti qualitatiua immutatione, & veſtimentorum.
Secundum de Moyſi, & Eliæ apparitione.
Tertium de nubis diffuſione.
Quartum de patris loquutione.
Quintum de gloriæ ſubtractione.
Sextum de prædictorum abſceſſu ſ. Moyſi, & Eliæ, & ſubtractione. Sed præ alijs miraculis eſt multiplex, & vera informatio de domini noſtri Ieſu Chriſti conditione Apoſtolis tribus facta.
Primo Sancti enim Apoſtoli ex ſerie geſtorũ in hac transfiguratione viderunt, & agnouerunt ipſum dominum Ieſum eſſe ſummæ beneuolentiæ, quia ab eo acceptari ſunt ad ſui viſionem: dicit Euangelium, ꝙ Ieſus aſſumpſit Petrum, Iãcobum, & Ioannem.
Secundo magnæ ſapientiæ, ꝙ eos in montem ſeorſum duxit. hoc egit vt dicit Remigius, vt doceret; quia neceſſe eſt omnibus, qui Deũ contemplari deſiderant, vt non in infimis voluptatibus iaceant; ſed amore ſupernorum ſemper ad cœleſtia erigantur: Remotis enim à terrenis Deus ſua reſerat. vt patet de Moyſe. Exo. 20. de Elia. 3. Reg. 19. Et de diſcipulis, Matth. 5. Exo. 20. 3. Reg. 19. Matth. 5.
Tertio exemplum omnis perfectionis, & ſanctimoniæ. Origenes hunc paſſum transfigurationis exponens dicit moraliter. Cum aliquis transcenderit ſex dies; videt Ieſum transformatum ante oculos cordis ſui. Diuerſas. n. formas habet verbum Dei, apparens vnicuique ſecundum quod expedite videnti cognouerit, hæc Origenes. Sed cum Chriſtus ſit forma omnis perfectionis. Ex decretali. De verborum ſignificatione. Exijt qui ſeminat, & Matth. 19. Si vis perfectus eſſe. Sequitur. Veni ſequere me, & Exo. 25. dicitur. Fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, hac de cauſa Chriſtus in montem aſcendit, & ibi transfiguratus eſt. Matth. 19. Exo. 25.
Quarto multæ ſufficientiæ. Cum enim Chriſtus omnia ſit, vt dicit Ambroſius. Quare ad eum pro vt quilibet indiget accedenti confert: Si. n. pauper es, diues eſt, ſi infirmus, medicus eſt, & ſic de alijs. vt hoc innuat omnia præbere, quibus indigemus, Cuiliber in forma ſua ſecundum Origenẽ eſt transfiguratus & transfiguratur.
Quinto plene beatũ, & ſic à portione inferiori, & à corpore ſubtraxerit aliquando, In hac transfiguratione ſe beatum oſtẽdit in vtroq; homine, ideo transfiguratus eſt.
Sexto noſtrum beatificatorem. Ad quod oſtẽdendum, vt di. Hieronymus, & doctores: trãſfiguratus eſt.

Septimo veraciſsimum; promiſſa obſeruádo. dixerat.n. Matth. 16. Sunt quidam, qui non guſtabunt mortem; donec videant filium hominis in regno ſuo, & ſic effeciſſe oſtenditur; quia transfiguratus eſt.

Matth. 16.

Octauo remuneratoré ſufficientiſsimum ſuorum imitatorum in præſenti, & in futuro, hac de cauſa transfiguratus eſt. Vnde ſi eius diſcipuli eſſe inpræſenti voluerimus, in futuro præmium reportabimus.

Nono in conuictu gratioſiſsimum, ſi enim cũ ipſo ſtare, & conuerſari delectabimur; nobis gloriam ſuam pandet, coram ſimilibus transfiguratus eſt dicit Euangelium.

Decimo aduerſa patientibus iuſtiſsimũ oſtendit ſatisfactorem: tribuit enim eis menſurã bonam, & confertam; quia transfiguratus eſt ante eos.

Vndecimo ad bonum excitatorem: oſtendendo præmium, incitat ad laborem, & bonum: Quod & fecit, quia transfiguratus eſt.

Duodecimo mirandorum operum effectorem: hoc paret; quia transfiguratus eſt, & cum alijs patet hoc, quæ ipſe exercere dignatus eſt.

Tertio decimo prudentiſsimum; quia ante eos velut teſtes transfiguratus eſt, nec cuilibet vt prudens pandit ſua ſed paucis.

Quarto decimo Deum, & hominem: Deum tã miraculo transfigurationis, quàm paterna inſonatione; hominem quia transfiguratio ipſa, non fiebat in Deitate; ſed in aſſumpta carnis proprietate, & veritate: quia transfiguratus eſt.

Quinto decimo luciformæ, & claræ refulgentiæ; quia centies ſole ſplendidior: vt dicit Hylarius, & Aymo: facies facta eſt; quia inquit Euangelium. reſplenduit facies eius, vt ſol.

Sexto decimo in ipſius Deitatis, & beatificæ humanitatis viſione, & ſi principaliter, & completiue in Deitate noſtram eſſe beatitudiné ordinatam; in cuius ſignum facies eius principaliter reſplenduit; vt ſol.

Decimo ſeptimo noſtræ mentis quietatoré: quia ſi viſio humanitatis ad tempus beato Petro conceſſa, cogit eum exclamare, bonum eſt nos hic eſſe: à fortiori viſio ipſius Deitatis, quę non accidentalis, ſed eſſentialis beatifica viſio declaratur.

Decimo octauo miræ efficaciæ cum ſole ſplendidior centuplo eius fuerit beata facies: egit ſua virtute, vt non à toto mundo tantum inmen; ſed à ſolis tribus diſcipulis, ac Moyſe videretur, & Elia.

Decimonono ſummę potentiæ; Secundum enim Ambroſium Homilia vltima ſuper Ioannem. Ad horam Moyſes à Chriſto fuit reſuſcitatus, & idem dicit Hieronymus, & ſi doctores Alexander, & Thomas dicant, ꝙ in corpore alio ad tempus aſſumpto apparuit; diuinæ tamen potentię, quod factum eſt, attribuitur.

Nota.

Vigeſimo rerum Imperatorem: quia Deum ſe oſtendit iſtos: videlicet Moyſen, & Eliam ad ſe adducendo.

Vigeſimo primo noſtrum cõſolatorem optauerat Moyſes, & Elias Ieſum videre; viderũt, & conſolati vt Abraham extiterunt.

Vigeſimoſecundo affabilem in locutione: Euangelium dicit. ꝙ ipſi loquebantur cum eo: & ipſe cum eis.

Vigeſimotertio ſuper omnia deſiderabilem, paret; quia beatificat alios ſua beatitudine, anima enim Moyſi repleta quodãmodo fuit Chriſti gloria; quia in eius maieſtate modo ſupra declarato fuit viſa, ac ſecum ſtantes ad libitum valet beatificare: quod ſummè à cunctis optatur.

Vigeſimoquarto dignæ reuerentiæ, & venerationis: loquebantur enim cum Ieſu Moyſes, & Elias, ac ſibi reuerentiam, vt Deo ipſorum exhibebant.

Vigeſimoquinto ſuauitatis, & dulciſsimæ deguſtationis. Clamat Petrus, Bonum eſt nos hic eſſe. Remigius. Viſa Petrus domini maieſtate adeò delectatus eſt, vt cuncta temporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere. Si autem Petrus tunc ſic accenſus eſt, quanta erit ſuauitas, & dulcedo videre regem in decore ſuo? ſic angelorum choris intereſſe, & ſanctorum.

Vigeſimoſexto mentis gratificatorem: In cuius ſignum nubes lucida, ideſt gratia obumbrat.

Vigeſimoſeptimo noſtrum illuminatorem: hoc proteſtatur lumen, quo apoſtoli cognouerunt Moyſen, & Eliam; quos ante non viderant.

Vigeſimo octauo requiem poſt laborem; quod oſtenditur nubis obumbratione, & recreatione.

Vigeſimonono extinctorem cuiuslibet noxij, & incentiui: Nubes obumbrat lucida, & roridaipſos Apoſtolos.

Trigeſimo omnium creatorem: Pater de cœlis clamat Apoſtolis audientibus eum ſuum eſſe filium; & conſequenter Deum omnium factorem.

Trigeſimoprimo noſtrum mediatorem; quia filius eſt dilectus.

Trigeſimoſecundo ſufficientem redemptorem, & ſatisfactorem: Pater dicit, ꝙ in eo ipſe complacuit.

Trigeſimotertio veracem doctorem, & informatorem: Pater Apoſtolis imperat eum audiendum.

Trigeſimoquarto diuinalis notitię declaratorem: Ipſe pater clamat hac in transfiguratione; ſpiritus ſanctus in nube obumbrat, & filius

filius ſe transfigurans dictorum accipit atteſtationem, & habet.

Trigeſimoqninto iuſtiſsimuum: cuique ſuũ retribuendo. Moyſen ad limbum dirigit: & Eliam ad Paradiſum, & ſic loca propria vtrique aſsignat.

Trigeſimoſexto eſſentialiſsimum, & permanentiſsimum: in cuius ſignum cadentes Apoſtolos ſubleuat di. Surgite.

Trigeſimoſeptimo pijſsimum cõpaſſus Apoſtolis ad ipſos pergit, tangit, & erigit prius proſtratos.

Nota. Trigeſimo octauo diſcretiſsimnm; patet, quia ſuam gloriam oſtendit & retrahit prout ſua indicat diſcretio.

Trigeſimonono liberaliſsimum: Nam ſua dona largitur quantum ex ſe cunctis genetibus. Petro, ideſt prelatis, & clericis. Moyſi, ideſt coniugatis. Iacobo, ideſt pœnitentibus. Ioanni, ideſt continẽtibus, & virginibus. Eliæ, ideſt contemplariuis, & ſic cunctis eſt paratus ſignificatis per dictos 5. dona ſuæ gratiæ, & gloriæ condonare.

Quadrageſimo prouidentiſsimum; quia quæ viderant non reſeranda, pro tunc Apoſtolis demandat. Et hoc primo ſecundum Hieronymũ. Ne rem incredibilem populo rudi diuulgarent, & groſſo. ſecũdum Hylarium; quia ſancti Apoſtoli nondum ſpiritum ſanctum receperant, & ſic non erant teſtes ſufficientes. Poteſt etiam dici, ꝙ ſi ipſi diuulgaſſent alij Apoſtoli, qui nondum erant in gratia ſpiritu Sancto confirmati: ſe agnoſcentes non admiſſos, ad hanc viſionem fuiſſent turbati, & ſcandalizati. Sic ergo prefatis apparet qualem ſe oſtenderit Chriſtus in ſua transfiguratione cunctis fidelibus, in perſona trium Apoſtolorum, Moyſi, & Eliæ, & conſequenter ex dictis patet expoſitio huius primæ partis, videlicet Ieſus ſtolla clarificus.

Verum quia omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: In hac transfiguratione ſunt multa facta ad noſtram eruditionem; ex quibus plura nobis documenta ſaluberrima dantur.

Quæ nobis ſpiritualiter fiunt data Chriſti transfiguratione. Primum docnmentum datur in hoc, ꝙ poſt 8. dies hæc transfiguratio eſt facta incluſiuẽ: Quo ſpiritualiter intelligitur, ꝙ transfiguratio animæ in Deum in præſenti, non fit niſi poſt 8. dies, ideſt deſertionem 5. ſenſuum memoriæ, intellectus, & voluntatis, virtutibus feratur in Deum: Niſi enim à prædictis 5. alienatus, & memoria, intellectu, & voluntate, in Deum feratur, non poteſt in Deum transfigurari. Transfiguratio inſuper noſtra perfecta, & completa fiet poſt 8. Dies poſt ſeptimã ætatem reſurgentium in gratia, quę erit beatorum in patria regnantium: quando Deum

1. Ioan. 3. videbimus, & ſimiles ei erimus, ideſt Io. 3.

Secundum documentum datur in hoc, quod dicit Luc. cap 9. quod aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem, & aſcendit in montẽ vt orarer, quod quando volumus orare, loca remota ſunt requirẽda. Chriſtus volens orare aſcendit in montem hunc Thabor, qui teſte Matth. cap. 17. Erat excelſus, & ſeorſum. Et Chriſtus dicit Matth. 5. Tu autem cum oraueris, intra enbiculum tuum &c. Luc. 9. Matth. 17. Matth. 5.

Tertium documentum datur in eo, quod dicitur. Et dum oraret, facta eſt facies vultus eius altera, quòd præ omnibus orationi inſtandũ eſt propter multa, de quibus dicetur conformitate 11. huius 2. libri. Sed ad præſens ſuccin & tangendo ea, vt patet ex his, quæ in euangelio ponuntur.

Primo homo mente eleuatur in Deum, & trãſfiguratur. Paulus rapitur ad tertium cœlum. Act. 9. Ieſus dum orat fit eius facies altera. Act. 9.

Secnndo mens epurgatur, & mundatur. Moyſes otat pro populo, & peccatum relaxatur. Exo. 39. Pro plagis Agyptiorum. Exo. 14. Et pro lepra Mariæ, & remouetur. Numeri 12. Ac publicano oranti peccata donantur. Luc. 18. Et tunc in oratione apparet Moyſes, qui aſſumptus de aquis interpratatur, quia homo à peccato mundatur. Exo. 39. 14 Num. 12. Nota Lucæ 18.

Tertio homo conſolatur 2. Machab. 1. Oranimus, & exauditi ſumus &c. Et Heſter. cap. 14. Afflicta orauit, & orare fecit, & à tribulatione liberata eſt, & ſic apparet Elias, qui Deus, & dominus interprętatur, quia ipſe Deus remouendo afflictionem, dat conſolationem 2. Corin. 1. 2. Mac. 1. Heſter. 14. 2. Cor. 1.

Quarto recreatur, Orantibus Apoſtolis ſpiritus ſanctus venit ſuper eos. Act. 2. Qui ſpiritus paraclitus ideſt conſolatorius dicitur Io. 16. Quare Petrus clamat. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Act. 2. Ioan. 16.

Quinto illuſtratur: Danieli oranti viſa panduntur occulta. Dan. 2. Et Petro oranti. Act. 11. Reuelata ſunt multa. Et hoc oſtenditur quia facies Ieſu apparet vt ſol. Dan. 2. Act. 11.

Sexto decoratur. Iudith ſurgẽs ab oratione, & ſe induens &c. pulcherrima apparuit. Iudith. 11. Sic & anima. vnde euangelium. Veſtimenta eius efficiuntur alba, vt nix. Iudith. 11.

Septimo refrigeratur. Elia orante nubes ſurgens de mari dando pluuiam, terram irrigauit 3. Re. 18. Moyſe orante ſerpentes igniti abſorpti ſunt. Numeri 21. Euangelium dicit, ꝙ nubes obumbrat. 3. Reg. 18. Num. 21.

Octauo certificatur de futuris, patet in Daucui oranti reuelata eſt relaxatio populi ſui. Dan. 9. Et Eliſeo datus eſt ſpiritus &c. 4. R. 3. In huius ſignum dicit euangelium, quod vocem audiunt. Dan. 9. 4. Reg. 3.

Nono humiliatur cognoſcendo ſuam infirmitatem, & domini maieſtatem, Daniel cecidit in terram. Et Dauid 2. R. 7. Ideo dicit euangelium, quod ceciderunt in facies ſuas &c. 2. Reg. 7.

Decimo diuino timore vallatur: Manaſſes
2. Paral. 3. poſt orationem, agit pœnitentiam 2. Paral. 3. Euangelium dicit, quod timent &c.
Vndecimo inſpirationibus diuinis tangitur
Act. 23. Paulus. Act. 24. Oransfit in ſtuporem mentis, & audit archana &c. Euangelium dicit, quod Chriſtus tangit &c.
Duodecimo contra diabolum ſecuratur. Moyſe orante Amalech debellatur. Sic & Samuele
1. Re. 7. 10. 1 R. 7. Philiſtim. Et ſic Ionatas 1. R. 20. Poſt orationem viriliter proſternit hoſtes. Euangelium dicit, quod Chriſtus talibus dicit. Nolite timere.
Vt oratio ſit accepta quid exigatur. Sed vt oratio Deo ſit accepta; tres comites debet habere. Primo cognitionem propriæ miſeriæ, & hoc eſt Petrus.
Secundo vitæ præſentis, & omnium illecebrarum abdicationem in Iacobo.
Tertio ſummam Dei dilectionem, & tunc eſt Ioannes. Sed debet fieri 8. die, quia oratio
Thob. 12. adiuuatur ieiunio, & eleemoſyna. Tobiæ 12. Reuocatione mentis à terrenis. Operatione virtuoſa. Diuinorum factorum meditatione. Gratiarum exhibitione pro beneficijs perceptis. Cõſcientiæ mundificatione facta per confeſsionem cũ lachrimis. Incendio, & Dei amore, vt exerciter ſe, & ferueat, & præfatis habitis obtinet iam dicta oratio.
Quartum documentum datur dum dicit euangelium, quod Ieſus aſſumpſit Petrum, Iacobũ, & Ioannem, quod de noſtris meritis non eſt præſumendum; ſed de diuina gratia. Chriſtus eſt, qui nos aſſumit ad opera bona, nõ noſtris meritis; ſed ſua, & ſola miſericordia, ac gratia. Ideo dicit, quod Ieſus in huius ſignum, aſſumpſit apoſtolos.
Quintum documentum datur cum dicitur, ꝙ
Tria genera hominũ diligit Deus ꝑ alijs. aſſumpſit Pe. Ia. & Io quod tria genera hominum præ alijs diligit Deus ſcilicet obedientes in Petro, Caſtos in Ioanne, & pauperes ſpiritu in Iacobo; qui ſupplantator interpretatur &c. & conſequenter oppoſitos ad præfatos odit. Inobedientes. patet in Saul, Impudicos, patet de necatis in diluuio, & ſodomitis, ac diuites auaros, quos deſpexit, vt cantat Maria. Et diuites dimiſit inanes.
Sextum documẽtum datur cum dicitur, quod Ieſus aſſumpſit, & in montem duxit, ꝙ quando ſentis mentem tuam a terreni s educi inſpirationibus, & exhortationibus, & ſic de alijs
Vide hic dignißima. ad bonum prouocari, tunc ſcito Ieſum eſſe, qui te in montem ducit.
Septimum documentum cum dicit euangelium, & duxit in montem. Nam mons in quo beneplacitũ eſt Deo inhabitare eſt Chriſtus: quia in eo habitat omnis diuinitatis plenitu-
Collo. 1. d. Coll. 1 Et eſt præparatus in vertice montium &c. Iſa. 2. Ad hunc montem aſcendunt,
Iſa. 2. & perueniunt tria genera hominum.
Primo rite operantes in prælatione in Petro.
Secundo vitæ actiuę deſeruientes in Iacobo. Tertio vitæ contemplatiuæ inſiſtentes in Ioanne. Sed nota quod Chriſtus eſt mons excelſus, quia ſuper omnes Deos, ſed ſeorſum, quia ab omni peccato ſeparatus. Ad iſtum montem, ſcilicet aſcenſum eius per imitationem, nullus poteſt peruenire, niſi ipſe nos aſſumat, quia prauitas noſtra tanta eſt, quod ſicut bonum agere à nobis non poſſumus, ſic nec Chriſtum ſequi, niſi ipſe nos aſſumat, vel pater celeſtis traxerit eum. Tria tamen genera prę alijs eam ſequuntur, videlicet Sancti prælati in Petro. Viri religioſi in Iacobo. Et matrimonio rite vtentes in Io. qui ſecundum Hierony. vxorem habuit.
Octauum documentum datur in eo, quod dicitur in euangelio, quod transfiguratus eſt ante eos. Ieſus enim multiformis eſt, vt dicit Origenes, quare & diuerſis ſe transfigurat diuerſimode. Quo Ieſus transfiguratur diuerſis diuerſi mode.
Malis apparet iratus, quia damnat.
Peccatoribus pius, quia eos conuertit, & indulget.
Iuſtis gratioſus, quia ſuam gratiam copioſe infundit.
Sanctis humilis, & benignus, quia condeſcendit eorum precibus.
Contemplatiuis totus deſiderabilis, & glorioſus.
Infirmis virtus, dum eos ſanat.
Ignorantibus vera ſapiẽtia, quia eos inſtruit.
Afflictis conſolatio, & lætitia.
Angelis, & beatis rex gloriæ, quia eos glorificat, & ſic de alijs ſtatibus hominum, & conditionibus, quibus apparet in figura prout cuilibet viderit expedire. Verum quia ſanctum Euangelium Chriſtum dicit transfiguratum ante 5. homines, videlicet Petrum, Iaco. & Ioãnem, Moyſen, & Eliam; per hos 5. homines 5. ſtatus hominum intelligendo.
Per Petrum ſtatum primum ſcilicet, a peccato recedentium, qui agnoſcens interpretatur.
Per Iacobum ſtatum pœnitentiũ, qui ſupplantator interpretatur.
Per Ioannem ſtatum tertium, ſcilicet in bono proficientium, qui interpretatur, in quo eſt gratia.
Per Moyſen ſtatum actiuorum, & miſericordiæ operibus intendentium.
Per Eliam, qui Deus interpretatur, ſtatũ contemplatiuorum: Intelligendo vt dictum eſt: Videndũ eſt quomodo Ieſus ſicut ſunt in conditione diſtincti ſtatus prædicti; ſic diuerſimode ſe eis transfigurat.
Et primo uidendum eſt, quomodo ſe Petro, per quem à peccato exeuntes intelliguntur, transfigurat. Vbi ſciendum, quod cum Petrus agnoſcens interpretetur, de peccato recedentes per ipſum, merito intelliguntur. Qui conſiderantes peccatum, quam ſit Dei offenſiuũ,

quam

qua... reddat hominem, quibus bonis eum priuet:quia præ enti us,& futuris, & ſic de alijs peccati malis conditionibus, debet ſe à peccato excutere, & à mortuis exurgere, & dicere domino cum pſalm. Ecce iniquitatem meam cognoſco &c. tibi ſoli peccaui &c.

Pſal. 50.

Sed aduerte quod ſi de peccato vult debite exire, debet per 7. dies tranſire, vt die octaua ſe dominus eidem transfiguret. Illi 7. dies ſūt videlicet.

Primus peccati cognitio, vt cogitet quid eſt peccatum & quam vile.

Secundus dies eſt pudor de peccato, & procedit ex primo; quia cognoſcendo peccati vilitatem, tunc pudet hominem de ipſius commiſſione.

Attende. Tertius eſt horror, & peccati abominatio, & procedit ex ſecundo.

Quartus dies eſt dolor, quia dolet ſe ipſum commiſiſſe.

Quintus dies eſt ſtatus peccati deteſtatio, & procedit ex præmiſſis.

Sextus dies eſt propoſitum confitendi.

Septimus dies eſt confeſsio. Quibus præmiſſis dominus Ieſus tali ſe transfigurat, ideſt apparet aliter, quam primo; nec immerito, quia cum per peccatū obtenebretur anima, & per confeſsionem dilucidetur, hinc eſt quod aliter ſibi Deus apparet poſt confeſsionem, quā ante. Ante enim totus formidabilis, & iudex apparebat, ſed poſt transfigurat ſe, & apparet totus placabilis, & benignus, ac miſericors, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.

Sed quid agit Chriſtus tali ſignificato per Petrum veluti Petro?

Primo enim tali inſpirat vt à peccato exeat; quia ex ſe hoc neſciret, & tunc eum aſſumit.

Secundo quia ex ſe, dato quod inſpirationem perpenderet, non poſſet exire, cum extrahit, & ſic ducit.

Tertio in montem ducitur per Chriſtum, quia de valle miſeriæ peccatorum, ad montem veræ cognitionis peccatorum ducitur.

Quarto ſeorſum ducitur, quia penitus à peccatis per confeſsionem ſeparat. Et ſic præfatis præmiſſis, bonus Ieſus (vt dictum eſt) ſe transfigurat, miſericordem, & benignum ſe oſtendendo peccatori. Quo viſo, peccator clamat cum Pſal. Niſi quia dominus adiuuit me, paulominus in inferno habitaſſet anima mea. Et illud pſalmus di. Tu es Deus, qui facis mirabilia. Qua transfiguratione Chriſtus tali apparet facie, vt ſol; animam totam illuminando, iuxta illud Eph. 4. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Et illud Gen. Ortus eſt ſol ſuper terram &c. Veſtimenta Chriſti alba; quia ipſe Chriſtus agnus ſine macula, & ſimiliam veſtimento albo induit, ideſt ſine macula eam facit. Et ſic verificatur illud Canticorū 4. Tota pulchra es amica mea; & macula non eſt in te. Et veſtimenta eius ſicut nix ſunt, vt angeli. Matth. vltimo. Apparet tali, quod cum ipſo ſit Moyſes, qui aſſumptus de aquis interpræatur, quia tunc cognoſcit, quod Dei munere & gratia non ſuis viribus Chriſtus eum de aquis peccatorum aſſumpſit, & tūc homo cognoſcit & videt cum Chriſto Eliam, qui Deus interpræatur, quia eum agnoſcit Deum verum di. cum Pſal. Deus meus es tu gloria mea, & exaltans caput meū.

Ephe. 4.

Gen. 19.

Cant. 4.

Matth. vlt.

Ac multa in tali anima conſequenter oſtenduntur per euangelium Ipſa enim anima tali trasfiguratione cum præfatis.

Primo diuinam deguſtat dulcedinem, quæ ante Marath aquas ideſt amaratiſsimas, ſcilicet peccatorum deguſtarat. Et clamat di. Domine bonum eſt nos hic eſſe.

Secundo præparat ſe diuina gratia, vt Deo placeat. Et quomodo? faciendo quantum in ſe eſt tria tabernacula.

Primum eſt vitæ fiduciæ in Deum proiectio, & fit ſoli Chriſto, & ipſi ſoli debet fieri.

Secundum eſt propriæ miſeriæ, & inſufficientiæ Deo continue manifeſtatio, & detectio, & ſic fit Moyſi ideſt ſui conſideratione.

Tertium eſt diuinæ clementiæ appetitus affectio, & imploratio; & fit Eliæ ideſt diuinæ bonitati.

Tertio nube obumbratur, ideſt diuina gratia valatur. Ex quo enim Deus videt, quod homo de ſe diffidit, & ſolum in ſe ponit, & habet fiduciam, tunc ſcapulis ſuis ideſt gratia animā obumbrat: Nam Dominus nube leui ideſt gratia ingreditur Aegyptū. Iſa. 19. ideſt animam, vt eam adiuuet.

Quarto vox de cœlo clamat; quia vox Dei tūc eſt in anima. Et quæ eſt vox iſta, niſi manifeſtatio bonitatis Dei? & quid tunc tali voce dicitur, niſi hic eſt filius meus &c? Tunc enim tali dicitur à Deo illud pſalmus 2. Filius meus es tu per gratia; ego hodie genui te. Ratio, quia in charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te miſerans tui.

Pſal. 2.

Quinto cadit homo, ideſt totaliter de ſe diffidit, & ſi ante putabat ſe aliquid eſſe; tunc videt ſe nihil eſſe, & cum pſal. dicit. Ego ſum vermis, & non homo &c. Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui &c. & ſic cadit in faciem, quia de ſe non confidendo amplius non audet, vt Moyſes Exo. 3. faciem ſuam ad Deum leuare.

Exo. 3.

Sexto tunc timet valde, quia tunc timor, & tremor veniunt ſuper eum; conſiderata diuina maieſtate, quam offendit. Et quia homo conſiderando tantam maieſtatem, quam offendit, deficeret præ dolore, iuxta illud Pſal. Defecit in dolore vita mea &c. Ideo ipſe Saluator

Septimo tangit eum confortando, ne diffidat

Gen. 15. di[illegible]d Gen. 15. Noli timere, quoniam ego protector tuus ſum.
[illegible] eum alloquitur conſolando di. Deus Deus tuus [illegible] ſum.
Nono vt ſurgat demandat, ideſt vt totam vitã veterem dimittat. Et quia poteſtas diaboli, a quo eſt per Chriſtum liberatus, magna eſt; & homo vitam veterem dimittendo poſſit eum formidare.
Ideo Chriſtus Decimo dicit ei. Nolite timere, quare? quia data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Matth. vltimo. Et tunc ſe-
Matth. vlt. quitur, quod omnia oculos [illegible] leuando ſolum Ieſum videt, quia ipſa tũc omni terrenorũ cogitatione dimiſſa, nihil nisi de Chriſto ſolo cogitat ſcilicet quomodo eũ habeat, & poſsideat, dicendo aſsidue. Ieſu fili Dauid, miſerere mei. Et præfatis apparet quomodo Deus, & dominus Ieſus Chriſtus transfigurat ſe Petro, ideſt homini à peccato exeunti per Petrum ſignificato.
Secundo videndũ eſt quomodo Chriſtus transfigurat ſe Iacobo idem pœnitentiam agentibus; qui ſupplantare vitia nituntur.
Vbi ſciendum quòd Chriſtus non ſe transfigurat talibus niſi poſt 7. dies, quia pœnitentia 7. circunſtantias per 7. dies ſignificatas debet habere, vt Deo placeat.
Primo vt ſit voluntaria.
Secundo feruida.
Tertio diſcreta.
Quarto continua.
Quinto deuota, & humilis.
Sexto Deo placita.
Septimo intentione ſolida, & recta. Hi ſunt 7. dies, quibus pertranſitis talem pœnitentiam exercens.
Primo a Deo, & Chriſto aſſumitur ad inſtar Iacobi, quia a Deo ſpecialiter tunc diligitur.
Secundo per Chriſtũ in montem ducitur; quia à terrenis ſubleuatur.
Tertio in excelſum ducitur, quia cœleſtia incipit rimari.
Quarto ſeorſum ſtatuitur per ſegregationem affectus ab eis, quæ ſibi ante placuerant. Poſt quæ Chriſtus transfigurat ſe [illegible] quia primo ante pœnitentiam apparebat [illegible], & ſeuerus [illegible] tem. Sed [illegible] etiam appar[illegible] in alia forma, [illegible] pa[illegible], & [illegible] tet, quia [illegible] æternam [illegible] pœnitentiam in temporal[illegible] tat, & co[illegible] tali [illegible] vt [illegible] a[illegible] ſuo ca[illegible] ſiue[illegible] veſtimenta apparent [illegible] [illegible] animam [illegible] d[illegible] & [illegible] endit, & [illegible] Ap pa[illegible] paret [illegible], per Moyſen [illegible]

etiam, quia adeſt tunc audacitas in tali Deo ſeruiendi [illegible] figurata per Eliam.
Sed quid cum equitur pœnitens ex tali transfiguratione, & præfatis? Certe plura.
Primo anima [illegible] curatur de peccati dimiſsione, quare clamat di. Domine, bonum eſt nos hic eſſe.
Secundo tria tabernacula facit, quia Deo reddit, quod debet ſibi, & proximo.
Tertio [illegible] tatur nube, quia [illegible] in corpore reſpectu vitiorum.
Quarto vox domini auditur di. Hic eſt filius meus dilectus, quia inter electos computatur.
Quinto cadit, quia non præſumit de ſe, ſed de Deo ſperat, & confidit, vel cadit per humilitatem ſe nihil reputando.
Sexto quod cadit in faciem, quia ſe reputat [illegible] peccatorum.
Septimo ad eum Chriſtus accedit per ſingularem in eo habitationem, qui ante peccato fuerat repulſus.
Octauo tangit eum, quia exceſſu vitiorum facit animam ſuam pœnitentiam agnoſcere.
Nono loquitur in [illegible] ationes facias infundendo.
Decimo ſurgere præcipit, quia ipſam in corpore peccati amplius eſſe non ſinit.
Vndecimo ipſam liberam a diabolo eſſe clamat di. Nolite timere.
Duodecimo videt Ieſum mente, quia cognoſcit eum in ſe habitare, & ſic habitando ipſum ſolum videt, quia nulli niſi ipſi ſoli inhæret. Et
Eccl. 24. com eccleſiaſti[illegible] cap. 24. Clamat di. Qui creauit me, re[illegible] tabernaculo meo. Et ſic apparet quomodo Ieſus pœnitentibus ſignificatis per Iacobum ſe transfigurat.
Tertio videndum eſt quomodo proficientibus In bono [illegible] ficatis per Ioannem ſe transfigurat, & modo conſimili in præcedentibus [illegible] ſe transfigurat poſt 7. d[illegible] in bonum proficere 7. dies [illegible] neceſſarium.
[illegible] dies eſt perfecta mundi abdicatio.
Secunda [illegible] totalis abnegatio.
Tertia [illegible] conuerſation[illegible]
Quarta [illegible]
Quinta [illegible] perfect[illegible]
Sexta [illegible]
Septima [illegible] as [illegible]
Sed poſt hos dies [illegible] ducitur per [illegible] ad [illegible]
Secundo [illegible] dominum Deũ [illegible]
Tertio [illegible] ab omnibus viuis [illegible] agnoſcat; ſed transf[illegible] idem Ieſus animam [illegible] dominus virtutum [illegible] rum origo. Apparet [illegible] Deitas quam ma[illegible] apparere aliqualiter. Veſtimenta

menta apparent alba, ideſt depurata a conditionibus omnium creaturarum.
Quarto tunc circa Chriſtum apparet Moyſes, quia videt, & cognoſcit ipſum ſolum eſſe ſine defectu, ſic & Elias ſtat cum ipſo, quia ipſe agnoſcit, quod ipſe ſolus eſt verus Deus; ad quam transfigurationem in cordibus proficientium.
Primo oritur indeficiens deſiderium; vt Chriſto velut ſummo bono coniungatur, ideo dicit. Domine, bonum eſt nos hic eſſe.
Secundo ſe Deo totum ſubicit, & ſubiugat triplici voto mandatorum obſeruantiæ. Paupertatis vt ipſum ſolum habeat. Puritatis vt ſic ipſum in ſe habere poſsit, & ſic conſtruit tria tabernacula.
Tertio nube obumbratur ideſt gratia aſsidue adiuuatur.
Quarto vox auditur &c. quia tunc dilectus ſuam vocem facit audire per dulcedinem, quã immittit.
Quinto cadit in terra, quia ſe indignum magis, magiſque præ[illegible]at de omni [illegible] a Deo facta conſolatione.
Sexto cadit in faciem, conſiderato tanto Dei ſuperexceſſu; non audet faciem ad cœlum leuare.
Septimo accedit ad eum Chriſtus, quia tunc ei anima coniungitur.
Octauo tangit eum, quia dum ei anima coniungitur tota renouatur.
Nono loquitur, quia ipsũ de ſua lege inſtruit, & de his, quæ a patre audiuit.
Decimo ſurgere præcipit quia ſuo ſpiritu per deuotionem immiſſam [illegible] in ſe non permittit.
Vndecimo eam aſſecurat de permanſione in ſe di. Nolite timere.
Duodecimo videt Ieſum ſolum, quia vltimate oſtendit ſe animæ ſaluatorem, & beatificatorem poſt præſentem vitam, ſic ergo patet quo modo proficientibus dominus Ieſus per Iacobum ſignificatis transfiguratur
Quarto videndum eſt quomodo actiuis per Moyſen ſignificatis [illegible] dominicas [illegible] Moyſes paruit [illegible] decerto [illegible] vitæ tranſfiguratur. Vbi aduertendum quod [illegible] in præcedentibus [illegible] poſt 7 dies transfiguratur, quia [illegible] 7 operibus miſericordiæ corporalibus. Cibando, Potando, Veſtiendo, Colligendo, Viſitando, Redimendo, & Sepeliendo. Et in 7. ſpiritualibus, quæ ſunt corrigere, caſtigare, ferre, dimittere, ſolari, docere, orare. Quibus vero 7. diebus præmiſsis a Chriſto [illegible]
Primo in montem ducitur; quia D[illegible] firmatur.
Secundo in excelſum, quia att[illegible] ſibi promi[illegible]
Tertio [illegible]rſum, quia vt labores talis vitæ po[illegible]

ſit ſuſtinere, coſolatio ei abſconſæ infunditur.
Quarto Ieſus ei transfiguratur, quia in forma pauperis, cui opem fert ſe demonſtrat. iuxta illud Matth. 24. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis Apparet ei Chriſti facies vt ſol; quia & ſi in forma pauperis talia ſuſcipiat; ipſe tamen eſt verus Deus. Veſtimenta alba, quia cum miſericordia reddatur innocentiam in forma, qua miſericordia facit apparet, & ſic in alba videt Moyſen [illegible]tem; quia eius facta imitatur. Elias etiam videt; quia Dei zelo inflammatur: Qua transfiguratione oſtenditur.
Primo q talis ſtatus eſt valde meritorius, ſcilicet actiuorum; quare clamat. Domine; bonum eſt nos hic eſſe.
Secundo facit tria tabernacula. Quia primo corpus. Secundo animam Tertio totum coniunctum Deo offert ſuo Imperio, & voluntati ſubijciendo.
Tertio obumbratur nube; quia eius gratia augetur, & creſcit quia & in mẽte refrigeratur.
Quarto vox auditur illa, videlicet. Venite benedicti patris mei, percipite regnum
Quinto cadit in terram, quia Deo de tanto beneficio [illegible], & primo præparato regratiatur.
Sexto in faciem cadit, [illegible] indignitatem penſat operis ad præmium præparatum
Septimo Ieſus ad eum accedit; quia ante in forma aliorum Chriſtum recipiebat; tandem in forma ſua eum recipit. Sicut de Martino Monaco legitur, & beato Gregorio; qui Chriſtum receperunt, & ſi in aliena forma.
Octauo eum tangit, dum [illegible] inſpirationibus diuinæ dulcedinis ſe oſtendit.
Nono [illegible], quia quam ſit bona miſericordia, & fructuoſa oſtendit
Decimo ſurgere præcipit, quia incepta mandat pro[illegible] viſque in finẽ.
Vndecimo ſecurat; quia [illegible] dat, & [illegible] de gloria [illegible].
Duodecimo videt ſolum Ieſum; quia opera miſericordiæ & ſi circa proximum ſiunt; propter ſolum Deum debet eſſe intentio facientis; quia vt & ſoli placeat, agere debet. Sic ergo apparet quomodo dominus Ieſus transfiguratus apparet actiuis per Moyſen ſignificatis. Reſtat ergo quomodo contemplatiuis per Eliam [illegible] in monte Oreb, & cœ[illegible] aſcendit per [illegible] ſignificatis Ieſus tr[illegible] aduertendum ſicut dictum eſt. Poſt 7. dies ſit transfiguratio, ideſt, poſt dimiſsionem [illegible] imaginabilium, corporalium, [illegible]lium & [illegible]
Vel per 7. dies intelligitur primus in vita actiua exercitio.
Secundus [illegible] mundo.
Tertius animæ ad ſeipſum reductio
Quartus

Quartus eſt deuota oratio.
Quintus eſt mentis quietatio.
Sextus eſt gratiarum actio.
Septimus eſt feruens ad Deum dilectio. Hi 7. dies debent pertranſiri, id eſt haberi ab homine, qui ad contemplationem aſcendit vt Chriſtum videat transformatum. Quibus habitis Ieſus ducit eum in montem, id eſt ad contemplationem, qui eſt ſtatus altior antedictis. Secundus in excelſum, id eſt ſui contemplationem, qui eſt excelſus dominus. Seorſum: quia tūc anima tota recolligitur ad Deum, & creaturis alienatur. Et ſic tandem Ieſus transfiguratur; quia ei apparet totus amabilis, deſiderabilis, & laudabilis: ad quod ſequitur, ꝙ facies Chriſti fit vt ſol: quia in tali contemplationis exceſſu anima poſita tota à Deo, vt à ſole iuſtitiæ illuminatur. fiunt alba veſtimenta; quia tota purificatur. loquitur cum Moyſe, quia liberatur a peccato ſpeciali modo per præſeruationem. Deo iungitur, & copulatur, & ſic ſtat cum Elia. Qua apparitione Chriſti tali facta dicit Euangelium.
Primo ꝙ ipſe à Deo recreatur di. cum Petro. Domine bonum eſt nos hic eſſe.
Secundo Deo dedicatur, & ſic in ipſo fit triplex tabernaculum. ſ. patri, & filio, & ſpiritui ſancto. cum iuxta dictum Chriſti. Omnes ad eum veniant, & faciant manſionem.
Tertio nube obumbratur; quia quàm ſit obſcura omnis creatura, reſpectu Dei declaratur.
Quarto vox auditur; quia de æternis informatur, vt à patre.
Quinto cadit. ſ. ab omni affectu mundano.
Sexto cadit in faciem; quia viuentem in ſecula adorat, & veneratur.
Septimo ad eum Chriſtus accedit; quia ſemper nouis de ſe conſolationibus viſitat.
Octauo accedit, & tangit eum quàm ſit magna dulcedo diuina experientia nouit, & ſentit.
Nono loquitur ad ſuam gloriam continue inuitando.
Decimo ſurgere imperat, vt in nullo citra Deum amplius ſpem ponat.
Vndecimo a ... curat ... quia meliorem partem vt Magdalena elegit, quæ non auferetur ab ea.
Duodecimo & vltimo Ieſus ſolus apparet ei, id eſt, quiete, & animæ perfecta beatitudo, & ... in præſentia, a fortiori pro futuro ... mortem ... ſic ... patet quomodo Ieſus transfiguratur Petri, Iacobi, Ioannis ... Elia ... ſic ...
Nono ... datur ... apparet ... ad Cl...

filiū Pſal. ... damus. Ratio, quia facies eius, id eſt Deitas ... ſplendet, vt ſol; interna pene trando, & ... ando, ſed ſi vis illuminari, ſint veſtimenta alba, id eſt actus vitæ depurati à peccato per ... & præſeruati. Ratio, quia Sapientia. 1. illo ſol, qui reſplendet in animam maliuolam non intrat; nec habitat in corpore ſubdito peccatis.
Sed quæ lumina oriuntur ab iſto ſole? Certe plura.
Primum lumen eſt reſpectu contemptibiliū: quia omnia mundana ſuo exemplo ... contemnenda, & ſic Moyſes loquitur de aquis aſſumptus.
Secundum lumen eſt reſpectu appetibilium; quia diuina ſunt appetenda, & ſic loquitur Elias; quia Deus eſt ſolus appetendus.
Tertium lumen reſpectu operandorum ... ſpectu Dei, ſui, & proximi. Petrus dicit bonum eſſe, & tria tabernacula facienda.
Quartum lumen eſt reſpectu ſenſibilium, & ... reſignandorum, & ſic nubes obumbrat.
Quintum lumen eſt reſpectu obſeruabilium præceptorum, talis vocatur filius dilectus, ipſum audire &c.
Sextum lumē eſt reſpectu mortificabilium, & mortificandorum. ſ. ſui corporis maccerandi; quia debet in terram cadere.
Septimum lumen eſt reſpectu formidabiliū, & euitandorum ſcilicet interni; quia timere debet &c.
Octauum lumen eſt reſpectu ſperabilium ſcilicet diuini adiutorij; quod eſt petendum, & ſemper adeſt, ideo Chriſtus tangit.
Nonum lumen eſt reſpectu contemplabilium, ſcilicet diuinorum. Chriſtus dicit. Surgite. ſ. ab his ad illa.
Decimum ... ctu ſedium æternalium, tunc apparet Chriſtus ſolus quia ipſe ſolus eſt beatitudo, a quo cætera ... vt a ſole procedunt.
Decimum documentum datur, quia cū Deum naturaliter videre ... vtpote beati ... dine ... noſtram, & ... in Dei ... ſi Deum vere videre ... nos ...

Deum vere videre volentes, quid habere debeat.

Primum eſt gratia Dei, ſine ipſa ... aliquis ... gratia mea ... gratia, ... gloriam Dei ... deſiderandum ... non ipſi ... mundo ſimus ... habet ... Petrus tactus eſt ...

Oratio qd ſit. Sic & Ieſu orante, aperti ſunt cęli. Et oratio eſt mentis eleuatio in Deum. ideo debet aſcẽdere ad hoc deſiderãdum, & cum Ieſu in mõte orare. Luc. dicit ꝙ aſcendit orare: & ſic transfiguratus eſt.

Tertium quod exigitur, eſt mandatorum obſeruatio. In Petro oſtenditur, qui audiens, vel obediens interpratatur. Ad tales venit pater, & filius; & manſionem facit. Iſaias obediens
Iſa. 6. dicens. Ecce ego mitte me; vidit dñm &c.

Quartum neceſſarium carnis maceratio. Ratio, quia ſpiritualibus viris, non carnalibus datur, quia vt dicit Saluator: Caro, & ſanguis regnũ Dei non poſsidebunt; quia nec Deum vident. Iacobo ſupplãtatori datur. Iacob ner
Gen. 33. uo putrefacto videt Deum. Geñ. 33. Facie ad faciem.

Quintum neceſſarium eſt puritas mentis.
Matth. 5. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. hoc patet in Ioanne puriſsimo, qui in cœna recubuit ſuper pectus Ieſu, & raptus fuit in paradiſum. Ezechiel vidit viſiones Dei. Ioannesbaptiſta vidit ſpiritum
Ioan. 1. Sanctum. Io. 1.

Sextum eſt humilitas. ſ. neceſſaria; quia cum humilibus conueſatio eius, & ſermocinatio. Hoc patet in Moyſe, qui fuit humillimus, &
Num. 12. mitiſsimus. Num. 12. qui vidit Deum.

Septimum neceſſarum, eſt zelus, & amor, & dilectio Dei; quia anima virtute amoris transformatur, & ſic dilectum cognoſcit, & videt.
Ioan. 14. Ioan. 14. Si quis diligit me &c. & ſequitur. Et manifeſtabo ei meipſum. Hæc fuerunt in Elia zelantiſsimo Dei; cuius verba erant, vt facula ignita; qui in monte Oreb vidit gloriam Dei.
3. Reg. 19. 3. Reg. 19. Præfata igitur neceſſaria ſunt, vt Deus videatur in præſenti, vt in transfiguratione Apoſtoli, ſeu in futuro, vt beati videbunt, & vident; quia talis diſpoſitio in præſenti pro futuro eſt neceſſaria

Sed quid ad talem viſionem habitam in præſenti conſequitur? Certè plura.

Primũ eſt, ꝙ homo diuina dulcedine inebriatur, & merito, quia videtur pro parte omne bonum. Petrus clamat Bonũ eſt nos hic eſſe.

Secundum donis ſpiritus ſancti abundantius impinguatur. Quia nubes obumbrat &c.

Tertium de diuinis ſecretis illuminatur. Quia vocem audit &c.

Quartum ab effectu terrenorum elongatur. Quia cadit in terram in facie &c. nec videt terrena.

Quintum continue diuinis conſolationibus recreatur, quia Ieſus accedit, & tangit eum.

Sextum ad ſolum Deum habendum ſitit, & incitatur; quia non videt: ideſt non appetit niſi ſolum Ieſum; cuius adeptione perfecta vltimate quietatur, & beatificatur. Præfatis ergo tam ſpiritualiter, quàm hyſtorice, & litteraliter patet quomodo intelligitur prima pars huius fructus tertij, & conformitatis huius ſecundi libri: ſcilicet. Ieſus ſtola clarificus. Etiam dicta pro eius aliquali ſufficiant expoſitione.

EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS fructus tertij, & conformitatis, & quintæ decimæ in ordine, ſcilicet Fran. Subleuatur.

HVIVS ſecundæ partis expoſitio videlicet Frãciſcus ſubleuatur, ſubſequẽter ad primam partem, ſi debeat recte declarari; ſic eſt intelligenda. Extimãdum enim non eſt, conformitas hæc beati Fran. ad Chriſtũ velit dicere ipſum transfiguratum, & beatum apparuiſſe fratribus ſuis in beatifica videlicet forma, ſicut Chriſtus Apoſtolis, quia hoc dicere eſſet omnino incõgruum, & non verum. Sed hæc conformitas vult dicere, quod ſicut Chriſtus (vt dicit euangeliſta ſanctus Lucas) orando, facta eſt eius ſpecies, ſcilicet forma, non quantitatiue, ſed qualitatiue altera, & in tali viſus eſt à diſcipulis: Sic B. Fr. (vt dicetur) orando virtute orationis, & diuina facta eſt eius ſpecies altera ad inſtar Chriſti ſubleuatus à terra. Et ſicut Chriſtus lucida nube circundatus, ſic & B. Fran. à fratribus eſt viſus ſublimatus in aera brachijs in modum crucis extenſis nebula lucida quadam totus circumamictus, & vallatus.

Sic ergo conformitatem hanc intelligendo, videndum eſt primo de propoſito quomodo in hoc Ieſu eſt aſsimilatus: ſic quod in oratione apparuerit, & in effigie altera, & nubecula lucida circundatus.

Secundo videndum erit, quomodo ad iſtam transfigurationem ſuam dicitur, & quibusperueniſſe. Quibus viſis iſtius ſecundę partis, videlicet Franciſcus ſubleuatur, patebit ſerenatio, & declaratio. Vnum tamen præmittendum puto, videlicet quod cum contemplatio (vt dicetur) opus ſit arduum, nec ad ipſam ex ſe homo aſſumitur, & naturalibus, ſed diuina gratia, ac ipſa ſuper iſta ſenſibilia ſaltẽ homo eleuetur: hinc eſt quod non ſolum mentis eleuatio, ſed & corporalis mentali iuncta, poteſt merito dici aſcenſus in montem excelſum, & ſeorſum, & à Chriſto ductio in montem, quia dictum eſt, quod naturalibus non fit viribus, ſed gratia diuina. Inſuper cum in tali contemplationis eleuatione, ſiue ſit cum corporis eleuatione ſiue non, anima ſingulari, & gratia, & lumine præ ſolito illuſtretur, hæc tamen illuſtratio animæ aliquando apparet ab extra, non ſolũ per eleuationem corporis, & in altum ductionis, ſed per quandam nouam effigiem, & ſpeciem traditam corpori, quam Deus aliquando

do dat corpori, vt per hoc ſignum, quid fiat interius in anima cogitetur. Aliquando vero non apparet talis ſemper, tamen patet quædã ſenſuum alienatio, ſic quod homo à contemplatione reuertens in ſuis ſenſibus, non apparet ſtatim viuax, ſicut ante videbatur. Ratio, quia in contemplatione fit raptus communiter à ſenſibus exterioribus ad interiora. Ad propoſitum cum beatus Fran. raptus fuerit multotiens ad Deum, nõ ſua virtute, ſed Dei & gratia diuina; hinc eſt quod fuit conformis Chriſto tali cõtẽplationis exceſſu, & eleuatione, quãtũ ad mõtis aſcẽſum, excelſum & ſeorſum. Fueritq; diuerſa effigie forma demõſtratus, & ſpecie, eidem Chriſto quo ad hoc, quod facta eſt ſpecies eius altera eſt ſimilatus. Quo præmiſſo de beati Fran. eleuationibus, & ſurſum in Deum actionibus mentalibus transfigurationibus, & aliquando cum ſequela extrinſecę transfigurationis eſt ſuccinte videndum.

Fran. quo, & quot modis eſt trãſfiguratus. Vnde ſciendum quod B. Fran. multotiens per exceſſum contemplatiuum ad ſuperiora eſt deuectus.

Et Primo modo &c. Primo quando vna dierum ſequeſtratus oraret, & præ nimietate feruoris totus eſſet abſortus in Deum, ecce eleuatio mentalis: quid conſequutũ eſt? Inquit legenda maior parte 1. Apparuit ei Chriſtus veluti cruci cõfixus. Sequitur de immutatione facta primo in mẽte, & deinde in corpore, ad cuius conſpectum liquefacta eſt anima eius, & memoria paſsionis Chriſti viſceribus cordis ipſius à Deo impreſſa medullitus, vt ab illa hora cum Chriſti crucifixio veniret in mentem, vix poſſem à lachrimis, & gemitibus exterius cõtineri. Sequitur. Intellexit per hoc, nempe vir Dei illud euangelicum ſibi dici. Si vis venire poſt me, abnega temetipſum, & tolle crucem tuã, & ſequere me. Sequitur. Induit ex tũc ſpiritum paupertatis, & humilitatis ſenſum; & affectum intimæ pietatis. Et quod ſic effecerit, oſtendit ibidem doctor Bonauentura per exempla de ſeruitio leproſorum, & ſuorum erogatione in pauperes. Quibus apparet B. Fran. ſubleuatio, & poſt eleuationem eius in virum alium transfiguratio.

Secundo modo. Secundo quando vt dicit 2. pars legendæ maioris, egreſſus ad meditandum in agro iuxta eccleſiã ſancti Damiani deambularet, ac eandem gratia, & cauſa orationis inſtigante ſe ſpiritu intraſſet, proſtratus ante imaginẽ crucifixi, non modica fuit in orando ſpiritus conſolatione repletus. Et cum lachrimoſis oculis intenderet in dominicam crucem, vocem de ipſa cruce ad ſe dilapſam corporeis audiuit auribus ter dicentem. Franciſce, vade repara domum meam, quæ (vt cernis) tota deſtruitur & ſequitur de exceſſu. Tremefactus cum eſſet in eccleſia ſolus, ſtupet ad tam mirandæ vocis auditum, cordeque percipiens diuini virtutem eloquij, mentis alienatur exceſſu. Sed qualiter apparuit transfiguratus. Sequitur. In ſe tandem reuerſus ad obediendum, ſeparat, & mandatum perficiendum, vt habetur ibidẽ.

Tertio modo. Tertio vt dicit ipſa ſecũda pars legendæ. Abiecta beatus Fran. pecunia in quandam feneſtra, & velut puluerem ea contempta, patris furorem ex pecunia ſentiens, in quadam occulta fouea ſtetit exorans altiſsimum, vt de manibus perſequentium eius animam liberaret, & pia quæ inſpirauerat voto, fauore benigno expleret. ſequitur. Exceſsiua quadam completus lætitia, & virtute indutus ex alto, relicta fouea Ciuitatem Aſsiſij conſtanter intrauit: Quem cum iuuenes cernerent facie ſqualidũ, & mente mutatum, ipſumque alienatum putarẽt à ſenſu, & luto platearum, & lapidibus impeterent. ſequitur ſignum transfigurati hominis. Famulus domini nulla prorſus fractus, aut mutatus iniuria, vt ſurdus in omnibus pertranſibat.

Quarto modo. Quarto vt dicit 3. pars legendæ, quãdo in quodam ſolitario loco annos ſuos in amaritudine recogitans deploraret, ſancti ſpiritus in cũ ſuperueniente lætitia, certificatus eſt de remiſsione plenaria omnium delictorum. ſequitur. Raptus deinde ſupra ſe, ac in quoddã mirandum lumen totus abſortus, dilatato mentis ſinu, quæ circa ſe, & filios ſuos futura erant luculenter aſpexit, ſequitur. Poſt hoc reuerſus ad fratres confortauit eos, & ordinis dilatationem in breui fiendam prædixit.

Quinto modo. Quinto vt dicit 4. pars legendæ maioris, transfiguratus eſt beatus Fran. modo ſingulari, & Deifico. Cum enim Ciuitatem adijſſet Aſsiſij prædicaturus de mane, & abſentatus à fratribus in quodam tugurio ſito in horto canonicorum pernoctaret in oratione more ſolito, media ferme noctis hora quibuſdam ex fratribus quieſcentibus, quibuſdam in orando perſeuerantibus, currus igneus mirandi ſplendoris per oſtium domus intrans huc, atque illuc per domicilium tertio ſe conuertit, ſupra quẽ globus igneus, ſeu lucidus reſidebat, qui ſolis habẽs aſpectum noctem clarere fecit vt diem, obſtupefacti vigilantes, excitati ſimul, & exterriti dormientes non minus ſenſerunt cordis claritatem, quàm corporis, dum ex virtute mirandi luminis alteri conſcientia nuda fuit. Intellexerunt concorditer omnes videntibus inuicem vniuerſis in cordibus ſingulorum, ſanctum patrem abſentem corpore, præſentem ſpiritu tali transfiguratum effigie ſuperioris irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatum ſupernaturali virtute in curru ſplendente, ſimul & igneo ſibi demonſtratum à domino, vt tanquam veri Iſraelitæ poſt illum incederent, qui virorum ſpiritualium, vt alter Elias factus fuerat à Deo currus, & auriga. Qui-

ga. Quibus verbis, & alijs, quæ ibidem ſubnectuntur, apparet ſimul de ſubleuatione B. Frá. & ipſius mirabili transfiguratione. Quæ transfiguratio eſt, & fuit valde mirabilis, & ſtupenda ex pluribus videlicet.

Primo ex ſubleuatione, quia in curru igneo.

Secundo ex refulgentia quia miri ſplendoris.

Tertio ex figura, quia beatus Fran. apparuit totus ignitus.

Quarto ex ſpecie, quia lucidus, & ſolis habés aſpectum.

Quinto ex ſitu, quia B. Fran. non erat ante, vel extra, ſed ſupra currum reſidebat.

Sexto ex loco, ad quem perrexit, quia de Aſiſio, vſque ad locum ſanctæ Mariæ in tali curru beatus Fran. eſt deuectus.

Septimo ex eius introitu, quia per oſtium loci fratrum introiuit.

Octauo ex motu, quia huc, atque illuc perrexit, totum domicilium fratrum ter circuiens.

Nono ex tenebrarum depulſione, quia noctē clarere fecit vt diem.

Decimo ex conſpectione, quia omnes tam vigilantes, quam dormientes excitati hoc viderunt.

Decimo ex incuſsione, quia territi ſunt oés.

Duodecimo ex cordium alterius alteri reuelatione, quia tali lumine alterius alteri cóſciétia nuda fuit.

Tertiodecimo ex mentis Franciſci ad cognoſcendum cordium ſecreta, & futura plenaria illuſtratione, quia poſt viſionem beatus Fran. reuerſus ad fratres, de viſione mirabili, quam viderant, cepit ipſos confortare cordium ipſorum ſecreta rimari, & de profectu ordinis futura prædicere.

Quartodecimo ex notitiæ traditione, quia Deus beatum Fran. fratribus in tali effigie demonſtrare placuit, vt cognoſcerent.

Ex primo beatum Fran. eſſe vere currum vitæ: ratio, quia quatuor rotis, ideſt quatuor virtutibus eſt deducta, videlicet iuſtitia ad Deum, fortitudine ad diabolum, prudentia ad mundi contemptum, & temperantia ad corpus, cuius pars anterior fuit charitas, boues ſub hac ſtantes, velut ſub iugo currum deducentes, amor fuit Dei, & proximi.

Ex ſecundo videlicet ex refulgentia, in beato Fran. nullam ineſſe tenebram peccatorum, per ipſorum dimiſsionem plenariam vſq; ad quadrantem nouiſsimum.

Ex tertio, ſcilicet ex ignitione, zelum feruidú, quem habebat ad animas.

Ex quarto ipſum imitatorem per omnia ſolis iuſtitiæ Chriſti Ieſu.

Ex quinto in virtutibus alijs perfectiſsimum, quia in medio ſtetit ipſarum.

Ex ſexto vnum factum cum diuina ſapientia ſpiritu, cuius mobilitate ferebatur ad placitum.

Ex ſeptimo viam beatum Fran. ſanctitatis, & perfectionis, non vt fur, & latro, ſed vt verus Chriſti diſcipulus ab oſtio Chriſto accedere per ipſum ſemper incedédo, velut per oſtium introductum.

Ex octauo in beato Fran. triplicem fuiſſe motum recto ad Deum, reflexum ad proximum, per condeſcenſionem, & informationem, & circularem in cunctis, & vbique Deum inſpiciendo, & proſequendo dilectum.

Ex nono beati Fran. ducatum tenentes tenebris errorum tegi non poſſe.

Ex decimo datum Franciſcum à Deo in directionem, & lucem fidelibus.

Ex vndecimo ſtupenda in B. Fran. Deú oſtendiſſe præ alijs ſanctis.

Ex duodecimo Franciſci meritis occulta Dei patefieri hominibus,

Ex vltimo ſuper B. Fran. ſpiritum domini in tanta plenitudine quieuiſſet, quod poſt ipſius doctrinam, & vitam erat eis, & alijs proficiſci tutiſsimum. Sic ergo ſuccincte apparet quam mirabilis, & ſtupenda fuit hæc beati Fran. prę figuratio, & transfiguratio. Nunquam fuit auditum quod lumine alicuius ſancti ſic illuſtrarentur homines, vt alterius alteri conſcientia nuda eſſet, niſi de ſolo lumine à Deo beato Fráciſco, infuſo, & conceſſo. Et ſecreta cordium à ſancto ſic perſcrutarentur, & multorum præſertim ſimul, ſicut hic legitur de B. Fran.

Sexto B. Fran. transfiguratus á Deo fratri Silueſtro exiſtenti presbitero ſeculari, & in ſeculo eſt demonſtratus. Quando vidit ciuitatem Aſiſij à dracone magno circundatam, cuius magnitudine toti regioni periculum imminebat, contuebatur poſt crucem auream ex ore B. Fran. procedentem, cuius ſummitas cœlos tangebat, cuius brachia in altum protenta, vſque ad mundi fines videbantur extendi; ad cuius aſpectum præfulgidum draco ille teterrimus, & horridus penitus fugabatur, hoc vidés tribus vicibus ſeculo cedens, factus eſt ſanctus frater minor, vt dicit 3. pars legendæ. Sexto modo.

Septimo beatus Fran. transfiguratus apparuit fratri Pacifico exiſtenti ſeculari, prout dicit 4 pars legendæ. Qui beatum Fran. videns prædicantem ſub figura mirabili ſibi à Deo eſt demonſtratus, vidit enim ipſum duobus enſibus valde fulgentibus tranſuerſaliter in modum crucis exiſtentibus conſignatum, quorú vnus à capite ad pedes, alius à manu in manum per pectus tranſuerſaliter tédebatur. Qua forma ſeu beati Fran. transfiguratione viſa ſeculo abrenuncians, factus eſt frater minor. Vidit etiam hic frater Pacificus vice alia ſingulariter B. Fran. transfiguratum, quando vidit magnum Thau in eius fronte exiſtere, quod colorum varietate diſtinctum faciem Franciſci miro venuſtabat ornatu. Per has enim extrinſecas figuras, & ſpecies, quibus beatus Fran. ſic Septimo modo.

demonſtrabatur à Deo, quid transfigurationis intus eſſet in anima, certe dabatur intelligi. Quia cum iſte transfigurationes eſſent veraces per ſigna hæc, quid in eius anima eſſet clare intelligi dabatur.

Octauo modo. Octauo beatum Fran. transfiguratum demonſtrauit ipſe Deus ſummo Pontifici. D. Innocentio 3. vt dicit 3. pars legendę, quando vidit B. Fran proprio dorſo lateranenſem eccleſiã ruinam minantem ſuſtentare, per quam transfiguratam ſimilitudinẽ ſibi ſic oſtenſam à Chriſto, cognouit per vitam, & doctrinam B. Fran. totam ſuſtinendam eſſe eccleſiam.

Nono modo. Nono beatus Franciſcus ſingulariter transfiguratus, apparuit fratribus exiſtentibus in capitulo apud Arelatem ciuitatem, & prædicante beato Antonio de crucis titulo. Apparuit enim ad oſtium capituli beatus Fran. in aere ſubleuatus extenſis velut in cruce manibus fratribus benedicens, prout oculis corporeis frater Monaldus vidit, vir vtiq; ſanctus. hæc fuit mirabilis apparitio cõſiderata diſtantia; quia beatus Fran. erat tunc in remotis, quia in valle ſpoletana, & tamen ſe præſentem fratribus exhibuit in tali ciuitate prouinciæ exiſtentibus, penſata etiam forma, quia ad modum crucifixi demonſtratus eſt, vt quid deberet eſſe in poſterum reſeraretur. Fuit etiã ſingularis ex conſolatione ſpiritus indita cunctis fratribus in capitulo exiſtentibus, vt ſi non viderint beatũ Fran. transfiguratum; ſaltem tali ſpiritus conſolatione eis immiſſa à Deo, ſic eſſe ſentirent.

Decimo modo. Decimo B. Fran. transfiguratus, eſt viſus à fratre Maſſeo Cum enim B. Fran. cum fratre Maſſeo pergeret verſus Franciam, in itinere poſt refectionem habitam de fruſtulis panis viliſſimi, & potationem aquæ de fonte quandam eccleſiam reperiſſet, intrantes eandem B. Fran. ad orandum poſt altare ſe poſuit, & ibi B. Fr. recepit viſionis diuinæ tam exceſsiuum feruorem ad paupertatis concupiſcentiam totaliter inflammantem, quod videbatur ex facie, & oris hiatu quaſi flammas ardoris emittere: Et egrediens ad ſocium ſic ignitus ore dixit. Ha, ha, ha frater Maſſee; præbe mihi teipſum. Et hoc fuit ter. Frater Maſſeus hoc videns, ſtupuit, ſed vice tertia dicente B. Fran. præbe mihi teipſum, miſit ſe totum intra brachia beati patris. Tunc B. Fran. cum hiatu magno, & ſpiritus ſancti feruore, ac clamore valido reboando ha, ha, ha; leuauit fratrem Maſſeum cum ipſo flatu in aere, & impulit eum ante ſe, quantũ poſſet eſſe vnus haſtæ menſura. Quod videns frater Maſſeus, ſtupuit valde de tam mirando ſancti patris feruore, & retulit poſtea alijs ſocijs quod in illo ſancti Fran. complexu, & impulſu tantam dulcedinem, & conſolationem ſpiritus ſancti perſenſit, quod nunquam in vita ſua conſolationem tam maximam ſe meminerit habuiſſe. Qualis hæc fuerit transfiguratio, feruor ignitus, vox clamoroſa, Franciſci faciei ardor, amplexus fratris cum eleuatione, iactus ſocij cum conſolatione ſpiritus immiſſa, declarant.

Vndecimo modo. Vndecimo B. Fran. transfiguratus per raptum mirabilem, eſt inuentus & à fratre Bernardo de Quintaualle, & à fratribus: Loquẽtes enim ſanctus Fran. & frater Bernardus de Deo, eos ſimul raptos per noctem in ſilua fratres inuenerunt.

Duodecimo modo. Duodecimo B. Fran. frequenter transfiguratus eſt corpus ſumendo dominicum: Vt enim dicit 9. pars legendæ, ſępe cõmunicabatur, & tam deuote, vt alios deuotos efficeret, dum ad immaculati agni deguſtationem ſuauem, quaſi ſpiritu ebrius in mentis, vt plurimum rapiebatur exceſſum. Sed hic eſt aduertendum quod cum raptus, (prout in propoſito accipitur) ex vehementia deuotionis, fit, quãdo anima amore tota liqueſcit circa Deum, cui coniungi peroptat, & ipsũ habere deſiderat: hinc eſt, quod ſine transformatione animę in Deũ fieri nõ poteſt, quare in omni tali raptu transfiguratus eſt talis, qui ad cęleſtia rapitur. Et quando ſic fit; ſemper ab extrinſeco apparet præ ſolito conſopitio, & ſuppreſsio ſenſuum, & quaſi mortificatio virium corporis, & ſenſuum.

Tertio decimo modo. Tertiodecimo B. Fran. prout dicit 10. pars legendæ maioris, fuit ſimiliter transfiguratus, & ad diuina raptus, vt quid circa ſe ageretur exterius omnino neſciret: Et hoc ſpiritualiter euenit dum tranſiſſet ſemel per burgum ſancti Sepulchri, caſtrum videlicet populoſum, ſubuectus aſello propter debilitatem corporis, & obuiam turbas habuiſſet in eum præ deuotione ruentes; Tractus autem, & detentus ab eis, compreſſuſque, ac multipliciter attrectatus, inſenſibilis videbatur ad omnia, & velut exanime corpus de his, quæ facta ſunt circa ipſum, penitus nihil aduertit. Quod patuit, cum tranſito caſtro, & turbis relictis perueniſſet ad quoddam domicilium leproſorum, quaſi aliunde rediens cęleſtium contemplator ſollicitè requiſiuit, quando appropinquaret ad caſtrum, mens quippe ipſius in cęleſtibus fixa ſplendoribus, varietatem non ſenſerat locorũ, nec temporum, nec occurrentium perſonarũ.

Decimo Quarto modo. Quartodecimo B. Fran. fuit multotiens transfiguratus, (vt dicit 10. pars legendæ,) & hoc in oratione, vt dicetur in hoc 2. lib. conformitate 11. Ad fratribus enim ipſum pie obſeruantibus, viſus eſt nocte orans manibus ad modũ crucis protenſis, ac toto corpore ſubleuatus à terra, & nubecula quadam fulgente circundatus, vt illuſtrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perluſtratio teſtis eſſet.

Quinto decimo modo. Quintodecimo B. Fran. fuit raptus, & transfiguratus cum ſuis fratribus. & ſocijs: Nam cũ ſimul eſſet cum eis, & mandaſſet eis, vt de Deo

quilibet

quilibet loqueretur, prout ſpiritus ſanctus ſuggerebat eiſdem. Et cũ quilibet ſigillatim mãdatum patris effeciſſet, in medio eorum dominus Ieſus Chriſtus apparuit in ſpecie ſpecioſiſsimi iuuenis, cum tãta dulcedine gratiæ omnibus benedicens, quod tã ſanctus pater, quã cęteri omnes fuerunt rapti, & iacebant in terra quaſi mortui, de mundo iſto penitus nihil ſentientes. Sed cum ad ſe rediiſſent, gratias agere Deo de tam impenſo beneficio omnibus imperauit.

Sextodecimo modo. Sextodecimo B. Frã. raptus, & transfiguratus fuit dum in loco S. Mariæ de Angelis cum S. Clara, & ſocia, & ſocijs comederet: Cũ enim S. Clara B. F. pluries rogaſſet, vt ſibi hanc gratiam concedere dignaretur, vt cum ipſo aliquando valeret comedere, habito cum ſocijs conſilio annuit, & ordinauit, quod hoc deberet eſſe in S Maria de Angelis, vbi ipſa B. Clara mundo abrenuncians cęleſti ſponſo nupſit. Die ordinata S. Clara vna de ſororibus ſumpta pro ſocia, concomitantibus beati Fran. ſocijs ad locum S. Mariæ de Angelis peruenit, & facta reuerentia matri domini, ac loco circũquaque ex deuotione luſtrato; hora comedendi B. Fran. fecit menſam, ſicut conſueuerat in plana terra parari, & ſedit ipſe, & B. Clara, & vnus de ſocijs cum ſocia B. Claræ, & omnes alij ſocij in menſa illa humili ſunt locati, pro primo autem ferculo incepit B. Fran. loqui de Deo tam ſuauiter, & ſancte, tam altiſsime, & diuine, quod ipſe ſanctus Fran. & S. Clara, & omnes alij ſocij, qui in illa erant menſa rapti ſunt, tantaque abundantia gratiæ altiſsimi ſuperuenit, quod ipſis ſedentibus ſic raptis, & oculis, ac manibus in cęlum directis, ignis maximus apparuit ſuper ipſum locũ, adeo quod Aſsiſinatibus hominibus, & de Bectonio, & de alijs locis circumquaque videretur, quod totus locus, & eccleſia S. Mariæ de Angelis cum ſilua, quæ tunc erat circa locum comburerentur; propter quod homines de Aſsiſio credentes locum comburi, cum feſtinatione ad ſuccurrendum venerunt ad locum: Sed eo peruenientes viderunt cuncta illeſa, pariter & intacta. Intrantes autem locum inuenerunt B. Fr. cum B. Clara, & cum omnibus ſocijs ad Deum raptos, & ad menſam illam humilimam omnes ſedentes virtute indutos ex alto, & tunc certitudinaliter aduerterunt, quod ille erat ignis diuinus, qui prędictos ſanctos, & ſanctas diuini amoris copioſis cõſolationibus inflammauerat. Vnde receſſerunt valde ædificati, & conſolati. B. Fran. ſancta Clara cum alijs diuina conſolatione refecti in ánima, de cibo corporali parum, aut nihil curarunt.

Decimoſeptimo modo. Decimoſeptimo B. Fran. raptus, & transfiguratus, viſus fuit à quodam nobili, qui ipſum multoties hoſpitio receperat multum magnifice, & cum deuotione: Cuius conuerſionẽ per introitum ad ordinem, cum beatus Fran. appeteret dicendo ſocio, quod ipſe nobilis eſſet bonus frater minor, cunque ipſe pro eo dominum Ieſum Chriſtum deuote oraret (vidente dico nobili) dominus Ieſus Chriſtus beato Fran. apparuit di. audiente præfato nobili, ꝙ orationem, quam pro dicti nobilis conuerſione fecerat, acceptabat. Et tũc B. F. (vt vidit dictus nobilis raptus) & per ſpacium eleuatus eſt à terra. Quæ omnia dum ipſe nobilis conſpexiſſet, omnibus pro Deo datis, factus eſt frater minor ſanctiſsimus.

Decimo octauo modo. Decimo octauo. B F. transfiguratus, viſus eſt à quodam fratre; & ſi ætate puero prudentia, tamen grandeuo: Qui cum in quodam locello ſtaret, contigit beatum. F. ad ipſum locum venire. Et quia B. F. ante alios ad quieſcendum perrexit, vt fratribus dormientibus ipſe ſurgeret quietus ad orationem, puer autem ille frater poſuit in corde ſuo ſolicite velle explorare quid B. F. faceret de nocte cũ ſurgebat: verum cum tunc fratres in campoletis iacerent; ipſe puer iuxta beatum Franciſcum ſe poſuit ad quieſcendum: Et ne ſomnus propoſitum impediret; chordulam ſuam ligauit cum chorda. B. F. vt ſentiret quando ſurgeret; ita ꝙ. S. F. de tali ligatura nihil aduertit. Dum vero omnes profunde dormirent; ſurrexit beatus Fran. & ſentiens chordam ſuã cum chorda pueri detineri; ſic eam cautè ſoluit, ꝙ nullo modo puer perſenſit, & abijt in quendam collem, vbi iuxta locum erat ſilua pulcherrima ad orandum ſolus: Puer autem cum excitatus à ſomno, chordam ſuam ſolutam reperiſſet, ſtatim ſurrexit, vt ſanctum Fr. exploraret, ſicut propoſuerat; Cumq; oſtiũ inueniſſet apertum, per quod intrabatur in ſiluam: aduertens ꝙ. B. F. inde exiſſet, ſtatim intrauit ſiluam, & perrexit vſque ad dicti collis cacumen, vbi B. F. ſe fixerat ad orandum. Et cum ſtaret puer aliquantulum longe, cępit audire multos loquentes, & appropinquans, vt clarius videret, vel audire poſſet, quæ loquebantur, ecce vidit mirabilem lucem, quæ beatum F. vndique circundabat, & in ipſa luce vidit Chriſtum, beatam virginem, Ioannem Baptiſtam, Ioannem Euangeliſtam, & maximã multitudinem angelorum loquentes cum B. F. quæ omnia puer aſpiciens, & tremebundus hoc audiens factus in extaſi in via; per quam rediturus erat B. F. cecidit quaſi mortuus, cõpleta vero colloquutione, dum B F. rediret ad locum, & nox eſſet profunda, cum pedibus inuenit dictum puerum quaſi mortuum iacentem in terra: cui compatiens, ſumptum in brachijs, ad locum reportauit. Et ſciens à dicto puero; quæ viderat, mandauit, vt nulli diceret, dum viueret: quod & fecit; qui puer in ordine creuit, & bene finiuit Er poſt mortẽ. B. F. prętata; quæ viderat ennarrauit.

Decimo nono modo.

Decimo nono. B.F. trãſfiguratus viſus eſt plu-
ries à fratre Leone eius ſocio; & præcipuè in
monte Aluernæ (prout dicetur lib. 3. confor-
mitate 3.) quæ hic ſuccinctè ponitur: Beatus
enim Frã. non ſolum mentaliter eleuabatur;
ſed & corporaliter, & quanto cumulatius do
na diuina percipiebat: tanto altius eleuaba-
tur à terra, ſicut frater Leo vidit: in quadra-
geſima.n. angelorum, quam fecit B.F. in mon
te Aluernæ ipſe frater Leo beatum. F. aliquan
do aſpexit eleuatum à terra per tantum ſpa-
tium: ꝙ poterat tangere pedes eius: aliquan
do inuenit eum vſque ad medios fagos eleua
tum: & quãdoque inuenit eum in tanta aeris
altitudine eleuatum; ꝙ vix eum videre pote-
rat. Vice alia vidit. B. Fr. ſtantem genibus fle-
xis, & facie in cęlum erecta, ac manibus eleua
tis ad dominum dicere hæc verba. Quis es tu
domine Deus meus dulciſsime? & quid ego
ſum vermiculus, & paruulus ſeruus tuus? &
hoc ſępe replicans, aliud non dicebat. Et re-
ſpiciens frater Leo, vidit vnam flammam pul-
cherrimam ignis, & valde ſplendentem, & de
lectabilem oculis deſcendentem à ſummis cę
lorum vſque ad caput. B. Fr. & de illa flamma
vox egrediebatur, & loquebatur cum S. F. &
S.F. reſpondebat loquenti. Et vidit ꝙ beatus
F. ter extendit manum ſuã ad flammam præ-
dictam: Quæ omnia rogatus à fratre Leone
beatus. F. declarauit.

Primo quando dicebat. Quis es domine &c.
Dixit B. F. in his quæ audiſti, & vidiſti erant
mihi Deo lumina aperta, vnum de cognitio-
ne creatoris, & aliud de cognitione meiip-
ſius. Quando enim dicebam. Quis es tu domi
ne Deus meus, & quid ſum ego? Tunc ego erã
in quodam lumine contemplationis: in quo
videbam abiſſum infinitæ bonitatis diuinæ, &
lachrimoſum profundum vilitatis meæ: pro-
pter quod dicebam. Quis es tu domine ſum-
mæ ſapiens, ſummæ bonus, & ſummę clemẽs,
vt viſites me? qui ſum ſummè vilis, & vermi-
culus vnus modicus, abominabilis, & deſpe-
ctus? Illa flamma erat Deus: qui in ſpecie illa
mihi, ſicut Moyſi in flamma illa loquebatur.
Et alia expoſuit. B Fran. fratri Leoni, de qui-
bus, (vt dictum eſt) dicetur lib. 3. conformi-
tate. 3. Multis alijs transfigurationibus fra-
ter Leo beatum Franciſcum vidit transfigu-
ratum.

Vigeſimo modo.

Vigeſimo. B Frã. ſingulari modo, & nunquam
prius audito, nec viſo fuit transformatus, &
transfiguratus. ſ. quando in monte Aluernæ à
Chriſto forma, & ſignis ſuæ paſsionis fuit ſtig
matizatus, & transfiguratus. Et quia prolixe
dicetur conformitate 3 libri. 3. ad præſens
aliud dicere omitto. Pluribus alijs raptibus,
& exceſsibus beatus. F. fuit transfiguratus, ſed
prædicti ſufficiant pro iſtius cõformitatis. 3.
partis. 2. expoſitione videlicet. Frãciſcus ſub-
leuatur; & transfiguratur. Et ſpecies facta eſt
eius altera, & interior ſemper, & plerumque
exterior (vt dictum eſt) & ſic patet primum,
quod erat videndum.

Videndum eſt nunc quibus fretus beatus. Fr.
ad apicem huius raptus contemplationis, &
exceſſus peruenit, licet enim ſola gratia ſin-
gulari diuina ad hęc perueniatur: attamen
quædam ſunt diſpoſitiones præmiſſæ; quia ſi-
cut forma non introducitur niſi in materiam
diſpoſitam; ſic ad huius exceſſum homo nõ
peruenit niſi facta, & habita debita diſpoſitio
ne, & præmiſſa.

Contemplationis, ſiue raptus gradus tres.

Et pro euidentia dicendorum notandum, ꝙ
raptus, & exceſſus, ac contemplatio triplici
ter graduatur.

Aliquando enim fit ſola alienatione ſenſuum
exteriorum, & ab ipſis retenta agnitione ima
ginabilium, & fantaſmatum.

Aliquando fit alienatio ab omni imaginatio-
ne, & fantaſmate ſenſibilium, & ſpecierum à
ſenſibilibus productarum, & imaginabilibus
virtuti imaginatiuæ, & fantaſticæ impræſsis.

Aliquando à præfatis fit totalis alienatio, &
hoc fit, quando anima in ſolius Dei viſione, &
contemplatione conſiſtit.

Primus gradus, quia poteſt cauſari tam ex
cauſa bona, quàm mala; tam corporali, vt ho
mo alienetur à ſenſibus, videlicet paſsione fa
cta, vel in ſomnio, vel perturbatione cerebri,
vt in freuetico, & mentecaptis, quàm ſpiritua
li, vt triſtitia, ira, timore, & concupiſcentia,
hæ.n. paſsiones ſunt in quibuſdam, tam vehe
mentes, vt abſorbeant rationis vſum, & à cor
poralibus ſenſibus alienent: ideo poteſt eſſe
hic raptus communis primo modo bonis, &
malis: ſed in propoſito ſolum accipitur, pro
ut competit bonis, & debita ſit cauſa, vt dice-
tur ſtatim de eius cauſis.

Secundus gradus poteſt cauſari ex vehemen-
tia imaginationis: vt quando anima inten-
dit circa alicuius difficilis imaginationem,
& fortiter occupatur frequẽter à ſenſibus nõ
ſolum; ſed ab omni alio imaginabili aliena-
tur: & tanta vehementia ſuper id, quod ima-
ginatur conuertitur, vt nihil aliud cogitet,
aut imaginetur. Sed ad tale imaginandum po
teſt duci cauſa bona, & mala (vt patet expe-
rientia.) Sed accipiendo in propoſito pro
cauſa bona ipſius (vt dicetur) ſic ſolis bonis
hominibus, & non malis conuenit.

Tertius gradus cauſatur ſemper ex vehemen-
tia deſiderij, & affectionis animę inebriatæ
dulcedine ad habendum, & videndum Deũ,
& hic ſolis perfectis competit. Vidẽdum eſt
ergo de cauſa huius, & diſpoſitione, & aliorũ
duorum præcedentium. Licet.n. quicquid eſt
diſpoſitum ad tertium, ſit ad ſecũdum, & pri-
mum; non tamen econuerſo.

Videndum eſt de cauſa diſpoſitiua talium, &
quo-

quomodo fuerint cuncta in beato patre noſtro F. ad quod videndum.
Primo ſciendum eſt ꝙ beatus.F. ad præfatos contemplationis gradus peruenit.
Primum enim habuit (vt dictum eſt) quando per burgum ſancti Sepulchri tranſiuit: qui cõtrectatus, & retentus alienatus ab omni corporis ſenſu nihil percepit.
Secundum habuiſſe oſtendit, quando in camera fratris Bernardi tunc ſecularis exiſtentis orando nihil aliud dicebat: niſi. Deus meus, & omnia admirando diuinæ maieſtatis excellentiam; quæ periclitanti mundo condeſcendere dignaretur, & per ſe Fran. pauperculum de ſalutis diſponebat remedio prouidere.
Tertium habuiſſe contemplationis gradum cum Deo ſtando, & loquendo iam dicta oſtẽdunt. Quibus viſis ſciendum eſt, ꝙ homo deuotus, qui vult primum gradum contemplationis ſanctæ, & iuſte aſcendere, debet plura exercere: quæ ſuccintè pandentur; quia patent ad ſenſum.
Primum eſt, vt mundum totaliter deſerat, & contemnat: qui hominem facit totum ſenſualem. Franciſcus ipſum deſeruit totaliter mundum, & contempſit. vt dicit 2. pars legendæ & 8.
Secundum eſt, vt corporis ſenſus modeſtiæ lege refrenet, ſcilicet viſum, auditum, & ſic de alijs abſtrahendo à ſenſuum vanitatibus. B. Franciſcus cum oculis fœdus pepigiſſe videbatur, ꝙ non ſolum carnalem aſpectum procul refugeret: ſed & curioſum vanitatis cuiuſque contuitum omnino caueret: motuſque ſenſuales coercendo etiam ſtricta modeſtię lege: prout dicit, & oſtendit. 5. pars legendę.
Tertium, vt voluntatem propriam abneget, & abijciat, quia vbi voluntatis proprietas permanet, homo ſenſibus cunctis, vti probatur. Franciſcus nunquam inuenitur ſuam propriã voluntatem feciſſe: ſed eam domino in cunctis beneplacitis ſubdidit, & ſubiecit, ſicut patet in prima parte legendæ quando argutus à domino, cum vellet pergere ad Apuliam pro militia conſequenda dixit domino. Domine: quid me vis facere?
Quartum eſt, vt ſe perfectè odiat, beatus Frã. non ſolum diceretur ſibi iniurię libenter accipiebat, immo mandabat ſocio, & alijs, vt eum ruſticum, mercenarium, imperitum, & inutilem declamarent, & cum gaudio magno dicta ſuſtinendo, vel ſuſcipiendo reſpondebat. Tu vera loqueris, & talia (vt dicit 6. pars legendæ) decet audire filium Petri Bernardonis.
Quintum eſt vt humilis exiſtat. Humilis enim veraciter quis eſſe nõ poteſt, niſi ſibijpſi mortuus fuerit, & mundo. beatum. Frã. humilitas adeo ſui iuris effecerat: vt in minorum minimo ſuum totaliter vendicaſſe dominium videretur, vt 6. pars legendæ pluribus declarat.
Sextum eſt, vt de ſe totaliter deſperet, & diffidat nihil ſe eſſe proclamando. beatus Fran. ſe dicebat nihil aliud eſſe, quam vas ſordidũ, & fictile; cum tamen vas eſſet ſanctitudine omnimoda dedicatum, vt 6. pars oſtendit legendæ.
Septimum eſt, vt ſe ſemper in ſuo conſpectu non exaltet, ſed deiciat. B. Fr. quantum ſe in ſuo conſpectu haberet, interrogatione facta à fratre Pacifico patuit. Interrogatus.n. ab ipſo quid de ſeipſo ſentiret, reſpondit maximum eſſe peccatorum. vt 6. pars legendæ declarat.
Octauum eſt, vt ſui ſemper quęrat obbrobriũ, & Dei honorem. B. Fr. id faciebat. Epiſcopo Iterañ. B. F. regratiatus eſt; quia ipſum vilificando Deum per ipſum loquentem prædicabat à populo magnificandum: vtpote, qui per indoctos ſuæ ſapientię magna declarat.
Nonum eſt, vt quotidie, vel continue quęrat ſcire Dei voluntatem, & cito eam perficiat. B. Fran. nũquam de ſui induſtria confidens ſem per Dei beneplacitum diligenter de agendis quæſiuit: vt patuit quando neſciebat, ſi deberet pręedicare, prout dicit. 4. pars legẽdæ & 12. Qua cognita ſumma diligentia eam adimpleuit.
Decimum tribulationes tentationes, & illata conuitia patienter ſuſtineat. B. F. patienter cõuitia ciuium ſuſtinuit, & ſui patris, vt dicit 2. pars legendæ; ac à ſaracenis eidem illata, quã do Soldanum adiuit, & de patientia eius habes in 6. parte legendæ & 9.
Vndecimum eſt vt curã carnis habeat, ne vltra decentiam exeat. Franciſcus carnem per omnia ſpiritui ſubiecit, vt 5 pars dicit legendæ, & in morte culpam dicit ꝙ fratrem Corpus male tractauerat.
Duodecimum eſt, vt inductiua ad delectationes carnales omnino deuitet, vt ſunt veſtimẽta, & huiuſmodi. B. Fr. hoc egit indutus rudi, groſſa, & iſpida tunica, & ſola lectulus terra, & ſic de alijs. prout conformitate. 7. huius ſecundi libri oſtendetur. Præfatis igitur diligẽter inſpectus patebit, ꝙ ipſis fretus ad primũ gradum cõtemplationis iam dictum quis poterit deuenire. Quæ quia plenarie in patre B. F. extitere: Primum gradum contemplationis (diuina opitulante gratia) aſcendere meruit & ſtuduit. Ad ſecundum vero gradum aſcẽdere cupiens, quia magis arduus primo, ſunt aliqua neceſſaria diſpoſitiua: prout experientia patet, & ſcriptura docet.
Et primum vt omni ſolicitudine noxia fantaſmata deuitet: B F. id egit mulierũ colloquia, & aſpectus euitando, & euitari iubendo: Non enim ſecurum putabat eorum imagines intrinſus haurire, vt dicit. 5. pars legendę.
Secundum ſanctæ obedientiæ iugum cum prõptitudine ſuſcipiat. B. F. vt dicit. 6. pars legendæ,

dæ, officio prælationis cedens: vſque ad mortem Guardianum habere voluit: cui per omnia eſſet ſubiectus.
Tertium eſt, vt iudicium temerarium omnino deuitet. B. F. euitauit in ſe: & ſemel fratrẽ male iudicantem, & temerarie fecit, vt eidem diceret culpam ſuam, vt dicit. 7. pars legẽdæ.
Quartum eſt, vt amorem carnalem parentum à ſe remoueat, & abijciat. B. Fr. patri carnali renunciauit di. Vſque modo te vocaui patrẽ in terris: amodo ſecure dicere poſſum. Pater noſter, qui es in cœlis, & de hoc habes. 2. parte legendæ quomodo ſeparatus fuit ab amore parentum Chriſti dilectione.
Quintum eſt, vt omnes ſe exiſtimet meliores, & perfectiores. B. F. id egit. Nam cauſam di. quare ſe maximum peccatorum vocaret inquit. Si quantumcunque ſceleratum hominẽ Chriſtus fuiſſet tanta gratia proſequutus, & miſericordia, arbitror ſane, ꝙ plus, quàm ego Deo gratior eſſet.
Sextum eſt, vt ſuas ordinet cogitationes in Deum: vt decet. B. Fran. vt excitaretur ex omnibus ad amorem diuinum in cunctis operibus manus domini exaltabat; de omnibus ſibi ſcalam faciens, per quam conſcenderet ad apprehendendum eum; qui eſt deſiderabilis totus, vt dicit. 9. pars legendæ.
Septimum eſt, vt demonis aſtutias attendat, & fraudulẽta cõſilia, ſeu ſuggeſtiones videat, & declinet. B. F. quomodo diaboli aſtutias viderit, & ſuperauerit, dicit. 5. pars & 6. legendæ: ac quomodo declinauerit, dictum eſt cõformitate præcedenti, parte 2. & dicetur huius. 2. libri. conformitate. 1.
Octauum eſt, vt omnes vt ſe diligat; & ad id; ad quod ſe diligit. B. F. vt dicit præcedens cõformitas, omnium optabat, & procurabat ſalutem.
Nonum eſt, vt pacem habeat cum omnibus, & teneat. B. F. diuina reuelatione informatus primus fuit; qui in ſuis prædicationibus pacem nunciauit, & fratres pacem nunciare docuit; ac inter diſcordantes pacem poſuit, vt patuit de ciuitate Aretij, vt dicit. 6. pars legẽdæ: à qua expulſis demonibus ad pacem, & tranquilitatem reduxit: ſic & ciuitatem Senẽſem, vt dicit legenda antiqua: & dictum eſt libro primo. conformitate. 8. in tractatu de fratre Maſſeo eius ſocio, multoſque peccatores à pace Chriſti longinquos, vere iunxit paci, & ſaluti, vt decima conformitate primi libri patuit parte. 2.
Decimum eſt, vt linguam in otioſa verba non relaxet B. Fran. non ſolum in ſe, ſed in fratribus ſilentium voluit obſeruare, & obſeruari, vt dicit. v. pars legendæ, & 2. ac omni tempore otioſa verba vitari à fratribus. Prælibatis 10. cum 12. antedictis pro primi gradus aſcẽſu, homo deuotus diſponitur ad aſcenſum ſecundi gradus: raptus iam dicti, & contemplationis, quę omnia, quia in B. F. fuerunt ad præfatum gradus aſcenſum Dei gratia peruenit.
Verum quia gradus tertius eſt ſuper omnes arduiſſimus: ſi quis vellet ad ipſum per aſcenſum deuenire, vltra iam dicta, oportet eum quædam in ſe habere præparatiua ad huius tertij gradus aſcenſum; quæ etiam in beato patre Fran. fuerunt.
Primum eſt, vt ad Dei opera exercenda non piger, aut ſegnis; ſed promptus inueniatur, & velox B. F. quæ crucifixus mandauit de reparatione Eccleſiæ perfecit, vt dicit pars. 3. legendæ, ac opus prædicationis, ad quod a Deo fuit deſtinatus explenit, vt dicit. 13. pars legẽdæ, & dictum eſt lib. 1. conformitate. 2. & 10. & quæ ſunt Chriſti plene effecit, eius vitam per imitationem eligendo, & perficiendo.
Secundum eſt, vt amor tuus totus circa Deũ, & non creaturam verſetur. B. Fran. non ſolum id fecit; ſed prædicabat diuino amori nihil præferendum; quia ipſe nobis nihil prępoſuit, vt oſtendit. 9. pars legendę. Qualiter vero Deus ſit à nobis diligendus, dictum eſt conformitate. 12. primi libri parte. 2. cap. 2.
Tertium eſt, vt in nullo glorietur niſi in Deo iuxta dictum Apoſtoli. B. Fran. ſuper alios ſanctos omnem inanem gloriam abiecit, vt oſtendit. 6. pars legendę. Et ideo vt habetur ibidẽ dicit. In hoc itaque gloriandum ſi ſuam Deo gloriam reddimus, ſi fidem ſeruãtes ipſi quicquid donat, aſcribimus.
Quartum eſt, vt iuxta poſſe orationi ſe dedicet, & incumbat. B. F. adeo, vi mentis fuit orationi intentus; quàm ſine intermiſſione Deum orans ſpiritum contendebat Deo exhibere præſentem, vt dicit. 10. pars legendæ.
Quintum eſt, vt cordis tota attentione, & cum iubilo diuinum perſoluat officium. B. Fran. quanta deuotione, & attentione diuinum per ſolueret officium: quia in 10. parte dicitur legendæ, & conformitate. 11. huius. 2. libri dicetur: ſufficiat ad præſens, licet enim eſſet infirmus nunquam inhærere volebat alicui: ſi iti nerabat pro dicendo officio figebat greſſum, non propter pluuiarum abundantiam, aliquã do omittens, vnde non minus timorare, quã deuotẽ Deo perſoluebat. Attentio B. Fran. ad diuinum officium.
Sextum eſt, vt cor tuum totum ſatagas Deo tradere. b. Fr. domino Ieſu Chriſto ſibi apparente dum oraret dixit domino eius pedibus prouolutus. Domine, vobis totum cor meum, & corpus meum dedi. Et tunc. B. Fran. aliqua ab eo petijt, & obtinuit, vt habetur conformitate. 11. huius lib.
Septimum eſt, vt Deum præſentem tuis oculis cernas B. Fran. tam feruido in Chriſtum rapiebatur amore, vt videretur ipſi famulo Dei quaſi iugem ipſius Saluatoris ſentire præſentiam, vt ipſe dixit fratribus, vt dicit pars 9. legendę.

Octauum

Octauum eſt, vt in vitæ actiuæ actibus exercitetur, quia contemplatiua finis eſt actiuæ B. Fran. ſeruiuit leproſis, vt dicit 7. pars legendę. Et qnibus non poterat manum, porrigebat affectum, vt viij. pars legendę dicit.

Nonum eſt, vt puritatem mentis teneat, quia beati mundo corde, qnoniam ipſi Deum videbunt. B. Fran. vt dicit 5. pars legendę licet mentis, & corporis pnritatē mirabilem eſſet adeptus, lachrimis tamen non ceſſebat oculos iugiter expiare mentales, unde hac de cauſa videlicet ob lachrimas factus eſt quaſi cæcus.

Decimum eſt, vt Chriſti paſsionem iugiter meditetur, quia paſsio Chriſti eſt oſtium, per qđ ad videndum Deum intratur. B. Fran. non ſolum paſsionem domini, vt dicetur conformitate 3. tertij lib. iugitur meditatus eſt, cū Chriſtus Ieſus crucifixus intra mentis ſuæ vbera iugiter moraretur, vt dicit 9. pars legendæ, ſed & fratribus iugiter de Chriſti cruce faciebat ſermonem, vt dicit 4. pars legendæ, vnde ipſi verbo, & exemplo patris inducit, paſsionem domini die, ac nocte continuatis aſpectibus reuoluebant.

Vndecimum eſt, vt de beneficijs dininis recordetur, vt mens tepida hac recordatione incaleſcat ad diuinum amorem B. Fran. ad auditū amoris Dei excitabatur, inflammabatur, & quaſi quidam carbo ignitus diuini amoris flāma videbatur abſorptus.

Duodecimū eſt, vt in cognitione domini per creaturas aſſurgat. B. Fran. (vt dicit 9. pars legendæ) inauditæ denotionis affectu, fontalē illam bonitatem in creaturis ſingulis, tanquā in riuulis deguſtabat, & per ipſarum contuitum in viuificam conſurgebat rationem, & cauſam.

Tertiumdecimum eſt, vt ſingulari affectu, & deuotione ad ſanctos feratur, quorum inſpectione, & ſuffragijs in præſenti perueniat ad optata, B. Fran. ad Chriſtum, beatam Mariam, Michaelem Archangelum, Petrum, & Paulum, Chriſti Apoſtolos, & ad ſanctos ſpirituali deuotione ferebatur, vt dicit 9. pars legendæ, ex recordatione ſanctorum omninm tanquam lapidum ignitorū in Deificum recaleſcebat incendium.

Quartumdecimum, vt per amoris incendium, vt fecit B. Fran. vt dicit 9. pars legendæ, vt queat in dominum Ieſum Chriſtū totaliter tranſformari, hæc prædicta præparatiua ſunt ad huius aſcenſum contemplatiuum. Et quia omnia fuerunt in ſanctis Apoſtolis, Petro, Iacobo, & Ioanne, Chriſtus transfiguratus eſt ante eos, & ſe glorioſum accidentali gloria corporis, demonſtrauit. In B. Fran. vt probatum eſt, etiā hæc fuerunt. Ad iam dictos contemplatiuos exceſſus deductus eſt, vt ipſum regem gloriæ pluries videret, & ſanctos, vt eſt dictum. Iam dicta diſpoſitiua ad præfatos triplices cōtemplationis aſcenſus quam ſint neceſſaria, patere poteſt ex ſeipſis, & iam dictis in prima parte huius conformitatis, & ex ſacra ſcriptura; quæ ponit de Abrahā, quādo vidit tres viros, Gen. 18.
& vnum adorauit. De Iacob quando vidit do- Gen. 33.
minnm facie ad faciem, & ſcalam. De Moyſe, Gen. 23.
quando in monte Synai aſcendit. Et quando Exo. 20. 33
vidit Deū. De Elia, quando aſcendit ad mon Num 12.
tem Dei Oreb. & vidit domini poſteriora, & 3. Reg. 19.
de Iſa. qui vidit dominnm & de Ezech. qui vi- Iſa. 6.
dit viſiones Dei & de Stephano; qui vidit glo- Act. 7.
riam Dei, & de Paulo rapto ad tertium cœlū, 1. Cor. 12.
& ſic de alijs. Patent etiam ex dictis ſanctorū doctorum, Ioannis Caſsiani in collationibus Patrū. Vgonis de Archa Noe. Ricardi de ſancto Viſtore de archa miſtica, & in Beniamin, & ſic de alijs: videantur ergo præfata opuſcula, & apparebunt iam dicta neceſſaria ad dictorum trium graduum cōtemplationis aſcenſum. Sic ergo (dinina gratia) patet declarata ſecūda pars huius tertię conformitatis, & quo modo habeat intelligi. Franciſcus ſubleuatur.

LIBRI SECVNDI FRVCTVS quartus, & conformitas, & eſt 16. in ordine. Ieſus inopos, & modicus. Franciſcus fęderatur. Expoſitio primæ partis, ſcilicet Ieſus inopos, & modicus.

SANCTAE paupertatis, formę ſtatus, & modia mplexū multa perſuadent, vtpote. Primo eius vtilitas frnctuoſa: valet enim ad multa. Primo ad profundiſsimam humilitatē, materiam enim reſecat omuis ſuperbiæ faſtus, & ambitionis, & deponit, ſcilicet diuitias pomparum omnium teſte experientia adiumenta.

Secundo ad rigidiſsimam ſobrietatem, caſtitatem, & puritatem: Inopia enim tam veſtimentorum, quam ciborum, quam paupertas includit, caſtitatem inducit, vt dicit Iſaac ſuo libello de contemplatione: Pecunia enim, & rerum copia (teſte ſcriptura) caſtitas periclitatur.

Tertio ad legaliſsimam veritatem: Auaro (teſte eccleſiaſtico) nihil eſt ſceleſtius, nec immerito, omnia enim mala pecunia operatur.

Quarto ad perfectiſsimam liberalitatem, & pietatem: Pauper enim voluntarius, quia nihil retinere curat, libenter dat; & conſequenter pius agnoſcitur, quia ſi non poteſt cenium exhibere, dat ſaltem affectum.

Quinto ad pacificam cōuerſationem: Diſcordia enim diuitijs generatur, & rerum opulentia, vt patet de paſtorib. Abrahæ, & Loth. Ge. Gen. 13.
13. Sed

13. Sed paupertate, oppoſitum. Si enim duo
verba auferantur e mundo, ſcilicet meum, &
tuum, pacifice viuitur, ait Seneca.
Sexto ad tranquilliſsimam manſuetudinem, &
mititatem. vt enim ait beatus Gregorius. Bo-
nis mentibus paupertas cuſtos eſt humilita-
tis, & conſequenter tollit ambitionis, præſum
ptionis, & gloriæ totam materiam.
Septimo ad conſtantiſsimam fortitudinē im-
pauiditatem, & magnanimitatem. Paruipen-
dentia enim rerum, & inopia facit (teſte Boe
tio) coram latrone cantare nudum; Et in ob-
ſeſſa via pauperi pax eſt, ait Sene.
Octauo ad ſolidiſsimam fidei firmam creduli
tatem. Homo pauper verus, & voluntarius cū
ſpem à mundo remoueat, & tunc quod Deus
ipſum alat, ac ſubueniat in omnibus teneat in
cunctanter, cum ipſius amore poſſeſsis abre-
nunciauerit.
Nono ad confidentiam certam, & animi ſecu
Nota. ritatem, eis enim regnum cęlorum promittit,
Matth. 5. & 19. Et vitam æternam poſsidebunt. Mat. 19.
Decimo ad ardentiſsimam charitatem. Amor
temporalium extinguit charitatem, quia ami
Iacobi 4. cus huius mundi inimicus efficitur Dei. Cha-
ritatis venenum eſt ſpes adipiſcendorum, aut
Aug. 83. q. 36. retinendorum temporalium, vt dicit Auguſti
nus.
Vndecimo ad tenaciſsimam omnis religionis
conſeruationem, & puritatem. Facit enim obe
dientem, & caſtum, & ſobrium.
Duodecimo ad ſalutem animarum procuran-
dam. In cuius ſignum magiſter noſter Chri-
Matth. 10. ſtus hanc mandat prædicatoribus verbi Dei.
Lucæ 10. Tertiodecimo ad ſuperādam tentationis im-
manitatem. Qui volunt diuites fieri, incidunt
2. Thim. 6. in tentationes &c. ergo per oppoſitum.
Quartodecimo ad contemplationis ſublimita
tem. Ex quo enim cor remouetur à terrenis;
ad ſuperna diſponitur, & eleuatur. Moiſes etiā
calciamēta deponēdo ad ſublimia Synai aſcē
dit; Ac Apoſtoli cunctis prius relictis in mon
Matth. 6. & 17. te aſcendunt, plures aliæ ſunt paupertatis vti
litates, ſed dictæ pro præſenti ad eius commen-
dationem faciunt.
Secundo amplexum paupertatis inducit eius
efficacia, & ſalubritas virtuoſa. Efficacia enim
eius oſtenditur, quia ſui poſſeſſorem facit.
Primo mundum. Qui enim temporalia non di
ligit, immaculatum ſe ab hoc ſeculo cuſtodit,
vt dicit glo. ſuper illud Iac. Religio mūda &c.
Secundo Deo propinquum. Paſtores paupe-
res de prope, ſed Magi reges de longinquo ad
Matth. 2. Deum accedunt.
Luc. 2. Tertio expeditum. Qui mihi pondus diuitia-
rum abſtulit, me ad currendum citius expedi
uit, ait Greg.
Quarto lætum: Læta enim res paupertas eſt, ſi
læta non eſt, paupertas non eſt, vt dicit Senec.
Quintum quietum. Quid enim in hac vita la-
borioſius, quam terrenis deſiderijs extuare?
Quid quietius, quam nihil huius ſeculi appe-
tere? ait Greg.
Sexto ſecurum. Magna eſt ſecuritas cordis ni-
hil habere concupiſcentiæ ſecularis, vt dicit
Grego. & Senec. vt dictum eſt (inquit.) In ob-
ſeſſa etiam via pauperi pax eſt.
Septimo liberum, quia à peccato liberat am-
bitionis diuitiarum, qua homo ſeruus pecca-
ti efficitur, vt clamat ſcriptura.
Octauo deo acceptum. Pauperes per Nabu-
chodonoſor in terra dimittuntur diuitibus
exinde ablatis.
Nono purum, & nitidum, quia caminus pur- Iere. vlt.
gans eſt paupertas. Et concludi poteſt, quod Iſa. 45.
efficacia paupertatis in hoc oſtenditur, quia
reddit hominem cunctis virtutibus adorna-
tum, & decoratum. Vallis enim auaritiæ mul-
tos puteos bituminis habet, id eſt peccatorū,
ſed paupertas nullum, ac ad cęlum dirigit; pa
tet in Lazaro mendico ad ſinum Abrahæ ab An
gelis portato, & in diuite ſepulto in inferno.
Tertio inducunt ad paupertatis amplexum, Lucæ 16.
ſcripturæ colloquia. Sacra ſcriptura dicit Sanctę paupertatis ſponſa, & quantum comendet a Deo.
Deum de pauperibus curam habere. Tibi de-
relictus eſt pauper &c.
Ipſos reſpicere. Oculi eius in pauperem reſpi-
ciunt. Pſal. 9.
Orationem exaudit. Pauper clamauit, & do- Pſal. 10.
minus exaudiuit eum &c. Deprecatio paupe- Pſal. 33.
ris ex ore, vſque ad aures altiſsimi perueniet. Eccl. 21.
Conſolationem dat. Paraſti in dulcedine tua Pſal. 67.
pauperi Deus &c.
Liberat eum. Liberabit pauperem a potente Pſal. 71.
&c. & Aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluum fa- Pſal. 108.
ceret &c.
Non vult ipſum deſpici. Qui deſpicit paupe- Prou. 17.
rem, exprobrat factori ſuo.
Vult ſibi ſubueniri. Qui obturat aurem ſuam Prou. 21.
ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, &
non exaudietur.
Non vult lędi. Non facias violentiam paupe- Prou. 22.
ri, nec conteras egenum in porta; quia domi-
nus iudicabit cauſam eius, & configet eos; qui
fixerunt animam eius.
Roborat. Fortitudo pauperis factus eſt do- Iſa. 25.
minus.
Reſpicitur. Ad quem reſpiciam, niſi ad paupe Iſa. 65.
rem &c. Et pauperum ſuorum dominus miſe-
rebitur.
Eis dat regnum cęlorum. Ipſorum eſt regnum Iſa. 49.
cœlorum. Matth. 5.
Erudiuntur ab ipſo. Pauperes euangelizantur, Matth. 11.
& multa alia ponit ſcriptura Domini circa pau-
peres exercere, quæ omnia ſtatum commen-
dant paupertatis, & conſequenter eius ample
xum ſuadent.
Quarto ſuadet paupertatis amplexum docto
rum facunda loquutio. Paupertas non eſt con
temnenda, quia Chriſtus eam dedicauit 12. q.
2. cap.

2. cap. Gloria Paupertatem Deus voluit eſſe, vt ſuſtinenres per patientiam coronarentur,& diuites in ipſis mererentur diſt.47.cap.Dicit. Onuſtus pondere auri Chriſtum ſequi non poteſt 12 q 1.Expedir 12.q.2.Socrates. Paupertas rerum non eſt mala reputanda, nec in numero malorum computanda 15.q.1.illa.

Quãta mala pariant diuitię.

Doctores vero commendare paupertatem volentes,aliqui de directo,nonnulli vero exprobrando diuitias, & defectus earum pãdentes, quam bona eſſet paupertas per locum ab oppoſitis declarauerunt.Er quia contraria iuxra ſe poſita maxime eluceſcunt,videndũ eſt quid de diuitiarum malis ipſi ſunt locuti.Er demũ paupertatis per ipſos commendationem erit facilior acceſſus.

Diuitiæ à doctoribus oſtendũtur prauæ.

Primo quia non ſunt noſtræ.

Caſsianus in collatione abbatis inquit. Has viſibiles diuitias mundi relinquentes non noſtras; ſed alienas abiicimus facultates;quamuis eas gloriemur,vel noſtro labore quæſitas, vel parentum hæreditate ad nos tranſmiſſas. Nihil enim noſtrum eſt,niſi hoc tantum;quod corde poſſeſſum, arque animæ noſtrę cohærens, à nemine prorſus poteſt auferri.

Boetius 2.de conſolatione. Nunquam tua faciet eſſe fortuna, quæ à te natura rerum fecit aliena.

Tullius in paradox. Nihil meum,vel cuiuſquã alterius eſt,quod auferri, vel amitti poteſt.

Valerius vero dicit.Caduca nimium, & fragilia puerilibus cõſentanea crepundijs ſunt iſta, quæ videntur, & opes humanæ vocantur, affluunt enim ſubitoq; dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus innixa radicibus, ſed incertiſsimo ſtatu fortunæ, huc acta, & illuc,quos in ſublime extulerunt in prouiſo receſſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt.

Secundo quia temporaliter plura mala diuitię inferunt.

Dant enim laborem in acquirendo.

Horatius.Impiger extremos mercator currit ad indos. Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes &c.

Dant ſollicitudinem in procurando. Auguſtinus de verbis domini. Quæ eſt iſta auiditas concupiſcentiæ cũ & ipſæ belluæ habeant modum? tunc rapiunt quando exuriunt,parcunt vero prædæ cum ſenſerint ſacieratem.Inſaciabilis eſt ſola auaritia diuitum,ſemper rapit,& nunquam ſaciatur; nec Deum timet; nec hominem reueretur; nec patri parcit; nec matrẽ cognoſcit; naturæ fratri non obtemperar;nec amico fidem ſeruat; viduam opprimir pupillum inuadit liberos in ſeruitutẽ reuocat; teſtimonium falſum ferr; res occupantur,mortui; quaſi & qui faciunt nõ moriantur.Quæ eſt iſta animarum inſania amittere vitam, appetere

Notã.

mortem,acquirere aurum, & perdere cęlum? Secundus philoſophos interrogatus quid ſunt diuitiæ reſpondit Auri pondus.curarum miniſter.verecũda delectatio, inſatiabilis inuidia, deſiderium inexplebile, os excelſum: inuiſa concupiſcentia.

Bernardus di. Diuitiarum amor inſaciabilis eſt, longe amplius torquet animam,quam refrigeret vſu ſuo,quorum acquiſitio quidem laboris, poſſeſsio timoris, amiſsio plena doloris inuenit.

Dant rimorem in cuſtodiendo. Boetius 2 de conſola.O præclara opum mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris ſecurus eſſe deſiſtis.

Iuuenalis. Pauca licet portes argenti vaſcula puri.Nocte iter ingreſſus gladium cũctumque timebis. Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.Cantabit vacuus coram latrone viator.

Beatus Grego. in lib. moralium exponens illud Iob Si expaui ad multidinem nimiam.Inquit. Magna eſt ſecuritas cordis nil habere cõcupiſcentiæ ſecularis?nam ſi ad terrena adipiſcenda cor inhiar, ſecurum tranquillumq; eſſe nullatenus poteſt, quia aut non habita concupiſcit,vt habeat, aut adepta metuit,vt non amittat. Et dum in aduerſis ſperat proſpera, & in proſperis formidat aduerſa huc illucq; quaſi quibuſdam fluctibus voluitur, ac ſic per modos varios rerum alternantium mutabilitate verſatur. Si vero ſemel animus in appetitione ſupernæ patriæ forti ſtabilirate figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur hæc Grego.

Dant dolorem in perdendo. Seneca de tranquilitare animi.Facilius eſt quibuſdam non acquirere pecuniam; quam amittere: Ideoque lætiores videbis, quos nunquam fortuna reſpexit; quam quos deſeruit.

Iſidorus 3.de ſummo bono. Qui bona mundi diligit velit nolit timoris,& doloris pęnæ ſuccumbit.

Iuuenalis. Ploratur lachrimis amiſſa pecunia veris.

Tertio diuitiæ ſpiritualiter incommoda multa ingerunt. Verſus. Diuitijs hi morbi vix curantur medicina. Faſtus ſegnities gula gloria vana rapina. Otia mollicies fiducia falſa cupido. Iurandi ſpecies falſum,fraus atque libido. Et ſic eſſe patet dictis ſacræ ſcripturæ, & doctorum,quæ ad præſens omitto.In ſpeciali tamen retrahunt à diuinis.

Chriſoſtomus,qui vult Deũ amare neceſſe eſt vt diuitias odiat, qui autem voluerit diuitias amare,neceſſe eſt,vr Deum odiat.Replent, vt dictum eſt omnibus malis,& peccatis,vt dicit Apoſtolus.Qui volunt diuires fieri incidunt in tentationes,& in laqueum diaboli, & in deſideria multa,& inutilia,& neceſſaria,quę mergunt 1.Thim.6.

gunt homines in interitum,& deſperationem, radix enim malorum eſt cupiditas.

Matth. 19. Priuant homines regno cęlorum. Difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum &c. Gregorius valde rarum eſt, vt qui aurum poſsidet ad requiem tendant. Multa alia mala ſacra ſcriptura, & doctores diuitijs dicunt in ipſarum deteſtationem, ſed ſufficiant prædicta.

Et per oppoſitum paupertatem laudant, & frugalitatem dicentes ipſa, vltra iam dicta in principio huius, culpam patratam expiari. Caminus paupertas ab Iſa. vocatur, quia ipſa vitiorum ſordes expurgantur. Dicente beato Gregorio in Homelia de Lazaro & diuite. Mala inquit Lazari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit fęlicitas tranſeuntis vitæ. Illum paupertas afflixit, & terſit. Iſtū abundantia remunerauit,& repulit. Quicunque ergo in hoc ſeculo bene habetis, cum vos bona egiſſe recolitis, valde de eis pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas eorundem remuneratio ſit bonorum. Et cum quoſlibet paupe res non nulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere; quia fortaſſe, quod animal, quos ſuperfluitas tenuiſsimæ paupertatis inquinat, caminus paupertatis purgat de vobis omnino pertimeſcite, quia nonnulla ēt male acta proſpera vita ſequuta eſt. De illis vero ſollicite penſate, quia eorum vitam magiſtra paupertas excruciat, quouſque ad rectitudinem perducat. Subtrahitur ipſa occaſio peccandi, quæ ex diuitijs oritur (dicente Chriſoſtomo ſuper Epiſtolam ad Hebręos ſermone ſecundo) Chriſtianus in pauperie conſtitutus magis quam, cum diuitijs irradiat. Quomodo hoc? quia excludit à ſe ſuperbiæ typum. Non erit arrogans, ſed patiens obtemperans,& pudicus,& miris, & ſapiens. Qui vero in diuitijs conſtitutus eſt, multa illum ad hæc bona præpediunt. Inſpiciamus ergo, quę ſunt, quę diues operatur. Rapit aliena, extuat cupiditate, nefandos non deſinit perpetrare concubitus, maleficia cuncta committit. Nonne hæc vniuerſa ex diuitijs conſpicis perpetrari, & generari? Intueris quomodo in pauperie magis quā in diuitijs virtutes facilius poſsidemus. Nec mihi dicas, quia in hac vita diuites nullā vindictam ſuſcipiunt. Nam cum omnibus malis ſuis hoc etiam malum habent diuitiæ, quia malignitate peccantes ab vltionibus tuentur. Et qui diuitias poſsidet ſemper peccans nulla pęna reuocatur, ſed ſine vllis remedijs vulnera ſuſcipit peccatorum,& fręnum illis nullum imponit. Et ſermone 18. inquit. Nemo cauſetur de paupertate, tanquam cauſa ſit multorum malorum, neque obloquatur de Chriſto qui perfectionem illam dixit. Si vis perfectus eſſe, hoc enim ipſe,& verbis dixit,& operibus oſtendit,& per diſcipulos ſuos docuit. Sectemur ergo paupertatem. Maximū quippe bonum eſt.

Laudes, & bona ſanctæ paupertatis.

Nihil enim opulentius eo, qui paupertatem ſponte diligit, & cum alacritate ſuſcipit. Abſcindit vitiorum radices. Chriſoſtomus ſermone eodem. Radix prima malorū eſt amor corporum, qui paupertate abſcinditur. Secunda radix eſt, timor male humilians, quem tollit paupertas, diues ſeruus eſt, obnoxius exiſtens damnis, & tribuens omni volenti eum nocere. Pauper nihil habens proſcriptionem non timet neque condēnationem, valde enim fortis eſt pauper, & non habet vnde iniuriam patiatur.

Habetur ipſa virtutis exercitium. Ambroſius libro primo de officijs. Non poteſt quis præmium accipere, niſi legitime certauerit; neque glorioſa eſt victoria, vbi non fuerint laborioſa certamina. Ideoque dominus in euangelio. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. non dicit beati diuites ſed pauperes. Inde enim incipit beatitudo diuino iudicio, vbi erumna extimatur humana. Hæc Ambroſius. Conſtat enim quod erumna non eſt in paupertate ratione contemptus rerum in mente, ſed ratione penuriæ temporalis, quā ſuſtinemus in corpore.

Virtus probata ea cuſtoditur. Hieronimus ad Paulinum. Crates ille Thebanus homo quondam ditiſsimus, cum ad philoſophandum, Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, nec putauit ſe virtutes poſſe ſimul,& diuitias poſsidere. Denique & tu audita ſententia ſaluatoris. Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes,& da pauperibus, & veni ſequere me. Verba vertis in opera,& nudam crucem nudus ſequeris, & leuior ſcandis ſcalam Iacob. Puriſque manibus, & candido pectore pauperem te ſpiritu,& operibus gloriaris.

Merces ea promeretur æterna. Chriſoſtomus ſermone ſecūdo ſuper epiſtolam ad hebræos. Non habentes diuitias non propterea doleamus, ſed gratiam magis Deo,& domino referamus, quia nos paruo labore eandem mercedem poterimus, quam diuites promereri, & ſi voluerimus etiam ampliorem, nam ex paruis magna lucramur.

Securitas ea vt dictum eſt obtinetur in præſenti ſeculo, dicente Chriſoſtomo Homelia vltima ſuper Mat. Diuitem neceſſe eſt multis indigere,& turpiter ſeruire,& formidare,& ſuſpicari,& timere, eorum, qui ſuſpicantur oculos; & calumniatorum ora, auarorum cōcupiſcentias, ſed non paupertas eſt aliquid tale, ſed cōtrarium vniuerſum. Regina eſt, furibus non ſubiecta, ſed munita, portus tranquillus, paleſtra, & gimnaſium phyloſophiæ. Audite quicunque pauperes eſtis, magis autem,& quicunque ditari concupiſcitis. Non pauperem eſſe malum eſt, ſed non velle pauperem eſſe, neque malum exiſtima paupertatem,& non erit tibi malum.

Facit etiam ſecuros, & dat ſecuritatem in futuro iudicio. Bernardus ſuper pſal. Qui habitat. Fœlix paupertas voluntarie relinquentium omnia, & ſequentium te domine Ieſu. Fœlix planæ quæ tam ſecuros, immo & tam glorioſos facit in illo ſingulari fragore electorum, in illo tremendo examine meritorum, in illo tātō diſcrimine iudiciorum. Culmen iudiciariæ poteſtatis in futuro iudicio impendit, dicente beato Gregorio ſuper illud Iob. Deridetur iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus ſtatutum. Statutum quidem contemptæ lampadis tēpus, eſt extremi iudicij prædeſtinatus dies. Tunc oculis reproborum pateſcet, quod cæleſti poteſtate ſubnixi ſunt, qui terrena omnia reliquerunt: Quiſquis enim diuini amoris ſtimulo excitatus hoc poſſeſſa reliquerit, illuc proculdubio culmē iudiciariæ poteſtatis obtinebit. Vt ſimul tūc iudex cum iudice veniat, qui nunc conſideratione iudicij ſeſe ſpontanea paupertate caſtigat. Et Bernardus ſermone cap. li. Duo inquit habet paupertas ſequentium dominum afflictionem ſcilicet, & vilitatem. De quibus propheta Vide (inquit) humilitatem meam, & laborem meum. Et propterea in terra ſua duplicia poſsidebunt, vt pro pudore ſit honor iudiciariæ poteſtatis, pro labore refrigerium perlucidiſsimæ ſeſsionis.

Conſolationem ſuperinducit. Chriſoſtomus. Homelia quarta ſuper Mat. Deſcendamus inquit ipſe ad paupertatis caminum, videamus, qui ambulant in eo, & elatorum colla conculcant. Videamus miraculum, & paradoxum alias paradiſum hominem in camino pſallentem, hominem in igne gratias agentem, paupertati vltimæ alligatum, & multam ferentem Deo benedictionem. Et enim pueris illis tribus ſimiles ſunt, qui paupertatem cum gratiarum actione fuerunt. Nam, & igne terribilius paupertas incendere conſueuit. Sed pueros illos nequaquam incendit ita & nunc, ſi in paupertate gratias egeris vincula diſſoluuntur, & flamma extinguitur, & ſi nō extincta fuerit pro multo, mirabilius pro flamma ros orietur. Quod in phyloſophantibus eſt videre, quoniā in paupertate diuitibus coperioſius diſponuntur, & in medio camino rore puro potiuntur. Et enim maximus eſt ros non detineri concupiſcentia diuitiarum. Et illi tunc regem contemnentes facti ſunt rege clariores, & tu vtiq; ſi deſpexeris mundana negotia, omni mundo eis honorabilior ſecundum ſanctos illos, quibus dignus non erat mundus: vt igitur dignus cælis efficiaris, deride præſentia, ita enim, & hic eris clarior, & futuris bonis potieris, hæc Chriſoſtomus.

Facit prudentia decorari, dicente Gregorio 10. moral. Prudentia iuſtorum eſt pro maledicentibus orare; paupertatem quærere, poſſeſſa relinquere; rapienti non reſiſtere; percutienti maxillam alteram præbere.

Iuſtitia inſignit. Hieronimus ad Heliodorum. Perfectus Chriſti ſeruus nil habet præter Chriſtum, aut ſi habet aliquid præter Chriſtum, Chriſti ſeruus non eſt. Et idem Hieronymus. Nemo melius errogat, quam qui ſibi nihil reſeruat.

Temperantiam exhibet, dicente Ambroſio ſuper Luc. Beati pauperes ſpiritu. Habens temperantiam, quæ eſt optima virtutum, à peccato abſtinet; ſeculum calcat, illecebroſa non quærit, fortitudinem ſubminiſtrat, patuit in Apoſtolis, de quibus dicit Dam. libro 3. Euangelium diuinæ cognitionis prædicatum eſt, nō bellis, & carnis exercitibus aduerſarios deuincens, ſed pauci nudi pauperes, & illiterati, vcerati, & mortificati crucifixum carne mortuum prædicantes, ſapientibus, & inſipientibus præualuerunt.

Mirabilem reddit. Chriſoſtomus. Homel. 46. ſuper Mat. loquens de Apoſtolis. Non inquit, facere ſigna, facit Apoſtolos mirabiles. Multi enim demones proicientes, quia iniquitatem operati ſunt, non ſunt facti mirabiles; ſed puniti. Sed quid inquam eſt, quod eos magnos oſtendit? Reſpondit pecuniæ cōtemptus, gloriæ deſpectus; ab omnibus huius vitæ negotijs ereptio, quia ſi hoc non habuiſſent, & ſi decem milia mortuos ſuſcitaſſent, non ſolum nulli profeciſſent, ſed & ſeductores extimati eſſent.

Humilitatem dat, & conſeruat, vt dicit Gregorius. primo Dial. Paupertas ſolet eſſe cuſtos humilitatis.

Sapientiæ ſtudio conuenit dicente Sene. epiſtola 17. Multis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ, paupertas autem expedita ſecura eſt: aut ergo pauper ſis, aut pauperi ſimilis, ſi animo vis vacare. Hieronymus. Epiſt. lib. Quādiu verſamur in rebus ſeculi, & anima noſtra poſſeſsionum, ac redituum procuratione deuincta eſt, de Deo libere cogitare non poſſumus. Auguſt. ſuper pſalm. Omnis philoſophiæ nobis magiſtra eſt inopia. Non ita laudamus Ioſeph cum frumenta diuidebat; ſicut cū carcerem habitabat.

Diuitem hominem reddit dicente Valerio li. 4. cap. 10. Omnia nimirū habet; qui nihil concupiſcit, eo quidem certius, quo cuncta poſsidet. Dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis vſurpatio, nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum, itaque quorſum attinet, aut diuitias in prima fœlicitatis parte, aut paupertatē in vltimo miſeriarum ponere, cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta, & huius horridior aſpectus ſolidis, ac certis bonis abundet. Notandum.

Ad vitam æternam perducit. Auguſt. de verbis Apoſtoli. ſermone 28. Non tibi diſpliceat paupertas

pertas tua; nihil ea ditius poteris inuenire. Vis diſcere, quam locuplex ſit; cœlum emit. Quibus theſauris conferri poteſt, quod paupertati videmus indultum, vt ad regnum cœlorum veniret? Bernardus in ſermone de omnibus ſanctis. Vis obtinere regnum cœlorum? paupertatis vilitatem amplectere; & tuum erit regnum cœlorum pauperum eſt, beatus, qui poſt illa non abijt, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, & amiſſa cruciant. Multa alia à doctoribus attribuuntur paupertati ad ipſius cõmendationem; quæ ad paupertatis amplexũ debent inducere prudentes, & ſi (vt dicit Hieronymus, & Seneca, ob alia paupertas non eſſet diligenda, ob hoc tamen eſt amanda, quia à quo amaris oſtendit, & (vt dicit Chriſoſtomus) portus tranquillus eſt Sufficiunt præfata ad inducendũ nos ad paupertatis amplexũ. Quintum inducens ad paupertatis amplexum eſt exemplorum multiplicitas. Paupertatem ſtricto, & firmo vinculo dilexerunt ſancti viri, videlicet Elias vt docet liber Regum tertius,
4. Reg. 5. & principium quarti Eliſeus pecuniam oblatam à Naaman ſiro ſpreuit, & in paruis caſellulis circa fluenta Iordanis cum filijs habitauit prophetarum. Apoſtoli dictis omnibus ſe
Matth 19. tuti ſunt dominum. Sic & multi ſanctorum omnia relinquẽtes, vtpote B. Laurentius, Martinus. Benedictus. Antonius abbas. Hilarion; Paulus primus Eremita, Hieronymus, Machatij tã Egiptius, quam Romanus. Abbas Iſaac; & ſic de alijs ſanctis, quorum non eſt numerus vt patet legenti vitas patrum, & paſsiones ſanctorum, qui mundana contemnentes, paupertatem complexi ſunt brachijs totius amoris Chriſtum dominum in hoc præcipuè imitantes. quorum geſta, quo ad hoc, quia patent intuentibus non refero, ſed ſolum ſanctos dimittendo tranſeo ad infideles, & paganos, de quibus minus videtur, qui tamen hanc nobilem Margaritam videlicet paupertatem toto opere perſtrinxere, ſicut de pluribus recitat Vale-

Xenocrates, & multi alij pagani paupertatem dilexerunt

rius in ſuo libro; vtpote de Xenocrate, quem Alexander Macedo corrumpere pecuniam attentauit, ſed non valuit, prout recitat Valerius lib. 4. cap. 3. in fine.

De Diogene Cinico, cui cum offerrentem ab Alexandro plura, & ſi qua vellet præſtare eidẽ polliceretur, ſpreuit cũcta, & ſubdit Valerius ibidem Alexander Diogenem gradu ſuo diuitijs pellere tentat, celerius Darium armis.

De Bia; qui capta ſua patria nihil abinde aſportare voluit. Et de cauſa interrogatus, reſpondit, quod illa ſua bona nõ erant (inquiẽs) bona mea mecum porto, pectore enim illa geſtabat non oculis videnda, ſed animo extimanda, vt dicit Valerius li. 7. Rubrica 2. c. 20.

De Anaxagora; qui poſt longum tẽpus in ſtudio exactum cum reuerſus ad propria poſſeſſiones deſertas vidiſſet inquit. Non eſſem ſaluus; niſi iſtæ perijſſent. Valerius libro 8. Rubrica 7 cap. 12.

De Scipione Africano, dicit Valerius li 3. c. 7. quod in concione habuit de ſe, & fratre ſuo Scipione Aſiatico dicere. Cum totam Africã poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea, quod dicerem meum præter cognomen retuli. Non ergo punicæ me, non fratrem meum Aſiaticæ gazæ auarum reddiderunt; ſed vterque noſtrũ inuidia magis, quàm pecunia locupletior eſt.

De Valerio Publicola dicit lib. 4 Rubri. 4. c. 2. qui cum poſt expulſionem poteſtatis regiæ ab vrbe fuiſſet primus Conſul, & tres Conſulatus acceptiſsime peregiſſet, tantæ fuit paupertatis, quod patrimonium ad impẽſam exequiarum eius defecit, ſed publica pecunia ductæ ſunt.

De Menenio Agrippa; qui poſuit pacem inter ſenatum, & plebem, tantæ fuit paupertatis, & pecuniæ inops; vt ſepulturæ honore caruiſſet, niſi publica pecunia ſuccurriſſet, ait Valerius lib. 4.

De Gneo Scipione, & Fabricio. Idem Valerius lib. 4. Rubrica 4. cap. 10. & 11. ponit, quod voluntarie pauperes adeo fuerunt, vt hæreditas ad maritandum filias non ſufficeret, ſed per ſenatum (dote data) nuptui ſunt traditæ,

De Attilio ponit idem Valerius libro 4. Rub, cap. 6. quod ſpargens ſemen in agro, acceritus fuit ad regimen Reipublicæ, quo glorioſe peracto ad opus agriculturæ redijt, & ſubdit Valerius, poteſt pauperes conſolari Attilius; ſed multo magis docere locupletes, quam ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidi anxia diuitiarum comparatio,

De Marco Curio ponit lib. 4 Rubri. 3 cap. 3 ꝙ oblata ſibi à Samnitibus munera ſpreuit, Ipſe enim fuit exactiſsima norma Romanæ frugalitatis, & Samnitum diuitias ſpreuit dicẽs præfatis. Narrate Sãnitibus Marcum Curium male locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem excogitatum munus refertote, & mementote me; nec acie vinci; nec pecunia corrumpi poſſe. Idemque Pirro rege deuicto ex præda nihil cepit, nec à ſenatu etiam ſibi oblatum,

De Fabricio loco præfato dicit Valerius, ꝙ redactis Samnitibus in ſeruitutem ab eis cuncta tranſmiſſa remiſit. Et ſubdit, quod Fabricium locupletem faciebat nõ multa poſsidere; ſed pauca deſiderare.

De Gatillo Tuberone Fabricij diſcipulo loco iam dicto ponit Valerius, quod dum eſſet Conſul omnis vſus vaſa argentea magno pondere, & arte exquiſita, gens Etholorum per legatos miſiſſet, cuncta ſpreuit, & remiſit. Idem ponit de Paulo, qui Xerſe Rege deuicto nihil accepit; ſed alijs dedit. De victoria illa alij pecuniam, ipſe vero gloriam accepit.

De Fabio

De Fabio Gurgite, Numerio pictore, & Quinto Egolino dicit Valerius ibidem: ꝙ legati miſsi ad Ptolomæum Regem munera eis tranſmiſſa ab ipſo Rege ſenatui detulerunt, nil niſi laudem bene adminiſtrati officij accipientes.

De Calphurnio Piſone. Idem dicit: ꝙ liberata Sicilia à fugitiuis donis datis auxiliatoribus; nihil ſibi, nec filio dedit, nec accepit.

De Democrito dicit Valerius. Lib. 8 rub. 7 ꝙ tot habuit diuitias à patre, ꝙ exercitui Xerſis epulum dare potuiſſet de facili: tamen patrimonium ſuæ dedit patriæ parua retenta ſumma; qua ſuſtentaretur in ſtudio litterarum.

De Crate Thebano ponit beatus Hieronymus in epiſtola ad Paulinum. ꝙ magnum auri pondus in mari proiecit: nec putauit ſe poſſe ſimul virtutes, & diuitias poſsidere. De multis alijs ſunt exempla quomodo paupertatem prę cunctis amauere. & amant: videlicet.

De Bragmanis, qui de contemptu diuitiarum ſingulariter laudantur: Nam dona ab Alexandro miſſa rege Macedoniæ, videlicet aurum, argentum, veſtes, panes, & oleum præter vltimum de quo fecit Deo ſacrificium, de præfatis nihil accepit didaſcalus eorum.

De Gimnoſophiſtis philoſophis iudęorum; qui adeo cuncta terrena deſpiciunt, vt nudi ſemper incedant in Indiæ ſolitudinibus commorantes. Prædictis igitur exemplis alijſque pluribus; quæ omitto cauſa breuitatis, patet quomodo Gentiles, & Pagani frugalitatem, ideſt paupertatem dilexerunt. Et ſic tam ſancti, quàm philoſophi, & Gentiles perſtringendam aſtruunt paupertatem.

Sextum inductiuum vt ſupra. Sextum inductiuum ad paupertatis amplexũ eſt Saluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti ad paupertatem amor, dilectio, & intimitas: nã

1. Cor. 8. vt dicit Apoſtolus. Propter nos egenos factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia diuites eſſemus. Quod enim Dominus Ieſus fuerit pauper, patet euangelia intuenti: Volens enim incarnari, de pauperibus parentibus naſci voluit: vtpote de paupere matre. Nam vt dicit Beda ſuper illud Matth. Qui mihi miniſtrat me ſequatur, Conſideremus qua via graditur, vt eum ſequi mereamur. Ecce cum dominus ſit, & creator Angelorum ſuſcepturus naturam noſtram; quam condidit, in vterum virginis venit: naſci tamen in hoc mundo per diuites noluit, parentes pauperes elegit. Et Chriſoſtomus ſuper Matth. Homelia. 8. Pariens quidem virgo filium confeſtim illum declinauit, quia multis conuenientibus propter deſcriptionem, nequiuit domum inuenire. Sed quid fuit; quod ſuaſit Magos adorare? Nihil enim ſenſibilium magnum erat illic, ſed præſepe, & tugurim, & mater pauper, vt nudã Magorum videas philoſophiam. Et in Homelia Epiphanię. Idem Chriſoſtomus de Magis loquens ſic dicit. Viderunt pandochium tenebroſum, & ſordidũ magis animalibus, quàm hominibus aptum: in quo nemo erat contentus ſecedere, niſi itineris neceſsitate coactus: matremque vix tunicam habentem vnam, nõ ad ornatum corporis; ſed ad tegumentum nuditatis proficientem; naſcendo non, vt diues: ſed vt pauper naſci complacuit, vt pauper in diuerſorio gignitur, non in ſua; ſed aliena domo. Natus vero, propter inopiam loci in præſepio brutorum animalium ponitur, vt dicit Anſelmus. libro de ſacramentis: pannis inuoluitur vilibus: lignum ei pro culcitra ſternitur; Boui, & Aſino aſſociatur: A paſtoribus, & Magis pauper inuenitur; non agnus, ſed par turturum, ſeu duo pulli columbarum in ſacrificio (vt dicit Beda) pro eius redemptione à matre domini dantur. In Aegypto cum ſumma paupertate per ſeptẽnium; quo ibi permãſit à matre nutritur. Patri putatiuo, ſ. Ioſeph pauperi iungitur, & ab ipſo educatur. Duodecim annorum cum eſſet per triduum; quo in Ieruſalem permanſit ſtipem, vt pauper oſtiatim quæſiuit (vt dicit deuotus Bernardus.) Per annos triginta pauperrime vixit nutritus, (vt dicit Bernardus) colo, & acu ſuæ matris. A paupere baptizari voluit. ſ.

Ioanne Baptiſta. Diſcipulos pauperes elegit, Matth. 4.
& omnibus dimiſsis, cum eſſet verbo glorioſus, Matth. 4. & 19. & opere. vbi caput ſuum reclinaret non habuit. Cum tamen vulpes foueas habęant
glo, Quid me propter lucra ſeculi vis ſequi, Matth. 9.
cum ita ſim pauper, vt nec hoſpitiolum; quod meum ſit habeam? Et idem dicit Chriſoſtomus in ſermone de traditione Iudæ, & Anſelmus de ſacramentis; nec valet dicere, ꝙ Chriſtus non habuit hoſpitium proprium; ſed cõmune: quia ſi ſic diſcipuli illud non ignoraſſent: nec paſsione appropinquante diſcipuli eidem dixiſſent. Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Vt pauper cibo alieno ſuſtentatus eſt, vt dicit Hieronymus in epiſtola ad Ne
potianum, vt habetur Luc. Matth. & Mar. Lucæ 9.
Beatus Franciſcus dicit in prima regula, ꝙ Matth. 27. Mar. 15.
Beata Maria, & Chriſtus de eleemoſynis vixerunt.

Prædicationem ſuam poſtquam diſcipulos incępit habere, à perfectione paupertatis incępit Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Apoſtolis paupertatem commendauit & ha- Matth. 10.
bere voluit: quando habere argentum, & au- Luc. 9.
rum, & ſic de alijs eis interdixit; quod eis oſtẽdit prius opere, & per opera, vt dicit Chriſoſtomus, & hoc quando ait filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.

Eum ſequi volẽti omnia dari pauperibus de
mandauit. Vade & vende omnia quæ habes, Matth. 19.
& da pauperibus, & veni ſequere me. Ad ſol
uendum tributum, quod daret non habuit. Et Matth. 17.
ſi dicatur,

Io.12.13. ſi dicatur. Nonne Iudas habebat loculos? quare & ad ſoluendum Chriſtus habuit. Reſpondet Auguſtinus ſuper Pſal. c. 3. & Vgo de ſancto Victore ſuper Pſal. Bonum eſt confiteri domino. Et decretalis domini Innocentij tertij, poſita de verbo. ſigni. Exijt. di. Sic Chriſtũ dicitur loculos interdum habuiſſe. Nam ſic ipſe Chriſtus: cuius perfecta ſunt opera in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, ꝙ interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret: ſic infirmorum perſonam Chriſtus ſuſcepit in loculis: ſic & in nonnullis alijs infirma humanæ carnis aſſumens, prout euangelica teſtatur hyſtoria: non tamen carne, ſed & méte condeſcendit infirmis. Sic enim humanam naturam aſſumpſit, ꝙ in ſuis operibus perfectus exiſtens: in noſtris factus humilis, in proprijs permanſit excelſus. Sic & ſummę charitatis dignatione ad actus quoſdã noſtrę perfectioni conformes inducitur: ꝙ à ſumma perfectionis rectitudine non curuatur. Egit nãq; Chriſtus, & docuit perfectionis opera; egit etiam & infirma, ſicut interdum patet in ſuga, & in loculis. Sed vtrunque perfectè perfectus exiſtens: vt perfectis, & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet; qui vtroſque ſaluare venerat. qui tãdem mori voluit pro vtriſque. hæc Decretalis. Idem dicunt Auguſtinus, & Vgo locis præallegatis, ꝙ Chriſtus in loculis infirmorum perſonam ſuſcepit, & imperfectorum. Chriſtus, (vt dicit Vgo) in numero imperfectorum inueniri voluit: ne præſumerent non accipientes, & confunderentur accipientes, & extimaretur non eſſe chriſtianus faciens, quod noluit facere Chriſtus. Sic ergo patet de loculis.

Paupertatem diligere oſtendit in corporis amictu, duas tunicas non habendo, ſed vnam: quia quod vetuit Apoſtolis ipſe in ſe non aſſumpſit. Prohibuit, Apoſtolos duas tunicas
Math. 10. habere. Sic & in inceſſu, vtpote in pedibus calciamenta non habens (dicente Hieronymo ad Euſtochium) Diſcipuli ſine calciamentorum onere, & vinculis pellium ad prędicationem noui Euangelij deſtinantur, & milites veſtimentis Ieſu ſorte diuiſis; calligas non inuenerunt; quas tollerent: nec enim poterat habere dominus, quod prohibuerat in ſeruis. Conſortium pauperum amauit, & dilexit: Paruus cõſortium habuit pauperum. ſ. Mariæ matris, & Ioſeph. Duodénis ſpreto doctorum, & diuitum conſortio, inter pauperes mendicãdo ſtetit, & ad matrem pauperem, & Ioſeph acceſsit. Virilis ætatis factus, pauperes diſcipulos elegit. Pauperibus Euangelium inclamauit: ſanitatum beneficia indulſit. Ad pauperem ſeruum Centurionis accedere voluit, diuiti hoc denegato. Vt pauper nudus pependit in cruce; nec mortuus, vnde inuolueretur ex ſe habuit. In alieno ſepulchro ponitur. & tumulatur. Quibus omnibus patet clare dominum Ieſum Chriſtum regẽ regum paupertatem dilexiſſe, tenuiſſe, & aſtringendam ex hoc à fidelibus docuiſſe. Sic ergo patet quomodo dominus Ieſus Chriſtus (vt dicit prima pars huius quartæ, conformitatis) fuit inops, & modicus, id eſt, mẽdicus. Sed quæ fuit cauſa? Certe vt rerum vbertatem contemnendã oſtenderet, & paupertatem cæterarum virtutum dominam declararet, quæ in ipſo Imperatore omnium, & eius matre Regina virtutum ſic effulſit. Voluit enim dominus in ſe prius perficere opere, quod ſuis erat mandaturus diſcipulis ſermone. Quia igitur hæc paupertas ſiue ſit virtus, ſeu inſtrumentum (vt quidã dicunt) virtutum, eſt ſic conditione notabilis, à virtuoſis aſtricta præcorditer; & à domino Ieſu ſic dilecta ſinceriter, eam libet ſic alloqui. O fœlix paupertas; quam Chriſtus rex ſic dilexit, & mater: vt ſemper cum ipſis inccederes, aſſiſteres, & cum ipſo in cruce penderes. Quis huius virtutem tam nobilem ſpernat? Quis quæſo paupertatem non diligat? imitetur veſtigijs? Labijs veneretur? Extollat verbo? Proſequatur actu pariter, & affectu? Præconia paupertatis.
hanc ſiquidem Deus homo amplexu totius ſtrinxit amoris, & percepit à principio, aſciuit è cœlo, mortalibus intulit, lingua extulit, & ſecum in cruce pependit. O paupertas dulciſsima te monſtrauit Rex cœleſtis ſupernam fore, atque ſublimem, cum te ſic de cœlo mũdo ſecum præ cunctis deuexit, te ſtricta charitate aſtringendam diſcipulis mandauit, & ſuſcipiendam in cęlorum ſedibus declarauit. Quid virtutis ipſa nõ habetur, largitur, & tenetur, vt ſuperiora pandunt? hæc eſt terra viuẽrium; in qua degunt Chriſtus & mater, ipſoſque ſequentes. hæc eſt poſſeſsio veri Habrahæ Ieſu Chriſti. hic eſt hortus concluſus à diabolo: fons ſignatus à Chriſto: cuius emiſsiones ſunt Paradiſi fructus, & virtutum ornatus. hæc eſt ciuitas quam diabolus non expugnat: quæ in ſe reſidentes viriliter protegit, & defendit. hoc eſt pignus, quo ipſam proſequentes hęredes, & reges regni cęlorum fiunt à Chriſto. Et ſi rebus in præſenti non ſarcinet: virtutibus tamen ſubleuat, & decorat: hanc debent chriſticolæ excolere, ſtringere, & habere Chriſti exemplo, ſuæ matris, & ſanctorum; vt ſi infideles arripere ſunt conati, à fortiori fideles, cum per ipſam diligantur, à Chriſto protegãtur in hoc ſeculo, & tandem ducantur ad conſortium beatorum. Sic ergo prædictis patet. Declarata prima pars huius quartæ conformitatis, videlicet. Ieſus inops & modicus.

SECVNDAE

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS quarti, & conformitatis huius ſecundi libri. Et in ordine 16. ſcilicet. Franciſcus ſœderatur. Expoſitio.

INTER cœleſtium inſignia gratiarum, quibus almus pater noſter Franciſcus ſe alienum reddidit mundo, hoſti terribilem, crucifixo confotmem, & cunctis homnibus ſe prębuit exemplarem, paupertas vendicat principatum; hanc ſiquidem ipſe beatus Franciſcus comẽdauit eloquio, oſtẽdit vita, opere, & exemplo, & hac voluit omnes in hac vita pro tunc exiſtentes excedere, & ſuperare, vt inferiora hic dicenda clare docebunt, & licet de hoc aliquid tactum fuerit libro primo conformitate ſexta. parte ſecunda, vbi oſtenſum eſt de mundi abdicatione facta à beato Franciſco, ſuperaddendo plura præfatis, oſtendendum eſt beatum Franciſcum dilectorem fuiſſe Euangelicæ paupertatis. Et ꝙ ſic extiterit plura declarant.

Et primum eſt pauperibus dum eſſet in ſeculo liberalis erogatio: Vt enim legenda pandit trium ſociorum. Beatus Franciſcus cũ dono naturæ curialis eſſet omnibus, & largus, ad ſeipſum dicebat. Ex quo largus, & curialis es apud homines, à quibus nihil recipis, niſi fauorem tranſitorium, & inanem, iuſtum eſt, vt propter Deum; qui largiſsimus eſt in retribuendo, pauperibus ſis curialis. Et ex tunc libenter videbat pauperes, tribuens eis eleemoſynas affluenter. Semel cũ diſtractus mercationibus, & alijs pauperi eleemoſynam petenti denegaſſet: ſeipſum arguit dicens. Si pro magno comite, vel barone, iſte à te aliquid poſtulaſſet, dediſſes ſibi poſtulatum; quãto ergo magis pro rege regum, & omnium domino id facere debuiſti? Cuius rei cauſa ex tunc propoſuit in corde ſuo pro tanto domino poſtulata non negare de cætero. Vñ currẽs poſt pauperem eleemoſynam clementer largitus eſt. Pauperibus mendicantibus ex tunc non ſolum ſua; ſed etiam ſeipſum cupiebat impendere. Aliquãdo veſtimẽta exuens. Aliquãdo diſſuens. Aliquando ſcindens, cum ad dãdum aliud præ manibus non haberet. habens enim pecuniam libenter dabat: carens vero denarijs inſulam, vel corrigiam dabat, & ſe exuendo camiſiam, & aliquãdo propria largitus eſt veſtimenta. Cum enim vice quadam militem quendam generoſum, & nobilem obuium habuiſſet: ſed pauperem, & male veſtitum: eius pauperiem pio miſeratus affectu, decentia; quæ de nouo ſibi parauerat indumenta, ſe nudato veſtiuit. Menſam replebat panibus, & cum à matre de hoc interrogaretur, reſpondit, vt pauperibus eleemoſynam petentibus daret. Leproſo facto ſibi obuiam, & eleemoſynam petenti, cum pecuniam dediſſet, & oſculum: eum amplius non vidit. pauperibus ergo ſua libenter effundendo, ſtatum paupertatis ſe diligere declarauit.

Secundũ quod beatum. F. paupertatem amaſſe oſtendit, eſt pauperibus adiunctio, & conſociatio. legenda trium ſociorum dicit, ꝙ beatus. F. exiſtens adhuc ſecularis incenſus paupertatis amore: cupiebat eſſe in aliqua ciuitate, vbi tanquam incognitus proprios pannos exueret, & alicuius pauperis indumenta mutuo accepta indueret, probaretque Dei amore eleemoſynam poſtulare: Quod & Romæ effecit. Cum enim ſemel ob deuotionem, limina Apoſtolorum viſitaſſet, & ante fores Eccleſiæ ſancti Petri multitudinem pauperũ conſpexiſſet, partim pietatis inductus dulcedine, partim paupertatis inductus amore, & allectus, vni ex eis magis egenti proprias largitus eſt veſtes, & ſemicincijs contentus illius, in medio pauperum eleemoſynam petendo diem illum cum inſolita ſpiritus iocunditate tranſegit. Se ergo eis. ſ. pauperibus coniungendo, libenter oſtendit ſe amare paupertatem.

Tertium eſt omnium mũdanorum deſpectio, & abrenunciatio. Coram. n. Epiſcopo Aſiſsii patri carnali abrenunciauit iuri paternarum omnium facultatum: & non ſolum veſtimenta, ſed & femoralia patri dando, nudus, vt verus pauperum amator, & paupertatis coram omnibus remanſit ſe mantello viliſsimo oblato cirumamiciendo, & induendo (prout ſecũda pars oſtendit legendę.) quo facto oſtendit ſe potius paupertatem diligere, quam mũdanas diuitias.

Quartum eſt pauperibus conformatio. Dum enim beatus. F. mundo abrenunciaſſet, ſtatim vt pauper eleemoſynas cępit oſtiatim quærere. ingreſſus enim ciuitatem Aſiſij, cum paropſide quęrendo iuit cibaria oſtiatim. Et licet cum voluerit comedere illa cibaria primo horruerit tanquam inaſſuetus, tandem ſeipſum vincens comedit, & viſum eſt ſibi, ꝙ nunquam aliquod electuarium cum tanta delectatione accepiſſet: vnde gratias Deo egit, ꝙ ſibi amarum in dulcedinem conuerterat. Verecundabatur in principio ire quærendo ſic eleemoſynam; vnde ſemel cum iret quęrendo oleum, & prope quandam domum veniſſet; vbi erant multi homines ad ludum congregati, verecundatus retroceſsit, ſed in ſeipſum conuerſus arguit ſe dicẽs peccaſſe, & currens ad locum præfatum dixit coram omnibus culpam ſuam, ꝙ verecundatus fuerat coram eis petere eleemoſynam. Et deinceps vt magis verecũdaretur ad ſimiles domos ibat;

vbi maior erat frequentia hominum. Non ſolum autem id effecit ſemel, vel bis: ſed per duos annos ante ordinis inſtitutionem mendicando, vt pauper victum quæſiuit: ac tres Eccleſias eleemoſynis habitis reædificauit, & ideo dicebat ſibiipſi. Ex quo vitam pauperũ eligere voluiſti: ſicut pauper cum paropſide debes eleemoſynam Oſtiatim acquirere.

Quintum oſtenſiuum amoris beati Franciſci ad paupertatem, eſt ipſius ſtatus electio præ alijs, & acceptio. Cum multi ſtatus eſſent in mundo, ſolum ſtatum paupertatis eligere cõplacuit, vt.n. dicit tertia pars legendæ, audiendo per duos annos, poſt à mundo abrenunciationem miſſam de Apoſtolis; in qua forma viuendi eis à Chriſto pręſcribitur: ne videlicet poſsiderent aurum, nec argentum, nec es in zonis deferrent; nec peram, nec baculum, nec duas tunicas haberent, nec calciamenta, ſtatim ſe præfatæ regulæ per omnia coaptando, illico calciamenta depoſuit, abiecit baculum, pro corigia funẽ ſumpſit, pecuniam execratus; vna contentus tunica; peram cum ere contempſit. Et non ſolum hoc in ſe eligere voluit: ſed in fratribus ſibi (diuina gratia) cohærentibus eſſe ſtatuit. Vnde frater Bernardus primus frater dum eidem hærere vellet, venditis omnibus, & diſperſis pauperibus, nihil pro ſe retinendo, ad eius cõſortium eſt admiſſus. Sic frater Petrus Catanij, ſic & frater Egidius, diſtractis omnibus, ac datis pauperibus, ab ipſo ſunt ad ordinem recepti. Hoc ipſum obſeruauit in omnibus alijs prout eius clamat legenda tam antiqua, quam noua.

Sextum quod oſtendit eum paupertatẽ amaſſe, eſt profeſsio paupertatis. Nullus reperitur in ordinum inſtitutionibus, qui tam paupertatem fuerit profeſſus, ſicut B. Franciſcus, & ſui ordinis profitentur fratres. Alij ordines profitentur paupertatem in viuendo ſine proprio, communi retento, beatus Franciſcus, & regula ipſius; nec in proprio permittit habere; nec in communi: quare arctiſsima, quo ad paupertatis votum, eſt regula fratrum minorum, tam prima confirmata per dominum Innocentium tertium, quàm ſecunda confirmata per dominum Honorium tertium. Et ideo quia tam arctam paupertatem beatus Franciſcus ſeruare à domino Innocentio petebat, dictus dominus Innocentius concedere diſtulit, donec viſione conſpecta de caſu Lateranẽſis Eccleſiæ; quam proprijs humeris. B. Franciſcus, ne caderet ſuſtentabat; ac beati Franciſci reſponſione, quod non erat formidandum famæ perire, æterni regis filios; & hęredes qui ad imaginem regis Chriſti per ſpiritus ſancti virtutem de paupere matre nati, & ipſi erant in religione paupercula generandi: De qua reſponſione habetur in tertia parte legendæ maioris. Tunc ipſe ſummus pontifex dominus Innocentius dixit beato Franciſco. Alij à latere tetigerunt paupertatem, tu vis intrare in cor eius; & regulam primam conceſsit, & ſine bulla. Quod vero ſecunda regula arctiſsimam ſeruari mandet paupertatem, dictum eſt libro primo conformitate noua, parte ſecunda. Et ideo dicit ipſa regula, capitulo 6. Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc ſeculo in paupertate, & humilitate domino famulantes &c. hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis: quæ vos chariſsimos fratres meos hęredes, & reges regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Et ſequitur. Cui dilectiſsimi fratres totaliter inhærentes nihil aliud pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis. hæc ſit portio veſtra; quæ perducit in terram viuentium. Quod vero regula mandet paupertatẽ arctiſsimam, & ſic pręcipiat tam in communi, quam in proprio nihil haberi, declarationes regulę ponunt expreſsè, ſcilicet Gregorij noni. Innocentij quarti. Alexandri quarti. Nicolai tertij. Clementis quinti. Sic ergo conſiderata profeſsione paupertatis artiſsimæ, patet beatum Franciſcum ipſam dilexiſſe.

Nota.

Septimum oſtendens affectũ beati. F. ad paupertatem, eſt paupertatis commendatio, de qua dictum eſt libro primo conformitate. 12. parte ſecunda, capitulo. 15. vide ibi. Ipſam.n. vt dicit ſecunda pars legẽdæ commendabat, aſſerebat virtutum omnium reginam; quia in rege regum Chriſto, & regina matre ipſius tam præſtanter effulſit Et fratribus quærentibus, quæ virtus magis amicum redderet Chriſto, dicebat: paupertatem noueritis fratres ſpecialem viam ſalutis, tanquam humilitatis fomentum perfectionisq; radicem: cuius eſt fructus multiplex, ſed occultus, hæc eſt enim euangelici agri theſaurus abſconditus; pro quo emendo vendenda ſunt omnia, & quę vẽdi non poſſunt illius comparatione ſpernẽda. Et in reſponſione ad fratrem Maſſeum dixit. Chariſsime & dilectiſsime mi frater; Theſaurus beatificæ paupertatis eſt tã dignifsimus, & tam diuinus; quod nos digni non ſumus in vaſis noſtris tam vilisſimis eum poſsidere. Cum hæc ſit illa virtus cœleſtis, per quam terrena, & tranſitoria cuncta calcantur: propter quã omnes obices tolluntur è medio, vt liberè domino æterno mens humana iungatur. hæc eſt; quæ adhuc animam in terris poſitam facit cũ Angelis in cœlis conuerſari: hęc eſt; quæ Chriſtum in cruce ſociat, cum Chriſto in tumulo abſconditur, & cum Chriſto reſurgit, & aſcendit in cœlum; quia dotem agilitatis ſuper cęlos volandi animabus ipſam amãtibus etiam in hac vita concedit: cum veræ humilitatis, & charitatis arma cuſtodiat. Multis alijs in locis legendæ

Alia præconia. S. paupertatis.

legendæ ipſius beati.Fr. inuenitur ipſam pau-
pertatem verbo ſpecialiter commendaſſe: ad
cuius amplexum fratres animabat, pauperta
tem Chriſti, & matris ipſorum mentalibus
oculis ſępiſsimè ingetendo. In legenda anti-
qua in die natiuitatis Chriſti fratres reprehē
dit,vt deuiantes à paupertate; quia vnius mi-
niſtri aduentu prę ſolito menſam parauerant,
ingerens,ꝙ tali die beata Virgo domina mū-
di vix habuit panem ad comedendum, & do-
minus mundi, vt pauper fuit in Præſepio re-
clinatus.
Octauum oſtenſiuum dilectionis beati Fr. ad
paupertatem,eſt ipſius beati.F.ad Deum pro
eius obtentu indeficiens deprecatio. hanc pe
tebat ſibi dari à Chriſto, & ſanctis Apoſtolis:
ſecundum hanc viuere,& fideliter paupertati
vſque in finem firmiter cohærere toto deſide
rio flagrabat. Et vt hanc à domino gratiā ob-
tineret, Romam perrexit cum fratre Maſſeo
(vt dictum eſt libro primo conformitate. 8.
parte. 2. tractatu de fratre Maſſeo.) & dum
Apparitio Apoſtolorum Petri & Pauli. B. F. pro hac gratia obtinenda Chriſtum, & Apo-
ſtolos exoraret in Eccleſia ſancti Petri; Beati
Apoſtoli Petrus, & Paulus apparentes beato.
F.ipſum amplexantes eidem dixerunt. Frater
Frāciſce:quia hoc tu petis,& deſideras,quod
ipſe Chriſtus, & ſancti Apoſtoli hic ſeruaue-
runt; ideo notificamus tibi ex parte domini
noſtri Ieſu Chriſti,ꝙ tuum deſiderium eſt ad-
impletum,& ipſe dominus Ieſus Chriſtus nos
miſit ad te,vt annunciemus tibi,ꝙ oratio tua
eſt exaudita. & theſaurus ſanctiſsimæ pauper
tatis tibi, & te ſequentibus perfectiſsimę eſt
conceſſus: & tibi ex parte Chriſti dicimus;ꝙ
quicūq; hoc tuū deſiderium exequētur, de re
gno beātitudinis ſunt ſecuri. Et tu, & omnes
tui ſequaces erunt à domino benedicti,& his
dictis Apoſtoli diſparuerunt,beatum.F.valde
conſolatum relinquentes.
Nonum oſtendens beatum.Frā.paupertatem
amaſſe,eſt veſtimentorum vilium induitio. A
principio ordinis vſque ad finem tunica,chor
da, & femoralibus diues in ſola gloriabatur
penuria,& ęgeſtate gaudebat:vnde ſola habi-
tuali tunica,nullam aliam inferius deferendo
fuit contentus. Et hæc erat (vt dicit quinta
pars legendæ) rugoſa, aſpera,& iſpida: veſtis
enim horrebat molliciem: aſperitatem ama-
bat dicens,duris, & aſperis demones in fugā
conuerti: delicatis autem. & mollibus ad ten
tandū fortius animari. Sed habitus eius qua-
lis fuerit dicit legenda antiqua. Ipſe enim à
Chriſto edoctus voluit habitum ſuum exte-
Deſcriptio tunicæ. B. Fran. riorem cruci conformē ad litteram eſſe vn-
de menſuram habitus, quo ad longitudinem,
& latitudinem,& qualitatem, & quo ad vilita
tem,& colorem docuit verbo.& exemplo te-
ſtibus fratribus Bernardo, Egidio,& Maſſeo,
ac alijs ſocijs ſuis; qui ſe ab eo formam habi
tus accepiſſe dicebant, & opere teſtabantur.
Quo ad materiam docuit; ꝙ eſſet de panno
vili; & cinerei, vel palidi, vel terrei coloris,
Chriſti mortificationem repræſentans,& talis
groſsiciei,ꝙ corpus foueret,& poſſet fratri ſa
no vna tunica ſufficere intus, & foris repecia
ta; tantę longitudinis,ꝙ ſuccinta abſque om
ni colligatione ſupra cingulum terram non
tangeret: longitudo manicarum vſque ad ex-
tremitatem digitorum; ita ꝙ manus operi-
rent, & longitudinem manuum non excede-
rent: latitudo manicarum eſſet tanta, ꝙ ma-
nus libere intrare,& exire poſſent. Capucium
quadrum,& tantę longitudinis,ꝙ faciem ope
riret: ita ꝙ habitus crucis formam præſenta
ret, & omnis humanæ gloriæ,& ornatus con-
temptum ſua vilitate prædicaret,& fratrē mi
norem mundo crucifixum, & mortuum oſtē-
deret, & eſſet nuditatis operimentum, & ne-
ceſsitatis: amatorum paupertatis fomentū,
& profeſſorum humilitatis ſignum, & porta-
tionis improperij crucis Chriſti verum indi-
cium. Et de iſto dicit regula, ꝙ habeant vnā
tunicam ſine capucio: quia ad inſtar tunicæ
debebat eſſe ſtrictus & longus. hæc in legen-
da antiqua: Et quia igne caleſcebat intus di-
uino,non curabat de exteriori corporis indu
mento. Interrogatus aliquando quomodo
veſtitu tam tenui ſe poſſet ab hyemalis algo-
ris aſperitate tueri,in ſpiritus feruore reſpon
dit. Si ſupernæ patrię flamma contegeremur
interius, frigus iſtud exterius facile portare-
mus. Execrabatur beatus Franciſcus veſtitos Digna uerba.
triplicibus,& qui præter neceſsitatem molli-
bus veſtiebantur in ordine. Neceſsitatem ve-
ro; quam non ratio poſtulat, ſed voluptas
oſtentat ſignum extincti ſpiritus aſſerebat di
cens. Spiritu tepido,& paulatim à gratia fri-
geſcente neceſſe eſt carnem, & ſanguinē,quę
ſua ſunt quærere, & dicebat: quid enim re-
ſtat, quando anima caret ſpiritualibus deli-
cijs: niſi vt caro conuertatur ad ſuas? Et tunc
animalis appetitus neceſsitatis articulū pa-
liat. Tunc ſenſus carnis conſcientiam for-
mat. Si adeſt fratri meo vera neceſsitas & ſta
tim ſatisfacere properat: quid mercedis acci
piet? Accidit enim occaſio meriti: ſed diſpli-
cuiſſe ſibi ſtudiosè probauit; ipſas namque
indigentias non patienter ferre, nihil aliud
eſt, niſi Aegyptum repetere. Denique nulla
occaſione nolebat fratres habere plures quā
duas tunicas: quas tamen concedebat conſu
tis petijs ſuffulciri. Exquiſitos pannos hor-
rendos eſſe dicebat, & acerrime mordebat
oppoſitum facientes. Atque vt tales ſuo exē
plo confunderet: ſemper ad tunicam ſuā ſac-
cum aſperum conſuebat: vnde in morte exe Attende.
quialem tunicam iuſsit ſacco operiri. Fratri-
bus autem quos vrgebat infirmitas,vel alia ne
ceſsitas indulgebat aliam tunicam mollem

ſubtus ad carnem: ita tamen, ꝙ foris in habitu aſperitas, & vilitas ſeruaretur. Dicebat etiã cum dolore maximo. Adhuc tantum laxabitur rigor, & dominabitur tepor: ꝙ filij pauperis patris non verebuntur etiam portare ſcarlaticos pannos ſolo colore mutatos, & dato portare ſic ſimpliciter vnam tunicam, ſcilicet habitum ſolum: ipſam tamen ad intra nolebat habere repeciatam. Vnde in eremitorio ſancti Eleuterij de contrata Reatæ: propter magnum frigus cum repeciaſſet interius tunicam ſuam, & ſocij quibuſdam pecijs, & corpus eius ęgpiſſet aliquantulum conſolari, reuerſus ab oratione amouit dictas pecias dicens ſe eſſe exemplum, & formam omnium fratrum, & ſi corpori ſuo eſſet neceſſarium ſic tunicam repeciatam habere: quia non quilibet frater poſſet ſic habere: habere, etiam pro ſe nolebat. Sic ergo rigidus, & pauperimus tam re, quam apparentia in frigore, & nuditate in tunica habituali; quam ferebat domino deſeruiuit, propter quam habitus viſitaté frater Petrus de Monticulo apparentibus ſibi beata Virgine, beato Ioanne Euangeliſta, & beato Franciſco, vidit beatum. F. glorioſius induturn Ioanne Euangeliſta, & cum interrogaſſet Frater Petrus, beatum Ioannem de cã. Reſpondit, ꝙ quia beatus. F. in mundo eo vilius fuit indutus: glorioſius eo nunc induebatur in cœlo.

Decimum declarans beatum. F. dilexiſſe paupertatem, eſt domorum, & locorum paupercula ædificatio, & conſtructio. Cum. n. beatus Franciſcus ſępe fratribus ſermonem faceret de paupertate; eis ingerebat illud euangelicum. Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet: propter quod docebat fratres, vt pauperum more pauperculas caſas erigerent: quas nõ inhabitarent, vt proprias; ſed ſicut peregrini, & aduenæ alienas. Vnde beato. F. Senis propter infirmitatem oculorũ demorante, Domino Bonauentura; qui dederat terram, vbi locus fratrum fuerat ędificatus dicente beato. F. Quid tibi videtur de iſto loco pater? Dixit beatus. F. vis, vt dicam tibi quomodo loca fratrum debent ędificari? Reſpondit pater volo. Tunc dixit beatus. F. Fratres debent conſiderare quanta terra ſufficit eis, attendentes ſemper ſanctam paupertaté, & bonum exemplum, quod tenentur ſemper in omnibus exhibere. Hoc autem dicebat: quia nullo modo volebat, ꝙ fratres in domibus, vel Eccleſijs, vel hortis, vel alijs rebus, quibus vtebantur modum excederent paupertatis; nec aliqua loca iure proprietatis poſſiderent; ſed in eis tanquam peregrini, & aduenæ morarentur. Et propterea volebat, vt fratres non in magna quantitate in locis collocarentur, quia difficile videbatur in multitudine paupertatem obſeruari. Et hæc fuit eius intentio à principio ſuæ conuerſionis vſque in finem: vt paupertas penitus in omnibus obſeruaretur. Conſiderata ergo terra fratribus neceſſaria pro loco deberent ire fratres ad Epiſcopum illius ciuitatis, & dicere ei. Domine talis homo vult dare nobis tantam terrã amore Dei, & ſalute animæ ſuæ. vt poſsimus ibi locum ædificare vnde ad vos recurrimus primo, quia eſtis pater, & dominus animarum totius gregis vobis commiſsi, & noſtrarum, & omnium fratrum; qui in hoc loco morabuntur. quia volumus cũ benedictione Dei, & veſtra ibi ædificare. hoc autem dicebat: quia fructum animarum; quem fratres volũt facere: melius peragunt cum pace clericorũ lucrando eos, & populum, quàm ſcandalizando eos: licet populum lucrarentur. Et dicebat beatus. F. dominus nos vocauit in adiutorium fidei ſuæ, & prælatorum, & clericorum ſanctę Eccleſiæ, & ideo tenemur quãtum poſſumus ipſos ſemper diligere honorare, & venerari. Nam vocantur fratres minores: quia ſicut nomine, ſic exemplo, & opere prę cæteris hominibus huius ſeculi humiles eſſe debent. Et quia ab initio meæ conuerſionis poſuit dominus in ore Epiſcopi Aſiſij verbum ſuũ, vt mihi conſuleret bene, & confortaret me in ſeruitio Ieſu Chriſti, propter hoc, & propter multa alia excellentiora; quæ in prælatis conſidero, non tantum Epiſcopos, ſed & pauperculos ſacerdotes diligere volo; & venerari, & tenere eos pro dominis meis: deinde accepta benedictione ab Epiſcopo vadant, & faciant mitti magnam carbonariam in circuitu terrę; quam pro loci ædificatione acceperunt, & ponant ibi bonam ſepem pro muro in ſignum ſanctæ paupertatis, & humilitatis: poſtea fieri faciant domos pauperculas ex luto, & lignis, & aliquas cellulas in quibus fratres poſſint aliquando orare, & laborare pro maiori honeſtate, & vitanda otioſitate. Eccleſias etiam paruas fieri faciant. Non enim debent facere fieri magnas Eccleſias gratia prædicandi populi, vel alia occaſione. Quoniam maior humilitas, & maius exemplum eſt cum vadunt ad alias Eccleſias ad prædicandum. Et ſi aliquando prælati, vel clerici religioſi, vel ſeculares ad loca ipſorũ venerint: domus pauperculæ cellulæ, & Eccleſiæ paruulæ eis prædicabunt. Et ipſi de his magis ædificabunt, quam de verbis & dicebat. Multotiens fratres faciunt fieri magna ędificia rumpendo ſanctam paupertatem noſtram in murmurationem, & malum exemplum proximorum, & quandoque occaſione melioris loci, & ſanctioris, vel maioris concurſus populi propter cupiditatem, & auaritiam dimittent illa loca ædificata, vel deſtruunt ea, & faciunt alia magna exceſsiua. Vnde illi, qui dederunt eleemo

ſynas

ſynas ibi,& alij hoc audientes ſcandalizantur plurimum, & turbantur. Quapropter melius eſt,vt fratres faciant parua, & paupercula ędificia obſeruando profeſsionem ſuam, & dando bonum exemplum proximis, quam ꝙ faciant contra profeſsionem ſuam dando malum exemplum alijs. Nam ſi fratres aliquãdo dimitterent loca paupercula occaſione honeſtatis loci, minus ſcandalum inde eſſet. Dicebat etiam beatus Franciſcus teſte fratre Leone commendando paupertatem. Fratres mei audite. poſt nos venienr fratres noſtri;qui facient magnas domos; in quibus notabiles ſeculares honorificè habitare poterunt, & tunicas facient valde bonas. Sed ſufficit mihi in tempore illo, quod fratres mei cuſtodiant ſe à peccatis mortalibus. Non ſolum hæc dicebat verbo,ſed exemplo declarauit. Nam locum ſanctæ Mariæ voluit eſſe de luto, & lignis, vt eſſet memoriale perpetuum omnibus fratribns præſentibus, & futuris,eo quod eſſet primus locus in ordine,& principalior.

Nota. Et licet abbas ſancti Benedicti de monte Subaſio, & monaci eccleſiam ſanctæ Mariæ libere dederint, & conceſſerint beato Franciſco; tamen ipſe beatus Franciſcus, tanqnam bonus, & peritus magiſter volens domum ſuam ideſt religionem ſuam fundare ſupra firmam petram ideſt ſupra maximam paupertatem, mittebat annuatim dicto Abbati,& monacis vnum caniſtrum plenum piſciculis, qui vocabantur laſchæ in ſignum maioris humilitatis, & paupertatis,& vt fratres nullum locum proprium haberent; nec in aliquo loco manerẽt: quod non eſſet de dominio aliquorum, ita ꝙ fratres non haberent vnquam poteſtatem vendendi, vel alienandi quoquomodo. Semel cũ appropinquaret tempus capituli generalis, quod fiebat omni anno apud ſanctam Mariã de Portiuncula, populus Aſsiſij conſiderans propter mnltiplicationem fratrum,quod non habebant,niſi vnã paruam caſellulam coopertam de paleis, cuius parietes erant ex viminibus, & luto, domum magnam ibidem fecerũt de lapidibus cum cemento abſente beato Fr. & ſine conſenſu ſuo,ſed cum rediiſſet beatus. Frã.& vidiſſet eam, ne occaſionẽ illius domus in alijs locis fieret conſimiliter, ipſam aſcendendo ſuper tectum cum fratribus voluit totã deſtruere, & iã inceperat, ſed prohibitus fuit à militibus de Aſsiſio dicentibus.Frater franciſce hæc domus eſt de communitate Aſsiſij, vnde interdicimus tibi ne deſtruas domũ noſtram,quo audito, beatus Fran. dixit. Si domus eſt veſtra nolo tangere eam. Repræhẽdit beatus Fran.valde acriter fratrem Petrum Catanij vicarium ſuum; qui fecerat fieri quandã domum,vt fratres venientes, & ſtãtes poſſent officium dicere,& quieſcere dicẽs. Frater, locus iſte forma eſt,& exemplum totius religionis,& ideo potius volo, quod fratres iſtius loci tollerent tribulationes,& incommoda amore domini, & alij fratres; qui hnc veniunt reportent bonum exemplum paupertatis ad loca ſua,quam ſi illi habeant conſolationes ſuas plenarie,& alij ſumerent exemplum ædificandi in locis ſuis dicentes,in loco ſanctæ Mariæ de Portiuncula, qui eſt primus locus ordinis, fiunt talia,& tanta ædificia, bene & nos poſſumus ædificare in locis noſtris.

Quantum vero diſplicerent,beato Fran.mutationes locorum, quæ ipſe accepit, & ædificatio ſumptuoſa, in quadam viſione ipſe oſtendit poſt ſuam mortem cuidam fratri de pronincia Tuſciæ ſibi ipſi valde auſtero (pro vt dicitur in legenda antiqua) qui frater cum in eius cor veniſſet,ſub ſpẽ pietatis, quia multi iuuenes nobiles ordinem intrabant, vt fierent ædificia ſumptuoſa,& lata,vt melius ſeruirent domino Deo ſuo.Et cum quod cogitarat opere impleſſet, quendam locnm pauperculnm in ædificijs mutauit totaliter quãtum ad ſitum,& alium fecit; eiuſq; officinas fecit magnas,& latas,ipſi quadam noctẽ apparuit beatus Fran. & ſibi dixit. Sequere me; videbatur enim dicto fratri,quod eſſet in itinere cũ beato Fran.& vellet locum fratrum intrare,cunq; beatus Fran.recto tramite ad locum iret diruptum,& antiquum dixit ſibi frater.Pater non eatis ad locum illum, quia deſtructus eſt, nec fratres ibi morantur; ſed ſtant in alio loco de nouo conſtructo, beatus Fran. quaſi iratus ei reſpondit. Dimitte frater, quia ille locus nouus ad me nullatenus ſpectat. Cunque veniſſet ad locnm antiquum,poſuit ſe beatus Fran. cum fratre prædicto in refectorio,& cępit fratres ſigillatim vocare, ſicut in viſitationibus conſueuit fieri;veniebant autem aliqui coram eo, ſicut leproſi concupiſcentia carnali infecti,& tractabat eos beatus Fran.valde pie.Itẽ veniebant aliqui corã eo notati de inobedientia, & hos tractabat valde cõpaſsiue. Iterum veniebant aliqui; qui fecerunt contra ſanctiſſimam paupertatem,quos tam dure,& tã crudeliter increpabat,quod frater prædictus,qui hoc cernebat nimia admiratione ſtuporis plenus dixit ad beatũ Fran. Quid eſt hoc pater, quòd facere voluiſtis? Qui etiam infectos luxuria,qui alios corrumpunt; & inobedientes ita tractatis clementer: illos autem, qui contra paupertatem fecerunt ita crudeliter? Cui beatus Fran.dixit, frater.Ordo meus per Dei gratiam ita punit fortiter luxurioſos, quod non oportet, quod ego ſim eis crudelis, ſed magis decet me ad eos pietatem habere. Prælati vero mei bene faciunt ſibi obediri, nec oportet,quod in hoc eos iuuem.Sed hæc præcioſa margarita, ſcilicet paupertas altiſsima ab omnibus tam maioribus,quam minoribus viliſsime conculcatur, propter quod oportet

me ibi ponere manum. Et conuerſus ad dictũ fratrem dixit ei, & tu maledicte, qui locum meum deſtruxiſti, & alium præſumptuoſum de nouo ædificaſti, non euades iudicium Dei, cui cum frater totus territus reſpondiſſet. Pater vos bene ſcitis, quod ego ſemper fui mihi auſterus, nec habeo propter me in talibus complacentiã. Tunc addidit beatus Fran. propter hoc maior tentatio imminet tibi, quia cum ſis tibi ipſi auſterus, non timeas pro alijs damnare animam tuam, & offendere regulam tuam, hæc ibidem.

Vndecimum declarãs beati Fran. affectum ad paupertatem, eſt aliquam rem ſuam eſſe noluit aliquãdo dicere, immo reſpectu talium inſuit eidem ſumma deſpectio. Vnde ſciẽdum, quod cum fratres miniſtri, beato Fran. ſuaderent, vt aliquid concederet fratribus ſaltem in communi, vt tanta multitudo aliquid haberet, ad quod recurreret. Ipſe autem beatus Fran. in oratione vocauit Chriſtum, & ſuper hoc eum conſuluit, qui ſtatim reſpondit ei di. Ego auferam omnia in ſpeciali, & in communi, huic enim familiæ ſemper paratus ero prouidere, quantumcunque creſcat, & ſemper eam ſouebo, quandiu ſperabit in me. Et quia ipſe Apoſtolorum vitam ducebat, qui nihil ſuum eſſe dicebant, ideo nil voluit, vt perfecte pauper cenſeretur, quod ſuum eſſe diceretur, vel fratrum.

Bononiæ cum eſſet, & audiret ibi eſſe domum fratrum, audito, quod eſſet, & diceretur fratrum, noluit illuc ire, immo ſtatim mandauit, quod fratres omnes inde recederẽt. Et ſic fecerunt etiam infirmi, nec voluit fratres illuc redire donec dominus Vgo epiſcopus Oſtienſis, & tunc legatus in Lombardia prædictam domum ſuam eſſe publice prædicaret. Quidã frater valde ſpiritualis, & beato Fran. familiaris in eremitorio, vbi manebat, fecit fieri quãdam cellam aliquantulum remotam: in qua poſſet beatus Fran. ſtare ad orationem, quando illuc iret Cum autem veniſſet beatus Fran. frater ille duxit eum ad illam cellam, cui dixit beatus Fran. nimis pulchra eſt cella iſta (erat enim ſolum de lignis dolatis cum ſecuri, & dolabro) ſi ergo vis, vt maneam ibi, facias fieri vnum veſtimentum interius, & exterius de filicibus, & ramis arborum. Nam quanto cellulæ, & domus erant magis pauperculæ, tanto libentius morabatur ibidem, quod cum frater ille feciſſet, manſit ibi beatus Fran. per aliquot dies. Quadam vero die ipſo egreſſo de cella illa, quidam frater iuit ad videndum eã, & poſtea venit ad locum, vbi erat beatus Fran. quem videns ipſe beatus Fran. dixit illi. Vnde venis frater? At ille ait. Venio de cellula tua, & dixit ei beatus Fran. ex quo dixiſti ipſam eſſe meã, alius ſtabit ibi deinceps, & non ego. Sæpe beatus Fran. dicebat illud. Vulpes foueas habent &c. & iterum dicebat. Dominus quando ſtetit in deſerto, vbi orauit, & ieiunauit 40. diebus & 40. noctibus, non fecit fieri cellam, neque domum, ſed ſub ſaxo montis permanſit, & ideo eius exemplo, nec domum, nec locum, ſeu cellam habere voluit; quæ ſua diceretur, nec fecit fieri vnquam, immo ſi aliquando contigiſſet, quod ipſe à caſu fratribus dixiſſet, Ite, & aptate illam cellam, nolebat poſtea manere in ea, propter illud verbum ſancti Euangelij. Nolite ſoliciti eſſe &c. Nam & circa mortem ſuam in teſtamento ſuo ſcribi voluit, quod omnes cellæ, & domus fratrum de lignis, & luto eſſent tantum, ad conſeruandũ melius paupertatem, & humilitatem. In regula beatus Fran. mandauit dicens. Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem &c. Similiter in fratribus nihil proprij eſſe volebat. Vnde ſemel cuidam nouitio volenti habere pſalterium de ſcitu, & voluntate ſua, & ſuper hoc ſibi valde importuno, vt ſibi hoc concederet, cum his beatus Fr. hoc denegaſſet, vice tertia B Fran. dixit ſibi. Vade & fac de hoc ſicut dicet, tibi miniſter tuus. Et cum ille recederet, cogitans B. Fran. Nota.
quod dixerat, iuit poſt ipſum. Et vocans eum, dixit. Vbi dixi tibi, quod faceres, vt miniſter tuus diceret tibi de pſalterio? Qui oſtendit ei locum. Et tunc B. Fran. genuflexus coram illo, dixit. Mea culpa frater, mea culpa. Quicunque enim vult eſſe frater minor, non debet habere niſi tunicas, ſicut regula concedit chordam, & femoralia. Et qui manifeſta neceſsitate coguntur, calciamenta, & ſic ſemper fratribus talia petentibus, reſpondebat. Quodam tempore beato Fran. reuerſo de partibus vltramarinis cum à quodam miniſtro ſuper capitulo paupertatis interrogaretur de intentione ſua, reſpondit B. Fran. Ego ſic intelligo, quod fratres nihil debent habere, niſi veſtimentum cum chorda, & femoralibus, ſicut dicit regula, & calciamenta, qui neceſsitate coguntur. Et dixit ad eum miniſter. Quid faciã ego; qui tot libros habeo, qui valẽt vltra quinquaginta libras? hoc autem dicebat, quia volebat eos habere de conſcientia ſua. Et ait illi beatus Fran. Frater, nec debeo, nec volo, nec poſſum venire contra conſcientiam meam, & profeſsionem ſancti euangelij, quam profeſsi ſumus. Et cum triſtis dictus miniſter eſſet effectus, cum magno feruore in perſona omnium dixit ei B. Fran. Vos vultis videri ab hominibus fratres minores, & vocari obſeruatores ſancti euangelij, operibus autem vultis loculos habere. Libros in communi B. Frã. voluit fratres habere, & tamen poſt mortem beatus ipſe Fr. apparuit cuidam fratri di. quod nullus fuit; qui habuerit libros, qui in morte non doluerit ſe habuiſſe. Frater Leo ſcripſerat ſibi breuiarium, qui vidit viſionem, de qua dictum eſt lib. 1.

lib. 1. fructu & conformitate 8. parte 2. tractatu de fratre Leone, quod fratres fluuium tranſeuntes cum fardello ſubmergebantur, & pene ipſe tranſeundo fuit ſubmerſus, quia habebat breuiarium, quod ſcripſerat. Et cum hanc viſionem beato Fran. dixiſſet, ipſe B. Fran. ait. Intentio regulæ, & mea eſt, quod fratres nihil penitus habeant; niſi habitum, chordam, & tunicam, & brachas. Et quia tu frater Leo breuiarium habebas contra regulam: ideo fuiſti in periculo ſubmerſionis, ſicut & illi, qui ſubmerſi ſunt cum fardellis ſuis.

Duodecimum probans B Fran. dilexiſſe paupertatem, eſt omnium, quæ habere potuit pauperibus datio, & diſtribuitio nulli rei parcebat, vt dicit. 7. pars legẽdæ, nec libris, nec alijs rebus, quin omnia pauperibus occurentibus, & indigentibus largiretur. In ſancta Maria de Portiuncula ſemel dũ eſſet. B F. venit quædam vetula mater duorũ fratrum, petens eleemoſynam à B.F. qui dixit fratri Petro Cathanij, qui erat gñalis miniſter, vt aliquid ei daret; Cui reſpondit frater Petrus. In domo nihil eſt, quod ei dare poſſimus. In Eccleſia ſolum eſt teſtamentum nouum: in quo legimus lectiones ad matutinum. Illo. n. tempore fratres non habebant breuiaria, nec multa pſalteria. dixit illi beatus. F. Da huic matri noſtræ teſtamentum nouum: vt illud vendat pro ſua neceſsitate; credo enim firmiter, ꝙ plus placebit Deo, & beatæ Virgini, quàm ſi in ipſo legeremus, & ſic dedit illi. Sed nunquid tunicis, quibus indigebat parcebat, quin eas daret? certe non.

Apud Cellanum tempore magni algoris cum haberet pãnum plicatum in modum mantelli, & ſibi accõmodatum à quodam fratrum amico: ſocius eius vni vetulæ petenti eleemoſynam ipſum dedit, & quia non erat ſufficiens pro dictæ mulieris veſte fecit, vt ſocius pannum; quem habebat daret eidem: quod, & fecit.

Rediens ſemel de Senis pauperi obuianti dedit mantellũ ſocio renitente, & dicente, ꝙ ſe neglecto dare non deberet: cui. S.F. dixit. Ego nolo eſſe fur: nam pro furto nobis imputaretur; ſi non daremus ipſum magis egenti.

Cortonæ pauperi habenti familiam pauperculam mantellum dedit di. ꝙ nulli redderet ipſum niſi bene ſolueret, & emeret: ꝙ fratres cernentes cum non poſſent vi in eius oculis ab ipſo paupere recipere procurauerũt, vt mantellus redderetur, & pretium pauperi largiretur.

Reatæ audiens à medico, qui ad ſe veniebat, ꝙ quædam mulier in oculis patiens adeo erat pauper, ꝙ oportebat dictum medicum eidẽ præbere expenſas: vocato Guardiano 12 panes, & ſuum mantellum dictæ mulieri tranſmiſit di. ꝙ gratias ei referebat; quæ tanto tempore ipſum mãtellum beato, F. præſtiterat, & ideo ipſum, vt ſibi proprium remittebat, & ordinauit, ꝙ fratres ſibi de victu quotidiano prouiderent.

Duo fratres de Francia ab eo Dei amore tunicam petentes, audito Dei amore ſtatim dedit, & per aliquam horam nudus ſtetit. Sic. n. dando multotiens tunicam, vel partem magnam ipſius ſuſtinebat neceſsitatem, & tribulationem, quia tam cito non poterat inuenire aliam, & habere.

Cuidam pauperi petenti peciam panni, cum in illo loco nulla inueniretur, occulte, ne Guardianus ſuus ſciret, peciam ſuæ tunicæ; quæ erat ſuta interius voluit dare: ſed Guardianus perpendens prohibuit; quia erat magnum frigus, & ipſe infirmus: cui B F. dixit. Si vis, vt non dem: facias aliam peciam ſibi dari. Quod, & factum eſt de proprijs indumẽtis ſummens occaſionem. B F vnde ſiue peditanti, ſiue equitanti, quod raro fuit: ſi quis mãtellum vellet dare ſub tali pacto accipiebat, & non aliter, vt ipſum poſſet dare cuicumque pauperculo ſibi obuianti, vel ad eum venienti; dũmodo ſpiritus eius, perhiberet ei, quod illi eſſet neceſſarius.

Cum prædicationis cauſa. B. Fr. iuiſſet prope Rocham, & quendam pauperem infirmum ad ſe venientem vidiſſet: ſocio de eius paupertate loqui cœpit. Cui ſocius reſpondit. Iſte pauper eſt; ſed forte in tota contrata voluntate nullus eſt ditior eo. Statim à B. F. reprehen- Nota. ſus dixit culpam ſuam. Et dixit B. Frã. Vis de hoc pœnitentiam facere; quam dicam tibi? qui reſpondit. Libenter faciam. Et dixit. B.F. Vade, & exue te tunica tua, & proijce te nudum ad pedes pauperis, & dices ei quomodo peccaſti in eo detrahẽdo ſibi, & dic ei, vt oret pro te. Quod ſocius fecit. Quo facto dixit illi. B.F. Vis ſcire quomodo peccaſti in illo, immo in Chriſto? cum vides pauperem; conſiderare debes illum in cuius nomine venit, ideſt Chriſtum, qui noſtram paupertatem, & infirmitatem aſſumpſit; nam infirmitas, & paupertas iſtius eſt, quoddam ſpeculum nobis, per quod ſpeculum conſiderare cum pietate debemus paupertatem, & infirmitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, quam in ſuo corpore pertulit pro noſtra ſalute.

Vni pauperi ſemel obuians dixit ſocio. Magnam verecundiam intulit nobis paupertas iſtius, & multũ reprehendit paupertatem noſtram: nam verecundia eſt mihi cum inuenio aliquem pauperiorem me: cum ſanctam paupertatem elegerim pro domina mea, & pro meis delicijs, & diuitijs ſpiritualibus, & corporalibus, & vox iſta inſonuerit toti mundo, ꝙ profeſſus ſum paupertatem coram Deo, & hominibus: & ideo dicitur in legenda minori, ꝙ nemo tam auri, quàm iſte cupidus paupertatis: nec theſauri cuſtodiendi ſolicitior

vllus

vllus, quàm iſte huius euangelicæ margaritæ erat, & in hac cupiebat omnes excedere, qui ex eadem didicerat inferiore ſe omnibus reputare.

Tertiumdecimum oſtendens beati. F. ad paupertatem affectú, eſt pecuniæ, vt diaboli abominatio, & execratio. In regula pręcipit, ꝙ fratres nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam: immo voluit pecuniam à fratribus, vt ſtercus aſini reputari. Vnde licet omnia; quæ ſunt mũdi perfectè deſpiceret, vt dicit legenda antiqua: ſuper omnia pecuniam execrabatur, & ad fugiendam ipſam tãquã diabolum fratres ſuos ſemper verbo, & exemplo induxit. Hæc enim ab illo ſolertia data erat, vt ſtercus, & pecunia vno amoris pretio ponderarentur. Quendam.n. fratrem in loco. S. Mariæ: quem inuenit pecuniam oblatam de altari eleuantẽ manu, & in feneſtram proijcientem, primo acriter arguit, deinde iuſsit ore proprio pecuniam leuare de feneſtra, & extra ſepem loci portare, & ipſam ore proprio ponere ſuper ſtercus aſini, quod & frater gratanter fecit. Quo facto fratres audientes repleti ſunt timore maximo ſic videntes, & ex tunc magis contempſerunt pecuniam ſtercori aſini comparatam, atque nouis exemplis quotidie animabantur ad ipſam pecuniam contemnendam.

In Apulia iuxta Barrũ inuentam burſam prætendentem pecuniam in ea eſſe, victus dictis ſocij, cum conceſsiſſet, vt cautæ leuaret, dum eam ipſe ſocius vellet leuare, ſerpens non modicus de burſa exijt, & ſimul cum burſa euanuit: & ait S. F. ad ſocium. Pecunia ſeruis Dei nihil aliud eſt, quàm diabolus, & coluber tortuoſus.

Ad ordinem beatus. F. nullum voluit recipere, niſi expropriatum totaliter, & qui ſua pauperibus dediſſet. In Marchia quendam; qui ſua dederat parentibus, & non pauperibus, repulit dicens ipſum non eſſe dignum iungi pauperibus, qui pauperes Chriſti defraudauerat. Pecuniam ſibi à ſoldano oblatam, vt dicit 9 pars legendæ: totaliter contempſit, nec aliquid accipere voluit. Cuius beati. F. exemplo antiqui fratres, & eius ſocij pecuniam oblatam, vt lutum deſpiciebant; ſic patuit de fratribus, qui pecuniam à ſaraceno oblatam, Dei amore ſpreuerunt, vt dicit 4. pars legendę. Sic etiam frater Bernardus primus ſocius beati., F. cum ſocio Florentię per quendam ciuẽ pecuniam oblatam recuſarunt, vt dicit legenda trium ſociorum. Ipſamq; tollentes Deus grauiter puniuit. ſicut patuit de duobus fratribus: quorum vnus cum inueniſſet denariũ in via (ſocio contradicente) ne eum leuaret: quia erat contra regulam, ipſe ſub ſpecie dandi leproſis, quorum hoſpitalia erant de prope, accepit, & in ore poſuit: ſed Dei iudicium non effugit: ſtatim enim perdidit loquelam, & frendens dentibus, loqui nõ poterat. Sicq; pœna percepta obtemperare docet regulę; ſed denario de ore proiecto polluta labia aquis pœnitentiæ lota, ſoluta ſunt.

Quartumdecimum amorem beati. F. ad paupertatem referens, eſt cunctorum ſpectātium ad paupertatem operatio. Si loquimur de veſtibus, dictum eſt, ꝙ ſolam tunicam, & pauperrimam habebat. Si de lecto, dicit. 5. pars legendæ, ꝙ nuda humus, vt plurimum, lectus erat laſſato corpuſculo. Ceruical lapis, vel lignum. Vnde: D. Vgo Cardinalis Oſtienſis, qui poſtea fuit Papa Gregorius. 9. cum ad capitulum generale, quod fiebat in. S. Maria de Angelis ſemel veniſſet, & locum intraſſet cum multis clericis, & militibus, vt videret fratrũ dormitorium, videns; ꝙ fratres in terra iacebant, & nihil habebant ſubtus; niſi modicum de paleis, & quaſdam culcitras pauperculas, & tractas, & ceruicalia nulla, cœpit fortiter lachrimari coram omnibus di. Ecce hic dormiunt fratres. Nos vero miſeri tot ſuperfluitatibus vtimur. Quid ergo erit de nobis? vnde ipſe, & alij fuerunt valde ædificati. Neque ibi menſam vllam viderunt: quia fratres in terra comedebant: quamdiu.n. Beatus. F. vixit in loco illo ſemper fratres comedebant in terra. Sic de pecunia patuit ex dictis, ꝙ nihil recipere voluit. Non verecundabatur ire oſtiatim factus frater, immo ibat more pauperum, & Saluatoris exemplo, oſtiatim panem mendicando. In principio religionis: quia alij erãt verecundi, quotidie ipſe ſolus ibat pro eleemoſyna; ſed cum propter debilitatem corporis tantum laborem ſuſtinere non poſſet: fratribus dicebat. Nolite chariſsimi fratres, & filioli verecundari pro eleemoſyna ire: quia dominus ſe fecit pro nobis pauperem in hoc mundo: cuius exemplo elegimus viam veriſsimæ paupertatis: hæc enim eſt hæreditas noſtra: quam acquiſiuit, & nobis reliquit dominus Ieſus Chriſtus, & omnibus, qui ſuo exemplo viuere volunt in ſanctiſsima paupertate. Ite ergo confidenter, & animo gaudenti pro eleemoſyna cum benedictione Dei; & magis libere, & gaudenter ire debetis pro eleemoſyna, quàm ille; qui de vna nummata afferret cẽtum denarios: quoniam offertis illis amorẽ Dei: à quibus petitis eleemoſynam dicentes. Amore Dei faciatis nobis eleemoſynam: cuius comparatione nihil eſt cœlum, & terra. Dicebat etiam eis. Ite, quoniam hac hora nouiſsima fratres minores accommodati ſunt mundo; vt electi in eis impleantur, vnde à iudice commendantur di. Quod vni feciſtis ex fratribus meis minoribus, mihi feciſtis; vnde priuilegiatam magno propheta religionem dicebat, qui titulum eius tam euidenter expreſsit. In regula etiam mandauit, ꝙ fratres

irent.

irent pro eleemoſyna confidenter; nec oportet eos verecundari &c. cuius exemplo, & monitu primi fratres in principio verecundia depoſita ibant pro eleemoſyna alacriter. Vnde cuidam fratri reuertenti pro eleemoſyna, & cum magna voce Deum laudanti, cum audiſſet ſtatim iuit obuiam cũ magna lætitia oſculans ſibi humerum, vbi portabat peram cum eleemoſyna, atque peram accipiens portauit vſque ad locum dicens fratribus. Sic volo, ꝙ frater meus vadat, & reuertatur cum eleemoſyna lætus, & iocundus, gaudens, & laudans Deum. Ibat enim beatus Fran. libenter pro eleemoſyna, nam cum iret per mundum prædicando dato, ꝙ inuitaretur ab aliquo quantumcunq; nobili, vt comederet, & hoſpitaretur cũ eo, ſemper hora comeſtionis ibat prius pro eleemoſyna, quam iret ad domum illius propter fratrum bonum exemplum, & dignitatem dominæ paupertatis, & multotiens dicebat illi, qui inuitauerat eum. Ego nolo dimittere dignitatem meam regalem, & hæreditatem, ac profeſſionem meam, & fratrum meorum, videlicet ire pro eleemoſyna oſtiatim, & pro feudo ad horam conceſſo hæreditatem ſtabilem ſe dicebat nolle relinquere. Paupertas (inquit) eſt, quæ hæredes, & reges regni cœlorum inſtituit; non falſæ veſtræ diuitiæ. Et aliquando, qui eum inuitauerat, ibat cum ipſo, & eleemoſynas; quas b. F. acquirebat ille accipiebat, & propter eius deuotionẽ pro reliquijs reponebat. Quodam tempore cum viſitaſſet dominum Oſtien. qui fuit poſtea Papa Gregorius. 9 In hora comeſtionis, quaſi furtiue iuit pro eleemoſyna oſtiatim, & cum reuerſus fuiſſet iam intrauerat ad menſam dominus Oſtienſis cum multis militibus & nobilibus. accedens autem. B. F. poſuit ſuper menſam coram. D. Cardinali illas eleemoſynas; quas inuenerat, & intrauit ad menſam iuxta ipſum: quia ipſe Cardinalis volebat, ꝙ ſemper. B. Fr. ſederet ad menſam iuxta eum. Et verecundatus fuit inde aliquantulum Cardinalis: eo ꝙ iuerat pro eleemoſynis, & poſuerat eas ſuper menſam: ſed nihil dixit ei tunc propter recumbentes. Cumq; comediſſet aliquantulum. B. F. accepit de ſuis eleemoſynis, & cuilibet militi, & capellanis domini Cardinalis miſit parũ ex parte domini Dei; qui omnes cum magna reuerentia, & deuotione accipiebant extrahentes ſibi capucia, & infulas, & alij comedebant: alij reponebant propter eius deuotionem. Ex hoc autem gauiſus eſt dominus Oſtienſis propter illorũ deuotionem; & quàm maximè: quia illę eleemoſynę non erant de pane frumenti. Poſt comeſtionem vero intrauit cameram ſuam Cardinalis ducens ſecum B. F. & eleuans brachia ſua amplexatus eſt eum cum magno gaudio, & exultatione dicens ei, Quare frater mi ſimplicione feciſti hodie mihi verecundiam; vt veniens ad domum meam; quæ eſt domus fratrum ires pro eleemoſynis? Reſpondit ei. B. F: Immo domine vobis exhibui magnum honorem dum maiorem dominum honoraui: Quando enim ſubditus facit officium ſuum, & implet obedientiam domini ſui, facit honorem domino ſuo, & ait. Me oportet eſſe exemplum, & formam pauperum noſtrorum: maxime, quia ſcio, ꝙ in religione fratrum ſunt, & erunt fratres minores nomine, & opere, qui propter amorem domini Dei, & ſpiritus ſancti vnctionem, quæ docebit eos de omnibus, humiliabuntur ad omnem humiliationem, & ſubiectionem, & ſeruitium fratrum ſuorum. Sunt etiam, & erunt de illis; qui aut verecundia detenti, aut propter malum vſum dedignantur, & dedignabuntur ſe humiliare, & inclinare ad eundum pro eleemoſynis, & facere alia opera ſeruilia, propter quod oportet me opere docere eos; qui ſunt, & erunt in religione, vt in hoc ſeculo, & in futuro ſint inexcuſabiles coram Deo. Exiſtens ergo apud vos; qui eſtis dominus, & apoſtolicus noſter, & apud alios magnates, & diuites huius ſeculi: qui propter amorem domini Dei cum multa deuotione me non ſolum recipitis in domos veſtras: ſed etiam ad hoc me compellitis, nolo verecundari ire pro eleemoſynis, immo volo hoc habere, & tenere pro maxima nobilitate, & dignitate regali propter honorem illius: qui cum eſſet dominus omnium pro nobis voluit fieri ſeruus omnium, & cum eſſet diues, & glorioſus in maieſtate ſua, venit pauper, & deſpectus in humanitate noſtra: vnde volo, ꝙ ſciant fratres; qui ſunt, & erunt, ꝙ pro maiori conſolatione corporis, & animæ habeo, quando ſedeo ad menſam pauperculam fratrum, & video coram me pauperculas eleemoſynas; quæ acquiruntur oſtiatim amore domini Dei, quàm cum ſedeo ad menſam Nota. veſtram, & aliorum dominorum præparatam diuerſis ferculis abundanter: Panis enim eleemoſynæ, eſt panis ſanctus: quem ſanctificat laus, & Dei amor: quoniam cum frater vadit pro eleemoſyna: prius debet dicere. Laudatus, & benedictus ſit dominus Deus. poſtea debet dicere. Facite nobis eleemoſynam domini Dei amore: Et de huiuſmodi collatione verborum dominus Cardinalis fuit valde ædificatus, & ait beato. F. Fili mi: quod bonum eſt in oculis tuis facito, quoniam dominus eſt tecum, & tu cum illo.

Voluntas fuit. B Frã. ſicut multotiens dixit, ꝙ frater non deberet diu ſtare, ꝙ non iret pro eleemoſyna propter meritum magnum, & ne verecundaretur poſtea ire: immo quanto frater erat nobilior & maior in ſeculo: tanto magis lætabatur, & ædificabatur de eo, quando ibat pro eleemoſyna, & faciebat alia ſeruilia

opera;

opera; quæ tunc faciebant fratres. Fratres pro eleemoſyna accedere nolentes, ab ordine emittebat. Vnde in ordinis principio, quãdo fratres ſtabant iuxta Rigum tortum, fuit quidam frater, qui paruni orabat, & non laborabat: pro eleemoſyna ire nolebat, & bene comedebat. Conſiderans hoc. B F. & cognoſcẽs per ſpiritum, ꝙ homo erat carnalis; ait illi. Vade viam tuam frater Muſca: quoniam vis comedere laborem fratrum tuorum, & eſſe otioſus in opere Dei, ſicut apis otioſa, & ſterilis; quæ non lucratur, & non laborat: ſed comedit laborem, & lucrum bonarum apum, & ſic ille iuit viam ſuam, & quia carnalis erat: non petijt miſericordiam, nec inuenit. Quod.n.b. F. vt dixit domino Oſtienſi magis delectaretur comedere ad menſam pauperum, quam diuitum, ipſe oſtendit facto in vrbe. Inuitatus.n.à domino Matthæo Rubeo patre domini Ioãnis; qui fuit poſtea Nicolaus.3. qui beatum. F. multum diligebat: vt pranderet cum eo: & B.F. acceptaſſet, hora prandij venit ad domum. Et cum D. Matthæus non ſic veniret ad domum cito. B.F. videns pauperes; quos ipſe D Matthæus quotidie paſcebat comedentes, amore pauperis Chriſti ad terram ſe poſuit ad comedendum cum eis (nullo de ſcutiferis aduertẽte. Cumq; D. Matthæus rediſſet, & interrogaſſet, vbi eſſet B.F. & diceret ſe ſine ipſo nullatenus comeſturum, conuerſus, vt videret pauperes comedentes, vidit in medio eorum beatum.F. Qui lauans ſecretè manus ſuas, poſuit ſe humiliter iuxta. B.Fr. cum ipſo in terra ſedendo: cui, & dixit. Frater. Fr. poſtquàm tu non vis comedere mecum: ego comedam tecum, & ſic ambo in terra comederunt humiliter.

Si loquamur de poſſeſsionibus: nullam voluit habere domino Papa dicente ſibi durum eſſe ſine poſſeſsionibus viuere, reſpondit. B.Fr. di. Confido in domino Ieſu, vt qui nobis promiſit in cœlo dare vitam, & gloriam, non ſubtrahet nobis in terra ſuſtentationem corporum neceſſariam tempore opoituno. Et Epiſcopo Aſsiſij dicente ſibi Dura mihi videtur, & aſpera vita veſtra: nihil ſcilicet in hoc ſeculo poſſidere, reſpondit B.F. Domine, ſi poſſeſsiones aliquas haberemus, nobis eſſent neceſſaria arma ad noſtram protectionem: nam inde oriũtur quæſtiones, & lites, ſoletq; ex hoc amor Dei, & proximi multipliciter impediri, & ideo nolumus in hoc ſeculo poſsidere aliquid.

Si loquamur an ad ſuperfluitatem aliqua re fuerit vſus, certè non: vnde ipſe. B.Fr. de ſe dicebat. Non fui latro de eleemoſynis, acquirẽdo eas, vel vtendo vltra neceſsitatem: ſemper minus accepi, quam me contingeret: ne alij pauperes defraudarentur portione ſua: quia contrarium facere furtum eſſet: immo multo tiens acquirebat eleemoſynas, quia libentius ſibi dabant, quàm alijs, & ipſe dabat pauperibus; vnde nihil ſuperflui volebat eſſe apud fratres. nam & vaſculum non patiebatur eſſe in domo, cum ſine ipſo poſſent extremæ neceſsitatis euadere ſeruitutem. In mẽſa aliqualiter bene parata in natiuitate domini noluit comedere: ſed poſuit ſe in terra di. ꝙ erat menſa diuitum, & non pauperum: qui vadũt quotidie oſtiatim mendicando.

Si loquamur de retentione rerum fratrum ordinem introeuntium; an acciperet: certe nõ; immo in regula oppoſitum mandauit di. Caueant fratres, ne ſoliciti ſint de rebus temporalibus talium; ſed liberè faciant de rebus ſuis quicquid dominus inſpirauerit eis. Et in 7. parte legendæ habetur: ꝙ in loco S. Mariæ tanta erat penuria, vt fratribus forenſibus, & alijs non poſſet ſecundum neceſsitatis exigẽtiam prouideri. Quare Vicarius eius frater Petrus Cathanij petijt ab eo ſi hac de cauſa ei placeret, vt de rebus nouitiorum aliquid reſeruaretur; vt poſſent ad id fratres tempore opportuno habere recurſum & reſpondit malo te altare Virginis glorioſæ nudare cum neceſsitas id requirit, quàm contra paupertatis votum, & obſeruantiam euangelij aliquid, vel modicum attentare. Gratius.n. habebit Virgo Beata ſuum altare detegi, ſancti euangelij perfectè ſeruato conſilio: quàm altari veſtito filij ſui promiſſum conſilium prætermitti.

Si loquamur de officio prælationis: certè ipſum noluit retinere: officium generalatus reſignauit; ne proprium habere videretur, & fratrem Petrum Cathanij inſtituit.

Si loquamur an haberet pro malo, ſi quẽpiam ſecundum exteriorem habitum ſe pauperiorem vidiſſet: certe patet ex dictis ꝙ ſic: quia in hoc omnes optabat excedere, & à nullo ſupergredi, aut vinci. Sic ergo præfatis, & alijs antedictis patet beatum Franciſcum paupertatem dilexiſſe.

Quintumdecimum oſtendens beatum F. paupertatem amaſſe, eſt ipſius paupertatis à bea. F. deſponſatio, & in ſponſam aſſumptio. Vbi ſciendum ꝙ B. Fr. illius paupertatis allectus amore, vt eum in ſponſam acciperet: non ſolum pro ea patrem, matremq; reliquit; & vniuerſa; quæ habere poterat cuncta diſperſit: ſed ipſam per totum orbem quæſiuit. Ipſam enim diligẽter, & ſummo affectu quæſiuit per vicos, & plateas, ideſt inter homines; qui tunc viuebant, & quia obliterata erat paupertatis ſemita, & memoria, non inuenit: per nobiles; quæ ſiuit, & potentes, nec inuenit: quia omnes à maiori vſque ad minimum diuitijs inhiabant, & auaritiæ. Hæc ſiquidem paupertas, & ſi primo homini adhæſit cum eſſet conditus: quia nudus: tamen peccando, & tunica pellicea induto, ac labori manuum tradito, ab ipſo receſ-

ſo receſsit. A patribus veteris teſtamēti abijt: quia terram fluentem lac,& mel in promiſsione acceperunt. Sed domino Ieſu Chriſto deſcendente de monte ſuæ maieſtatis per carnis aſſumptionem: hanc ſecum de cœlo ad terram deuexit,& cum ipſo naſcendo, viuendo, & moriendo eſt commorata fideliter,& indiſſolubiliter. Hanc ſiquidem recommendauit ſuis diſcipulis, & grata eis fuit, & multis alijs fidelibus vſq; ad tempora Conſtantini. In perſecutione martyrum fortiter aſtitit eos iuuando, & de hoſtibus victoriam conferendo. Santi enim martyres huius amore allecti, nec pœnas timebant, nec temporalia amittere. Verum tempore Conſtantini ceſſante perſequutione, & ſecuritate obtenta paupertas à mundo cępit repelli, exceptis quibuſdam patribus in Aegypto, & alibi degētibus, & hoc auaritia, & diuitiarum abūdantia ſubintrantibus. Auaritia enim primo ſub ſpecie prouidentiæ,& diſcretionis: demum ſub prætextu; immo vitio negligentiæ, & corporis mundum ſubintauit, & præcipue ad conſortium illorum deuenit; qui paupertatem ante, ſummo affectu poſſederant, & dilexerant ſcilicet domini ſacerdotes, & fideles Chriſticolæ. Quæ auaritia mundi cardines occupás; neceſſe fuit paupertatem à mundo abſcedere; & ſe in cœleſtibus cum Chriſto ſuo,& ſanctis eius collocare. Superueniente beato.F.& quærente hanc videre, habere, & poſsidere; ipſam quærendo ibat per plateas,& vicos, ciuitates,& caſtra per cognatos,& notos,& nō inuenit eam; nec immerito, quia in terra ſuauiter viuentium non reperitur. Videns ergo. B.F. ꝙ ipſam nullibi inuenire pro tunc in hoc mundo poterat: quia poſuerat tenebras latibulum ſuum. Quid egit? certe montem domini aſcendit; patrem.ſ.cœleſtem exorando, vt eam ſibi in ſponſam, ſociam, & dominam mittere dignaretur. Cuius votiuis deſiderijs annuens pater cœleſtis eā ad B.F. direxit: quā cum.B.F. cerneret exarſit in eius amorē, ſupplicans eidē, vt vellet eius coniunctioni aſſeuſum præbere; cum vellet eam in ſponſam accipere,& perpetuo habere,& tenere: Ipſa vero beati.F. penſans amictum, vtpote viliſsimè indutum, ſola tunica habituali, chorda, & femoralibus contentum; eius ad ſe deſiderium, & affectum volens videre; locum in quo habitare debebat, petijt videre: per quem a B. Frā. cum omni reuerentia ducta; cum eum eſſet luſtrata,& pauperrimum repериſſet in Eccleſia, capitulo, refectorio, dormitorio, horto; clauſtro,& alijs vtenſibilibus, exhilarata plurimū patri cœleſti; qui eam direxerat, laudes retulit inexhauſtas: qui ei præparauerat virum iuxta cor ſuum, & beati Fran. precibus annuens; benignè ſuum ei de deſponſatione præbuit aſſenſum, quam B.Frā. ſumerè volens ſibi primo ſponſalia præparauit; pro eius amore omnia reſpuendo,& abrenunciando. Deinde annulo ſubarrauit paupertatem profeſsione vouendo, præ omnibus alijs modo ſtrictiori; eamq; accepit, duxit, & coniunxit ſibi quando nihil in hoc mundo habere voluit. nec in proprio, nec in comuni; niſi in ſolo vſu; exceptis vſu conſumptibilibus, à quibus dominiū non ſeparatur ab vſu, vt dicit. D. Papa. Io. 22, in ſua decretali incipi. Ad conditorem canonum &c. quam acceptam, & deſponſatam ſic tenuit, ꝙ à ſuo amplexu nunquam abſceſsit,& vt dicetur in vltimo mortis conſtitutus ex huius mirifica deſponſatione, & acceptione ex hac paupertate ſponſa. B.F. multos filios generauit, iuxta illud quod dicit Thomas de Capua in hymno de ipſo edito. In cœleſti collegio, dicit. In paupertatis prædio minorum plantans vineam &c. Qui filij à B Fr. de matre paupere generari per omnia paternis inherentes veſtigijs,& maternis, ſcilicet paupertatis, vt veri filij ab eius conditione nulla vi deuiarunt, vt patuit de fratribus primogenitis beati Fr. Bernardo, Petro Cathanij, Egidio, Leone, Maſſeo,& ſic de alijs: qui per ſemitas ſanctæ matris eorum paupertatis incedentes, & mundum claris irradiarunt fulgoribus vitæ perfectæ, & nunc cœleſti gloria decorantur: quorum in pauprrtate gloriatio in patre eorum. B.F. perfecti conubij ad paupertatem ipſam aſtruunt inſeparabilitatem,& dilectionē. Sextumdecimum & vltimum. B.Fr. oſtendens amoris vehementiam, & inſeparationem eſt in paupertate perſenerantia, & conſumatio. Non ſolum fœdus cum ſancta paupertate. B. F. illibatum,& indiſtinctum tenuit in principio ſuæ connerſionis ad Chriſtum, & in medio (vt iam dicta declarant) ſed vſq; ad finē, videlicet vltimum ſui exitus diem; quod cum ſancta paupertate accepit fœdus: tenuit ſtrictè,& ſeruauit. Ad cuius amplexum ſtrictiſsimum prius verbi efficacia quæ potuit, fratres induxit præſentes; & demum exemplo firmauit. Hora enim ſui tranſitus proximante, ſuper nudam humum ſe totum nudatum non tā depoſuit, quam proſtrauit, dicens fratribus. Ego quod meum eſt feci, quod veſtrum eſt Chriſtus edoceat. Guardianus vero vnus ex ſocijs tunica, chorda, & ſemoralibus acceptis famulo Dei obtulit dicens. Hoc tibi tanquam pauperi commodo, & tu illa ſuſcipias obedientiæ ſanctę mandato. Gaudet ex hoc vir ſanctus,& iubilat præ lętitia cordis: quoniam fidem ſe tenuiſſe ſanctæ paupertati vſq; in finem vidit, palmaſq; leuans ad cęlū Chriſtū ſuum magnificat; pro eo ꝙ exoneratus ab omnibus, liber vadit ad Chriſtum. Fecerat enim hoc ſanctæ paupertatis zelo, vt nec habitum quidem vellet habere, niſi ab aliquo commodatum. Voluit enim in hoc Chriſto crucifixo

Quando paupertas cępit expelli a mundo.

Nota de auaritia.

Nota.

B.F. morientis actus, & quid fratribus indixerit.

eſſe conformis; qui pauper dolens, & nudus in cruce pependit: propter quod in principio conuerſionis ſuæ vitæ nudus remanſit coram Antiſtite, & in conſumatione vitæ nudus voluit de mundo exire. Fratribus quoq; ſibi aſsiſtentibus in obedientia charitatis iniunxit, vt cum viderent eum iam eſſe defunctum per tam longum ſpacium, nudum ſuper humum iacere permitterēt, ꝙ vnius milliarij tractum ſuauiter quis perficere poſſet, vt viuens Chriſto viuenti, & moriens morienti, ac mortuus mortuo, perfecta eſſet imitatione conformis. Sic ergo præfatis.16. apparet beatum Frāciſcum fœderatum, & coniunctum per omnia fuiſſe cum ſancta paupertate, ad inſtar Chriſti, prout 2. pars huius conformitatis dicebat, & ſic apparet quanto fœdere, & charitate B. pater F. paupertatem amauerit. Verum quia huius paupertatis imitatio ſine præmio in præſenti non exiſtit, & futuro: cum diceret B. F. fructum eius eſſe multiplicem; ſed occultum, vidēdum eſt quid B. F. ac profeſſores per ſe&i ſanctæ paupertatis gratiarum à domino obtinuerint in præſenti, & in futuro, Vbi ſciendum, ꝙ vt patuit ex dictis in prima parte huius conformitatis cum multa faciat in homine ipſam debite poſsidente paupertas beato Fran. plura bona eſt largita.

Quæ contulit paupertas Bea. Fran.

Et p timum fuit, quia eidem contulit iocunditate m; ſemper. n. Beatus. F. lætus erat; etiam in te:r irrigua lachrimarū, & quia in nullo corporali ſpem poſuerat; ſed omnia ſpernebat, nihil erat quod ei mæſtitiam valeret inferre. Vnde licet ſemper gauderet; ſpecialiter tamē quando ſe pauperem audiebat dici, & ſalutari, vnde in 7. parte legendæ habetur, ꝙ dum iret ad ciuitatem Senenſem, & eſſet in planicie quadam inter Campilium, & ſanctum Quiricum, tres mulieres pauperculæ ſtatura, ætate, ac facie per omnia ſimiles ei occurrerunt; eum ſalutantes, & dicentes. Bene veniat domina paupertas, & hoc dicto, ſubito diſparuerunt. Quo audito vir Dei, indicibili gaudio, & lætitia eſt repletus; vtpote qui nihil audire ſic optabat pro ſalutatione; ſicut id, quod illę dixerunt.

Secundum. B. F. paupertas dedit. ſ. ſecuritatē, vt. n. 4. pars legendæ dicit. ſancta paupertas faciebat, quam ſolam ferebant pro ſumptibus; beatum. F. & filios fratres ad omnem obedientiam promptos, robuſtos ad labores, & ad itinera expeditos; & quia nihil terrenum habebant, nihil amabant; nihilq; timebant amittere, ſecuri erant vbique, nullo pauore ſuſpenſi, nulla cura diſtracti, tanquam qui abſq; mentis turbatione viuebant; diem craſtinum, & ſerotinum hoſpitium ſine ſolicitudine expectabant: vbique ergo beatus. F. erat ſecurus; quia paupertas eum in adiutorio ſtare faciebat altiſsimi, non timebat à timore nocturno, huius ſignum erat; quia nocte pergebat ad Eccleſias derelictas ſine timore: & pernoctabat ibidem, ꝙ enim paupertas eum fecerit ſecurum patuit; quia relicto mundo coram Epiſcopo: cum per nemora ſeminudo corpore laudes decantaret occurrentibus latronibus non timuit, nec à laude ceſſauit, vt dicit. 2. pars legendæ.

Tertium dedit paupertas B. F. ſcilicet tranquilitatem, cum enim contempſiſſet omnia, nihil perturbabat, aut inquietabat eius mentem, & ſic ſemper erat mente tranquillus; nihil diſtrahebat eum ad mundana: quia ſine ſolicitudine viuebat, vt enim dicit eius legenda, ad exteriora per Chriſti gratiam totus inſenſibilis erat effectus; de nullo curabat, niſi ſpiritū Deo exhibere pūtem, & quia nil aliorū petebat, pacē eius pectoris cōſeruabat, & cātabat, & in cunctis omnibus manus dñi exaltabat, & quia ſic erat; hinc eſt ꝙ perturbatos reducebat ad tranquillitatem, & pacem, ſicut ciuitatem Aretij, & ciuitatem Senenſem, vt habitum eſt in præcedentibus.

Quartum dedit paupertas B. F. ſcilicet impaſſibilitatem, vt videlicet in illatis patientiſsimus eſſet, & de nullo ſibi dicto, aut facto curaret. Imperturbatus in iniurijs, & conuitijs ſtabat commendando domino improperia dicentes, & deprecans pro ſibi pœnas, & anguſtias inferentibus, quia. n. abdicatio mundi in erat ei cum abnegatione ſui (aliter non fuiſſet veraciter expropriatus) quia loculos propriē habuiſſet voluntatis: ideo de iniuriis nō affligebatur, quia ipſum in nullo ledebāt; ſed domino approbabant: verberatus à latronibus, poſt mundi abdicationem nihil curauit; immo cantauit.

Quintum dedit paupertas, B. F. ſ. intimitatē, & coniunctionem cum Chriſto; ipſa. n. eſt glutinum, quo homo ligatur, copulatur, & ſtrictius tenetur cum Chriſto (teſte enim ipſo. B. Fran.) virtus, quæ magis amicum Chriſto reddat, eſt paupertas: quare & ſibi coniunctum, quia amicorum eſt idem velle, & idem nolle, & duo ſunt in mente vna. Et ꝙ. B. Fr. Chriſto fuerit vnitus, patet eius legendam intuenti. In cuius ſignum Chriſtus, vt ipſe poſtmodum reuelauit ei, conceſsit, vt ſemper ſancta cogitaret, loqueretur, & operaretur: de cuius coniunctione loquitur. 9. pars legendæ, ꝙ Chriſtus Ieſus intra vbera ſuæ mentis continue morabatur; in quem optabat per amorem totaliter transformari.

Sextum dedit paupertas beato. F. ſ. mentis puritatem: Paupertas. n. eſt quidam caminus ignis omnia purgans, & à mente excoquens, & remouens temporalium delectationum, & affectionum materiam: occaſionem enim omnem tollit peccandi, vt dictum eſt ſupra, in cuius ſignum Chriſtus, qui niſi mentis oculis videtur, Paupertas quid.

videtur, à B.F. multotiens eſt viſus, vt conformitate præcedenti eſt dictum.
Septimum dedit ſancta paupertas B.F.ſ.mentis ſubleuationem; quia enim mentem à terrenis omnino remouerat per ipſorum abiectionem, & vilipenſionem, hinc eſt (vt dicit 4. pars legendæ) ꝙ mente, & facie ſemper ad ſuperna videbatur ſuſpenſus, & affixus, vt dictũ eſt conformitate præcedenti. Et de his, quæ fiebãt circa ipſum, nihil aduertebat, vt patuit quando trãſiuit per Burgum ſancti ſepulchri.
Octauum quod porrexit paupertas ipſa B. F. eſt victoria de diabolo. Vnde de B.F. loquens Alexãder Papa in priuilegio de ſtigmatibus, quod incipit. Benigna diuinę operatio voluntatis. dicit, ꝙ ipſe viam iuſtitiæ parans in deſerto altiſsimæ paupertatis contra carnem, mundum, & diabolum exultauit velut gigas. Nam ꝙ diabolum paupertate ſuperauerit, habetur in 1. lib. conformitate 6. parte 2. & dicetur conformitate 9. huius ſecundi. Cum.n. diabolus ſoleat homines per mundialium appetitum capere, per abiectionem ipſorũ perfectam vincitur, & ſuperatur: quia nudus cum nudo luctari debet, & quòd B. F. diabolum vicerit; ſignum erat, ꝙ ad ipſum per multa milliaria (vt ipſi demones teſtati ſunt) accedere ab Angelis non permittebantur.
Nonum dedit paupertas B.F. deuotionem, & dulcedinem miram ad Deum, & ad ſanctos, quoniam hæſit totaliter Deo per amplexum paupertatis, guſtauit quãm ſuauis eſſet dominus; cuius ſuauitate attractus, nihil ei durum videbatur: quorum amore, & conſideratione non ſolum in propoſito ſanctæ paupertatis confirmabatur; ſed ad perficienda omnia reddebatur ex deuotione, & dulcedine promptiſſimus. Ter ad terram ſaracenorum iuit, ad S. Iacobum de Galicia, ad S. Michaelem; ad S. Nicolaum, & Romam pluries, & ſic ſanctuaria viſitando; argumentum erat deuotionis magnæ, & dulcedinis ſuperabundantis conſolationis diuinæ: hac deuotione, & dulcedine ex paupertatis bono accepta clamat. B. Frã. Deus meus, & omnia, prout expræſſit in camera adhuc ſecularis exiſtens fratris Bernardi.
Decimum quod dedit paupertas ſancta B.F. fuit ſubuentio; ſibi enim in cunctis ſubuenit: nihil defuit beato F. poſtquam Chriſti amore, corde fuit, & opere ſanctæ paupertati coniunctus: Beato Fr. fameſcenti cum ſocijs poſt confirmationem primę regulę cibus cœlitus eſt à Deo deſtinatus, vt dicit 4. pars legendę.
In capitulo generali, in quo vltra quinq; millia fratrum fuerũt, miniſtrata ſunt omnia affluenter Dei prouidentia, vt dicit 4. pars legendæ.
In mari Sclauoniæ cibaria ingredienti nauem pro ipſo, & ſocio à Deo directa, ipſis etiam nautis ſuffecerunt.
In Eremo ſancti Vrbani aqua in vinum eſt mutata.
Deferenti in Aſello beatum. Fr. fons aquæ de nouo in monte eſt productus.
Hominibus de Aſsiſio ducentibus B.F. de Nuceria Aſsiſium in Satriano, cibus gratificè eſt donatus.
Vinea ſacerdotis comeſta à plebe vindemiarum tempore, vinum præbuit vltra conſuetũ.
Medico, & fratribus apud fontem Polumbarum pro prandio neceſſaria cuncta dantur.
Panibus tribus multiplicatis ſaciantur ſufficienter fratres numero triginta.
Per totam quadrageſimam maiorem in lacu Peruſino medietate vnius panis à Deo ſuſtentatur Franciſcus.
Infirmo de S. Iacobo redeunti anicula ad edẽdum cęlitus Fr. eſt miſſa.
Sic & apud Aſsiſiũ egroto, & deſiderãti ſqualum, caniſtrum plenum eſt directum: petroſillus nocturno tempore, quem optabat inuenitur.
Semel ipſo tunica indigente, cũ diceret Guardiano, vt ſibi faceret vnam, cum Guardianus mente volueret per noctem quomodo poſſet inuenire, ſummo mane, cum vellet ad hoc exire locum, hominem inuenit deferentem pannum pro ſex tunicis, vt daret fratribus pro anima ſua. Et cum Guardianus id beato Frã. retuliſſet, dixit B.Fran. Accipe pannum, quia ad hoc miſſus eſt iſte homo à Deo; vt meæ neceſsitati taliter ſubueniret, & gratias age illi ſolum, qui de nobis videtur eſſe ſolicitus: Multis alijs modis, & vijs diuina prouidentia beato Fran. in cunctis ſubuenit. Quapropter B F. animando fratres ad amplexum paupertatis dicebat eis, quod ſi paupertatem tenerent nihil deficeret eis, & dicebat. Quantum fratres declinabunt à paupertate, tantum mundus declinabit ab eis. Querent, & non inuenient. Sed ſi dominam meam paupertatem complexi fuerint; mundus eos nutriet, quia mundo dati ſunt ad ſalutem. Comertium eſt inter mundum, & fratres: Fratres debent ipſi mundo bonum exemplum dare. Mundus autem debet eis prouiſionem neceſsitatum. Quando ipſi fratres retraxerint bonum exemplum fide mentita, mundus contrahet manus ſuas iuſta cenſura.

Nota.

Quale cõmertium eſt inter mundum, & fratres.

Vndecimum dedit paupertas beato Fran. ſcilicet impetrationem, ipſe pauper Deo digniſſimus Frãciſcus clamauit, & ſtatim Deus exaudiuit eum, vt dicetur conformitate 11. huius 2. lib.
Duodecimum quod habuit B.Fran. ex paupertate, eſt cęleſtis glorię ſubarratio, vt ſupra dictum eſt, Apoſtoli Dei B. Petrus & B. Paulus beato Fran. hoc prædixerunt ex parte Chriſti dicentes, quod quicunque paupertatem perfecte

ſecte ſequerentur, de regno ſieatitudinis ſunt ſecuri. Sic ergo ex pręfatis apparet quomodo B. Fran. paupertatem dilexerit, & quid boni eius dilectione acceperit. Multa alia poſſunt adduci ad probandum paupertatem beati F. & quæ habuit ex paupertate, ſed pro præſenti declaratione huius conformitatis beati Franciſci ad Chriſtum ſufficiant iam dicta.

Ergo fratres dilecti ad amplexum paupertatis antedictis conſideratis, cum inducamur videlicet primo Chriſti exemplo.
Secundo ſuæ matris virginis Mariæ.
Tertio Apoſtolorum, & diſcipulorum.
Quarto ſanctorum tam patrum de Egypto, quam aliorum Martini benedicti, & ſic de alijs.
Quinto phyloſophorum.
Sexto gentium, & paganorum.
Septimo dictis Chriſti, & doctorum.
Octauo colatione beneficiorum in præſenti.
Nono præmio futurorum, qui a eam tenentibus regnum datur cęlorum, ſed ſpernentibus traditur conſortium damnatorum, ſicut dictum eſt conformitate nona primi libri, parte ſecunda.
Decimo exemplo beati Franciſci, & ſuorum ſociorum, qui eam viuentes, & morientes cuſtodierunt: Arripiamus ipſam paupertatem, vt ſicut profeſsione deuouimus, ſic etiam opere impleamus, vt eius amplexu ſubminiſtrentur neceſſaria, deuitemus antiqui diaboli latibula, victoriam habeamus de mundo, carne, & diabolo, & tandem eius ductu laureati, perpetuo ſimus in gloria, amen. Sic ergo patet expoſitio conformitatis quartæ huius ſecundi libri quo ad vtranq; partem, videlicet. Ieſus inops, & modicus. Franciſcus fęderatur.

FRVCTVS QVINTVS ET CONformitas ſecundi libri. Et decima ſeptima in ordine. Ieſus ſubmiſſus omnibus. Franciſcus minoratur Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus ſubmiſſus omnibus.

VIRTVS illa nobiliſsima ſanctæ humilitatis, qua homo Deo placet, diſplicet diabolo, à vitijs ſeparatur, ac virtutibus mirifice adornatur, & ſi nobis oſtendatur ſuſcipiéda à cęleſtibus; utpote quia boni Angeli eam tenentes, in cęlo remanſerunt; ſuperbientes vero, & mali à cęlo eiecti, de Angelis demones effecti ſunt.
A terreſtribus, videlicet animalibus, quæ in quibuſdam virtutibus corporalibus prequalét homini, vt in viſus acuitate linx, & aquila. (Quæ animalia in aliquibus virtutibus præualent homini.)
In olphatu, canis, & vultur.
In auditu gatus, & ſerpens.
In pulchritudine pauo:
In voce phylomela.
In fortitudine leo.
In velocitate lepus.
In prudentia formica.
In amictu, & ornatu (iuxta dictum Chriſti) lilia agri, & ſic de alijs, quę potiori modo, quã in hominibus reperiuntur, & ſic in talibus vt de ipſis nequeat ſuperbire.
A corpore noſtro, ſcilicet de putredine iuxta dictum Iob. Generato cum dolore enixo omnibus ſpoliato, egreſſo ex vtero veſte, & pelle ſecundina excepto, in calamitatibus conſtituto & miſeria, & ad mortis finem, & cinerem deſtinato.
Ab anima, quã naturaliter homo inuenit plenam ignorantia, facilem ad ſeducendum, difficilem ad corpus regendum, & refręnandum, à peccato reſurgendum, & ad bonum peragendum.
A toto homine, conſiderando mortis infalibilitatem, quia ſancitum eſt cuilibet homini ſemel mori, eius incertitudinem.
Quo ad tempus, quia an hodie, vel cras.
Quo ad locum, quia an in mari, vel in terra, & ſic de alijs.
Quo ad perſonam, an per hominem, vel per beſtiam &c.
Quo ad motum ſubito, vel per ſpacium, & ſucceſsiue.
Quo ad ætatem puer, vel iuuenis, vel ſenex.
Quo ad genus febre, vel gladio, & ſic de alijs.
Quo ad ſepulturã, an ponatur in tumulo, vel canibus detur ad deuorãdum, hæc omnia incerta cum ſint, ad humiliandum præbent documentum. Et non ſolum præfatis inducitur homo ad humilitatem, ſed ad hoc præcipue eſt ſcriptura ſacra, quæ dum ſuperbos docet exemplo deiectos a ſuis ſtatibus, vt patet de Lucifero, Adam primo homine, Pharaone, Nẽbroth, Adoniſedech, Siſara, Goliath, Saul, Acham, Achab, Manaſſe, Senacherib, Nabuchodonoſor, Arphaſat, Anthioco, & ſic de alijs multis, humilitate fulgentes à Deo pandit erectos, vt patet de Moiſe, Dauid, & ſic de pluribus alijs, ſuperbiam docet merito abijci; & humilitate ornari. Verum cum ſcriptura dicat Quanto maior es, tanto magis te humilia in omnibus, & corã Deo, & hominibus inuenies laudem, hinc eſt, quod ſi volumus vere humilitatem addiſcere, ab illo, in quo fulſit ſumme, ſcilicet domino noſtro Ieſu Chriſto diſcamus; cuius humilitatis magnitudiné exprimit Apoſtolus ex hoc, quia cum eſſet Deus in tantum ſe humiliauit, vt factus ſit homo dicens. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, (Eccl. 3. ; Philip. 2.)

homo,& addit. Humiliauit ſemetipsū, factus
obediens vſq; ad mortem, mortem autem cru
cis. Quare celſitudo diuinitatis calamitas no
ſtræ miſeriæ, & viliſsimæ humanitatis ſuper
omnia Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti pan
dit humilitatem; hāc enim accepit in ſuo exor
dio, in medio tenuit, & vſq; ad mortem cum
ipſa permanſit. Hanc enim virtutem notabi-
lem, & inſignem multipliciter oſtendit, & de-
clarauit ſe diligere, dum eam aſſumpſit.
Primo incarnatione, quando voluit noſtra car
ne vili obumbrari 9. menſibus in vtero beatæ
Virginis reclinari, & de eius puriſsimis ſangui
nibus formari.
Secundo in ſui in mundum ortu, & natiuitate
more aliorum naſcendo collocatus in præſe-
pio, & ſtabulo, & pannis vilibus, vt paupercu-
lus amictus, & multis neceſsitatibus tam in
ſe, quam in matre circundatus.
Tertio in circunciſione, ſeu in ſimilitudine pec
catorum circūcidendo; ac patribus ſe confor
mando.
Quarto in præſentatione in templo cum tali
ſocietate delatus, ac vt pauper, & humilis re-
demptus duobus pullis turturum, ſeu colum-
barum.
Quinto in peregrinatione, & ad Egyptum fu-
ga, ſi penſetur modus, cętus, tempus, locus, &
alia, quæ ad hæc concurrerunt.
Sexto in baptiſmi à Ioāñe Baptiſta, vt pecca-
tor ſuſceptione, dominus omnium à ſeruo vo
luit baptizari, & ſe pœnitentia indigere decla
rauit.
Septimo in prædicatione, & ſocietate, quia hu
miles perſonas, & abiectas ad ſuum diſcipula
tum admiſit, & conſortium.
Octauo in mulieris Samaritanæ benigna allo-
quutione; non eſt dedignatus cum mulier cu-
la loqui, & eam informare.
Sic etiam ad ſeruum accedere voluit Centu-
rionis.
Nono in Lazari reſuſcitatione plorādo, oran
do patrem, & gratias referendo eidem.
Decimo in honoris in die palmarū ſuſceptio-
ne, quia aſinum elegit, & non ęquum ad ſuper
ſedendum, ac lachrimas fudit, caſum flendo
ciuitatis Hieruſalem futurum.
Vndecimo in diſcipulorum pedum lotione,
& multis alijs in cęna exhibitis ab ipſo.
Duodecimo in ſua ſacratiſsima paſsione, ſi
Nota. cōſideretur vilis venditio, falſa proditio, eius
captio, ligatio, deductio, vilipenſio, calumnia
tio, percuſsio, verberatio, deriſio, ad crucem
iudicatio, ſociatio, coronatio, exprobratio,
cibatio, titulatio, & viliſsima pertractatio; hęc
multis alijs concurrentibus, acclamant indi-
cibilem, & ſummam fuiſſe humilitatem filij
Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti; qui non
ſolum minoratus paulominus ab Angelis, ſed
vt abiectiſsimus fuit reputatus ab omnibus,

Et quare prædictam humilitatem aſſumpſit?
vt doceret ipſam ſibi acceptiſsimā, & ſine qua
nihil prodeſt ad ſalutem (vt dicetur) ad hu-
ius virtutis ſuo exemplo acceptionem inuita-
bat fideles Chriſticolas dicens. Diſcite à me,
quia mitis ſum, & humilis corde. Auguſtinus
in ſermone plurimorum martyrum. Diſcite à Matth. 11.
me, non mortuos ſuſcitare, non ſuper aquas
ſiccis pedibus ambulare, non hoc dixit, ſed
quid ait? quia mitis ſum, & humilis corde. Et
quia virtus humilitatis plures teſtantibus do-
ctoribus habet gradus; hinc eſt, quod quæren
ti hanc poſsidere virtutem, ſi per ſcalam hu-
ius virtutis velit aſcendere, à Chriſto quærat
ſummo magiſtrorum, qui ſunt eius gradus, &
reſpondebit quod eius gradus primus eſt hu-
militatem oſtendere.
Primo, vt corde ſit veraciter humilis, & in hac Duodecim
virtute fundatus, hunc gradū Chriſtus oſten- gradus hu-
dit, quia vere corde, & non ficte fuit ſubditus militatis.
matri, & patri putatiuo Ioſeph, propter quod Lucæ 2.
ad huius oſtenſionem dicit. Diſcite à me; quia Matth. 11.
mitis ſum, & humilis corde.
Secundo corpore, vt ſit humilis etiam corpo-
re, videlicet vili veſtimento, & corporis ami-
ctu ſe adornādo. Nōn habuit Chriſtus robas,
& veſtimenta varietate, & precioſitate colo-
rum diſtincta, & ſingularia. Quod prohibuit
diſcipulis (vt ait Hieronymus) ipſe magiſter
non habuit, ſed tunicam ſimplicem. De hoc e-
nim modo ſpeciali Baptiſtam commenda-
nit Ioannem.
Tertio pompas, & pompaticos fugiendo ho- Matt. 11.
nores. Ipſe dominus turbam eum volentem fa
cere regem fugit, & ſic facto fugiendos hono- Ioan. 9.
res declarauit.
Quarto, vt cunctas res mundanas deſpiciat,
Chriſtus non habuit vbi caput ſuū reclinaret.
Quinto ſenſus corporeos, & præcipue oculos, Matth. 9.
& ipſorum aſpectum declinando, quia vt di-
cit ſcriptura. Oculos ſublimes odit Deus Chri
ſtus non ſolum oculos, ſed ſeipſum inclinauit,
dum digito in terram ſcriberet. Quibus quin Ioan. 8.
que primus gradus aſcenſus ſcalæ humilita-
tis, quo ad eius oſtenſionem integratur cum
ſequentibus, ſi habeantur.
Secundus humilitatis gradus, vt perſonas hu-
miles, & pauperes diligat. Chriſtus doctores
deſerens; in quorum medio ſtabat, matre viſa,
ad ipſam, & Ioſeph humiles accedit, & cum
eis conuerſatur; ſic cum humilibus Apoſtolis
ſtat, & alijs.
Tertius gradus eſt fuga propriæ laudis. Chri-
ſtus demonibus, & pluribus à ſe curatis man-
dauit, vt nulli panderent, quæ circa eos pere-
gerat, vt patet in Euangelio Matthæi Marci,
& Luc. pluribus in locis.
Quartus gradus eſt ſuſceptio lęta iniuriarum;
& tolerantia. Chriſtus dum verbis contume-
lioſis impeteretur à Iudæis, & diceretur. De-

monia-

mor iacus, vini potator, fabri filius, peccator, & ſic de alijs, & ſi in quibuſdam confutandis rationabiliter reſpondit, non tamen reddidit maledictum pro maledicto. Accuſatuſq; Pilato nihil reſpōdit, multiſq; iniurijs laceſsitus, & tandem Crucifixus, ſumma patiētia omnia tolerauit, vt Iſaias teſtatur. Et pri. Pe. c. 2.

1. Pet. 2. Quintus gradus eſt, vt quis cōmuni vitæ aliorum in bono ſe conformet, dominus Ieſus cū publicanis conuerſabatur, & cum peccatoribus comedebat hoſpitabatur, & ſtabat, vt pa-
Matth. 9. tet de Maitheo, & de zacheo, & in alijs locis
Luc. 19. habetur, ꝓpter quod dicebatur à iudæis amicus eſſe publicanorum.

Sextus gradus eſt, vt ſe ſubdat maiori, minori, & æquali. Chriſtus ſe patri ſubiecit, legi, qui erat ſupra legem. Iudæis ſibi infimis ſe capi ab eis permittendo, & occidi; matri, & Ioſeph.

Septimus gradus eſt fuga ſtatus altitudinis, & gloriari in humilitate. Chriſtus ſtatum elegit pauperum, & humilium, non diuitū, nec principum, aut potentum huius ſeculi, docuitq;
Lucæ 14. in humilitate perſiſtere dicens. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſsimo loco &c. & qui ſe humiliat exaltabitur; & dicens.
Lucæ 22. Ego autem in medio veſtrum ſum tanquam,
Matth. 20. qui miniſtrat; & ego non veni miniſtrari, ſed miniſtrare &c.

Octauus gradus eſt, vt ſuam non velit vnquam
Matth. 26. perficere voluntatem. Chriſtus dicebat. Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me patris. & non quod ego volo, ſed quod tu.

Nonus gradus, eſt taciturnitatem ſeruare vſq;
Lucæ 23. ad interrogationem. Chriſtus, Herodi, nec Pi
Ioan. 19. lato reſpondit, vt habetur.

Decimus gradus eſt, Deum timere, & eius ſer-
Ioan. 14. uare mandata, & Chriſtus dicit. Ego præcepta patris mei ſeruaui: & maneo in eius dilectio-
Ioan. 14. ne. & Quæ placita ſunt ei facio ſemper.

Vndecimus gradus eſt, vt ſit manſuetus in verbis, & cum magna maturitate loquatur, & mo-
Lucæ 2. deſtia, de Chriſto dicitur. Mirabantur ſuper
Ioan. 7. doctrina, & reſponſis eius. & Nunquam ſic loquutus eſt homo.

Duodecimus gradus eſt. vt in omnibus operibus, & actibus humilitatis delectetur. Chriſtus tetigit leproſos, & infirmos, nec eorum dedignatus eſt contactum, ac pedes lauit diſcipulorum. Sic ergo dominus Ieſus, & humilitatē tenuit. & tenendam præfatis gradibus declarauit. Præfatos gradus humilitatis ponit beatus Benedictus in regula cap. 7. & Bernardus regulam beati Benedicti exponens; cum eis concordat venerabilis Anſelmus, & ſi tot non ponat.

Duodecim alij gradus humilitatis Verum Io. Climacus in 25. ſcalarum ſuarum gradus alios ponit verbis à præfatis diſtinctos ſed ad præfatos reducibiles, vt intuenti poteſt patere, qui gradus ab ipſo ſic ponuntur.

Primus gradus eſt ignominiæ ſuſceptio, vt cōuicia quis libenter ſuſtineat.

Secundus gradus eſt omnis iræ, & furoris temperantia, vt nunquam ex illatis in verba, & irā accendatur.

Tertius eſt bonorum omnium infidelitas fidelis, vt ſe bonorum largitorum à Deo non reputet dignum, aut fidelem diſpenſatorem; ſed potius infidelem.

Quartus gradus eſt manſuetudo, & tractabilitas, vt ſit conuerſabilis, & tractabilis.

Quintus gradus eſt amor pauperum cum opere, vt pauperes diligat, & eis ſubueniat.

Sextus gradus eſt iniurias, & offendicula ſupportare, vt non ſolum ſupportet verba, ſed & verbera.

Septimus gradus eſt, voluntatis propriæ abnegatio, vt non quod ipſe, ſed quod alter vult, & mandat, faciat.

Octauus gradus eſt obedientia. vt obediat maioribus, æqualibus, & minoribus.

Nonus gradus eſt paupertatis ex corde ſuſceptio.

Decimus gradus eſt vilis ſui reputatio, & oſtenſio.

Vndecimus gradus eſt multiloquij deuitatio, & declinatio.

Duodecimus cupiditatis gloriæ omnis abdicatio. Ponit etiam alios.

Primus eſt diuinorū beneficiorum attentio: & quàm ſumus ingrati eidem.

Secundus eſt ſui diligens cognitio, & conſpectio: principium, medium, & finem conſiderando.

Tertius eſt ſuiipſius repræhenſio; de multiplici imperfectione, & defectibilitate.

Quartus eſt vanæ gloriæ, & mundi odium.

Quintus eſt de omnibus beneficijs ſibi collatis ſe ingratum reputare.

Sextus eſt, vt ne ipſi gloriam præſtet; ſed conſueuet cum humilitate Deum rogare.

Septimus eſt habitus, & vilis induitio.

Octauus eſt exercitatio in humilibus.

Nonus eſt inconfidentia de ſeipſo: vt. ſ. de ſe quoquo modo non confidat.

Decimus gradus eſt, vt peccatum quātum poteſt caueat; tanquam Deo diſplicens.

Vndecimus Dei præcepta ſatagat cuſtodire.

Duodecimus, vt repræhenſiones nō abijciat; ſed libenter ſuſtineat. hos gradus ponit ille Io. Climacus humilitate inſignis, qui vt dictū eſt; ad præfatos valent reduci. Per hos gradus aſcendendo ad humilitatis faſtigia quis valet peruenire, prout magiſter veritatis Chriſtus, & verbo docuit, & exemplo firmauit, hāc enim prius tenere voluit, & demum verbo docere totis nixibus circumplectendam; non ſolum. vt ſibi placibilem, vt dictum eſt, & acceptam; ſed vt nobis vtiliſsimam, & ad multa

valentem. Ad multa enim vtilis eſt ipſa humilitas, quia.

Prou. 11. Primo Dei ſapientiam in animam introducit.
Matth. 11. Vbi humilitas: ibi & ſapientia. Et abſcondi-
De hũilita ſti à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti
te vide di- ea paruulis. Salomoni petenti humiliter ſapiē
gniſſima. 3. Reg. 3. tiam, Sapientiam Deus dedit.

Secundo à diabolo liberat eius laqueos præcauendo. Antonius abbas terram laqueis diaboli plenam vidit, & cum quæreret quis poſſet euadere, & tranſire, reſponſum accepit, ꝙ
Gen. 3. humilitas de ipſo triumphando. Ipſa conteret caput tuum. caput diaboli ſuperbia eſt: quam ſola humilitas amputat, & elidit. Da-
1. Reg. uid humilis caput abſcidit Goliath ſuperbi, ipſum ſuperando, & vincendo. Ionathas dere
1. Mac. 1. lictus à ſuis cinerem ponendo capiti, & ſe humiliando, & orando, contra hoſtes procedens vicit. Diabolus dixit Machario. Humili-
1. Mac. 3. tas tua ſola me vicit. Iudas machabeus. Cine
2. Mac. 11. rem ſuper ſe, & ſuum ſpargens exercitum hoſtes proſtrauit. Et de ipſo idem habetur, contra Liſiam, Glo. Rom. 7. inquit. Eſto humilis: non præſumas de te, & poteris vincere. A diabolo (dicitur in vitis patrum) inquietamur; quia arma noſtra abijcimus: quæ ſunt contu-
Nota. meliæ ſuſceptio paupertas, & humilitas, ac ſapientia. Auguſtinus. Solus vincitur: qui de ſe non præſumit. Solus vincit: qui de ſe non præſumit: ho ſtem euadendo ſubtilis, & exilis ab hoſte non tenetur rete. Nabuchodonoſor in captionem
4. Reg. vlt. traxit diuites, & potentes. Pauperibus, ideſt humilibus dimiſsis, & euadentibus.

Tertio animam pacificat, & tranquillat Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia; ſed non inter humiles. Inter paſtores Abraham, & Loth ſunt iurgia, & nequeunt habitare ſimul; ſed
Gen. 13. Loth ab Abraham diuiſo: ipſe humilis Abraham habitat in pace in terra.

Lucæ 1. Quarto oculos Dei ad ſe inclinat. Maria (inquit) Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ &c.
Iudith. 11. Pſal. Humilia reſpicit in cœlo, & in terra. Et Iſaias. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperem contritum ſpiritu.

Eccl. 35. Quinto Dei aures patefacit, & reſerat. Et māſuetorum tibi ſemper placuit deprecatio. Et Pſal. Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum. Et Oratio humiliantis ſe nubes penetrat, & pro exaudiriōnis ſuffragio Deum adit. Defectus humilitatis in orationibus cauſa eſt non exauditionis. Patet de
Lucæ 15. Phariſæo, & Publicano. Et per oppoſitum humiliantes ſe Deus exaudit. Filij Iſrael valde
Deut. 26. humiliati in Aegypto à Domino exaudiūtur.

Sexto Dei iram mitigat, & ſententiam reuo-
3. Reg. 21. cat. Pſal. Humiliatus ſum, & liberauit me.
Ionæ 2. Iram ꝙ reuocet Dei, & quód placet, patet de
4. Reg. 13. Achab. De Niniuitis. De Ioachim. De Ioſia.
4. Re. 22. 2. Para. 33. 12. Sic & de Manaſſe. Et de Roboam, & viris Iuda dicitur. Quia humiliati ſunt, auerſa eſt ab ira Dei. Iudith vt placaret dominum poſuit cinerem ſuper caput ſuum &c. Sic Ioſuæ, & fi
lij Iſrael. Et multa de hoc habentur exempla Ioſue 7.
in ſacra ſcriptura.

Septimo furorem hominum ſedat. Reſponſio mollis. i. humilis frangit iram. Dauid humili- Prou. 15.
ter reſpondendo Sauli eius iram fregit. Sic Iacob humilitate fregit Eſau fratrem ſuum. Ge Gen. 33.
deon humili ſermone iram compeſcuit viro- Iudic. 8.
rum Efraim.

Octauo ad ſtatum ſubleuat, & exaltat. Chriſtus in Euangelio. Qui ſe humiliat exaltabitur. Saul dum eſſet paruulus, ideſt humilis in
oculis ſuis, factus eſt rex Iſrael. Moiſes ſe hu- 1. Reg. 15.
miliando. Quis ſum ego? Princeps populi cō Exo. 3.
ſtituitur à domino. Hieremias dicendo ſe ne
ſcire loqui, conſtituitur à Deo ſuper gentes, Hiere. 1.
& regna &c. Gedeon dicēs Ecce familia mea
minima eſt &c. à Deo in iudicem populi or- Iud. 6.
dinatur. dicitur Deus humiles ponit in ſubli
me. Et beata virgo Maria. Depoſuit potentes Iob. 5.
de ſede, & exaltauit humiles. Lucæ 1.

Nono virtutes conſeruat, & roborat: dicente beato Gregorio: Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi puluerem in ventum portat, & alibi dicit. Perit omne; quod agitur, ſi non ſolicite in humilitate cuſtoditur.

Decimo peccata condonat pſal. Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Dauid ſe humiliando poſt peccatum cōmiſſum
fornicationis, & occiſionis Vriæ dicens. Pec- 2. Reg. 12.
caui: Deus tranſtulit peccatum ſuum.

Vndecimo obtinet gratiam. Deus ſuperbis Iacobi 3.
reſiſtit: humilibus autem dat gratiam ſuam. 1. Petri 5.
Humiliare Deo, & expecta manus eius, ideſt Eccl. 13.
gratiam eius. Vacua vaſcula, ideſt humilia re 4. Reg. 4.
pler oleo, ideſt gratia Eliſeus.

Duodecimo, & vltimo perducit ad gloriam,
& in præſenti. Qui humiliatus fuerit, erit in Iob. 22.
gloria. Et prouerb. 5. Gloriam præcedit hu Prou. 5.
militas. Patuit in Ioſeph prius humiliato, & poſtmodum ſuper omnem Aegyptum exalta
to. Et in futuro. Pſal. Populum humilem ſal- Gen. 42.
uum facies. Pſal. Humiles ſpiritu ſaluabit. Et
Prou. 19. Humiles ſpiritu ſuſcipiet gloria. De Prou. 19.
paruulis dicitur. Talium eſt regnum cœlorū. Matth. 19.
Et dicit Chriſtus puſillis, ideſt humilibus. Cō Lucæ 12.
placuit patri meo dare vobis regnum. Quibus duodecim patet quanta, & qualis eſt virtuoſitas humilitatis, & vtilitas: eiuſque amplexum ſuadent præmiſſa, & ſtringendam brachijs totius pandunt amoris: ipſa ſiquidem humilitas gratis eius amplexibus Dei filium: ſuamq; matrem indiſſolubiliter aſtrinxit. Quare ad eius laudem hoc ſolum fideli ſufficere deberet: ꝙ regi omnium, & eius beatæ Matri eſt totaliter copulata: ac cum ipſis idem vnumq; effecta, de cœlo Deum ad terram trahendo; ipſi habitaculum in matre virgine præparauit;

uit; eius cunctis affuit actibus, ipſius commẽdata fuit ſermonibus, & ſuper omnia prædicata, in cruce confixum non deſeruit, & ad infer ni ima cum eo deſcendens ſuperbię caput diabolum confudit, ligauit, & deſtruxit, cum præfatis affuit in oculis, in auribus, in ſenſibus, in corde, in ore, & mente, & ſuis ſanctis operibus. O præclara, & excelſa humilitas: tu omnia bona hominibus impẽdis: tu certe Deum inclinas: hominibus eius patefacis aures benignas: cęlum aperis: penetras nubes, iracundiam placas diuinam: iras ſedas hominum, & beſtiarum: miſericordiam prouocas altiſsimi: vincis Deum, ſententiam reuocas: exaltas deiecta: gratiam impetras, & ab omni malo tu curas. O humilitas, quæ ſapientiam in animam introducis: charitatem amiſſam reſtituis: à diaboli laqueo eripis, animæ lumen infundis: honoribus tuos accumulas, mortua viuificas, ſterilitatem mentis fęcundas, dilectionem nutris in cordibus: locas in tuto: in tentatione cuſtodis, de hoſte triumphum aſſiduum reportas. O humilitas luminare mundi: cordis es paradiſus: cęlum exemplaritatis, dies iuſtitiæ, lignum ſcientiæ boni, fons cordium, & arctus fidentiſsimæ pacis. Tu archa mundi, ſcala cœli, virga virtutis, vallis benedictionis, arbor vitę, fons ſignatus, hortus cõcluſus, vinea domini, & ſanctitatis omnis origo; te veteris teſtamenti patres ſuſcepere, prędicauere prophetæ, tibi Apoſtoli inheſere: martytes triumphauere, doctores commẽdauere, confeſſores ſe totos dedere: virgines habuere, Angeli in te permanſere, demones odere, ac cęlicolæ dilexere. Ex quo in mirandis præcipuam te Ethnici tenuere, & Gentiles, prout dicit Valerius maximus, vt patet dę Valerio publicola lib. 4. Rubrica prima, ca. 1. De Manilio lib 6. Rub. 4 cap 3. De Pitaco Mitleneo lib. 6. Rub. 5. cap. 12. De Marco Rutilio Cenſorino lib. 4. Rub. 1. cap. 3. De Fabio maximo lib. 4. Rub. 1. cap. 5. De Scipione Affricano lib. 4. Rub. 1. cap. 6. & de eodem lib. 4. Rub. 3. ca. 8. De Epimanunda Tebano lib. 3. Rub. 7. cap. 24. De Platone lib. 8. Rub. 13. cap. 3. De Genicio Pico lib. 5. Rub. 6. cap. 5. De Attilio lib. 4. Rub. 4. cap. 5. De Attilio Regulo lib. 4. Rub. 4. cap. 8. Et de multis aliis idem ponit, qui ſuperbiæ typum à ſe reiicientes diuerſimo de humilitatis virtute per omnia claruerunt, Chriſticolas edocentes non ſolum pręfatis, & Chriſti documento; ſed ipſorum exemplo, & norma humilitatem ab omnibus auide capeſcendam, cuſtodiendam, & indeſinẽter pro poſſe poſsidendam; ac cum ipſa vltimo mortem eſſe ſuſcipiendam. Prædictis igitur apparet prima pars huius quintæ conformitatis declarata, videlicet. Ieſus ſubmiſſus omnibus.

Præclara contemplatio de humilitate.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS quinti, & conformitatis, & decimęſeptimę in ordine ſcilicet. Franciſcus minoratur. Expoſitio.

OMNIVM virtutum cuſtos, & decor humilitas, virum Dei beatum Franciſcum patrem noſtrum adeo ſui iuris effecit, vt quamuis in eo multiplex refulgeret prærogatiua virtutũ: in ipſo tamen hæc tanquàm in minorum minimo pręcipuum videretur aſſecuta dominium. In hac ſiquidem ſuæ ſanctitatis fundamẽtum ſuppoſuit, in vitæ actibus tenuit, & demum cum ipſo glorioſa in morte cœlum lauteanda adiuit. Vt igitur videatur ſuccinctè de humilitate ipſius; iuxta dicta in prima parte præcedentis expoſitionis huius v. conformitatis, humilitatem beati. F. atteſtantur multa & ſingularia.

Et primum eſt humilium, & abiectarum perſonarum ab ipſo vera, & grata dilectio. Dilectionem beati Franciſci ad humiles oſtendit affectio eius ad pauperes (vt dictum eſt conformitate, 4 præcedenti; Cum enim tam ex dono naturę, quàm gratiæ liberalis eſſet, & largus; eis eleemoſynas libenter dabat. Militi egeno ſe propria veſtimenta exuendo largitus eſt (vt dicit prima pars legendæ.) Panes in copia dum eſſet ſecularis ponebat in menſa, vt daret pauperibus, Et ſe voto domino aſtrinxit; pro eius amore petentibus ſi poſsibilitas afforet nihil denegare: quod vſque ad mortem ſeruauit, omnia prout occurrebat pauperibus largiendo. Oſtendit hoc primum cum pauperibus, & humilibus conuerſatio. Romæ inter pauperes indutus pãnis ipſorum ante fores beati Petri Eccleſię ſecularis exiſtens ad petendum cum ipſis eleemoſynam ſe poſuit. Ibidem inuitatus à D. Matthæo Rubeo ad praudium: cum pauperibus à dicto domino inuitatis ad comedendum ſe in terra proſtrauit, & cum eis comedit. De eius amore ad perſonas abiectas, & humiliatas dicit legenda trium ſociorum; & legenda maior parte prima, videlicet ad leproſos. Ante enim mundi abnegationem eum beatus Fran. à domino in oratione audiſſet, ꝙ oportebat eũ ſ quæ carnaliter dilexerat odire, & quę oderat, amare: & dulcia ſibi eſſe amara, & demũ dulcedinem habere in his; quæ ante horruerat, & poſtquam Chriſtus apparuit ei cruci confixus dicens ſibi. Si vis perfectus eſſe, & venire poſt me; abnega temetipſum, & tolle crucem tuam, & ſequere me: ipſe. B. F. ad leproſos affectum habuit ſingularẽ. Semel equitanti (vt dicit legenda maior parte, idest) leproſus factus obuiam, & ſi ſibi horrorem incuſſerit: de equo tamen deſcendens pecuniam,

niam,& oſculum dedit: ac equum aſcendens, cum poſt ſe reſpiceret minimè eſt viſus. Per interpoſitam perſonam prius leproſis faciebat eleemoſynam propter horrorem; demum factus eſt adeo eorum amicus, ꝙ humilitatis, & humanitatis obſequia ipſis cum benifica pietate exhibebat. Dabat.n. eis eleemoſynas accedendo ad ipſorum hoſpitale: vniuſcuiuſque manum amore Chriſti; qui apparuit, vt le proſus, oſculando. Abrenunciato mundo, vt dicit.2.pars legendæ maioris; ſe tranſtulit ad leproſos: etatq; cum eis diligentiſsime ſeruiens omnibus propter dominum; lauabat ipſorum pedes, ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & ſaniem abſtergebat: oſculando ex mirāda deuotione plagas ipſorum. Temporis in proceſſu cum fratres habere cœpiſſet, voluit, ꝙ fratres manerent in hoſpitalibus leproſorum ad ſeruiendum eis, & ibi facerent ſanctæ humilitatis fundamentum. Nā quando veniebant ad ordinem nobiles, & ignobiles, inter alia; quæ eis annūciabantur, dicebatur, ꝙ oportebat eos humiliter ſeruire leproſis; & manere in domibus eorum. Et in regula prima beatus Frā. conceſsit fratribus, ꝙ pro leproſis in manifeſta eorum neceſsitate, poſſent eleemoſynas acquirere à pecunia cauendo, & gaudere deberent cum eis conuerſari Chriſti exemplo. Fratrem Pacificum beatus.F.ipſo remanente in quadam Eccleſia S.Petri de Beuanio ad hoſpitandum in hoſpitali leproſorum de ſero direxit. Sic & fratrē Bernardum, dum cum ipſo iret ad S. Iacobū ad ſeruiendum vni infirmo dimiſit. B.vero.F. habita indulgentia à Papa Honorio, dum reuerteretur Aſiſium; in hoſpitali; quod eſt in itinere leproſorum cum ſocio fratre Maſſeo dormiuit, & ſibi reuelatum fuit cōfirmationē

Nota. indulgentiæ à Chriſto in cœlo. Quendam vero fratrem alium vocatum fratrem Iacobum ſimplicem deputauit ad ſeruiendum cuidam leproſo valde vlcerato; ſibi enim beatus.F. recommendauerat dictum leproſum, & omnes alios, quia erat quaſi medicus eorum, & libēter vlcera ipſorum tangebat, mutabat, & curabat. Nam (vt dictum eſt) tunc fratres morabātur in hoſpitalibus leproſorum: qui frater Iacobus dictum leproſum ad S. Mariam de Angelis deduxit, quod videns.B.F.dixit dicto fratri Iacobo quaſi eum arguendo. Tu non deberes ita ducere fratres Chriſtianos; quia nō eſt honeſtum pro te, nec pro ipſis: licet enim vellet ꝙ ſeruiret eis: tamen nolebat, ꝙ extra hoſpitale duceret illos, qui erant multum plagati; quia homines conſueuerant nimis abhorrere, & ipſe frater Iacobus erat ita ſimplex, ꝙ ibat cum eis de hoſpitali vſque ad Eccleſiam S. Mariæ, ſicut iuiſſet cum fratribus: ipſos vero leproſos beatus.F. vocabat fratres chriſtianos, & his dictis.B.Fr. ſtatim reprehendit ſe, credens leproſum eſſe verecūdatum propter reprehenſionem, quam fratri Iacobo fecerat, & ideo volens Deo ſatisfacere, & leproſo, dixit culpam ſuam fratri Petro Cathanij: qui tunc erat generalis miniſter; & ait. Volo, vt cōfirmes pœnitentiam, quam elegi facere pro hoc defectu, & mihi nullatenus contradicas. Reſpondit frater Petrus. Frater: fac quod tibi placet; Frater enim Petrus tantum venerabatur eum, & timebat, ꝙ non præſumebat cōtradicere ſibi: licet inde ſæpe affligeretur. Tūc dixit.B. F. Hæc ſit pœnitentia mea, videlicet, vt comedam ſimul in vna ſcutella cum fratre Chriſtiano. Cum ergo ſederet.B.Fr. ad menſam cum leproſo, & alijs fratribus, appoſita eſt vna ſcutella inter B.Fr. & leproſum; ipſe.n. leproſus erat totus vlceratus, & abominabilis, & maximè digitos habebat contractos, & ſanguinolentos: cum quibus accipiebat bolum de ſcutella: ita ꝙ quando ponebat ipſos in ſcutella defluebat in ea ſanguis, & ſanies digitorum. Et videntes frater Petrus, & alij hoc, ſunt valde contriſtati: ſed nihil ſunt auſi dicere propter timorem, & reuerentiam ſancti patris. Sic ergo præfatis apparet quomodo.B.F. dilexit abiectas perſonas, & humiles. Quibus, duo alia ſubdendo exempla non ſolum patebit ipſum corde, & opere huiuſmodi amaſſe perſonas; ſed Deum per beatum.F. talium dilectorem miranda circa tales perfeciſſe.

Primum, & ſi tactum ſit prima conformitate huius. 2. lib. parte. 2. in parte ponit legenda maior parte.2.& hoc fuit in proceſſu vitæ beati Franciſci. Cuidam enim habenti maxillam, & os corroſum horribiliter: nec ſibi poſſet medicinę remedio ſubueniri, Beato Frāciſco obuiando, dum ille pedes eius vellet oſculari, à beato F. oſculatus; dum ipſe ore ſacro, illam plagam contigiſſet, omni fugato morbo illico ſanitatem recuperauit optatam, vbi & claruit mira humilitas Beati Franciſci in oſculo tam benigno: ac ipſius efficacia in miraculo tam ſtupendo.

Aliud exemplum ponit legenda antiqua. Cū enim.B.F.leproſis ad ſeruiendum ſuos fratres deputaret, vt viam perfectē humilitatis adiſcerent, & tenerent, contigit quendam leproſum illo in tempore viuere peſtilentiſsimum, impatientem, & proteruum, & certis ſignis à diabolo agitatum, & quod deterius eſt, Dei blaſphemum: Cui cum beatus Fran.fratres ad ſeruiendum deputaſſet, & ipſi fratres toto conatu deſeruirent eidem, ille ſpiritu agitatus maligno, lingua ſua peſtifera iniuriam, & improperia ipſis irrogabat: ac manu propria flagellis, & pugnis multimodis eos verberabat, & quod eſt ſuper omnia horrendum Chriſtū benedictum, & matrem, ac ſanctos alios blaſphemabat. Verum fratres de irrogatis parū

curantes, blaſphemiam autem Dei tolerare nequeuntes, ad B.F. iuerunt cuncta ſibi per ordinem enarrantes: quibus auditis beatus.F. ad dictum leproſum acceſsit, & ingreſſus ad eum dixit. Deus det tibi pacem frater chariſſime. Cui ille reſpondit. Et qualis mihi pax eſt: immo Deus abſtulit mihi pacem: quia totus (inquit) ſum marcidus. Et beatus.F. Chariſsime: habe patientiam, quia mala; quę hic corporibus inferuntur, valent ad animæ ſalutem, ſi ęquanimiter tolerentur. At ille. Quomodo patienter poſſum tolerare; cum mea pęna die, noctuq; perſeueret? nam non ſolum ab infirmitate comburor, & crucior: ſed etiã à fratribus: quos mihi in ſeruitores dediſti, vehementer affligor; quia nullus eſt, qui mihi ſeruiat, vt oportet. S.Fr. per ſpiritum ſanctum cognoſcens, ꝙ ille à demonio vexabatur, iuit & Deum pro ipſo deuotè orauit, & facta oratione, redijt ad ipſum infirmum dicens. Chariſsime: ego volo ſeruire tibi, ex quo tu non es contentus de alijs. Et ille reſpondit. Placet mihi: ſed quid tu plus cæteris agere poteris? Reſpondit beatus F. Quicquid cupis faciam. Et ille. Volo, vt laues me; quia totus feteo in tantum, ꝙ meipſum ferre non valeo. B. F. ſtatim fecit calefieri aquam cum herbis odoriferis, & expolians ipſum cępit ſuis proprijs manibus lauare leproſum, & alius frater aquam deſuper infundebat; & ſicut corpus exterius lauando ſanabat; ita ſuam animam mundabat interius: vnde cum leproſus ſanari inciperet, ſtatim ex compunctione intima cæpit amariſsime lachrimari, & ſicut corpus lauabatur aqua, & mundabatur à lepra: ita baptizabatur lachrimis conſcientię: & mundabatur ab omni iniquitate. Cum vero totus eſſet lotus, & ſanatus perfectè exterius, fuit vnctus, & ſanatus interius; & ideo in tantam compunctionem prorupit, & lachrimas, ꝙ altiſsima voce plorabat, & clamabat ſe, dignum inferno propter iniurias illatas fratribus, & pro plagis, & flagellis; quæ fecerat in eoſdem, & propter impatiẽtiam, & blaſphem.ã in Deũ, & ſanctos: vnde per 15.dies durauit ille planctus mirabilis; qui ab intimis præcordijs procedebat, & erumpebat, & cõtinuo nihil aliud, niſi Dei miſericordiam inuocabat, & cũ hac compunctione, & contritione ſua peccata cõfeſſus eſt ſacerdoti. Beatus autem Frã. videns tam notum, & apertum miraculum gratias agens Deo, receſsit illinc, & ad partes multum remotas acceſsit: ne ſi dictum miraculum notum fieret populo, omnes ad ipſum concurrerent; quod ipſe propter humilitatem toto poſſe vitabat. Dictus vero leproſus poſt miraculoſam ſanitatem, & compunctionem præhabitam infirmatus eſt, & armatus Eccleſiaſticis ſacramentis, poſt paucos dies finiuit in domino. Et cum B. Fr. in loco remoto in ſilua oraret, dictus leproſus iam defunctus apparuit ei ſpecioſior ſole, & in aere ſubleuatus dixit. Recognoſcis me? Cui. S.F. inquit. Quis es tu? Et ille. Ego ſum leproſus ille: quem Chriſtus benedictus (te promerente) ſanauit; & hodie vado ad regnum beatum: de quo Deo, & tibi gratias ago. Benedicta ſit anima, & corpus tuum, & benedicta ſint verba, & opera tua: quia per te multæ animæ ſaluabuntur in mundo, & ſcias; ꝙ non eſt dies in mundo, in quo ſancti Angeli, & ſancti, ac ſanctæ Dei non referant magnam gratiam Deo de ſanctis fructibus, qui per te, & tuum ordinem vndiq; patrantur per orbem. Et propterea confortare, & gratias redde Deo, & ſta cum benedictione Dei. & beatus Fran. his auditis remanſit valde conſolatus. Sic ergo iam dictis patet beatum.F. amatorem fuiſſe abiectorum, & ſic vere humilem.

Secundum, quod atteſtatur beatum. Frã. fuiſſe humilem; eſt iniuriarum libenti animo ſuſceptio. Et quia de hoc plène eſt dictũ libro primo conformitate.5. parte. 2. ſufficiat aliqua pro huius ſecundi probatione tangere. Beatus.F. nonne ſe oſtendit libenti animo conuicia, & iniurias recipere, cum à ſuis ciuibus velut fatuus luto impeteretur, & lapidibus, & tamen, vt ſurdus in omnibus pertranſibat? Idipſum oſtẽdit actus verberibus, & vinculis à patre dicens ſe pro nihilo ducere vincula. & verbera eius, & pro Chriſti nomine gaudenter mala omnia ſubiturum. In ordinis exordio, ſibi, & ſocijs velut ignotis multa inferebãtur, & tamen alacritate maxima omnia ſupportabat. Ad Soldanum vadens cum ſocio fratre. Illuminato à ſaracenis captus feraliter, crudeliter, & contemptibiliter pertractatus, affectus conuicijs, verberibus afflictus, & vinculis alligatus, quid dixit ſocio? certe exhilaratus dixit. Confide Frater in domino; in nobis impletur illud Euangelij. Ecce ego mitto vos, ſicut oues inter lupos. Cum iniurias, improperia, & mala de ſe dici audiebat, quid dicebat? certè (vt dicit.6.pars legendę) talia decet audire filium Petri Bernardonis: quapropter ipſe in patientia, & ſuſceptione iniuriarum expertus, & probatus dicebat fratribus in regula: ꝙ fratres deberent habere humilitatem, & patientiam in perſequutione, & in infirmitate, & diligere eos; qui nos perſequuntur, reprehendunt, & arguunt: quia beati; qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus ærit.

Tertium probans humilitatẽ beati.F. eſt propriè laudis horror, & abominatio. Ipſe enim (vt dicit.6. pars legendæ) ſtultum iudicans mundanis extolli fauoribus, gaudebat de opprobrijs, & de laudibus triſtabatur. Malebat

quippe de ſe vituperium audire, quam laudé, ſciens, ꝙ hoc ad ſe emendandum induceret; illa impellebat ad ruinam, & cadendum, & ideo quando merita ſanctitaris laudabantur in eo, pręcipiebat alicui fratri, vt in ipſum verba eum vilificantia proferret, eum ruſticum mercenarium imperitum, & inutilem proclamando. Et tunc exhilaratus tam mente, quam facie reſpondebat. Benedicat tibi Deus fili chariſſime: quia tu veriſsima loqneris. Vt vero, ſe cunctis deſpicabilem redderet: coram toto, & omni populo defectus proprios reſerabat. Tempore quodam infirmitare grauatus, cum rigorem abſtinentiæ aliquantulum relaxaſſet, carnes comedendo, perrexit Aſiſium, primo populo prædicauit: poſtmodú (populo expectante in platea) Eccleſiam cathedralem introiuit, funeq; ligato ad collum, nudum cum femoralibus ſolis in ocnlis omnium á ſocio ſe trahi præcepit vſque ad lapidem in quo malefactores puniebantur: ſuper quem aſcendens (licet eſſet quarranarius, & infirmus, & rempus magni algoris) dixit populo, non ſe tanquam ſpiritualem honorandum fore; quinimmo quia in ſua infirmitate comederat carnes, tanquam carnalem, & glutionem ab omnibus contemnendnm. Vice alia comedir cibaria cum lardone: quia oleú propter infirmitatem comedere nō valebat: ideo prædicando populo in primo verbo dixit. Vos venitis ad me cum magna deuotione credentes me eſſe ſanctum hominem; ſed Deo. & vobis confiteor, quòd in iſta quadrageſima ſancti Marrini cibaria comedi condita cum lardone. Cum ſemel mantellum pro eleemoſyna cuidam vetulę dediſſer, & vaneglorię inde aliquantulum percepiſſet, ſtatim coram illis; qui eum ſequebantur confeſſus eſt, ſe de darione mantelli vanāgloriam habuiſſe: vnde nihil agebat; quod vellet eſſe occultum, & ſuum præcipuum ſtudium extitit, vt nullo modo eſſet hypoerita coram Deo. Quando comedebar cum ſecularibus, vel aliqua conſolatio ſibi fiebat à frarribus propter ſuas infirmitares: ſtatim coram frarribus, & ſecularibus illud ignorantibus referebat. Et ſi aliquo vitio moneretur, ſtatim cōfitebatur illud nude coram omnibus, & ſine velamento; vnde dicebar ſocijs ralirer viuere volo in Eremis, & in alijs locis, vbi maneo, qualiter ſi omnes homines me viderent; ſi enim putant me ſanctum hominem, & non facere vitam; quæ cōuenit ſancto homini; hypocrira eſſem. In ciuitatē Iteramne gratias multas Epiſcopo retulir: qui de prædicatione ab eo facta populo dixit, Deo, & non ei regratiandum, pront dictum eſt. lib. 1. conformitate. 10. parte. 2. Nota. Honores; qui eidem fiebant, non ſibi; ſed Deo tantum tribuebat: vnde accidit ſemel, ꝙ iret cum quodam fratre ſocio, & ſibi applauſus fierent oſculationis manuum, & pedum: nec ipſe beatus. F. declinaret; ſed appetere videretur conſentiendo talibus: redargutus à ſocio, quòd talia appetere videretur reſpondit. Iſti homines nihil faciūt de reuerenria; quam deberent facere: quod Frater ipſe audiens fuit magis vulneratus: cui beatus. F. dixit. Vide frater totam iſtam reuerentiam; quę mihi fir, non mihi appropio; ſed ipſam totam ad Deum remitto, & me ipſum conſeruo in fęce meæ humilitatis, & totum honorem reddo Deo: homines autem ex hoc lucrantur: quia dominum recognoſcunr, & honorāt in ſua creatura, & in membris ſuis. Quo audito frater conſolatus remanſit.

Quartum oſtendens beati Fran. humilitaté, eſt ſuæ vilipenſionis verbo proprio declaratio. In propria quidē reputatione nihil aliud erat niſi vas fictile quoddam, & ſordidum, cú in veritate vas ſanctificationis electum eſſet multiformis gratiæ, & virtutum adornatione præſulgidum, & Deo ſanctificatum. Inſuper ſe omnibus alijs viliorem proclamabar, & dicebat, quod patuit in reſponſione de ſe data fratri Maſſeo. Cum enim beatus Fran. in loco eſſet de Portiuncula. & ad orandum perrexiſſet in ſiluam, cum poſt orarionem rediret in exitu ſilnæ, Frater Maſſeus obuians illi volens quam eſſet humilis B. Fran. experiri dixit ſibi. Vnde tibi. Vnde tibi. Vnde tibi? reſpondit B. Nota. F. Quid; Reſpōdit Frater Maſſeus, quia rotus mundus uidetur currere poſt te, & omnes quęrunt te uidere, & audire, & tibi obedire. Tu non es unus pulcher homo. Tu non magnæ ſciētiæ, & ſapiētiæ. Tu non es nobilis, vnde ergo, quod totus mundus ueniat ad te, & poſt te? Beatus aurem Fran. hoc audiens totus exhilaratus in ſpiritu erigens faciem in cœlum ſtetir per magnum ſpatium mente in Deum directa, & ad ſe reuerſus genuflectens, & laudās, & gratias agens Deo in magno feruore ſpiritus vertit ſe ad fratrem Maſſeum, & ait: Vis ſcire, unde mihi. Vis ſcire, unde mihi, & bene ſcire unde mihi, ut totus mundus ueniat poſt me? hoc mihi eſt ab illis oculis ſanctiſsimis Dei, qui in omni loco contemplantur bonos, & malos. Nam illi beati, & ſanctiſsimi oculi nun uiderunt inter malos maiorem peccatorem, uiliorem, inſipientiorem. quam me, & iō ad faciendum hoc mirabile opus; quod intendit facere in terra, uiliorem creaturam non niderunt, quam me, proprerea me elegit, quia ſtulta mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes, & ignobilia, & contemptibilia, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat nobiles, & magnates, vt ſublimitas virtutis ſit ex Deo; & non ex creatura, vt uon glorietur in cōſpectu eius omnis caro, ſed qui gloriatur, in domino glorietur, vt ſoli Deo ſit gloria in æternum. Tunc frater Maſſeus ad tam humilem reſpon

ſionem cum tanto feruore prolatam obſtupuit, & uere cognouit, ꝙ beatus Fran. in uera humilitate erat fundatus. Ipſe uero beatus F. cum ab aliquo laudabatur, aut ſanctus dicere tur dicebat, non ſum adhuc ſecurus, ꝙ non debeam habere filios, & filias, nam quacunque hora Deus theſaurum mihi auferret, quem mihi accommodauit, quid aliud mihi remaneret niſi corpus, & anima, quæ etiam infideles habent immo credere debeo, ꝙ ſi dominus latroni, & cuicunq; infideli homini tanta bona contuliſſet, quanta mihi: fideliores eſſent ipſi Deo, quam ego. Et dicebat beatus Franciſcus, ſicut enim in pictura domini, & beatæ Mariæ virginis in ligno depicta honoratur dominus, & beata virgo, & tamen lignum, & pictura nihil ſibi attribuunt, ſic ſeruus Dei eſt quædam pictura Dei; in quo Deus honoratur propter beneficium ſuum, ſed ipſe ſibi nihil debet tribuere, quia reſpectu Dei minus eſt, quam lignum, & pictura, immo eſt purum nihil, & idõ ſoli Deo honor, & gloria eſt reddenda, ſibi autem ſolummodo verecundia, & tribulatio dũ viuit inter miſerias huius mundi, hæc beatus Franciſcus.

Quintum beati Fran. clamãs humilitatem, eſt fuga altitudinis ſtatus, & abiectio, ac declinatio. Vt uere humilitate præfulgens, cum eſſet generalis primus ordinis factus per dominũ papam, dicto officio renunciauit, & fecit fieri fratrem Petrum Cathanij, hoc quippe egit, ne aliquid proprij habere videretur, nec altum ſapere, nec altum ſe tenere volebat. In prælatione caſum timebat, ſed in ſubiectione lucrũ magnum eſſe dicebat, ac quamdiu vixit, officium generalatus nũquam reaſſumere voluit, & ſi dictum officium contra velle omnium fratrum reſignauerit, immo quando reſignauit omnes fratres amariſsime plorabant. Et non ſolum quo ad ſe fugit altitudinem ſtatus: ſed etiam quo ad fratres ſuos; interrogatus enim ſemel a Domine Oſtien. ſi ſibi placeret, vt fratres ſui cum eſſent virtuoſi, & ſancti, ad dignitates eccleſiaſticas promouerentur, reſpondit. Domine ideo minores vocati ſunt fratres mei, ne maiores fieri præſumant; docet eorum vocatio ipſos in plano ſubſiſtere, & humilitatis Chriſti veſtigia imitari, ut per hoc in reſpectione ſanctorum plus alijs exaltentur. Si enim vultis, vt faciat fructum in eccleſia Dei, tenete ipſos, & conſeruate in ſtatu vocationis eorum; atque ipſos ſi ad alta conſcenderint, ad plana reducite violenter, nec ad prælationem aliquam aſcendere permittatis.

Sextum declarans beati Fran. humilitatẽ, eſt cunctis mira, & prompta ſubiectio, quam partem euidenter oſtendunt, quia beatus Fran. humiliter ſubiecit ſe maioribus, ſcilicet domino papæ, cui (vt dicit regula) promiſit reuerentiam, & obedientiam, & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus. Et non ſolum ipſi Domino papæ per omnia uoluit eſſe ſubiectus, ſed & fratres. In cuius ſignum fratres cum ipſo exiſtentes, eidem Domino papæ vna cum ipſo promiſerunt obedientiam, & humilem reuerentiam, vnde in fine regulæ beatus Franciſcus ponit, vt fratres ſint ſobditi, & ſubiecti pedibus ſanctæ eccleſiæ &c. Et ad hoc, vt fratres eſſent ſubditi, & ſubiecti pedibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iſtum ordinem ſuum recomendauit Eccleſiæ dicens. Vadam, & recomendabo fratres meos Sanctæ Eccleſiæ, cuius potentiæ virga percellantur maleuoli, & filij Dei in æternæ ſalutis augumentum vbique plena gaudeat libertate. Recognoſcent ex hoc filij dulcia beneficia matris, & ſpeciali deuotione ſemper ipſius reuerenda veſtigia complectentur, non erit (ipſa protegente) in ordine malus occurſus, nec filius Belial per vineam domini tranſibit impunis. Paupertatis noſtræ ipſa ſancta eccleſia emulabitur gloriam, & humilitatis præconia per ſuperbiæ nubilum effuſcari non ſinet, charitatis, & pacis vincula in nobis ſeruabit illæſa, cenſura ſtrictiſsima percutiens diſſidentes, euangelicæ puritatis obſeruantia ſacra, continue in eius conſpectu florebit, nec odorem vitę vel ad horam elabi patietur, Hæc beati Franciſci fuit intentio, & his de cauſis ordinem ſuum ſanctæ eccleſiæ recomendauit. Et vt fratres ipſi eſſent magis ſubiecti Domino papæ, voluit habere in protectorem ordinis vnum de ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, qui eſſet gubernator protector, & corrector iſtius fraternitatis, ac à domino Honorio obtinuit dominum Cardinalem Vgonem, qui poſtea fuit papa, (vt ſibi beatus Franciſcus prędixit) Vocatus dominus Gregorius nonus.

Non ſolum beatus Frãciſcus voluit ſubiici domino papæ, & protectori, ſed etiam ſacerdotibus alijs clericis, & prælatis, & dicebat fratribus. In adiutoriũ clericorum miſsi ſumus ad animarum ſalutem, vt quod in alijs minus inuenitur, ſuppleatur à nobis; mercedẽ enim recipiet vnuſquiſq; non ſecundum auctoritatẽ, ſed ſecundum laborem. Scitote (inquit) fratres animarum fructum Deo eſſe gratiſsimũ; meliuſq; illum conſequi poſſe pace, quam diſcordia clericorum, ꝙ ſi ipſi ſalutem impediunt populorum; Dei eſt vltio, & ipſe retribuet eis in tempore. Ideo eſtote ſubiecti prælatis, ne quantũ in nobis eſt, zelus aliquis conſurgat. Si filij pacis fueritis clerum, & populũ domino lucrabimini, quod acceptabilius iudicat Deus, quam populum ſolum clero ſcandalizato lucrari. Tegite ergo eorum caſus, multiplices ſupplete defectus, & cum hæc feceritis humiliores eſtote, hæc beatus Frã. Quod uero mandauerit fratribus ſubiici talibus, in laudem eius in prima antiphona cantatur Frãciſcus vir catholicus, & totus Apoſtolicus, eccleſiæ

Attende.

cleſiæ Romanæ fidem teneri docuit, præsbyteroſq; volnit prçcunctis reuereri. Vnde in legenda trium ſociorũ habetur, ꝙ quando beatus Franciſcus primo miſit fratres per mundũ eis præcepit, ut qnando viderent ſacerdotes, hnmiliter genuflecterent eorum manns oſculando, ſcopãdo eccleſias, & apud eos (vbi poſſent) potius, quam apud alios commorando. Fuit etiam ipſe pater ſubiectus æquali ſcilicet guardiano, nam officio generalatus abrenunciato, & poſito de conſenſu fratrum in manu fratris Petri Cathanij, ipſi humiliter beatus Franciſcus promiſit obedientiam, & reuerentiam. Ac à dicto fratre Petro petijt dicens. Rogo te per Deum, vt nicem tuam de me vni de ſocijs meis cõmittas, quia ei, ſicut, & tibi obediam. Scio enim tam vberem obedientiæ fructum, ut eis, qui iugo ipſius colla ſummittunt, nihil ipſis ſine lucro tranſire poſsit. Et ſic vſq; ad mortem guardianũ habuit, cui humiliter ſubiectus in omnibus obediuit, ut vere obedientiæ perciperet fructum, & vt ſe humilem vere proderet cunctis ſe ſuo inferiori ſubiecit. Nam ſocio itineris, quantumcunq; ſimplici promittere obedientiam ſolitus erat, & eius voluntati uolebat per omnia ſnbiici, vt eundo, & ſtando ſemper alicui ſubiectus mereretur continue ex obedientiæ bono, & humilitate. Ipſe autem beatus pater pro malo valde habebat nolentibus ſubiici, ſed præſidere. Tales enim quos videbat prælationibus inhiare, cenſebat nõ eſſe fratres minores, ſed vócatíonis, qua uocati etant oblitos à gloria excediſſe.

Nonnullos, qui egre ferebant ab officijs deponi, quippe cum onus non quærerent, ſed honorem, multis ſermonibus confutabat, & dicebat ſocijs. Inter alia, quæ dignâter mihi pietas diuina conceſsit hanc gratiam contulit, quod ita diligenter nouicio vnius horæ obedirem, ſi mihi in Gnardianum daretur, ſicut antiquiſſimo, & diſcretiſsimo cuiquam. Subditus prælatum ſuum, nõ hominem conſiderare debet, ſed illnm, pro cuius amore eſt ſubietus. Quanto contemptibilior præſidet, tanto obedientis humilitas magis placet. Sic ergo voluit (vt ex dictis patet) omnibus tam maioribus, quá æqualibus, & minoribus ſubiici, ut ſe vere humilem declararet.

Septimum pandens beati Fran. humilitatem, eſt corde humliitatis amplexus, & acceptatio, & ſnſceptio; quoniam ſunt pleriq; lingua humiles, & corde ſuperbi, iuxta dictnm Eccleſiaſti. Eſt qui ſe nequiter humiliat, & interiora eius plena ſnnt dolo. Beatus antem pater Fran. ſicut ore, ſic corde hnmilimns fuit, nihil ſe reputando veraciter. Quod ſic eſſe vir Dei Frater Pacificus mirabili fuit viſione edoctus, & expertus, vt enim dicit Frater Bonauentura in legenda maiori, parte 6. & etiam habetur in legenda antiqua, dũ beatus Franciſcus in eccleſia ſancti Petri de Bouario prope Triuium de nocte remanſiſſet, directo ſocio fratre Pacifico ad hoſpitale leproſorum dixit, vt de mane ad ipſum rediret, ac cum demones beatus Fran. inquietantes ipſum, verbis humilitatis efugaſſet, de mane Frater Pacificus ad beatum Fran. rediens inuenit ipſum orantem cunq; & ipſe frater Pacificus ſe orationi dediſſet, ſtatim factus in extaſi vidit in cçlo multas ſedes, ſed vnam præ alijs digniorem præcioſis ornatam lapidibus & omni gloria refulgentẽ, & cum anxia cogitatione perquireret cuius eſſet, audiuit vocem dicentem quod illa fuit ſedes luciferi. Ad ſe autem frater ipſe reuerſus beatum Fran. exterius prodeuntem ſolito fait more proſequutus, & cum per viam inuicem de Deo loquerentur. Frater Pacificus memor viſionis, & humilitatem volens experiri beati Fran. dixit ei. quid de te ipſo ſentis & credis? Cui beatus Fran. videor mihi maximus peccatorum; qui ſit in mundo: & cum ille diceret, ꝙ hoc non poſſet ana conſcientia dicere, vel ſentire. Reſpondit beatus Fran. ſi quantumcunq; ſceleratum hominem tanta Deus fuiſſet miſericordia proſeqnntus arbitror, quod multo plus quam ego Deo gratior eſſet. Quo verbo de humilitate cordiali beati Fran. fuit expertus, ac confirmatus.

Mirabilem ſui cordis humilitatẽ oſtendit bearus Fran. ſuo filio primogenito fratri Bernardo de Quintaualle. Nam cum ad ipſum iret, vt de Deo adinuicem loquerentur, & vocatus ab ipſo frater Bernardus ter, non reſpondiſſet, quia erat in contemplatioue tunc eleuatus, ac ipſe beatus Fran. recederet deſolatus, mirans, & quaſi conquerens, quod frater Bernardus ei non reſpondiſſet, ſe orationi dans certificatus diuino eloquio, quod frater Bernardus, quia tunc erat Deo coniunctus hac de cauſa non potuerat ſibi reſpondiſſe, nec homo Dei loquutionem propter creaturam debet dimittere, ad fratrem Bernardum protinus redijt, qui iam ſurrexerat ab oratione; eidemq; poſt multa mandauit, vt ad ſuperbiam ſui cordis conterendam, poſito vno pede in ore, & alio in gutture, ter tranſiret ipſum dicendo Iace ruſtice fili Petri Bernardonis, cuius mandato, & ſi cum dolore, humiliter tamen obediendo frater Bernardus, quod ſanctus Fran. præceperat adimpleuit. Multa præfatis ſimilia. Beatus Frã. egit, vt humilitatem; quam corde tenebat, & uerbo proderet, & facto doceret.

Octauum indicans beati Franciſci humilitatem, eſt vitæ communi conformatio, & alijs coaptatio. Sanctus enim Franciſcus, licet ſibi eſſet rigidiſsimus, & auſterus, ubi ſecrete habitaret, & ád interiora rediret; exterius tamen egrediens propter uerbum ſancti euangelij ſuſcipientibus ipſum in qualitate ciborũ ſe con

forma-

formabat, ſicut patuit quando Alexandriæ comedit de capone cuius coxa miraculoſe conuerſa eſt in piſcem, vt dictum eſt conformitate 10. libri primi, & conformitate prima huius ſecundi. Comedit multotiens cum cardinalibus, videlicet cum D. Oſtienſe D. Leone, & cum alijs. Sed & cum militibus, vt patuit de milite eum ſuſcipiente ad prandium apud Celanum, cui mortem imminere prædixit, & cũ multis alijs comedebat. Sic ſe inuitantibus cõformabat in cibis, ut euangelium impleret, & ſingularitatem omnem vitaret, & vt cum eis comedendo eos lucraretur, & ad Chriſtum atraheret, ſicut patuit de fratre Bernardo, cum quo cœnando, & dormiendo ipſum conuertit, & ſic de multis alijs euenit. Non ſolum beatus Fran. conformauit ſe ſecularibus; ſed & fratribus. Vnde fratri præ abſtinentia deficienti, cũ id in ſpiritu vidiſſet, uocato eo, poſuit menſam, & ut ruborem ab eo auferret prior ipſe comedere incœpit. Sic & fratri febricitanti fecit; Nam ducendo eum ad vineam, ne uerecũdaretur frater, ipſe prior vuas accepit, & comedit. Verum & ſi in cibis eſſet communis, in menſæ tamen apparatu apud fratres ſingularitatem odiuit. In menſa enim ultra ſolitum in die natalis domini ob vnius miniſtri aduentũ præparata noluit comedere, quia non erat menſa parata more pauperum, ſed diuitum, & comedit in terra, verum & ſi pater ipſe beatus in potu uini, & comeſtione carnium conformaret ſe aliquando alijs, cum ſummo tamen abſtinentię moderamine id faciebat, vt comedendo, & abſtinendo cunctis eſſet exemplum uirtutis. Vnde ut omnem ſingularitatem uitaret, ſocium, quem habebat renunciauit, uolẽs, quod deinceps de loco ad locum eum ſociarent, & ſicut cęcus baculo ſolo abſq; homine ductore aliquando pertranſibat. Sic uolebat, & ipſe ſine ſocio eſſe, & ſtare, & ſic uita communi degere cum alijs.

Nonum docens beati Franciſci humilitatem, eſt ſuæ uoluntatis proprię abnegatio. Nihil ſuo ſenſu proprio, vel conſilio, ſed potius aliorum, & præſertim diuino peragendo, habita enim prima regulæ confirmatione à papa Innocentio, & cum ſocijs habita colloquutione, an deberet inter homines degere, an ad loca ſolitaria ſe transferre, diuinum beneplacitum ſuper hoc requiſiuit, & habuit. Sic uice alia de præfata materia per fratrem. Silueſtrum, & beatam Claram requirendo, a domino extitit declaratus, prout conformitas 10. primi libri parte 2. oſtendit, ut enim dicit 12. pars legendæ nõ erubeſcebat à minoribus parua quęrere uerus minor, qui magna didicerat à magiſtro ſupræmo. Hæc ſumma eius fuit philoſophia, hoc eius ſummũ extitit deſiderium, quo ad vixit, vt quęreret à ſapientibus, & ſimplicibus, perfectis, & imperfectis, paruulis, & grandeuis, qualiter ad perfectionis cultum virtuoſius peruenire valeret, ac quantumcunq; ſimplicibus eum informantibus prouolutus ad genua, gratias referebat. Semel enim dum infirmitate grauatus aſino ueheretur, contigit eum per agrum cuiuſdam ruſtici habere tranſitum, qui ruſticus ad eum accedens petijt ſi ipſe eſſet Frater Fran. de quo tanta mirifica dicebantur, cui reſpondit ſanctus, quod uere ipſe erat Frãciſcus, cui ruſticus dixit Stude adeo bonus eſſe, vt diceris, quia multi de te confidunt, & moneo te, ut nunquam ſit de te aliter, quam ſperatur. Quo audito uir ſanctus ſe de aſino mittens ad terram coram ruſtico, oſculabatur pedes eius humiliter ei gratias agẽs, ꝙ monere eum eſt dignatus. Sic ergo conſilijs quorumcũq; acquieſcebat, ſi cernebat ea ſecundum Deum, & animam eſſe: vbi vero aliter eſſet, in nullo ipſorum adhærebat conſilijs; ſed totaliter contemnebat: ſicut patuit quãdo D. Oſtienſis inductus à fratribus dixit beato Fran. vt conſilia fratrum ſapientum, & proborum teneret, ſicut fit in alijs ordinibus, vt parte. 2. conformitatis. 12. primi libri dictum eſt paragrapho. 19. Similiter non acquieuit fratrum voluntati, quando dicebant ſibi, vt peteret priuilegium de prædicationibus contra clericos, eos prædicare non permittẽtes, vt dictum eſt lib. 1. conformitate. 11. Similiter non acquieuit, vt de rebus, ordinem intrãtium propter Forenſes aliquid reſeruaretur: quia erat contra Euangelium, vt dictum eſt conformitate præcedenti parte. 2. & ſic de ſimilibus: quia. s. præfata contra Deum eſſe videbat, & animæ ſalutem, nullo modo acquieſcebat. In alijs vero eorum conſilio condeſcẽdebat, & voluntati: ſicut Reatæ acquieuit cõſilio fratrum, ꝙ ſibi fieret coctura per ferrum ignitum ad lumen oculorum conſeruandum. Et ſicut beatus. F. voluntatem ſuam abnegauit aliorum voluntatem proſequendo: ſic volebat, ꝙ alij fratres eſſent nunquàm voluntatẽ ſuam perficientes; ſed prælatorum ſuorum: vnde ipſe dicebat fratribus. Chariſsimi fratres pro verbo præceptum implete: nec expectetis iterari, quod dicitur vobis, nihil etiam impoſsibilitatis iudicetis eſſe in præcepto: quia & ſi ſupra vires ego mandarem vobis, ſancta obedientia viribus non carebit. Sic ergo volebat, vt voluntate propria depoſita, ſine rebellione prælato obediretur. Semel fratrem quendam inobedientem prælato iuſsit ſe ſpoliare totaliter etiam brachas, & poſt mandauit, vt faceret foueam, & cum omnia feciſſet præcepit ei, ꝙ ſe poneret in fouea, quod & fecit, & beatus. Fr. terra coperuit vſque ad barbam, & dixit ei es ne mortuus frater, es ne mortuus? qui reſpondit ſe eſſe mortuum. Tunc dixit ei beatus. F. Surge & ſi vere mortuus es: ſicut debes, obedi prælato tuo ad nutum,

tum,

tum;nec repugnes in aliquo: ſicut nec homo mortuus poteſt repugnare in aliquo. Vnde ve rum humilem;, & obedientem corpori mortuo aſsimilabat,vt dictum eſt fructu,& conformitate.12.primi libri.parte.2.cap.12.de perfecta obedientia. Volentes etiam voluntatẽ ſuam perficere non recipiebat ad ordinem. Verum B.F. & ſi fratres vellet habere ſui exemplo voluntatem, vt humiles abnegatam per omnia reſpectu prælatorum: nolebat tamen, ꝙ prælati ad præceptum obedientiæ ſtatim adirent. Et ideo dicebat,ꝙ raro per obedientiam erat præcipiendum:nec primo fulminandum eſſe iaculum, quod debet eſſe extremũ. Ad enſem (inquit) non ſtatim manus eſt mittenda. Eum autem, qui præcepto obedientię non feſtinanter obedit, dicebat, nec Deum timere,nec homines revereri,dum.ſ.non habet cauſam neceſſariam retardandi. Nam auctoritas imperandi in temerario pręceptore quid aliud eſt,quàm gladius in manu furioſi? Quid vero deſperatius eſt,quàm obedientię neglector,& deſpector,ſeu contemptor?

Decimum oſtendens beatum Franciſcum vere humilem fuiſſe eſt diuinorum præceptorũ, & conſiliorum obſeruantia, & cuſtoditio, vt enim dictum eſt.lib. 1. conformitate9. parte 2. ipſe B. Fr. totum Euangelium ad litteram obſeruauit, & ſi ad totalem Euangelij obſeruantiam fratres noluerit obligare, vt enim de ipſo cantatur.Franciſcus euangelicum,vel vni cum apicem transgreditur, nec iota. Sic ergo Dei ſeruando præcepta, & conſilia: ſub Dei omnipotentis manu ſe humiliauit.

Vndecimum pandens beati.Frã.humilitatem eſt vita eius manſueta,& cõuerſatio. Hæc fuit

Matth.11. in Chriſto,prout ipſe declarat, dicens. Mitis ſum.ſ.conuerſatione,& humilis corde.De hac

Num.12. commendatur Moyſes, ꝙ erat mitiſsimus ſuper omnes; qui habitabant in terra. Talem conuerſationem humilimam, & mitiſsimam habuiſſe beatum.F.& iam dicta ſuperius probant,& multa alia.

Primo,quia animalia manſueta cum ipſo ſtare ſumme delectabatur,patet de agniculo eidem dato Romæ. De oue ſtante in ſancta Maria de Angelis. De onibus; quæ relinquentes Paſcua,dum rediret de Senis,ad ipſum ierũt. De lepuſculo apud Gręcium in ſinum eius plu ries ſaltante. De cuniculo in lacu Peruſino ei dato: de quibus omnibus,8.pers legendę re-

Eccl.14. fert.Et quia ſimile iungitur ſimili,vt habetur, ſignum erat affectus manſuetorum ad ipſum: quòd ipſe fuit manſuetiſsimus.

Secundo idipſum oſtendunt volatilia,quæ ad ipſum libenter accedebant, & cum ipſo ſtabant: ſicut patuit, quando montem aſcendit Aluernæ. Et quod maius eſt,mitias Franciſci manſuetudinem ingeſsit animalibus ferocibus,vt patuit de lupo ferociſsimo apud Eugubium,de quo dictum eſt.lib.primo.conformitate.10.& lib.2.conformitate.1.quem ad tantam manſuetudinem deduxit,vt ſicut ouis ſtaret inter oues;cum eis conuerſando.

Tertio,id etiam clamant homines. Nam tres latrones ferociſsimos apud montem Caſalem conuertit, & humilimos reddidit eos ad ordinem recipiendo. Idipſum fecit de latrone;quem a ferocitate ducens ad manſuetudinem, fratrem Agnellum nominauit.

Quarto aſtruit hoc hominũ,& mulierũ ad ipſum acceſſus: Oẽs.n.cũ humili ſtant,& ſuperbos contemnunt. Ad Beatum.F. omnis ætas, omnis ſexus quocũq; ibat, accedebat: ſicut patuit,quando Bononiam primo iuit:tota.n. ciuitas ei obuiam iuit, & beatum ſe putabat; qui eum alloqui,vel tangere poſſet. De ipſius conuerſatione mitiſsima, & humili dicit legenda fratris Thomę.Non diſcernebatur Dei princeps, ꝙ eſſet prælatus, niſi hac præclariſſima humilitatis,& mitiſsimæ conuerſationis gemma;quia inter minores minimus aderat, hæc virtus,hic titulus, hoc inſigne vere generalem indicabat eſſe miniſtrum. Aberat ad eius ore omnis altitudo: pompa omnis à geſtibus, ab actibus omnis faſtus:ſenſum in multis ex reuelatione didicerat: quem tamen in medio conferens, aliorum anteponebat ſenſus:ſociorum conſilium tutius eſſe credebat; & aliorum viſus melior proprio videbatur. Non omnia pro Deo reliquiſſe dicebat, qui ſenſus proprij loculos retineret. Malebat de ſe vituperium audire,quam laudem,cum hæc ad ſe emendandum cogeret; illud impelleret ad cadendum. Sed quod oſtendit beati.F.cõuerſationem mitiſsimam præcipuũ argumentum eſt Chriſti cum Franciſco conuerſatio,& affabilis alloquutio, & frequens ei apparitio: de quibus dictum eſt conformitate. 3. parte. 2.huius ſecundi libri.Et quia cum humilibus, & ſimplicibus eſt Chriſti conuerſatio, vt dictum eſt parte prima huius conformitatis:cõuincitur Franciſcum humilimum cõuerſatione,& mitiſsimum. Vnde beatus.F. non ſolum in habitu ſeculari fuit gratiſice,& humilis cõuerſationis; ſicut patuit quando captus à Peruſinis in carcere peruerſiſsimo ſeruiuit militi ab alijs derelicto: Socijs etiam fuit conuerſatione gratiſsimus,& acceptus:ſed ſuper omnia conuerſationem dulciſsimam habuit ad Chriſtum conuerſus, prout manifeſtum fuit hominibus.ſ.fratri Bernardo,fratri Petro,fratri Egidio,; & alijs pluribus, & innumerabilibus: qui ei adhæſerunt mundanis totaliter fugatis,& abnegatis.

Duodecimum,& vltimum quo ad hoc oſtendens Beati.F.humilitatem eſt in operibus humilibus exercitatio, ex dictis enim in hac ſecunda parte conformitatis,& in præcedentibus lib. primi,apparet hoc manifeſte. Ipſe.n. ſeruiuit

ſeruiuit leproſis abiectis, & miſerabilibus per ſonis, eorum vlcera tractando ligando, ſaniẽ abſtergendo, & in oſcula vlceroſarum plagarum ruendo. Ipſe pro pane dum eſſet ſanus ſemper ibat. Ipſe fratribus ſeruiebat, vt ſe eorum generalem miniſtrum, & nomine declararet, & facto. Ipſe Eccleſias ſcopabat, & loca, vt oſtenderet officia humilia ſibi eſſe grata. Generalatus renuit officium. Guardianũ, cui obediret vſq; ad mortem voluit habere, vt cęteri fratres. Sine ſocio proprio ſtare cõplacuit, vt humilitatem ſuper aliam ſtructurã ſuæ locaret religionis, & perfectionem cũctis oſtenderet verbo, habitu, actu, & effectu. Quibus omnibus antedictis inſpectis apparet, ꝙ B. Frã. adinſtar domini Ieſu Chriſti omnibus fuit ſubmiſſus, & vera humilitate minoratus, prout huius conformitatis ſecunda pars dicebat. Cuius exemplo antiqui fratres, & ſocij eius benedicti, in ſancta humilitate totaliter ſe poſuerunt; ac ipſam paupertatis ſociam habuerunt, & tenuerunt. Frater Maſſeus per plura tempora humilitatem ſibi dari à Deo depoſcendo tandem ſibi dominus benigne conceſſit, & dedit, prout conformitate. 8. primi libri eſt dictum. Sic & frater Bernardus: ſic frater Egidius: ſic frater Iuniperus, & ſic de alijs; qui hac virtute inſignes fuerunt, vt patet conformitatem octauam prædicti libri intuentibus. Quòd vero fuerint fratres antiqui in humilitate fundati beati patris exemplo, patuit in quodam ſacræ theologiæ magiſtro; qui fuit in ordine tempore beati. F. hoc cum eſſet beatæ Marię deuotus, & in corde ſuo firmaſſet, ꝙ quicquid ab eo amore virginis poſceretur, & ipſe hoc poſſet; protinus exerceret, cum hoc ſuum propoſitum cuidã matronæ reuelaſſet, ac dicta matrona cum videret dictum magiſtrum vtilem, & aptum ad religione, dicti magiſtri propoſitum monacis reuelauit inducendo eos, vt ad dictum magiſtrum accederent, & peterent ab ipſo virginis amore, vt fieret monachus: quia proculdubio ratione prępoſiti ſtatim monachus fieret. Monaci ad ipſum euntes propoſuerunt in fine dictam petitionem facere, & cum multa fuiſſent cum ipſo loqnuti, diuino nutu obliti ſunt; pro quo venerant indicare: quod ſciens domina iam dicta iuit ad prædicatores, & ea; quæ monacis dixerat de propſito dicti magiſtri, & petitione fienda indicauit. Cũq; fratres prædicatores ad eum perexiſſent, & de bonitate, & melioritate ſtatuum plura ſecum pertractarent; ſuperuenit quidam laicus noſtri ordinis minorum fratrũ eleemoſynarius, & panẽ quæſiuit ad portam dicti magiſtri, & cum nullus ſibi reſponderet aſcendit domum cauſa petendi eleemoſynam, ſcilicet panem. Cunq; prædicatores vidiſſet cum dicto magiſtro conferentes, ſubito inſtinctu ſpiritus ſancti dixit ad eum, rogo vos magiſter amore virginis Mariæ matris Dei, ꝙ intretis ordinem noſtrum: quo audito nimio ſtupore repletus magiſter ipſe dixit ad fratrem. Vade frater in domum tuam, & præpara indumenta: quia quod rogaſti libenter adimplebo. Quod & factum eſt: prædicatores autem nimis rubore perfuſi ſine obtentu deſiderati, ad propria redierunt. Et dictus magiſter factus eſt frater minor deuotus, & ſanctus: Procedente autem tẽpore, dictus magiſter ob reuerentiam beati Franciſci venit Aſiſium, & ibi commoratus eſt tanto tempore, ꝙ bene poterat lingua Italica prædicare. Cum autem ſemel beata Clara; quæ tunc viuebat, mandaſſet Guardiano, ꝙ mitteret ſibi aliquem fratrem ad prædicandum, Guardianus præfatum miſit magiſtrũ. Cũq; incępiſſet prædicare; & de Deo cruciaret magnificè, ſanctus frater Egidius; qui erat laicus, & tunc in dicto erat monaſterio, & ſermonem audiebat, ſubito ſurrexit totaliter ſpiritu inflãmatus, & dixit ipſi magiſtro prædicanti. Magiſter tace; quia ego volo aliquã tulum loqui: at ille cum hoc audiſſet ſermone dimiſſo, & capucio capite informato, ſedit humiliter; cũq; frater Egidius fuiſſet loqututus ad libitum, dixit tandem dicto magiſtro. Surge frater, & ſermonem tuum perfice; at ille illico ſurrexit, & ſermonem inceptum cõpleuit. Sermone autem completo, & magiſtro foras egreſſo, dixit beata Clara fratribus; qui ibidem aderant. Dico vobis fratres, ꝙ hodie vidi mirabilia: dixit enim mihi aliqñ beatus. F. pater, & dominus meus, ꝙ tantam humilitatem deſiderabat in ordine ſuo, ꝙ ſi vnus magiſter in theologia loqueretur, ad mandatum etiam vnius laici taceret. Quod hodie completum eſt in oculis meis. Et dico vobis fratres, ꝙ magis ſum ædificata de humilitate illius fratris, quàm ſi vidiſſem eum mortuos ſuſcitantem. Multa alia ſimilia habentur de alijs fratribus; ſed ſufficiant prædicta. Frater enim Bernardus de Quinta valle humilitate de Bononia receſsit, quia nimis honorabatur. Frater Ruffinus humilitate diabolum de homine eundo pro pane eiecit. Et ſic de alijs. Quia ergo beatus. F. fuit vera humilitate minoratus (vt dictum eſt) hinc eſt, quòd fuit à Deo exaltatus. In ſuo conſpectu ei omnia petita concedendo, ſubueniendo, & quotidie eum in ſua acceptione magis gratificando. In conſpectu angelorum: cuius miniſterio beatus. F. vtebatur, vt placuit; ſicut patet de cithara, & alijs. In conſpectu demonum; quos ſua humilitate à ciuitate pepulit Aretij, & ab alijs pluribus. In conſpectu domini Innocentij, & Honorij; qui omnia à beato. F. petita conceſſerunt. In conſpectu Cardinalium, & prælatorum; qui omnes eidem reuerentiã exhibebant, vt ſancto Dei, & beatos ſe putabant,

bant, ſi ipſe ſtaret cum eis. In conſpectu omnium fidelium: qui omnes ad gratiam ſibi putabant eum poſſe alloqui, audire, & videre. In conſpectu infidelium. ſ. Soldani qui ad ipſum habuit, & concepit ſingularem affectū, & deuotionem. In conſpectu ſanctorum apoſtolorum, Petri, & Pauli: qui ipſum benigniſſime Romæ ſunt amplexati. In conſpectu Reginæ mundi virginis Marię; a qua ſuum filium plu ries porrectum accepit: eidem in obtinenda indulgentia Portiunculæ aſtitit, & ipſa humilitatis mater, & domina, vt filium ſibi in hac virtute humilitatis conformé dilexit, & amauit. In conſpectu aliorum ſanctorum Ioannis Baptiſtæ, & Ioannis Euangeliſtæ, & aliorum: quos ſua humilitate beneuola ad ſecum loquendum attraxit. In conſpectu doctorum, & confeſſorum quorum verbis, & operibus inhærendo: hanc ab eis laudatam, & conquiſitam virtutem habuit, & tenuit. In conſpectu omnium beatorum, in quorum cōſortio poſitus, vt humilimus collocatur. Sic ergo beatus Fr. ſua humilitate magnus effectus in conſpectu omnium, cunctorum beneuolentiam habuit, & Deum auctorem omnium, ad quod libebat humilitate tam in præſenti, quàm tunc inclinat, & inclinauit. Cuius exemplo, ne degeneres filij dicamur à patre, hanc virtutem corde, ore, opere, habitu aripiamus & cultu; cuius fructu, & vtilitate ditemur triunphemus de hoſtibus, & proſequendo ſaluatorem Chriſtū dominum ad manendum cum ipſo cœlum tā dem conſcendamus Amen. Præfatis ergo apparet expoſitio quintæ conformitatis, videlicet Ieſus ſubmiſſus omnibus. Franciſcus minoratur.

FRVCTVS SEXTVS, ET CONformitas. Ieſus propheta lucidus, Franciſcus radiatur. Expoſitio primę partis, videlicet. Ieſus propheta Lucidus.

DOMINVM Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum vere fuiſſe prophetā (prout aſſerit prima pars huius conformitatis) inter alia nonnulla declarant, & oſtendunt. Et primum eſt: quia eius animę deitas eſt per plenitudinem formaliter copulata, & vnita. Collo. 2 hoc aſſerit Apoſtolus Paulus, dicens; ꝙ in ipſo. ſ. Chriſto habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Auguſti. in quodam ſermone omni modo inhabitandi, vt etiam perſonaliter ſit vnita corporaliter: quia ſicut animæ eſt deitas vnita, ſic & corpori trina dimenſione extenſo: quia verbum caro factum eſt. Et per planitudinem; quia tota deitas, & non pars eſt Chriſto, vt homini communicata, & ꝙ ſic ſit patet: quia tali communicatione. & copulatione Deus, & homo vnus eſt Chriſtus: Sed cum in diuina eſſentia omnia ſint cognitiue: quia Deus omnia nouit, vt philoſophi oſtendunt. Ariſto. in lib. de bona fortuna dicit Deus bene videt pñs, & futurum. q quorum perijt re, id eſt præterita, & lib. de cauſis, omnis intelligentia plena eſt formis. Et ꝙ omnia ſint in Deo dicit. Commenta. 12. Metaphyſi. commen. 19. Omnes proportiones, & formæ ſunt in potentia in prima materia, & actu in prima forma. Aui. 4 de anima. c. 2 dicit: Omnia; quę in mundo ſunt pręterita pręſentia, & futura, habent eſſe in ſapientia creatoris. Temiſtius dicit, ꝙ Deus omnia intelligit, prout recitat Commen. 12. Metaph commen. 51. Tulius in li. de officijs, & recitat Auguſt 12. de ciuitate Dei. cap. 20. Deus eſt quædam mens ſoluta, & libera omnia ſentiens, & mouens, ipſaq; prædita nutu ſempiterno. Id ipſum omnia Deum cognoſcere, & in ipſo eſſe omnia dicit Apoſtolus. Quoniam per ipſum, ex ipſo, & in ipſo ſunt omnia &c. Magiſter ſententiarum, primo diſt. 36. c. 1. & c. vltimo ibi concludit, ꝙ in Dei cognitione, ſine præſcientia ſunt omnia, ſcilicet bona, & mala. Id ipſum ponunt doctores exponentes illud Ioannis Ioan. 1. primo. In ipſo vita erat. Auguſt 11. de ciuita. Dei. cap. 2. In Dei ſcientia ſunt theſauri rerū intelligibilium: in quibus ſunt omnes inuiſibiles, atque incommutabiles rationes rerum viſibilium. Dionyſius de diuinis nominibus. cap. 7. parte. 6. Diuina ſapientia cognoſcens ſe, cognoſcit omnia &c. Sed ſciendum ꝙ licet res in ſeipſis ſint præteritæ, ſeu futuræ: in Deo tamen, vt docet beatus Augu. non fuerunt, nec futuræ ſunt; ſed tantum ſunt. Quomodo vero intelligitur, quòd creaturę habent eſſe in Deo cauſaliter, perfectionaliter, & vitaliter: quia iſta declaraui in opere de vita Virginis fructu primo nihil ad præſens. (Nota de opere facto ab ipſo de uita uirginis.) Cum ergo animæ Chriſti viſio ſit diuinæ eſſentiæ communicata; quia non prius anima creata, quā & conſequenter beatificata, ex tertia. diſt. tertij. quare, & diuinæ eſſentiæ ei data viſio; ſequitur, ꝙ anima Chriſti fuit à Deo de omnibus illuminata, vt dicit Mag. 3. d. 13. quòd anima Chriſti ſcit omnia, quę Deus in verbo Dei. Quare hac prima via concluditur, ꝙ fuit omniſciēs, vt dicit Magiſter loco allegato, & per conſequens ſummus omnium prophetarum. Secundum declarans Chriſtum fuiſſe maximum prophetarum eſt; quia eius animæ beatæ diuina eſſentia in eſſe plenitudinis, quo ad cognitionem eſt communicata, vt enim dicit Magiſter. 3. diſt. 3 al 13. Non prius prioritate temporis anima Chriſti fuit creata, quam aſſumpta, ſiue beata: ſed ſimul creata vnita

fuit, & beata, & conſequenter (vt dictum eſt) diuinæ eſſentiæ viſio communicata: aliter.n. beata non fuiſſet. Quòd vero intelligentię plenitudo ſit communicata, patet per Apoſtolū.
Collo. 1. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Idem patet per magiſtrū. 3. diſt. 13 quòd anima Chriſti ſcit omnia; quæ Deus in verbo Dei. Idem dixit Vgo in libello de ſapientia animæ Chriſti (vt dicetur.) Sed hic ſunt aliqua dubia.

Primum dubium. An ſit poſsibile creaturam intelligentiam videre diuinā eſſentiam, & quālibet in ea relucentem, vel relucibilem creaturam. Reſpondeo quòd ſic. hoc patet reſponſione beati Grego. 3. Dial ca. 34. vbi quæſtioni Petri, quomodo à beato Benedicto ſub vnō ſolis radio omnis mundus viſus eſt reſpōdens dicit. Firmiter tene Petre, quod dico, quòd animæ videnti Deūm anguſta eſt omnis creatura. Quantumlibet enim parum de luce creatoris aſpexerit, breue ſit ei omne, quod creatum eſt: quia ipſa luce viſionis intimæ mētis laxatur ſinus: tantūq; expanditur in Deū, vt ſuperior exiſtat mundo. & ſequitur. Videre in Deū raptus ſine difficultate potuit quicquid infra Deum eſt. Qua reſponſione patet propoſitum. Si enim, non cōceditur hoc, erit; quia non eſt poſsibile videre diuinā eſſentiā intellectum creatum ſimul, ſecundum infinitas ſpecies rerum in diuina eſſentia relucentes. Hoc excludit beatus Grego. di. Raptus in Deū ſine difficultate videre potuit quicquid infra Deum eſt. Inſuper ſi impoſsibilitas arguitur in hoc. Aut hoc erit ex parte diuinę eſſentiæ, & hoc non: quia ipſa eſt repræſentatiua ſui ſecundum omnem ſimul rationem intelligibilem in ipſa: ſic etiam naturaliter repræſentat intellectui proprio. Vel ex parte intellectus creati propter limitationem, quia non poteſt ſimul, & diſtinctè clarè cognoſcere diuinam eſſentiam ſecundum infinitas rationes intellectuales. Sed hoc eſt falſum.

Primo; quia ſi hoc haberet colorem; ex eo eſſet; quia intellectus, vt potentia actiua eſt limitatus: & ideo ſimul non poteſt cauſare diuerſos actus intelligendi: ſed hoc in propoſito non impedit. Ratio. Nam in notitia; quam habet intellectus in verbo, & reſpectu illius intellectus non ſe habet actiuè, nec paſsiuè: ſed tantum perceptiuę, prout multi doctores aſſerunt & debent.

Secundo, ſi iſta limitatio ab intellectu creato proueniret: cum intellectus creatus non dilatetur ſubſtantialiter: quia ſic non eſſet idem numero; qui prius, nec magis conſequenter ſit capax in lumine increato, quàm creato, ſequitur. ꝙ ſi ex ſua natura limitetur ad intelligendum ſimul diuerſa intelligibilia ſub certo finito numero, nullo modo poſſet ſimul cognoſcere plura in qualicunq; lumine diuino.

Sed hoc eſt contra proceſſum. B. Gregorij allegatum. Dicit. n. Quantumlibet parum de luce creatoris aſpexerit breue ſit ei omnē, quod creatum eſt, & per conſequens in lumine ſuperiori plura poteſt ſimul videre intellectus creatus. Dicit etiam beatus Grego. quòd radius ſuperior: puta diuinus, poteſt mentem dilatare. Vnde dicit, ꝙ cœlum, & terra non ſunt contracta; ſed videntis animus dilatatus; aut ergo iſta animi dilatatio eſt eius dilatatio ſubſtantialis, & hoc non, nam per nullā mutationem accidentalem in mente, mens ſubſtantialiter variatur. ergo iſta dilatatio eſt per hoc, ꝙ radius ſuperior plura oſtendit, & in plura facit intellectum intendere per actum intuitiuum; quia radius inferior manente eadem capacitate eſſentiali potentiæ perceptiuę, & per conſequēs intellectus creatus non eſt ex ſe limitatus ad certum numerū intelligibilium; quæ ſimul poſsit cognoſcere; ſed limitatur, & illimitatur per radios, vel radium ſecundum ꝙ plura, vel pauciora poteſt in ſua luce oſtendere. Sed radius diuinæ eſſentiæ quantum eſt ex ſe, poteſt oſtendere diuinam eſſentiam, & ſecundum omnem rationē ipſius intelligibilem; ſequitur, ꝙ intellectus creatus omnia; quę diuina eſſentia poteſt ex ſe ſimul oſtendere, ſimul poteſt ſimplici conſpectu, & intuitu videre. Et hęc videtur eſſe intentio beati Greg. & ſic patet ad primum dubium.

Secundum dubium. Quale eſt lumen; quo diuina eſſentia ſic videtur creatum, vel increatum? Reſponſio patet ex dictis beati Grego. quòd eſt lumen increatum. Vt enim dicit. Hoc lumine anima ſit ſuperior mundo, & ſe ipſa, & omne, quod creatum eſt, ſit ei breue, oportet ergo, quòd ſit lumen increatum. Deus n. eſt lumen gloriæ eleuans intellectum creatum in patria ad Deum beatę videndum. Licet. n. ad hoc, quòd creata intelligentia in Deum feratur, ſit neceſſarium lumen creatum, vt dicit Decretalis: tamen ad hoc, vt Deus videatur ex parte ipſius Dei nullum aliud lumen creatum deriuatum exigitur. Ratio, quia Deus ſecundum Apoſtolum lucem habit t inaceſsibilem. Quomodo fiet ergo acceſsibilis per aliquod creatum, cum quodlibet creatum infinite diſtet ab ipſo? Preterea, ſi per lumen creatum ſit Deus acceſsibilis; ergo tale lumen eſſet intellectiua cognitiua, & ſic Deus eſſet ſibi acceſsibilis ex puris naturalibus, quod eſt hæreticum.

Tertium dubium. Si vera ſunt; quę dicta ſunt in ſolutione primi dubij, videtur ſequi, quòd ſit poſsibile Deum à creatura comprehendi: ex quo dicitur, quod poſsibile eſt intellectū videre omnia, ſcilicet Deum, & omnem relucentem, & relucibilem in eo creaturam. Reſpondeo, quòd ad comprehendendum Deum

requiritur

requiritur ipſum comprehendi immenſæ, & quo ad gradum, & quo ad ſpeciem comprehendendi: quorum primum creaturæ repugnat. Vnde intellectus creatus ſi eſt ſub gradu, vt quatuor, non intenſius percipit, quàm vt quatuor: licet plura ſimul poſſit intelligere ſub tali gradu, & ſi percipit rationem vitæ, percipit non ſub immenſo gradu: ſed ſub gradu, vt quattuor: Si ſapientiam, ſub gradu, vt quattuor, & ſic de alijs, licet percipere poſſit ſimul omnia iſta.

Quartum dubium. Quia videtur, ꝙ talis intellectus ſic percipiens ſit infinite beatus; quia videns Deum ſub pluribus rationibus cæteris paribus, eſt magis beatus. Reſpondetur, ꝙ ſolum finite eſt beatus; quia ſolum finite eſt perceptiuus. Nec talis eſt magis beatus intranſitiue, ſed extranſitiue: quia plura videt.

Quintum dubium: Talis notitia videtur infinita; quia infinitorum repræſentatiua. Reſpõdetur, quòd eſt infinita, quo ad ſpecies. & non quo ad gradum. Diuina etiam eſſentia nõ eſt perfectior ex repreſentatione, multarum creaturarum ſimul, quàm vnius, licet ſit extenſiue, & innumeroſe.

Sextum dubium. Quia videtur, ꝙ intellectus talis ſit infinitus: patet quia ſi eſſet actiuus in finitorum actuum: ſic diceretur infinitus, ergo non minus cenſendus eſt infinitus ex perceptione infinitorum. Reſpondetur, quòd nõ ſequitur: quia ſi eſſet actiuus infinitorũ actuũ infinite orationes cauſales ſibi correſponderent; ſed non ſic eſt de actu alias actiuo perceptiuo: quia ſub vnica ratione omnia comprehendit, & intelligit: quę apprehendit, & intelligit. Sic ergo pręfatis declaratis tenendũ eſt, ꝙ anima Chriſti in inſtanti aſſumptionis ipſius à verbo, & beatificationis vidit diuinã eſſentiam, & quamlibet in ea relucentem intelligibilem creaturam factam, vel factibilẽ. Hanc tenet magiſter, vt dictum diſt. 4. tertij. cap. 2. dicens, ꝙ anima Chriſti per ſapientiam gratis datam in verbo Dei; cui vnita eſt: perfectè intelligit omnia, & ſcit quæ Deus ſcit, & cap. 3. idem dicit. Scit igitur anima Chriſti omnia; quæ Deus in verbo Dei; quæ limpidius, & præſentialius omni creatura alia contemplatur.

Idem dicit Vgo in libello de ſapientia animæ Chriſti, reſpondendo magiſtro Gulielmo de Mauritania. Vbi magiſter præfatus quærit. Vtrum anima Chriſti tantam habeat penitus ſapientiam, & ſcientiam, quantam habeat deitas. Et arguit quòd non: quia vita æterna ſtat
Ioan. 17. in notitia. Iuxta illud dictum Chriſti. Ioã 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te &c. ergo anima Chriſti haberet æqualem notitiam cum deitate. ſimiliter & æqualem beatitudinem, & æqualem charitatẽ &c. in quibus beatitudo cõſiſtit, quod videtur falſum. Ad quod argumentum ſic reſpondet Vgo, quòd anima Chriſti ſic nouit omnia, non per actus habitus, aut accidentia aliqua, & idem ſentit de beatitudine noſtra, ſed per ipſum Deũ, & per eſſentiã ipſam Dei. Vnde dicit ſic. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Cognitio itaq; Dei vita æterna eſt. Et quid eſt cognitio Dei? uunquid accidens eſt? ergo amor Dei accidens eſt? & beatitudo accidens eſt? & in accidentibus beatitudo noſtra eſt? Quare non magis Deus ſit beatitudo noſtra? Ipſe ſapientia; qua cognoſcimus, ipſe amor, quo diligimus, ipſe gaudium; quo exultamus, ergo una ſapientia eſt, qua omnes ſapiunt, quod ſi omnes hac ſapientia ſapiunt quæcunq; ſapiunt, multo magis hac ſapientia illa anima ſapit quæ ipſi ſapietiæ vnita fuit. Et infra Apoſtolus inquit. Plenitudinem ibi eſſe. Et nos dicimus, quod tota ſapientia non eſt in domo ſua, ergo dimidia habitat, & dimidia foris ſtat Et ubi quæritur, ſi domi nõ inuenitur? in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter? Vbi plenitudo eſt, nihil deeſt, ubi nihil deeſt totum adeſt. Si forte plenitudo deitatis eſt ibi, & plenitudo ſapientiæ ibi non eſt? Dicit iterum. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ ſunt ibi. Sed abſconditi ſunt, portat, & non uidetur. Abſit ab intellectu noſtro, ut ſic ſentiamus. Sed abſconditi ſunt, nõ, vt ab eo abſcondantur, ſed ne impij in eo videant, abſconditi ſunt, re conditi ſunt, ut tempore opportuno proferantur. Et infra uidit Chriſtus in deitate, uidit Chriſtus in humanitate, tamen ex deitate. Erat enim plenitudo deitatis in anima Chriſti, & ex plenitudine ſapientiæ plene ſapiens erat anima Chriſti. Ergo (inquit) tantam ſapientiam habet anima Chriſti quantam habet Deus. Quid facit comparatio? Vnus ſolus eſt. Vna ſapientia eſt Dei; qua ſapiens eſt anima Chriſti; nec participando ſapiens, ut uel illud in illa, & per illam ſapiat, ſed plenitudinem habendo, ut totum poſſideat. Non igitur tanta dicamus, aut quanta, ſed dicamus. Tota ſapientia in anima Chriſti eſt, & ex tota ſapientia Dei anima Chriſti ſapiens eſt Nec tamen æqualis Deo anima Chriſti eſt, quia ſapientia Dei eſt illic gratia, hoc natura, & idem illic gratia, quod hæc natura. Et ſubdit reſpondendo ad argumentum factũ ſic inquiens. Et ſi anima Chriſti æqualẽ ſcientiam cum deitate habeat, non propterea oportere habere ipſam æqualem beatitudinẽ, quia beatius eſt habere bonum per naturam, & ex ſe, & eſſe illud, quam habere illud per gratiã, & ab alio, & non eſſe illud. Et infra recipiendo ſecundum argumentum dicti magiſtri, & reſpondendo dicit ſic. Poſtea obieciſtis. Si anima Chiſti æqualem habeat cum Deo ſapientiam, falſum erit Deum in omni bono opere

habere maiorem ſufficiẽtiam, quam eius creatura, & deinceps, ſicut non poteſt creatura æquari creatori, ita nec bonum unius, bono alterius. Sed hoc bene, & veraciter ibi dicitur, vbi creaturæ bonum aliud, atq; diuerſum à bono creatoris inuenitur. Vbi enim vnum, & idem ipſum eſt, maius, & minus eſſe quid poteſt? Quod eſt enim verum bonum creaturæ præcipuè rationalis, aliud præter Deum, aut quod eſt bonum Dei præter ipſum? Si ergo verum, & vnicum bonum creaturę Deus eſt, & bonum Dei aliud præter ipſum eſſe non poteſt, nunquid idcirco Deus minor, aut maior ſeipſo eſt, quia creaturæ ſuæ pariter, & ſuum bonum ipſe eſt. Ceſſet ergo tandem crebra repetitio comparationis, vbi ſingularitas eſt vnitatis. Et infra in fine. Quid eſt neceſſe ſingula proſequi? Breuiter vobis, quid mihi in hac re ſentiendum eſſe videtur oſtendam. Plenam, atque perfectam, & totam Dei ſapientiam in anima Chriſti fuiſſe credimus, & ex ipſa ſapientia animam eandem plene ac perfecte ſapientem, non ex ipſa participando, ſed totam poſsidendo, quia ſecundum plenitudinem accepit. Ioãnes autem, qui erat lucerna lucens, & ardens ex parte comprehenderat. Anima igitur Ioannis de plenitudine accepit. Anima Chriſti plenitudinem comprehendit. Quicunque autem in eo perſiſtat, vt hoc aſſerere cõtendat, quod alia fuerit illa ſapientia, qua anima Chriſti ſapiens extitit. Alia, quæ animæ Chriſti vnita fuit, ego nemini preiudicium facere volo. Videant ipſi, quo ſenſu hoc aſſerant, ne forte carnalis magis ſit ſua, quam vera pronunciatio. Hoc enim unum indubitanter affirmo, ꝙ aut alia ſapientia præter diuinam in anima Chriſti non fuit, aut ſi alia fuit, æqualis illi non fuit. Hoc credenti, qui non credit, nõ bene credit. Ad cętera ego nõ cogo, ſed ſuadeo. Hæc Vgo. Hanc opinionem Vgonis recitat Bona. 3. diſt. 14. q. 4. quibus verbis patet quanta eſt ſapientia animæ Chriſti. Eſt tamen ſciendum, quod vltra prædictam notitiam; quam habet anima Chriſti in verbo eſt ponenda alia notitia, ſcilicet creata. Nam per ſextam ſinodum, ſicut in Chriſto ponendæ ſunt duæ voluntates, ſic & duæ ſcientiæ: Idipſum doctores antiqui ponunt. Alexander. Bonauẽtura Thomas; & alij, vt patet di. 14 tertij. Doctores enim præfati, ſcilicet Alexander in 3. parte 1. q. 127 Bonauentu in breuiloquio, parte 4. cap. 6. Thomas 3. parte quæſt. 10. ponunt in Chriſto multiplicem ſcientiam.

Multiplex ſcientia eſt in Chriſto.

Primo diuinam: quia Deus, & homo eſt: quare, & ſcientiam habet diuinam, & conſequenter omnium, vt Deus. Anima autẽ Chriſti deitati vnita per hanc cognoſcit omnia, quia verbum, & omnem relucentem, & relucibilẽ creaturam, vt dictum eſt, & hoc lumine increato, vt prædictum eſt.

Secundo ponunt ſcientiam creatam aliam, ſcilicet beatificam quia anima Chriſti ſecundũ portionem ſuperioris rationis fuit perfecte beata, & diuinam eſſentiam uidet, & vidit perfectius omni alia pura creatura, patet, quia vnita lumini increato, & per conſequẽs intimius omnem influẽtiam luminis creati, ſiue increati ſuſcipit, & perfectius omni alia creatura Et (vt dicit Bonauentura in 3. d. 14. q. 2.) hac viſione, & ſi anima Chriſti videat Deum totum, non tamen totaliter, quia non immenſe, quo ad gradum, quia nec Deum comprehendit, & q 4. in ordine dicit, quod eadem cognitione ideſt eodem habitu cognoſcit uerbum, & relucentia in verbo. Ratio (vt dicit) quia verbũ æternum per idem eſt ratio cognoſcendi ſe, & alia. Licet autem eodẽ habitu cognoſcat verbum, & omnia in uerbo, non tamen oportet, quod actu omnia cognoſcat in verbo, quæ cognoſcit in habitu, vbi ſolum illa, quæ ſunt eſſentialia ad eius gloriam, & beatitudinem, vt dicit Bona. d. 14. q. 5. & Alexand. in 3. parte 1. q. 127. Ratio eſt, quia non oportet; quod omnia, quæ cognoſcit in habitu cognoſcat in actu, quia Deus multa quotidie angelis beatis, & ſanctis reuelat, & tamen ſunt beati. Sed ſanctus Tho. loco præallegato q. 10. arti. 2. dicit loquendo de cognitione animæ Chriſti in uerbo, quomodo cognoſcit omnia, quod li omnia poteſt dici, & accipi dupliciter, videlicet. Proprie, ut diſtribuat pro omnibus, quæ quocunque modo ſunt, uel erunt, vel fuerunt, uel dicta, vel facta, uel cognita a quocunq; ſecundum quodcunq; tempus, & ſic concedendum eſt, quod anima Chriſti omnia cognoſcit in verbo. Ratio eius eſt, quia ad ipſum ſpectant quodammodo omnia, inquantum ſunt ei omnia ſubiecta. Ipſe eſt etiam iudex omnium cõſtitutus a Deo, quia filius hominis eſt. Et ideo Ioan. 5. anima Chriſti cognoſcit uerbo omnia exiſtentia, ſecundum quodcunque tempus, & etiam hominum cogitationes, quorum eſt iudex. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine, Ioan. 3. quod poteſt intelligi non ſolum quantum ad ſcientiã diuinam, ſed etiam quantum ad ſcientiam animæ eius, quam habet in uerbo.

Alio modo poteſt accipi li omnia magis large, ut non ſolum ſe extendat ad ea, quæ ſunt in actu ſecundum quodcunq; tempus, ſed etiã ad omnia quęcunque ſunt in potentia diuina, & ſic non omnia cognoſcit anima Chriſti in uerbo. Hoc enim eſſet comprehendere diuinã eſſentiam, quia ſi comprehẽdere uirtutem diuinam, & uirtus quantificatur ex eſſentia, ſequitur, quod comprehenderet diuinam eſſentiam, omnia uero, quæ ſunt in potentia creaturæ, anima Chriſti in uerbo cognoſcit. quia omnem eſſentiam cognoſcit, & per conſequens omnem uirtutem, & potentiam creaturæ Hęc Tho. Et dixit Alexander in loco allegato q.

130. quod animę Chriſti ſcientia tam prima, quam ſecunda iam dicta, ſcilicet increata, & ſua creata beatifica non eſt ſucceſsiua, ſed ſub uno aſpectu, quia eſt in contemplatione cauſæ, quæ Deus eſt in qua videt omnia ſimul ſecundum quod dicit Apoſtolus. 1.Cor. 13. Tunc cognoſcam ſicut, & cognitus ſum, quod debet intelligi quo ad ſecundam ſcientiam ſecũdum Bonauen. de eſſe omnium beatitudinis, quę tamẽ habitu ſimul, & actu cognoſcuntur. Sed an cognoſcat infinita anima Chriſti loquendo de ſcientia creata beatifica, patet ex ſupradictis, quod non loquendo de infinito, quo ad gradum, & ſi quo ad ſpeciem. Bonauẽtura in Breuiloquio loco allegato dicit, quod actualiter finita compręhendit, infinita uero habitualiter cathegorematice non, & ſincathegorematice ſic. Si vero quæratur, an anima Chriſti nõtitia creata beatifica cognoſcat omnia, quæ uerbum cognoſcit. Reſpondit Bonauentu. loco iam dicto q. 6. quod notitia actuali non: quia creatura creatori æquari non poteſt. Si de cognitione habituali ſic. Ratio eſt: quia anima Chriſti, cum cognoſcat ipſum uerbum æternum habitu glorioſo, ita perfecte, quod non poteſt perfectius cogitari, & ipſum uerbum ęternum promptam habeat uoluntatem ad aperiendum illi animę omnia, quę in ipſo relucecſcũt, nec aliquid in ipſo relucebit, quod non ſit natum cognoſci ab anima Chriſti. Anima ergo habet aliquid, quo facilis eſt ad cognoſcenda omnia, quę uerbum cognoſcit. Et huius ſignum eſt, quia ad hęc, quod cognoſcat aliquid, quod uerbum cognoſcit, quicquid illud ſit, non oportet, quod detur ei nouus habitus cognoſcendi, ſed omne, quod uult poteſt legere in eo. Et ſi quęras (inquit Bonauentura) Vtrum habitus iſte ſit finitus, vel infinitus. Reſpondit, quod eſt finitus, habet tamen reſpectus ad infinita. Sed unde habeat reſpectus ad infinita (inquit) quod uenit ex infinitate obiecti ſibi vniti, quod uoluntatem promptam habet propalandi omnia, quę in ſe relucent. Nec hęc facit alteri animę, ſed ſoli animę Chriſti, & ideo de ſola anima Chriſti concedi poteſt, & debet, quod ſit omniſciens. Hęc Bonauentura.

Sed hic ex iam dictis poteſt eſſe unum dubiũ. Dictum eſt enim quod diuinam poſsibile eſt intelligentiam creatam uidere, & omnem in ea relucentem, vel relucibilem creaturam. Ponatur ergo, quod alicui beato alio à Chriſto communicetur, tunc talis erit ęqualiter beatus cum Chriſto? Reſpõdetur (ut dictum eſt) uidere plura nõ facit aliquem beatiorem alio non uidente, ſic nec ęqualem, ſed bene intenſius uidere, quod utiq; in nullo alio à Chriſto poteſt eſſe, quia nulli diuina eſſentia ſic ſe communicat inteſe immutatiue; ſicut animę Chriſti, ut patet per prædicta. Et iſta intenſior viſio diuinę eſſentię datur iuxta proportionem meritorum, cum in ea ſit tota merces, vt dicit Auguſt. 1. de trinitate. Attenditur etiam non ex obiecto immutante: ſed ex gradu potentiæ percipientis. Ac etiam cum Deus ipſe libere agat ad extra, poteſt potentiam perceptiuam intenſius, & remiſsius immutare: magis minuſq; ipſam potentiam intellectiuã ad ſe conuertendo: quare non ſequitur, quo ad hoc cõformitas, & æqualitas in Chriſto, & in alijs beatis.

Tertiam ſcientiam dicunt doctores. ſ. Alexander loco præallegato. q. 127. & Bonauen. in breuiloquio. Parte. 4. cap. 6. animam Chriſti habere per gratiam vnionis perfectiſsimam; per quam cognouit omnia pertinentia ad reparationem humani generis longe excellentius, & melius, quàm aliquis prophetarum, & quàm multi angelorum, qui talia cognouerunt, vt habetur in glo. ſuper illud. Quis eſt iſte; qui venit de Edom &c. Iſa. 63.

Quartam ſcientiam ponunt doctores omnes ſecundum naturam integram. Vnde à principio creationis animę ſunt omnes ſpecies rerũ ei inditæ; ſicut & animæ Adæ, & longe perfectius, & melius, quam ipſi Adę. Et quia natura hominis bene inſtituta, & integra nata erat omnibus creaturis præceſſe, & ipſas noſſe tanquam eas; quæ debebãt ſibi ſeruire: ſicut patuit in primi hominis conditione: hinc eſt, ꝙ cognouit omnia pertinentia ad humanã machinam conſtruẽdam longe excellentius quã Adam, & hac cognitione (vt dicit Thomas loco præallegato. q. 11. artic. 1.) anima Chriſti cognouit, vt eſſet perfecta non ſolum ea, per quæ intellectus poſsibilis per agens naturale poſſet reduci ad actum, & conſequenter omnes ſcientias humanas, ſed etiam ea; per quæ intellectus poſsibilis poſſet reduci ad actum per agẽs ſupernaturale. ſ. Deum. Et ſic cognouit omnia; quæ per diuinam reuelationem innoteſcunt hominibus: ſiue pertineant ad donum ſapientiæ, ſiue ad donum prophetiæ, ſiue ad quodcunq; donum ſpiritus ſancti. Requieuit enim ſuper eum, vt dicit ſpiritus ſapiẽtiæ, ſcientiæ, intellectus, conſilij &c. Iſa. 9. Et Apoſtolus. In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Collo. 1. Auguſt. Sapientia ad diuina, ſcientia ad humana refertur. Hæc ſcientia integre ponenda eſt in Chriſto. Ratio, ſecundũ Tho. loco præallegato. q. 9. articu. 3 eſt: quia imperfectam animam non decuit Deum aſſumere, & cum intellectus poſsibilis ſit in potentia ad omnia intelligibilia Reducitur autem ad actum per intellectum agentem ſpecies intelligibiles in ipſo intellectu ponendo: Omne autem, quod eſt in potentia eſt imperfectum: niſi reducatur ad actum: quare verbũ animam aſſumendo, ne eſſet imperfecta: omnium ſpecies intelligibiles eidem impreſsit:

ad

ad quæ intellectus poſsibilis erat in potentia. Attamen, vt dicit Alexander loco prallegato. q. 130. Hac ſcientia non ſimul omnia ſpeculabatur.

Quintam ſcientiam ponunt doctores. ſ. Alexander loco præallegato. q. 127. quam vocat ſecundum pœnalem naturam aſſumptam, & Bonauentu. 3. d. 14. q. 8. & in breuiloqnio parte. 4. c. 6. vocat ſcientiam ſenſibilem experientiam, & quia ſenſus non percipit rem; niſi ad obiecti præſentiam: hinc eſt (vt dicit) ꝙ ſecundum cognitionem ſenſitiuam: quam vocat etiam in 2. experimentalem, non ſimul cognoſcebat omnia, ſed modo hæc, modo illa. Et vt dicit in 3. q. 8. allegata, ſicut Chriſtus in intellectu habuit per quartam ſcientiam cognitionem ſimplicis notitiæ: quæ conſiſtebat in habitibus, & ſpeciebus animę Chriſti à principio ſuę conditionis inditis ex beneficio conditoris: ſic cognitionem experientiæ habuit in ſenſu, & hoc conſiſtebat in vſibus ſenſuum exteriorum ſecundum quartam ſcientiam. ſ. ſimplicis notitię. Secundũ vero quintam, quia ſenſus exterior ad aliquid conuertebatur de nouo: ad quod prius non fuerat, hinc eſt, ꝙ cognitione experientiæ proficiebat, vt dicit Apoſtolus. Didicit ex his; quæ paſſus eſt obedientiam. Et Ambroſius dicit, ꝙ in eo ſenſus proficiebat humanus. Sed hic profectus ſcientię experimentalis in Chriſto in duobus differebat. Heb. 5. Qua ſcientia, & quo proficiebat Chriſtus.

Primo quia Chriſtus non proficiebat veniendo in notitiam rei prius incognitæ, ſed quod cognoſcebat vno modo. ſ. per ſimplicem notitiam proficiebat: quia cognoſcebat alio modo. ſ. per experientiam.

Secundo differebat: quia profectus noſter eſt ſecundum exiſtentiam, profectus illius. ſ. Chriſti ſolum erat ſecundum apparentiam. hęc Bonauentura. Sic ergo patet quomodo intelligitur illud Ieſus proficiebat ſapientia &c. Et ſic iam dictis patet, quòd animæ Chriſti plenitudo ſapientię, & ſcientiæ omnium pręſentium præteritorum, & futurorum exiſtentium, & poſsibilium eſt communicata. Hinc eſt, quòd ipſe Chriſtus debet dici, ſicuti & eſt: maximus omnium prophetarum. Lucæ 2.

Tertium pandens Chriſtum verum: immo maximũ prophetarum fuiſſe, eſt prophetarum originatio, & auctoritas. Teſte enim Ariſt. in lib. de ſecretis ſecretorum: oſtendens cauſam prophetiarum dicit, ꝙ eſt Deus excelſus, & glorioſus. Vnde dicit ꝙ plurima reuelat ſanctis prophetis ſuis, & iuſtis. Auic. 10. Meathy alias Metha. dicit, ꝙ prophetia eſt ex Deo, & ex miſsione eius. Auerrois in lib. de ſomno, & vigilia dicit, ꝙ prophetiæ ſunt à Deo, aut cum medio: aut ſine medio. Ptolomeus idē ponit in ſuo centiloquio, prout exponit Aly in commento ſuper ptima propoſitione di. ꝙ multi habent prophetiam per inſpirationem diuinam prophetias ſpiritu ſancto locutos, & non voluntate humana ponit Apoſtolus Petrus. Iohel idem ponit dicens. Super ſeruos meos, & ancillas meas effundam de ſpiritu meo. Sequitur, & prophetabunt. Cum ergo Chriſtus fuerit uerus Deus (vt dicetur fructu, & conformitate. 14 huius. 2. & ſpiritus nõ eſt ei datus. ſ. eius animæ, & vt homo ad menſuram, cum in eo habitet plenitudo deitatis, ac ſuper eum requieuerit, vt dictum eſt per Iſa. Spiritus ſapientię, ſcientię: conſilij, & intellectus: quare notitiam Deus animę Chriſti eidem vnitę dedit pleniſsimę omnia futura cognoſcendi, quare ſi pro quia concedendum eſt, ꝙ puri homines multi fuerunt veri prophetę, vt pater in ſerie ſcripturæ: à fortiori concedi debet de homine Deo: cui notitia omnium eſt data, vt iam dicta oſtendunt. Petri 1. Ioel. 2. Iſa. 9.

Quartum propoſitum confirmans Chriſtum verum prophetam eſſe, & fuiſſe eſt teſtium veracitas, & multiplicitas. Saraceni oẽs Chriſtum confitentur maximum fuiſſe prophetã. Moyſes de Chriſto prophetando dicit, Deũ ſibi dixiſſe: vt habetur. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius. Loqueturque ad eos omnia; quæ pręcepero illi; qui verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit: ego vltor exiſtam. Iſta non poteſt intelligi de quolibet propheta poſt Moyſen à Deo directo populo Iſraelitico, ſed ſolum de Chriſto. Ratio; quia eſt vindicta ſubſecuta contra eum non audientes: quia enim nulla maior vltio à Deo facta eſt, quàm contra Iudeos; qui Chriſtum noluerunt audire: hæc prophetia de ipſo eſt; vt de Meſia ſpecialiter dicta. Deut. 18. Cur tam magna ultio ſit contra iudæos facta.

Propheta ipſe Chriſtus vocatus eſt à populo. Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileę. Math. 21.

A turba poſt ſuſcitationem adoleſcẽtis in ciuitate Naim. Propheta magnus ſurrexit in nobis &c. Lucæ 7.

A duobus diſcipulis euntibus in Emaus. Ieſus fuit vir propheta potens in opere, & in ſermone. Luc. 24.

A muliere Samaritana. di. ſibi. Domine, vt video, propheta es tu. Ioan. 4.

Ab hominibus de quinque panibus ſaciatis. dicentibus. Hic eſt vere propheta; qui venturus eſt in mundum. Ioan. 6.

A ceco à Chriſto illuminato. Propheta eſt. Ioan. 9.

A turba. Hic eſt vere propheta. Sic ergo cum à multis ſit dictus propheta non adulatorie; ſed veritate, & experientia, Chriſtus eſt vere propheta. Ioan. 7.

Quintum declarans propoſitum eſt futurorũ prędictio, & pręclaritas. Ipſe enim cum ſciret omnia multis prędixit futura. Et vt hoc videatur clarius explicaudum eſt per ea; quę in ſan

ſto Euangelio prędicta ab ipſo Ieſu oſtendũ-
tur. Prophetando.n.Chriſtus prædixit.
Matth. 4. Primo Petro,& Andreæ eſſe futuros piſcato-
Luc. 5. res hominum. Et ſpecialiter beato Petro.
Secundo de multorum ad fidem cõuerſione,
Matth. 8. & Iudæorum dimiſsionem. Multi venient ab
oriente,& occidente,& recumbent cum Ha-
braham &c. in regno cœlorum. filij autem re
gni eijcientur foras &c.
Matth. 10. Tertio diſcipulorum perſequutionem. Tra-
Ioan. 16. dent enim vos in concilijs&c. Et Ioan. Venit
hora in qua omnis qui interficit vos, arbitre-
tur ſe obſequium præſtare Deo.
Lucæ 12. Quarto de ſubminiſtratione verbi. Spiritus
ſanctus docebit vos in illa hora quid loquami
Matth. 10. ni &c. Et cum autem tradent vos: nolite co-
gitare quomodo,aut quid loquamini. Dabi-
tur enim vobis in illa hora quid loquamini.
Quinto Capharnaum, & aliarum ciuitatum
Matt. 11. punitionem. Veh tibi Capharnaum &c. Veh
Lucæ 10. tibi Bethſaida &c. Et idem habetur. Luc. 10.
Sexto Iudæorum in iuditio finali condemna-
Matth. 12. tionem. Viri Niniuitę ſurgent in iuditio cum
generatione iſta, & condemnabunt eam &c.
Septimo ſcribarum, & phariſęorum in pecca-
Ioan. 8. to deceſſum. In peccato veſtro moriemini.
Octauo de humani generis vltima reſuſcita-
Ioan. 5. tione. Mortui audient vocem filij Dei, & qui
audierint viuent &c.
Matth. 24. Nono de iudicij finalis executione. Videbũt
filium hominis venientem in nube cum maie-
ſtate &c.
Decimo de bonorum à malis ſeparatione.
Matth. 13. Mitet filius hominis angelos ſuos, & ſepara-
bunt malos de medio iuſtorum &c.
Vndecimo de Eliæ aduentu, & deſtinatione.
Matth. 17. Elias venturus eſt,& reſtituet omnia.
Duodecimo de futurorum hęreticorum ad-
Matth. 24. uentu,& prædicatione. Videte ne quis vos ſe-
ducat. Multi ſurgent pſeudo prophetæ &c.
Tertiodecimo de Antichriſti à Iudæis ſuſce-
Ioan. 5. ptione. Si alius venerit in nomine ſuo illum
ſuſcipietis.
Nota. Quartodecimo de electorum futura per Anti
Matth. 24. chriſtum tribulatione. Tradent enim vos in
tribulatione,& occident vos &c.
Matth. 24. Quintodecimo de Antichriſti vexatione. Cũ
audieritis abominationem &c. Sequitur.
Erit enim tribulatio magna qualis nunquam
fuit &c.
Sextodecimo de electorum à Deo debita di-
ſtinctione, & diſtinctorum à Deo electione.
Matth. 24. Erunt duo in agro: vnus aſſumetur: alter re-
linquetur.
Decimoſeptimo de vigilantium à Deo retri-
Matth. 24. butione. Beatus ille ſeruus: quem cum vene-
rit dominus: inuenerit vigilantem &c.
Decimooctauo de diuitum poſt hanc vitam
Lucæ 6. punitione. Veh vobis diuitibus: qui habetis
hic conſolationem veſtram &c.

Decimonono de ſuę gloriæ diſcipulis oſten-
ſione. Sunt quidam de hic ſtantibus; qui nõ Matth. 16.
guſtabunt mortem: donec videant filium ho & 17.
minis in regno ſuo. Et ſequitur. c. 17. ꝙ poſt
dies octo duxit eos in montem.
Vigeſimo de ſtateris in piſcis ore inuentione.
Dixit Ieſus Petro. Vade ad mare,& mitte ha- Matth. 17.
mum,& eum piſcem, qui primus aſcenderit,
tolles:& aperto ore eius inuenies ſtaterem: il
lum ſummens da eis pro me, & pro te.
Vigeſimoprimo de poteſtate, & peccatorum
abſolutione. Quodcunq; alligaueritis ſuper Matth. 18.
ram erit ligatum, & in cœlo &c.
Vigeſimoſecundo de iniuriarum dimiſsio-
ne. Sic pater veſter cœleſtis faciet vobis: ſi nõ Matth. 18.
dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordi-
bus veſtris.
Vigeſimotertio de vitæ æternę pro dimiſsio-
ne mundi, & abdicatione donatione. Amen Matth. 19.
dico vobis; ꝙ vos, qui reliquiſtis omnia &c.
Et ſequitur. Centuplum accipietis, & vitam
æternam poſsidebitis.
Vigeſimoquarto de gratię diuinæ à Iudæis
ſubtractione. Auferetur à vobis regnum Dei, Matth. 21.
& dabitur genti facienti fructum.
Vigeſimoquinto, de partis Magdalenæ per-
manſione. Maria optimam partem elegit;quę Lucæ 10.
non auferetur ab ea.
Vigeſimoſexto de ſanctorum à Iudæis occi-
ſione. Mitto ad vos prophetas, & ſapientes. Matth. 23.
ſequitur. Et ex illis occidetis &c.
Vigeſimoſeptimo de hipocritarum,& phari-
ſæorum multiplici dãnatione. Veh vobis ſcri- Matth. 23.
bæ,& phariſæi hipocritæ.
Vigeſimooctauo de patris in ſpiritu adora-
tione. Venit tempus, & nunc eſt quando veri Ioan. 4.
adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, &
veritate &c.
Vigeſimonono de filij Reguli ſanatione. Fi- Ioan. 4.
lius tuus viuit &c.
Trigeſimo de regni abiectione. Ieſus cum co Ioan. 6.
gitaſſet; quia venturi eſſent, vt caperent eum,
& facerent regem, fugit &c.
Trigeſimoprimo de Iacobi, & Ioannis paſsio
ne per calicis deguſtationem. Calicem meũ Matth. 20.
bibetis &c.
Trigeſimoſecundo de templi proiectione ad
terram. Amen dico vobis non relinquetur la Matth. 24.
pis ſuper labidem.
Trigeſimotertio de Hieruſalem deſtructio-
ne. Fleuit enim ſuper illam; ad terram pro- Matth. 23.
ſternent te &c. Luc. 17.19
Trigeſimoquarto de futura ſua paſsione. Fi- Matth. 20.
lius hominis tradetur principibus &c. & 26.
Trigeſimoquinto de Lazari morte. Lazarus Lucæ 18.
amicus noſter mortuus eſt &c. Ioan. 11.
Trigeſimoſexto. de ſua proditione. Vnus ve- Matth. 26.
ſtrum me tradet &c.
Trigeſimoſeptimo de corporis ſui paſsiona-
ti à Magdalena unctione. Mittens hæc vn- Matth. 26.
guentum

guentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit.

Matth. 26. Trigeſimooctauo, de Petri trina negatione. Ter me negabis &c.

Trigeſimonono, de diſcipulorum ſcandalizatione. Omnes quidem ſcandalum patiemini &c. Et ipſorum diſcipulorum à ſe receſſu.

Ioan. 16. Ecce venit hora, vt diſpergamini in propria, & me ſolum relinquatis.

Lucæ 22. Quadrageſimo de hominis portantis amphoram aquæ inuentione. Inuenerunt ſicut dixerat illis Ieſus &c.

Ioan. 2. Mat. 12. 16 Quadrageſimoprimo de ſua reſurrectione. Soluite templum hoc, & in triduo &c. Sicut Ionas &c. Tertia die reſurget.

Lucæ 11. Lucæ 24. Ioan. 14. & 15. Quadrageſimoſecundo ſpiritus ſancti in Apoſtolos ſuperuentione. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Et Io. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis &c. Cum venerit paraclitus &c.

Ioan. 21. Quadrageſimotertio Petri mortem. & terminationem. Amen dico tibi, cum eſſes iunior cingebas te. Sequitur, cum autem ſenueris, alius cinget te, & ducet quo tu non vis; ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum.

Plura alia dominus, & Saluator noſter futura nonnullis dixit: ſed præfata ſufficiant ad oſtẽdendum ipſum multa futura prędixiſſe. Et quia (vt habetur.) ſignum veri prophetæ à falſo, eſt, ſi id; quod prędixit eueniat, hinc eſt, ꝙ cum ſupradicta omnia prçter id; quod de Antichriſto, & finali iudicio prædixit, operẽ fuerint adimpleta, verum prophetam fuiſſe Chriſtum comprobatur. Ac quæ nondũ ſunt completa ſine dubio tenendum eſt implendã eſſe: conſiderando tam multiplicia ab ipſo prædicta effectui iam mandata, quia ueritas prçmiſſorum certitudo eſt futurorum.

Deut. 18. De ſigno ueri ꝓphetæ a falſo.

Sextum oſtendens Chriſtum verum prophetam, & ſummum eſt ſuę mentis luciditas, vt patet ex ſacro eloquio. Et beatus Greg. atteſtatur Homel. idẽ ſuper Ezech. Spiritus prophetiæ non ſemper mentibus prophetarum adeſt. Ratio (vt dicit.) Vt cum non habent agnoſcant ſe ex dono habere, cum habent. Et ponit exemplum de Eliſeo: ſuper quem requieuit duplex ſpiritus Eliæ: qui tamen à muliere ad pedes eius ruente aſtrictus; cum eius diſcipulus, & miniſter Giezi vellet amouere eam dixit. Dimitte illam: quia anima eius in amaritudine eſt, & dominus celauit à me. Et non ſolum ſpiritus prophetiæ nõ ſemper prophetis adeſt, ſed ipſos illuminando diuerſimodè hoc peragit penes ætates; quia quoſdam in pueritia illuſtrat: ſicut Iſaiam, & Hieremiam. Quoſdam in iuuentute, ſicut Ezechielem, & Danielem. Quoſdam in antiquitate. ſicut Malachiam, & ſic de alijs ſimilibus, vt patet in ſerie veteris teſtamenti; vbi oſtenditur, ꝙ quidam prophetico ſpiritu in diuerſis ętatibus à Deo ſunt illuminati. Illuſtrat eos varie penes tẽpora diuerſa, vt enim dicit beatus Grego. Homel. 1. ſuper Ezech. Spiritus prophetiæ quandoq; animum tangit prophetæ de præſenti; ſicut Ioannem Baptiſtam dicentem. Ecce agnus Dei &c. Et tamen non de futuro: quia deſcenſum Chriſti ad infernum neſciuit: patet, quia miſit diſcipulos ad Chriſtum, vt interrogarent eum. Tu quis es? Aliquando tangit de futuro, & non de præſenti: ſicut de Iſaac, qui Iacob in præſentia ſui poſitum non agnouit: cui tamen ventura prædixit. De præſenti, & de futuro aliqñ tangit: ſicut habetur de Iacob; qui filios Ioſeph oculis corporis non vidit; ſed per ſpiritum, & pręſentes agnouit, & futura prædixit. De præſenti, præterito, & futuro aliquando tãgit, vt patet de Heliſabeth matre Ioannis Baptiſtæ: quæ de præſenti Mariam matrem Dei agnouit. De præterito verba dicta ab Angelo ad Mariam ſciuit, & perficienda in Maria pro futuro ei dicta declarauit. De præterito, & non de futuro aliquando tangit, ſicut Paulus. Nam de præterito Euangelium reuelatione didicit: ſed quid ei in Hieruſalem contingere debebat non vidit, immo ignorauit. De futuro, ſed non de præterito aliquando tangit: ſicut de Eliſeo; qui non cognouit, vbi ferrum cęciderat, & tamen ſciuit quid futurũ de ipſo erat. De præterito, & futuro aliquando, ſicut de Moyſe; qui de præterito omnia facta à Deo, & patribus nouit, vt patet per librum Gen. quem condidit. Et de futuro; quia prophetam Ieſum de gente Iſraelitica ſurrecturum prædixit. Et non ſolum temporibus præfatis diſtinctis ſpiritus propheticus mentes prophetarum irradiat: ſed in pręfatis declarando diuerſimodè in quolibet præfatorũ temporum ſe habet. Incipiendo à præſenti diuerſitatem exhibet; quia ex parte tangit, & ex parte non tangit, ſicut Petrus ſciuit viros ad ianuam veniſſe; ſed ad quid neſciuit. De futuro ex parte tangit, & ex parte non, vt patet de filijs prophetarum, qui ſciuerunt Eliam tollendum: ſed ignorauerunt eum non inueniendum, ſicut Eliſeus, ſciuit regem Iſrael to tiens percuſſurum ſuos hoſtes quotiens terrã percuteret, & tamen quotiens percutere terram deberet ignorauit. Tangit etiam quoſdã ex proximo, ſed non ex longinquo: ſicut Samuelem; qui ſciuit Saul regem futurum, & Dauid, ꝙ ei ſuccederet: ſed ꝙ Dauid eſſet futurus pater Chriſti non vidit. Quoſdam tangit de longinquo, ſed non de proximo: ſicut Dauid cognouit Deum incarnandum: ad cœlos aſcenſurum, & ſeſſurum ad dexteram patris. & tamen ſeruum Miſboſeth contra dominum ſuum mentitum nõ cognouit. De proximo, & longinquo; tangit. De longinquo Iſa. Ecce virgo concipiet. De proximo Ezechiam.

4. Reg. 2. — Deus ſpiritu ꝓphetiæ illuminat diuerſimode penes ætates, & tẽpora. — Ioan. 1. — Matth. 11. — Gen. 26. — Gen. 48. — Act. 21. — 4. Reg. 6. — Deut. 18. — Act. 10. — 4. Reg. 2. — 4. Reg. 13.

chiam 15. annis ſuperuicturum prædicendo.
Gen. 13. Item vt dicit Glo. Circa futurorum in ſpiritu viſionem eſt magna differentia. Quidam vident futura, ſed non intelligunt, vt Pharao. 7. ſpicas & 7 boues, qui non intellexit quid ſignificarent. Quidam non vident, ſed intelligunt, vt Ioſeph. Quidam vident, & intelligunt ſicut Daniel ſomnum Nabuchodonoſor vidit in ſpiritu, & quid ſignificaret apperuit.
Inſuper non ſolum eſt differentia in præfatis, ſed etiam in modis manifeſtandi, & illuſtrandi. Vnde dominus ſua abdita, ſiue reſpectu præteritorum, ſiue præſentium, aut futurorum reuelat aliquando per opera, & facta, & ad iſtū poſſunt reduci plures modi alij videlicet.
Primo operum ſignificatione, vt patet de Arca Noe ſignificante eccleſiam, in qua ſaluantur homines. Et Iſaiæ locutus eſt dominus di. Solue ſaccum de lumbis tuis, ſignificans captiuitatem ſoluendam iudęorum.
Secundo figurarum, & enigmatum oſtenſione dicente domino. Nu. 12. quod Moiſi non per enigmata, & figuras, aut per ſomnia, & in viſione eſt loquutus; ſed palam eſt ei loquutus.
Tertio ſignorum, & portentorum exhibitione.
Exo. 20. Cunctus populus audiebat voces, & videbat lampades &c. Et cauſa dicitur ibidem à Moiſe.
Quarto ſcripturæ impreſſione. Dan. 5. Vidit digitos manus ſcribētis in pariete &c. & quid ſignificaret dicitur ibidem à Daniele.
Quinto miraculorum operatione, ſicut Moiſes fecit, & Elias, & alij, quę ſpiritualiter aliud ſignificabant.
Sexto flagellorum incuſsione, ſicut 10. plagæ Egypti 10 perſequutiones ſignificarunt eccleſiæ.
Septimo creaturarum informatione, pſal. Cęli enarrant gloriam Dei &c.
Octauo beneficiorum impenſione pſal. In columna nubis loquebatur ad eos &c.
Multis modis referat Deus ſua ſecreta & fienda. Alio modo Deus ſua ſecreta, & fienda referat per dicta & hoc peragit multis modis, prout declarat beatus Greg. 28. moral. cap. 8. ſuper 1. Iob. Nunquid producit luciferum in tempore ſuo? Vbi dicit, quòd Deus loquitur in ſubiecta creatura, ſcilicet per Angelum, & ſuam indicat voluntatem.
Aliquando verbis ſolum, & non rebus, ſicut
Ioan. 12. Chriſto dicente Pater clarifica filium tuum. Reſpondit Deus pater per Angelum. Clarificaui &c.
Aliquando rebus, & non verbis, ſicut Ezechieli oſtendit ſpeciem electri &c. Oſtendens redemptorem noſtrum, & auream habuiſſe deitatem, tamen carne velatam, & angelicam claritatem miraculis proteſtatam.
Aliquando ſimul rebus, & verbis, ſicut ibi. Adam increpando, & deambulando. In deambulatione receſſum oſtēdit à corde, & ſui peccati agnitionem eum increpando.
Aliquando loquitur imaginibus oculis cordis oſtenſis, ſicut Iacob vidit ſcalam in viſione. Et Petrus vidit linteum &c. Et Paulus virū macedonem. Gen. 28. Act. 10. Act. 20.
Aliquādo loquitur imaginibus ex aere aſſumptis, & oculis corporis oſtenſis, ſicut Abrahæ tres viri apparuerunt, & ſibi locuti ſunt &c. vbi dicit Greg. Niſi enim nobis angeli quædā interna nunciantes ad tempus corpora ex aere ſumerent, exterioribus profectò noſtris obtutibus non apparerent.
Aliquando loquitur cęleſtibus ſubſtantiis, ſcilicet per angelos, ſicut Chriſto baptizato vox ſonuit de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus.
Aliquando loquitur terrenis ſubſtantiis, ſicut per Aſinam Baalam reprehendit.
Aliquando ſimul terrenis, & cæleſtibus ſubſtantiis loquitur. Moiſes rubum ardentem vidit, & vocem audiuit loquentis. Exo. 3.
Aliquando humanis cordibus ita loquitur, vt ipſe Angelus mentis obtutibus præſentetur, vt patet in Zacharia. Ecce angelus domini qui loquebatur &c. vbi Gregorius Sæpe enim exterius non apparent, ſed ſic angelici ſpiritus prophetarum ſenſibus voluntatem Dei innoteſcunt, atque eos ita ad ſublimia ſubleuāt, vt quæcunq; in rebus futura ſunt in cauſis originalibus præſentia demonſtrent. Sed iſtud debet ſane intelligi, non quòd angelus illabatur mentibus, quia hoc eſt ſolius Dei, ſed debet intelligi, quòd menti præſto eſt, vel per modum irradiantis, vel ſpeculum offerentis, vel linguæ efficaciter exprimentis. Zach. 4.
Præter modos prędictos ſunt alij, quibus per dicta modo ſingulari Deus ſua occulta indicat.
Et primus eſt vocali expræſsione, ſicut Deus vocauit Moiſen, dum ad videndum rubum iret. Exo. 3.
Secundus eſt doctorum eruditione, dicente Chriſto. Qui vos audit, me audit. Matt. 10.
Tertius eſt peccatorum improperatione. Adam, vbi es &c. Gen. 3.
Item alio modo Deus occulta reuelat, & hoc eſt per viſionem, ſicut dicitur. Apparebo in viſione. Et Iſa. Viſio Iſaiæ &c. Sed viſio eſt triplex, videlicet. Num. 12. Iſa. 1.
Corporalis, & hac viſione indicatum eſt Moiſi à Deo Dei voluntas, & futura, quando vidit rubum, & Hieremias ollam ſuccenſam &c. Exo. 3. Hiere. 1.
Alia eſt viſio imaginaria, ſicut Ezechiel vidit templum, & omnia ipſius, & Hieruſalem, & illuc fuit ductus in ſpiritu.
Tertia eſt viſio intellectualis, ſicut Iſaias vidit dominum, & Seraphin. Et præfatis viſionibus prophetæ, à Deo ſunt illuſtrati, & futura prædixerunt, vt patet in ſacra ſcriptura euidenter. Iſa. 6.

Modo alio Deus reuelat ſua prophetis videlicet per ſomnia, vt Salomoni. Danieli, & Dauid ſunt multa prophetica reuelata.

Reuelat & Deus futura & occulta per immiſsionem ſpiritus ſancti.

Sed vltimo Deus reſerat per ſolam ſpiritus ſancti inſpirationem exteriori adminiculo remoto ſacti, vel dicti ſomnii, vel viſionis, ſicut Dauid, qui dicebat. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, de quo modo loquutur beatus Grego. in Homel. pentecoſt. dicens. Mox mentem tetigiſſe, docuiſſe eſt. Et beatus Petrus Spiritu ſancto miſſo de cælo loquuti ſunt ſancti prophetæ &c. Prælibaris ergo modis, & viis futura, & occulta, vt patet ex ſacra ſcriptura, Deus reſerauit, & indicauit. Ex quibus apparet.

1. Petr. 1.

Primo, vt dictum eſt, quod ſpiritus prophetiæ non ſemper adeſt intellectui prophetarum, quia aliquando ſic, & aliquando non.

Secundo apparet, quod non vniformiter prophetæ à Deo illuſtrantur, quia aliqui de præterito, aliqui reſpectu præſentis, & alij reſpectu futuri.

Tertio quod diſtinctis modis, etiam futura, & occulta reuelando Deus eſt loquutus.

Chriſtus ab inſtanti conceptionis fuit propheta.

Sextum ad propoſitum noſtrum, ut dixi oſtendens Chriſtum verũ prophetam eſt ſuæ mentis luciditas, quia ab inſtanti conceptionis, cum anima eius fuerit beata, & deitati coniuncta non ſolum ab utero, ſed in utero, & ante omnes, fuit propheta, & omnia ſunt ei reuelata, utpote Deo unita immutatiue, & copulata. In quo, & quo omnia nouit, ut omniſciens nominetur. Et cum in Deo nihil ſit præteritum, ſeu futurum, ſed omnia præſentia ſunt, hinc eſt, quod anima eius benedicta omnia præſentialiter ſcit, in Deo, & Deo, & à Deo: quare præterita, præſentia nouit, & futura: quamuis ipſi omnia ſint præſentia, vt dictum eſt. At cum perſonaliter deitati ſit unita, & inſeparabiliter deitatem continue contempletur unico, & ſolo modo cernendo deitatem, cui coniungitur, omnes modos, uias, & formas noſcit, & agnouit, quare ſua mente illuſtrata exiſtẽte, ſecure dicere poſſumus ipſum eſſe, & fuiſſe maximum prophetarum.

Nota.

Et illum prophetam excellentiſsimum, qui uenturus eſt in mundum. Quibus omnibus apparet clare declaratum dominum Ieſum prophetam eſſe, & fuiſſe lucidum, prout dicebat prima pars huius ſextæ conformitatis.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS, & conformitatis 6. & decimæ octauæ in ordine, ſcilicet Franciſcus radiatur. Expoſitio.

ESSENTIA diuina, cum omnia repræſentet, ut potè ſpeculum, exẽplar, ars, & ratio omnium extra ſe fiendorum, ac efficaciſsima ſit in operando, vtpotè omnipotẽs, hinc eſt, quod reuelare poteſt, quę tranſiere, præſentia ſunt, & futura, prout uult, quãdo, & quomodo, ſimul, & ſucceſsiue, quibuſue placet, & dictat reſerandum ſua prouidentia, qua mundialis fabrica agitur, & gubernatur: Quapropter ſua ſapientia, cuius non eſt numerus, uolens eccleſiam ſuam hominum gradibus ordinare diuerſis, iuxta dictum Apoſtoli. Quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam autẽ prophetas, alios euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occuramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in uirũ perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Apoſtoliq; dictum ſit intelligendũ, ſicut à potiori iam dicti denominentur ſtatus, & gradus: Cuius ratio eſt, quia idem repertus eſt Apoſtolus, euangeliſta, & propheta, videlicet Ioannes euangeliſta, & ſic de alijs. Et ſicut in primo ſtatu eccleſiæ eſt factum, ſic in alijs. Et præcipue beati Fran. tempore, & in ſuis fratribus, ac in ipſo. Ipſum videlicet cum pluribus ſociorum uere faciendo Apoſtolos per imitationem perfectam uitæ Chriſti: Euangeliſtas per prædicationem: Prophetas per irradiationem pleniſsimam futurorum, & reſerationẽ, & ſic eſſe, quia de fratribus ſocijs, & filijs beati Fran. lib. 1. conformitate 8. parte 2. eſt pate factum, id reſtat oſtendendum de patre ipſo beato Fran. & quia uere Apoſtolum oſtendit conformitas 9. primi lib. in parte 2. Euangeliſtam, & prædicatorem, ac informatorem reſerauit conformitas 10. & 12. primi libri, conſequenter eſt hic declarandum quomodo à Chriſto Deo factus eſt propheta præclarus, & excellens, prout hæc 2. pars iſtius conformitatis declarare intendit, cum dicat. Franciſcus radiatur, à quo? certe à Deo. Et quo? certe ſpiritu prophetico. Et ſic eſſe, per exempla eſt demonſtrandum, quorum exemplorum teſtificantium eum radiatum ſpiritu prophetico.

Ephe. 4.

Atteſtãtia B. Fran. fuiſſe prophetam.

Primum eſt, de quo dicit legenda trium ſociorum. Cum eſſet B. Fran. adhuc ſecularis, & in captiuitate poſitus Peruſinorum, cum multis ſuis conciuibus, & die quadam cum captiui contriſtarentur, & ipſe exultaret, ſuper hoc tanquam fatuus redargutus à quodam, quod in car-

in carcere, lætabatur, uiua uoce beatus Fran. reſpondit di. Quid putatis de me? adhuc adorabor per totum mundum.

Secundum exemplum, ponitur ibidem. Cum enim ſecularis exiſtens ſuis nouis ueſtimentis militem pauperem contexiſſet, & nocte ſequenti ſe ſopori dediſſet, ac palatium vidiſſet cum militaribus armis, crucis ſignaculo inſignitis, ipſumq; ſuum fore, militumq; ſuorum ſi uexillum crucis conſtanter aſſumeret audiſſet, à ſomno leuatus cum lætitia magna præ ſolito eſſet repletus, interrogatus de lætitiæ cauſa, reſpondit prophetice inquiens. Scio me magnum principem futurum. Idipſum ponit frater Thomas in ſua legenda.

Tertium exemplum ponitur in legenda trium ſociorum Secularis adhuc exiſtens, cum ſero quodam cum ſociis cœnaſſet, & demum irent ſocii ante ipſum cantando; ipſe vero poſt ipſos ibat baculum in manu quaſi dominus portans, non cantans; ſed meditans, viſitatus à domino tanta eſt dulcedine repletus, quod nec loqui poterat, nec moueri, adeoq; dicta dulcedine eſt perfuſus, ut nihil ſentire, vel audire poſſet, niſi dulcedinem illam: ſicq; eum à ſenſu carnali alienauerat; quod ſi fuiſſet totus fruſtatim inciſus non potuiſſet de loco ſe mouere. Cum uero ſocij eius retro reſpicerent, & viderent eum à ſe ita remotum, reuertentes ad ipſum territi cernunt ipſum iam quaſi in virum alterum mutatum, interrogantesq; eum dixerunt. Quid cogitaſti; quia non veniſti poſt nos, forſitan vxorem accipere cogitaſti? Quibus beatus Fran. viua voce reſpondit. Verum dixiſtis, quia nobiliorem, & ditiorē, ac pulchiorem ſponſam, quam unquam videritis accipere cogitaui. Hæc autem à Deo inſpiratus dicebat de religione, quam ſuſcepit cæteris paupertate nobiliorem, pulchriorem, & ditiorem.

Quartum exēplum ponitur in 2. parte legendę maioris. Nam poſt mundi abdicationem factam à beato Frā. coram epiſcopo cum de Aſſiſio recederet, & iret per quandam ſiluam à latronibus agreſſus, & interrogatus, qs eſſet? prophetica voce reſpōdit. Preco (inquit) ſum magni regis, & ſic fuiſſe 2. conformitas primi libri oſtendit.

Quintum exemplum etiam ponitur in legenda trium ſociorum, quod beatus Fran. iuxta mandatum ſibi factum e cruce iam mūdo abdicato) cum operi intenderet ſancti Dumiani, ad tranſeuntes, & habitantes iuxta ipſam eccleſiam gallice cantabat alta voce di. Venite, & addiuuate me in opere eccleſiæ S. Damiani, quæ futura eſt monaſterium dominarum, quarum fama, & vita in vniuerſali eccleſia glorificabitur pater noſter cęleſtis. Ad litteram adimpletum fuit, quia fuit poſtmodum monaſterium S. Claræ, & pauperum dominarum.

Sextum exemplum ponitur in 3. parte legendæ maioris de fratre Egidio, quem ad ordinem recipiendo beatus Fran. de eo prædixit, quod licet eſſet idiota, & ſimplex ad excelſæ contemplationis apicem ſublimandus eſſet, & ſic euenit, vt lib. 1. conformitate 8. eſt dictū. Septimum exemplum ad hoc eſt (vt ponitur in legenda trium ſociorum) Fratre Egidio iā ad ordinem recepto) cum iuiſſet cum eo ad Marchiam, dixit ei beatus Fran. dilatationem ſui ordinis prophetādo. Frater Egidi, noſtra religio ſimilis eſt piſcatori, qui mittit retia ſua in aquam capiens piſcium multitudinem & paruos in aqua relinquens, magnos eligit in vaſa ſua, ſicque prophetauit ordinem dilatandum. Ordinis etiam dilatationem, & præuidit, & fratribus antedixit, vt dicit legenda maior parte 3. Nam beatus Fran. cum in quodam loco ſolitario annos deploraret adoleſcentiæ non ſine culpa tranſactos, certificatus fuit à domino de remiſſione plenaria omniū delictorū. Raptus deinde ſupra ſe ac in quoddam mirandum lumen totus ab ſorptus dilatato mentis ſinu, quæ circa ſe, & filios ſuos futura erant, luculenter aſpexit. Vnde reuerſus ad fratres inquit. Confortamini chariſſimi, & gaudete in domino, nec quia pauci eſtis efficiamini triſtes, nec vos terreat mea, vel veſtra ſimplicitas, quoniam ſicut à domino mihi in veritate oſtenſum eſt, in magnam multitudinem faciet vos creſcere dominus, ſuæq; benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Hæc vidit, dum quatuor ſoli eſſent fratres.

Octauum oſtendens præpoſitum eſt id, quod beatus Fran. dum ad ſenarium numerum excreuiſſent, eis dixit (vt dicit legenda trium ſociorum, & fratris Thomæ.) Nolite (inquit) timere: quia puſilli, & inſipientes videmini, ſed ſecure pœnitentiam annuncietis, confidentes in domino, qui vicit mundum, quod ſpiritu ſancto loquetur per vos, & in vobis ad exhortandum omnes, ut conuertantur ad ipſum, & eius mandata obſeruent. Inuenietis quoſdam homines manſuetos, fideles, & benignos, qui cum gaudio vos, & veſtra verba recipient. Alioſq; plures infideles ſuperbos blaſphemos qui exprobrantes reſiſtent vobis, & his, quæ dicetis. Ponite ergo in cordibus veſtris patienter, & humiliter omnia tolerare. Sed hæc cū fratres audiſſent, timere cęperūt, ad quos. S. Fr. ait. Nolite timere, quoniā non poſt multū tēpus venient ad vos multi ſapientes, & nobiles, eruntq; vobiſcum prædicantes regibus, & principibus, & populis multis. Multi vero conuertentur ad dominum, & per vniuerſum mundum multiplicabit Deus familiam ſuam, & augebit. Et dixit. Vidi plenas ad nos venientium vias. Veniunt Francigenæ, feſtinant Hyſpani, Theutonici currunt, & Anglici, & aliarum diuerſarum linguarum accelerat magna

multitudo . Hoc eſſe impletum oſtendunt loca ordinis ſita in qualibet orbis parte, ut conformitas 11. primi lib. declarat.

Nonum exemplum ad hoc eſt illud, quod dicit 8. pars legendæ maioris. Cum beatus Fran. pro approbatione regulæ papam Innocentiũ 3. adiret, & viſionem aſpexiſſet de arbore ingenti, cuius ſummitatem facillime à ſe apprehenſam curuabat ad ima, inclinationem ad ſe ſummi pontificis, & ad ſocios prædixit, & ſic euenit.

Decimum exēplum eſt, reſponſio facta per beatum Fran. ſummo pontifici dicto D. Innocentio 3. Qui cum diceret beato Fran. quod vita, quam ſeruare petebat, ſibi nimis videbatur dura. Reſpondit beatus Fran. Non eſt formidandum, quod fame pereant æterni patris filij, & hæredes, qui ad imaginem regis Chriſti per ſpiritus ſancti uirtutem de paupere matre nati, & ipſi per ipſum paupertatis ſunt in religione paupercula generãdi. Si enim Deus regnum cœlorum ſuis imitatoribus promiſit, quanto magis illa ſubminiſtrabit, quæ communiter largitur bonis, & malis?

Vndecimum exemplum eſt fratris Morici de ordine intrando prædictio. Cum .n. ipſe grauiter eſſet infirmus, ſupplex factus beato Fran. eidem beatus Fran. de micis panis, & oleo, quod coram virgine ardebat, miſit antidotũ per fratres dicens eum liberandum, & vt bellatorem ſtrenuum, ordini ſuo, ſcilicet noſtro minorum, & aciei adiungendum, & ſic euenit. Factus enim eſt frater minor vita, & ſanctitate inſignis, & iacet in Vrbe veteri.

Duodecimum exemplũ eſt ad hoc illud, quod habetur in legenda maiori parte 4. quando figuratus eſt in curru igneo, & apparuit fratribus, & tunc conſcientiæ fratrum adinuicem nudæ factæ ſunt. Et beatus Fran. ad fratres reuerſus cępit ſecreta cordium rimari, & futura prædicere, vt dictum eſt fructu, & conformitate 15. in ordine, & 3. huius lib. 2. & tunc ſpiritũ Eliæ ſuper eum quieuiſſe veraciter perpenderunt.

Tertiumdecimum exemplum ad hoc eſt, vt habetur quaſi in fine legendæ trium ſociorum, quomodo ſpiritu prophetico præuidit D. Vgolinum Oſtien. Epiſcopum ſublimãdum ad papatum, & ſibi prædixit hoc. Et quia diuina reuelatione hoc ſciebat, ipſum futurum ſummũ pontificem, hoc ſemper prænunciabat ei in omnibus litteris, quas eidem ſcribebat, vocãs ipſum patrem totius mundi ſic ſcribendo. Venerabili in Chriſto patri totius mũdi &c. Sicque factum eſt, ut poſt D. Honorium 3. ad papatus apicem ſublimatus, dictus eſt. D. Gregorius 9. deuotiſſimus beato Fran. & ordini ſuo.

Quartumdecimum exemplum eſt, de quo dictum eſt conformitate 12. primi lib. parte 2. quando beato Fran. pergere volenti ad Franciam, dictus Cardinalis Florentię exiſtens dixit. Ego nolo, quod tu uadas ultra montes, quia multi prælati ſunt, qui libenter impedirent bona tuæ religionis in curia Romana. Ego autem, & alij Cardinales, qui ipſam religionem diligimus libentius protegemus, & adiuuabimus eam ſi mãſeris in circuitu iſtius prouinciæ. Cui beatus Fran. reſpondit; quia ex quo alios fratres miſerat ad orbis partes, & ipſe ire debebat, aliter eſſet ad ſui verecundiam, quod ipſe non pateretur; quæ ipſi erãt paſſuri. Et cum Cardinalis diceret. Quare miſiſti fratres ad moriendum fame, & ad tribulationes alias ſuſtinendas? reſpondit ei B. Fr. magno feruore, & prophetię ſpiritu dicens. Domine, vos putatis, quod ſolummodo propter iſtas prouincias miſerit fratres dominus, ſed dico vobis in veritate, quod dominus elegit, & miſit fratres propter profectum, & ſalutem animarum omnium hominũ huius mundi. Et non ſolum in terris fidelium, ſed etiam in terris infidelium recipientur, & multas animas lucrabuntur. De quibus verbis Cardinalis ipſe fuit valde miratus.

Quintumdecimum exemplum ad hoc eſt, quod beatus Fran. (vt habetur in legenda antiqua) animans fratres, vt irent pro eleemoſyna confidenter, inter alia dixit. In veritate dico vobis, quod multi ex nobilioribus ſeculi venient ad iſtam congregationem, & pro magno honore, & gratia habebunt ire pro eleemoſyna, & ſic factum eſt; vt dictum eſt lib. 1. conformitate 8. parte 2. de Rege Ioanne Hieruſalem, & Imperatore Conſtantinopolitano, & de Rege Armeniæ Ioanne, & de alijs filijs Regum, & de multis alijs nobilibus, qui ſeculo dimiſſo ad ordinem uenientes pro pane libenter iuerunt.

Sextumdecimum exemplum hoc oſtendens eſt; quod cum ſibi à Deo eſſet reuelatum (vt ipſe dicit in teſtamento ſuo) quod in prædicatione in principio, & quando ſalutabat diceret. Dominus det vobis pacem, quidamq; ex ſocijs eius diceret beato Fran. quod aliqui de hoc ſcandalizabantur, reſpondit B. Fran. dimitte illos dicere, quia non percipiunt, quæ Dei ſunt, ſed & noli uerecundari, quoniam adhuc nobiles, & principes huius mundi de hac ſalutatione tua tibi, & alijs fratribus reuerentiam exhibebunt, & eſt adimpletum, quia multi Chriſti inimici perfecta pace per beatum F. & fratres eidem ſunt fœderati.

Decimumſeptimum exemplũ ad hoc eſt, quia ſtatum ſui ordinis, uſq; ad nouiſſimum diẽ, vt vidit permanſurum, ſic, & quid acturum. Nam omnia in ordine ventura Deus eidem otanti ſemel in loco S. Mariæ de angelis ſub viſione ſtatuæ, quæ apparuit Nabuchodonoſor regi oſtendit. Dũ enim otaret oculis eius Dan. 2.

corpo-

Per ſtatuã qua apparuit B.F. ad inſtar illius quæ apparuit regi Nabuchodonoſor quid oſtenſum ſit B.F. &c.

corporalibus, & coram ipſo apparuit quædã ſtatua; quæ habebat caput aureum, & faciem pulcherrimam: pectus, & brachia de argento: ventrem, & femora de ęre: tibias autem de ferro: pedes vero ex parte terreos, & ex parte fictiles, & erat veſtita de ſacco: de quo ſacco multum erubeſcere videbatur. Qua viſa cępit vehementer mirari de illius pulchritudine indicibili, & de eius mira magnitudine: inſuper de erubeſcentia; quam habebat de ſacco; quo erat ſic induta. Et cum ſic miraretur, & intente aſpiceret caput eius pulcherrimum, & ſpecioſam faciem; ſtatua ipſa locuta eſt beato Franciſco dicens. Quid miraris? Deus miſit me ad te, vt in me diſceres; quę circa ordinem tuum ſunt ventura, & futura.

Deſcriptio formæ ſtatuæ præfatæ.

Caput aureum, quod in me vides, & facies tã decora eſt principium tui ordinis poſitum in altitudine euangelicæ perfectionis. Et ſicut ipſius metalli ſubſtantia eſt cunctis metallis præcioſior, & locus capitis membris cunctis eminentior; ita principium tui ordinis eſt tãtæ pręcioſitatis propter fraternam, & auream charitatem, & propter angelicam honeſtatẽ, & tantæ altitudinis propter euangelicam paupertatem; ꝙ totus mundus mirabitur. Et regina Sabba, ideſt ſancta mater Eccleſia mirabitur; & dilatabitur in corde ſuo; cum videbit in primis electis ordinis tantam Chriſti pulchritudinem: ſanctitatis, & ſapientiæ ſpiritualis ſplẽdorem, tanquam in angelicis ſpeculis relucentem. Et beati erunt; qui illorum primorum lapidum præcioſorum; immo capitum aureorum virtutes, & mores Chriſto ſe totaliter conformantes ſtuduerunt imitari; magis illorũ cœleſti pulchritudini, quam florentis mundi fallacijs adhęrendo.

Pectus uero, & brachia de argento eſt ſecundus tui ordinis ſtatus: qui tanto eſt primo inferior, quantum eſt inferius argentum auro: & ſicut argentum præcioſitatem, claritatem, & ſonoritatem habet magnam; ſic iſte ſtatus habet fratres nobiles genere; claros ſcientia, & ſonoros prædicatione, & ſublimes; in tantum, ꝙ aliqui eorum ad Papatum; aliqui ad Cardinalatum, & ad Epiſcopatum plurimi aſſumentur. Et quia per pectus, & brachia oſtẽditur hominis fortitudo; in illo tempore excitabit dominus in iſto ordine tuo homines ſcientia argentatos, & præclaros virtute: qui tam ſcientia, quam virtutibus defendent religionem iſtam, & etiam vniuerſam Eccleſiam à multiplicibus impugnationibus demonum, & à varijs impulſionibus hominum impiorũ. Sed quãuis mirabilis erit generatio illa: erit tamen ad ſtatum primorum perfectiſsimum inferior: ſed ſic eſt reſpectu primi ſtatus, ſicut argentum reſpectu auri.

Poſt hoc eſt tertius ſtatus in ordine: qui ventri ęreo ſimilabitur, & femoribus æreis. Quia ſicut æs extimatur in minori precio, quam argentum: ita illi de ſtatu tertio erunt primis, ſecundiſque minores. Et quamuis tanquam æs in numeroſitate, & multa latitudine per orbis ſpacia diſtendẽtur: tamen erunt de his; quorum Deus venter eſt, & gloria religionis in confuſione eorum; qui ſola, quæ terrena ſunt ſapiunt. Et quamuis propter ſcientiam habeant linguam, tanquam æs ſonans, & mirabilem; erunt tamen dilectores ventris, & femorum. Heu heu reputabuntur apud dominum (vt ait Apoſtolus.) Sicut ęs ſonans, aut cymbalum tiniẽs; quia alijs reſonabunt verba cœleſtia, & quaſi ex femore ſpirituales filios generabunt, & oſtenſo alijs vitæ fonte, ipſi ventre arido, gratia, adhærebunt in terra. Attende.

Poſt iſtos vero erit quartus ſtatus terribilis, & pauendus: qui tibi nunc oſtẽditur in tibijs ferreis. Nam ſicut ferrum domat, & diſſipat æs; argentum, & aurum, ita ſtatus ille erit tantæ duriciei, & ferreæ prauitatis, ꝙ ex frigidita te, & horrida, rubigine; ac ferreis moribus illius periculoſi temporis, obliuioni tradentur quæcũq; bona: quæ charitas aurea primorũ, & argentea veritas ſecundorum, & ærea, ſiue ſonora loquacitas tertiorum ædificauerat in sãcta Eccleſia Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti. Tamen ſicut tibiæ ſuſtinent corpus; ita ille in quadam fortitudine ferrea, ideſt rubiginoſæ hypocriſis corpus ordinis ſuſtentabunt; Et tam venter prædictus, quam tibiæ iſte ferreæ latebunt ſub veſtibus: quia ſub religionis habitu contegentur; habitum quidem religionis, & pietatis habentes: intrinſecus autẽ ſunt, ſeu erunt lupi rapaces. Et iſti tales ſolũ ventri ſeruientes, & etiam rubiginoſi, & ferrei, mundo quidem latentes; ſed domino manifeſti: quia pręcioſiſsima bona ad nihilum ſcilicet, prauæ vitæ maleo redegerunt: ideo ipſi tanquãm ferrum diuerſarum igne tribulationum, & maleis anguſtiarum terribili affligentur: vt non ſolum demonum, ſed etiam tectorum ſeculi cũ cladibus ſecularibus, & ignibus, & carbonibus excoquentur: vt potentes potenter tormenta patiantur. Et quia per irreuerentem duritiam peccauerunt: ab irreuerentibus duriſsime torquebuntur. Propter autem illas anguſtias ad tantam impatientiam mouebuntur, ꝙ ſicut ferrum; quod omnibus metallis reſiſtit: ſic ſe omnibus opponent, ita, ꝙ nõ ſolum poteſtatibus ſecularibus: ſed etiã ſpiritualibus obſtinate reſiſtent, putantes ſe tanquam ferrum poſſe omnia conculcare; propter quod Deo maxime diſplicebunt.

Quintus vero ſtatus erit ex parte ferreum, quãtum ad hypocritas ſupradictos, & ex parte terreum, quantum ad illos: qui ſecularibus negocijs ſe totaliter miſcebunt. Et ſicut vidiſti in pedibus, ꝙ teſta ex luto cocta, & ferrum ſimul apparuit, quæ tamen vniri nullatenus Nota.

poſſunt:

poſſunt: ita erit in extremo ſtatu illius ordinis: quia orietur tanta diuiſio, & tam abominanda inter ambitioſos hypocritas, & teſteos ex luto temporalium concupiſcientia carnis excoctos: ꝙ ſicut teſta, & ferrum nequibũt ex diſcordia maxima conuenire. Et contemnẽt non ſolum Euangelium, & regulam: ſed etiam teſtis ferreis (hoc eſt) prauis affectionibus, & immundis conculabunt omnem ſancti ordinis diſciplinam. Et ſicut teſta, & ferrum diuiſa ſunt inuicem, ita multi ipſorum diuidentur inter ſe intus, & extra. Intus quidem contentioſè viuentes: extra vero partialitatibus, & tyranijs ſecularibus adhærentes: propter quod venient in tantam diſplicentiam omnium, ꝙ non ſolum vix in terris intrare poterunt, vel morari, ſed vix portare habitum maniſeſte, & multi eorum punientur, & deſtruentur tormentis horribilibus per homines ſeculares: quia tam abominabiles pedes domus, & omne ſolum vitabit. Hoc autem totum veniet illis; quia totaliter ab aureo capite receſſerunt. Beati autem erunt; qui in illis periculoſis diebus ad pręcioſi capitis monita reuertentur: quia tamquam aurum in fornace probabit illos, & quaſi holocauſta medullata coronam accipient in æternum.

Saccus de quo ſum induta: de quo erubeſcere videor, eſt ſancta paupertas: quæ cum ſit totius ordinis decor, & ſpeculum, & cuſtodia ſingularis, & corona, & fundamentum omnimodæ ſanctitatis deficientibus tamen omnibus ſtudijs virtuoſis (vt dictum eſt ſupra) de ipſa, ſcilicet paupertate ſanctiſsima filij degeneres erubeſcent, & abiectis vilibus indumentis eligent præcioſa, & cappas varias anxiæ, & ſimoniace procurabunt. Fælices vero, & beati erunt; qui vſque in finem perſeuerauerint in his: quæ domino promiſerunt. Et his dictis, ſtatua illa diſparuit. Et B. F. de his vehemẽter admirans, oues ſuas tanquam bonus paſtor præſentes, & futuras domino cum multis lachrimis recommendauit. Qua viſione, & alijs pluribus reuelationibus futura omnia fratrũ vidit, & prædixit.

Prædixit enim fratribus (teſte fratre Leone) de ædificatione ſumptuoſa locorum di. Fratres mei: poſt nos venient fratres noſtri, qui facient magnas domos; in quibus notabiles ſeculares honorifice habitare poſſent, & tunicas facient valde bonas; ſed ſufficit mihi in tempore illo, ꝙ fratres cuſtodiant ſe à peccatis mortalibus.

Prædixit etiam, ꝙ fratres induerentur præcioſis veſtimentis di. cum dolore maximo pręuidens futura. Adhuc tantum relaxabitur rigor, & dominabitur tepor, ꝙ filij pauperis nõ verebuntur portare etiam ſcharlaticos pannos ſolo colore mutatos.

Prædixit beatus. F. per fratres ordinis multa mala exempla dari debere, & multos ordinẽ intraturos futuros meliores prędeceſſoribus ſuis di. Veniet tempus, ꝙ malis exemplis malorum fratrum hæc Dei dilecta religio diffamabitur: ita vt pudeat exire in publicum. Qui vero tunc temporis ad ſuſcipiendum ordinis habitum venerit, ſola ſancti ſpiritus operatione ducentur, & nullam in eis maculam caro impinget, & ſanguis: eruntq; vere à domino benedicti, & licet in eis fuerint operationes meritoriæ: tamen frigeſcente charitate; quæ facit ſanctos operari feruenter, venturæ ſunt illis tentationes immenſæ, & qui in tempore illo fuerint inuenti probati, erunt ſuis prędeceſſoribus meliores. Veh qui de ſola ſpecie, & apparentia conuerſationis religioſę ſibi plaudentes, & in ſua ſapientia, & ſcientia confidẽtes inuenti fuerint otioſi, ideſt non exercitantes ſe in operibus virtuoſis, & in via crucis, & pœnitentiæ in pura obſeruantia Euangelij: quod profeſsione tenentur pure, & ſimpliciter obſeruare. Iſti enim non reſiſtent conſtanter tentationibus: quæ ad probationem electorum à Deo permittentur. Qui vero probati fuerint, & approbati, accipient coronam vitæ: ad quam exercitat eos interim malitia perfidorum, & reproborum.

Prędixit bea. F. fratres à domino confundendos: qui irent per viam ſapientię, & dicebat fratribus talibus. Per veſtram ſapientiam, & ſcientiam Deus vos confundet, & ego confido in caſtaldis domini, ideſt demonibus, ꝙ per ipſos puniet vos dominus, & adhuc redibitis ad ſtatum veſtrum cum vituperio veſtro velitis, nolitis.

Prædixit etiam, ꝙ fratres, qui propter ſtudiũ ſcientię orationem dimitterent: ad priſtinã vocationem, quando voluerint redire non poterunt. Et dicebat. Multi fratres occaſione ædificandi alios dimittent vocationem ſuam, videlicet ſanctam humilitatem; puram ſimplicitatem, orationem, & deuotionem; atque dominam noſtram paupertatem, & cõtinget illis, ꝙ vnde putabunt magis imbui, ideſt deuotione impleri, & accendi amore, & illuminari cognitione Dei propter intellectum ſcripturæ; ideo occaſionaliter intus remanebũt frigidi, & vacui. Et ſic ad priſtinam vocationem redire non poterunt: quia tempus viuendi ſecundum vocationem ſuam in vano, & falſo ſtudio amiſerunt. Et timeo, ꝙ illud, quod habere videntur auferatũr ab eis: quia id, qđ datum erat illis, ideſt vocationem ſuam tenere, & imitari neglexerunt.

De fratribus, qui vota religionis tranſgrediũtur beatus. F. prophetauit dicens, ꝙ inimici; qui ſunt caſtaldi domini, ad puniendum in pręſenti, & in futuro; ſument de illis vindictam; qui tranſgrediuntur mandata Dei, & votum profeſsionis ſuæ, & facient eos corrigi

ab hominibus huius ſeculi in improperium & verecundiam ipſorum, & ſic reuertentur ad vocationem & profeſsionem ſuam.

Bea F. (vt dixit frater Corradus de Offida) prædixit ſui ordinis dilatationem: quam oſtẽdit Chriſtus, beato F. apparendo ei, dum oraret in loco. S. Mariæ de Angelis. Oſtẽdit enim Chriſtus ei vias plenas hominibus ab oriente; occidente, meridie, & ſeptentrione, ad ordinẽ venientibus. Et de conditione fratrum ſub ſpecie pomi pulcherrimi: ſed in fine pulchri, & amari eidem prędixit, & ꝙ diabolo poteſtas contra ordinem daretur; qui mundum incitaret contra fratres in tantum, ꝙ fratres ad deſerta fugient, & ibi ipſe Chriſtus paſcet eos; ſicut pauit filios Iſrael in deſerto.

Beati Frã. prophetia de quodã ſciſmate in eccleſia.

Decimum octauum oſtendens hoc; eſt quia beatus Frãciſcus prædixit ſciſma, quod nunc eſt in Eccleſia ſancta Dei de antipapa, & plura alia etiam de ordine prædixit: ſicut ſocij retulerunt beati. Fr. & frater Leo ſcripſit beatum. F. intellexiſſe venturæ, & futuræ tribulationis per ſpiritum ſanctum tempora appropinquare, in quibus ſpiritualiter, & temporaliter perplexitates, & diſcrimina inundarent, & charitas multorum refrigeſceret, & ſuperabundaret iniquitas, & demonum poteſtas plus ſolito ſolueretur, & ſuæ religionis, & aliorũ puritas immaculata deformaretur: & profana diſceſsio., & apoſtaſia ab vtroque Imperio compleretur: in tãtum ꝙ ſummo pontifici, & Eccleſiæ Romanę paucisſimi ex charitate veritatis obedirent. Et ꝙ aliquis non canonicè electus, & hæretica prauitate infectus in

Nota.

articulo tribulationis illius, ad Papatum aſſumptus multis mortem ſui erroris ſagacitate propinare moliretur. Et ꝙ tunc multiplicarentur ſcandala; & diuideretur ſua religio, & plures ex alijs frangerentur; eo ꝙ non contradicerent: ſed conſentirent errori. Eſſentq; opiniones, & ſciſmata tot, & tanta in populo, & in religioſis, & in clero, ꝙ niſi breuiarẽtur dies iuxta verbum euangelicum: ſi fieri poſſet, inducerentur in errorem etiam electi: niſi in tanto turbine ex immenſa miſericordia Dei regerentur. Voluit ergo beatus F. ſecundum, ꝙ ex reuelatione perceperat in illis verbis regulæ. Frater Fran. promittit obedientiam, & reuerentiam domino Papæ Honorio, & ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ obedientiam promittere ſedi Apoſtolicæ neceſſariam veris humilibus, & pauperibus in Chriſto, & ſuæ Eccleſiæ inſeparabiliter, & fideliter hærere, amantibus iuxta promiſſa euangelicæ vitæ votum diſcretionis præbere ſcientiam, & venturi in Eccleſia ſcandali prænũciare periculum; & dare remediũ, videlicet, ꝙ tunc caute incederent fratres: fortí, & perfecta obſeruatione promiſſæ vitæ, & regulæ ſe munirent, quando aliquis non canonicè electus Papatum vſurpare tyrannicè, aut hæretica prauitate infectus peruerſe tenere videretur: quoniam tunc. (vt dicebat) fœlices; qui perſeuerabunt in his; quæ cęperunt & ſpõtaneè promiſerunt domino obſeruare. Dicebar etiam B.F. corã domino Oſtienſe & multis fratribus. & etiam populo frequentius prædicauit, ꝙ fratres ſui malignis ſpiritibus procurantibus à via ſimplicitatis ſanctæ, & altiſsimæ paupertatis recederent, & pecuniam, & teſtamenta, & quæcunq; eis legata reciperẽt; Et locis pauperculis, & ſolitarijs derelictis, in caſtris, & ciuitatibus loca ædificarent ſumptuoſa; quæ non ſtatum pauperum oſtẽdũt, ſed faſtum mundi dominorum, & principum. Et ꝙ priuilegia ab Eccleſia, & à ſummis pontificibus cum multa aſtutia, & humana prudẽtia, & importunitate procurarent, & impetrarent; promiſſæ regulæ, & vitę ſibi à Chriſto reuelatę, non ſolum relaxantia, ſed deſtruentia puritatem: quibus muniti ad litigia, & inferendas iniurias; nõ ſolum mundi hominibus; ſed etiam alijs religioſis, & clero ſuperbiendo prorumperent. Et ꝙ ſibiipſis laqueum foderent: in quem finaliter caderent, & ſeminarent ſemina: de quibus multa meterent ſcandala. Et ꝙ dignum non paſtorem, ſed exterminatorem mitteret eis Chriſtus; qui iuxta adinuentionem eorum, & ſtudium redderet eis. Et mouebit tentationem validam ſicut meruerint, vt inuoluantur, & illaqueentur cupiditatibus deſideriorum ſuorum, vt iuſto Dei iudicio caſtigati ad ſuæ vocationis ſtatum redeant humiliati, aut à viuifico, & ſalutari modo viuendi: quem coram domino vſque in finem ſe ſeruaturos iurauerant funditus euellantur. Nam veritas tunc à prędicatoribus cooperietur ſilentio, vel conculcata negabitur, & vitę ſanctitas à ſuis profeſſoribus habebitur in deriſum. Qui vero ſpiritu feruentes paupertati adhęrebunt, & pietati; perſecutiones innumeras ſuſtinebunt.

Prędicabar etiam B.F. (ſicut ſocij retulerunt, videlicet F. Bernardus, Angelus, Maſſeus, Leo: & cæteri ſocij teſtabantur) ꝙ tunc tanta erit demonum, & hominum peruerſorum contra ſimpliciter gradientes agitatio, & inſultus, vt relicti ab omnibus cogantur loca deſerta, & ſolitaria petere: vel ad infideles tranſire; aut diſperſi ſeculi habitu ſumpto peregrinam ducere vitam; vel latere apud quoſque fideles; vel ſub innumeris calumnijs, & querelis pęnas inumeras, & mortem ſuſtinere. Et beatus etiam dicebat: qui tunc ſocium poterit inuenire; nam perſequentes eos à malignis ſpiritibus agitati; magnum eſſe obſequium Deo dicent tam peſtilentes homines interficere, & de terra delere. Præuidit enim beatus Frãciſcus (vt prędixit frater Leo & ſocij. B F. teſtabantur) ꝙ miniſtri, & alij; qui prępeſſent

in

beatum.F.veniſſet,& pręfata narraſſet,deprecabatur inſtăter; vt pro viro ſuo oraret:quod & fecit, & mulieri dixit. Vade in pace indubitanter expectans de viro tuo conſolationem tibi de proximo affuturam, & adiecit. Dices ei ex parte Dei,& mea,ꝙ nunc eſt tempus clementię: poſtmodũ æquitatis, quę à viro Dei recedens dum prædictum verbum viro dixiſſet: cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eum, ac in virum alterum mutatus dixit vxori. Domina: ſeruiamus domino, vt ſaluemus animas noſtras: ſicque facientes per multa tempora,eodem die,vir mane,& vxor veſpere deceſſerũt.

Trigeſimumſecundũ exemplum eſt ad hoc; quod ponitur in legenda maiori parte. 11. dũ in S. Maria de Angelis Vicarius beati.F. capitulum teneret,& quidam frater culpam commiſſam nullatenus recognoſcere vellet, beatus.F.in cella abſens,& orans, cuncta cernẽs, in ſpiritu vidit diabolum ſupra dorſum fratris inobedientis reſidere,collum eius ſtrictũ tenentem: qui cum rogaret Deum pro fratre,demon abſceſsit, ac fratrem per internuncium commonens mandauit,vt humiliter culpam recognoſceret, quod & fecit.

Trigeſimumtertium exemplum ad hoc eſt; quod ponitur in legenda maiori parte. 11. de duobus fratribus à remotis venientibus ad Eremitorium de Grecio,vbi beatus Fran.pro tunc reſidebat. Qui cum eum cernere cuperent,& benedictionem multo tempore deſideratam reportare,venientes,& beatum Frã.ad cellam iam rediiſſe inuenientes,deſolati abibaut: ſed ipſis recedentibus, cum de illorum aduentu, vel receſſu nihil ſecundum humanũ ſenſum percipere potuiſſet, præter morem ſolitum egreſſus e cella,clamauit poſt eos,& ipſos iuxta quod optauerant, ſigno crucis facto,in Chriſti nomine benedixit.

Trigeſimumquartum exemplum ad hoc eſt de illis de Grecio.Cũ enim in dicto loco beatus Fran. moraretur,& loci illius indigenæ luporum ferocium grandinis, & tempeſtatum multiplici aduerſitate punirentur, vir Dei eis compatiens in publica prædicatione prædixit eis:ꝙ ſi confiterentur, & pęnitentiam agerẽt, peſtis ceſſaret omnium præfatorum:ſic tamẽ, vt ad vomitum non redirent: quia deteriora haberent.Qui beati.F.monitis acquieſcentes, confeſsionem,& pęnitentiam agentes,à præfatis ſunt malis liberati,& bonis omnibus repleti,ſed demum Dei obliti peiora addentes prioribus,ſeuerirate ſunt puniti diuina.Nam peſte multis conſumptis,caſtrum totum vltricibus flãmis fuit exuſtũ, & ſic deteriora prioribus,vt B.F.eis prędixit,ſunt paſsi.

Trigeſimumquintum exemplum ad hoc eſt: ꝙ dum in loco eſſet de Grecio loquens de Peruſinis,dixit fratribus. Peruſini multa mala fecerunt ſuis vicinis,& cor eorum eleuatum eſt: prope eſt domini vltio,& manus eius ad gladium. Et paucis elapſis diebus Peruſium deueniens, in platea ciuitatis populo prędicare incępit: ſed milites Peruſini aſtiludentes, equorum curſibus prædicationem impediebant. Et cum per audientes prædicationem monerentur,nec quieſcerent:tandem.B. Frã. ad eos conuerſus prædixit eis propter ingratitudinem eorum, & ſuperbiam in breui de Peruſio expellendos: ac inter ipſos,& populũ magnam diſcordiam oriri debere: propter quæ plura paterentur à ſeipſis, & inter ſe quã aliquando perpeſſi eſſent ab hõſtibus, & ſic factum eſt. Nam plebei inſurgentes in nobiles,& nobiles in plebeos arma vertentes, taliter ſe vindicarunt,ꝙ vicini; quos ipſi Peruſini offenderant doluerunt.

Trigeſimumſextum exemplum ad hoc eſt de fratre Antiquo veniente cum quodam iuuene ad Beatum.F. de terra laboris: qui ipſum iuuenem ſocium multipliciter perturbauit. Et cum hoc.B.F.per ſpiritum agnouiſſet,& ſocium interrogaret, quomodo in itinere à ſocio Antiquo fuiſſet tractatus, & ille reſpondiſſet,ꝙ ſatis bene; repręhenſus a B F.ꝙ ſub ſpecie humilitatis mentiretur: dixit ei beatus.F. Scio qualiter erga te ſe habuit; ſed expecta modicum,& videbis. Miratus eſt frater plurimum quomodo tam abſentia ſic cognouiſſet. Ad paucos dies; qui iniuriam fecerat fratri egreſſus eſt ab ordine,& à patre veniam non petierat,& in eo ſ eueritas apparuit diuinæ iuſtitiæ,& beati.Frã.perſpicacitas ſpiritus prophetiæ.

Trigeſimumſeptimum exemplum ad hoc eſt de quodam iuuene nobili de Luca: qui ad fratres veniens dicebat ſe velle ordinem ingredi: qui ad beatum.F perductus à fratribus,rogabat cum lachrimis beatum.Fr.vt ad ordinẽ eum recipere dignaretur:cui B.Fr.reſpondit. Miſer atque carnalis, cur ſpiritui ſancto mentiris,& mihi mentiri confidis?carnaliter plãgis, & ſpiritus tuus cum Deo non eſt. vade, quoniam nihil ſpiritualiter ſapis. Et his dictis cum dicto iuueni nunciaretur parentes aſtare, eum capere volentes, ad ipſos foras egreſſus, cum ipſis receſsit, & fratres mirati ſunt quomodo ſic beatus.F.agnouiſſet.

Trigeſimumoctauum exemplum ad hoc eſt de quodam fratre; qui deuotus,& ſanctus ab alijs putabatur; verum à diabolo ſub ſpecie melius operandi deceptus, ordinem egreſſus eſt,& factus peregrinus,& aduena ad præcipitium ducebatur; ſed tandem diuina reſpectus gratia ad beatum.F. venit: quem B.Fr.vt vidit ad cellam concite fugiens intus ſe clauſit; de quo fratres plurimum ſunt mirati: ſed poſtmodum beatum Fran. interrogantes de fugæ cauſa, reſpondit eis. Vos admiramini; quia non aduertitis de cauſa, ad orationem

confugi, vt liberarem erroneum. Vidi in filio, quod mihi diſplicuit.ſ.diabolum: ſed iá Christi gratia deluſio omnis ceſſauit, & præfato fratri dixit. Indulgeat tibi Deus: ſed caue, ne ſub ſpecie ſanctitatis à tua vnquam religione, & fratribus ſepareris. Quod etiam fecit fideliter in ordine permanendo vſque in finem.

Trigeſimumnonum exemplum eſt, ad hoc, ꝙ quidam frater de Marſicana cuſtodia prouincia Pennen. cum grauem pateretur tentationem in cor eius aſcendit, ꝙ ſi haberet de vnguibus beati F. à tentatione, quam patiebatur illico liberaretur. Et vt obtineret; quod cogitauerat acceſsit ad locum vbi B.F. reſidebat, & cum à ſocijs beati F. de vnguibus peteret, & illi dicerent, ꝙ hoc fieri nó poſſet; quia ſtatim vngues prçciſas beatus. F. iubebat igni dari. beatus Frã. cognoſcens prȩfata (ſpiritu ſancto reuelante) fratrem prædictum ad ſe vocari faciens dixit. Quæras mihi forcipes fili: quod, & fecit. Et beatus. Fr. vngues præcidens, fratri dedit, vt optabat, & illico frater fuit ab omni tentatione liberatus.

Quadrageſimum exemplum ad hoc eſt de ſocio Beati. F. Cum enim puluinar, quod ipſe B.F. ob infirmitatem tenebat, diabolus intraſſet, & cum per totam noctem non permittendo dormire inquietaſſet: beatus Fran. ſocio ſuo præcepit puluinar extra aſportari: cũque ipſum ſocius extra cellam portaret, membrorum omnium vires amiſit, & viſum: quod beatus F. cognoſcens ſpiritu, eum vocauit: cuius vocem, dum frater audiuit vigor omnis cordis, & corporis ſibi fuit plenariæ reſtitutus.

Quadrageſimumprimum exemplum eſt ad hoc de fratre Leone. Cum enim B. F. in monte Aluernæ cella clauſus moraretur, & graui tentatione non carnis, ſed ſpiritus ſocius eius frater Leo vrgeretur, cupiebat aliquid de verbis domini manu beati. F. annotatum habere; ſed verecundia ductus ſancto F. pandere non audebat: verum quod ille non prodidit, ſpiritus ſanctus beato. F. reuelauit. Qui faciens ſibi per ipſum fratrem Leonem pugilarem, calamum, & chartam deferri iuxta, quod ipſe frater Leo optauerat, beatus. F ſcripſit, & ſcriptũ fratri Leoni tradidit. & ſtatim ab omni tentatione liber fuit. Scriptura erat hæc (ſigno Thau ſignata).ſ. Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat. Conuertat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Dominus benedicat fratrem Leonem. Hæc ſcriptura reſeruata multis extitit cauſa ſanitatis, vt quãtȩ eſſet efficaciȩ ſcriptor eius ex virtute in charta relicta euidenter declaretur.

Quadrageſimumſecundum exemplum eſt ad hoc: quia beatus F. dicto fratri Leoni prædixit mira; quæ facturus erat dominus, & in breui in ſacro monte Aluernæ, ſicut lib. 3. & conformitate. 3. dicetur, & ſic fuit quia ſtigmatizatus ibidem. B.F. à Chriſto fuit.

Quadrageſimumtertium exemplum ad hoc eſt de ipſo fratre Leone. Cũ enim Frater Leo poſt mortem beati. Fr. cuperet habere ipſius tunicam pro ſua conſolatione, & beatus. Frã. tunc in palatio Aſsiſinatis Epiſcopi infirmus moraretur, ipſum fratrem Leonem beatus F. agnita eius cogitatione vocauit, & ſibi ſuam tunicam poſt mortem; vt optauerat dimiſit.

Quadrageſimumquartum exemplum ad hoc eſt ꝙ beatus F. in vita ſua prædixit futuram famem in mundo: qua innumeri homines morerentur, & ipſo viuẽte fuiſſet: niſi prece vnius pauperis dominus non permiſiſſet. Poſt mortem beati F. illo quaſi anno; quo deceſsit, fames maxima fuit. Et ſe illum pauperem fuiſſe; cuius prece non permiſerat venire Deus, eidem etiam fratri Leoni declarauit.

Quadrageſimum quintum exemplum ad hoc eſt; ꝙ vidit futura, & prȩdixit receptionem duorum ſcholarium: quos bononiæ ad ordinẽ recepit, ſcilicet Ricerij, & Peregrini: quos recipiendo ad ordinem propheticȩ dixit. Tu Riceri ſeruias fratribus. Tu Peregrine teneas viam humilitatis. Et ſic factum eſt. Frater Ricerius fratribus ſeruiuit. Nam factus eſt miniſter, & ſeruus Fratrum in Marchia. Frater vero Peregrinus, & ſi ſufficiens eſſet, & bonus decretaliſta, nunquam voluit ire, vt clericus; ſed vt laicus vnde iſta humilitate venit ad maximam perfectionem: de quo dicebat Frater Bernardus de Quintaualle, quòd frater Peregrinus erat vnus de perfectioribus fratribus huius mundi.

Quadrageſimumſextum exẽplum ad hoc eſt de dicto fratre Ricerio: qui grauiſsimam tentationem patiens non carnis, ſed ſpiritus in tantum, ꝙ ſe damnatum putaret. B. F. dicendo ſibi ſeriem tentationis ſuæ, & benedicendo liberauit, prout dicetur in iſto. 2. lib. conformitate. 14.

Quadrageſimumſeptimum exemplum ad hoc eſt de aue; quæ pectorubeus nuncupatur. de quo dictum eſt ſupra. Cum enim mater filios ſuos ad fratres duxiſſet, & receſsiſſet, maior inter eos alijs inuidere cȩpit, & ſaturatus reliquos repellebat à cibo; quod B.F. aduertens dixit fratribus. Videte quid facit hic auarus plenus ipſe, & ſatur, famelicis inuidet fratribus, mala adhuc morte necabitur: nec quiſquam ex eo comedet.

Quadrageſimumoctauum exemplum ad hoc eſt de porcha in cõitatu Eugubii: quæ occidit agnum: cui. B.F maledixit, & quòd nullus de ea comederet homo; vel beſtia, & ſic euenit. Nam ſtatum infirmari cȩpit, & tribus diebus corpoream pœnam exoluens, vltricem tandẽ pertulit necem proiecta in quoddam vallum,

& ibidem

& ibidem multo tempore iacens, in modum tabulę deſiccata, nulli fuit eſca famelico.

Quadrageſimumnonum exemplum ad hoc eſt de tentatione cuiuſdam fratris; quidam frater ſpiritualis, & deuotus quandam patiebatur tentationem: quam exprimere confeſſione, & detegere præ confuſione non audebat, aut poterat; qui dum die quadam cum beato. F. ambularet, dixit beatus. Fr. Frater dico tibi. ꝙ tribulationem tuam nulli de cætero debeas confiteri, & noli timere; quia quod circa te fit, nec tu facis, ad coroná tibi proueniet, non ad culpam; quoties fueris turbatus ſeptem pater noſter de mea licentia dicas. Miratus frater vnde ſanctus hoc nouiſſet, plurimo exhilaratus gaudio, poſt modicum omnē tentationem amiſit

Quinquageſimum exemplum ad hoc eſt de fratre Bernardo de Quintaualle primogenito beati. F. de quo. B F. dixit fratribus, ꝙ dati ei erant ad exercitium ſubtiliſsimi demones. Et addidit. Tribulabitur, ſtimulabitur, & affligetur; ſed tamen de omnibus triumphabit. Et adiunxit. Circa mortem eius omni tempeſtate ſedata, & omni tentatione deuicta mira tranquilitate, & pace fruetur: curſuque cō ſumato fęliciter migrabit ad Chriſtum: & ſic factum eſt, vt conformitate. 8. primi lib. parte. 2. eſt oſtenſum.

Quinquageſimum primum exemplum ad hoc eſt de latronibus: quos dum eſſet apud montem Caſalem prope Burgum ſancti Sepulchri fratribus dixit fore conuertendos, & ſic euenit. Nam omni ſęuitate dimiſſa, quidam ex ipſis facti ſunt fratres minores; alij vero in ſeculo permanentes pœnitentiam de ſuis egerunt peccatis, vt dictum eſt conformitate 11. primi lib.

Quinquageſimum ſecundum exemplum ad hoc eſt de vinea ſacerdotis apud S. Fabianum de Reate. Cum enim apud dictam Eccleſiam moraretur, B. F. vt dictum eſt conformitate, 1. huius. 2. lib. parte. 2. & populus accedendo ad B. Fr. vineam ſacerdotis demoliti eſſent, & B. F. petiſſet à ſacerdote quot ſalmas vinea redderet, quando melius, & ille dixiſſet ꝙ 13. B. F. dixit. Dimitte ōmnes accipere quantum volunt de uuis, & ego ex parte Dei tibi promitto, ꝙ hoc anno 20. ſalmas habebit, & ſicut prædixit. B. F. ſic habuit (diuina faciente virtute.)

Quinquageſimum tertium exemplum ad hoc eſt, quod prædixit fratri Eliæ exiſtenti eius Vicario. Semel enim beatus. F. cum quoſdam magis ſimplices fratres accepiſſet per manus, & ad menſam iuxta ſe locaſſet, ac dixiſſet fratri Eliæ, vt alios fratres locaret, vt ſibi placeret, frater Elias tumens, & ſuperbus dixit voce temeraria ad beatum. F. Non dubito, ꝙ tu cum tua ſimplicitate, & fatuitate diſsipabis ordinem tuum. B. F. diuino ſpiritu totus accēſus dixit ad eum: Elia Elia: ſis certus, ꝙ tu non morieris in ordine meo, & ſic euenit; nā apoſtata ab ordine, & ab Eccleſia mortuus eſt: vice alia etiam hoc ſibi dixit &c

Quinquageſimum quartū exemplum ad oſtēdendum beatum. F. ſpiritum propheticum habuiſſe eſt hoc. Nam abſens cognouit reſponſionem; quam frater Elias dedit Angelo ſibi in ſpecie humana apparenti in loco. S. Mariæ de Angelis. Quæ omnia beatus. F. in oratione poſitus diuina reuelatione cognouit; á qua ſurgens fratrem Eliam acrius reprehendit di. Male facis frater Elia ſuperbe, qui repellis Angelos ſanctos; qui veniunt ad nos viſitandos, & inſtruendos: & tunc etiam dixit ſibi. B. F. ꝙ ſuperbia ſua male finiret in ordine iſto.

Quinquageſimumquintum exemplum ad hoc eſt de quodam puero: cui prædixit B. F. quòd futurus erat frater minor. Nam ſemel ad B. F. tres pueri Florentini venerunt; ad quos. B. F. accedens portauit quinque ficus in manibus: quos collegerat propter illos pueros; quos cum vidiſſet, & attente conſideraſſet de dit duobus illorum cuilibet vnum ficum de illis quinque. Tertio vero dedit tres ficus dicens. Adhuc fili; tu eris filius meus; quod poſt modicum temporis impletum eſt. Poſt parum enim ingreſſus eſt ordinem; & fuit vir ſanctitatis in ordine, multæ deuotionis, & optime morigeratus. Et inter alia hoc habebat in conſuetudine; quòd quando ab homine recedebat loco ſalutationis hoc verbum erat ſolitus dicere. Benedictum ſit nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſua paſsio benedicta, & beatiſsima virgo Maria, & tota cœleſtis curia.

Quinquageſimum ſextum exemplum ad hoc eſt, de quodā puero de Senis; cui dixit; quòd eſſet frater minor. Cum enim Senis eſſet. B. F. & quidam puer turtures plures, cępiſſet: beatus. F. hoc videns rogauit dictum puerum, vt eas ſibi daret: quod & fecit puer: & B. F. dixit illi. Fili; adhuc eris tu frater in iſto ordine, & ſerujes gratioſè domino Ieſu Chriſto, & ſic euenit: vt enim dixit. B. Fr. poſtea factus eſt frater minor, & vitam duxit in ordine vſq; in finem moribus exemplarem, & multum laudabilem.

Quinquageſimumſeptimum exēplum ad hoc eſt quod B. Fran. dixit fratri Ioanni; qui fuit vnus de 12. primis ſocijs ſuis; qui quia primo vſum capellæ, ſiue almutij inuenit, dictus eſt frater Ioannes della Capella. Prædixit enim eum propter malitiam ſuam ab ordine exiturum, & mala morte obiturum; & ſic accidit. Nam de ordine exiens leproſus factus tandē ſeipſum ſuſpendit.

Quinquageſimum octauum exēplum ad hoc eſt de Ottonē. 4. Imperatore, cum Romā pergetet

geret pro corona imperiali cum maximo ap-
paratu,& pompa;& trãſiret iuxta Rigum tor-
tum de Aſiſio: beatus enim F. per vnum fra-
trem mandauit eidem dici hanc gloriam ſi-
bi modico duraturam tempore, & ſic euenit.
Nam accepta corona quia pugnauit ſtatim cũ
Romanis, & contra mandatum. D. Papæ re-
gnum intrauit Apuliæ auferens illud regi Fe-
derico Siciliæ à Papa fuit excommunicatus.
Et Federicus factus contra ipſum Imperator,
& coronatus, contra ipſum Ottonem præliã-
do triumphauit.

Quinquageſimum nonum exemplum ad hoc
eſt de fratre Angelo de Burgo. Cui B. Fr. cum
præcepiſſet, quòd iret ad Burgum ad notifi-
candum ipſum B.F. acceſſurum ad Burgum,&
prædicaturum, frater Angelus, quia erat de
nobilioribus de Burgo,& illuc propter paren
tes male libenter accedebat, nolebat ire: cui
B. F. ex quo primo dicto non acceſſerat ſibi
mandauit, ꝙ iret illuc: quia ex hoc merere-
tur magnum præmium. Et cum ille quæreret,
quid? reſpondit B. F. Quia mecum eris in pa
radiſo. In cuius ſignum crucem ſibi in fronte
fecit,& ipſum oſculando ſubarrauit:& ſic poſt
mortem euenit, vt claruit pluribus alijs fra-
tribus.

Sexageſimum exemplum ad hoc eſt de quo-
dam barbitonſore: à quo cum Beatus. F. radi
vellet,& dixiſſet ſibi, ꝙ eum Dei amore rade-
ret, reſpondit barbitonſor. Ego non faciam,
niſi certitudinaliter, ꝙ vitam æternam habeã,
mihi promittas. Quod audiens B. Frã. mente
ad cœlum, & facie leuata ſtetit per ſpacium,
& à Deo certificatus, ꝙ erat de numero præ-
deſtinatorum: de eius ſalute certus promiſit
ei vitam æternam: & ꝙ eam habuerit, patet
ſubſequenti exemplo. ſ. ꝙ eſt in ordine ſexa-
geſimum exemplum.

Sexageſimum primum exemplum ad hoc eſt
de eo; quod vni prędixit dum eſſet in Apulia.
Cum enim per Apuliam. B.F. pergeret cum ſo
cio, quidam ordinis apoſtata factus eſt ſibi
obuius: qui vdens beatum. Fr. pedibus eius
aduolutus rogabat inſtanter, vt ad ordinem
reciperetur: cui B.F. furcas ibidem exiſtentes
oſtendit di. Si amplius exieris ab ordine, in
furcis illis eris ſuſpenſus. Qui paruo tempore
elapſo poſt receptionem iteratam ad ordinẽ
recidiuans ab ordine receſſit,& quædam cõ-
mittens in furcis illis diuino iudicio (vt B. F.
dixerat,) eſt ſuſpenſus.

Sexageſimum ſecundum exemplum ad hoc
eſt, quia cognouit diabolum eſſe in burſa dũ
ambularet cum ſocio per Apuliam circa Ba-
rum: in qua ſocius pecuniam eſſe dicebat, vn
de ſocio eam accipere volenti mandauit, vt
caute eam tolleret, & ſic euenit: nam ſerpens
diabolus, dum eam ſocius accipere vellet, in-
de exiuit.

Sexageſimum tertium exemplum ad hoc eſt
de fratre Rufino: quem de prædeſtinatione:
vt dictum eſt lib. 1. conformitate. 8. parte. 2. à
diabolo deceptum cognouit, & quia nihil di-
xerat. B. Frã de tali tentatione,& deceptione
eidem beatus. F. totam ſeriẽ retulit tentatio-
nis ſuæ,& deceptionis: atque confortato præ
dixit, ꝙ poſt ſuam tentationem magnam ex-
periri debebat conſolationem, & conſequi
vtilitatem:& ſic euenit. nam diabolo à fratre
Rufino deuicto, peragens, vt B.F. ipſum infor-
mauerat, Chriſtus ſibi apparuit; conceſſitq;
ſibi hanc gratiam, vt in mundo iſto nunquam
de cætero triſtis eſſet.

Sexageſimum quartum exemplum ad hoc eſt
de præfato fratre Rufino cognoſcendo ipſum
qualis eſſet apud Deum, & fratribus reuelan
do dicens eis. Quem creditis ſanctiorem fra-
trem de ordine? & dixit. Videte fratrem Rufi
num: iſte eſt vnus de tribus ſanctioribus to-
tius mundi, & ſecure eum ſanctum poſſem no
minare: quia canonizatus in cœlo, eſt ſanctus
à Deo.

Sexageſimum quintum exemplum ad hoc eſt
de capitulo generali: Cum enim apud Aſiſiũ
capitulum generale tenuiſſet; in quo vltra
quinque millia fratrum fuerunt: vbi beatus
Dominicus affuit cum octo fratribus ſui ordi
nis,& D. Papa Greg. 9. tunc Oſtien. epiſcopus
Cardinalis. & ſciret affuturã diuinam proui-
dentiam erga fratres, mandauit omnibus fra
tribus, vt nullus curam aliquam haberet de ali
qua re cõeſtibili, vel potabili, vel de neceſſa-
rijs corporis: ſed à talibus mentes eleuantes
orationi intenderent tantum, & laudi Dei;
quod cum feciſſent Deus corda hominum cir
cumadiacentium ciuitatum, & caſtrorum tã
gens, omnia bona neceſſaria pro corpore ſibi
& fratribus copiosè ex inſperato detulerunt,
& miniſtrarunt.

Sexageſimum ſextum exemplum ad hoc eſt
de Soldano, à quo recedens promiſit poſt ſuã
mortem ſe miſſurum duos fratres ad ipſum
baptizandum, & ſic peregit, vt dicetur lib. 3.
conformitate. 10. parte. 2.

Sexageſimum ſeptimum exemplum ad hoc
eſt de quodam fratre noſtri ordinis in ſacra
theologia magiſtro, cui cum beatus Fran. pro
nunciaſſet fratres de regulæ obſeruantia de-
clinaturos; dictuſq; magiſter beatum Fran. ro
garet, quod ſi iſtud ſuo tempore accideret, ſi
bi concederet licentiam, vt cum aliquibus fra
tribus ad loca poſſet ire, vbi regulam obſerua
ret, beatus Fran reſpondit dicens oſculando
pectus eius. Quod a me poſtulas a Chriſto
ſcias tibi eſſe conceſſum, & poſuit dexteram
manum ſuper caput eius di. Tu es ſacerdos in
æternum ſecundum ordinem melchiſedech.

Sexageſimum octauum exemplum ad hoc eſt
de militibus de Aſiſio, qui, cum infirmum re-
ducebat

ducebant a Nuceria Aſsiſium, qui cum hora
eſſet comeſtionis,& in villa nomine Satrianũ
pecunia cibos quæſiſſent, nec inueniſſent,bea
tus Fran.dixit eis,quod ſi humiliter Dei amo
re peterent,certe inuenirent,& ſic factum eſt,
vt B. Fran.prædixit.

Sexageſimum nonum exemplum ad hoc eſt de
medico,quem mandauit fratribus,vt ad pran
dium inuitarent,& cum fratres dicerent,quo
modo inuitabimus eum,cum nihil habeamus
ad apponendum ei? B.Fran. dixit eis. Modi-
cæ fidei, nolite me facere amplius uobis dice
re, & cum eſſent in menſa, porta fuit pulſata,
& frater vnus a menſa ſurgens; cum aperuiſ-
ſet portam,quędam mulier magnum caniſtrũ
plenum pulchro pane, & piſcibus, & paſtillis
gammarorum,& melle,& vuis recentibus ap
portauit,quæ omnia domina cuiuſdam caſtri
diſtantis bene per 7. miliaria beato Fran.mit
tebat. Quæ omnia fratres ſimul cum medico
cernentes de præuidentia B. Fran. valde ſunt
mirati.

Septuageſimum exemplum ad hoc eſt, quod
prædixit B. Fran.ſocijs ſuis de Epiſcopo Aſsi
ſinate, & Poteſtate Aſsiſij. Cum enim guerra
eſſet inter eos, B. Fran. ſocijs mandauit, vt
prius Poteſtate,& magnatibus, ac alijs pluri-
bus de Aſsiſio congregatis in palatio epiſco-
pi,coram Epiſcopo,Poteſtate,& alijs ciuibus
canticum fratris ſolis, quod ipſe compoſue-
rat,decantarent, dicens. Ego confido in do-
mino,quod ipſe ſtatim humiliabit corda eo-
rum, & ad priſtinam dilectionem reuertẽtur,
& ſic factum eſt. Nam cum fratres inciperent
cantare,Poteſtas ſtatim ſurrexit;& iunctis ma
nibus,& brachijs ipſos tanquam Euangelium
domini cum maxima deuotione,& etiam mul
tis lachrimis intente audiuit.Finitis dictis lau
dibus,Poteſtas dixit coram omnibus. In veri
tate dico vobis,quod non ſolum domino Epi
ſcopo, quem debeo,& volo habere pro domi
no meo, ſed ſi quis interfeciſſet germanum
meum, aut filium meum indulgerem ſibi, &
ſic dicẽs proiecit ſe ad pedes Epiſcopi; & ait
illi. Ego paratus ſum per omnia ſatisfacere
vobis, ſicut vobis placuerit amore domini no
ſtri Ieſu Chriſti,& ſerui ſui beati Fran.Epiſco
pus autem accipiens eum cum manibus ſur-
rexit, & dixit ei. Ex officio meo conueniret
me eſſe humilem, ſed quia naturaliter ad ira-
cundiam ſum pronus oportet, quod mihi in-
dulgeas,& ſic cum multa benignitate,& dile-
ctione amplexati ſunt ſe adinuicem. Fratres
vero ſtupefacti ſunt videntes ad litteram eſſe
impletum,quod B.Fran. prædixerat.Sed & ſe
culares hoc pro magno miraculo habuerunt,
totum aſcribentes beati Fran. meritis.

Septuageſimum primum exemplum ad hoc
eſt de fratre Maſſeo, cuius beatus Fran. vidit
cordis archana,cũ intra ſe murmuraret, quia
beatus Fran.fecerat eum circunuolui velut pi
lam coram multis, & de Senis receſſerat inſa-
lutato Epiſcopo,& quia de hoc dicetur in iſto
2. lib. conformitate 14 ad præſens non ſcri-
bendo totum, ſufficit, quod archana cordis
præuidit,dicẽdo fratri Maſſeo,qui ipſum per
ſpacium præcedebat. Ad ea quæ nunc cogi-
tas,te teneas: quia illa bona, & vtilia ſunt ti-
bi, & à domino inſpirata; murmuratio vero
prima, quam faciebas eſt cęca, & mala, & a
diabolo tibi in anima ſeminata:quod audiẽs
frater Maſſeus fuit valde miratus, quod cor-
dis eius archana beatus Fran.vidiſſet.

Septuageſimum ſecundum exemplum ad hoc
eſt quod B.Fran.ſaluationem futuram,& dam-
nationem fratrum agnouit.Cum enim beatus
Fran. cerneret fratres à priſtino ſtatu paula-
tim diſcedere, & nimis de hoc doleret, Chri
ſtus apparuit ei di. Noli timere, quia ſemper
erunt in ordine tuo,& religione,qui viam te-
nebunt perfectionis, & iſti ibũt in uitam æter
nam,& alij volent,& non poterunt,& iſti ibũt
ad purgatorium: alij ſequentur mundi deli-
tias,& de iſtis non curabo,nec tu cures.

Septuageſimum tertium exẽplum ad hoc eſt,
quod futuram ſuam gloriam Deo reuelante
agnouit,& prædixit,nam cum ad viſitandum
beatam Claram cum ſocio fratre Leonardo
de Aſsiſio beatus Fran.in S.Damiano iuiſſet,
& ſermone protacto uſq; ad prandij horã ad
comedendum,ibidem remanſiſſet;& iam qua
tuor morſellos manducaſſet, facie in cœlum
eleuatus, diu ſtetit attonitus, & ad ſe reuer-
ſus clamauit voce magna di.Laudato ſia lo ſi-
gnore ideſt Laudetur Deus. Et proſiliens de
menſa poſuit ſe in terra,& ſtatim fuit raptus,
& ſic raptus ſtetit per tantum ſpacium, quod
homo iuiſſet a S. Damiano uſq; ad S. Mariam
de Portiuncula,& rediſſet,ꝙ eſt ſpaciũ quaſi
quatuor miliariorum in eundo,& redeundo.

B.Franciſcus certificatur a deo de ſua ſalute.

Septuageſimum quartum exemplum ad hoc
eſt quod B. Fran. diem ſuæ mortis præſciuit,
& fratribus prædixit ſibi à Chriſto fuiſſe reue
latum, vt 14 pars legendæ maioris ponit, &
de Epiſcopatu Aſsiſij ad S. Mariam de Por-
tiuncula, vt ibi moreretur fecit ſe deferri.

Septuageſimum quintum exemplum ad hoc
eſt,quod prophetauit ſuum corpus honoran-
dum,& prædixit.Cum in epiſcopatu Aſsiſij ia-
ceret B Fran.infirmus,quidam frater ſpiritua
lis quaſi ludendo ei dixit.Quantum venderes
domino tuos ſaccos? multi baldachini,& pã-
ni de ſerico ponẽtur ſuper corpuſculum tuũ,
quod modo indutum eſt de ſacco, habebat
enim tunc B. Fr. inſulam coopertam de ſac-
co,& etiam indumentum de ſacco, & reſpon
dit B.Fran. imo ſpiritusſanctus per os eius,&
ait cum magno feruore,& lætitia ſpiritus.Tu
verum dicis; quoniam ita erit pro laude, &
gloria domini.

Septuageſimum ſextũ exemplum ad hoc eſt. Cum in loco ſanctæ Mariæ infirmitate vltima decubaret, & tempore nocturno appetiſſet de petroſillo manducare, petijt, ſi adferret. & cum coquinarius diceret, quod ipſum decerpſerat, tantumq; præſciderat, quod non ſolum tunc nocte, ſed nec de die colligere poſſet, beatus Franciſcus dixit ſibi. Vade ad hortũ, & primas herbas, quas manu contigeris affer to. Qui iuit, & primas herbas ſibi occurrentes arripiens, petroſillum frondoſum, & tenerũ inuenit inter ipſas. De quo parum comedens multum confortatus eſt.

Septuageſimum ſeptimum exemplum ad hoc eſt de beata Clara in illa hebdomada, qua beatus Fran. migrauit. Beata Clara, cum grauiter infirmaretur, & mori crederet, optaretq; beatum Fran. ante ſuum obitum videre, & quia propter infirmitatem beatus Fran. hoc implere nõ ualebat, plorabat amariſsime, vnde hæc per quendam ſignificauit beato Fran. quod audiens beatus Fran. & videns, quod fieri pro tunc non poterat, vt eum videret, ſcripſit ei, & ſororibus ad conſolationem litteram, in qua dabat benedictionem ſuam, & abſoluebat eam ab omni defectu, ſi quem feciſſet contra admonitionem ſuam, & contra mandata, & conſilia filij Dei, & vt deponeret omnem triſtitiam dixit illi fratri, quem ipſe miſerat. Vade, & dic ſorori Claræ, quod deponat omnem dolorem, & triſtitiam, quia me modo videre non poteſt, ſed in veritate ſciat, quod ante obitum ſuum tam ipſa, quam ſorores me videbunt, & de me plurimum conſolabũtur. Et ſic factum eſt. Nam cum beatus Fran. ſabbato de ſero migraſſet, de mane die dominico populus Aſsiſij, & fratres tulerunt corpus de loco ſanctæ Mariæ, vbi obierat, & deferrebant ad ciuitatem Aſsiſij, & diuina uoluntate factum eſt, ut impleretur uerbum beati Fran. quia ſic corpus deferrendo tranſierũt per ſanctum Damianum, vbi erat beata Clara, & remota crate ferrea; per quam communicare ſolebant, & audire uerbum Dei, tulerunt fratres ſanctum corpus de feretro, & tenuerunt ipſum inter manus ad feneſtram per magnum ſpacium, donec ſancta Clara, & ſorores de ipſo ſunt conſolatæ, licet eſſent plenæ, & afflictæ doloribus, & lachrimis multis videntes ſe priuatas conſolationibus tanti patris.

Corpus B. Fran. oſtenditur beatę Claræ.

Septuageſimumoctauum exemplum ad hoc eſt de domina Iacoba de ſeptem ſolijs. Cum enim de ſua morte vellet ſibi notificare videlicet quod ipſa ante talem diem veniret Aſsiſium, ſi eum viuum reperire optaret, & quod portaret pannum cilicinum ad corpus eius inuoluendum, & induendum, & dum ſcribi faceret litteram, reuelatum eſt ſibi, quod ipſa domina Iacoba veniebat; & ſecum omnia deferebat, quæ beatus Fran. dicebat in littera ab ipſa deferenda. Hoc cognoſcens beatus F. dixit ſcriptori. Non ſcribas vlterius, quia non oportet, & ſtatim affuit ipſa domina Iacoba portans omnia; quæ portanda beatus Fran. mandabat.

Septuageſimumnonum exemplum ad hoc eſt, quod dictę dominę Iacobę remittere volenti partem ſuę comitiuæ; quia venerat cum duobus filijs ſenatoribus, & multis alijs, beatus F. dixit. Nõ facias, quia die ſabbati de ſero ego moriar, & ſic cum tota iſta tua comitiua poteris abire, & ſic euenit, quia hora, qua dixit, mortuus fuit.

Octuageſimum exemplum ad hoc eſt de benedictione data ciuitati Aſsiſij. Cum enim de palatio epiſcopi Aſsiſinatis ad ſanctam Mariam de Angelis deferretur a ſocijs, & ad hoſpitale cruciferorum, quod eſt in uia deueniſſet; & ibi aliquantulum quieuiſſet, voluẽs ipſe beatus Fran. faciem ſuam uerſus Aſsiſium dixit. Benedicta tu a domino: quia per te multæ animę ſaluabuntur, & in te multi ſerui altiſsimi habitabunt, & de te multi eligentur ad regnum æternum. Et ſic euenit, quod multi fratres, & ſorores, & alij viri ſancti de ipſa ciuitate fuerunt, ac ad ipſam de longinquis partibus plures alij aduenientes, ſicut, & nunc quidam ſunt in dicta ciuitate vitam celibem actitantes, cęli tandem pręmia adiere. Sicut præfata domina Iacoba de vrbe rediens Aſsiſium, ob reuerentiam beati Fran. toto tempore vitæ ſuę in pœnitentia victitans, in ciuitate ipſa ſtetit Aſsiſij; tandem iuxta altari beati Fran. ibidem fuit tumulata.

Octuageſimumprimũ exemplum ad hoc eſt, quia (vt dicit pars 14. legendę maioris) beatus Fran. ex hoc mundo migraturus fratribus prędixit, quod futura erat tentatio, & tribulatio appropinquabat. Fęlices, qui perſeuerabunt in his, quæ cęperunt. De qua vero tentatione, & tribulatione (cum ordo multas habuerit) beatus Fran. intellixerit, Frater Bonauentura legendam componens, non declarauit. *Nota*

Octuageſimumſecundum exemplum ad hoc eſt. Cum beatus Fran. morti eſſet propinquus, petijt, vt ad ſe Frater Bernardus eius filius inter fratres primogenitus accederet, dicens: Veniat primogenitus meus Frater Bernardus, ut benedicat ſibi anima mea antequam moriar. Et cum eſſent ibi multi fratres præſentes, & ſpecialiter frater Elias, qui tũc erat ordinis vicarius: Frater Bernardus eidem innuit, vt ſe ad manum dexteram beati Fran. locaret: Ipſe vero Frater Bernardus ad manum ſiniſtram ſe poſuit ſancti patris, & quia beatus Fran. cęcutiens erat non antiquitate, ſed lachrimis, cum poſuiſſet manum ſuam dexteram ſuper caput Elyæ dixit: Hoc non eſt caput primogeniti mei fratris Bernardi, & tunc manus cancellando dexterã poſuit ſuper caput fra-

put fra-

put fratris Bernardi, ſiniſtram vero ſuper caput fratris Elyę. Ipſumq; fratrem Bernardum multipliciter benedixit, vt dictum eſt, libro 1. conformitate 8. Sic ergo præfatis octuaginta duobus exemplis luculenter apparet beatum Fran. ſpiritu prophetico radiatum, & illuminatum verum fuiſſe prophetam. Et conſequenter veram eſſe ſecundam partem huius ſextæ conformitatis, quæ dicit. Franciſcus radiatur id eſt ſpiritu prophetico fuit illuminatus. Apparet ergo, quã copioſe ſpiritus ſanctus menti ſe infuderit beati Fran. non ſolum præterita ei reſerando, ſed præſentia etiam, & futura, vt ſupra poſitis exemplis euidenter aſtruitur, immo quod maius eſt ſecreta cordium declarando, ſicut conformitate 14. huius ſecundi libri dicetur.

FRVCTVS SEPTIMVS, ET CONformitas ſecundi libri, & decima nona in ordine, videlicet Ieſus vacans laboribus. Franciſcus imitatur.

Expoſitio primæ partis, videlicet Ieſus vacans laboribus.

ANTIQVVS ille, & vetus Adam, & ſi in ſuæ conditionis primordio à Deo acceperit, & pro ſe, & pro ſua poſteritate iuſtitiã originalem, quæ & ſi ordinabat eum principaliter ad Deum, conſequenter tamẽ ad ſe, vt caro per omnia ipſa manente ſpiritui ſubiceretur, nec in aliquo rebellis exiſteret, aut eius iudiciũ; quo quomodo effugeret ſeu declinaret. Verum diaboli faciente nequitia inobediens factus Deo, caro non modo non ſubdita, ſed contraria in omnibus exiſtit rationi, dicente Apoſtolo. Galat. 5. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur non modo principijs, quia hæc ab inferiori, ille à ſuperiori mouetur, ſed & effectibus, & operibus, prout idem Apoſtolus ibidem declarat dicens. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, adulterium, immundicia &c. Fructus vero ſpiritus ſunt. Charitas, Gaudium, Pax &c. Et quia ab origine peccatum contrahimus originale, niſi gratia diuina quis ab eodem præſeruetur: taleq; peccatum teſte magiſtro ſententiarum 2. diſt. 30. Lex carnis; lex membrorum, langor naturæ, fomes peccati, concupiſcentia, concupiſcibilitas ac tirannus, & ſic de alijs ſit, ac per baptiſmum, & ſi deleatur quo ad culpam, manet tamẽ quo ad pęnam, niſi gratia in quibuſdam extenuetur, prout dicit magiſter ibidem, non immerito rebellionem cauſat carnis ad ſpiritum, adeo vt doctor ipſe clamare cogatur. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ eſt in membris, meis. Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius Sequitur. gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum, & ſubdit. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autẽ legi peccati. Et quia idem Apoſtolus dicit. Galat. 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis, & rationem aſſignat. Rom. 8. Si ſecundum carnem vixeritis moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Nam caro, & ſanguis regnũ Dei 1. Cor. 15. poſsidere non poſſunt. Quare ipſam carnem hoſtem, & inimicum noſtrum, quem nobiſcũ ferimus quocunque pergimus, ad ſeruitutem ſpiritus reducere pro poſſe conari debemus. Abuſio enim magna eſt dominam ancillari, & ancillam dominari, ſpiritum ſubiici carni, & carnem ſpiritui dominari, cum caro facta ſit propter ſpiritum, & nõ econuerſo. Et quia difficilis eſt via ſpiritus, cum arcta ſit via, quæ Matth. 7. ducit ad vitam; hinc eſt, quod dominus, & ſaluator noſter dominus Ieſus Chriſtus, licet caro eius per omnia ſubdita fuerit ſpiritui, nec indigeret caſtigatione pęnitentiæ, nec laborũ flagello, quia datus erat nobis in exemplum, & ſpeculum, normamq; omnium virtutum, volens nobis oſtendere qualiter carnem noſtrã macerare debemus pęnitentia, & labore, hoc in ſe prius ſumere voluit, corpus ſuum ieiunijs, vigilijs, laboribus, & diſcurſibus ac alijs pęnitentiæ, & macerationis exercitiis ſupponendo. Quod autem corpus ſuum animæ beatæ coniunctum, & deitati in laboribus fuerit non ſolum in iuuentute; ſed in pueritia. patet, ſi eius vita inſpiciatur.

Et primo ſi attendatur eius in mundum natiuitas, & ortus. Panni viles, & pauci, & præſertim tempore magni algoris, quibus eius ſacrum corpus fuit contectum. Arctiduto loci, quia non fuit ei locus in diuerſorio. Fænum, & paleæ, in quibus fuit locatus, & non in pluma, non in palatio, ſed in præſepio, & loco fætente, & horrido, vbi abfuit cunctorum commoditas, quæ communiter fit pueris in ipſorum ortu; nec non, & duricies loci arguunt dominum Ieſum Chriſtum corpus incœpiſſe crucifigere, & doctrinam facto nobis ad hoc dediſſe.

Secũdo hoc aſtruit ad Aegyptum fuga, & per ſeptennium in Aegypto permanſio; receſſus per deſertum. Pueri Ieſu in brachijs virginis matris baiulatio cum erumna, & labore & carentia neceſſariorum, quo ad victum. ſtratum operimentum, ſocietatem non hominum, ſed ferarum, & ſic de alijs, incommoda multa cũ fatigatione itineris dominum Ieſum accepiſſe demonſtrant. Sed perueniendo ad Aegyptum

cum

cum paupertate ſumma,incognitio eius à cun
ctis,ac permanſio ſeptennalis ibidem cum pe
nuria omniū facultarū miro modo,& pœnitē
tiam acclamant domini Ieſu, & non in deli-
litijs fuiſſe carnis: ſed afflictionem oſtendūt.
Tertio id exclamat eius in terram Iſrael re-
uerſio.Cum enim eſſet iam grandęuus in bra-
chijs non potuit duci matris; ideo per tantū
iter peragrando vexationem ſuæ carnis ha-
buiſſe patet clare. Quid de alijs dicemus ad
corporis nutrimentum ſpectantibus,cum pau
pertatem ſemper haberet comitem dominam
ſociam, & magiſtram.? Sed timor peruenien-
do ad terram Iſrael propter Archelaum, qui
regnabat ibidem, dolorem non gaudium,cū
cum parentibus recepiſſe declamat,cum labo
rioſo acceſſu ad ciuitatem Nazareth.
Quarto ſi attendatur eius in triduo in Hieru-
ſalem parentibus ignorantibus permanſio.
Ad Hieruſalem fatigatione, nimia ob longi-
tudinem vię peruenit corpore vexatus. Quo
vero cibo,hoſpitio,& conſortio ſit refocilla-
tus euangelium non pandit. Vnde, & ſi inter
doctos conſederit ſuę ſapientiæ patefaciendo
archana, in triduo tamen, quo ibi fuit (teſte
beato Benardo) ſtipem oſtiatim quęſiuit, &
forte non ſufficienter inuenit, & in loco pau-
perum forſitan dormitauit.
Quinto idipſum ponit eius ſub tutela matris
educatio. Cū per triginta annos ſub regimine
fuerit beatæ Mariæ, & ſi per ſpacium aliquod
fuerit, & Ioſeph quia pauperes erant incom-
modis corporis oībus ſubiectus fuit. Et quę
poſtmodū reſerauit ſuo faciēda eloquio prius
effecit opere,& exemplo pſal.enim dictum in
eo eſt impletum.Pauper ſum ego, & in labori
bus à iuuentute mea.
Sexto hoc oſtendit poſt ſuſceptum à Ioanne
baptiſmum ad deſertum acceſsio, vbi ſocius
fuit non hominum,ſed ferarum,ubi non in de
litijs fuit corporis,utpote ieiunans 40.diebus
& 40.noctibus.Et in arcto lapide commorās,
ac tentationibus demonis impetitus,quia car
nem fregit,& diabolum vicit, pro vtriuſq; vi-
ctoria poſt dies 40.ſue in deſerto manſionis,
angeli acceſſerunt,& miniſtrabant ei.
Matth. 4. Septimo hoc ipſum probat ipſius Saluatoris
conuictus,& conuerſatio. Quia enim ſanctos
Apoſtolos ad ſui diſcipulatum vocando nihil
eos voluit retinere de mundanis, ſed totum
abiicere,& dari pauperibus, ſemetipſos abne
gare, & crucem pœnitentialem ſuſcipiendo
poſt ipſum incedere, ſignum euidens extitit
dominum Ieſum nō blanditias corporis, ſed
laborem cum carnis crucifixione dilexiſſe in
ſe,& in ſuis.
Octauo id ipſum oſtendit Ieſum prædicatio.
Matth. 5. Dicit Euangeliſta,quod Ieſus ibat per ciuita-
Luc. 5. tes,& caſtella prædicando,non ſolum in Ga-
lilea.ſed in Iudæa docendo.Ibat ergo ipſe do
minus pauper, & diſcalciatus, & fatigatus ex
itinere (vt dicit euangeliſta)regnum Dei præ Ioan. 4.
dicando in villas, caſtra, & ciuitates, nec ei
ad hoc fuit aliquis locus firmus,& ſi in Hieru
ſalem pluries, & in alijs regionibus prædica-
uerit,quam alibi. Qui diſcurſus prædicatio- Loca plura
nis eum arguit ſubiiſſe continue laborem iti- in quibus
neris magnum,Ipſe enim ſaluator prædicauit ſaluator prædicauit.
in Corozaim diſtātem ab Hieruſalem per 72.
miliaria.In Geraſa,à qua regio Geraſenorum
dicitur vbi demones expellēdo in porcos con Matth. 8.
ceſsit intrare,& diſtat ab Hieruſalem per 70. Mar. 5.
miliaria. In Iericho., & diſtat ab Hieruſalem
per 15. miliaria.In Capharnaum, & diſtat ab Lucæ 18.
Hieruſalem per 80.miliaria. In montem; qui
vocatur menſa vbi Dominus ſatiauit quinq;
millia hominum, & ſermonem fecit diſtātem Matth. 5.
ab Hieruſalem per octuaginta miliaria. In Ti
beriade,quæ diſtat ab Hieruſalem per 68.mil
liaria.In Bethſaida ciuitate Petri, & Andreæ,
& diſtat ab Hieruſalem per 80.miliaria.In De
capoli idest decem ciuitates, quę per multa
milliaria diſtant ab Hieruſalē.In Cæſarea Phi
lippi, quæ eſt terminus ſeptentrionalis terræ
promiſsionis,& diſtat ab Hieruſalem per plu
ra milliaria.In Sicha.& diſtat ab Hieruſalem Ioan. 4.
per 26.miliaria.In Naym,vbi importa ſuſcita
uit filium Viduę,& diſtat ab Hieruſalē per 60. Lucæ 7.
milliaria. In monte Thabor,vbi trāsfiguratus
eſt,& in deſcenſu præcepit diſcipulis,ne dice
rent viſionem,& diſtat ab Hieruſalem per 62. Matth. 17.
miliaria.In Chana Galileæ, vbi aquam muta-
uit in vinum diſtat ab Hieruſalē per ſexagin- Ioan. 2.
ta,& vltra milliaria.In Sidone, vbi curauit fi-
liam Chananeæ. In Tiro,ubi mulier clamauit
dicens. Beatus venter, qui &c. In multis alijs
ciuitatibus, & locis inſpicientibus euangelia
apparet dominum noſtrum Ieſum prædicaſ-
ſe.Sed præfata poſita ſunt,ut quantum labora
ret in prædicando,& diſcurrendo de Hieruſa
lem ad præfata loca, quia ſæpiſsime erat, ali-
qualiter perpendatur. Quibus patet eum mul
tum laboraſſe, & carnē laboribus ſubdidiſſe.
Nono præfata etiam declamant plura, ſcili-
cet vigilatio,& oratio. Nam vigilabat, & per
noctabat in oratione, vt dicit Luc. & Matth. Lucæ 5. 6.
& Mat. Nam pergebat ad montes,& ad deſer 9.
ta,& ibi pernoctans orabat. Nuditas, & veſti Matth. 24.
mentorum eius vilitas. Comendauit Ioannē Mar. 1.
Mat.de his,quare & ipſe hoc in ſe pręhabuit: Matth. 11.
quę tempore algoris,& quia diſcalciatus,eius
corpori męſtitiam ingerebant.
Decimo id acclamat per totam diem ieiuna-
tio. Nam cum per totam diem occuparetur
in prædicando, quaſi communiter, quia non
comedebat,niſi de ſero ſemper ieiunabat. Et
adeo plerunq; inedia angebatur, ut diſcipuli
ex fame tranſeundo per ſata, ſpicas diuellen-
do manducarent,vt habetur. Mar. 2.
Vndecimum ad propoſitum oſtēdendum eſt, Lucæ 6.
omnis

omnis delectarionis corporalis abiecto. Si de lecto loquimur; non habuit, vbi caput ſuum
Matth. 8. reclinaret, & ſic nec lecti moliciem. Non veſtimenta mollia: quia ſic de aſpero non laudaſſet Ioannembatiſtam. Non panem ad comedendum, vt patet Io. 4. nec vinum ad bibendum.
Ioan. 4. Nam diſcipuli ad panes emendos perrexerant quando à Samaritana aquam petijt ad bibendum. Pecuniam non habuit: quia id
Matth. 10. Apoſtolis prohibuerat. Non quietem per diẽ,
Lucæ 9. & noctem: die prædicando, & nocte orando, & diſcurrendo per omnia. Quæ ingerunt corporalem delectationem alijs, nihil tale in tota vita Chriſti reperitur.

Duodecimo quod concludit finaliter, & propoſitum affirmat, eſt glorioſa Chriſti paſſio. Et quia de ipſa plene dicetur. lib. 3. conformitate. 4. ad pñs ſufficiat, ꝙ ipſa Chriſti paſsio fuit acerbiſsima. Quo ad motiuum: quia invidia, & ſine cauſa: quia neminem læſerat; ſed omnibus benefecerat. Quo ad perſonã: quia Deus, & homo omni ſanctitate, & virtute, &
Quæ acerbiſsimam reddidere paſsionẽ Chriſti. perfectione ſingulariſsimus. Quo ad pœnam: quia in ſingulis ſui corporis membris. In capite coronam ſpinarum. In oculis velationẽ. In viſu lachrimas. In auditu improperia. In olfatu ſputorum abominationem. In guſtu potum fellis, & aceti. In collo ligationem. In ſpatulis, & humeris crucis baiulationem. In brachijs extenſionem. In renibus verberum perpeſsionem: quæ teſte Bernardo vltra legionis numerum fuerunt. In pectore lateris apertionem. In manibus clauorum affixionem, & perforationem. In tibijs, & pedibus neruorũ attractionem ex clauis, & apertionem. Sic ergo dominus Chriſtus in quolibet corporis membro eſt ſingularem pœnam paſſus: vt corpus noſtrum ſimilibus ſubiiciendum pœnis declararet. Nulla pœna fuit grauior pœna, quam Chriſtus eſt paſſus. Nulla paſsio magis opprobrioſa, vt in 3. lib. conformitate. 3. dicetur. Nulla pœna multipliciot, & ſic de alijs. Quare præfatis attentis dominus noſter carnem domandam pœnitentia oſtendit, & labore cuilibet, fideli ſua vita, & exemplo. Et quare hoc egit? niſi vt dictum eſt, vt ſic peragendum ſuo exemplo induceret, & fideles attraheret. Non ſolum id ſuo exemplo monſtrauit, ſed & carnem ædomandam edocuit.

Lucæ 21. Primo à cibo, & potu abſtinentia. Videte ne grauentur corpora veſtra in crapula, & ebrietate &c. Et quo cibo eſſet vtendum dicit.
Ioan. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.

Secundo mollium quo ad veſtes abſentia. De aſperitate veſtimentorum commendauit Ioãnembaptiſtam, & diuitem condemnauit Epu
Matth. 11. lonem: qui induebatur purpura, & biſſo.
Lucæ 16. Tertio flagellorum acerbitate, & diſciplinarum, hoc in ſe expertus: quia flagellis cæſus. diſcipulos flagellandos à malis prædixit, ad Mar. 15.
edomandum eos. Matth. 27.

Quarto laborum varietate, reprehendendo Ioan. 19.
ſtantes tota die otioſos. labor̃are docuit, & Matth. 10.
ſic in vineam miſit. Verbum interdixit otio- Matth. 20.
ſum, quantomagis, & otium. Matth. 12.

Quinto commodorum indigentia, & paupertate. Paupetes clamat beatos Et vhe dicit di Luc. 7.
uitibus: qui habent ſuam conſolationem Di Matth. 5.
uitem eomedentem ſplendide quotidie ſepul Lucæ 6.
tum paudit in inferno. Et diues alius loquẽs Lucæ 16.
animæ ſuæ dicit. Anima mea multa bona repoſita habes in annos plurimos requieſce comede, bibe, & epulare. Et ſequitur Stulte hac nocte repetent animam tuam à te &c.

Sexto vigiliarum aſperitate, dicit. Omnibus Mar. 13.
dico vigilate, & dicit. Vigilate, quia neſcitis Matth. 24.
diem: neque horam. Matth. 26.

Septimo orationum inſtantia, & aſsiduitate. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus promptus eſt; caro, autem infirma, &
Luc. dicit. Vigilate omni tempore orantes, Lucæ 21.
& capitulo. 18. dicit: Oportet ſemper orare, & non deficere.

Octauo delectabilium omnium fuga, & deteſtabilitate. Vhe, vobis; qui ſaturati eſtis: quia Lucæ 18.
eſurietis. Vhe vobis qui ridetis: quia lugebitis, & flebitis: & capitulo. 16. dictum eſt diuiti Epuloni. Recordare, quia recipiſti bona in vita tua, & ſequitur. Tu vero cruciaris. Et
Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, neque Matth. 6.
corpori veſtro quid induamini.

Nouo iniuriarum ſupportatione, & patiẽtia.
In patiẽtia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Lucæ 6.

Decimo vitæ futuræ attentione, & aduertentia. Voca operarios, & redde illis mercedem Matth. 20.
ſuam, via carnis lata ducit ad perditionem, ſed via macerationis, & pœnitentiæ arcta ducit ad vitam.

Vndecimo conſortij mulieris vitatione Om- Matth. 7.
nis, qui viderit mulierem ad concupiſcẽdum Matth. 5.
eam: iam mechatus eſt eam in corde ſuo.

Duodecimo ſenſuum cuſtodia, & gubernatione. Si oculus tuus ſcandalizat te: erue eum, & Matth. 5.
proijce abs te &c. Præfatis igitur caro edomatur, ſuppeditatur, & maceratur non ſolum ſaluatoris doctrina, ſed ſacræ ſcripturæ atteſtatione, & exemplis, ac doctorum. Quod ſic patet breuiter, ac ſuccinctè.

Et primo de abſtinentia, & ſuperfluitate ci- Circa abſtinentiam.
bi, potus. Luxurioſa res eſt vinum, & tumul- Prou. 20.
tuoſa ebrietas: quicunque his delectatur non erit ſapiens, & Apoſtolus. Nolite inebriari vi Ephe. 5.
no; in quo eſt luxuria. Salomon, dicit. Cogi- Eccl. 2.
taui carnem meam abſtrahere à vino, vt tranſferrem animam meam ad ſapientiæ ſtudium. Sancta Iudith ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, vt habetur. Iſidorus de ſummo bono. lib. Iudith. 8.
24. cap. 3. Abſtinentia, & occidit, & viuificat: viuificat animam, & corpus necat, & cap. 42.

dicit. Sicut omnes cupiditates carnales abſtinentia reſecantur, ita omnes animę virtutes edacitatis vitio deſtruuntur. Neque enim eſt poſsibile quempiam virtutum perfectionem attingere: niſi prius edomuerit ventris ingluuiem. Nemo poteſt dominari cæteris vitijs, niſi prius ventris ingluuiem reſtrinxerit, nec quiſquam facile à ſemetipſo ſpiritus immundos expellere, niſi per abſtinentiam gulæ.

De fugienda mollitie veſtium. Secundo de veſtium fugienda mollicie. Ioannes Baptiſta indutus fuit pilis camelorum. Iudith ſuper lumbos ſuos habebat cilicium. Petrus in prima canonica. Indumenti, & veſtimentorum cultum interdicit. Vnde Chriſoſtomus ſuper Matth. & gloſa. Matth. 3. Ad ſpeciem viſionis habere veſtitum ſeruum Dei nō conuenit, nec ad delectamentum carnis ſeu corporis, ſed tantum ad tegumentum nuditatis, & Bernardus dicit; quod milites Chriſti in mollicie veſtimentorum vltro ſe hoſtibus, ſine ſanguine tradunt inermes. (Matth. 3. Mar. 1. Iud. 8. 1. Pet. 3.)

Tertio de flagellorum, & verberum attritione. Pſal. dicit. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus &c. & Apoſtolus. Qui autem ſunt Chriſti carnem ſua crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs &c. Benedictus Abbas prout ait beatus Gregorius. 2. dialogorum. Carnis tentationem ſuperauit: carnem ſpinarum aculeis, & vrticarum incendijs flagellando: adeo vt tale quid in ſe minime aliquando ſentiret. (Pſal. 2. Galat. 5.)

Quarto de laborum occupatione. Multa mala docuit otioſitas, & Ezech. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſuperbundantia panis, & vini, & otium. Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum. Facito aliquid operis, vt ſemper diabolus te inueniat occupatum. In deſiderijs eſt omnis otioſus. Aegyptiorum monaſteria hunc modum tenent, vt nullus abſque opere, & labore ſuſcipiatur: non tam propter victus neceſſaria: quàm propter animæ ſalutem. Iſidorus in ſino. lib. 2. Grauis libido vrit; quem otioſum inuenit. Cedet autem libido rebus. cedet operi, cedet induſtriæ, & labori. Paulus Apoſtolus laborabat manibus, & in Actibus. Vnde; qui laborat ad corpus edomādum poteſt, dicere cum Eccleſiaſtico. 51. cap. Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Labor enim quātum valeat, & ad quid dicit Fulgentius: quod quidam ſapiens interrogatus ad quid exercitatio laboris eſſet vtilis. Reſpondit. Honeſtus labor humanæ naturæ fida eſt cuſtodia, dormientis naturæ ſtimulus: ſopiti caloris lima: ſuperfluitatis conſumptio: vitiorum fuga, morborum mors: langoris medicina, lucrum operis, iuuentutis debitum; adoleſcentiæ diſciplina: ſenectutis gaudium, ſalutis adiutoriū, nutricis: omnium malorum, id eſt otij, eſt inimicus. Ille autem ſolus ab exercitio ſe ſubtrahat; qui fœlicitatis gaudio carere deſiderat. (Eccl. 33. Ezech. 16. Nota. Ephe. 4.)

Quinto de incommodorum, & rerum penuria, vt enim dicit beatus Gregorius primo moralium. Soletrerum abundantia tanto magis à timore diuino mentem ſoluere: quanto magis exigit hanc diuerſa cogitare. Superfluitas enim idolatriam adinuenit. Salomon à domino petebat nō diuitias nec paupertatem; ſed tantum victui ſuo neceſſaria, & Paulus. Habētes alimenta, & quibus tegimur: his contenti ſimus. De frugalitate, id eſt paupertate ad propoſitum loquitur Valerius. lib. 2. Rubrica prima. cap. 28. d. Bonæ valitudinis quaſi quædam marer eſt frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ, vini abundantię, & immoderato Veneris vſui aduerſa, & ſubdit. A patre libero, id eſt, vino ad inconceſſam Venerē eſt proximus gradus intemperantię. (Que pariat abundantia. Sap. 30. 1. Thim. 5.)

Sexto de vigilantia. Vigilemus, & ſobrij ſimus, & non dormiamus ſicut cęteri, &c. Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus &c. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere &c. Apocal. dicitur, Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua. Dauid nocte media ſurgebat, & de luce vigilabat. Paulus fuit in vigilijs multis. Cato di. Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto. Ariſt. in Iconomica di. Surgere oportet de nocte. Hoc enim ad ſanitatem, & ad diſpoſitionem, & ad phyloſophiam eſt vtile. (1. Thim. 4. 1. Pet. 5. Rom. 13. Apoc. 16.)

Septimo de orationis inſtantia, & aſsiduitate, dicitur. Vigilate in orationibus, & Paulus. Sine intermiſsione orate. Ratio quia Amalech. i. diabolus debellatur, & vitia extinguntur dicente Iſidoro de ſummo bono. libro. 3. c. 7. Hoc eſt remedium ei; qui vitiorum tentamentis eſtuat, vt quotiens quolibet tāgitur vitio, totiens ad orationem ſe ſubdat: quia frequēs oratio, vitiorum impugnationem extinguit. Tam perſeueranter intendere oportet animum noſtrum orando, atque pulſando: quouſque importunas deſideriorum carnalium ſuggeſtiones, quę noſtris obſtrepunt ſenſibus; fortiſsima intentione ſuperemus, ac tam diu iuſiſtere, quouſque inſiſtendo vicamus. (De oratione. 1. Pet. 3. 1. Theſſal. 5.)

Octauo de fuga delectabilium, & abominatione, vt dicat cum Iob. Quæ prius rangere nolebat anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Et cum Salomone, qui prius dicebat in corde ſuo. Vadam, & affluam delitijs, & fruar bonis, & ſequitur. Vidi in omnibus affli ctionem animi, & vanitatem, & nihil permane re ſub ſole. Deteſtatus ſum omnem induſtriā meam, & quæ ſub ſole ſtudioſiſsime laboraui, & Dauid in Pſalmo dicit. Ego autē cum mihi moleſti eſſent induebam me cilicio &c Humiliabam in ieiunio animam meam &c. Et Pſal. dicit. Operui in ieiunio animam meam, & ſequitur. Et poſui veſtimentum meum cilicium &c. Et Pſal. Cinerem tanquam panem manducabam, (De fuga delectabiliū. Iob. 6. Eccl. 2. Pſal. 68. Pſal. 101.)

ducabam,& poculum meum cum fletu miſce
Ionæ 2. bam &c. Sic rex Niniuæ veſtimentum ſuum mutauit, & indutus eſt ſacco &c. Sic & regina Heſter veſtimentis regalibus exuta, indumenta ſuſcepit fletibus, & luctui apta, & pro vnguentis varijs cinere, & ſtercore impleuit
Dan. 10 caput ſuum &c. Panem deſiderabilem non comedit, & caro, & vinum non introiuit in os ſuum &c.

Tribulationum tolerantia. Nono de iniuriarum, & tribulationum tolerantia. loquitur Apoſtolus di. Quem diligit
Heb. 12. Deus caſtigat. Flagellat autem omnem filiū; quem recipit. Quare ſi Deus nos infirmitatibus vexat, & aduerſitatibus fatigat non murmurare debemus, ſed patienter portare: quia id facit ne caro noſtra incolumitatę, gaudens ad peccandum ſit prona. Vnde Iſidorus lib. 3. de ſummo bono. Capi. 3. dicit. Quoſdam videns Deus nolle proprio voto corrigi, aduerſitatum tangit ſtimulis. Quoſdam etiam præſciens multum peccare poſſe in ſalute: flagellat eos infirmitate, ne peccent, vt eis vtilius ſit frangi laboribus ad ſalutem, quām manere incolumes ad damnationem. Qui valentiores ſunt, & ſani vtile eſt illis infirmari, & non peccare: ne per ſalutis vigorem illicitis ſordidentur cupiditatum; & luxuriæ deſiderijs. Et ſubdit. Capitulo. 4. Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maxime per hoc: quod corripitur emendatur. Ad magnam vtilitatem diuino iudicio mens iuſti diuerſis tentationum paſsionibus agitatur: pro quibus ſi Deo gratias egerit, ſuæq; culpæ, ꝙ talibus dignus ſit reputauerit, hoc quod ex paſsione tolerat ei pro virtutibus reputatur: quia & diuinam agnoſcit iuſtitiam, & ſuam culpam intelligit, & capitulo primo di. Valde neceſſarium eſt iuſtum in hac vita, & vitijs tētari, & verberari flagello, vt dum vitijs pulſatur de virtutibus non ſuperbiat, dum vero animi, aut carnis dolore atteritur à mundi amore retrahatur. Durius in hac vita circa ſuos electos agit, vt dum fortioribus flagelli ſtimulis feriuntur: nulla eos oblectamenta præſentis vitæ delectent, ſed cœleſtem patriam vbi certa requies expectatur indeſinenter deſiderent. ſic ergo patet, ꝙ dominus ſuos tribulationes pulſat, vt iuxta dictum Pſal. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt: quia ad Deum recurrunt iuxta docu-
Eccl. 38. mentum. Fili in tua infirmitate, ne deſpicias temetipſum &c. In ſuper, vt eos corrigat. In-
Apoc. 3. xta illud. Quos amo, arguo, corrigo, & caſti-
Hiere. 31. go, ac vt à peccato ceſſent. Iuxta illud. Caſtigaſti me, & eruditus ſum.
Nono ad propoſitum loquitur de hoc Eccle-
Eccl. 2. ſiaſticus, dicens. Filij accedens ad ſeruitutem Dei &c. In humilitate patientiam habe: quomodo in igne probatur aurum, & argentum: homines autem, in camino humilitatis &c.

Per illationem iniuriarum, & afflictionū quidam à tentatione validiſsima fuit per quendam patrem liberatus, prout, dicit Ioan. Climac us in libro ſcalarum ſuarum.
Decimo de vitæ futuræ, quo ad præmia, & damnationem proſpectu, & aduertentia. Multos enim timor gehennę à peccato retraxit, & carnis curam abhorrere fecit. Scriptura di. Fili Eccl. 7.
memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Et Gregorius dicit. Nihil adeo valet ad domandum carnis deſideria, ſicut cogitare qualis ſit caro futura. Sed ſuper omnia homines ad carnem crucifigendam inducere debet præmium cœleſtis gloriæ, dicens Apoſtolo. Si autem facta carnis mortificaueritis Rom. 8.
viuetis. Laborum bonorum glorioſus eſt fructus. Sap. 4.
Vndecimo de vitatione conſortij mulierum. Debet enim à viro, qui carnem vult ſubijcere rationi, & ſpiritui mulier vitari. Quo ad aſpectum; quia non aſpicienda Virginem ne conſpicias: ne ſcandalizeris in decore eius, & Eccl. 9.
ſequitur. Auerte faciem tuam à muliere cōpta, & ſequitur. Propter ſpeciē mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis inardeſcit. Quo ad colloquium. Collo- Eccl. 9.
quium illius quaſi ignis exardeſcit. Et Prou. Prou. 5.
Fauus deſtillans labia meretricis, & ſequitur. Nouiſsima illius amara quaſi abſinthiū, & acuta quaſi gladius biceps. Quo ad conſortium, & tactum. Cum muliere aliena, ne ſedeas, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & Eccl. 9. 26.
Qui tenuerit eam quaſi, qui apprehendit ſcorpionem. Et ideo beatus Hieronymus dicit. Si pudicitiam quæris, fœminam quam videris bene conuerſantem; mente viſita non corporali frequentia. Oſtium tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. vide, ne ſub eodem tecto cum eis manſeris, nec in præterita caſtitate confidas. Nec enim Dauid ſanctior; nec Salomone ſapientior, nec Sanſone fortior eſſe potes. Memento, ꝙ paradiſi colonum de poſſeſsioue ſua mulier eiecerit. Solus cum ſola, & abſque arbitris non ſedeas. Crede mihi non poteſt cum domino toto corde habitare; qui fœminarum acceſsibus copulatur. Ego iudico ſi cum viris fœminæ habitēt, viſcarium diabolo non deerit. hæc Hieronymus.
Duodecimo de ſenſuum cohibitione. Cum. n. (teſte beato Auguſtino) per Ianuam quinq; ſenſuum, aut mors, aut vita ad animā noſtrā ingrediatur: hinc eſt, ꝙ ſollicitudine ſumma cuſtodire condecet noſtros ſenſus; ne per feneſtras has mors peccati ad animam habeat ingreſſum. Vnde Salomon. Omni cuſtodia Prou. 4.
ſerua cor tuum: quoniam ex ipſo vita procedit. Dina non cuſtodiendo viſum, fuit deflorata. Holofernes; quia oculis cuſtodiam non adhibuit captus de Iudith, ab ea occiſus fuit. Iud. 15.

Amon à Thamat ſenſum viſus non cuſtodien-
do, deſloratione eius fuit ab Abſalon interfe-
3. Re. 13. ctus, & ſic de alijs ſenſibus in ſacro eloquio
plura ponuntur exempla. Quare iuxta dictum
2. Cor. 11. Apoſtoli. Timendum eſt: ne ſicut ſerpens ſe-
duxit Euam aſtutia ſua: ſic & ſenſus noſtri cor
rumpantur à ſimplicitate; quæ eſt in Chriſto
Ieſu. Qualiter ſancti viri cuſtodierunt ſenſus
ſuos longum eſſet retexere. Sic ergo apparet
præfatis, ꝙ dominus noſter, & magiſter tam
exemplo, quàm verbo nos docuit carnem ca-
ſtigare, ſpirituiq; ſubijcere, & hoc vacando
diuerſis laboribus, prout ex iam dictis euiden
ter apparet. Et ſic conſequenter claret prima
pars huius ſeptimæ conformitatis, videlicet.
Ieſus vacans laboribus.

SECVNDA PARS FRVCTVS, ET conformitatis. 7. & 19. in ordine, ſcilicet. Franciſcus imitatur. Expoſitio.

SVMMAM virtutum magi
ſtri noſtri Dñi Ieſu Chriſti
in carnis crucifixione, &
ſi multi fuerunt ſequuti tã
in cætu Apoſtolorum, vt
Galat. 2. patet in Apoſtolo Paulo,
quam in agmine martirũ;
qui corpora ſua tradide-
rut propter Deum ad ſupplicia, & in ordine
patrum, & Anachoritarum; qui vigilijs ieiu-
nijs diſciplinis, & omnibus alijs carnis incõ-
modis ſe afflixerunt. Vt liquet geſta ipſorum
patrum intuentibus; præcipuè tamen imita-
tor præcipuus extitit pater noſter beatus Frã
ciſus: qui carnis ſupercilium legi ſubiecit ſpi-
ritus poteſtatiuè in omnibus, & ſic eum feciſ-
ſe dicit ſecunda pars huius conformitatis di-
cens. Franciſcus imitatur. ſ Chriſtum, & hoc
prout vult hæc conformitas ſpecialiter, quo
ad carnis macerationem, & ſubiectionem per
fectam ipſius carnis ſpiritui, & rationi. Et ad
hoc declarandum, & oſtendendum plura fa-
De abſtinẽ ciunt. Et primum ſi attendamus beati Fran-
tia B. Fran. ciſci victum. Victus enim beati Franciſci fuit
in cibis. arctus, & ſingularis. Quod patet primo ſi at-
tendatur cibus, habitus, & vius poſt ſuam per
fectam ad dominum conuerſionẽ. Dum enim
beatus Franciſcus eſſet ad dominum conuer-
ſus poſt dimiſſionem omnium mundanorũ,
& abdicationẽ factam patri carnali corã Epi
ſcopo Aſsiſij; & ſtaret cum ſacerdote Eccleſię
ſancti Damiani: cuius reparationi mandato
crucifixi intendebat, & dictus presbyter con-
ſiderando beatum Franciſcum delicioſè nu-
tritum; pro victu ei aliquid faceret omni die
ſpeciale; hoc perpendens vir ſanctus dixit ad
ſeipſum. Hunc ſacerdotem quocũq; perrexe-
ris non ſemper inuenies; qui tibi ſic præpa-
ret, nec eſt hæc via pauperis hominis; quam
elegiſti. Vnde ſacerdoti interdixit; ne aliquid
vlterius præpararet, ſed accepta paropſide
oſtiatim per Aſsiſium mendicando, diuerſa
in paropſide cibaria recepit. Quæ primo ab-
horruit, vtpote inaſſuetus; ſed tandem ſeip-
ſum vincens de pręfatis comedit. Et vt poſt-
modum referebat fratribus: nunquã aliquod
electuarium guſtauerat; quod eidem ſic ſapi-
dum fuerit. Quibus comeſtis tantum cor eius
exultauit in domino: ꝙ caro eius debilis, & af
flicta corroborata eſt ad quæcunque aſpera,
& amara lætanter pro domino toleranda. Vn
de poſtea ſic acquiſita libentius quàm aliter
præparata comedebat. Accepta à beato Fran
ciſco ex auditu Euangelij norma euangelica
in viuendo, & cum Deus eum iam fratribus
fęcundaſſet: ob penuriam eleemoſynæ panis;
quæ ſibi, & ſocijs non ſic, vt decebat in princi
pio donabatur; cum magna ſpiritus conſola-
tione rapas ob panis defectum cum ſocijs co
medebat. Sed multiplicatis iam fratribus,
quali abſtinentia corpus ſuum domuerit ciba
rijs vtendo, dicit quinta pars maioris legen-
dæ: ꝙ ſanitatis tempore cocta cibaria vix ad-
mittebat, & raro. admiſſa vero, aut commix-
tione cineris interdum faciebat amara, aut
aquei ſuperinfuſione liquoris, vt plurimũ red-
debat inſipida. Egrediens vero ad exteriora
iuxta ſancti Euangelij doctrinam ſe cæteris
in comedendo conformabat: ſemper tamen
parcitatem in cibi ſumptione ſeruãdo, vt vix
ſumeret neceſſaria ſuſtentationi naturæ. Re-
greſſus autẽ ad interiora modos inueniebat
pœnitentiæ potiores. Nam quaſi per totum De ieiunio
tempus anni ieiunabat. Quadrageſimam. n. B. Fran.
quando Chriſtus latuit in deſertum, quanta
poterat cibi, & potus arctitudine recluſus in
cella ieiunabat. Ab aſſumptione vero Virgi-
nis vſque ad feſtum ſancti Michaelis ieiuna-
bat ad honorem ipſius archangeli Michaelis.
Quadrageſimam à feſto omnium ſanctorum
vſque ad Domini natiuitatem, & maiorem
quadrageſimam iuxta regulam ieiunabat. Ob
reuerentiam apoſtolorum Petri, & Pauli qua-
drageſimæ ſpecialis ieiunium dedicabat. Pen
tecoſtes etiam à feſto reſurrectionis vſque ad
ſpiritus ſancti miſſionem ieiunabat. De au- De auſteri-
ſteritate vitæ, & pœnitentiæ. B. Franciſci lo- tate vitæ.
quens ſanctus Frater Egidius dixit. Quod ſi B. Fran.
B. Franciſcus habuiſſet corpus ſanum, & for-
te, vt ipſe, ad id, quod pœnitentiæ effeciſſet,
totus mundus eum ſequi non potuiſſet. Abſti-
nentia ergo cibi aſsidua ſuũ caſtigabat, quod
habebat corpuſculum, vt domeſticum ſibi ho-
ſtem perfecte ſubigeret, & candidum veſtimẽ
tum mundiciæ à voluptatis incendio præſer-
uaret. Non ſolum beatus Franciſcus arctitudi
nem in cibo tenuit quo ad paucitatem: ſed
quo ad qualitatem. Cum enim, ſiue inuitatus
ab aliquo, ſiue non, propter amorem ſanctæ
pauper-

paupertatis (vt dictum eſt conformitate quarta huius ſecundi libri) mendicando ante ſemper iret, de pane acquiſito fruſta viliora cum ſumma parcitate ſumebat, & dicebat fratribus. Non fui latro de eleemoſynis acquirendo eas, vel vtendo vltra neceſſitatem. Semper minus accepi, quam me contingeret, ne alij pauperes fraudarentur portione ſua: quia cõtrarium facere furtum eſſet. Quando vero panis ordeacei fruſta mendicando inueniebat; tunc lætabatur, & gaudebat, vt patuit cum panem mẽdicando cum fratre Maſſeo, dum iret verſus Franciam, gratias Deo referendo, panis præfati fragmenta comedit, vt dictum eſt libro primo conformitate octaua. Si quandò ratione infirmitatis carnes comediſſet, vel coquinam conditam lardo, ad proprij corporis vindictã animatus, & opprobrium, mira exercebat ad carnis macerationem, ſuique contẽptum. Cum in quadam infirmitate de pitantia comediſſet, tempore magni algoris nudũ, & quartanarium de Eccleſia ſancti Ruffini Aſſiſij ſe fune iniecta collo trahi fecit per ſocium vſque ad locum malefactorum in platea ciuitatis, vbi populo congregato facta prædicatione in fine dixit eis, ꝙ non erat, vt ſanctus ab eis honorandus: ſed vt gluto, quia in illa infirmitate carnes comederat, ab omnibus reputandus, & contemnendus. Vice alia in Eremitorio Grecij, cum coquinam comediſſet cum lardone, magno populo ad eius prędicationem congregato, ſe de hoc acriter accuſauit. Nolebat inſuper ad corporis opprobriũ animatus in menſa comedere tobaleis, & alijs præparata: immo in terra ante comedere malebat, vt patuit cum apud Reate fratres propter aduentum vnius miniſtri in natali Domini menſam præparaſſent, (in terra enim comedit) fratribus in commoda; quæ paſſa eſt beata Maria cum filio tali die, ingerens. Cum minoribus fratribus, & ſimplicibus libentius comedebat, quàm cum maioribus, vt in præfatis conformitatibus de humilitate, & prophetia eſt dictum. Dicebat beatus Franciſcus fratribus; qui excedebant modum paupertatis in cibo. Non putant fratres, ꝙ corpori meo eſſet neceſſaria pictantia? ſed quia oportet me eſſe formam, & exemplum aliorum nolo vti, ſed volo eſſe contentus paucis, & pauperculis cibis, & omnibus alijs rebus vti ſecundũ paupertatem: atque ſumptuoſa, & delicata penitus abhorrere Sic beatus. F. rigidus in ſe, omnia tamen volebat fieri cum diſcretione, & fratribus dicebat. Vnuſquiſque conſideret naturam ſuam; quia licet aliquis veſtrum ſuſtentari valet pauciori cibo, quàm alius: nolo tamen, ꝙ ille; qui maiori cibo indiget, nitatur illum in hoc imitari: ſed naturam ſuam cõſiderans, tribuat corpori ſuo neceſsitatem ſuam: vt ſufficiat ſpiritui ſeruire; ſicut enim à ſuperfluitate comeſtionis: quæ obeſt corpori, & animæ tenemur nobis abſtinere, & cauere: ita etiam à nimia abſtinentia (immo magis) quoniam Deus miſericordiam vult, & nõ ſacrificium. Nonne ipſe condeſcendit (vt iam dicta in præcedentibus dicunt) fratri; qui nimia abſtinentia in nocte deficiebat ei mẽſam præparando, & ad verecundiam ſibi tollendã cum ipſo comedendo? Sic & alteri, cum ad comedendum vuas in vineam ducendo, & ne ruborem haberet prius de vuis deguſtando, & tollendo. Corpus ergo ſuum paucitate cibi, & aſperitate caſtigabat omnino.

De abſtinẽtia B.F. in potu.

Secundo patet beati Franciſci abſtinentia, & corporis edomatio ſi inſpiciamus eius potũ: de quo legenda maior. parte. 5. loquens dicit. De potu vini quid dicam? cum & de aqua quãdo ſitis eſtuaret ardore, vix audebat ad ſufficientiam bibere. Et quia in potu abſtinentiſsimus fuit, ſaluator noſter pijſsimus, dum vinũ ipſe beatus. Fr. appeteret non ad voluptatem: ſed ad naturæ neceſsitatem apud Eremum ſancti Vrbani, & non adeſſet, aquam eidem conceſsit commutare in vinum. Sic & ſitienti viro: cuius beatus. F. vehebatur aſello, aquam oratione ipſius Chriſtus propinauit in mõte.

De rigitate. B. Fr. in veſtimentis.

Tertio. Apparet erga corpus beati. F. rigiditas ſi inſpiciamus eius cultum, ſeu corporis amictum, & tegumentum. Veſtis. n. horrebat (vt dicit 5. pars legendæ maioris) molliciem, aſperitatem amabat aſſerens propter hoc Ioãnem Baptiſtam à Domino fuiſſe laudatum. Si quando vero in ſibi data tunica lenitatem ſentiret cordulis eam contexebat interius; quia non in caſulis pauperum; ſed in palatijs principum iuxta veritatis verbum veſtimentorum dicebat requirendam molliciem. Experiẽtia enim certa didicerat demones aſperitate terreri: delicioſis autem, & mollibus ad tentandum fortius animari. Vna tantum contentus tunicula in frigore, & nuditate domino ſeruiebat. Circa vero eius mortem tam propter ſanguinem; qui exibat de plaga vulneris lateralis: quam propter infirmitatem, fratres ſocij tunicas habituales plures ei fecere ad ipſum mutandum: nunquam tamen vltra tunicam habitualem, nec habuit in dorſo, nec tenuit. Tunica enim habituali, chorda, & femoralibus diues vſq; ad mortẽ fuit. Semel apud Eremitorium ſancti Eleutherij de Reate propter magnum frigus tunicam ſuam, & ſocij intus quibuſdam petijs repeciauit; propter quę corpus eius cępit aliqualiter conſolari. Sed Paulo poſt ab oratione rediens dixit ſocio ſuo. Me oportet eſſe formàm, & exemplũ omnium fratrum, & ideo licet corpori modo ſit neceſſe habere tunicam repeciatam: tamen me oportet conſiderare alios fratres meos; quibus iſtud idem eſt neceſſe, & ideo nolo habere tunicam ſic abintus repeciatam: quia ipſi

forſitam

forſitan nec habere poſſunt. Vnde in hoc oportet me eis condeſcendere, vt ego patiar eaſdem neceſsitates, quas & ipſi patiuntur: vt hoc in me videntes magis patienter valeant ſuſtinere. Cum propter infirmitatē ſplenis, & ſtomaci, & quia magnum frigus erat vnus ex ſocijs guardianus ſuus vellet ſuere ſub tunica habituali aliquantulum ad ſplenem, & ſtomacum, de pelle vulpis, reſpondit beatus Franciſcus dicens. Si vis, vt habeam ſub tunica de pelle vulpis, pone vnum fruſtum deſuper, vt homines videant, ꝙ interius habeo pellem vulpis, & ſic factum eſt, & ſi parum portauerit. Raro enim, vel nunquam tunicam nouam volebat portare: ſed dando eam alteri; quærebat aliquam ab alio fratre diu portatam. Tuniculam etiam habere volebat de pecijs repeciatam. Et quandoque ab vno fratre accipiebat partem tunicæ ſuæ, & ab altero aliam partem, & adinuicem conſuendo deferebat. Fratribus tunicam habitualem petentibus dabat libenter. Id enim fecit duobus fratribus de Francia. Nam petentibus eius tunicam ſtatim conceſsit. Pauperibus, ſi habebat mantellum, vel pannum ſtatim dabat. Sic etiam faciebat de tunica dando, vel diſſuēdo, & partem pauperibus erogando. Et quia veſtimento rudi, vili, & groſſo, ac deſpecto in præſenti vita fuit vſus. B. Fran. Fratri Petro de Monticello Beatus Franciſcus cum Ioanne Euangeliſta apparens, glorioſior eo in veſtitu eſt viſus, & cauſa à beato Ioanne fratri Petro interroganti eſt data; quia in præſenti vilioribus eo fuit indutus. Execrabatur ipſe pater beatus Franciſcus veſtitos triplicibus, & qui præter neceſsitatem mollibus vtebantur in ordine veſtibus. Neceſsitatem vero; quam non ratio; ſed voluptas oſtentat, ſignum extincti ſpiritus aſſerebat. Vnde, & dicebat, & ſupra fructu. 12. primi libri. parte ſecunda. cap. 36. eſt dictum. Nulla occaſione fratres volebat habere pluſquam duas tunicas: quas cōcedebat pecijs ſuffulciri. Exquiſitos pannos horrendos eſſe dicebat, & acerrime mordebat oppoſitum facientes, atque vt ſuo exemplo tales confunderet, ſemper ſuper tunicam ſuam ſaccum aſperum conſuebat. Fratribus autem, quos vrgebat neceſſitas, vel infirmitas indulgebat aliam tunicam mollem de ſubtus ad carnem: ita tamen, ꝙ cōformis in habitu aſperitas, & vilitas ſeruaretur. Dicebat enim cum dolore maximo. Adhuc tantum relaxabitur rigor ordinis, & dominabitur tepor: ꝙ filij pauperis patris non verebuntur portare etiam ſcarlatinos pānos ſolo colore mutatos. Interrogatus quandoq; quomodo veſtitu tam tenui poſſet ſe ab hiemalis algoris frigore tueri, in ſpiritus feruore reſpondit. Si ſupernæ patriæ flamma per deſiderium contegeremur interius, frigus iſtud exterius facile portaremus. In morte denique ſua iuſsit exequialem tunicam ſacco operiri. Demum victu, & veſtitu tanta rigiditate cum alijs corpus ſuum fatigauit, & domuit; ꝙ in mortis articulo ſe culpabilem fratri corpori dixit eſſe: eo ꝙ ipſum male pluſquam deceret tractauerat.

De aſpitate B. F. in ſtratu.

Quarto aſperitas beati Franciſci erga corpus apparet ſi eius attendamus lectum, vt enim quinta pars legendæ maioris dicit: Lectulus laſſato corpuſculo erat nuda humus, & ſi ſedens multotiens dormiret. Ceruical vero lignum, vel lapis. Et quia in pluma vir ſanctus dormire nolebat, in Eremitorio Grecij infirmitate oculorum grauatus, ſemel habuit ceruical de pluma ad caput: quod diabolus intrans, eum per totam noctem non permiſit dormire. Et cum ſic fuiſſet vexatus, ſocium vocauit ei mandando, vt ipſum ceruical longius aſportaret: quod faciens rigidus effectus in membris à diabolo loquelam amiſit. Sed beato patre eum vocante, dum eius vocem audiuit, omni effugata rigiditate loquelam rehabuit. Non ſolum lectum huiuſmodi de pluma habere voluit, ſed nec fratres habere permiſit. Vnde in capitulo generali, quod de caticinis apud ſanctam Mariam de Portiuncula celebratū eſt vocatum, vbi fuerūt vltra quinq; millia fratrum oēs iacebant ſuper terram, aut ſuper paleas: quod videns. D. Cardinalis Oſtiēſis, vt ſuperius ſæpe dictum eſt flebat. Nam quàm diu beatus Franciſcus vixit in loco ſanctæ Mariæ ſemper fratres in terra comedebant. Verum & ſi in cibo, & potu, veſtitu, & lecto, vt patet ex prædictis B. Franciſcus ſibi ipſi fuerit rigidus, & auſterus, conſiderans, & intelligens propter animam corpus eſſe creatum, & actus corporales propter ſpirituales eſſe agendos: dicebat tamen fratribus. Seruus Dei in comedendo, & bibendo, & alias corporis neceſsitates ſumendo, debet cum diſcretione corpori ſuo ſatisfacere, ita quod frater corpus non valeat murmurare dicens nō poſſum ſtare rectus, & inſiſtere orationi, nec in tribulationibus meis lętari: nec alia bona opera operari: quia non ſatiſfacis indigentiæ meę. Si vero ſeruus Dei cum diſcretione, & ſatis bono modo, & honeſto ſuo corpori ſatiſfaceret: & frater corpus vellet eſſet negligēs, & pigrum, vel ſomnolentum in oratione, ieiunijs, & alijs bonis operibus, tunc deberet ipſum caſtigare tanquam malum, & pigrum iumentum: quia vult comedere, & non vult lucrari, nec onus portare &c. vt ſupra fructu 12. primi libri parte 2. cap. 11. dictum eſt Et non ſolum beatus Fr. lectum abhorruit: ſed ſomnum euitauit vigilando in orationibus: & ſi aliquando fingeret dormire, ne agnoſceretur orare, ſicut patuit quando cum fratre Bernardo exiſtente ſeculari dormiuit. Qui fingendo ſe ſtatim poſt cœnā velle dormire: ad orandum

dum

dum poſt modum ſurgens per totam noctem in oratione perſtitit, vt dictum eſt in conformitate octaua. Sic à quodam puero nouitio obſeruatus; cum ſuam chordam cum chorda beati F. ligaſſet, poſtea ſolutam chordam, & plane beatum Fran. ſurrexiſſe inuenit, & illuã ingreſſus inuenit eum cum Chriſto beata Maria Ioanne Baptiſta, & Ioanne Euangeliſta loquentem. Frequentiſsime etiam per totam noctem in orationibus pernoctabat, ſicut frater Leo pluries eſt expertus in monte Aluernæ eũ videndo ſubleuatum, & cum Deo loquẽtem, & alij eius ſocij in locis alijs.

Quinto, ſi rigiditatem beati Fr. ad ſuum corpus cupimus videre, ipſius corpus intueamur multipliciter ſubiugatum. Ipſe enim beatus F. cum fuerit nutritus multum delicate nihilominus corpus noluit poſt conuerſationẽ ſuã in delitijs tenere, ſed in auſteritate.

Primo quo ad frigus. Nã expoliãdo ſe coram Epiſcopo Aſsiſij fuit vili mantello ſibi dato, ex ipſo formando habitum indutus. Et ſemper vt dictum eſt ſolam tunicam detulit habitualem, & diſcalciatus ſiue tempore hiemali ſiue alio tempore.

Secundo quo ad onus. Nam pro reparatione trium eccleſiarum videlicet ſancti Damiani. Beati Petri, & ſanctæ Mariæ de Portiuncula, quas reparauit procurando lapides, & portando, corpus ſuum multipliciter afflixit.

Tertio quo ad ſeruitium. Relicto enim mundo ſtatim ad ſeruiendum leproſis ſe tranſtulit lauando eis pedes, ligando vlcera, educendo plagarum putredinem, & ſaniem abſtergẽdo, & feruore inaudito vlceroſarum plagaru ruebat in oſcula, vt ſic ſaturatus opprobrijs carnis ſupercilium legi ſpiritus poteſtatiue ſubderet, ſuique dominium hoſte ſubacto domeſtico pacifice poſsideret.

Quarto quo ad pabulum. Cibo enim tenuiſsimo, vt dictum eſt, corpus ſuum quoad vixit ſuſtentauit.

Quinto quo ad inceſſum. Nam & ſi poſt conuerſionem ſuam per duos annos calciamenta in pedibus tulerit; audito tamen Euangelio; quod non deferre, ſtatim calciamenta ipſa depoſuit, & nudus pedibus ſemper inceſsit.

Sexto quoad iter, & peregrinationem. Secularis exiſtens ob reuerentiam Apoſtolorum Romam iuit. Factus autem frater viſitauit pluries limina Apoſtolorum Petri, & Pauli: ſanctum Iacobum de Galicia: ſanctum Angelum de monte Gargano, & domini ſepulchrum. Ob prædicationem vero omnia loca Italiæ, & quod maius eſt ter ad partes infidelium acceſsit.

Septimo quo ad verbera. In eremitorio de Sartiano ad edomandum carnis tentationem ſe duriſsime verberauit. Similiter magni algoris tempore in foueam glacie, & niue plenam ſe plerunq; immerſit, vt domeſticum hoſtem, ſcilicet carnem perfecte ſubijceret, & candidum veſtimentum pudoris à voluptatis incendio præſeruaret. Vnde corpus ſuum fratrem aſinum appellabat tanquam laborioſis ſupponendum oneribus, crebris cedendum flagellis, & vili pabulo ſuſtentandum.

Sexto apparet beati Fran. quo ad corpus afflictio, ſi inſpiciatur eius exercitium, & labor. Otium enim tanquam omnium malarum cogitationum ſentinam docebat ſummopere fugiendum. Exemplo demonſtrans carnem ſpiritui rebellem, diſciplinis continuis caſtigandam, & fructuoſis laboribus ſubiugandam. In principio ſuæ conuerſionis eccleſia ſancti Damiani reparata; ne corpus torperet inauia ad reparandum duas alias ſe dedit, ſcilicet beati Petri, & Virginis glorioſæ. Scopabat eccleſias, quando in alio non poterat occupari. Ibat in principio religionis ipſe ſolus ad panẽ quærendum, non ſine magno ſui corporis labore, & fatigatione. Exercitium, & laborem oſtendit factus euangelicus præco: quia ad prædicandum erat à domino deſtinatus. Hac de cauſa nunquam in eodem loco ſtabat: ſed ad inſtar Chriſti terras diuerſas circuibat, & loca. Ipſe non ſolum otium vitabat laborando, & ſemper aliquid exercẽdo, ſed & fratres inuitare voluit, volẽdo, & concedendo, quod fratres laborarent manibus, vt dicit regula, & in teſtamento dimiſit, vt otium animæ inimicum, omnino à fratribus excluderetur. Vnde dicebat volo fratres meos laborare, & exercitari: ne otio dediti per illicita corde, vel lingua vagentur. B. Franciſci exemplo inducti fratres antiqui de labore proprio panem ſuũ comedere volebant, ſicut dictum eſt de ſancto fratre Egidio: & de fratre Iunipero conformitate octaua, primi libri.

Septimo apparet beati Franciſci auſteritas: ſi intellectum vertamus ad locum. Beatus enim Franciſcus, vt poterat hominum conſortia fugiebat: & ad loca remota pergebat libenter, & ſtabat, vt patet de eremo ſancti Vrbani: ſancti Eleuterij de Reate: loci de Grecio: ſacri montis Aluernæ: montis Caſalis prope Burgum ſancti Sepulchri, & ſic de alijs. Accipiebat enim loca, prout poterat à gentibus ſeparata. Multa enim loca in prouincia ſancti Franciſci, Romana, & Tuſciæ, ac aliarum prouinciarum accepit: quorum nonnulla ſunt dimiſſa, & pauca à fratribus retenta: quæ vtiq; ſolitaria erant, & deuota. Pauca enim loca in ciuitatibus accepit, & caſtris: in locis vero ſolitarijs degendo in omni arctitudine vitam ducebat, regulam ad litteram & ſanctum Euangelium obſeruando. Et multotiens in dictis locis ſtans ſe intra cellam claudebat: in qua pluribus diebus morabatur: nec permittebat ſe ab alio, niſi à ſocio viſitari. Et tunc quicquid

pulueris

pulueris ex conuerſatione humana eidem inhæſerat, lachrimis expiabat, & oratione. Vacabat etiam meditationibus diuinorum, ſicut Epiſcopus Aſiſinas in ſe correctione diuina fuit expertus, Frater Leo, & alij ſocij eiuſdē patris. Nec in talibus cellas habere volebat de lapidibus, ſiue de lignis dolatis: ſed de paleis, ſiue arborum ramis. Cellam de lignis dolatis à fratre quodam præparatam nolebat inhabitare, niſi prius interius, & exterius de paleis; & arborum ramis tegeretur: adeo vt de lignis præfatis nihil penitus appareret. Ad dicta loca, ſi ſanus erat ibat per ſe ſi vero debilis erat, vel infirmus faciebat ſe ſuper aſinum ab alijs illuc deduci, ſicut patuit quando fontem in monte oratione produxit homini, cuius tunc ipſe vectabatur aſello.

Octauo. Beati Fran. apparet ad corpus rigiditas ſi tempus videamus. Vbi ſciēdum, quod beatus Fran. non vno tempore rigidus in diſciplina ſuper cuſtodiam ſuam ſtetit, & ſtabat ſed omni tempore. Non ſicut quidam qui incipiunt, & ſtatim deſinunt, ſed ſemper quod incæpit ſeruauit. Si de ieiunio loquimur, per totum quaſi annum ieiunabat quadrageſimas multas faciendo, vt dictum eſt. Si de veſtitu arcto, vſq; ad mortem tunica, chorda, & femoralibus fuit contentus. Si de ſeruitio domini circa leproſos, circa finem ſuæ vitæ, & ſi eſſet infirmus ad humilitatis cupiebat redire primordia, vt leproſis ſeruiret, ſicut fecerat à principio. Si de paupertate, nihil in proprio, vel in communi vnquam vſq; ad mortem habere voluit: nec fratres permiſit, immo in morte ſe denudauit, vt fœdus, quod cum ſancta paupertate inierat non ſolum in vita; ſed in morte ſeruaret. Si de obedientia, vſq; in finem ſuæ vitæ habere guardianum voluit, cui in vita, & in morte humiliter obediuit, vt patet de conceſſione tunicę habitualis ſibi in mortis articulo conſtituto, & nudo, & mandato facto; cui paruit reuerenter. Si de cuſtodia caſtitatis, vſq; in finem ſollicitudinem aſſiduam geſſit de impretiabilis cuſtodia theſauri. Si de amore ad Chriſtum, & fratres, vſque ad finem tenuit, & oſtēdit, vt patet, legendam de eius tranſitu legenti.

Nono rigiditas beati Fr. apparet ad corpus, ſi videamus verbum. Et ſi verbo beatus Franciſcus fuerit diſertus; non tamen verbis otioſis aliquando fuit deditus, ſed diuinæ laudi prædicationi fratrum, & ſecularium, vel informationi, & ſuccinte, prout in regula mandauit, vacabat. Nec loquebatur de ſecularibus; ſed de diuinis ſemper. Vnde die quadam loquendo de Deo cum ſocijs. Ieſus in ſpecie iuuenis pulcherrimi apparuit in medio eorum. Occulta, quæ ſibi diuinæ ſapientiæ à domino pandebantur non pandebat exterius: niſi quātum zelus fraternæ ſalutis vrgebat, & ſupernæ reuelabat inſtinctus. Quomodo ad verba otioſa eius lingua laxaretur; quæ ſæpiſsime cum Deo, & beata Virgine fuit loquuta: ſicut patet, quando indulgentiā ſanctæ Mariæ de Portiuncula à Chriſto (mediante beata Virgine) impetrauit. In monte Aluernæ, vt Frater Leo audiuit, & vidit cum Ioanne Baptiſta, & Euangeliſta, ſicut etiam puer quidam à propoſito obſeruando beatum Fran. vidit. & audiuit Cū ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, vt fuit Romæ in eccleſia ſancti Petri, quando eum amplexati ſunt. Et non modo ſemel cum Chriſto, Virginis, & ſanctis fuit loquutus: ſed multotiens, vt eius facta pandunt: Linguam ſuam laxabat ad prædicationes deuotas: quas non ſolum homines: ſed & volucres libēter audiebāt. Ad informationes particulares, per quas ad Chriſti ſeruitutes multos attraxit. Vt patuit de beata Clara, & alijs multis. Ad diuinū officium, quod Deo cum ſumma deuotione, & attentione tanquam Deo præſenti perſoluebat (licet infirmus) non hærendo parieti; ſed rectus ſtabat, cum capite diſcooperto, & aliquando genuflexus. Et non ſolum ipſe, ſed & fratres voluit: vt euangelicum ſeruarent ſilētium; vt videlicet ab omni verbo otioſo omni tempore abſtinerent ſollicite tanquam reddituri in die Iudicij de huiuſmodi rationem. Sed ſi quem fratrem inueniſſet verbis aſſuetū inanibus, acriter arguebat; taciturnitatē modeſtam, & puri cordis affirmans cuſtodiam, & non modicam eſſe virtutem, pro eo, quod mors, & vita fore dicātur in manibus linguæ: non tam ratione guſtus; quam loquelę.

Decimo auſteritas beati. Frā. ad ſuum corpus apparet, ſi ad viſum, & eius aſpectum oculos deligamus. Sic quidem à contuitu mulierum oculos auerterat, vt quaſi nullā in facie agnoſceret. Ipſarum familiaritates, colloquia, & aſpectus; quæ multis occaſio ſunt ruinæ ſolicitius euitari iubebat, aſſerens per huiuſmodi debilem frangi, & fortem ſæpe ſpiritum infirmari. Harum contagionem euitare conuerſantem cum eis, niſi probatiſsimum virum: tā facile dixit, quàm iuxta ſcripturam ambulare in igne, & non comburere plantas. Non.n. ſecurum eſſe putabat mulierum introrſus haurire imagines; quæ poſſunt, aut edomitæ carnis ſuſcitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem. Aſſerebat etiam friuolum eſſe mulierum colloquium (excepta confeſſione, vel inſtructione breuiſsima) iuxta quod ſaluti expedit, & cōgruit honeſtati. Quæ (inqit) ſunt religioſo cum muliere tractanda negocia, niſi cum ſanctam pœnitentiam, vel melioris vitæ conſilium religioſa petitione depoſcit? Ex nimia ſecuritate minus cauetur hoſtis, & diabolus ſi de ſuo capillum potet habere in homine, cito facit excreſcere in trabē. Sic ergo in viſu; & contuitu rigidus fuit, vt

quaſi

quaſi nullam per viſum cognoſceret mulieré. Vndecimo apparet beati.Frã.ad corpus rigiditas, ſi attendatur hoſtem.ſ. diabolum; quẽ à ſe ſua rigiditate expulit in Eremo de Sartiano ſe diſciplinando.& in niues immergendo. Superauit in Eccleſia ſancti Petri de Beuanio. Cum ipſo multoties manu conflixit ad manum vitæ rigiditate,& oratione,& vicit:& demum à multis ipſum violenter eiecit. Non dedit beatus.F.vitæ arctę relaxatione,ſeu abſtinentia aliquando locum diabolo: quare in pace ſua poſsidens ab hoſte minimè aliquando fuit ſuperatus.

Duodecimo apparet beati.Frã.ad carnem rigor. Si ab eius anima quæratur, & ſpiritu: an prædñati fuerint ipſi per omnia. Et certe dicent, ꝙ beatus.F. carnem ſuam crucifixit cum vitijs & concupiſcentijs, ſic vt perfectè ſe ſpiritui ſubderet,& in his; quæ Dei ſunt ſine difficultate pareret. Et licet eius caro per omnia ſpiritui foret ſubiecta: nihilominus ei flagella,& pœnas; ne à propoſito reſiliret irrogare non deſtitit quoad vixit: vt alijs ſic faciendi exemplum præberet.& formam. Sic ergo.12. præmiſsis manifeſtè apparet ad inſtar.D.Ieſu Chriſti beatum patrem.F. carnem laboribus, & alijs afflictionibus varijs eidem illatis ipſam poteſtatiue ſpiritui ſubiecіſſe. Et quemadmodum in alijs præcedentibus, ſic & in hoc caput totius perfectionis Chriſtum imitatum fuiſſe, prout ſecunda pars iſtius.17.conformitatis dicebat.

FRVCTVS OCTAVVS, ET CONformitas, & in ordine.20. Ieſus pacem dans fluctibus. Franciſcus ſolidatur. Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus pacem dans fluctibus.

OMNIVM ſaluator Ieſus Chriſtus, cum mirabilia operetur abſque numero aſsidue, prodigia faciendo, in cœlo ſurſum, & ſigna ſtupenda in terra deorſum; fueritq; mirabilis in mundi exordio cœlum creando,& adornando fidelibus, legeq; ęterna in ſuo motu regulando. In terra tot herbis, arbuſtis, animalibus, volucribus, fluuijs, & fontibus adornando. In aquis diuidendo aquas; partem quarũ ſtatuit in ſupremo.ſ. ſupra firmamentum, reliquam in inferioribus collocando, ipſas diuerſis piſcium generibus fęcundando: Temporis in proceſſu poſt innumera exhibita opera, ſuæ diuinitati teſtimonium perhibentia; ad faciendum in mari præclara tranſijt, & ſtupenda, vt dominus cœli, terræ, & marium firmiſsimè teneretur, & probaretur. Sed quia nomen maris in ſacro eloquio varie accipitur tam miſticè, quàm litteraliter: quomodo ſit operatus in mari mirabilia: quia prima pars iſtius octauæ conformitatis dicit ipſum dominum Ieſum pacem dediſſe fluctibus ipſius maris; ac per hoc mira exhibuiſſe, eſt breuiter nunc diſſerendum. 1

Nomen maris miſticè, & figuratiuè aliquando accipitur pro ipſa pœnitentia, & homine in pœnitentia exiſtente, iuxta quod habetur, vbi de vero pœnitente dicitur. Magna eſt velut mare contritio tua) Et habetur, quòd Angelus deſcendens de cœlo, poſuit pedem dextrum ſupra mare: ſiniſtrum vero ſupra terram: quia Deus pedem dextum.i. ſuæ gratię, & miſericordiæ ponit ſupra pœnitentes, & demum collocat ad ſuam dexteram: Terreſtres vero, & terrenis deditos nõ reſpicit gratiam eis infundendo, & perſeuerantes à ſe reijcit, & in futuro collocat cum ſiniſtris. Tren. 2. Apoc. 10. Nota.

Secundo accipitur mare ſecundum beatum Ambroſium pro mundo iſto. Et ſic exponit illud. Hoc mare magnum, & ſpacioſum manibus illic reptilia, quorum non eſt numerus. id eſt diuerſa genera inimicorum: qui ſecundum noſtrarum virium quantitatem compenſato nobiſcum agone luctantur &c. Pſal. 103.

Tertio accipitur ſecundum Bernardum ſuper cantica.ſermone.13. pro Chriſto domino noſtro. Et ſic exponit illud. Omnia flumina intrant mare &c.

Quarto modo accipitur litteraliter. Et ſic accipitur Gen.1. Vel ſecundum modum loquendi iudæorum; qui quamlibet congregationé aquarum, mare appellant. Et ſic accipitur in propoſito pro expoſitione huius primæ partis huius octauæ conformitatis. Accipiendo ergo mare primo modo, dico; ꝙ accipitur pro pœnitentia,& pœnitente veraciter. Pœnitẽtia enim per mare accipitur,& ſignificatur. Primo ratione amaritudinis, dicitur enim mare ſecundum Iſidorum ab amaritudine: quia aquas habet amaras, vt patet experientia. Pœnitentia enim,& ſi iuſtis ſit dulciſsima, & ſic ẽt debeat eſſe peccatoribus, vtpote: quia ea mediante veniam inueniunt, & gratiam: tamen in delicijs mũdi conſtitutis, & vitijs deditis, valde aſpera videtur,& amara. Filijs Iſrael in delitijs Aegypti nutritis: aquę Marath in deſerto apparebant amaræ. Arcta enim eſt via ſcilicet pœnitentia; quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui ingrediuntur per eam. Tales enim delectat peccare: ſed non pro peccato pœnitere. Contra tales loquitur Auguſ. Pſal. quinquageſimo di. Sunt multi, quos peccare non pudet, ſed pudet agere pęnitentiam. O incredibilis inſania, de vulnere ipſo non erubeſcis,& de ligatura vulneris erubeſcis. Nonne vulnus fędius,& putridius eſt? Confuge ergo ad medicum age pęnitentiam dic. Iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meũ Gen. 1. Pœnitentia aſsimilatur mari. Exo. 15. Math. 6. Pſal. 50. Attende.

côtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, qui ſolus es ſine peccato. Ad pęnitentiam exercendam, & ſi appareat amara hortatur nos. Bea. Bernardus in quodam ſermone dicens. Fugite de medio Babilonis, & ſaluate animas veſtras: volate ad vrbes refugij: vbi poſsitis, & de præteritis pęnitentiam agere, & in præſenti obtinere gratiam, & futuram gloriam fiducialiter præſtolari. Non vos retardet conſciētia: quia vbi peccata ſuperabundauerunt, ſuperabundare conſueuit, & gratia, nec pęnitentiæ ipſa auſteritas deterreat: non enim condignæ ſunt paſsiones huius ſeculi, & temporis ad præteritam culpam, quæ remittitur: non ad præſentis conſolationis gratiam; quæ immittitur: non ad futuram gloriam; quæ promittitur. Si verbis non creditis, operibus credite, exemplis acquieſcite plurimorum. Currunt vndique ad pęnitentiam peccatores, & natura pariter, & conſuetudine delicati. Nihil credentibus impoſsibile. Nihil amantibus difficile. Nihil aſperum mitibus. Nihil humilibus arduum reperitur: quibus & gratia ſit in auxilium, & obediendi deuotio lenit imperium.

Secundo pœnitentia mari aſsimilatur ratione impetuoſitatis, & vertiginis. Mare enim dicitur pelagus id eſt vndas pellens. Sic pœnitentia vndas tentationis diaboli pellit, & elidit, Hoc patuit in Abbate Antonio, & pluribus alijs, qui impetus tentationum ſancta pęnitentia coercuit. In capite Chriſto; qui in deſerto pęnitentia diaboli triplicem tentationem ſuperauit, & repulit.

Tertio pœnitentia aſsimilatur mari ratione tranquillitatis. Poſt commotionem, mare dicitur æquor; quia in mari aquæ æquantur poſt tempeſtatem. Sic anima per pęnitentiam tranquillatur in conſcientia; quia vbi erat remorſus, deſinit, & vbi à diabolo inquietabatur, pacata remanet, & quieta. Patuit in beato Benedicto; qui pœnitentia peracta contra carnis incendium ex tunc in pace à tali vitio, & quietus permanſit, vt docet beatus Gregorius. 2. dialogorum. Verum mare, & ſi tempeſtuoſum ſit à vento tamen ſubtracto quieſcit, & eius amaritudo per nubium ab ipſo ſublevationem dulceſcit, ac eis aquę per ſubterraneas demanationes: Sic & pœnitentia, vbi ventus mundanæ delectationis abijciatur, nubes vero adſit, id eſt contemplatio cœleſtium, & meditatio adſit inferorum, non ſolum homo inſtigatur ad pœnitentiam exercendam; ſed fructus dignos efficit pęnitentiæ: prout in ſimili declarat beatus Gregorius. 3. dialogorum exponens illud, q Caleph dedit Aſſæ filiæ irriguum ſuperius, & inferius. Vbi duos compunctionis declarando modos, contemplatione cœleſtium, & attentione inferorũ ad bonũ pādit hominē citari, & in bono ſolidari. Iudic. 1.

Non ſolum pœnitentia, & verus pœnitens mare poteſt dici ex præfatis, ſed ex effectibus; quos mare cauſat ſpiritualiter intelligendo. Mare enim, vt docet experientia.

Primo eſt ſui purgatiuum. Cadauera immunda, & mortua (vt dicit Gregorius) à ſe expellit, & reicit. Pœnitentia à peccato purgat: in ſignum cuius di. beatus Petrus. Pœnitemini, Act. 3.
vt deleantur peccata veſtra. Et q pęnitentia deleantur, & purgentur peccata, habetur. de Dauid, qui poſt adulterium, & homicidium dixit. Peccaui, & ſequitur. dominus tranſtulit peccatum. 2. Reg. 12.

Secundo per venas occultiſsimas ſui diffuſiuum (vt dicit Iſidorus ſuper Eccleſiaſticum) eſt mare. Pœnitentia à pelago infinito diuinæ pietatis venam attrahit indulgentiæ peccatori. Patuit in Maria Magdalena: cui dominus omnia peccata dimiſit. Lucæ 7.

Tertio mare eſt animalium diuerſarum formarum productiuum, vt dicit Rabanus ſuper 43. cap. Eccl. & plurium quam ſint in terra. Pœnitentia in anima virtutes diuerſas multiplicat, & producit. patet in Ioanne Baptiſta: qui ob innumeras virtutes Chriſtus fuit creditus. Nota. Ioan. 1.

Quarto mare licet ſit fluidum: multorum tamen durorum eſt generatiuum, vt patet de cōchilibus, & teſtis plurium piſcium, & de lapidibus præcioſis, & margaritis. Pœnitentia facit validum, & fortem. patet de Iudith; quæ Holofernem occidit; de Iuda Machabeo, & de Ionatha, qui poſt ieiunium, & cineres in capite aſperſos victoriam de hoſtibus diabolum ſignificantibus habuerunt. Aqua maris ſanat. Mach. 1.

Quinto mare eſt multarum infirmitatum curatiuum, vt patet de vlceroſis, & alijs; quos aqua, maris ſanat. Abſtinentia, & pœnitentia ſanitatem inducunt. In multis eſcis erit infirmitas, & propter crapulam multi perierunt. Qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. Seneca ad Lucillum. Multos morbos multa fercula fecerunt. vnde Hieronymus. Mater ſanitatis eſt abſtinentia: mater vero ægritudinis eſt voluptas. Et vt oſtendit lib. 2. contra Iouinianum. A multis infirmitatibus pœnitentia, & abſtinentia plures ſunt liberati. In Iordane qui pœnitentiam ſignificat baptizatus Naaman à lepra corporali, & ſpirituali mundatur. Abſtinentia & crapula. Eccl. 37. 4. Reg. 4.

Sexto mare ſaporum, quo ad aquas terrarũ per quas tranſit ſuſceptiuum eſt, & dulcedinē trahit. vt dicit Macrobius, & Ariſt. pęnitentia in his; in quibus habitat, ſe præbet dulciſsimam per remiſsionem omnium peccatorum, & dimiſsionem per diaboli ſuperationem; & virtutum ſuſceptionem: ſupercęleſtium contemplationem, & diuinæ dulcedinis immiſsionem. Tam arduam pęnitentiam ſancti viri humano auxilio vigorati minimè agere potuiſſent; niſi diuino freti auxilio, prout Abbas Cherimon in collatione de protectione Dei, Nota.
declarat.

declarat. Moyſes poſt ieiuniu, & pœnitentiam intrat diuinam caliginem,& loquitur cũ
Exo. 34. Deo. Sic Elias ieiunando 40 dies in Oreb, &
Eccl. 50. Sina audit, & videt Dei magnalia. Petrus in monte pœnitentiæ conſtitutus transfiguratũ Chriſtum videt,& clamat dulcedine uinra. Bonum eſt nos hic eſſe.

Septimo mare ſuo motu eſt ſuæ ſubſtantiæ à corruptione conſeruatiuum. Pœnitentia qui vult præſeruari à peccato eſt continuanda. Corpora aloe, & quibuſdam amaris à putredine conſeruantur,& vermibus,vt di.libri medicinales,& ꝙ pœnitẽtia præſeruet à peccato, patet de Manaſſe; qui prius malus; poſtea egit pœnitentiam valde coram Deo, & dein-
2.Para.33. de fecit rectum in conſpectu domini.

Octauo mare, & ſi liquidum; non eſt tamen ſui termini exitiuum,vt dicit Pſal. Terminum poſuiſti eis: quem non tranſgredientur &c. Pœnitentia intra limites retinet rationis. Noe quandiu in archa pœnitentiæ fuit,non eſt trãſgreſſus limites rationis:ſed exeundo de archa
Gen. 9. inebriatur. Loth uino à ratione alienatur, &
Gen. 25. inceſtatur cum filiabus. Iudith non contami-
Iudith.12. nata cibo Holoferuis, aut potu,in ſua manet
Dan 1. integritatẽ. Daniel, quia non inquinatur cibis gentilium ratione viget,& ſapientia.

Nono mare eſt ventorum originatiuum, vt dicit Beda. Ignem diaboli pœnitentia extinguit. Hoc patuit,vt dictum eſt in præcedenti conformitate de beato.F.qui libidinem pœnitentia extinxit.Benedictus ventus pœnitẽtiæ,
Iob.1. qui venit à regione deſerti. Impetum libidi-
Eccl. 43. nis mortificauit,vt dicit Grego. 2. dial. dicitur,ꝙ frigidus ventus aquilo flauit,& gellauit chriſtallus, quia caſtam mentem facit extinguendo omnem ignem libidinis. Et prouer. Ventus aquilo diſſipat pluuias:quia pœnitentia ſancta frigida ab eſtu concupiſcentiæ mentem reddit immunem.

Decimo mare eſt nubiũ procreatiuum, vt pa-
3.Reg. 18. tet, & experientia. ſic pœnitentia gratiam impetrat: qua homo iuſtificatur, vt patet de Pu-
Luc.18. blicano, qui iuſtificatus deſcendit in domum ſuam, & ſub nube gratiæ per deſertum huius ſeculi manet ſemper vſquequo ad terram cęleſtis promiſſionis peruenitur, vt habetur in fi-
Exo.53. gura de filijs Iſrael.

Vndecimo mare eſt radiorum ſolarium receptiuum. Pœnitentia eſt diuinę ſapientiæ propi-
Dan. 1. natiua & datiua,patet de Daniele, cui vt pœnitentię dedito, & ſocijs ſuis dedit Deus ſapientiam,ſcientiam, & diſciplinam, in omni libro.

Duodecimo mare eſt ad multas regiones,vbi multa bona habentur deductiuum,vt patet experientia. Pœnitentia hic peccata remittit,
Ione. 3. & culpam. Patet de Niniuitis. De filijs iſrael.
Iudic 2. Sed & regnum cœlorum dat,& promittit. Pœ-
Matth.4. nitentiam agite,appropinquat regnum cœlorum. Ad propoſitum huic mari dicit noſtra prima pars. Ieſus dat pacem fluctibus, quomodo intelligitur? Certe homini, & volenti, & peragenti pœnitentiam venti inſurgunt tentationũ diabolicarũ,vt patuit in ipſo Chriſto Saluatore noſtro: qui ſtatim, vt ingreſſus eſt pœnitentiæ deſertum tentatus eſt multipliciter à diabolo.Chriſtus ergo ſuos adiuuando, diabolicos fluctus,& inſultus reprimit: quia non permittit nos tentari ſupra id; quod poſſumus(vt dicit Apoſt.) ſed faciet cum tenta- 1.Cor. 10.
tione prouentum: quia ipſe dat victoriam, vt patuit in beato Antonio abbate. Hilarione, & alijs ſanctis patribus: quibus fluctibus diabolicis pœnitentia ſuppreſſis Deus pacatum reddit habitaculum tuum. Et beſtiæ terrę,id Iob. 8.
eſt demones infernales pacifice erunt tibi. Tunc enim homo facta pœnitentia clamat di- Iob. 5.
cens cũm Dauid In pace in idipſum dormiã, Pſal. 4.
& requieſcam, & ſic apparet de primo mari, ſcilicet pœnitentia quomodo eius fluctibus Chriſtus dat pacem.

Accipiendo ſecundo marc pro mundo iſto videnda ſunt duo.

Primo quomodo mundus per mare ſignatur.

Secundo quomodo mare iſtud, ideſt mundus à fluctibus ſuis per Chriſtum tranquillatur.

Circa primum aduertendum,ꝙ mundus rectè per mare habet deſignari. Mare enim eſt.

Primo amariſſimum: ſic & mundus; quia poſitus eſt totus in maligno. Princeps huius mũ- Ioan. 5.
di diabolus eſt. Ioan.15.

Secundo inſtabile; immo inſtabiliſſimum.

Mundi omnia vanitas & afflictio ſpiritus. Eccl. 1.

Tertio turbulentiſſimum Mundus totus eſt plenus peccato ſuperbiæ, auaritiæ,& immun- 1.Ioan.2.
diciæ.

Quarto inquietiſſimum mundus preſſuram dat ſuis dilectoribus. Ioan. 16.

Quinto profundiſſimum. Sic mundus malitia,& prauitate. Ego teſtimonium perhibeo Ioan. 7.
de mundo,ꝙ eius opera mala ſunt.

Sexto periculoſiſſimum. Qui nauigant mare, Eccl. 43.
narrent pericula eius. In mundo non eſt qui Pſal.11.
faciat bonum,non eſt vſque ad vnum.

Septimo varietatis contentiuum. mundus trãſit, & concupiſcentia eius. 1.Ioan.2.

Octauo deceptiuum. mundus ſuos decipit amatores,& quãdo credunt eum tenere fugit velut vmbra. Præterit figura huius mundi. 1.Cor.7.

Nono diuerſorum monſtrorum productiuũ. mundus demonibus eſt plenus. Veh inhabi- Apoc.12.
tantibus terram; quia deſcendit ad vos diabolus habens iram magnam &c.

Decimo doloris cauſatiuum. mundus ſuos replet multis miſerijs. Omnis creatura inge- Rom. 8.
miſcit & parturit vſq; adhuc. vallis enim lachrimarum vocatur. Pſal.83.

Vndecimo eſt nubium originatiuum. mũdus obcęcat ſe adamantes. mundus eum non co- Ioan. 1.

gnouit. Nihil credunt de futura vita mundi
amatores, vt habetur.
Sap. 2. Duodecimo multorum ſubmerſiuum, & occi-
ſiuum. mundus occidit ſpiritualiter ſe dili-
gentes. Ratio, quia qui amicus eſt huius mun
di: inimicus efficitur Dei. O quot hic mun-
dus occidit: de quibus ſatis eſt dictum. lib.
1. conformitate. 6. Sic ergo præfatis, & alijs
pluribus apparet quomodo mundus per ma-
re rectè ſignificatur, & figuratur. Sed viden-
dum eſt nunc quomodo Chriſtus pacem mun
di dat fluctibus. Vbi ſciendum, ꝗ mundus iſte
fluctuat continue multiplici vento commo-
tus, & agitatus. Nam mundani agitātur ſeptē-
plici vento, ſcilicet vitiorum ſuperbię, auari-
ciæ, inuidiæ, luxuriæ, gulæ, accidiæ, & iræ. Iſti
ſunt venti; qui pugnant in mari magno.
Dan. 7. Octauo mouetur vento proſperitatis. Tales
ambulant ſuper pennas ventorum, & volant.
Pſal. 17. Nono mouetur vento ſpei diu viuendi. Hic vē
tus concuſsit quatuor angulos domus filio-
rum Iob, & occidit eos.
Iob. 1. Decimo agitatur vento incredulitatis vitæ fu
turæ: quia mundani nihil credunt de uita fu-
tura. Et hic eſt ventus turbinis.
Ezeche. 1. Vndecimo prę ſumptionis nimiæ de miſericor
Prou. 25. dia Dei. Hic eſt uentus aquilo; qui diſsipat
pluuias; quia gratiam ab anima remouet ta-
li ſpe peccando.
Duodecimo falſæ doctrinæ de mundi regimi
ne; quia caſu quidam ponunt eum regi: non
diuina prouidentia gubernari: vnde contra
Ephe. 4. tales dicit Apoſtolus. Non ſimus paruuli flu-
ctuantes omni vento doctrinæ. Iſtis. 12. uen-
tis hoc mare, ideſt mundus mouetur, & con-
turbatur.
Sed licet mundus præfatis ventorum impella
Ephe. 2. tur fluctibus, Ieſus qui pax eſt. talibus flucti-
bus dat pacem. Nam ipſe imperat mari, & vē
Mat. 8. 13. to: & fit trāquillitas magna. ut habetur; quia
ſua ſancta doctrina compeſcit.
Primo ſuperbiam, & ſuperbiæ ventum di. Qui
ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exal
tabitur.
Matth. 24. Secundo uentum auaritiæ. Veh uobis diuiti-
Luc. 6. bus; qui habetis nunc conſolationem. Et di-
ues difficile intrabit in regnum cęlorum.
Matth. 19. Tertio ventum inuidiæ Dilige proximum tuū
Matth. 5. ſicut teipſum. Quod tibi non vis fieri, alteri
ne feceris.
Mat. 5. 19. Quarto ventum luxurię. Qui uiderit mulierē
ad concupiſcendum eam: iam mechatus eſt
eam in corde ſuo. Sunt eunuchi, qui ſe caſtra
uerunt propter regnum cœlorum.
Lucæ 21. Quinto uentum gulę. Attendite vobis. ne for
te grauentur corda ueſtra crapula, & ebrieta-
te & curis huius ſeculi, & ſuperueniat in uos
repentine dies illa.
Matth. 2. Sexto ventum accidiæ. Quid hic ſtatis tota
die otioli? Ite in vineam meam, & quod iu-
ſtum fuerit dabo vobis.
Septimo uentum iræ. Qui iraſcitur fratri ſuo Matth. 5.
reus erit iudicio. Qui te percuſſerit in vnam
maxillam, præbe ei, & alteram.
Octauo uentum proſperitatis. Ieſus fugit cū Ioan. 6.
eum regem facere uellent, & Regnum meum Ioan. 19.
non eſt de hoc mundo. Et veh vobis; qui ri- Lucæ 6.
detis: quia flebitis. Videndo proſperitatem Luc. 19.
Hieruſalem fleuit ſuper eam &c.
Nono uentum fiducię viuendi. Stulte hac no Lucæ 12.
cte repetent animam tuam à te.
Decimo ventum incredulitatis uitæ futuræ.
Ibunt hi in ſupplicium æternum: iſti autem in Matth. 25.
vitam æternam.
Vndecimo ventum præſumptionis, diuinæ mi
ſericordiæ. Statuet quidem oues à dextris;
edos autem à ſiniſtris. Reddet vnicuique ſe- Matth. 25.
cundum opera ſua. Ventum falſæ doctrinæ de Luc. 12.
mundi regimine. Sedere autem ad dexterā, Matth. 20.
vel ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis; ſed
quibus paratum eſt à patre meo. His Chriſti
ſermonibus compeſcitur omnis ventus; quo
miſer mundus agitatur, & conturbatur. Pe-
trus Chriſti verbo laxat rete. Et ambulat ſu- Lucæ 5.
pra mare. Chriſtus enim, ut dicit Griſogo- Matth. 16.
nus martyr ad beatam Anaſtaſiam ambulans
ſupra undas maris: ad te veniens vno iuſsio-
nis ſuæ ſermone diaboli aduerſus te flantem
ventum compeſcet. Ventus enim contrarius
eſt nauiculæ mundanorum, fluctibus iactita-
ri. Ventus ergo, & tempeſtas abſcedit, dum
Chriſtus loquitur, & nauim aſcendit. Et tunc Mar. 16.
Chriſtus pacem dat: non quomodo hic mun Ioan. 15.
dus dat. Vis uidere mundanos, & mundo de-
ditos ſermone Chriſti ad pacem redire perfe
ctam? Vide Apoſtolos laborantes in remigā
do Chriſti uerbo tranquillari. Vide Matthęū Matth. 8.
ſedētem ad theloneum Zacheum ad acquirē- Mar. 6.
dum mundana inhiantes diuerſis gurgitibus Matth. 8.
curarum mundi commotos, & quaſi ſubmer-
ſos, voce ſola Chriſti è talibus fluctibus edu-
ctos, tranquillitate frui optata, & ſic de pluri
bus alijs habes in ſancto Euangelio.
Tertio intelligitur per mare diuinitas domi-
ni Ieſu Chriſti, iuxta dictum Ber. ſuper can. ſer
mone 15 vbi ſic inquit Origo fontium, & flu-
minum mare eſt virtutum, & ſcientiarum do-
minus Ieſus. Quis enim eſt dominus virtutum
niſi ipſe? Continentia carnis, cordis indu-
ſtria, voluntatis rectitudo ex illo fonte ema-
nant. Non ſolum autem hæc: ſed ſi quis pol-
let ingenio, nitet eloquio, ſi quis moribus pla
cet inde eſt. Inde ſcientiæ, inde ſapientiæ ſer-
mo: theſauri quidem ſapiētiæ, & ſcientiæ, ibi
omnes ſunt abſconditi. Quid caſta conſilia, iu
ſta iudicia, ſancta deſideria, non ne riuuli ſunt
fontis illius? Quicquid te virtutum habere
confidis, totum Dei virtuti, & Dei ſapientiæ
reputa Chriſto. hæc Bernardus. Diuinitas per
mare merito ſignificatur (& ſi improprijſsime

cum

cum nulla creatura diuinitas perfecte ſignifi-
cetur)ratione profunditatis,quia ipſa eſt pe-
lagus infinitum : quia bonum infinirum . Ra-
tione altitudinis: quia ipſa;ſuper omnia eſt.
Ratione diffuſionis : quia ſua bonitas rema-
nens inexhauſta ſe multipliciter diffundit in
creaturas tam per eſſe communicationē,quā
ſuæ gratiæ diffuſionem . Ratione productio-
nis: quia omnium eſt principium manutenen
tia ipſa diuinitas,& origo: quia ab ipſo, & in
ipſo,& per ipſum ſunt omnia:& ſic de alijs cō
ditionibus maris ad diuinitatem applicatis.
Ieſus ergo ; qui eſt mare hoc maximum ratio
ne ſuæ deitatis, & gratiarum copioſiſsimè ſuę
animæ diffuſarum non dat mari pacem,ſcili-
cet ſuæ deitati: niſi quia deitatem contra ho-
minem peccato concitatam ſua paſsione pla-
cauit ipſam Deo reconciliando , vt ait Apo-
Collo. 1. ſtolus.In ipſo enim complacuit omnem pleni
tudinem inhabitare , & per eum reconciliare
omnia in ipſum pacificans per ſanguinem cru
cis eius , ſiue quæ in cęlis , ſiue quæ in terris
ſunt,vnde Chriſto reconciliante hominē Deo
patri impletum eſt illud pſal. Motum fluctuū
eius,ſcilicet deitatis tu mitigas Sic intelligen
do patet quomodo mari , & maris fluctibus
iræ Dei pacem Chriſtus dedit . Sed & ipſum
mare pacem dedit fluctibus ideſt humanita-
tis Chriſti motibus. Ipſam humanitatem per
fectiſsime ſanctificando,in omni gratia con-
firmando: & ſibiipſi eam perfecta vnione per
petuo copulando ; vt Deus homo , & homo
ſit Deus. Vnde pſalmiſta loquens de perfecta
mitigatione,& pace humanitatis Chriſti,quo
Pſal. 45. ad corpus,& animam inquit . Deus in medio
eius. Sequitur,non commouebitur . Quare in
pace factus eſt locus eius , ſcilicet deitatis in
Chriſti humanitate,& ſic patet quomodo per
mare Deum intelligendo , Saluator dat mari
pacē,& tranquillitatē, in ſignum cuius in ſuo
ortu angeli pacē promulgant , Chriſtus poſt
ſuam paſsionem pacem tripliciter dando Apo
ſtolis: pacem inter Deum , & hominem: An-
gelum, & hominem: hominem feciſſe, & ho-
minem euidenter oſtendit,& promit .
Sed quarto intelligēdo mare litteraliter:quia
ſic intelligit prima pars huius conformitatis:
cuius expoſitioni inſiſto cum dicit . Ieſus pa-
cem dat fluctibus,eſt ſciendum ,quod domi-
nus noſter in mari exercuit opera mira tam
in veteri teſtamento, quam in nouo. In veteri
De Egiptijs in mari ſubmerſis. teſtamento ipſe mare rubrū in 12. diuiſit par
tes ſecundum quod 12. erant tribus, vt vna
quæque tribus per ſuam tranſiret partem : vt
ſimul & ſemel omnes mare tranſeuntes terrā
ſimul attingerent, & Aegyptios hoſtes eos in
ſequentes euaderent,& per tot diuiſiones, &
partes Aegyptij inſequentes intrantes omnes
ſimul, & ſemel ingreſsi necarentur.Et mirabi
le fuit, quod aquæ diuiſæ in tot partes immo
biles ſtarent:& eſſent pro muro à dextris tran
ſeuntibus, & à ſiniſtris, vt habetur. Sed mira- Exo. 14.
bile,& ſtupendum fuit de Egyptijs : qui om-
nes mare intrantes , ſic omnes ſunt ſubmerſi :
vt nullus de eis viuus remaneret , u t habetur.
Sed ſtupendiſsimum extitit de carmine,ſcili- Exo. 14.
cet Cantemus domino glorioſe à tot millibus
hominum,mulierum,paruulorum,& puellarū
concorditer decantato . Sic ergo mare diui-
dendo filijs Iſrael pro ipſorum tranſitu: & re
deundo ſuper Aegyptios ad eorū interitum
mirabilem in fluctibus maris ſe dn̄s oſtendit.
Stupenda geſsit dominus in mari circa Ionā
prophetam figuram ſuæ reſurrectionis : qui
proiectus in mare à belua marina ſuſceptus, &
deglutitus : in ventre in diem terciam viuens
à piſce euomitur,vt habetur.In mari in mun- Ionæ 1.
di exordio mira fecit,ſibi ut terram non coo-
periret terminum ponendo: ac ipſum multi-
plicibus piſcium generationibus replendo .
Sed in nouo mira fecit in mari. Verum ſcien- Gen. 1.
dum , quod vt dicit magiſter in hyſtoria ſco-
laſtica . Omnem collectionem aquarum he-
brei vocant tharſis ideſt mare , & à regione ,
vel ciuitatibus mare Galileæ , vel Tiberiadis,
ſeu Geneſareth,& ſic de alijs dicebant. In ma
ri magno, vel mediterraneo , quod Chriſtus
fuerit non legimus,& ſi prope fuerit tranſeun
do per fines Tyri, & Sidonis, In mari ergo .1.
lacu,qui fit à Iordanis fluuio; qui mare dici-
tur à iudæis, ipſe Saluator, & circa ipſum mi
ra exercere voluit.Iuxta mare Galilee ambu-
lando Petrum,Andream,Iacobum, & Ioannē
ad ſui diſcipulatum vocauit. Ipſum mare tur- Matth. 4.
batum pluries tranquillauit, vt habetur Pe- Mar. 1.
tro petenti ire ſupra mare ad ſe conceſsit : Matth. 8.
& ſubmergentem manum porrigendo libera 14
uit.Per hoc mare de loco ad locum tranſeun- Mar. 4. 6.
do nauigio ambulauit,vt habetur.Super mare Matth. 6. Matth. 8.
pluries ambulauit , vt habetur. Et ſecus mare 8. 13. 26.
ſtando populos docuit,& informauit,vt habe Matth. 16.
tur. Sed veniendo ad propoſitum, quare hoc Mar. 6.
cōformitas ponitur. Chriſtus dominus aſcen Matth. 14.
dit pluries nauiculam,& ſtando in ea de naui Matth. 13.
cula docuit populum , vt habetur . Et quia vt Matth. 13.
dicit Lucas inter alias vices ſemel dum ſtaret Mar. 4.
ſecus ſtagnum, ideſt mare Geneſareth : cuius Lucæ 5.
propter aſsiduum ventum, vndę quaſi conti- Luca 5.
nuæ criſpabantur, aſcendit nauiculam, & de
nauicula docebat turbas : miraculum ſubtice
tur : videlicet quia cum vndę eſſent aſsiduæ
in dicta parte maris, nam Geneſar aura inter
pretatur : nauicula , in qua Chriſtus fuit, im-
mobilis ſtetit , & ſic immobilis permanendo
turbis prædicauit, & docuit : vbi miraculum
oſtendendo de immobilitate nauiculæ ſic cō-
ſiſtendo immobilis inter fluctus , turbam in-
formauit. Sed de quibus,habetur . In parabo Matth. 13.
lis eis prædicauit.Et primam propoſuit eis de
ſatore,& ſemine di. Exijt,qui ſeminat ſemina
re ſe-

re ſemen ſuum &c. vbi ſe ſatorem aſſerit (ut patet in ſermonis explanatione à Saluatore ipſo facta; verbique diuini prædicatorem, & doctrinę cęleſtis doctorem. Sed audientium ipſum verbum Dei triplicem ponit diſtinctionem, non efficaciter: ſed vane ipſum audientium. Et demum audientium verbum Dei ponit modum fructum, & concluſionem, & ſic primam parabolam ſic figuratiue propoſitam declarat. Sed attendēdum eſt vnum præcipue in hac parabola, & notandum videlicet quod Saluator verbum Dei comparat ſemini: nec immerito; quia ſemen habet.

Verbū Dei ſemini cōparatur quo.

Primo virtutem mutatiuam. Tranſit enim ſemen à forma propria in aliam, quia ſemen (vt experiētia patet) mortificatur; ſic uerbum Dei audientes de malo mutat ad bonum. Patet de miniſtris, qui miſſi fuerant ad capiendum Ieſum, qui eius audientes verba mutati ſunt: nec ipſum cæperunt: ſed magis ad eius præconium conuerſi ſunt dicentes. Nunquam ſic loquutus eſt homo.

Ioan.7.

Secundo ſemen habet virtutem attractiuam. Attrahit enim ſemen terræ humorem, aliter non fructificaret. Semen, ſcilicet verbum Dei penetrat vſque ad diuiſionem animæ: ac ſpiritus, quia viuus eſt ſermo Dei, & efficax Patuit in Apoſtolis uerbo Chriſti tractis ad ſe dicentis. Sequere me &c. ſequitur. Et ſequuti ſunt eum. Et dicente Chriſto Apoſtolis. Et vos vultis abire? reſpondit Petrus Domine: ad quē ibimus: verba vitæ æternæ habes.

Heb. 4.
Ioan. 6.

Tertio habet uirtutem mollificatiuam. Totū ſemen liqueſit, & ſuam duritiem dimittit. Verbum Dei animam prius duram liquefacit. Anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt dilectus. Exemplum habes in libro Iudicum, ꝙ filij Iſrael fleuerunt, vt Angelus domini loquutus eſt eis. Et Fleuit populus audiendo verba legis. Et Petrus gallo canēte. Ad verbum domini di. per Iſa. Lauamini: mundi eſtote, &c. quidam mutatus, & ſanatus eſt, vt in vita patrum habetur. Gutta cauat lapidem: & verbum domini timorem in corde generat, vt habetur in viris patrum.

Cant.5.
Neem. 8.
Iſa.1.

Quarto habet virtutem gratificatiuam. Nam terra propter ſemen diligitur, & non ecponuntur ſo. Et verbo domini mens a Deo gratificatur, quia domus Dei efficitur. Si quis diligit me, ſermonem ſeruabit. Et ſequitur, & ad eum veniemus, & manſionem &c.

Ioan. 14.

Quinto habet virtutem deſpectiuam. Semen habet quo ad viſum deſpectabilitatem, & antequam mortificetur, & mortificatum: quia turpe ad videndum. Verbum domini dictum à quibuſdam, deſpectibilitatem videtur habere, ſicut patet de cęco nato docente iudęos. Et tamen habet virtutem magnam, vt patuit in Apoſtolis.

Ioan. 9.
Act. 4.

Sexto habet virtutem vnitiuam, & ſolidatiuā, ex ſe ſtipitem producit, & ſolidat contra impetus, & ventos. Verbum domini ſolidat, & roborat. Iudas ſuos ſermonibus armauit. Et gladius ſpiritus eſt verbum domini. Verbo Dei, vt armis inuictiſſimis ſe Chriſtus contra diabolum in deſerto muniuit. 2.Mac. 5. Ephe.vlt. Matth. 4.

Septimo habet virtutem fructificatiuam, vt docet experientia, ſic & verbum Dei. Sicut imber, & nix deſcendit, & terram germinare facit &c. ſic erit verbum meū &c. Et dicit euangelium, quod facit fructum centeſimum: quia ipſo vita habetur æterna; vbi centuplum quilibet accipiet. Iſa. 52. Matth. 19.

Octauo habet virtutem multiplicatiuam, patet quia vno grano ſeminis plura colliguntur, & multiplicantur. Verbum Dei fideles multiplicat. Petro loquente verbum Dei tria millia hominum conuerſi ſunt. Et poſt Chriſtum (vt dicit Euangelium) poſt eum totus mundus ibat. Et turbæ irruebant in eum ſcilicet Chriſtum, vt audirent verbum Dei. Act. 3. Lucæ 5.

Nono habet virtutem conſeruatiuam. Virtualiter in ſemine fructus conſeruatur. Anima verbo Dei in fructu ſpiritus conſeruatur. Ieſus ad conſeruandum Apoſtolos, eis loquebatur quotidie de regno Dei. Vnde dicebat. Verba, quæ ego loquor vobis, ſpiritus, & vita ſunt. Et verba mea ſi in vobis manſerint &c. Matth. 21. Ioan. 6.

Decimo habet virtutem recreatiuam: quia ex ſemine procedit fructus, qui impinguat, recreat, & ſaciat, ſic & verbum Dei. Magdalena ſtabat ad pedes Ieſu, & audiendo verbum illius recreabatur. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei: vnde verbum Dei eſt pabulum animarum in præſenti. Multi ſanctorū verbo Dei recreati, alio cibo pro tunc non ſunt vſi. Et in futuro eſt cibus angelorum, & ſanctorum. Lucæ. 10. Deut. 8.

Vndecimo habet uirtutem ditatiuam. Nam ex ſemine fructus procedit, quo homo ditatur. Et verbo Dei omnia bona proueniunt, & habentur. Nam ipſo habetur ſpiritus ſanctus. quo omne bonum gratiæ, habetur, & virtutis. Act. 2.

Duodecimo habetur virtutem lętificatiuam. Nam fructuum perceptione ex ſemine prouenientium agricola iucundatur. Et verbum Dei gentes audientes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum Dei, nec immerito: quia ipſum eſt: quod poteſt ſaluare animas noſtras. Sic ergo patet, ꝙ ex mutua ſimilitudine uerbi ad ſemen, & econuerſo a domino ſemen vocatur verbum Dei. Act. 12. Iaco. 1.

Et propoſita prima parabola; vbi oſtendit diuerſitatem audientium ſuam euangelicam doctrinam, ſubdit ſecundam parabolam de homine; qui bonum ſemen ſeminauit in agro ſuo &c. ubi oſtendit, ꝙ diaboli operatione ſua ſancta doctrina ſignificata per bonum ſemen ſatum in agro militantis Eccleſiæ, per hæreticos velut zizanicos debebat poſt Apo-

ſtolorum dormitionem deprauari,& talis prauitas uſq; ad ultimum iudicij diem ſtare habebat.

Tertiam parabolam propoſuit de grano ſinapis modico,ſuam doctrinam pro tunc modicam prauitate Iudæorum intelligens: quæ ſua fortitudine uolucres cœli, idest ſapientes mũdi ad quieſcendum ſub eius ramis debebat attrahere.

Quartam parabolam edixit de fermento farinam quo ad magnam quantitatem ad ſuam vim trahente, & fermentationem. Per hoc inuens ſuam doctrinam prædicãdam ad Apoſtolos,& mundum ad eius uotitiam pro maiori parte trahi debere iuxta illud pſal.In omnem terram exiuit ſonus eorum &c.

Quintam edidit parabolam de theſauro in agro reperto, ideſt de fine; quem docet ipſius Saluatoris doctrina, ſcilicet regno cęlorum: pro cuius adeptione homo uniuerſa vẽdidit iuxta Chriſti documentum, vt dictum theſaurum habeat,& agrum.

Sextam parabolam pręmiſit de negociatione,& margarita reperta,ideſt dulcedine diuina prægustata: pro qua obtinenda vendit homo ſua cuncta,& diſpergit.

Septima parabola expreſſit Eccleſiam militã tem in pręſenti tenere ſub ſagena fidei bonos, & malos,uſq; dum in iudicio per piſcatorem Chriſtum mali foras, & boni in paſa ponãtur ſuę beatitudinis.

Octauam parabolam enarrauit di. ꝙ doctor euangelicus talis debet eſſe quo ad doctrinã, ſi cupit ea obtinere regnum cœlorum,vt proferat noua,ſ.dicta à Chriſto inſtituta, & peracta,& deinde vetera, ideſt in ueteri teſtam. ratio,quia vetera vmbræ,& figuræ fuerunt;Et noua ſunt vera, & veritate plena, & gratia per

Ioan. 1. Xpm. Præfatas ergo 8.parabolas ponit Mat.

Matth. 13. dominũ Ieſum dixiſſe de nauicula ad turbas. Circa quarum ex poſitionem non inſiſto cauſa breuitatis: quia de eis alias erit ſermo,Chriſto duce. Quare parabolarum expoſitione facta per Chriſtum Apoſtolis: quibus datũ fuit noſſe miſterium regni Dei,tranquillatum fuit mare, ideſt appetitus intellectus,& ſic dominus Ieſus Chriſtus aſcendendo nauiculam pacem,& tranquilitatem dedit fluctibus, prout dicebat prima pars iſtius.8. conformitatis, & 20.in ordine. Præfatis ergo à Chriſto mirabilibus in mari operatis,& circa mare,oſtenditur nobis fidelibus ipſum dominum Ieſum Chriſtum habere poteſtatem ſuper omnia elementa, & elementata, ſcilicet dominum eſſe cœli,& terræ, maris, & omnium; quæ in eis ſunt.Etſi mirabiles ſint elationes maris; mira biliorem eſſe in altis Deum, ſe iſtum mũdum per mare ſignificatum,gubernare: eius tribulationum tumefactiones contra bonos mitigare. Nec poſſe quequam ab huius mundi naufragio eripi; niſi ab ipſo erutum, & liberatum:ventumq; diabolicę tentationis, quo ad hoc mundo exurimur, vt in mari: nec vincere,nec mitigare nos valere ſine ipſo. Deficere neceſſe eſt hominem in hoc mundo vti in mari,niſi diuini auxilij cibo recrearetur diuino, & roboraretur. Beatum fore,quem euocat ab hoc mari,ideſt mundo. Quibus pandat ſuam mirificam doctrinam: iam dictis patet, quia videlicet à mari ſecluſis, & ſtantibus in littore elongatis,ſcilicet à ſtrepitu mundanorum. Per mare dominum ambulare ſuos, eſt in nauem ſuæ protectionis aſſumere,& gubernationis. Supra mare ambulare,eſt oſtenſiuum domini Ieſu innocentiæ, & immunitatis à peccato. Ac quem à peccato præſeruat ſua gratia: ſupra mare iubet ambulare cum Petro. Et demum ipſum eſſe; qui per Petri nauiculam, ideſt fidem rectam nos per mare ducendo vitę præſentis, tandem ducit in ciuitatem ſuam; quia in futuro fideles liberatos à mari, ideſt à præſenti ſeculo nequam; ad ſuam perducit gloriam.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS, & conformitatis.8. & 20. in ordine.ſ. Franciſcus ſolidatur. Expoſitio.

BENIGNISSIMVS dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuis diſcipulis dilectis, & filijs non ſolum pro ſeipſis:ſed pro alijs fidelibus ipſi tota mentis intentione, & deuotione adhærentibus conceſſit, vt mira quæ geſſit non ſolum facerent;ſed & maiora,vt patet, quod vtiq; in principe Apoſtolorum Petro extitit verificatum: cuius vmbra,quod de Chriſto non legitur ſanabat infirmos, vt paret. Et Ioan. 14.

in alijs,qui mira fecerunt non facta à Chriſto, Act. 4.

quamuis virtute Chriſti. Hilarion mari terminum poſuit. Gregorius Cæſarienſis mouit montem,& ſic de alijs. Honoratus in ſublime ſtare fecit lapidem. Martinus lapidem ſaltare fecit,vt dicit Greg.Benedictus ſolum reſpiciendo hominem ligatum ſoluit. Multique ſancti ſimilia peregerunt. Quibus benignitas ad ipſos aſtruitur Saluatoris, pijs eorum condeſcendendo votis,& talem virtutem in ſignũ dilectionis ab ipſo eis pleniſsime cõferendo. Etſi circa ſanctos diuerſos dominus noſter diuerſa ſit operatus; ac diſtincta munera dederit gratiarum, præcipuè tamen benignus, & clemens erga patrem noſtrum,B.F. præcedentibus conformitatibus, & ſequentibus declaratur. Et ſpecialiter (vt pñs conformitas propoſuit) ipſum.B.F. ſignis maximis mundo reſerando.Cui conceſſit benignè non ſolummodo in ſupernis, & Angelis: in elementis, & herbis:

Nota.

herbis: in animalibus brutis, & hominibus; ſed in elemento de ſui natura inſtabiliſsimo, & inquietiſsimo, videlicet in mari mirabilia operari, prout. 12 pars huius 8. conformitatis declarare intendit dicens. Franciſcus ſolidatur, ideſt in mari non agitatur eius impulſu; ſed mare ſub eius perſona, mira tranquillitate adeo tenetur; donec ipſe pater Fran. oraret, in mari nauicula permanendo, & demum iuxta littus permanendo dum populo prædicaret. Et ꝙ id ſic fuerit, ponit. D. Frater Boñ. epiſcopus Cardinalis Albañ. in 12. parte maioris legendæ. Et idipſum ponit in 5. parte maioris legendæ: vbi ſic inquit. Quodam tẽpore; quo famulus Dei Franciſcus ſemel in maris littore Gaietæ prædicaret, turbis præ deuotione irruentibus, vt eum contingerent, horrens Chriſti famulus tantum populorum applauſum: in vnam hærentem littori nauiculam proſilijt ſolus. Illa vero, tanquam ſi rationis particeps motore moueretur intrinſeco, ſine alio remige cernentibus, & mirantibus cunctis ſe longius à terra protraxit. Cum autem aliquanto ſpacio in maris altitudinem ſe ceſsiſſet, ſtetit inter fluctus immobilis quadiu vir ſanctus turbis expectãtibus in littore prædicare complacuit. Cunq; audito ſermone, viſoq; miraculo, ac benedictione accepta, ipſo rogante multitudo recederet non alterius quam cœleſtis iuſsionis impulſu, nauis ad terram applicuit. Et concludit. tanquam ſi creatura factori deſeruiens, creatoris perfecto cultori, & ſine rebellione, ſe ſubderet, & ſine retardatione pareret. hæc præfatus doctor. Vbi primo eſt videnda B. F. in hoc miraculo ad Chriſtum conformitas. Et demum videndum erit quomodo. B. F. vt Chriſto conformi, & maritimorum fluctuum ſubiugatori idoneo: maris altitudo ſubijci per omnia debebat.

Circa primum de conformitate eſt aduertendum: ꝙ vt patet ex dictis in 1. parte huius cõformitatis, & habetur Luc. 5. ac etiam ex dictis in hac 2. parte huius conformitatis, conformitas accipitur.

Primo quo ad ſitum. Ieſus ſtabat ſecus ſtagnum Geneſaret: quod ſtagnum in Euangelio ſæpe mare vocatur. Franciſcus ſecus mare Gaietæ.

Secundo quo ad turbæ deuotionem; quia turbæ irruebant in Ieſum. Et turbæ pre deuotione irruebant in beatum Franciſcum.

Tertio quo ad verbum: quia turbæ irruebant in Chriſtum, vt tangerent eum principaliter: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes,
Luc. 6. & 7. vt audirent ab eo verbum Dei. Nam nunquã ſic loquutus eſt homo. Turbæ in beatum. Fr. irruebant, vt tangerent eum: & demum vt prædicantem audirent. Omnis ſexus, & ætas ad beatum. F. accedebant, vt audirent, viderent, & eum tangerent, vt dicit. 12. pars legendæ maioris, & dictum eſt primo lib. cõformitate. 10.

Quarto quo ad actum: quia Ieſus turbarum volens vitare tædiarũ applauſum; ac oſtendere (vt diceretur) miraculum, aſcendit vnam nauiculam, quæ erat Simonis, & à terra ſe fecit abduci. Beatus. Fr. populorum volens vitare applauſum, & Deus volens oſtendere beati. F. ſanctitatem, aſcendit ſolus vnam nauiculã littori cohærentem; quæ longe eum abduxit.

Quinto quo ad miraculum, & ſi in Euangelio non dicatur, ꝙ Chriſti nauicula ſtetit immobilis: datur tamen intelligi; quia aliter non potuiſſet bono modo prædicare populo propter mobilitatem. Miraculum etiam innuitur, cum ſtagnum, ſiue mare in illa parte Geneſareth eſſet ſemper inquietum, & tunc Chriſto prædicante nauicula immobili permanente ſub ea fuit quietum.

In B. F. primum miraculum fuit, quia nauicula ſola ſine alio remige in altum ſe protraxit, ac à terra elongauit.

Secundum; quia elongata à terra inter fluctus immobilis permanſit quandiu. B. F. prędicare complacuit.

Tertium, quia finita prædicatione ſe ſola nauicula ad terram reduxit.

Sexto quo ad prędicationẽ: Chriſtus exiſtens in nauicula turbis exiſtentibus in littore ſtagni, de nauicula eis prædicauit, & eas docuit. Sic beatus. Frã. ſtans in nauicula prædicando eos docuit.

Septimo quo ad doctrinam. Chriſtus docebat de regno Dei B. F quod ipſe Chriſtus Dei virtus, & ſapientia eidem inſpirabat docebat: Math. 11.
vnde eius verba erant medullas cordis penetrantia, & omnes ad Chriſtum velle trahere videbantur.

Octauo quo ad ſtudium. Chriſtus, nec tempore, nec loco ob zelum animarum ceſſauit à doctrina. Sic B. F. factus Euangelicus præco. patet quia nec in mari exiſtens ab inſtructione fidelium ſe retraxit, vt docet hæc conformitas.

Nono quo ad doctrinæ approbationem: ſicut Chriſtus ad autenticandum doctrinam ſuam opera faciebat diuina: propter quod dicebat. Si mihi non vultis credere; operibus credite &c. Ioan. 10.
Et facta prædicatione de nauicula; miracula; miraculum fecit de piſcium captione Petro laxante rete, vt habetur, & illorum Luc. 5.
qui in Petri naui vna cum Petro erant ad ſui diſcipulatus vocationem. Nam relictis omnibus (vt habetur ibidem) ſequuti ſunt eũ: ſic Deus ad firmandum. B. F. doctrinam: vtpote ab ipſo inſpiratam eidem tam euidenti miraculo (vt prædictum eſt) voluit eſſe teſtatam: quare non ſpernenda eſt, ſed ab omnibus, vt Deo placita accipienda. Et aduertendum in hoc, ꝙ dominus Ieſus in beato. F. fecit, quod

ipſe

ipſe nunquam peregerat. Nam ipſum Petrum rogauit, vt abduceret eum a terra, & tamen beatum F. nauis impulſi diuino [illegible] cepit: a terra ſubtraxit, & immobilis ſtetit, & demum prędicatione finita reduxit, vt quantum eſſet ei beatus F. dilectus oſtenderet: circa quem mira execuit; quę ipſe circa [illegible], & per ſe [illegible] peregit. Et [illegible] primo. vid. [illegible] cet de conformitate [illegible] inter dominum noſtrum [illegible] & beatum F. an.

Videndum [illegible] eſt [illegible] noſtra [illegible] & B. F. [illegible] de ſecund [illegible] quomodo maris [illegible] B. F. debebat, & ſub eo tranſmittari, & immobilitari. [illegible] eſt, [illegible] dicitur ſit, quod mare aliquando [illegible] quo pro pœnitentia, accipitur [illegible] mare beatus F. perfecte tranſiuit, & tra[illegible] pœnitentiam [illegible] cendo, vt plane deductum eſt conformitate præcedenti, vbi eſt [illegible] B. F. [illegible] egiſſe oſtenduntur, [illegible] ve[illegible] lectus, corpus [illegible] [illegible] ieiunia, [illegible] ratura, [illegible] [illegible] habitatio, [illegible] verbum, vi[illegible], & aſpectus, & ſic de alijs, quæ B. F. pœnitentiam acerbam peregiſſe [illegible]: Mare, per quod mundus accipitur tra[illegible] auit beatus F. ipſum [illegible] rendo, ab[illegible] cando, [illegible] ando [illegible] totaliter [illegible] vt [illegible] eſt conformitate 6. primi lib. [illegible] 16. in ordine huius 2. vnde ipſum [illegible] hoc mundo [illegible] conſequenter [illegible] tranquillo ſtetit prælata d[illegible], & quia paupertatem [illegible] omnia [illegible] ex [illegible] tendo [illegible], [illegible] pompas, latus veſtes, [illegible], & ſumptuoſa [illegible] & [illegible] pertatem [illegible] a [illegible] ndo, vt [illegible] d [illegible] [illegible] id eſt proprias [illegible] tranquil taſit [illegible] deſpiciendo [illegible] abnegando, [illegible] nendo, prælationem [illegible] laudes proprias [illegible] ctis pe[illegible] do, a[illegible] humilitat [illegible] & demon [illegible] ſtat de teſta [illegible], vt [illegible] lib. eſt declarat [illegible] non mobi[illegible] beatus F. fuit [illegible] & copulatus ei [illegible] tare [illegible] quæ ei placent [illegible] [illegible] entia [illegible] [illegible] [illegible] is [illegible] laud [illegible] a [illegible] do [illegible] aliud quo[illegible] [illegible] contemplationi a[illegible] ando, [illegible] cruciatus in corpore, & anima ba-iulando. Non mirum ergo fuit, ſi maris creatura beato Fran. creatoris ſeruo intimo ſe ſubderet, immobilem redderet & qui [illegible], ac Deum; qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis beatu F. [illegible] miraculo honorificare voluit, cum ipſe antea dixerat 1. Reg. 2. Quicunque [illegible] rauerit me [illegible] bo eum, & qui [illegible] ſic ergo dominus beatum patrem Fran. [illegible] mirificauit Gaiete, & [illegible] conformem [illegible] exhibuit: [illegible] lo ante in mari Sclauoniæ eius, & aliorum neceſſitatibus [illegible]; vnde nautæ videntes per [illegible] mortis [illegible] tanquam [illegible] qui maris horrenda [illegible] & [illegible] De[illegible] rant in profundo, gratias egerunt omnipotenti Deo, qui ſemper in [illegible], & ſeruis mirabilem, & amabilem ſe oſtendit. Sic ergo prælatis apparet ſuccincta expoſitio. 2. partis [illegible] conformitatis, ſcilicet. Franciſcus ſolidatur.

FRVCTVS IX. ET CONFORMITAS & 21 in ordine. Ieſu Demon expellitur, Franciſcus [illegible]. Expoſitio primæ partis, ſcilicet. Ieſu demon expellitur.

DOMINVS noſter & ſaluator Ieſus Chriſtus propter nos homo factus, & ſi [illegible] redimeret, propterea [illegible], & noſtram ſalutem, actamen ad liberan[illegible] de manibus dia[illegible] ſtiſſimam libertatē ponendos [illegible] comprobatur. Diabolus [illegible] virtute; & noſtram redemptionem [illegible] primorum parentum omnes [illegible] vita, [illegible] tat [illegible] Matth. [illegible] alios [illegible] andos [illegible]: non pu[illegible] ados, [illegible], & [illegible] includedo, & [illegible], vt [illegible] ſuas [illegible] habere vnam [illegible] a[illegible] am; alia in vero ad [illegible] ſancti [illegible] ſent. diſt. 19. [illegible] & [illegible]. In vita vero [illegible] [illegible] quaſi [illegible] ſidea [illegible] vi[illegible], & [illegible] operatio [illegible] mundus tunc to[illegible], [illegible] dam forte [illegible] [illegible] omnes cu[illegible], terreſtris, & ſubterre[illegible] creatore [illegible]

prætermiſſo excolendo. Nec virtutes quis imitari atagebat, niſi ad ſuperbiæ faſtum, & inanem gloriam: prout declarat beatus Aug. de ciu. Dei. Semper homines guerris, diuiſionibus, ſeditionibus, & diſcordijs pluribus laborabant, non ſe amantes, vt fratres proximos, ſed ſe odientes, & ſe na mutuo auferentes. Quibus mundus innumeris guerris, & bellis laborabat, & viris [illegible] plenus, nequitijs diabolicis [illegible] prout recitat Paulus Oroſius in ſuis primis [illegible] libris de Ormeſta mundi. Nec mirum cum diabolus, qui & ſathanas tunc non erat ligatus, ſed ſolutus. Et nos natura filij iræ potius originali delicto proni ad malum, quam faciles ad bonum inueniebamur. Saluator ergo noſter volens a diaboli manibus humanum genus eripere, & poſt ereptionem formam præbere, non ſolum euadendi diaboli laqueos, & [illegible] tentationes, ſed ipſum [illegible] ſuperandi diabolum: in ſe primo diabolica [illegible], & perferendo [illegible] vincendo, & ſuperando, modum præbuit impediendi diabolum, & ſuperandi: de quo modo dictum eſt ſufficienter in primo lib. huius operis conformitate. 7. Verum quia non ſolum particulariter quo ad ſingulos homines, ſed etiam [illegible] rahter, quo ad omnes homines [illegible] conditionis ſtatus, [illegible] & ætatis [illegible] ſe hoſtis diabolus erat ſuppeditandus, & a mundo expellendus: ideo Saluator noſter Chriſtus, vt fortis armatus [illegible] ordinando diabolum [illegible] ab eius manibus genus humanum potenter eripuit. Volens enim hominem a diabolo liberare.

Primum, quod [illegible] eius incarnatio. Carnem [illegible] ſumendo (teſte Greg. & Aug.) eſcā, & [illegible] diabolum capiendum [illegible] tendit. Nam myſterium incarnationis diabolo (teſte Ambroſio) [illegible] ſcientia [illegible] hominē Deum, & [illegible] aliquando [illegible].

Secundum, quod egit, vt dictum eſt [illegible] conformitate 7 eſt in deſerto [illegible] tatio, & ſuperatio. Nam [illegible] diabolum [illegible] ſuperauit, & modum [illegible] ſuperandi.

Tertium, quod egit, eſt [illegible] formatio [illegible] [illegible] & [illegible]

Ioan. 4. [illegible] & veritate.

Quintum, quod egit Chriſtus eſt ſacramentorum inſtitutio. Baptiſmus enim tollit peccatum, & liberat a diabolo; præſtat gratiam; per quam operibus quis diaboli abneget, & vitam Chriſti proſequatur. & ſic de alijs ſacramentis, per quæ contra diabolum homo armatur, roboratur, & defenſatur.

Sextum, quod egit, eſt inter ſeruientes diabolo, & Deo diſtinctionis oſtenſio; quia tales in præſenti habent patrem diabolum: alij vero Deum. Ratio, quia cuius opera quis peragit, eius filius nuncupatur, & demum poſt hanc vitam filij diaboli vadunt in ſupplicium æternum. Iuſti autem Dei filij vadunt in vitā ęternam. Matth. 25.

Septimum, quod egit Chriſtus contra diabolum eſt pœnitentiæ publicatio, & prædicatio. Ipſa enim pœnitentia a diabolo liberat, & appropinquare facit regnum cœlorum. Matth. 4.

Octauum, quod egit Chriſtus contra diabolum eſt peccatorum indulgentię condonatio. Sic enim faciendo a diabolo perfecte hominē liberat. Patuit in Magdalena, a qua 7 demonia eiecit. Et de muliere in adulterio deprehenſa. Mar. 16. Lucæ 7. Ioan. 8.

Nonum, quod egit Chriſtus eſt ſui ſancti nominis ad inuocandum contra diabolum declamatio. Vis a diabolo eripi, nec eum timere? Nomina Ieſum. In nomine meo demonia eijcient &c. In nomine tuo demonia ſubijciuntur nobis &c. Mar. ult. Lucæ 10.

Decimum, quod egit Chriſtus eſt pro nobis ſui Deo patri in ara crucis oblatio. Mors.n. Chriſti nos a morte peccati, & diabolo liberauit, cuius ſignum diabolus dum crucis, & crucifixi ſignum intuetur ſtatim aufugit.

Vndecimum, quod egit Chriſtus contra diabolum eſt a ſuis manibus patrum, & aliorum [illegible] cum gratia decedentium tā de limbo, quam de purgatorio liberatio. Dedit enim ad [illegible], & genus humanum [illegible] potenter eripuit, & accepit.

Duodecimum, quod egit Chriſtus eſt ipſius [illegible] capitis [illegible]. Apoc. 19.

[illegible] Chriſti [illegible] & [illegible] Iob. 41. [illegible] per con[illegible] poteſtas [illegible] Chriſtus [illegible] am va[illegible] us oſtendi, & [illegible] tali: vt eſſe [illegible] potentiam [illegible] tra diabolum & efficaciam, ac proculdubio fide

fide firma teneret per ipſius Chriſti paſsionẽ
efficaciſsimam ſe non ſolum ab operibus dia
boli:ſed manibus veraciſsime liberatum. Sed
quibus ſignis virtus Chriſti contra virtutem
diaboli debebat oſtendi?certe homines a dia
bolo vexatos liberando. A ſpiritibus immun-
dis Ieſu homines liberando effectu ; oſtendit
ſe,& velle,& poſſe hominem de manibus dia-
boli liberare. Fecit ne ſic dominus Ieſus?Cer-
te ſic , & ſic eſſe huius conformitatis 9. prima
pars dicit. Ieſu ideſt per Ieſum, & propter Ie-
ſum demon expellitur. In ſacro enim euange-
lio dominus Ieſus à domino vexatos plures li
Mar. 16. berauit. Magdalenam.n.(teſte Marco) à ſeptẽ
demonibus liberauit ab ipſa eos eiiciendo .
Demonia habentes curauit. Multos demonia
Matth. 4. habentes , & verbo eiiciebat. Hominem mu-
Matth. 8. tum, & demonium habẽtem curauit. Cęcum,
Matth. 9. & mutum habentem demonium curauit. Filiã
Matth. 12. curauit Chananeæ demoniacam . Filium cu-
Matth. 15. iuſdam; qui habebat demonium,& erat luna
ticus : quem Apoſtoli curare non potuerunt,
Ieſus liberauit. Et ſimiliter alium legionem de
Matth. 8. monum habentem curauit. Mulieres plures li
Lucæ 8. berauit à domonio, & ſic de alijs. Quibus ef-
fectibus viſibilibus argumentum fuit: omni-
bus,& dominum Ieſum Chriſtum poteſtatem
habere maiorem , quam demones , & veniſſe
ad hominem à diabolo liberandum. Quòd ve
ro genus humanum à diabolo liberauerit, fuit
Iſa. 8. prædictum à Zacharia propheta. Tu autem in
ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de la-
cu; in quo non eſt aqua . Articulus eſt noſtræ
fidei Chriſtum deſcendiſſe ad inferos ad pa-
tres liberandos. Et quod patres ſecum duxe-
rit, dicit pſal. Captiuam duxit captiuitatem,
& ad cœlum, & in altum aſcendendo eam ſe-
cum duxit . Et quòd per Chriſtum habita ſit
victoria contra diabolum , & diabolus ſit ab
eo victus, ligatus, & eneruatus , patet in ſan-
ctis viris,& mulieribus:qui crucis ſigno,& vir
tute demonibus imperant,expellunt,& ſuppe
ditant. Benedictus crucis ſigno edito diabo-
lum in ſpecie auis merulæ eidem apparentis
effugauit. Fortunatus legionem vnam à mulie
re eiecit. Hilarion ſigno crucis multos oppreſ
ſos à diabolo liberauit , & ſic de alijs ſanctis,
vide legendas ſanctorum. In ſignum eorum de
iectionis,debellationis,& annullatiõis à Chri
ſto,& ſpecialiter à ſua efficaciſsima paſsione
eſt : quia ipſi praui demones ſignum crucis,
nec poſſunt aſpicere, nec Chriſti paſsionem,
vel ſanguinem valẽt audire, nominari. Statim
enim fugiunt ſi crucis ſignum viderint,vel paſ
ſionem Chriſti audierint . Demones immiſsi
per Ciprianum magum ad S. Iuſtinam, viſo ſi-
gno crucis ſtatim receſſerunt: quo cognito Ci
prianus ad fidem conuerſus eſt. Sic & S. Chri-
ſtoforus,& ſic de multis alijs. Quare, cum do
minus,& ſaluator noſter diabolum vicerit,cę
perit,& ligauerit;ac ſub ſua poteſtate eum te
neat; ac Chriſti inuocatione , & nominis , ſi-
gniq; ipſius ſacri in fronte, pectore, ac in cę-
teris mẽbri impreſsione diabolus effugetur,
& abiciatur: hinc eſt, quod ſuum ſanctiſsimũ
nomen ſemper inuocandum eſt à nobis, ac ſi-
gnum crucis ſumma cum deuotione corporis
membris imprimendum:ſiue non tentemur à
diabolo , vt præſeruemur: ſiue ab ipſo tenta-
tione quacunque pulſemur, vt ab ipſa libere-
mur. Quia ab omnibus periculis; impulſibus;
tentationibus;& deceptionibus eripiet inimi
ci ; ſi ipſius nomen inuocatum fuerit deuote:
cui omne genu flectitur cęleſtium,terreſtium,
& infernorum. Ac paſsionis ipſius impreſſum
nobis fuerit ſignum,cui data eſt omnis pote-
ſtas in cęlo,& in terra. E ſic patet, quòd licet
ſint multa remedia à Chriſto inſtituta contra
diabolum ad ipſum vincẽdum, & fugandum:
duo tamen præfata, ſcilicet ſui nominis inuo
catio,& crucis conſignatio valida ſunt,& effi
caciſsima contra diabolum. Nomen enim di
ctum, ſcilicet Ieſus, eſt nomen.
Primo audientibus digniſsimum, & reueren-
diſsimum,& venerabiliſsimum : vtpote, quia
dicit Apoſtolus. Omne genu flectatur &c.
Secundo pœnitentibus gratiſsimum:quia re- Philip. 3.
frigerium diuinæ placationis. Ieſus enim Sal-
uator interpręratur : quia ſaluum facit popu-
lum ſuum à peccatis eorum: vnde Io. in prima
canonica ſua dicit. Filioli, remittuntur vobis 1. Ioan. 2.
peccata propter nomen eius.
Tertio ęgrotantibus efficaciſsimum. In nomi Mar. ult.
ne meo &c. ſequitur. Super ægros manus im-
ponent, & bene habebunt. Iſtud reddit clau-
dis greſſum. In nomine Ieſu ſurge, & ambula Act. 3.
dixit Petrus claudo . Cęcis viſum . Dionyſius
nominando Ieſum, cęcum illuminauit , & ſic
de alijs infirmitatibus Ieſu nomine ſanauit .
Quarto patientibus gratioſiſsimum : quia in
ſolatium conſolationis dixit Chriſtus. Beati Matth. 5.
eritis , cum maledixerint vobis homines &c.
propter nomen meum. Et ibant Apoſtoli gau Act. 5.
dentes &c. ſequitur. Digni habiti ſunt pro no
mine Ieſu contumeliam pati.
Quinto proficientibus virtuoſiſsimum : quia
eſt ſpeculum,& perfectum exẽplar omnis per-
fectionis. pſal. Deduxit me ſuper ſemitas iu-
ſtitiæ propter nomen ſuum. Bernardus ſermo
ne 15. ſuper cant. dicit Siquidem cum nomi-
no Ieſum hominem mihi propono mitem, &
humilem corde, ſobrium, benignum, caſtum,
miſericordem in opere, & omni denique ſan
ctitate conſpicuum.
Sexto nomen excellentiſsimum. Nam duas na Digni nominis Ieſu expoſitio.
turas in Chriſto explicat diuinam , & huma-
nam,& vnam perſonam, prout dicit Papa In-
nocentius in ſuis ſermonibus,& allegat. S. An
tonius noſter in ſuis ſermonibus di . Hoc no-
men Ieſu duas habet ſyllabas: quia Ieſus duas

habet naturas diuinam videlicet & humanã.
Diuinam ex patre, ex quo natus eſt ſine ma-
tre. Humanam de matre, ex qua natus eſt ſine
patre; Duæ ergo ſyllabæ in hoc ſunt nomine:
quia duæ ſunt naturæ in hac vna perſona. Ha-
bet 5. litteras, tres vocales, & duas conſonan-
tes. Vocalis eſt illa; quæ dat vocem per ſe. Cõ
ſonans eſt, quæ reddit vocem cum alia. Per
tres ergo vocales figuratur deitas: quæ cum
ſit vna per ſe ſonat in tribus perſonis. Nam
tres ſunt; qui teſtimonium dant in cœlo. Pa-
ter; verbum; & ſpiritus ſanctus; & hi tres vnũ
ſunt. Per duas conſonantes ſignatur: quod cũ
habeat duas ſubſtantias videlicet carnem, &
animam nõ ſonant per ſe: ſed magis cum alia;
cui coniuncta eſt in vnitate perſonæ. Nam ſi-
cut anima rationalis, & caro vnus eſt homo:
ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, perſona
ſiquidem dicitur rationalis ſubſtantia per ſe
ſonans: quæ eſt Chriſtus, Deus quidem, & ho-
mo. Sed Deus per ſe ſonat inquantum Deus:
non autem inquantum homo: quia Deus re-
cepit humanitatem illius, perſonalitatem nõ
aſſumens Sed humanitas accepit deitatem, &
illius deitatis perſonalitatem. Et perſona nõ
aſſumpſit perſonam: ſed natura naturam aſ-
ſumpſit, hæc S. Antonius: Ex quo patet, quod
cum nihil ſit Deo excellentius, & in creaturis
terrenis homine, hoc nomen Ieſus exprimens
hæc duo, nomen excellentiſsimum eſſe com-
probatur.
Septimo eſt ſingulariſsimum inſolitum, & ſpe
tiale, quia nomen nouum ab Iſaia dicitur:
quia vt competit Chriſto nulli conuenit. Rõ.
quia nullus eſt generalis mundi Saluator: Nec
liberat populũ à peccatis, niſi ſolus Chriſtus.
Octauo deficientibus ſolidiſsimum ſuſtenta-
mentum. Patet de claudo nomine Ieſu à Petro
Act. 3. ſubleuato, per quod innuitur, quod Ieſus no
men eſt noſtrum ſubleuamen.
Nono confitentibus honorabiliſsimum, ad
Decus videlicet ipſorum, & honorem. Ange-
lus à Ioanne Ieſus nomine decorato non per
Apoc. 2. miſit ſe adorare. Rõ. quia dedit ipſe Chriſtus
hominibus poteſtatem filios Dei fieri his; qui
credunt in nomine eius.
Decimo prædicantibus veraciſsimum ad te-
ſtimonium datum atteſtationis veritatis, di-
Mar. vlt. cit Ieſus Apoſtolis. Ite in mũdum vniuerſum:
& prædicate Euangelium &c. ſequitur In no-
mine meo demonia eiicient, linguis loq &c.
Vndecimo memorantibus deuotiſsimũ: quia
in ſuſpirium deuotionis. Bernardus. Nil cani-
Iſa. 26. tur ſuauius, auditur nil iocundius, nil cogita
tur dulcius Ieſu Dei filio: vnde Domine, no-
men tuũ in deſiderio animæ meæ.
Duodecimo experientibus dulciſsimum: quia
Cant. 1. in guſtu, & fructu delectationis. Oleũ effuſum
nomen tuum Bernardus. Aridus eſt omnis ci-
bus animæ: ſi non hoc oleo condiatur.

Tertiodecimo poſtulantibus acceptiſsimum:
quia facit obtinere, quod petitur. Quicquid Ioan. 15.
petieritis patrem in nomine meo, dabit vo- Nota.
bis: vnde eccleſia ad obtinendum, quod pe-
tit in fine orationum ſemper ponit, per domi
num noſtrum Ieſum Chriſtum.
Quartodecimo perſeuerantibus glorioſiſsi-
mum in patria eſt præmium glorificationis
pſal. Gloriabuntur in te omnes; qui diligunt
nomen tuum. Et Apoc Beati habebunt nomẽ Apoc. 14.
eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et non eſt da Act. 4.
tum aliud nomen ſub cœlo hominibus: in quo
oporteat nos ſaluos fieri &c. Sed hoc nomen
Ieſus, & ſi datum eſt nobis quo ad prælata: eſt
etiam datum nobis pugnantibus, & ſtantibus
in hoc mundo in auxilium fortiſsimum, & va-
lidiſsimum protectionis: quia ipſum nomen
benedictum Ieſus demones expellit, vt dictũ
eſt: & habetur. Valet etiam contra omnes Marc. vlt.
alios impetus, dicente domino per pſal. Pro- Luc. 10.
tegã eum, quoniam cognouit nomen meum. Prou. 18.
Et Turris fortiſsima nomen domini. Hoc
ergo nomen domini inuocandum eſt pie, De nomi-
dulciter, & inſtanter in cũctis aduerſitatibus, ne Ieſu.
tentationibus, & periculis. Quicunque inuoca Ioan. 2.
uerit nomen domini ſaluus erit. Quapropter
deuotus Bernardus ſuper canti, ſermone 15.
ſic loquebatur de nomine benedicto Ieſu. An
non toties confortaris, quotiens recordaris
de eo? Quid æque cogitantis mentem impin
guat? Quid ita exercitatos reparat ſenſus, vir-
tutes roborat, vegetat mores bonos, caſtas fo
uet affectiones, vt nomẽ Ieſu? Ieſus mel in ore;
in aure melos; in corde iubilus; Et etiam hoc
nomen medicina. Triſtatur aliquis veſtrum?
veniat in cor Ieſus; & inde ſaliat in ore. Et ec-
ce ad exortum nominis lumen, nubilum om-
ne diffugit, & redit ſerenum. labitur quis in
crimine? currit inſuper ad laqueum mortis
deſperando: Nonne ſi inuocet nomen vitæ
confeſtim reſpirabit ad vitam? Cui ſtetit a-
liquando ante faciem ſalutaris nominis cordis
duritia, vt aſſolet, ignauiæ torpor, animi ran-
cor, languor accidiæ? cui forte ſiccatus lacri-
marum fons, inuocato Ieſu non continue ru-
pit vberior, fluxit ſuauior? Cui in periculis pal
pitanti, & trepidanti inuocatum hoc virtutis
nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, repulit
metum? Cui quæſo in dubijs æſtuanti, & flu-
ctuanti ad in[illegible]ocationem clari nomin[illegible] non
ſubito emicuit certitudo? Cui in aduerſis d[illegible]f
fidenti, iamiamque deficienti, ſi nomen adiu-
torij ſonuit, defuit fortitudo? & ſubdit. Nihil
ita iræ impetum cohibet; ſuperbiæ tumorem
ſedat; ſanat liuoris vulnus, reſtringit luxuriæ
fluxum; extinguit libidinis flãmam, ſitim tem
perat auaritiæ: ac totius indecoris fugat pru
riginem. Siquidem cum nomino Ieſum, homi
nem mihi propono; eundemque omnipoten-
tem; qui ſuo me ſanet exẽplo, & roboret adiu
torio.

torio. Hec deuotus Bernardus. Patet ergo quā ta eſt efficacia nominis Ieſu: & ſpiritualiter contra hoſtes demones. Quare ſæpe recogitandum, & deuote eſt in omnibus euentibus inuocandum.

Secundum nobis datum remedium cōtra diabolum eſt ſanctæ crucis conſignatio, & deificum crucis ſignum. quod quidem ſignum eſt ſingulariſsimum, videlicet.

Gen. 9. Primo fœderis diuini, & humani: quod datum eſt humano generi, ꝙ deinceps aquis diluuij terra non diſsiparetur: quia in cruce, cum ſit facta pacificatio inter Deum, & hominem, & conſequenter peccatum primorum parentum per Chriſtum ſolutum: deinceps terra eo non erat diſsipanda ſ homines terreni. Chyrogra-

Coll. 2. phum decreti affixit Ieſus cruci.

Secundo rebellium hominum Deo reconciliatorum. Numeri 17. virga ideſt crux mandato domini eſt ſeruata in ſignum rebellium, quia cum eſſemus Deo inimici reconciliati

Rom. 5. ſumus in ſanguine filij eius, & cōſequenter ſi-

Ephe. 2. gno crucis, vnde Apoſtolus. Inimicitias Chriſtus per crucem interfecit in ſemetipſo.

Ioſue. 2. Tertio eſt ſignū, quo homo ſaluatur, & quod datur Raab, vt pater eius ſaluetur. In cruce

Lucæ 23. à Chriſto latroni paradiſus promittitur.

Iudic. 6. Quarto ſignum ſummo deſiderio petitum à Gedeone pro victoria obtinenda. à Dauid.

Pſal. 85. Fac mecum ſignum in bonum &c. Hoc ſignū à diabolo liberat (prout habetur in vitis patrum) à carnis tentatione. Franciſcus fratri tentato imprimendo ſignum crucis liberum reddidit.

Iſa. 11. Quinto ſignum leuatum ad congregandas nationes hominum, & hoc ſub fide vna, & cultu Dei viuentis, hoc enim ſigno Dei viui conſignantur omnes Chriſtiani, & qui regnum cœ-

Apoc. 8. lorum debent ingredi, vt habetur.

4. Reg. 20. Sexto eſt ſignum mirabile datum regi Ezechiæ, in quo ſol Chriſtus decem gradibus retroceſsit: quia decem horis incipiendo ab hora tertiarum; qua crucifixus eſt petitione iudæorum, vſquequo de cruce depoſitus fuit, & traditus ſepulturæ: ipſe ſol retrocedens per humiliationem, & ſui omnimodam vilificatio nem ſtetit.

Heſter. 8. Septimo eſt ſignum clementiæ reginæ Heſter; quia hoc Deus pater viſo ſigno, vt ſui filij paſſionis declaratiuum, ſtatim peccatoribus ad impendendum miſericordiam, & clementiam flectitur, prout exemplis pluribus eſt probatum, & deuotus dicit Bern.

Tren. 3. Octauo eſt ſignum poſitum ad ſagittam, quia poſt vitam Chriſti in hoc ſigno crucis, & cruce demonſtratam, vt dicetur lib. 3. conformitate. 3 ſi qui inceſſerint, non in irritum ibunt: ſed directè in ciuitatem domini.

Apoc. 7. Nono eſt ſignum omnis perfectionis contentiuum: quia eſt ſignum Dei viui. In his enim, quæ Chriſtus in cruce geſſit, & loquutus eſt, & in ſua ibi permanſione, ac ſuorum membrorum cruci cohæſione, & ſanguinis rubricatione efficacia oſtenditur crucis: vnde deuotus Bern. ad propoſitum loquens ſic ait. In cruce enim pendet omnis fructus vitæ: quia ipſa eſt arbor vitæ in medio paradiſi. Ipſa eſt meſtorum conſolatio, eſurientium refectio, perfectorum gloriatio. Circūire poſſum domine cœlum, & terram, mare, & aridam, & nunquā te inueniam, niſi in cruce tantū: ibi dormis; ibi paſceris, ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides eius; cuius latitudo charitas, longitudo bonitas, & benignitas, altitudo ſpes, timor profunditas. In hac cruce te inuenit qui cunq; inuenit. In hac cruce anima à terra ſuſpenditur, & dulcia poma decerpit de ligno vitæ. In hac domino ſuo dulciter adhærens decantat. Suſceptor meus es tu: gloria mea, & exaltans caput meum. Nullus te quærat, niſi in cruce: quia te nullus inuenit, niſi crucifixum. Quod crux ſit ſignum perfectionis, & omnis perfectio ex ipſa habeatur: patet de Apoſtolo; qui nihil dicebat ſe ſcire, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum. In amore crucis iugiter morabatur, propter quod ipſo dicente. Confixus ſum cruci; nihil aliud eum delectabat: propter quod dicebat. Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Andreas Apoſtolus cognoſcens virtutem, & perfectionem ſanctæ crucis ab ipſa deponi noluit: ſed in ea mori voluit. Multos ſanctos adducere poſſem; qui crucis amici fuerunt: ſed cauſa breuitatis omitto: quia in 3. lib. conformitate. 3. de cruce erit ſermo prolixior: Sufficiat nunc nullum ſanctorum ad perfectionem venire potuiſſe; niſi per aſpectum crucis dominicæ.

Decimo eſt ſignum victoriæ. in cruce enim dominus Ieſus Chriſtus de diabolo triumphauit, vicit, cepit, ligauit, & carcerauit. Hoc eſt ſignum auxilij à Deo de cœlo miſsi. (vt dicit 2. Mac. 15.

Auguſtinus ſuper Ioannem.) Hoc ſignum proſternit ſuperbiam diaboli deceptoris: ſi tamē cordi adſit memoria redemptoris. Conſtantinus Imperator hoc ſigno habuit victoriam contra Maxentium. Hoc ſigno beatus Martinus protectus, non clipeo, aut galea hoſtium cuneos dicebat ſe velle penetrare ſecurus.

Vndecimo eſt ſignum omnis medelæ, & efficaciæ, impenſiuum, & collatiuum. Vnde Rabanus de laude crucis ſic dicit. In te Angeli crux ſancta gaudia acumulata ſua aſpiciunt.

In te homines iura ſalutis ſuæ cognoſcunt. In Præconia crucis.

te inferi iuſtam retributionē fraudis ſuæ percipiunt: omnibus es æqua, omnibus bona, omnibus iuſta, præterita renouas, præſentia illuſtras; futura præmonſtras; perdita requiris; quæſita inuenis, & inuenta cuſtodis. In te inſinuatur a morte noſtra redemptio, demonſtra

tur

tur ſancta morum conuerſatio, intimatur omnium virtutum perfectio, promittitur ad ęternam vitã reſurrectio; ęternę beatitudinis ſperatur adeptio; & verę fęlicitatis acquiſitio. Tu ſancta crux peccatorum es remiſsio; pietatis exhibitio; & meritorum augumentatio. Infirmorum remedium; laborantium auxilium; lapſorum refrigerium; ſanorum incolumitas, quietorum ſerenitas; & fortunatorum fęlicitas. Tu ſancta crux cura es ęgrotos medicãs; tu gaudium meſtos conſolans; tu ſanitas infirmos lętificans. Tu ſtatus recte credentium; tu firmitas bene operantium; tu beatitudo rite perſeuerantium ſancta, pia, bona, iuſta. Et beatus Aug. loquens de cruce ad propoſitum dicit in ſermone de paraſceue. Crux Chriſti nobilis, totius eſt cauſa ſalutis. Hæc nos à cęcitate liberauit erroris; hæc à tenebris reddidit luci; hæc debellatos reddidit quieti: hęc alienos Deo coniunxit, longe conſtitutos proximos præſentauit, & plura alia dicit ad crucis efficaciam exprimendam, & declarãdam. Idipſum Ioannes Chriſoſtomus explicat dicens. Crux eſt ſpes Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum, dux cęcorum, baculus claudorum, conſolatio pauperum, & egenorum, pedagogus adoleſcentulorũ; ſuſtentatio puſillanimorum, erectio deſperantium, gubernatio nauigantium, portus periclitantium; liberatio captiuorum, ſapientia inſenſatorum; libertas ſeruorum, & ſubiectorũ, philoſophia imperitorum, lex impiorum; præconizatio populorum; annunciatio Apoſtolorum; gloria martirum; abſtinentia monachorum; caſtitas virginum; gloria ſacerdotum, & totius ecclesiæ fundamentum. hęc Chriſoſtomus. Nec mirum eſſe debet fideli de pręfatis: ſi conſiderat facta à Chriſto in cruce; & cogitat, quod in cruce pependit; qui eſt omnia in omnibus: quare & crux in omnibus efficaciſsima comprobatur.

Duodecimo, & vltimo crux eſt ſignum adeptionis gloriæ: in cuius ſignum Chriſtus de cruce, & latro de cruce tranſiuit ad regnum paradiſi: quia anima Chriſti egreſſa de corpore in portione inferiori, fuit ſtatim beatificata, & latro gloria Chriſti beatificatus. Niſi enim hoc ſigno quis fuerit conſignatus veraciter regnum cœlorum intrare nequibit. Hoc enim eſt ſignũ filij hominis Ieſu Chriſti: quod apparebit in cœlo, ideſt in tota cęleſti curia.

Match. 24. Sic ergo apparet de benedicto ſigno crucis quale eſt: & ſpecialiter contra diabolum. Et ſic ex præfatis apparet prima pars iſtius conformitatis declarata videlicet. Ieſu demon expellitur, non ſolum ipſo, ſed per ordinata pro nobis ab ipſo, qui eſt benedictus in ſecula: Amen.

SECVNDAE PARTIS NONI fructus, ſcilicet Franciſcus effugator. Expoſitio.

HOSTIS noſter, & maliciæ caput diabolus; cum diuerſis vijs, & modis hominem inquietet aſsidue, ac tentet; nec vnquam ceſſet, niſi vincatur perfecte, & ſuperetur; & quia cum ipſo noſtra eſt continua pugna, & rara victoria: ſuccumbuntq; homines: quia ad inuocandum diuinum adiutorium non aſſurgunt, & innocentes ſuccumberent, niſi diuino auxilio protegerentur, & iuuarentur. Ratio quia ſunt ei mille nocendi artes, voluntas ad malefaciendum eius promptiſsima; ac poteſtas; cui nulla terreſtris æquiparatur, vt habetur attamen, vt ſacri dicunt doctores: ſi ab homine; quem tentat ſuperetur, de eodem vitio tentare, vel ipſummet amplius non præſumit, nec (vt creditur) alium quempiam: hinc eſt, quod ſi diuina gratia diabolum contingat à nobis ſuperari; nũquam torpore reſolui debemus: quia multos, quos pugna ſuperare nõ valuit, ignauia proſtrauit, & vicit (vt patuit de Dauid in figura) quia dum perſequeretur, non: ſed poſtquam quietus fuit à bellis, & perſequutione, commiſit adulterium, & homicidium. Debemus ergo diligenter conſpicere vias, & modos; per quos ipſe hoſtis antiquus acceſſum ad nos poteſt habere, & introitum: & omni ſtudio ſemper inuocato diuino auxilio, ſine quo nihil poſſumus: ſuper cuſtodia ſtare prudenter, vigilanter, & attente. Et ſi multorum ad hoc ſanctorum exemplo indúcimur: præcipue tamen beati patris noſtri F. qui, & ſi in habitu ſeculari aliquando à diabolo tentatus fuerit, & ſuperatus: reſpectus tamen in ſuis à domino, & benedictionibus pręuentus, poſtquam mundo abrenunciauit, & dominũ Ieſum perfecte induit, a diabolo, etſi tentatus: minime tamen aliquando fuit ſuperatus, nec victus. Diabolus enim beatum Fran. vt dictum eſt lib. 1. conformitate 2. multipliciter tentauit, ſed ipſum diuina gratia vicit. & ſuperauit. Habuit enim multo tempore implacabile bellum cum hoſte noſtro. & ſuis complicibus: ſed ipſos proſtrauit, & ſuppeditauit. Vicit enim luciferum de quo habetur. & hoc ſua profundiſsima humilitate: de qua dictum eſt in iſto 2. lib. conformitate 2: Principem mundi: de quo mundi abdicatione. Vt patuit lib. 1. conformitate 6. & in hoc lib. 2. conformitate 4. Mammona, de quo diuitiarum abiectione, & paupertatis amplexu: de quo dictũ eſt conformitate 4. huius 2. libri. Aſmodeum: de quo patientia, vt patuit huius 2. lib. conformitate 4. & 7. Beemoth; de quo corporis puritate, &

Iob. 41. · Iſa. 14. · Ioan. 15. · Lucæ 16. · Thob. 8. · Iob. 40.

tate,& caſtitate,vt habetur libro primo conformitate 7.& conformitate præcedenti. Belial: de quo obedientiæ in omnibus ſubiectione,& ſuppoſitione,vt dictum eſt conformitate 5.vel 7.huius 2.lib Abadon: de quo ad omnes compaſsione,& pietate: de quo habitum eſt conformitate 2. huius 2. lib. Diabolus a peccatis puritate: de quo libro 1 conformitate 7.& de quo dicetur conformitate ſequenti & lib.3.conformitate 3 Demonium facta ſim plicitate. & omnis mundanæ ſapientiæ deſpectione: de qua dictum eſt lib. 1. conformitate 10 & 12.

1. Reg. 2. Apoc. 9.

Lucifer tentat de ſuperbia Princeps mundi de concupiſcentia ad mundum.

Mammon de diuitijs.

Belzebub Deus ... arum ſic interpretatur;& tentat de otioſitate.

Aſmodeus, facturæ iudicium, vel plaſmatio interpretatur & de impatientia tentat.

Beemoth habitat in thalamis, & ſic de incontinentia tentat.

Leuiatan perſequens eos interpretatur, & ſic tentat de odio,& diſplicentia ad proximum.

Sathan interpretatur contrarium, & tentat, vt Dei voluntas non perficiatur, immo oppoſitum peragatur.

Belial interpretatur ſine iugo:& tentat de inobedientia.

Abadon interpretatur exterminator, & tentat de impietate, & incompaſsione.

Diabolus interpretatur criminator, & ſic ad peccatum inducit tentatione.

Demonium ſciens interpretatur, & ſic tentat, vt ſcientia mundi acquiratur potius ad deceptionem,& faſtum,quam ad veritatem & bonū.Contra omnes præfatos conſideratis beati Fran.modis,& operibus,ipſe pater pugnauit,& vicit,verum licet beatus pater Fran.contra hoſtem noſtrum,& ſuos complices habuerit victoriam: attamen quia quamdiu in præſenti vita ſumus, ſemper in acie ſtamus: quia vt dicit Militia eſt vita hominis ſuper terram; ſe ſemper muniuit, & ſuper cuſtodiam ſuam ſtetit omnem viam, & modum præcludendo per quem hoſtis diabolus ad ſuum poſſet habere acceſſum Nouerat ipſe beatus pater diabolum quoſdam tentaſſe tentatores ſuperaſſe & ſui iuris effectos ſubintraſſe ... tentatos crudeliter vexaſſe, & afflixiſſe, & hoc diuerſis ex cauſis, quare cauſas præfatorum in pectis, diligenter contraria ad præfatos, ne in ipſum diabolus acciperet poteſtatem, ipſe ſanctus pater Fr. peregit. Diabolus enim poſt tentationem ſuperatos intrauit & cepit Quoſdam ratione inobedientiæ: ſicut intrauit in Saul. Exagitabat enim eum ſpiritus nequam à domino.

Iob. 5.

1. Reg. 16.

Quoſdam ratione conceptæ maliciæ, ſicut in Iudam: cui miſit in cor ut dominum tradere. Et per bucellam acceptam introiuit in eum Sathanas ibidem.

Ioan. 14.

Quoſdā ratione patratæ nequitiæ,& ſic Magdalenam ſubiectam ſeptem demonijs: quæ ab ea Chriſtus abiecit.

Mar. 16.

Quoſdam ratione edacitatis, & guloſitatis nimiæ ſicut Monialem,vt habetur primo dialogorum, quæ momordit lactucam non præmiſſo crucis ſigno.

Quoſdam ratione præſumptionis,& ſuperbiæ vt 2. dialogorum. Clericum: cui B. Benedictus interdixit aſcenſum ad ſacros ordines,& oppoſitum faciendo, diabolus in eum intrando occidit.

Quoſdam ratione carnalitatis,& laſciuię: ſicut habetur primo dialogorum de muliere, quæ per totam noctem carnaliter ſteterat cū viro, & dum iret ad Eccleſiam S. Sebaſtiani, diabolus in eam, immo legio demonum intrauit: quam poſtea S. Fortunatus epiſcopus Tudertinus a demonibus liberauit.

Quoſdam temerariæ audacię ratione,ſicut intrauit diabolus Abbatē Iſaac indebite in maxillam percutientem, vt dicit Greg. 3. dialogorum lib.

Quoſdam ratione deceptionis, & fallaciæ,& ſic diabolus idola ſubintrauit,& intrat,vt homines decipiat & illudat.

Quoſdam ratione impoſitionis criminis falſo, & infamiæ,& ſic plures intrauit mulieres: quæ diuerſos ſanctos infamarunt,& ſpecialiter eā; quæ beatum Macharium infamauit eam impregnaſſe, prout in vitis habetur ſanctorum patrum.

Quoſdam ratione operationis nefariæ ſicut filium præfecti Romani, qui beatam Agnetem contingere voluit polluto amore(vt dicit Ambroſius) et eam ſcilicet defloraret.

Quoſdam ratione impietatis, & inclementię: ſicut patet pluribus; qui martires afflixerunt, ſcilicet de Paulino in legenda ſanctorum Proceſsi & Martiniani. De Lucretio in legēda ſanctorum Simplicij, Fauſtini, & Beatricis. De Publio,vt habetur in legenda S. Anaſtaſiæ, & ſic de alijs.

Quoſdam ratione oſtenſionis diuinæ iuſtitiæ, & ſic diabolus intrabit antichriſtum. Alios de ... diabolus, & accepit aliquos, & inbintrauit, vt patet ... gendas intuentibus: de quibus ad præſens non eſt ſermo breuitatis cauſa. Et quia prædicta ſic ſunt ad noſtrum propoſitum: beatus Fran. ne quoquo modo non ſolum diabolus eum tangeret: immo nec ad ipſum appropinquaret quantum eſt ratione ſui, & præfatorum effecit,contraria prædictis omnino peragēdo: ipſe enim contra inobediētiam fuit Deo obedientiſsimus: vt dictum eſt conformitate 7.huius lib Mandata Dei ſeruauit,& conſilia,ſocio, & alijs,promittēdo obedientiam promiſſam ſeruauit,vt dicit pars 6. legendæ.

legendæ maioris. Contra malitia fuit deuotiſſimus: Ieſus enim, vt mirrhę faſciculus aſsidue intra cordis vbera morabatur, & nihil amabat, aut ſciebat, niſi Chriſtum & hūc crucifixum. Contra nequitiam mundiſsimus. ſcilicet a peccato. remiſſa enim ſunt ei omnia peccata, vſq; ad quadrantem nouiſsimum, vt dicit. 4. pars legendæ. Contra ingluuiem abſtinentiſsimus vix ſumendo neceſſaria ſuſtentationi naturæ, prout dicit 5 pars legendæ maioris Contra ſuperbiam humilimus, & in ſuis oculis abiectiſsimus (cum vas ſanctificationis electum eſſet) ſe maximum peccatorum fatebatur, vt dicit 2. pars legendæ maioris. Contra laſciuiam caſtiſsimus; cum virgo eſſet corpore: tamen carnem crucifixit cum vitijs, vt dicit. 5. pars legendæ maioris. Contra audaciā Dei timori ſubiectiſsimus, nullā iniuriam faciendo, & ſibi factas libenter ſuſtinendo, & appetendo, vt dicit 6. pars legendæ maioris. Contra fallaciam veraciſsimus, hypocriſim, & omnem duplicitatem abhorrendo, & declinando: ac defectus latentes publicè cōfeſſione detegendo, vt dicit 6. pars legendæ maioris. Contra infamiam detractor [illegible] tium ſingulariſsimus: contra tales mira ſæueritate procedebat, & volebat procedi, vt dicit. 8. pars legendæ maioris, & volebat reddi talem omnibus [illegible]: ac cenſebat talem habitu ordinis ſpoliandum. Inſuper de omnibus melius, quam de ſe, ſemper ſentiebat & ſic eſſe dicebat, vt dicit 6. pars legendæ. Contra immiſericordiam [illegible] miſericordiſsimus, & benignisſimus. Clementiam habuit ingenitam; quam Chriſti charitas duplicabat, & omnibus, quibus non poterat, manum, [illegible] habebat affectum, vt dicit. 8. pars legendæ maioris. Contra mala opera fuit vita ſancti[illegible] de cu[illegible] ſanctitate dicitur [illegible] conformitate 13. huius. 2 Contra Dei di[illegible]entiam [illegible] Deo accept[illegible]ſimus vt [illegible] conformitate 4. & dicitur conformitate [illegible] 2. & in ſignum acceptationis in omnibus fuit exauditus, & præ alijs ſanctis à Chriſto ſtigmatizatus. Quia igitur beatus. F. ſe perfectè [illegible] a ſe diabolum expulit. Quibus dictis apparet, quod dictum [illegible] [illegible] demones; q ab eius [illegible] [illegible] Idipſum alijs diabolus dixit [illegible] q [illegible] ad mortem beati F. [illegible] re non poterant [illegible] Et alibi habetur q [illegible] di[illegible] q per de[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſitudine an[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] do [illegible] [illegible] [illegible] d[illegible] [illegible] [illegible] vitium eſt, hinc [illegible] d Di[illegible] it, q non [illegible] ſed etiam ab a[illegible] gnos

ſpiritus eiecit, & fugauit. Quia enim virtuoſè eos vicit, contulit ei Deus poteſtatem ſuper demonia, vt ea ad libitum à ſe, & ab alijs propulſaret. Et ſic [illegible] cuncta par[illegible] conformitatis. Franciſcus [illegible] gator, ſcilicet demonum à ſe, & ab alijs. Et quia tam in primo libro conform[illegible] 7. [illegible] hic viſum eſt quomodo à ſe ab[illegible] [illegible] dum eſt nunc ſuccincté quomodo demones ab alijs propulſauit. Non enim vno modo, ſed pluribus ipſos expulit, & a ſe, & ab alijs. Abiecit diabolum à ſe. Primo in bono opere [illegible] perſeuerantia. dū enim eſſet ſecularis, & viam [illegible] ſet domini perambulare, diabolus eidem apparens minatus eſt: q niſi ab inc[illegible] deſiſteret eum procliuum redderet, & gibboſum. Sed beatus. Fran. in propoſito perſeuerando, & diabolum expulit, nec gibboſus fuit.

Secundo patientia in ſancto Damiano grauiter afflictus infirmitate oculorum, per totam quadrageſimam demones in ſpecie murium inquietarunt eum [illegible] ſentientes: quos tandem patientia effugauit.

Tertio ſua vilipenſione, & abiectione, in Eccleſia ſancti Petri de Bouario, iuxta Treuium cum de nocte poſt orationem vellet quieſcere, nec de[illegible] [illegible] [illegible] quia nullum [illegible] habebat maiorem corpore [illegible] Vnde [illegible] tiendo vi[illegible] carēt eum de [illegible] Quod audientes demones abſceſſerunt.

Quarto carnis afflictione, [illegible] tiano tempore niuem, & [illegible] mer[illegible] in foueam n[illegible] [illegible] nis ſecendum [illegible]

Quinto humilitate: ſeruiendo [illegible] leproſis ac eum [illegible] & [illegible] contrectando diabolum ab eo [illegible] lepra emit[illegible]

Sexto [illegible] compaſsione motus, & [illegible] tia ciuitatem Aretij [illegible] demon[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſtrepitu [illegible] [illegible] ſerat.

Septimo panis benedictione, [illegible] panis à Fr[illegible] & poſita [illegible] demon[illegible] patientis [illegible]

Octauo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Nono verbo ſuo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Beati [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Decimo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] beatus Fran. ſua [illegible] [illegible] [illegible] conformitate & [illegible] huius ſecu[illegible]

Vndecimo præcepto, & iuſsione. in ciuitate Caſtelli imperando dēmoni vexanti mulierē, & in ſancto Gemino alteri mulieri, ſic patienti ab eis ipſum repulit.

Duodecimo cruci ſignatione. Nam mulierem à diabolo poſſeſſam; quæ multa de beati Fr. ſanctitate dixit: beatus F. ſignando, ab ipſo diabolo liberam reddidit, & multos alios ſic eripuit.

Fratrem Angelum ſuum ſocium propter timorem demonum non valentem ſtare ſolum de nocte, ſignatum a ſe ſolum miſit in montem valde altum; & mandauit, vt diceret. Superbi demones, omnes venite ad me modo, & quicquid poteritis facite mihi: Quod cum egiſſet, nec aliquis demon veniſſet ad eum: deinde impauidus eſt effectus.

Beatus F. aliquando à demonibus ſic fuit oppreſſus, vt diceret fratribus, ſi ſcirent fratres tribulationes; quas faciunt mihi demones, nullus eſſet eorum; qui non magnam pietatem, & compaſsionē de me haberet. Et ideo multotiens dicebat ſocijs: ꝙ non poterat de ſe ſatisfacere ſocijs, & fratribus: & oſtendere eis aliquam familiaritatem: ſicut fratres ipſi deſiderabant.

Semel fuit per plures menſes grauiſsima ſpiritus tentatione vexatus: adeo vt ſe putaret à Chriſto derelictum: ſed domino ſibi apparente, & dicenre illud Eunngelij, ac exponēte. Si habueritis fidem, vt granum ſinapis, & dicetis monti &c ꝙ mons erat tentatio, fuit ab ipſo domino ab omni tētatione liberatus.

Fratrem inobedientem apud ſanctam Mariā de Angelis a diabolo ſubactum per internuncium commonendo; vt obedientiæ ſe ſubmitteret, ab ipſo hoſte liberauit.

Obſeſſum vidit B F. à magno demonum exercitu locum ſanctæ Mariæ de Angelis, & quendam fratrem contra alium iniqua meditantē (data ex hoc demoni intrandi via) cępiſſe: verum B. F. fratrem præfatum arguente: a diabolo recognoſcendo culpam, eſt liberatus.

A pluribus alijs, videlicet fratre Ricerio miniſtro Marchię, vt dictum eſt lib. 1 conformitate. 8. tractatu de prouincia Marchiæ: tentationem validiſsimam diaboli remouit crucis ſignaculo conſignando, & ſic ab alijs mirificus vir Franciſcus repulit demonis laqueos inſidias, & tentationes: & Chriſto Deo amicos, & complices reddidit, & decoratos omni perfectione. Sic ergo ſuccinctè declaratio iſtius ſecundæ partis patet, videlicet, ꝙ beatus Franciſcus fuit effugator, ſcilicet hoſtis demonis non ſolum à ſe, ſed etiam ab alijs.

Ad laudem Chriſti.

FRVCTVS X. ET CONFORMITAS & 22. in ordine. Ieſu aqua conuertitur. Franciſcus commutator Expoſitio primę partis, videlicet. Ieſu aqua conuertitur.

PRIMVM miraculum; quod egit noſter ſaluator dominus Ieſus Chriſtus fuit in Chana Galileę: quando aquam ibidem dictis beatæ Mariæ matris ſuæ dñis vinum non habent: in vinum optimum commutauit. Et quia circa iſtud miraculum dicta ſunt plura in opere à me edito de vita beatæ Mariæ fructu. 46. vide ibi. At tamen nonnulla alia hic tangendo pro expoſitione primę partis huius conformitatis decimæ iſtius ſecundi libri, & 22. in ordine. Ante omnia. præſuppoſito; ꝙ vt dicit Io. Hoc fuit initium ſignorum Ieſu. quærendum eſt præ omnibus. quare dominus Ieſus voluit eſſe primum ſuum miraculum in mutatione aquæ in vinum: & potius facere in elemento aquæ, quàm alijs elementis. Et reſpondendum mihi videtur, ꝙ hoc fecit multis de cauſis, & hoc ſi attendatur quid in ſacro eloquio per aquā, & quid per vinum importatur. Aqua enim aliquando importat peccatum. Iuxta dictum Pſalmiſtę. Intrauerunt aquæ vſque ad animā meam. Iſta eſt aqua; quæ conuertitur in ſanguinem: & putreſcit, in qua Pharao, ideſt peccator ſubmergitur, & eſt ſalſa, & peſsima. Vinum accipitur pro ipſo baptiſmo, quo homo à peccato lauatur, & mundatur, habetur. ꝙ lauabit, ſcilicet homo in vino ſtolam ſuam.

Ioan. 2. *Pſal. 68.* *Exo. 7.* *Exo. 14. &* *4. Rgg. 2.* *Gen. 49.*

Ad propoſitū dominus Ieſus Chriſtus voluit primum ſuum miraculum oſtendere conuertendo aquam in vinum, videlicet, vt oſtenderet miraculum viſibile in aqua: quod mirabile, & inuiſibile peregerat in aqua, ſcilicet baptiſmi. Dominus enim baptizatus fuit antequam prędicare inciperet, & miracula viſibiliter operaretur, vt videlicet aquā ſanctificaret ſuo contactu, & conſequenter fideles aqua baptiſmi loti, per inuiſibile miraculum à peccato tam originali, quam actuali, ſi quod ineſſet mundarentur. In baptiſmo ſiquidem miraculum fuit vocis paternæ intonatio; ſpiritus ſancti in ſpecie columbæ deſcenſio. Et inuiſibile miraculum ſuo contactu ſalutifico aquę ſanctificatio, concedens aquis baptiſmi lotionem à quolibet peccato quod inuenit. Et quemadmodum aqua per ſui depurationem a ſole vertitur in vinum: ſic aqua baptiſmi virtute ſolis iuſtitiæ in vinum, ideſt munditiam vertitur. Ad oſtendendum ergo, ꝙ inuiſibiliter, & miraculoſe aquā, ideſt peccatum verterat in vinum, ideſt mūdiciam, viſibili, & primo mi-

Quibus de cauſis Chriſtus mutauit aquam in uinum.

raculo voluit prędicta oſtendere, aquam conuertendo in vinū. Sed aduerte, quod ſex idriæ plenæ aqua, in vinum conuertuntur: quia ſex modis contingit peccare, videlicet cogitatione, & delectatione, omiſſione, conſenſu, verbo, & opere. Si quis ergo præfatis modis ſe aqua peccati impleſſet: & ad baptiſmū debite accedat: purgatur ab omnibus, & in vinum conuertitur: quia in conſpectu domini vinū mundum habetur, & tenetur.

Secunda cauſa, quare præfatum miraculum primum eſſe voluit: eſt vt per eius operationē oſtenderetur ad quid venerat, & carnem acceperat; venit enim vt dicit Apoſtolus, vt nos redimeret ab omni peccato, & faceret nos populum acceptabilem, ſectatorem bonorū operum. Quare & aquam peccati in vinum conuertere. Lauit enim nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Venit, vt doceret nos de regno Dei: quia ad hoc miſſus fuit. Differentiam doctrinæ Chriſti ad doctrinam aliorum oſtendere voluit in aqua, & vino; quia doctrina aliorū eſt inſipida, vt aqua, vt pote animalis, & terrena; & terrena ſapiens: doctrina Chriſti eſt vinum dulciſsimum inebrians corda audiētiū: vtpote patris cęleſtis, & de Deo: vnde in eius laudem dicebant eius hoſtes. Nunquam ſic loquutus eſt homo. Huius vini ideſt doctrinæ Chriſti Magdalena deguſtata dulcedine ad pedes eius ſedebat. Aquam in vinum Chriſtus vertit: quando homines ſua doctrina fecit doctrinam mundanam deſpicere, & ſuam ſequi: & conſequenter vinum cęleſte deguſtare. Et ſic factum fuiſſe, habetur quia multi; qui vana fuerant ſequuti, libros combuſſerunt, & Paulo adhęſerunt. Doctrina humana eſt inſipida, & ſine humore gratiæ: quia non perducens ad vitam æternam: & ſic non perducens ad vinū lætificationis; niſi Chriſtus eam, vt aquam in vinum conuertat.

[1.Tit.2.] [Apoc.1.] [Matth.15.] [Act.19.]

Tertia de cauſa, aquam in vinum commutando primum egit miraculum, vt oſtenderet ꝗ nouum teſtamentum ab ipſo condendum, quod differret à veteri; vetus enim erat, vt aqua nō clara; vtpote figuris, & verbis prophetalibus obuolutum: eratque amarum, vtpote graue, & importabile (vt ait petrus) ad ſeruādum, & portandum. Sed nouum eſt, vt vinum lętificans. Ratio quia vt dicit Chriſtus. Iugum meū leue. Ad oſtendendum vetus teſtamentū conuerſum, & impletum in nouo: quia amaritudo, & grauitas legis in ſuauitatem per ipſum conuertenda, primum miraculum egit aquā conuertendo in vinum.

[Matth.11.]

Quarta cauſa cum aqua tribulationem ſignificet dicente Dauid. Aſſumpſit me de aquis multis &c. & pſal. 123 vbi tribulationem immenſam aquam intollerabilem vocat: in vinū dominus aquam mutauit: vt ipſi ſancti Apoſtoli, coram quibus ſpecialiter ficbat miraculum, omnem tribulationem libenter pro Chriſto ſuſciperent, & ſuſtinerent: cum eis omnis tribulatio pro Chriſto ſuſcepta conuerti deberet in vinum, ideſt conſolationem, & gaudium ipſo eis dicente. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint &c. propter nomen meum. Et triſtitia veſtra conuertetur in gaudium. Et non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam; quæ reuelabitur in nobis.

[Pſal.17.] [Pſal.123.] [Matth.5.] [Ioan.15.]

Quinta de cauſa hoc miraculū Chriſtus egit, vt oſtēderet, quod miracula cum ſint atteſtantia diuinam potentiam: non debent fieri; niſi prout tempus requirit, & negociū: quia enim vinum deficiebat in nuptijs: nec infirmitas, aut mors, ſeu alia materia occurrebat ad faciendum miracula: neceſsitati quæ inerat, ſcilicet de defectu vini; ſua prouidentia occurrit aquām commutando in vinum.

Sexta cauſa. Cum Chriſtus pluries apoſtolos de aqua; vbi inerant ad piſcandum vocaſſet, (vt paret) voluit in ipſo elemēto aquę miraculum facere: vt quis eſſet oſtenderetur eis, & ad fidem ponendam in ipſum totaliter animaret: quod & factum eſt, vt ſanctū in fine oſtendit euangelium.

[Matth.4.]

Septima de cauſa id miraculum fecit: quia ſic ſua mater humiliter, & inſtanter fieri poſtulauit. Et ſicut per ipſam carnem ſumendo, mundo inotuit (ſic eius prece miraculum faciendo) quantę eſſet potentię ſe hominibus declarauit. Quo oſtendit virgineis precibus aquā peccata, ſcilicet & tribulationem omnem nobis debitam: in vinum transferre purgationis, & lętificationis.

Octaua cauſa, vt cum nuptię; quibus Chriſtus interfuit, nuptias ſignificent ęternales: ibique ſit omnis miſeriæ depoſitio, & omnis conſolationis conceſsio: ad id ſignificandum, & exprimendum in nuptijs dominus aquam in vinum conuertit. Plures aliæ cauſę, & congruentiæ poſſent adduci ſed prædictę ſufficiant.

Vt ergo videatur de iſto miraculo Chriſti aliquid; ſunt aliqua vlterius indaganda.

Primum eſt vbi factum eſt: & vt dicit euangelium, ꝙ in Chana Galileę. Ecce locus aptus diuino miraculo, & pręſentiæ domini. Chana zelus interpretatur. Galilea vero tranſmigratio interpretatur: vbi eſt amor, & zelus Dei; ibi Deus adeſt, ratio, quia charitas fecit eum hominem. A fortiori facit pręſentem, vbi ipſa eſt, & zelus Dei. Stat enim dominus in medio diſcipulorum, & in ſuo nomine congregatorum, ac à mundo tranſmigrantibus, vt patet in Apoſtolis ſemper adeſt vſque ad conſummationem ſeculi. Sed quibus ſe dominus manifeſtat regem eſſe potentem, & dominum virtutum, & gloriæ: niſi eius zelantibus honorē? Patet in Elia, qui zelādo zelum Dei in Oreb, Dei præſentiam meruit ſentire & videre Dicit ergo

[Ioan.2.] [Matth.vlt.] [3.Reg.2.]

cit ergo Euangelium, quod dominus miracu
lum fecit in Chana Galileę, ecce locus. Fece-
rat Deus miracula magna in pluribus alijs lo-
cis, ſicut in Aegipto, prout habetur in libro
Exodi: in mari rubro: in deſerto, & ſic de alijs
locis. Vt patet ex ſerie ſacræ ſcripturæ. Sed ad
commutandum aquam in vinum locum ele-
git Chana Galileę, ut declararet, quòd Dei
honorem zelantibus aqua omnis tribulatio-
nis, in vinum conſolationis mutatur: quia, vt
dicit Apoſtolus. Diligentibus Deum omnia
cooperantur in bonum.

Rom. 8. Secundum uidendum eſt de tempore. Et di-
cit euangelium, ꝙ tempore nuptiarum: quia
inquit: Nuptię factæ ſunt. Vbi libet intueri.
Primo an decuit Chriſtum & B. Mariam nu-
ptijs adeſſe: conſideratis leuitatibus, & alijs;
quę fiunt in nuptijs communiter: cum Chri-
ſtus, & Maria eſſent omni ſanctitate pleniſſi-
mi, & perfectiſſimi? Reſpondetur quod acceſ
ſus Chriſti, & Mariæ ad nuptias in nullo eo-
tum derogat ſanctitati. Chriſtus, enim acceſ-
ſit ad nuptias multis de cauſis.

Chriſtus quare ad nuptias acceſſerit.

Primo, vt ſacramentum matrimonij per Adā
præconizatum à Deo inſtitutum per ſanctos
patriarchas, & prophetas debite ſeruatum bo
num, & licitum declararet: contra futuros hę
reticos, ſcilicet Manicheos ipſum, vt malum
condemnantes.

Secundo, quia Ioannes, cuius erant hæ nuptię
Chriſti frater: & dominus Ieſus nundum erat
notus miraculis, & prædicatione: ideo ſibi
non derogabat in aliquo talis ad nuptias ac-
ceſſus.

Tertio acceſſit (teſte Hieronimo, & Augu. vt
ſponſum Ioannem ad ſtatum virginitatis vo-
caret; ac virginem digniſſimum conſecraret.

Quarto, quia enim dominus Ieſus non ſolum
venit ad informandum perfectos; ſed etiam
imperfectos: quare in ſuis actibus conformis
voluit eſſe vtriſq; perfectis ſe virginitatis exē-
plar præbendo: imperfectis, qui virginitatem
ſic non poſſunt ſeruare, matrimonij ſacramen
tum licitum eſſe eis declarando, in nuptijs
perſonaliter aſſiſtendo. Erat enim mundi ip
ſe monarcha: quare legem dare decebat per-
fectis, & imperfectis. Virginitatis perfectis,
matrimonij imperfectis.

Quinto Chriſtus venerat ſanare, vocare, & ſal
uare tam virgines, quam coniugatos: quare,
& in licitis conformare eis ſe poterat.

Sexto cum Chriſtus eſſet ſanctus ſanctorum,
& ſic beata Maria, ad ſanctificādum nuptias,
& recūbentes acceſſit: quod & fecit in ſpon-
ſo, ſecundum Hieroni. & diſcipulos, qui cre
diderunt in eum.

Septimo, vt oſtenderet qualiter nuptiæ eſſent
celebrandæ: & qui vocandi: quia non diſcoli,
& diſſoluti; ſed Dei timorem habentes. Ad
has enim nuptias Chriſtus, Maria, & diſcipu-
li acceſſerunt. Sed beata Maria ad nuptias
acceſſit.

Primo, quia attinens ſponſo, ſcilicet Ioanni,
vtpote eius materia.

Secundo, quia cum ipſa in numero eſſet aſtri-
ctorum matrimoniali fędere, & ſi non corpo-
ris coniunctione; quod in ſe ſuſcepit in alijs
condemnare non decebat.

Tertio, vt oſtenderet, quod ſtatus matrimo-
nialis cum perpetua virginitate ſtaret, & eſſe
poſſet, vt ſicut fuit in ſe, & in Ioſeph; ſic & fa-
ctum eſt in his nuptijs, ſcilicet in Ioanne, &
eius vxore: vbi fuit traditio corporum cum
priuatione vſus ipſorum perpetua.

Quarto cum ſtatus virginitatis tunc non eſ-
ſet publicatus melior matrimoniali: quare ac
cedendo ad nuptias in nullo tali ſtatui dero-
gauit. Plures ſunt cauſæ aliæ tam de Chriſto,
quam de virgine; quare nuptijs interfuerūt:
de quibus dixi in opere de vita beatæ Mariæ,
fructu 46. Nec credendum eſt, quod vbi Chri
ſtus affuit, virgo Maria, & Apoſtoli, aliquid
fuerit indecens, & laſciuum peractū. Si enim
nuptiæ Tobiæ iunioris fiebant cum domini ti
more, à fortiori fuerunt iſtæ nuptiæ: in qui- Thob. 9.
bus erat ſanctus ſanctorum Chriſtus, & B Ma
ria ſanctiſsima creaturarū, & ſancti Apoſtoli.
O quales fuerunt hæ nuptiæ conſideratis per
ſonis. Commendatum fuit conuiuium Aſſue-
ri, quod peregit omnibus principibus, & ſer-
uis pro coniunctione, & nuptijs Heſter. Non Heſt. 2.
eſt tamen comparandum huic conuiuio nu-
ptiali, vbi adeſt Imperator cęli, & terre, Deus
deorum, & dominus dominantium: Regina
mundi: & Iudices ſęculi, ſcilicet Apoſtoli per
ſonis talibus dignificatæ ſunt hæ nuptiæ. Inſu-
per, & miraculo primo Chriſti, & vocatione
ſponſi Ioannis (ſecundum Hieronimum) ad
virginitatis perpetuum celibatum. Nullibi
nec aliquando factæ ſunt tales nuptiæ.

Secundo videndum eſt de verbis B. Mariæ.
Quare beata Virgo non petijt à filio miracu-
lum fieri expreſſe: ſed ſolum inſinuauit, dicēs,
Vinum non habent? Reſpondetur, quod vir-
go Maria cum fuerit prudentiſsima ſi expreſ
ſe à filio petiiſſet miraculum, indebite fuiſſet
viſum, & vanaglorioſe hoc expetere. Quemad
modum dicit, quod fratres Chriſti dixerunt Ioan. 7.
ſibi. Vade in Iudęam, vt & diſcipuli tui videāt
opera tua &c. Inſuper, quia ipſa ſciebat filiū
ſuum Deum eſſe; cui omnia ſunt manifeſta, &
conſequenter pium, & miſericordem, & qui
non labijs, & verbis; ſed corde vult depreca-
ri, ac ad Ioannem magno ferri amore: inſinua
re ſolum Chriſto viſum eſt B Mariæ fieri. Sic
enim Maria, & Martha ſorores, dum Lazarus
frater earum infirmaretur egerunt: ipſum in-
firmum inſinuantes dixerunt: Domine ecce
quem amas infirmatur. Dicit ergo B. Maria. Ioan. 11.
Vinum non habent, quaſi dicat defectum inſi-

Deus vult, corde non labijs deprecari.

nuo: ſed tu; qui Deus es, prouide de remedio opportuno. Quo verbo oſtenditur prudentia Mariæ ſciebat enim in multiloquio Deum nō delectari, nec exaudire: quare paucis verbis vſa eſt, ſimile faciendi, dum à Deo aliquid obtinere deſideramus, præbens nobis exemplū. Circunſpectio ſua ſtatim perpendit de defectu, & de remedio prouidit. Miſericordia ſua, & pietas ad pauperes: quorum pauperiē aſpiciendo prouidere decreuit, & fecit. Quo datur intelligi, quod qui ipſam habet, in præcipuam reuerentiam, & aduocatam in nullo habet dubitare, diffidere, nec contriſtari: quia ſua benigna pietate ſtatim prouidet, & ſubuenit in cunctis.

Tertio videndum, & inquirendum eſt de Chriſti reſponſione facta inſinuationi beatæ Mariæ. Reſpondit enim. Quid mihi, & tibi mulier? nondum venit hora mea. Videtur enim eam inhonoraſſe tali modo loquendi, non vocando matrem, ſed mulierem: ac ſe fore ab ipſa extraneum inſinuaſſe. Reſpondetur, quod dominus Ieſus, & reuerenter ſe habuit, & matrem honorauit, & exaltauit ſic reſpondendo: ſic enim reſpondendo oſtendit.

Primo, quia oſtendit ſe ad ipſam nihil habere carnalis affectus; ſed ſolum ſpiritualis: quia ei non condeſcendit, vt matri carnali, ſed vt mulieri plenæ pietate viſcerali: vnde in huius ſignum, non vocat eam matrem, ſed mulierē. Ad gloriam matris eſt, quod filius potius ſit ſpiritualis, quam carnalis: & ab omni affectu carnali ſegregatus, quam eius oppoſitū: quare, & virginis Mariæ.

Secundo ſic dicendo oſtendit, quod non propter vanamgloriam, ſeu vanam ſuggeſtionem, aut vanitatē aliquam miracula erat facturus, nec blanditijs, aut adulationibus inclinatus; quare pro tanto honorabilius fuit matri.

Tertio ſic dicendo expreſsit ſe aliud vltra humanitatem habere, ſcilicet habere deitatem, & potentiam; quam à matre non acceperat, & per conſequens ſe eſſe Deum, cui competit miracula facere, & ſic ad honorem Mariæ eſſe, quod ipſum Deum genuerit.

Quarto ſic dicendo, quia de non hora fecit horam ad faciendum miraculum precibus B. Mariæ, ipſam merito dignificauit: vtpote condeſcendens ei in petitis, & eius precibus faciens per anticipationē, quod pro tunc Deus non eſt facturus. Sed eam vocat mulierem, & non matrem, videlicet ab affectu pietatis, & miſericordiæ, qua inclinabatur ad inopiam ſublenandam præfati ſponſi. Non enim erat dura in pietate: ſed tota dulcis, & mollis pietate: & cum mulier dicatur à mollicie, eam tali de cauſa ſic vocare dignatus eſt.

Sed quid eſt, quod dicit: Nondum uenit hora mea? Reſpondetur, quod & ſi Deus omni momento, & hora miraculum (teſte Augu.) exerceat circa creaturam, vtpote in eſſe eam conſeruando: attamen non omnia; quæ poſſunt fieri miracula à Deo circa creaturam operatur: ſed loco, & tempore, & modis congruentibus. Poteſt & aliter dici, quod hora no erat, ſcilicet neceſsitatis. Miracula fienda erant neceſſario propter confirmandam prædicationem: & quia Chriſtus non prædicabat tunc: quare hora non erat, ſcilicet neceſsitatis, ſed hora fuit congruitatis: quia videlicet ad exaudiendum preces B. Mariæ erat ſemper decēs, & congruum: vnde B. Virgini ad exaudiendū ipſam, nec tempus expectat, nec horam. Sic ergo præfatis patet de loco, & tempore: quia in Chana, ecce locus, & tempore nuptiarum. Quo patet, quod multi aderant huic miraculo domini. Et ſi euāgelium dicat, quod Ieſus, Maria, & diſcipuli vocati ſunt ad nuptias: per hoc etiā datur intelligi, quod multi alij affuerunt, quia nuptiæ erant: & ſic miraculum Chriſti multis innotuit alijs.

Quarto videndum eſt de modo, quo miraculum eſt à Chriſto celebratum: & dicit euangelium, quod beata Virgo poſt reſponſionem Chriſti factam eidem: ac internam radiationem de voluntate filij ad miraculum operandum: ait miniſtris. Quæcunque dixerit vobis facite. O verbum ſummæ ſapientiæ contentiuum. Expreſsit nobis virgo Maria paucisſimis uerbis, quomodo à Deo obtinere poſſumus quicquid volumus. Inquit enim, ſi uultis obtinere à filio meo, quod optatis tam pro præſenti, quam pro futuro; documentum eſt ſaluberrimum, & ueriſsimum videlicet, quicquid dixerit vobis facite: ſic enim peragendo, quicquid petetis, fiet uobis ab ipſo. Non exaudimur à Deo, ratio, quia documentum Virginis non ſeruamus, ſcilicet quæcunque dicit Chriſtus nobis, faciendo: immo oppoſitū exercemus: nō miremur ergo, ſi nos non exaudit. Caſtitatem ſeruare, obedientiæ iugum ſuſcipere: manſuetudinem exhibere: miſericordiam circa miſeros, & indigētes operari; inimicos diligere: rectitudinem intentionis tenere: verbum otioſum vitare: carnis curam omittere: fratrem corripere: ſe cuſtodire iuſte agere: & toto affectu ad æternam patriam anhelare, & ſic de alijs; quæ in ſancto euangelio mandat, neceſſe eſt: vt ſic faciendo; quod petimus, ab ipſo proculdubio habeamus.

Documentum datū à uir. M. obtinendi a Deo quod petimus.

Ratio cur a Deo non exaudimur.

Sed quid Chriſtus dicit ad miraculū operādū Implete idrias aqua Hoc dicit, vt miraculum ſit patentius. Nō enim voluit, quod idriæ euacuarentur, & uinū ibidem nouiter crearetur: ne putaretur ibi non creatum, ſed ante immiſſum. Vult, quod idriæ impleantur aqua, vt pateat tam ex vaſis deputatis pro aqua, quam ex aqua pleniſsimē impoſita miraculum. Factum eſt, vt imperauit Quo facto, cum in virtute ipſius ſit omnis eſſe creaturæ tam ſubſtantiale,

quam

quam accidentale, aquas conuertit in vinum: Iuſsitque, ut miniſtri deferrent architriclino principi, & propoſito nuptiarum, ut guſtaret. Et architriclinus guſtauit uinum ex aqua factum. O quale fuit vinum iſtud, diuina virtute ſic operatum. Nullum unquam potuit ſuauitati, bonitati, & dulcedini eius æquiperari: vinum omne, & ſi á Deo, vt á principali cauſa fiat: tamen curſu fit naturæ. Sed hic naturæ ordo prætermiſſus fuit: diuina potẽtia ſtatim factum: aqua, ſcilicet in vinum mutata. Quare cum opera Dei ſint perfecta: hoc inter vina fuit perfectiſsimum. Quibus euidenter aſtruitur omnipotentia D. Ieſu: cui omnia parent ad nutum: eiuſque eſſe mandatis parendum: qui parentibus ſtatim ſubuenit: nec qui eius ſe ſubdit mandatis, habet de aliquo hęſitare: cui dominus ſubuenit, & alit in fame: ac eius fit in omnibus protector, & adiutor. O quanto Maria exultat gaudio videndo ſe á filio exauditam. Indigentium inopiam ſubleuatã. Filium tam ſtupendo miraculo Deum declaratum. Apoſtolos in fide confirmatos. Sponſum ad virginitatis perpetuum ſtatum vocatum. Miniſtros aquam ponentes ad Chriſtĩ reuerentiam inclinatos. Architriclinum ſtupore perterritum. Aſsiſtentes admiratos. Sponſam ad vitam celibem aduocatam: quia credendum eſt, ex quo ſponſum uocauit, quod & ſponſam non dimiſit, & ſi per doctores nihil de ipſa dicatur. Cunctos uino miraculoſe conceſſo lętificatos, & in viros alios deguſtantes commutatos. Multa alia eſſent dicenda pro huius primi miraculi commendatione: de quibus dictum eſt in opere de vita B. Mariæ Fructu 46. quæ hic omitto cauſa breuitatis.

Miraculo ergo iſto D. Ieſus pius eſt oſtenſus condeſcendendo pauperibus; quos diligit: quia ad pauperum nuptias pergit, quam dulciter ad ſuam fertur matrem Mariam: quam ſtatim exaudit: quam prudenter loquitur, & omnia peragit. Quomodo ſuo contubernio amara in dulcia conuertit. Sua gratia corda commutat: ſibi coniunctos iocundat conſolationibus; contemptoribus mundi ſe iungit: & Deum inquirentibus per Chana, & Galileã ſignatis. Omne ſexum, ſtatum, & ætatem ſalubriter inſtruit: ſuamq; doctrinam docet mellifluam dare. & demum ſe eſſe, qui nos ſaginat, & reficit iocunditate æterna. Sic ergo præfatis apparet ſuccinte declaratio primæ partis huius decimæ conformitatis videlicet Ieſu aqua conuertitur.

SECVNDAE PARTIS X. FRVctus, & conformitatis, & in ordine vigeſimæ ſecundæ, ſcilicet. Franciſcus commutator. Expoſitio.

GLORIOSVS Chriſti confeſſor dilectus in Deo, & hominibus beatus pater noſter Franciſcus: quia Chriſti amore mundana contempſit: eidem totis inhęſit præcordijs, vitia crucifixit, & cum diabolo ſuperauit: euangelicorum conſiliorum inobſeruatum, nec apicem prætermiſit: ipſumque ſolum dilexit, appetijt, & habere curauit: quia ſic ſua monita ſeruauit, & mandata: hinc eſt, is; in cuius ditione, virtute, potentia, & prouidentia cuncta ſunt poſita, ad nutum in opportunitatibus cõdeſcendit, & votis. Et ſi de hoc ſatis ſit dictum conformitate 3. nunc tamen pro expoſitione huius ſecundę partis, ſcilicet Franciſcus cõmutator eſt aliqualiter ſuadendum. Dominus enim Chriſtus Ieſus beato Fr. condeſcendendo in commutatione vini facta ex aqua, eum ſibi cõformem reddere placuit, & notabilem: quod hæc duo præ alijs oſtendunt exempla: de quorum.

Primo habetur in legenda maiori parte 5. vbi dominus Frater Bonauen. ad propoſitum loquens ſic inquit. Apud eremum ſancti Vrbani beato Fran. Dei ſeruo ægritudine grauiſsima laborante; cum ipſe defectum naturæ ſentiẽs, vini poculũ poſtulaſſet, nihilque de vino, quod ſibi dari poſſet, reſponderent adeſſe, iuſsit aquàm afferri: & allatam crucis ſigno edito benedixit: mox vinum efficitur optimum; quod fuerat aqua pura, & quod deſerti loci paupertas non potuit, viri ſancti puritas impetrauit. Ad cuius guſtũ tanta protinus facilitate conualuit, vt ſaporis nouitas, & innouatio ſanitatis atteſtarẽtur illud poculum Franciſco ſuo indigenti, liberaliter á Chriſto conceſſum: qui in nuptijs indigentiam pauperis ſubleuauit ſponſi, aquam connertendo in vinum. Huius deniq; vini guſtu á largo datore propinati, ab infirmitate ſublenatus Frãciſcus; & guſtu ſuauiſsime dulcedinis ſuper naturaliter innouatus, perfectam in ipſo expoliationem veteris hominis, & induitionem noui duplici atteſtatione firmauerũt. Sic ergo patet, qualiter beatus Fran. in commutatione aquæ in vinũ Chriſto eſt ſimilatus: & ſi diſparitas ſit in loco: ęqualitas tamen reperitur in effectu, & ſi cauſa ſit vtriuſq; ipſe ſaluator Ieſus Chriſtus.

Secundo exemplo idipſum oſtenditur de commutatione aquę in vinum facta à beato Fran. prout in legenda habetur antiqua. Cum enim pater ſanctus beatus Fran. in Marchia Anconitana apud locum de Trabe Bouante morã

traheret:

traheret: ac eccleſiam quandam dicti loci faceret fabricare, & hoc tempore eſtiuo, & operarij ſitis ardore eſtuarent; iamq; ipſe pater beatus ad acquirẽdum vinum fratres miſiſſet; dum redire diu tardant, laborantes à beato Fran. cum inſtantia vinum bibere depoſcunt: & cum diceret beatus Fran. ad caſtrum Iouis eis propinquum fratres miſiſſe pro vino, & cito reuerſuros, ipſis tamen ob ſitim conquerentibus, nec expectare valentibus, beatus F. ad fontem ibi vicinum perrexit, & ibi facta
Miraculũ. oratione, fontem crucis ſigno, cum ſignaſſet aqua ipſius fontis in vinum optimum eſt conuerſa. Et talis conuerſio aquæ in vinum bene per horam durauit. De quo vino omnes operarij abundantiſsime biberunt. Et quidam nomine Ioannes de Villa Alcini comitatus Camerini de iſto bibit vino, & tantum patratum miraculum à beato Fran. Fratri Bonauenturæ de Tolentino enarrauit. Sic ergo tã in miraculo præcedenti, quam in iſto: beatus Fran. Chriſto domino in commutationẽ aquæ in vinum ſimilis reperitur. Et non ſolum beatus Frã. aquam commutauit in vinum, verum etiam acetum fortiſsimum in vinum optimũ commutaſſe inuenitur. Cum enim beatus Fr. apud eccleſiã ſancti Chriſtophori de Iterapñ. pranderet cum multis: fecit ſibi ciatum de aceto afferri: quo allato cum quidam præsbyter nomine Ioannes capellanus eccleſiæ ſancti Caſsiani de Iterapñ. ad eum acceſsiſſet; beatus Fran. dictum ciatum de aceto ſibi allatum eidem præsbytero obtulit ad bibendum: quo hauſto interrogatus dictus ſacerdos ab aſtantibus, quid bibiſſet, reſpondit, quod melius uinum, quam guſtaſſet toto tempore vitæ ſuæ: de quo omnes, qui aderant ſunt valde admirati. Sic ergo præfatis apparet, quam votiue, & mirabiliter in ſuis opportunitatibus dominus Ieſus beato condeſcendit Frãciſco; qui ſibi conceſsit elementum aquæ in vinum conuertere: ac etiam acetum in vinum mutare. Quo innuitur beatum Fran. iuxta beatæ Mariæ documentum, cuncta; quæ Chriſtus dixerat ſeruaſſe, & cuſtodiſſe perfecte: quare, & obſequentem eundem dominum ſibi, & parentem ad placitum inueniſſe. Ac beatum Fr. à peccato, per aquam ſignificato purgatum. Tribulationes aqua figuratas, & aduerſitates libenter Ieſu amore ſuſcepiſſe. Quo primo in uinum mutatur puritatis angelicę, & ſecundo vino deguſtato diuinæ dulcedin[illegible]: Chriſtum eidem immo eundem, vt aquam in vinum mutaſſe à fidelibus reperitur. Sic ergo patet ſecunda pars ſuccinte declarata, videlicet Franciſcus, vt Ieſus aquę in vinum eſt commutator.

FRVCTVS XI. ET CONFORMItas, & in ordine 23. Ieſus orans inſpicitur. Franciſcus exorator. Expoſitio primæ partis. videlicet Ieſus orans inſpicitur.

MAGISTER veritatis, & doctor dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum ſua doctrina pariter, & vita fuerint ad hoc præcipue, vt hominem ſpiritualem redderent potius, quam corporalem; ac conſequenter Deo iuxta poſſe totaliter inhærentem, vt videlicet unus ſpiritus efficeretur cum ipſo: hinc eſt, quod inter uirtutes, oratio hominem mente cum habeat ſubleuare, & Deo præſentem exhibere (dicentibus Damaſceno) Oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum (& Augu. de ſpiritu, & anima) Oratio eſt mentis conuerſio in Deum per pium, & humilem affectum: ipſi domino, & ſaluatori noſtro complacuit hanc virtutẽ tam uerbo, quam exemplo ſuo docere: prout præſentis cõformitatis prima pars declarare intendit di. Ieſus orans pro noſtro exemplo, & inſtructione inſpicitur. Vbi ſciendum, quod homo fidelis. & imitator Chriſti, & ſi orationi iuxta dictum Chriſti debeat ſemper inſtare propter eius multiplices prerogatiuas, & vtilitates. vtpote, quia ipſa Deo placet, patet; quia per ipſam homo Deo coniungitur, & cum Deo loquitur ut dicit Alexãder Papa, & martir.

Demones fugat. hoc genus demoniorum non eiicitur, niſi per orationem, & ieiunium. Math. 9.

Diabolum cruciat. In legenda B. Bartholomei Apoſtoli incendunt me orationes tuæ.

De hoſtibus ſpiritualibus triumphat. Iſido. de ſummo bono dicit. Hoc eſt remedium eius, qui vitiorum tentamentis exeſtuat, ut quotiens quocũque vitio tangitur: totiens ſe orationi ſubdat.

Corporis infirmitates ſanat. Fili in tua infirmitate, ne deſpicias teipſum: ſed ora Deum, & ipſe curabit te. Et Oratio fidei ſanabit infirmum. Eccl. 8. De oratione. Iacob. ult.

Vitam prolungat: patuit in Ezechia, qui orauit, & à morte liberatus fuit, & anni 15. pro vita ſibi à Deo conceduntur. Iſa. 38.

Liberat ab oppcobrio, patet de Sarra filia Raguelis. Thob. 3.

A morte liberat, patet de Suſanna. Dan. 12.

Morbos ſpirituales ſanat Hieronimus Ieiunio ſanãtur peſtes corporis: oratione autem peſtes mentis.

In bello corporali triumphat, & ſuperat. Moyſes oratione Amalech debellauit. Exo. 17.

Mentem illuminat, vnde ſuper illud, quod Petrus in Iope orabat. Aug. dicit. Oratione melius du- Act. 10.

lius dubia ſoluuntur, quam inquiſitione alia.
Sancti homines oratione ſpiritum non ſolum
propheriç;ſed ſapientię,& ſcientię, & intelle-
ctus accepetunt.
1.Reg.1. Cur inflammat. Ad orationem Elie ignis de
cœlo deſcendit.
Mundat. Iſidorus orationibus mundamur.
Lucæ 22. Confortat.Ieſu orante tempore paſsionis an
gelus domini deſcendit confortans eum.
Lucæ 4. Cœlum aperit.Ieſu Baptizato,& orans apertū
eſt cœlum.
Deum placat,vnde ſuper illud quod Sarra ſte
Thob.3. tit tribus diebus in oratione dicit glo. quod
oratio Deum lenit, ſed lachrima pungit, hæc
vngit; illa pungit.
Matth. 21. Quod petit à Deo impetrat. Omnia quæcun-
que petieritis in oratione credentes accipie-
tis.Plures ſunt aliæ orationis commoditates;
ſed breuitatis cauſa dimitto:quia patent cui-
libet ſacram ſcripturam inſpicienti. Sic ergo
vtilitatibus penſatis homo debet orationi in-
cumbere.
Debet nihilominus hoc peragere præcipue ſal
uatoris noſtri. Primo exemplo. Secundo do-
cumento.
Primo exemplo Chriſti eſt orandū.Ipſe enim
orauit, & ſi non indigeret ad dandum nobis
orandi exemplum.
Primo ipſo baptizato,cui oranti apertum eſt
cœlum.
Lucæ 4. Secundo quando ſatiatis quinq; millibus ho
Matth. 14. minum exceptis paruulis,& mulieribus,aſcen
dit in montem ſolus orare.
Tertio quando multis à morbo, & demoniis
curatis, diluculo valde conſurgens egreſſus
ibat in deſertum locum, ibidem orabat.
Lucæ 6. Quarto curata manu arida in ſabato,exiit in
montem orare: & erat pernoctans in oratio-
ne Dei.
Quinto quando transfiguratus eſt,nam ut ha
Lucæ 9. betur,dū enim in monte oraret: facta eſt ſpe-
cies eius altera.
Sexto cum eſſet in loco quodam orans:vt ceſ-
ſauit orare, docuit diſcipulos ſuos orare, &
Lucæ 11. dicere Pater noſter,vt habetur.
Septimo oraſſe inuenitur tempore paſsionis
Ioan.17. Primo poſt cęnam,vt habetur,vbi informaris
Apoſtolis de pluribus: ſubleuatis oculis in cę
lum dixit. Pater venit hora, clarifica filiū tuū
&c. vbi multa ad Deum patrem oraſſe legi-
tur. Imminente paſsione, & in horto orauit
patrem ter: vt calicem paſsionis ab eo tranſ-
Matth. 26. ferret &c.vt habetur. Oraſſe dominum oſten
Lucę 22. ditur, quando aſcendit Hieroſolimam cum
parentibus cum duodecim eſſet annorum: &
quando in cęteris feſtiuitatibus Hieruſalem
aſcendebat. Inſuper, quando diluculo ſurge-
bat,& ibat in templum,credendum eſt, quod
antequam prędicaret ad exemplum patrem
orabat. In cruce moriturus orauit patrem,vt
parceret crucifixoribus. Et vt ait Apoſtolus.
cum lachrimis,& clamore valido preces ſup- Heb.5.
plicationeſque offerrens: exauditus eſt pro
ſua reuerentia. Ac de mundo recedens: oran
do patrique commendendo ſpiritum ſuum
mortuus eſt.Sic ergo dominus noſter ſuo exe Luc. 24.
plo oſtendit nos orare debere.
Hoc idem oſtendit ſecundo ſuo uerbo, & do
cumento,dicit enim. Vigilate,& orate &c. & Matth. 26.
dicit Ieſus,quod oportet ſemper orare,& nun
quam deficere: Orate, ne fiat fuga veſtra &c. Lucæ 17.
Sed aduertendum, quod dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus dicēs nos orare debere oſtendit.
Primo totam intentionem noſtram dirigen-
dam ad Deum,& non ad fauorem habendum
mundanorum ipſo dicente. Cum orauerı- Matth. 6.
tis,non eritis,ſicut hypocritæ,& ſequitur qui
amant in ſignagogis,& in Angulis platearum
orare: vt videantur ab hominibus. Tu autem
cum oraueris,intra cubiculum tuum:& clauſo
oſtio,ora patrē in abſcondito: & pater tuus;
qui videt in abſcondito, reddet tibi.
Secundo potius corde, quam ore. Intra cubi-
culum tuum:& clauſo oſtio ora patrem tuum Matth.6.
in abſcondito.
Tertio vitata ſuperfluitate verborum. Orātes Matth. 6.
nolite multum loqui: ſicut ethnici &c.
Quarto locum oſtendit dicens. Intra in cubi- Matth. 6.
culum, ideſt in locum ſecretum, quod oſten-
dit dum dimiſſa turba,aliquando in montem
aliquando in deſertum,aliquando in hortum
ſeparatus ab alijs ad orandum acceſsit: & ad
templum,vt dictum eſt.
Quinto attendit modum, quia reuerenter, &
facie inclinata,& humiliata habetur,quod ip Matth. 26.
ſe orans procidit in faciem ſuam &c.
Sexto formam dedit orandi dicens. Sic ergo Matth. 6.
vos orabitis. Pater noſter; qui es in cœlis &c.
Septimo oſtendit tempus: quia omni tempo
re. Oportet ſemper orare,& nunquam defice- Lucæ 18.
re.Hoc verbum domini ſaluatoris,cum ſit af- Nota.
firmatiuum,nō videtur,includere ſemper:ſed
pro ſemper ſic videlicet vt homo omni tempo
re ad orandum præparatus exiſtat:taliter pe-
ragendo, vt cum orauerit, eius oratio in do-
mini conſpectu ſit accepta, vt enim dicunt do
ctores. Ille non ceſſat orare, qui non ceſſat be
nefacere,vt poteſt dici, ꝙ oratio eſt adeo uti
lis. Inſuper ſemper diuino auxilio indigemus:
ac à diabolo infeſtamur:quare,& quando poſ
ſumus,ſemper orare debemus. Et licet ſit ſem
per orandum: tamen iuxta exemplum Chriſti
præcipue orandum eſt de nocte. Nam ut dici
tur. Ieſus erat pernoctans in oratione Dei. De Lucæ 6.
mane diluculo valde ſurgens: egreſſus, ſcili- Matth. 1.
cet de ciuitate: ibat in deſertum locum:ibiq;
orabat:& diluculo ibat in templum Hora ve- Ioan. 8.
ſpertina,dicitur,dimiſſa turba aſcendit in mō Matth. 14.
tem ſolus orare: & ſequitur:veſpere autem fa
cto ſolus erat ibi. Sic ergo patet tempore,quo
eſt oran-

eſt orandum præcipue.
Octauo quomodo eſt orandum, quia attente.
Matth. 26. dicit. Vigilate, & orate. præmiſit vigilate. vn-
1. Pet. vlt. de gl. ſuper illud. 1. Petri vlt. dicit. Ne animus
aliquid cogitet præter illud ſolum, quod præ-
catur.
Dolenter, & cum lahrimis. Sic ipſe fecit ad
Heb. 5. Heb. 5.
Inſtanter. Ter enim in paruo tempore, & ſpa-
Matth. 26. cio orauit tempore paſsionis.
Matth. 26. Humiliter in faciem procedit. quare & hu-
militer.
Heb. 5. Deſiderio magno Chriſtus orauit cum clamo
re valido; in ſignum magni deſiderij.
Matth. 6. Diſcrete, patet quia multiloquium vetat, & in
Matth. 26. oratione ſua paucisſimis verbis vſus eſt.
Matth. 7. Confidenter. Quicquid orantes petitis; credi
te quia accipietis.
Perſeueranter. Chriſtus in vita orauit; & demū
in cruce moriendo, dum patri animam com-
mendauit.
Debite, & honeſte quantum ad petita di. Cum
Matth. 6. orabitis dicite: Pater noſter; qui es in cęlis, ſan
ctificetur nomen tuum &c.
Nono oſtendit, quem orare debemus: quia pa
trem dicentes pater noſter, qui es in cęlis &c.
Matth. 26. quia ipſe ſic patrem orauit.
Decimo quid orandum, & petendum a patre
Matth. 6. cęleſti. Certe ipſe docet, quod debemus dice-
Lucæ 11. re. Sanctificetur nomen tuum &c. vbi ponit, ꝙ
ſeptem ſunt ab eo petenda, & oranda. Et quia
forma iſta a domino noſtro Ieſu Chriſto eſt
nobis tradita: circa ipſam eſt nobis aliquali-
ter inſiſtendum; vt quid ea petatur a dicenti-
bus intelligatur. Sed ante in generali ſunt ali-
qua notanda.
Primum ꝙ iſta oratio eſt valde ſingularis: vt-
pote, quia ab ore Dei viuentis promulgata; ab
ipſo edita, & petentibus Apoſtolis tradita, &
Lucæ 11. demonſtrata, prout habetur. Eſt etiam ſingu-
laris ex verborum breuitate. Quod egit Chri
Matth. 6. ſtus: quia, vt ipſe dicit. In oratione non opor
tet multum loqui. Egit etiam, vt facilius me-
moriæ traderetur; ſepius diceretur; & tedium
in dicendo vitaretur: ac omnis excuſatio tol
leretur. Eſt valde ſingularis ex petitionibus Si
cut enim ſeptenario numero omne tempus
complectitur, & vniuerſitas deſignatur, vt di-
cit Greg. ſic in ſeptem huius orationis peti-
tionibus quicquid à Deo tam pro æternis,
quàm pro temporalibus peti decet, contine-
tur, vt patebit in expoſitione.
Secundo eſt ſciendum, ꝙ in ſingulari nihil à
Deo petitur. Ratio, quia petendo generali-
ter: quid cuilibet ſit opus cū noſcat, & ſciat:
quid indigemus; & quo dat cuilibet, prout
opus habet. Inſuper in hac oratione: nullus
petit nomine proprio: ſed communi. Ratio,
quia opus charitatis quanto cōius, tanto me
lius. Teſte enim Hieronymo in quadam Epi
ſtola: Pſalmus, & miſſa dicta pro centum: tan | Miſſa pro centum dicta tantum valet ac ſi pro quolibet.
tum valet cuilibet, ac ſi pro quolibet in ſpe
ciali diceretur. Rogando pro alio, pro ſeip-
ſo rogare probatur: & ſpecialiter hanc domi
nicam orationem dicendo: quæ quoſlibet eā
dicentes tangit. Pſal. ait, oratio mea in ſinu
meo conuertetur. Vnde, & pro alijs ſiue in
aliorum perſona dicendo, pro ſemetipſo eā
dicere comprobatur, vt enim ait beatus Gre-
gorius. 25. moralium. Quiſquis pro alijs inter
cedere nititur, ſibi potius ex charitate ſuffra-
gatur; & pro ſemetipſo tanto citius exaudiri
meretur: quanto deuotius pro alijs interce-
dit.
Tertio aduertendum, ꝙ doctores hanc ora-
tionem dominicam diuerſimodè exponunt: | Orationis dominicæ expoſitio.
quare eorum dictis, & veſtigijs inhærendo: eſt
breuiter ſecundum eorum dicta declaranda.
Sed aduertēdum, ꝙ dominus noſter huic ora-
tioni quoddam premittit; ad quod cūctas pe
titiones merito aducctit. Præmittit enim, ꝙ
dicamus. Pater noſter; qui es in cœlis. In-
quit Auguſt. nunquam inuenitur in veteri te-
ſtamento præceptum, ꝙ orationi præmittere
tur pater noſter; ſed ſolum Chriſtianis. Et
alias. Dominus nobis mandat, vt dicamus
Pater noſter: qui per ſpiritum adoptionis à
Chriſto accepimus, vt ſicut eſt pater creatio-
ne: ſic noſter ſit pater ſingulari affectu, & dile
ctione. Cum dicitur pater noſter impetran-
di fiducia datur dicente Bernardo oratio
quæ patris dulceſcit nomine, petitionum mea
rum impetrandarum fiduciam mihi præſtat.
Sic cum (vti eſt) patrem noſtrum appellando:
affectus noſter inflammatur tanti patris pen-
ſando amorem qui nos prauos in filios vult
habere, inſurgit homo ad ſingularem eminen
tiam, & prærogatiuam, dum proſtratum non
ſe cernit peccato, ſed gratia nobilitatum, dū
Deum ſuum vocat patrem: quare, & ipſe gra-
tia Dei eſt. Ac quia ſumus Dei peculiari mo-
do filij: ſumus, & fratres Chriſti: quia Chri-
ſtus Deus factus eſt homo, & per conſequens
eius regni coheredes. In eo vero, quod eidem
dicimus non ſolum pater; ſed, & noſter: quia
ſicut vnius, ſic & alterius: quare nullus poteſt
ſe iactare de generis nobilitate: quia omnes
ſumus filij vnius Dei patris. Inclinat Chriſtus
patrem ad beneuolam aurem porrigendam
orantibus: dum deuote facit, ꝙ dicatur eidē
Pater noſter: & beneuolentiam eius ad nos
docet: quia pater noſter, & reuerentiam in-
ſinuat per nos eidem exhiberi, vt patri, & obe
dientiam, fiduciamq; totam in ipſum ponen
dam. Hanc ergo orationem quilibet tā igno-
bilis, quàm nobilis dicere valet; quia pater eſt
Deus tam diuitis, quam pauperis. Sed ſum-
mopere eſt præcauendum, ne qui dicit pater
noſter, tanto patre ſit indignus. Diuites. n.
& nobiles vere, & pie nequeunt Deo depro-
mere:

mere: niſi ignobilium, & pauperum pandant ſe eſſe omnino fratres: Omnes enim vos fratres eſtis (ait ſaluator noſter.) Sed hic pater noſter, vbi habitet, ſpecialiter oſtendit Chriſtus dicens: qui es in cœlis. Per cœlum (teſte Auguſtino) intelliguntur ſancti, & iuſti: quia ſunt viri ſpirituales, & cœleſtes. Deus, & ſi ſit vbique per eſſentiam, potentiam, & præſentiam; tamen ſingulari modo eſt in ſanctis per gratiam. Per cœlum etiam intelligi poteſt cœleſtis patria, vbi eſt habitatio beatorum. Dicitur ergo habitare Deus ſpecialiter in cœlis, ad oſtendendum, ꝙ ibi ſpecialiter, & principaliter ſuæ cœleſtis aulæ refulget celſitudo; ſuę gloriæ pulchritudo, & magnitudo: licet. n. anima ſit tota in toto corpore; & tota in qualibet parte: principaliter tamen cenſetur fore in corde per viuificam ad totum corpus operationem. Sic & Deus, cum ſit vbique; tamen principaliter eſt in ſanctis, & in cœlis; quia effectus ſuæ virtutis perfectius dicitur in præfatis perlucere. Dicitur etiam pater noſter; qui es in cœlis (vt ait Chriſoſtomus) vt erubeſcat dicens ſe in terrenis rebus ſubſternere: qui patrem profitetur ſe habere cœleſtem. Vel (vt dicitur in vitis patrum) ideo dicimus, Pater noſter, & ſpecialiter; qui es in cęlis: quia ad illam regionem mentem ſubleuare debemus: in qua patrem noſtrum commorari fatemur. Dicamus ergo Pater noſter. ſic enim dicendo confitemur Deo patri noſtro per filiũ ſuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, nos in adoptionem filiorum aſcitos. Quare nihil agamus, quod hac profeſsione, & noſtra nobilitate nos indignos conſtituat. Ait abbas Iſaac in collationibus patrum, collatione prima. cap. 18. Qui es in cœlis dicitur, vt ibi affixi ſemper ſimus mente: vbi appetimus cum ipſo Deo patre perpetuo commorari. Quibus pręmiſsis ad petitionum expoſitionem accedendum eſt. Sed aduertendum, ꝙ dominus ſeptẽ petitiones appoſuit.

Matth. 18.

In oratione domini ea ſeptem petimus & quæ ſint.

Et prima eſt ſanctificetur nomen tuum. Aug. .i. ſanctum innoteſcat, vt nihil ſanctius extimetur. Chriſoſtomus. Sanctificetur, ideſt fac nos ſic viuere, vt per nos omnes te glorificẽt. Ciprianus. petimus hac prima petitione, & rogamus, vt qui in baptiſmo baptizati ſumus: in eo quod eſſe cępimus perſeueremus: petimus, vt ſanctificemur, vt qui quotidie delinquimus delicta noſtra ſanctificatione aſsidua purgemus. Abbas Iſaac in collationibus patrum. collatione prima. cap. 18. Sanctificetur nomen tuum, ideſt noſtrum deſiderium, noſtrum gaudium ſit de gloria ſcilicet ipſius patris, exemplo Chriſti, qui dicit. Gloriam eius quæro; qui miſit me. Paulus Apoſtolus, vt ad gloriam ſummi patris ſalus totius Iſraeliticæ plebis accreſcat: anathema optat fieri à Chriſto. Sic & Moyſes de libro, quem ſcripſit deminus petit abradi, vt indulgentiæ conceſsio peccantibus detur ad ſummi patris honorẽ. Sanctificetur inquit abbas Iſaac, taliter poteſt accipi. Sanctificatio Dei noſtra perfectio eſt. Dicentes ergo ſanctificetur nomen tuum, hoc dicimus. Tales nos facito pater, vt ſanctificationem tuam quanta ſit, vel capere mereatur, vel certe intelligere, vel in noſtra conuerſatiõ ne ſpirituali ſanctus appareas. Quod efficaciter tunc in nobis impletur; quando vident homines opera noſtra bona; & glorificant patrem noſtrum; qui eſt in cœlis.

Sanctificetur nomen tuum: Bonauentura in breuiloquio: parte. 5. cap. 10 exponit. Sanctificetur nomen tuum: ideſt notitia tui nominis perfectis ſanctis, & mundis donetur. Aliter quidam exponunt dicentes. Sanctificetur nomen tuum, ideſt clarificetur nomen tuum in nobis, & hoc fiat per Dei notitiam, vt Deũ cognoſcamus per fidem, & fides in nobis augeatur plenarie. Sanctificetur nomen tuum, ideſt, quod ſemper eſt ſanctum, vt omnibus in noteſcat, & in nobis ſanctificetur, oramus. Nomen Dei de eo notitia eſt: vt eſt in angelis viſione manifeſte, in Eccleſia fide vera; Cum ergo in notitia Dei ſanctificamur, vt ipſe ſit pater; nos autem filij ſimiles illi, tunc nomẽ Dei ſanctificatur, & ſanctiſsimum nobis eſſe manifeſtatur. Sanctificetur nomen tuum, ideſt, vt dicit Pſal. Sanctum, & terribile nomen eius, ſcilicet Dei, ideſt, Pater noſter ab effectu, ſanctum nomen tuum (vt dicit. b. virgo) oſtendatur in nobis, de peccato, non ſancto ad ſanctitatem ducendo: augumentum in ſanctitate concedendo; ac in ſanctitate nos continuando, & perpetuando.

Secunda petitio eſt. Adueniat regnum tuum. Hieronimus. i. vt in vno quoque noſtrum regnet Deus, & non regnet peccatum in corpore mortalis hominis. Ciprianus. Regnum petimus aduenire a Deo nobis repromiſſum, & Chriſti ſanguine acquiſitum, vt qui ante ſeculo ſeruiuimus poſtmodum Chriſto dominãte regnemus. Aug. ad Proban. Regnum Dei ſiue velimus, ſiue nolimus adueniet. Scilicet cũ dicimus adueniat regnum tuum, deſiderium noſtrum ad illud regnum excitamus: vt nobis veniat, atque in eo regnemus. Augu. de bono perſeuerantiæ. Adueniat regnum tuum cum petitur. quid orãt; qui iam ſunt ſancti: niſi ꝙ in ea ſanctitate; quæ illis data eſt perſeuerent? Abbas Iſaac, loco prætallegato. c. 19. Secunda petitio mentis puriſsimæ venire iam ſui patris regnum exoptat; vel illud ſcilicet quo quotidie Deus regnat in ſanctis: ꝙ ita ſit cum diaboli imperio de cordibus noſtris pulſo per extinctionem vitiorum; Deus in nobis per bonam virtutum fragrantiam cęperit dominari. Vel certe illud petit regnum, quod præſtituto tempore eſt omnibus perfectis, ac Dei filijs

generaliter repromiſſum: in quo eis dicetur a Chriſto. Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum patatum vobis a conſtitutione mũdi. Adueniat regnum tuum ideſt non regnet peccatum in nobis: ſcilicet tu. Adueniat regnũ tuum ideſt tales nos fac: vt ſimus digni regno tuo.

Tertia petitio. Fiat voluntas tua; ſicut in cęlo, & in terra. Auguſtinus. Sicut in angelis; qui in cęlo ſunt fit volũtas tua; ita fiat in ſanctis tuis; qui in terra ſunt. vel fiat volũtas tua, ideſt tuis obediatur præceptis: ſicut in celo, & in terra, ideſt ſicut ab angelis: ita & ab hominibus Augu. in ſermone de morte. Fiat voluntas tua, &c. ideſt ſicut in iuſtis; ita & in peccatoribus; vt omnes faciant volũtatem tuam. Ciprianus. Petimus, vt facere poſsimus, quod Deus vult: & ad faciendum Deus facultatem concedat, & potentiam. Chriſoſtomus. Sicut in cęlo, & in terra, ideſt in toto mundo; vt tua voluntas ab omnibus agnoſcatur. Iſaac loco præallegato. c. 20. Tertia (inquit) ſupplicatio filiorum eſt: Fiat voluntas tua; ſicut in cœlo, & in terra. Non poteſt eſſe maior oratio, quàm optare, vt terrena mereantur cœleſtibus coequari. Nam quid eſt aliud dicere, fiat voluntas tua; ſicut in cœlo, & in terra: quàm, vt ſint homines ſimiles angelis, & ſicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo? ita etiam hi; qui ſunt in terra non ſuam; ſed eius vniuerſi faciant voluntatem: & ſubdit, ꝙ hoc nemo ex affectu dicere præualebit: niſi is ſolus; qui Deum credit omnia; quæ videntur, vel aduerſa, vel proſpera pro noſtris vtilitatibus diſpẽſare: magiſq; eum pro ſuorum ſalute, & commodis prouidum, atque ſollicitum; quàm noſipſos eſſe ꝓ nobis. Idem Iſaac. Fiat voluntas tua &c i. vt ſicut hi; qui in cœlo ſunt: ita omnes, qui in terra conſiſtunt, tua patet voluntate; qua vis omnes homines ſaluos fieri, ſaluentur. Alij exponunt. Fiat voluntas tua, voluntas Dei (vt dicit Apoſtolus) eſt ſanctificatio noſtra: vel aliter voluntas Dei, eſt obſeruandum mandatorum. Sicut in cœlo, ideſt ſicut Deus eſt in cœlo cum angelis, & iuſtis: ſic fiat in terra per gratiam in nobis. Fiat voluntas tua &c. vt quomodo inculpate tibi angeli ſeruiunt in cęlo: ita, & nos tibi in terra ſeruiamus, vel aliter per cœlum intelligendo ſpiritum hominis: per terram corpus. Fiat ergo voluntas tua: vt ſicut ſpiritus bonus Deo non reſiſtit: ita corpus ſpiritui non reſiſtat: quia dum cõtendunt caro, & ſpiritus: præcepta Dei minus implere valemus: vel aliter per cœlum Chriſtum; per terram intelligendo Eccleſiã. Fiat voluntas tua o pater ſicut per Chriſtum: ſic & per Eccleſiam fiat voluntas tua. Poteſt dici, ꝙ dum dicimus. Fiat voluntas tua &c. petimus, vt voluntas noſtra (ſicut tenetur) voluntati diuinæ opere per omnia ſit cõformis.

Quarta petitio eſt panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Auguſtinus dicit, ꝙ in quatuor iſtis petitionibus ſequentibus temporalia petuntur. Panem noſtrum &c. Hieronymus. Alius Euangeliſta dicit ſuper ſubſtantialem, ideſt illum petimus panẽ; de quo in Euãgelio. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi. Auguſt. panem &c. Panis; qui eſt neceſſarius petitur. Item idem Auguſt. de bono perſeuerantiæ. Panem noſtrum &c. Perſeuerantiã à domino poſcunt, quando panem petunt; ne à Chriſti corpore ſeparentur: ſed in ea ſanctitate permaneant, vt nullum crimen admittant. Chriſoſtomus. Panem ſuperſubſtantialem ponit, hoc eſt quotidianum, vel panem ſecundum Auguſt. quotidianum præcepta, ſcilicet diuina, quæ oportet quotidie meditari, & operari. Iſaac loco præallegato. cap. 21. & Hieronymus, per panem ſubſtantialem intelligitur Deus, qui eſt ſuper omnes ſubſtantias: eius proprietatem petimus quotidie: quia ſine ipſo nullo die vitam ſpiritualem capere valemus. Hodie ad præſentem vitam referri poteſt, ideſt dum in hoc ſeculo cõmoramur præſta nobis hunc panem; quia niſi quis te percipere panẽ vitæ in hac meruerit: in illa. ſ. æterna particeps eſſe non poterit.. Panem ſuperſubſtantialem, vel quotidianum. Per panem ſuperſubſtantialem intelligi poteſt corpus. D. Ieſu; qui eſt panis vitæ. Hunc dari à Deo pie petimus nobis hodie, & ſemper nobis petimus, ideſt fideliter ipſum credere eſſe veraciter corpus Dei, ſic credere eſt manducare, & conſequenter ipſũm panem habere. Per panem quotidianum hodie nobis dari dum petimus: intelligi poteſt cibus; ſine quo vita pñs eſſe non poteſt: Vel per panem dandum intelligi poteſt omne, quod pertinet ad ſuſtentationem vitæ præſentis, & quo ad corpus, & quo ad ſpiritum, & conſeruationẽ, ideſt tu domine animam feciſti, & corpus, da nobis hodie, quæ ad ipſorum ſunt conſeruationem.

Quinta petitio. Dimitte nobis debita noſtra; ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hac parte non ſine peccato conuincimur nos ducere vitam (vt dicit Ciprianus.) Rõ, quia, vt peccatores pro dimiſsione peccatorũ orare compellimur; non innocentes, ſed nocẽtes ſumus. Nam quotidie peccare inſtruimur: qui quotidie pro peccatorum dimiſsione iubemur orare. Et quia homo poſſet hæſitare an orãdo pro peccatis: veniam à Deo percipiat: ac quomodo hoc ad ſui notitiam poſſet deuenire, ab ipſo Deo datur nobis notitia de peccatorum dimiſsione, & hoc ſi, videlicet debitoribus dimittimus noſtris: vt enim ait ſaluator. Dimittite, & dimittetur vobis: ergo ex dimiſsione debitorum proximo, à Deo arguere poſſumus dimiſsionem peccatorum noſtrorum. Quapropter (vt dicit Auguſtinus.) In

manibus

manibus noſtris, & noſtro arbitrio poſuit Deus, vnde ſaluemur, & damnemur. Dimitte, & dimittetur tibi. Si non dimiſeris: nec Deus dimittet tibi. Ineffabilis eſt Dei clementia: quæ neminem vult perire: viamque breuem ſalutem inueniendi oſtendit. Quiſquis ergo odio, ac inimicitia erga fratrem mouetur, nec eidem vult noxam dimittere, dicendo dimitte nobis debita noſtra &c. non vt ſibi detur venia ſupplicat; ſed vt à Deo puniatur exorat. Quicunq; ergo ſuorum magnitudinem attenderet peccatorum, quicquid à proximo ſibi inferreretur minimũ putaret ad id; quod in Deum ipſe peccauit, & veniam proximo libenter impenderet, vt ſuorum à Deo debitorum indulgentiam ipſe obtinere valeret. Sed attendendum, ꝙ licet proximus alteri ſit debitor in pecunia, & alijs: de irrogatis iniurijs, & earum dimiſsione intelligit. Sine primis ſalus haberi poteſt: ſed non ſine ſecundis.

Sed nunquid homo non dimittendo iniurias, debeat ab oratione dominica dicenda abſtinere? Certe non. Ratio, quia dicendo præcedentia cum deuotione, vt eum ad dimittendum conuertat exorat, vt patet ex tribus primis petitionibus.

Sexta petitio eſt. Et ne nos inducas in tentationem. Auguſtinus aliud eſt tentari, & aliud in tentationem induci. Non petimus non tentari; quia ſine tentatione nemo probatus eſſe poteſt: ſed ne inducamur in tentationem; quã ferre non poſsimus. Iſaac loco præallegato. c. 23. Ne inducas nos in tentationem, non hoc ſonat, vt non permittas nos aliquando tentari: ſed ne permittas nos in tentatione poſitos ſuperari. Augu. de bono perſeuerantiæ. Quid aliud petunt cum dicunt. Ne inferas in tentationem: niſi ꝙ in ſanctitate perſeuerent, precantur? Ciprianus. in hac parte, cum dicitur, Et ne nos inducas in tentationem. oſtenditur contra nos nihil poſſe aduerſarium, niſi Deus ante permiſerit, ideo ne nos Deus permittat tentari ſupra id, quod poſſumus deprecamur: vt omnis noſter amor, & deuotio ad Deum ipſum conuertatur.

Septima petitio eſt. Sed libera nos à malo. Chriſoſtomus, diabolum vocat malum: quia bellum contra nos implacabile habet. Libera nos à malo, id eſt diabolo, & ne permittas nos ſuperari ab eo. Auguſt. de ſermone domini. Orandum eſt non ſolum, vt non inducamur in malum; quo caremus, ſed vt etiam ab illo liberemur; in quod iam inducti ſumus. Ciprianus. Petimus, vt ſecuri ſimus, & tuti. Iſaac loco præallegato. c. 23. libera nos à malo, id eſt ne permittas nos à diabolo tentari ſupra id; quod poſſumus, ſed fac cum tentatione, & exitu, vt ſuſtinere poſsimus.

Amen. Hieronymus, id eſt vere ſic fiat per te nobis pater, quod in petitionibus præfatis, tibi à nobis eſt humiliter ſupplicatum. Sic ergo præfatis apparet expoſitio orationis dominicæ. In qua forma, & modulo, vt dicit Abbas Iſaac loco iam dicto & collatione, cap. 24 nulla diuitiarum petitio, nulla memoria dignitatum; nulla potentatus, ac fortitudinis poſtulatio; nulla corporeæ ſanitatis, ſeu temporalis vitæ mentio continetur. Nihil enim, caducum vult à ſe, nihil vile, nihil temporale æternitatis conditor implorari. Itaque eius magnificentiæ, ac munificentiæ maximam irrogat iniuriam, quiſquis his ſempiternis eius petitionibus prętermiſsis, tranſitorium aliquid, & caducum ab eo maluerit poſtulare, & offenſam potius, quàm propitiationem iudicis ſui vilitate orationis incurret. Hæc Iſaac. Sic ergo patet, ꝙ dominus, & Saluator noſter in dicta oratione oſtendit: quid patri nos exhibere, debeamus, dum petimus ab eo in nobis eius gratias perficieñ. Eſt timor filialis exhibendus. Sanctificetur nomen tuum: Amor ſuper omnia conferendus. Adueniat regnum tuum. Honor impendendus. Fiat voluntas tua: Et quia pater debet filios nutrire: ideo petimus panem noſtrum &c. Offenſam indulgere. Dimitte nobis debita noſtra. Non permittere eum nos offendere: Et ne nos inducas in tentationem. Ab omni malo nos liberare, & præſeruare: ideo. Sed libera nos à malo dicimus eidem.

Aliter quidam doctor Pater noſter exponit dicens. Pater noſter priuilegio conditionis; beneficio recreationis; miniſterio pietatis, teſtimonio ſupernæ hæreditatis. Qui es in cœlis: per illuſtrantem gratiam; per gubernantem potentiam, per dirigẽtem miſericordiã, per ſublimantem gloriam. Sanctificetur nomẽ tuum: à nobis per honeſtam vitam, in nobis per mundam conſcientiam, ex nobis per bonam famam, ſupra nos per repręſentationem vitæ angelicæ. Adueniat regnum tuum: Cęleſtis patria per reuellationem: Sancta Eccleſia per aſſumptionem: Fidelis anima per iuſtificationem. Sacra ſcriptura per eruditionem. Fiat voluntas tua. cordis ſimplicitate; corporis caſtitate; oris veritate, operis ſanctitate. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: humanæ neceſsitatis; doctrinæ veritatis, hoſtiæ ſalutaris, ſupernæ ſacietatis. Et dimitte nobis debita noſtra &c. non retinentes in corde; non improperantes in ore, non reddentes malum pro malo, non recedentes à beneficio. Et ne nos inducas in tentationẽ: fraudulentam, quæ decipit; violentam, quæ vires frangit; ſubitam, quæ cogitationem præuenit; importunam, quæ non recedit. Sed libera nos à malo: mundanæ aduerſitatis; humanę peruerſitatis; diabolicæ caliditatis; ſempiternæ calamitatis.

Sed beatus pater noſter Franciſcus aliter ex-

ponebat, vt dictum eſt in expoſitione ſecundæ partis. 12. conformitatis. Sic ergo patet, quid orandum,& à patre petendum. Ex præfatis igitur dominicę orationis verbis,& Chriſti circa orationem ſententijs ſeruandis, patet ſolutio cuiuſdam quæſtionis, & dubitationis,videlicet,vnde eſt,ꝙ orans à domino non Iacobi 4. exauditur. Reſpondetur ſecundum Apoſtolum: Petitis,& non accipitis eo, ꝙ male petatis. Cauſæ cur orans aliquando nō exauditur. Male autē petere poteſt referri,& ad perſonam orantis: quia eſt in peccato. iuxta illud. Cum multiplicaueritis orationes veſtras, Iſa. 1. non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine, ideſt peccato plenæ ſunt: Et peccata veſtra abſconderunt faciem eius à nobis; ne exaudiret: Iacobi 1. Vel ꝙ dubitat. Poſtulet in fide nihil hæſitans,& ſubdit: Non exiſtimet ergo homo ille, ꝙ accipiat aliquid à domino. Bernardus: Indignus cœleſti benedictione conuincitur; qui Deum dubio quærit affectu, vel quia Dei Prou. 28. legem obſeruare contēnit. Qui declinat aurem ſuam; ne audiat Dei legem, eius oratio erit execrabilis,vel quia peccato addit pecca- Eccl. 34. tum non ceſſando. Vnus orans,& alius maledicens cuius vocem exaudiet dominus? vel Eccl. 28. quia proximo iniurias non remittit. Relinque proximo tuo nocenti tibi,& tunc deprecanti Matth. 11. peccata ſoluentur. Cum ſtabitis ad orandum dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt etiam pater cœleſtis dimittat vobis peccata veſtra: Vel quia crudelis ad pauperes exi- Prou. 21. ſtit. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis: clamabit & ipſe, & nō exaudietur. Male petere poteſt referri ad perſonam, pro Hiere. 7. 9. qua oratur: quia indigna eſt. Noli orare pro populo iſto: neque aſſumas pro eis laudem; nec orationem: quia non exaudiam. Male petere poteſt referri ad id; pro quo oratur, & petitur: quia vel vile eſt; quod petitur. Chri- Matth. 20. ſtus filijs Zebedei dixit. Neſcitis quid petatis. Vel non expediens petenti: ſicut Paulo petenti amotionem ſtimuli, dictum eſt à domino. Sufficit tibi Paule gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vel quia meliora, quàm petat, Deus dare diſponit. Iſidorus. Multi orantes non exaudiuntur, Prouidet .n. Diſcurſus. Deus illis meliora, quàm petant. Ex quo apparet, ꝙ ſuperbi; qui petunt ſtatum. Auari; qui petunt aurum: Scientia prędıti; qui petūt famam. Pugnatores; qui petunt corporis vires. Tempus bonum, vt petunt agricolæ. Scientia; quam petunt phyloſophi. Guloſi; qui petunt voluptuoſa. Mali; qui petunt longeuitatem vitæ. Iracundi vindictam de hoſtibus. Diuites filiorum multiplicationem. Mulieres pulchritudinem. Prælationes,& dignitates, vt petunt clerici,& ſic de ſimilibus: à Deo nō exaudiuntur: quia petenti talia nō expediūt, vt plurimum.

Male poteſt referri ad modum petendi, Vel quia,ibi non eſt cor propter malarum cogitationum multitudinem.i. quia nec ad Deum à quo petit: nec reſpectu eius, quod petit. Abraham, à ſacrificio volucres abigebat, ideſt Gen. 15. cogitationes vanas, & ſuperfluas. Vel quia non eſt magnitudo deſiderij: ſed paruitas. Pſalmus. Tacui, dum clamarem tota die. Gregorius. Aeternam vitam, ſi ore petimus; nec tamen corde deſideramus, clamantes tacemus,& Augu. Seruat tibi Deus,quod non vult tibi dare; vt tu diſcas magna magnē deſiderare. Vel quia impatiens, & impatientia ducitur. Saul propter impatientiam conſulendo dominum non exauditur. Deo enim humiliū, 1. Reg. 13. & manſuetorum,ſemper placet ſupplicatio,& deprecatio. Vel imperſeuerantia. Perſeuerās Indith. 9. pulſans exauditur. Auguſtinus. Si non eſt amo Lucę 11. ta oratio ſecurus eſto, ꝙ nec miſericordia. Sic ergo patetur, ꝙ male petere ex præfatis poteſt multipliciter accidere: propter quod homo non exauditur. Quæ omnia includuntur in pręfata oratione dominica, videlicet, ꝙ iam dicti modi ſunt omnes contrarij petitionibus,quæ fiunt in dicta oratione, vt patet prædicta diligenter intuenti. In talibus enim non eſt nominis Dei ſanctificatio: nec aduentus Dei regni petitio, nec diuinæ voluntatis operatio, & ſic de alijs: quare non mirum, ſi non exaudiuntur.

Et per oppoſitum ad pręfatos multi in ſua oratione ſunt auditi à Deo, & exauditi, vt patet de Abraham; qui orauit pro Abimelech. De Gen. 22. Iſaac, qui rogauit, vt conceptum daret Rebe- Gen. 26. chæ. De Moyſe; qui orauit pro populi offen- Exo. 32. ſa. De Salamone. De Anna matre Samuel. 1. 3. Reg. 8. Reg. 1. Dé Eli. Et ſic de aliis, vt patet ex ſerie 3. Reg. 18. ſacræ ſcripturę. Hos exaudiuit dominus,& ſimiles: qui ſanctificauerunt nomen domini; eiuſque voluntatem fecerunt, & ſic de alijs. Dominus noſter, quando dicit, ꝙ duo conſentientes de omni re; quam petent fiet eis. hoc Matth. 18. ideo eſt: quia ipſi voluntatem Dei perficiunt. Quando dicit, ꝙ fidem habentes, vt granum ſi- Matth. 17. napis, quod petunt, fiet eis, hoc dicit; quia tales aduceniſſe regnum Dei in ſe oſtendunt, & pro alijs quærunt. Quando aſſiduitate orationis dicit exauditionem concedi. hoc eſt; Luce 11. quia talis clamat Pater noſter; qui es in cœlis, & panem quotidianum da nobis hodie. Quando emendatione vitæ, & miſericordiæ impenſione dicit exaudiri, hoc dicit; quia talis, Dimitte nobis debita noſtra, & de factoi Et ne nos inducas in tētationem, proclamat, In tribulatione clamantes, iuxte illud. Ad dominum cum tribulatione clamaui, & exaudiuit me: Quid aliud petunt ſic dicentes: niſi Fiat voluntas tua? Et libera nos à malo,& ſic de ſimilibus; quę in ſacro eloquio reperiuntur: propter quæ Deus exaudire promiſit in partibus, vel in toto orationis dominicæ: tales

les reperiuntur proclamare contentos. Sic ergo patet, ꝙ oratio dominica, ſi modis traditis à Chriſto dicatur, ineficax dicenti nullatenus aliquãdo reperitur: quia quod petit, Deus exhibet, vel differt ad meliora donanda. In hac domini oratione (vt patet inſpiciẽti) omnis orationum continetur diuiſio. Hic eſt gratiarum actio in cognitione, & aſſertione patris cœleſtis. Poſtulatio pro gratijs ampliandis. Implorandis: Panem noſtrum da nobis hodie &c. Obſecratio pro periculis, amouendis. Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo. Oratio ſtrictè accepta pro gratijs ampliandis. Sãctificetur nomen tuum. Adueniat regnnm tuum &c. Sic ergo patet, quanta eſt oratio dominica: quia omnis ſupplicationis contentiua. Qualis eſt: quia omnium, ſi debite dicatur, quæ quærimus à Deo obtinere, conſequutiua: quia ſi non vno modo ſaltem, alio modo. Quapropter ipſa eſt à nobis ingiter dicenda Deo patri, & quia ipſa, iuxta dictum Chriſti petimus, & quærimus primo regnum Dei, & Deum ſcit, quod nobis expediat: ipſa omnia adijcientur nobis. Et ſi non in præſenti, quo ad modum, aliquando, quo petimus: tamen alio modo ſemper tamẽ in futuro incunctanter nobis à Deo donabuntur. Præfatis ergo apparet, primæ partis huius. 11. conformitatis expoſitio, videlicet. Ieſus orans inſpicitur; & ꝙ orare nos docuit tã verbo, quàm exemplo.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS 11. & conformitatis. Et in ordine 23. ſcilicet Franciſcus exorator. Expoſitio.

EXPOSITVRVS ſecundam partem huius 11. conformitatis videlicet Franciſcus exorator; ad ipſius expoſitionem præmittẽdum puto; quæ in beato Fran. ſicut in quolibet alio fidei, debent eſſe ad orationem diſpoſitiua, & præparatiua. Et demum de oratione beati Franciſci qualis fuerit, erit videndum. Ad orationem diſpoſitiua, & præparatiua (atteſtantibus doctoribus & ſacra ſcriptura) ſunt hæc: videlicet.

Primo mentis, & cordis à terrenis reuocatio ad interiora per temporalem totalem abdicationem. Iſidorus. Purgandus eſt primo animus: atque a temporalium rerum cogitationibus ſegregandus: vt pura acies cordis ad Deũ vere, & pure, ac ſimpliciter dirigatur. Pura autem eſt oratio: quam in ſuo tempore ſeculi non interueniunt curæ. Lõge autem eſt à Deo animus: qui in orationibus, cogitationibus ſeculi fuerit occupatus. Chriſtus) vt dictum eſt) mandat oranti. Ingredi per contemptũ mundi alium cubiculũ cordis: & oſtio clauſo per reuocationem à terrenis, patrem cœleſtem deprecari: & tunc petenti, quod precatur, largitur, & reddit. Matth. 6. Huius Chriſti documentum; vt Franciſcus debite oraret, ſeruauit. Mundum funditus contemnendo (prout in primo libro & iſto ſecundo in pluribus conformitatibus eſt dictum) mentem totaliter à terrenis remouendo, & ad cęleſtia dirigendo. Vnde de mentis ſubleuatione ad ſuperna teſtis extitit ſubleuatio corporalis à terra: quæ multotiens apparuit in beato Franciſco, prout conformitate 3. huius 2. libri eſt dictum. Idipſum oſtendit tranſitus per burgũ S. Sepulchri: per quod caſtrum tranſiens ſubuectus propter infirmitatem aſello, contrectatus à turbis. nihil penitus ſenſit. Mens quidem ipſius in cæleſtibus fixa ſplendoribus, varietatem non ſenſerat locorum, nec temporum; nec occurentium perſonarum prout 10. pars legẽdæ maioris oſtendit. Et ideo ad propoſitum loquens legenda maior parte 10. & oſtendens beati Franciſci retractionem mentis à terrenis, ſic inquit. Grauiter ſe putabat offendere, ſi quando orationi deditus, vanis fantaſmatibns interius vagaretur. Hoc ſtudium ſic in vſum conuerterat: vt rariſsime muſcas hniuſcemodi pateretur. Valculum quoddam in quadrageſima fecerat ad vitandnm otium, & minutias temporis occupandas: quod cum dicenti tertiam in memoriam veniens, panlulum ipſius animum diſtraxiſſet; motus feruore ſpiritus ipſum igni tradidit di. Sacrificabo illud domino: cuius ſacrificium impediuit: & ſubditur. Pſalmos cũ tanta mentis & ſpiritus attentione dicebat: quaſi prçſentem Deum haberet.

Secundo intentionis totaliter directio ad ipſum Denm: & ſolum, cui orationem porrigit debet attendere: dicente Deo per pſalmiſtã. Vacate, ſcilicet orationi, & videte, quoniam ego ſum Dens. Deus enim non attendit quantum porrigitur: ſed ex quanto vt dicit Greg. Beatum Fran. mentem totam cum intentione proieciſſe in Deũ oſtendit (vt dictum eſt) ſubleuatio corporis, & ſuſpenſio à terra. Idipſum oſtendit oratio; quam faciebat ipſe pater Fr. propter quam fiater Bernardus de Quintavalle fuit ad Dominum conuerſns. Per totam enim noctem orando cum multis lachrimis nihil aliud dicebat, niſi hoc verbum. Deus meus, & omnia de quo dictum eſt conformitate 8 primi lib. in tractatu de fratre Bernardo, & prouincia ſancti Fran. Beatum Fran. intentionem ſuam in Deum iactaſſe oſtẽdit omnis hypochriſis, deteſtatio: mundi perfecta dimiſſio: & nihil in præſenti, niſi Deum appetiſſe: ac beati Fran. precum exauditio, de quibus dictum eſt in præcedentibus: & ſic in ſequentibus dicetur.

Tertio

Tertio proprii ſtatus, & conditionis recogni
3.Reg. 8. tio dicitur.Si quis cognouerit plagam cordis
ſui:& extenderit manus ſuas in domo hac: tu
exaudies in cęlo. Daniel cognoſcendo ſtatũ,
& cõditionem ſui, & popoli in Bablione ha-
bitantis.& domino confitendo,ab ipſo exau-
Dan. 9. diri promeruit,vt habetur. Pater beatus Frã.
vt à Chriſto exaudiretur in oratione,ſuam mi
ſeriam,& paruitatem agnoſcendo dicebat do
mino. Quis es domine? & quis ego ſum ver-
miculus ſeruus tuus? ſeque cenſebat vas inu-
tile, & ſordidum, ac maximum peccatorem.
Quarto humilitatis rerentio, ut omni tempo
re ante Deum non alta homo orans ſapiat de
ſe: ſed humilia. Oratio enim humiliantis ſe,
nubes penetrat &c. pſal. Reſpexit in oratio-
nem humilium, & non ſpreuit preces eorum,
Iudith. 8. Humilium, & manſuetorum ſemper tibi pla-
cuit deprecatis &c.Hac ſanctę humilitatis prę
alijs, virtute fulſit beatus pater Fran. vt dictũ
eſt, & conformitate 5. huius ſecundi lib.pro-
batũ eſt. Et quod præ alijs fuerit humilimus,
ſublimatio ipſius in cæleſti patria(ꝓut decla-
ratũ fuit fratri pacifico)euidenter depromit.
Quinto ieiunij, & eleemoſynarum exhibitio.
Tob. 12. Angelus Raphael dixit,quod bona eſt oratio
cum ieiunio,& cum eleemoſyna. Saluator di-
Matth. 5. Iſa. 53. cit Beati miſericordes: quoniam ipſi miſeri-
cordiam conſequentur. Et Frange eſurienti
panem tuum & ſequitur. Tunc inuocabis, &
dominus exaudiet. Clamabis, & dicet. Ecce
adſum.Daniel in ieiunio,& cinere deprecan-
Dan. 9. do eſt exauditus. Quid dicam de beato Fran.
qui omnia, quæ poterat largiebatur pauperi
bus nulli rei parcendo. Et non ſolum ſua:ſed
eis ſuperimpendere conabatur pro poſſe ſe-
metipſum vt dicit 7.pars legendæ.De ieiunijs
vero eiuſdem(vt dicit conformitas 7.huius 2.
lib.& 5.pars legendæ maioris cũ parte 9.eiuſ-
dem) quaſi omni tempore ieiunabat, vbi non
eſſet infirmitate detentus; uel prædicationi-
bus extra loca fratrum occupatus.
Sexto eſt peccatorum pura confeſsio. Publi-
canus orans, & confitens peccata dicẽs. Deus
Luce 18. Thob.3. propitius eſto mihi peccatori, exauditur, à
Deo,& iuſtificatur. Sic S. Tobias confitendo
peccata,à domino eſt exauditus.Sic filij Iſrael
(vt patet in lib. Iudic) domino culpabiles ſe
profitentes,exauditi,& liberati fuerunt. Bea-
tus Fran. & ſi indulta peccata uſque ad qua-
drantem nouiſsimum haberet à domino:non
tantum occulta confeſsione:ſed etiam publi-
ca ſuorum delictorum, ſeu occultorum dete-
ctione, tam ſacerdoti, quam alijs publica fa-
ciebat,vt dictum eſt ſupra conformitate 5.hu
ius 2. libri. Et quod maius eſt, non ceſſabat
imbribus lachrimarum, oculos expiare men-
tales vt dicit 5. pars legendæ maioris.
Prou. 28. Septimo diuinorum præceptorum adimple-
tio.Qui auertit autem; ne audiat legem Dei;
oratio eius erit inexaudibilis.Greg.in moral.
Clamorem anguſtiæ tuæ dominus non audit:
quia tranquillitatis tempore in præceptis ſuis
ipſe clamantem dominum non audiſti. Et in
lib.Dial.dicit Greg.Quid mirum ſi poſtulan-
tes tarde à domino exaudimur:qui præcipien
tem Deum tarde, aut nullo modo audimus?
Iſidorus.Qui à præceptis Dei auertitur:quod
in oratione poſtulat nõ meretur.Aug de ope
re monachorum dicit. Citius exauditur una
oratio obedientis, quam decemmillia cõtem
ptoris De beato Fran.cantatur, quod non ſo
lum diuina præcepta ſeruauit,ſed & conſilio-
rum Chriſti,& euangelij, nec apicem,vel vni-
cũ tranſgreditur, poſtquam Chriſtum perfe-
cte induit,nec tranſgreſſus eſt, aut iota: vnde
totum euangelium ad litteram ſeruauit, vt di
ctum eſt conformitate 9.
Octauo ſtrepitus mũdi,fuga,& ſolitudinis de
lectatio. Bern.Si te delectat mundus: ſemper
erit immundus. Saluator (turbis dimiſsis)
montem ſolus aſcendebat orare, & ad ſolitu-
dinem deſerti ibat,vt dictum eſt. In montem
excelſum ſeorſum duxit diſcipulos ad oran- Luce 9.
dum,vt habetur. Moiſes, (populo,& eius ſtre
pitu dimiſſo) ſolus. Sina ad orandum aſcen-
dit. Sic & Elyas in vertice montis Carmeli,&
Oreb.Beatus pater Fran.quia in oratione per
ceperat ſpiritus ſancti deſideratam præſen-
tiam: quæ tanto ſe offert familiarius præ-
cantibus: quãto plus inuenit elongatos à ſtre
pitu mundanorum, ideo loca ſolitaria quæ-
rens,ad ſolitudines,& eccleſias derelictas,ora
turus nocte pergebet: ubi demonum pugnas
horribiles frequenter eſt expertus: vt dicit 4.
pars legendæ maioris.
Nono lachrimarum profluuium, & effuſio.
Ezechias cum fletu orando à domino exaudi
tur. Iſidorus.Cum Deo aſsiſtimus,gemere,& Iſa. 38.
flere debemus,reminiſcentes quã grauia ſunt
quæ commiſimus; quamq; dura inferni, ſup-
plicia; quæ timemus. Idem. Peccatorum re-
cordatio merorem gignit: luctus uero men-
tem puriorem reddit.;In libro de diademate
monachorum dicitur,quod nunquàm eſt ſine
fletu orandum. Sic orauit Anna cum fletu, &
exaudita eſt.Sic & Tobias,& Sarra eius nurus 1.Reg.1. Thob.3.
De beato Fran. dicit 10. pars legendæ, quod
in oratione perſiſtens nemora replebat gemi
tibus; loca ſpergebat lachrimis; pectora ma-
nu tundebat. Et à fratribus pie eum obſeruan
tibus aliquotiens eſt auditus clamoroſis ge-
mitibus apud diuinam pro peccatoribus in-
terpellare clementiam: deplorare etiam alta
voce, quaſi coram poſitum, dominicam paſ-
ſionem.Vice etiam quadam in loco ſolitario:
cum orando annos ſuos in amaritudine re-
cogitas deploraret, ſancto ſpiritu certifica-
tus eſt de remiſsione plenaria omnium deli-
ctorum.

Decimo

Decimo feruoris inceuſio. Excitandus eſt.n. in oratione animus feruore: vt non cum corpore oret: ſed cum feruore, vt non dicat cum pſalmiſta: Tacui cum clamarem tota die. Moiſes & ſi taceret ore, clamabat corde, vt habe-[Exo. 18.] tur. Et ſic feruentiſsime dominum exorabat. Paulus ferueſcens orando ad tertium cœlum rapitur. Beatus pater Fran. non ſolum per ſcalam creaturarum ad illum; qui eſt totus deſiderabilis feruore nimio aſcendebat, vt docet nona pars legendæ maioris in principio: Sed (vt dicit decima pars legendæ (& ſi corpore peregrinum ſe cognoſceret eſſe à domino, licet ad terrena per Chriſti charitatem iam inſenſibilis eſſet: ne foret abſq; conſolatione dilecti, ſine intermiſsione orans ſpiritum Deo contendebat exhibere præſentem.

Vndecimo ad orandum cum delectatione ac-[Dan. 6.] ceſsio. Daniel tribus vicibus orabat in die. To-[Thob. 1.] bias à ciuitate ſua recedens, cum delectatione ibat ad templum domini, & ibi orabat dominum. De patre beato Fran. dicit 10. pars legendæ maioris. Erat oratio contemplanti ſolatiũ, dum ſupernarum circuitu manſionum, angelorum conciuis iam factus, feruenti deſirio quærebat dilectum, à quo ſolus eum carnis paries diſiungebat. Erat & operanti præſidium, dum in omnibus, quæ agebat de ſua diffidens induſtria, & de ſuperna pietate confidens, per ipſius inſtantiam totum in domino cogitatum iactabat.

Duodecimo in oratione indeſinens exercitatio. Chriſtus dicit, ꝙ oportet ſemper orare, & nunquam deficere. In laudem Mariæ, & Apo-[Act. 1.] ſtolorum dicitur Act. 1. quòd erant perſeue-[Luca 2.] rantes in oratione. Anna filia Phanuel à beato Luca commendatur, quod non diſcedebat de templo deprecationibus vacans die, ac nocte. Pater beatus Fran. hoc ſingulariter habuit videlicet quod orationi ſemper erat intentus. Dicit 10. pars legendæ, quod ambulans, & ſedens; intus, & foris, laborans, & vacans, orationi adeo erat intentus, vt illi videretur non ſolum: quicquid erat: in eo cordis, & corporis: verum etiam operis, & temporis dedicaſſe. Præfatis igitur 12. apparet, quæ ſunt ad orãdum diſpoſitiua: quæ (vt patuit breuiter, & ſuccincte) in patre B. Fran. fuere.

His, vt diſpoſitiuis, præmiſsis, conſequenter eſt oſtendendum quod B. Fran. fuit vir orator vt dicit huius 11. conformitatis pars 2. Et ad id oſtendendum multa occurrunt, quæ id declarant.

Et primum eſt, ſi attendatur qualiter in agendis orationem, ſemper præmittebat. Beatus enim Fran. adhuc ſecularis exiſtens: dum oraret Deum feruenter, edoctus fuit diuinitus, quod oportebat eum omnia contemnere, & odire; quæ ante carnaliter dilexerat, & habere optauerat: ſi Chriſti vellet agnoſcere voluntatem. Et cum facere incępiſſet; quæ primo ſibi ſuauia, & dulcia videbantur, eſſent ei importabilia, & amara: atq; in his, quæ prius horrebat magnam hauriret dulcediñẽ, & ſuauitatem immenſam. Vice alia, dum oraret, vt Deus viam eius dirigeret, oſtendit illi dominus, quod ſibi diceret in proximo quid ipſum agere oportebat. Dum beatus Fran. aſſumpta iam vita Apoſtolica, & forma, in viuendo. D. Bern. de Quintaualle, experta ſanctitate beati Fran. eidem vellet habitu, & conſortio iungi; quam vitam tenere deberent; beato Fran. orante de mane, vſque ad horam tertiarum, cum dicto domino, oratione finita; à domino eſt directus in trina libri apertione: quod vitam euangelicam aſſumeret: quod & factum eſt vt dictum eſt conformitate 8. primi lib. in tractatu de ſocijs beati Fran. Pro confirmatione ſuæ primæ regulæ dum iuiſſet Romam, & D. Innocentio papę 3. ſui cordis intimaſſet propoſitum pro euangelij obſeruantia: ac Papa poſt plura eidem dixiſſet: Ora fili Chriſtũ, vt ſuam per te nobis voluntatẽ oſtendat: qua certius cognita, tuis pijs deſiderijs annuamus Beatus Fran. totum ſe conferens ad orandum præcibus deuotis, obtinuit, & quid exterius ipſe proferret, & quid interius ipſe Papa ſentiret. Cum enim iuxta domini informationẽ ſimilitudinem propoſuiſſet de muliere paupercula contrahente cum Rege, & filios eidẽ generante, ſubiunxit, quod non erat formidãdum, quod ipſe fame cum ſuis periret in ſuo ordine per ſpiritum paupertatis generandis. Papa, ſimilitudine intellecta, liberaliter petita ei cuncta conceſsit: ac plura ei concedenda impoſterum repromiſit, vt dicit 3. pars legendæ maioris. Regulæ primæ cõfirmatione obtenta à D. Innocentio; cum dubitaret vna cũ ſocijs, an inter homines conuerſari, vel ad loca ſolitaria ſe conferre deberet; per orationis inſtantiam diuinum ſuper hoc beneplacitum requirendo; fuit à domino declaratus, quod inter homines eſſe deberet: quia ad hoc erat à Deo directos: vt domino animas lucraretur; quas diabolus conabatur auferre. Quo percepto ex tunc inter homines magis elegit conuerſari: quam ad loca ſolitaria ſe conferre, vt dicit 4. pars legendæ maioris. Sic & vice alia de præfatis fuit per orationem à domino declaratus, vt ponit 12. pars legendæ maioris. In ordinis principio, cum pauci fratres eſſent: vtpote octo, & ipſos deſtinaſſet ad mundi partes diuerſas: cum ipſos cuperet ſimul habere, pro ipſorum ad ſe acceſſu; beatus Fran. orauit, & obtinuit, vt dicit 3. pars legendæ maioris. Cum regulam; qua ordo nunc vtitur vellet componere iuxta informationem diuinam; ieiunando, & orando in loco fontis Polumbę; de domini uolũtate certificari volens, quo ad ſingula contenta in regula;

gula; prout ipſe fratribus dixit; à Deo informatus quicquid in regula poſuit, ab ipſo accepit, vt dicit 4. pars legendæ maioris. Quid de ipſo vellet Deus efficere: per orationis inſtantiam inquirendo, ſcire promeruit. Nam crucifixum libri euangeliorum apertione accepit prout dicit 13 pars legendæ maioris. Et vt huic parti detur terminatio debita, vt dicit 4. pars legendæ. Beatus Fran. in omnibus agendis de ſua diffidens induſtria, & confidẽs de ſuperna pietate: per orationis inſtantiam diuinum beneplácitum inquirendo ab ipſo conformari promeruit. Imitatus B. Fran. in hoc Humilem regem Dauid: Sanctos Apoſtolos pro electione Matthiæ: Paulum Apoſtolum: qui in agendis petentes à domino dirigi (vt acta regum, & Apoſtolorum dicut) ab ipſo ſunt directi.

Secundum oſtendens, quod beatus Fran. fuit vir orator eſt, ſi attendatur quid, & quotiens, & quis ei orando apparebat: nam oranti apparuit multotiens dominus Ieſus Chriſtus.

Primo dum adhuc eſſet in habitu ſeculari: & in quadam eccleſia oraret: Chriſtus ei apparuit veluti cruci confixus: & tunc liquefacta eſt anima eius ob memoriam paſsionis Chriſti: adeo; vt dum recordaretur, vix à lachrimo ſis gemitibus ſe continere valeret.

Secundo in eccleſia S. Damiani oranti, Chriſtus de cruce loquendo: vt ipſe Fr. ſuam eccleſiam; quæ minabatur ruinam, repararet, mandauit. De præfatis habetur de prima in prima parte legendæ maioris: & de ſecunda in ſecunda parte eiuſdem legendæ.

Tertio apparuit ei dominus Ieſus Chriſtus in quadam ſilua oranti cum Virgine glorioſa; ſanctis Ioanne Baptiſta; & Ioanne Euangeliſta; ac cum multitudine angelorum: & cum ipſo Chriſtus, cum præfatis eſt loquutus: prout quidam puer obſeruans beatum Fran. vidit.

Quarto apparuit Chriſtus B. Fran. oranti, vt dicit legenda trium ſociorum, vbi Chriſtus ei dixit. Franciſce: omnia; quæ mundialiter dilexiſti, & deſideraſti habere, oportet te contemnere, & odire; ſi meam vis cognoſcere voluntatem: quã poſtquam inceperis facere: quę prius tibi dulcia, & ſuauia videbantur, erunt importabilia, & amara.

Quinto dominus oranti beato Fran. apparuit in eccleſia S. Iacobi de Galitia: ubi reuelauit eidem ſuum ordinem per orbem diffundendum: & quod loca accipere deberet demandauit.

Sexto eidem apparuit dominus in S. Maria de angelis orãti poſt ruinam pro peccatoribus, & ordine: & tunc Chriſtus dixit eidem ſe ordinem diligere, & ſi fratres in vocatione ſua manerent omnem tribulationem amoturum à mũdo: & plura dixit de quibus habetur conformitate 6. huius 2. libri.

Septimo in eodem loco S. Mariæ bis apparuit dominus Ieſus Chriſtus beato F. cum virgine Maria, & multitudine angelorũ. Primo, quando ſibi poſtulauit, vt poneret indulgentiam omnium peccatorum intrantibus dictam eccleſiam. Secundo, quando diem dictæ indulgentiæ ab ipſo conceſſæ primam diem Auguſti incipiendo à veſperis, vſq; ad veſperas diei ſequentis duraturam determinauit, prout habitum eſt conformitate 2. huius 2. libri.

Octauo apparuit dominus beato Frã. oranti, quando malis exemplis quorundam fratrum prouocatus B. Fran. ad Chriſtum orabat: & Chriſtus repræhendit eum ſuper hoc dicens: ipſum Chriſtum principalem actorem huius ordinis eſſe: & non ipſum Fran. prout dictum eſt conformitate 9. primi libri.

Nono apparuit ei dominus Ieſus Chriſtus, dũ oraret pro quodam nobili viro: qui eum cum ſumma deuotione pluries in ſuo receperat hoſpicio: ac ipſum dignum fratrum minorum conſortio, & reputaret, & optaret. Cunque pro ipſo nobili Deum exoraret, vt mundum relinqueret: ac ſuam intraret religionem: tanto feruore id petiit; quod (vidente dicto nobili) ſubleuatus à terra per magnum ſpacium extitit. Et tunc dominus Ieſus Chriſtus apparendo ſibi dixit preces ſuas pro præfato nobili fore exauditas. Tantæ eleuationis miraculo viſo; dictus nobilis poſt orationem ad beatum Fran. accedẽs, petijt humiliter, vt ipſum ad ordinem recipere dignaretur. Qui omnibus ſuis bonis datis pauperibus, factus eſt frater minor ſanctiſsimus.

Decimo Chriſtus beato Fran. apparuit in ſacro monte Aluernæ (prout uidit frater Leo) dum oraret beatus Fran. in quadam flamma: & eidem ſua ſtigmata imprimenda reuelauit. Et ſimiliter ibidem, dum ſuo corpori ſtigmata ſacra impreſsit, vt dicetur conformitate 3. libri 3. Pluribus alijs vicibus dominus beato Fran. apparere dignatus eſt: ſed ſufficiant ad præſens præfata Beato Fran. oranti virgo Maria apparere dignata eſt. Eidem enim apparuit, vt dictum eſt: cum Chriſto oranti in ſilua. In loco S. Mariæ de angelis bis ibidem apparuit.

Primo, quando obtinuit indulgentiam dictæ eccleſiæ à Chriſto, Beata enim virgo pro beato Fran. apud filium interceſsit.

Secundo, quando diem Chriſtus dictæ indulgentię determinauit: tunc enim Virgo etiam cum ipſo affuit.

Tertium oſtẽdens, quod beatus Fran. fuit vir orator eſt: attendendo ea; quæ ſibi Deus reſerabat, vt enim dicit 11. pars legendæ maioris. Ad tantam autem mentis ſerenitatem inde feſſũm orationis ſtudium cum continua exercitatione virtutum beatum Fran. perduxerat: vt quamuis non habuerit ſacrarum literarum

terarum notitiam per doctrinam: æternæ tamen lucis irradiatus fulgoribus, ſcripturarū profunda miro intellectus perſcrutaretur acumine, enodabat dubia quæſtionum:& abſcondita producebat in lucem, nec non cordium videbat archana.vt dicetur conformitate 14. huius 2.libri: ac futurorū pronunciabat euentus: prout dictum eſt conformitate 6. huius 2.libri. Oratione beato Fran. Deus iudicauit.
Primo ſe ſibi omnia peccata dimiſiſſe vſque ad quadrantem nouiſsimum, ac ſui ordinis dilatationem ſieculam in proximo: prout dicit 3.pars legendæ.
Secundo ipſum à Deo directum ad lucrandū animas; quas diabolus conabatur auferre.
Tertio dominum papā ſuæ petitioni pro prima regula obtinenda.per omnia inclinatnrū: vt dicit 3.pars legendæ.
Quarto, vt ſecundam regulam conficeret ex verbis euangelij; velut ex micis vnum panem: vt dicit 4. pars legendæ: ac omnia contenta in regula: prout habetur ibidem.
Quinto, quod prędicare populo deberet, vt dicit 12.pars legendæ.
Sexto omnia, quæ erant pro vtilitate fratrum: prout dicit legenda antiqua.
Septimo dum per Apuliam iret cum ſocio;& burſam inueniſſet; quæ prætendebatur pecunia plena, oratione agnouit diabolum in ſpecie ſerpentis in ipſa manere: ſicut ſocius aperiendo luculenter perpendit, vt dicit 7. pars legendæ maioris.
Octauo totius ordinis ſtatum vſque ad diem nouiſsimum orando: in ſtatua ſimili ſtatuæ Nabuchodonoſor viſa agnouit: prout conformitate 6.huius 2.libri eſt dictum.
Nono orādo mortem agnouit militis, qui eū apud Celanum hoſpitio receperat: prout dicit 11.pars legendæ maioris.
Decimo oratione in prouincia Maſſæ apud montem Caſalem in quodam loco agnouit ſacras reliquias eſſe: quas mandauit abinde tolli per fratres,& debite collocari: vt dicit pars 6. legendæ maioris. Et quo ad iſtud tertium concludendo: de perficiendis ab ipſo, & fratribus virtute orationis à domino fuit illuſtratus, prout paret eius geſta intuenti.
Quartum indicatiuum, quod beatus Fran. orationi fuerit intentus, ſunt mira, quæ ipſe oratione operatus eſt, & peragebat. Oratione B.Fran.
Primo fratrem Moricum tunc de ordine Cruciferorum,& infirmum, cum ſe eidem recommendaſſet, oratione præmiſſa, electuario de micis panis facto,& oleo commixto, quod coram altari ardebat Virginis: & eidem tranſmiſſo, beatus Fran. ſtatim ſanauit, vt dicit 4 pars maioris legendæ.
Secundum dominum Bernardum de Quintaualle orando immutauit, vt dictum eſt conformitate 8.primi libri. Et ad ſequendum Chriſti veſtigia (venditis omnibus) induxit.
Tertio diabolum ſuperauit in eremo de Sartiano vt dicit 5.pars maioris legendæ,& in eccleſijs derelictis: vt dicit 10. pars legendæ, vt dictū eſt conformitate 10.iſtius libri ſecundi.
Quarto ignem oratione temperauit: cui præcepit (oratione præmiſſa) vt ſuum ei temperaret ardorem in ferro circa tempora per chyrurgum mittendo pro ſanitate oculorum: qui in omnibus eius paruit mandato.
Quinto oratione fontem aquæ viuæ in monte, ſitienti viro, cujus vehebatur aſello ſiti periclitanti, rēpore æſtiuo propinauit, vt 7 pars maioris legendæ dicit.
Sexto auſum Aſsiſinatis Epiſcopi orando refrenauit: dum enim temere cellam ipſius orantis intraſſet, ſubito obriguit, & loquelam amiſit;& ſi poſtea recuperauit, vt dicit pars 10.legendæ maioris.
Septimo abbatem S.Iuſtini de Peruſio pro eo orando, inſolitam ſpiritus dulcedinem à domino deguſtare impetrauit; quam ante, nec poſt aliquando percepit, vt dicit 10. pars legendæ maioris.
Octauo fratrem inobedientem à diaboli laqueis eleuauit: pro quo orando ſpiritum contritionis,& obedientiæ percipiendo, à diaboli habenis eſt liberatus.
Nono fratrem Maſſeum in aere ſubleuauit, vt dictum eſt conformitate 8. primi libri in tractatu de fratre Maſſeo,& calore ſpiritus vehementiſsime inflammauit.
Decimo mentes latronum ad peragendum pęnitentiam molliſicauit: dum pro eis exiſtens in monte Caſali oraſſet, vt dictum eſt conformitate 11.primi libri in tractatu de prouincia ſancti Fran.cuſtodia Caſteli.
Vndecimo leproſum horribilem oratione liberauit:& à diabolo (vt dictum eſt conformitate 5.iſtius lib.2.
Duodecimo oratione corda durorum ad dulcedinem pietatem, & eleemoſynā inclinauit, nam in Spoleto, cum eſſet beatus Fran.& frater Andreas laicus de Senis: qui per eleemoſynam ibat, beato Fran. diceret, quod erat quidam ciuis: qui panem ſibi nollet dare, reſpondit beatus Fran. Fac, vt tantum unum panem ab eo recipias: & mihi porta. Quem cum ille B.Fran. in menſa exiſtenti præſentaſſet, beatus pater panem accepit: ac in fruſta diuidēs, ſingulis dedit ſingulum fruſtum præcipiens, vt quilibet pro dicto homine ſic duro ante comeſtionem prædicti fruſti panis, diceret vnū Pater noſter, cum Aue Maria:& ipſe etiam ſimiliter fecit. Quo facto, gratia domini ſuper dictum hominem deſcendit ſic: vt ſtatim ad fratres accederet; ſe cum lachrimis culpabilē redderet,& deinceps nō ſolum fratribus: ſed & alijs ſua libentiſsime largiretur: Quod du-

riſsimos conuertit ad dominum,& mollificauit:patet in tribus ordinibus: quos inſtituit, vt dictum eſt conformitate 8.primi libri. Sic virum cuiuſdam mulieris eidem aduerſantis in Dei via,pro eo orando, mollificauit,vt dicit 11.pars maioris legendæ.

Nota. Tertiodecimo oratione ſententiam Dei contra peccatorem latam reuocauit,vt patuit de Fratre Elia: qui fuit ſecundus generalis Miniſter poſt beatum Fran. Nam cum apoſtaſia ipſius fratris Eliæ ab ordine, & eccleſia eſſet beato Fran.à domino reuelata: ac eius damnatio, & per hoc B. F. dictum fratrem Eliam omnino vitaret: adeo ut nec incederet per viam; ubi frater Elias eſſet; nec eum reſpiceret; nec loqueretur, conuerſaretur: aut cum eo comederet, & frater Elias perpendens de hoc;interrogauit beatum Fran.quare eum ſic vitaret. Reſpondit beatus Fr. & dixit ei quia damnatus,& apoſtatare debebat. Quod audiens frater Elias totus reſolutus in lachrimas,ad pedes beati Fran.prouolutus dixit. Pro me oue tua quæſo dominum depreceris. Confido enim tantum in tuis orationibus, quod ſi eſſem in profundo inferni,:& tu pro me ad dominum deprecareris aliquod ſentirem leuamen. Multo magis, quia Deus nonit mutaret ſententiam, ſi homo mutet delictum. Roga ergo Deum pro me. Beatus vero pater Fr. motus lachrimis fratris Eliæ, ſe contulit ad orandum pro ipſo, & orando exauditus eſt à domino. Et dixit fratri Eliæ,quòd non damnaretur:ſed bene apoſtataret,& ſic euenit,Frater enim Elias depoſitus de offitio generalatus per dominum Greg. 9. & electo loco ſui: fratre Alberto de Piſis tunc miniſtro Angliæ, Imperatori Federico adhæſit: propter quod fuit à papa excommunicatus, & habitu ordinis priuatus.Verum ipſo fratre Elia in Sicilia ſtante, & infirmato, frater carnalis eius: qui erat frater minor,& laicus,habita licentia,ad eum viſitandum Siciliam adijt. Et inueniens eum infirmum, tãtum fecit, quod frater Elias recognoſcendo culpam,ſcripſit Papæ culpam ſuam dicendo. Quas litteras frater ille ſuus domino Papæ deferens, ab eodem obtinuit, quod poſſet abſolui, & habitu ordinis indui. Qui ad fratrem Eliam adhuc uiuentem, eſt reuerſus: unde frater Elias abſolutus ab excommunicatione: & habitu ordinis reindutus acceptis ſacramentis eccleſiæ finiuit in pace, ſaluatus oratione, & meritis beati Franciſci. Multa alia geſta ſunt oratione beati. Franciſci,quæ longum eſſet enumerare, & de quibus dictum eſt ſufficienter in præcedentibus, tam de miraculis in prima conformitate huius 2. libri, quam de ſpiritu prophetico conformitate 6. huius 2. libri ſufficiant igitur ad præſens præfata.

Precatio ad S. Franciſcũ facienda.

Quintum declarans, quod beatus Fran. fuit vir orator eſt,ſi videatur quid admonebat, & quomodo ad orationem fratres prouocabat. Ad orandum fratres inducebat exemplo: vt enim dictum eſt beatus Fran ſemper orare videbatur: quia ambulando, ſedendo, ſtando; orationi vi mentis ſemper videbatur intentus. Et adeo feruentiſsime orauit; vt non ſolum eleuaretur à terra: ſed ſub diuerſis formis, & ſpeciebus transfiguratus apparuit, prout dictum eſt conformitate 3.huius 2.libri. Verbo etiam inducebat fratres, & induxit ad orationem,prout dictum, eſt in primo libro conformitate 12.cap.5.de oratione vide ibi. Vnde in prima regula:& nũc in ſecunda, quod fratres orare deberent pro omnibus demandauit. Dicebat enim (pront dicit 10.pars maioris legendæ.) Orationis gratiam viro religioſo deſiderandam; nullumq; in Dei ſeruitio poſſe ſine ipſa proſperari. Volebat fratres habentes gratiam laborandi; vt laborarent ad vitandũ otium:ſic tamen laborarent,vt ſanctæ orationis,& deuotionis ſpiritum non extinguerent: cui debent cætera temporalia deſeruire,vt dicit 5.cap. noſtræ regulæ.Interrogatus à fratribus ſi ſibi placeret,quod litterati iam recepti ad ordinem ſtudio intenderent ſacræ ſcripturæ: reſpondit,prout dicit 11. pars maioris legendæ.Mihi quidem placet:dum tamen exemplo Chriſti: qui magis oraſſe legitur,quam legiſſe,orationis ſtudium non omittant. Fratribus eum rogantibus,vt doceret,eos orare:dixit.Cũ oraueritis: dicite Pater noſter, & adoramus te Chriſte,ad omnes eccleſias tuas derelictas:quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi:quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. Monitiſq; beati Fran.acquieſcentes fratres vacabant diuinis precibus inceſſanter; mentaliter potius quam vocaliter ſtudio intendentes orationis deuotæ;librumque crucis continuis aſpectibus diebus,ac nõctibus reuoluebãt exemplo patris, & eloquio eruditi: qui iugiter de præfatis ſermonem: prout dicit 4. pars legendæ maioris. Si enim inſpiciantur facta fratrum: & præcipue ſociorum B.Fran.de quibus dictum eſt lib. 1. conformitate 8.patet,quod omnes fuerunt viri orationi per omnia intentiſsimi, ſicut ibidem patet de fratre Bernardo de Quintauale: de fratre Egidio:de fratre Rufino: de fratre Iunipero,& ſic de alijs vt dictum eſt ibidẽ.

Sextum referans, quod beatus Fran. fuit vir orator eſt, ſi inſpiciatur qualiter orabat, & quid decantabat.De modo; quo orabat:ſi loquimur,quo ad officium diuinũ, dicit 4 pars legendæ maioris: quod ſolitus erat horas canonicas non minus timorate Deo perſoluere, quam deuote. Non licet oculorum, ſplenis, ſtomaci,& epatis egritudine laboraret: nolebat tamen muro, vel parieti inhærere, dum pſalleret:ſed horas ſemper erectus,& ſine capucio;

pacio, non gironagis oculis ; non cum aliqua
ſincopa perſoluebat. Si quando eſſet in itine-
re conſtitutus, figebat tunc temporis greſſum
huiuſmodi conſuetudinem reuerentem, & ſa-
cram, propter pluuiarum inundantiam non
omittens. Et dicebat, ſi quiete comedit cor-
pus cibum ſuum futurum cum ipſo vermium
eſca; cum quanta pace, & tranquilitatẽ accipe
re debet anima cibum vitæ ? Pſalmos (vt di-
ctum eſt) cum tanta mentis attentione dice-
bat, quaſi Deum præſentem haberet. Si loqui-
mur, quo ad modum orandi B. Fran. diuerſi-
mode inuenitur oraſſe. Aliquando orando la
chrimis profundebatur (ſicut dicit 2. pars le-
gendæ) quod fugiendo patris furorem, poſt-
quam multa diſtraxerat pro reparatione ec-
cleſiæ S. Damiani, in quadam occulta fouea
latuit, vbi rogabat inceſſanter dominum la-
chrimarum imbre perfuſus: vt liberaret de ma
nibus perſequentium animam ſuam : & pia;
quæ inſpirauerat vota, benigno fauore com-
pleret. Orando plorauit quandoque paſsio-
nis deuotione: ſicut dicit prima pars maioris
legendæ : quod cum gemitibus inenarrabili-
bus inceſſanter intenderet, & die quadam ſe-
queſtratus oraret, apparuit ei Chriſtus Ieſus,
veluti cruci cõfixus. Et 10. pars legendę dicit:
quod deplorabat alta voce, quaſi coram poſi
tam dominicam paſsionem. Plorauit aliquan
do in oratione : & hoc ſua peccata plangẽdo:
& ſic obtinuit eorum remiſsionem: vt dicit 3.
pars legendę maioris. Aliquando clamoroſis
gemitibus apud diuinam pro peccatoribus
interpellabat clementiam: vt dicit 10. pars le-
gendæ maioris. Quandoque beatus Fran. in-
uenitur oraſſe facie in cœlum leuata : oculis,
& manibus ad Deum directis : & per totam
noctem, vſque mane nihil aliud dixiſſe, niſi
hæc verba. Deus meus, & omnia. Quæ verba
geminabat cum multa moroſitate, & deuo-
tione, & cum multis lachrimis ad Deum. Hoc
autem dicebat beatus. Fr. admirando diuinæ
maieſtatis excellentiam: quæ periclitanti mũ
do condeſcendere videbatur ; & per iſpum
Franciſcum pauperculum, & deſpectum de ſa
lutis remedio prouidere. Spiritu prophetico
tali oratione perfuſus, præuidendo magnalia;
quæ per ipſum, & ſuum ordinem Deus erat fa
cturus; & conſiderando ſuam inſufficientiam,
& paruitatem virtutis, inuocabat dominum;
vt quod ipſe non poterat, Deus ipſe perfice-
ret : ſine quo nil poteſt humana fragilitas :
propter quod dicebat. Deus meus, & omnia.
Aliquando beatus. F. per totam noctem oran-
do, nihil aliud dicebat, niſi. Sanctiſsime domi
ne : vellẽm te diligere. Dulciſsime domine :
vellem te diligere : vnde dum talia in oratio-
ne pernoctando diceret, dominus Ieſus Chri-
ſtus apparuit ei; & hæc fuit (vltra apparitio-
nes præfatas) domini Ieſu Chriſti : de quibus
dictum eſt ſupra; ad cuius pedes ſe proijciẽs
Bea Fran. dixit. Domine mi : ego vobis to-
tum cor meum, & corpus meum dedi: et vehe
menter deſidero, ſi tamen ſcire poſſem, pro ve
ſtri amore, plura fecerẽ. Cui reſpondit domi-
nus. Concedo tibi hæc; quæ rogaſti : & ego
ex ſingulari gratia do: ꝙ ſemper dum viues, ali
quid boni cogites, vel dicas, vel facias. Mane
autem. B. F. vocauit fratrem Angelum: qui præ
erat illi loco, & dixit ſibi. Dominus hac nocte
mihi apparuit, & dedit mihi tale donum: ego
autem, vt melius compleam volo iſtud vouere
domino Deo meo in manibus tuis: & volo. ꝙ
ſuper hoc tu ſis mihi Gua. dianus, & Cuſtos.
Cui frater Angelus (quamuis male libenter) fi
naliter tamen acquieſcens, vocat s ſex alijs bo
nis fratribus, beatus. F. in conſpectu omnium
vouit in manibus fratris Angeli Chriſto do-
mino, ꝙ ipſe dum viueret, ſemper aliquid bo-
ni cogitaret, vel diceret, vel faceret. Frater An
gelus diligenter poſtea obſeruabat, & mini-
mẽ poterat ipſum inuenire, niſi in oratione.
Eius autem diligentia multum erat. B. F. acce
pta. Et ideo dicebat beatus. F. ꝙ in his tribus
deprẹhenditur, ſi homo eſt ſeruus Chriſti. ſ. ſi
ſemper cogitat, vel dicit, vel operatur domini
placita. Aliquando orabat anxio ſpiritu, vt di
cit. 8. pars legendæ maioris, & cordis dolore
tactus intrinſecus nimio: videndo, ꝙ fratres
à profeſsione decliuabãt, dicebat. Domine:
recommendo tibi familiam tuam, quam dedi
ſti mihi. Et tunc reportauit reſponſum. Cur
tu pauper homuncio conturbaris: an ego te ſu
per religionem meam ſic paſtorem inſtitui :
vt me principalem neſcias eſſe patronũ ? Ego
vocaui: ſeruabo, & paſcam, & alijs excidenti-
bus, alios ſubrogabo: ita vt ſi nati nõ fuerint,
faciam illos naſci. Et quantiſcunque fuerit
impulſibus paupercula hæc concuſſa reli-
gio, ſalua ſemper (munere meo) permanebit.
Quandoque orabat iunctis manibus, & eleua
tis oculis in cœlum: ſicut quando officium di
miſit generalatus, & tunc dixit domino. Do-
mine: commendo tibi familiam tuam : quam
mihi hactenus commiſiſti: & nunc propter in-
firmitates meas ; quas tu noſti domine curã
ipſius habere non valens, recommendo eam
miniſtris ; qui teneantur in die iudicij coram
te domine reddere rationem ; ſi quis fractum
propter eorum negligentiam, vel malum exẽ-
plum, ſeu aſperam correctionem perierit. Ali-
quando orabat brachijs protenſis in modum
crucis, & ſubleuatus, ac nubecula quadam cir
cundatus : ſicut viſus eſt à fratribus, vt dicit
10. pars legendæ. Aliquando orauit ſumma
humilitate proſtratus, ſicut patuit in eccleſia.
S. Petri de Bouario. Aliquando beatus Fran.
cum tanto feruore orabat: ꝙ videbatur ex fa-
cie, et oris hiatu, quaſi flammas ardoris emit-
tere: ſicut, quando apprehendit fratrem Maſ-

ſeum ſocium,& ſubleuauit eum: prout dictum eſt cõformitate.4.huius.2.lib. & alibi ſępius. Aliquando orabat B.F. leuando manus in altum,& clamando ad Chriſtum; ꝙ haberet miſericordiam de populo de multa tribulatione; quæ debebat ſibi euenire:& dominus ſibi reſpondit; ꝙ ſi ordo ſuus ſtaret in ſua vocatione, non permitteret mundo aliquam tribulationem euenire: vt dictum eſt lib.1. conformitate.9. Aliquãdo orabat, palmas manus extendendo ad cœlum: ſicut quando orauit, ꝙ Deus daret aquam homini, qui ſiti periclitabatur in montibus, vt dicit 10 pars legendæ. Aliquando orauit ſtando erectus, & facie in cœlum erecta, ſicut quando frater Maſſeus dixerat eidem. Vnde tibi &c. de quo habetur lib.1.conformitate.8.& lib.2. cõformitate.5. Quandoque orabat genibus flexis, facie in cęlum eleuata; ac manibus ad Deum extenſis, & dicebat domino Deo; qui ſibi apparuerat. Quis es tu dulciſsime domine Deus meus? & quis ſum ego vermiculus ſeruus tuus? Et hoc fuit in monte Aluernæ, vt dicetur conformitate. 3. lib. 3. Et ſic beatus Fran. multimodè oraſſe inuenitur: prout materia exigebat, pro qua orabat: vel inſtinctus ſpiritus ſancti: qui ipſum in oratione dirigebat.

Sed quid beatus Fran. decantabat, ac ad Deũ laudandum ordinauerat, amodo eſt videndũ. Beatus enim Fran. orationem dominicam exponendo dicebat, ſicut ſupra conformitate. 12. primi libri parte 2. dictum eſt.c.6. de Pater noſter.

Orationem etiam pulcherrimam inſtituit beatus Frã. in fine primæ regulæ, quæ multum eſt deuota,& intitulatur. Oratio, laus,& gratiarum actio:& eſt iſta.

OMnipotẽs, altiſsime, ſanctiſsime, & ſumme Deus pater ſancte,& iuſte: domine rex cœli,& terræ, propter temetipſum gratias agimus tibi; quia per ſanctam voluntatem tuam,& per vnigenitum filium tuum, cum ſpiritu ſancto creaſti omnia ſpiritualia, & corporalia, & nos ad imaginem, & ſimilitudinem tam ſanctos, in paradiſo poſuiſti: & nos per culpam noſtram cecidimus: Et gratias agimus tibi: quia ſicut per filium tuum nos creaſti: ſic per veram,& ſanctam dilectionem; qua dilexiſti nos, ipſum verum Deum, & verum hominem ex glorioſa ſemper virgine Maria beatiſsima,& ſanctæ naſci feciſti, & per crucem,& per ſanguinem, & mortem ipſius nos captiuos redimi voluiſti. Et gratias agimus tibi: quia ipſe filius tuus venturus eſt in gloria maieſtatis tuæ, mittere maledictos; qui pęnitentiam non egerunt,& te non cognouerunt, in ignem ęternum: & dicere omnibus; qui te cognouerunt, & adorauerunt, & tibi ſeruierunt in pœnitentia. Venite benedicti patris mei, percipite regnum; quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Et quia nos oẽs miſeri, & peccatores non ſumus digni nominare te, ſuppliciter exoramus; vt dominus noſter Ieſus Chriſtus filius tuus, in quo tibi bene complacuit; vna cum ſancto ſpiritu paraclito gratias agat: ſicut tibi, & ipſi placet pro omnibus, qui tibi ſemper ſufficit ad omnia, per quẽ nobis tanta feciſti. Alleluia. Et glorioſiſsimã matrem ſanctiſsimam ſanctam Mariam ſemper virginem, beatum Michaelem, Gabrielẽ, & Raphaelem; & omnes choros beatorũ ſpirituum Seraphin, Cherubin, & Thronorum Dominationum, Principatuum, & Poteſtatum, Virtutum, Angelorum Archangelorum, beatum Ioannem Baptiſtam; Ioannem Euangeliſtam; Petrum; Paulum, & beatos Patriarchas, Prophetas, Innocentes, Apoſtolos, & Euangeliſtas, Diſcipulos, Martires, & Profeſſores, Virgines, beatos Eliam, & Enoch, & omnes ſanctos; qui fuerunt, ſunt,& erunt, propter tuum amorem humiliter deprecamur, vt ſicut tibi placet pro his tibi gratias referant ſummo vero Deo ęterno,& viuo cum filio tuo chariſsimo domino noſtro Ieſu Chriſto, cum ſpiritu ſancto paraclito in ſecula ſeculorum. Amen. Alleluia. Et domino Deo tibi vniuerſos intra Eccleſiam catholicam, & apoſtolicã ſeruire volentes; & omnes eccleſiaſticos ordines, ſacerdotes, diaconos, ſubdiaconos; acolitos, exorciſtas, lectores, oſtiarios, & omnes clericos, vniuerſos religioſos,& vniuerſas religioſas; omnes pueros, & paruulas, & paruulos; pauperes,& egenos, reges,& principes, laboratores, agricolas; ſeruos, & dominos, omnes virgines, & continentes, maritatas, laicos maſculos,& fęminas, omnes infantes, adoleſcentes, iuuenes,& ſenes, ſanos,& infirmos; omnes puſillos,& magnos;& omnes homines vbique terrarum: qui ſunt,& erunt, humiliter recommendamus, rogamus, & ſupplicamus nos omnes fratres minores ſerui inutiles; vt omnes in vera fide, & pęnitentia perſeueremus; quia aliter nullus ſaluari poteſt. Omnes te diligamus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute, & fortitudine, ex toto intellectu,& omnibus viribus, toto nixu, toto affectu, totis viſceribus, totis deſiderijs, & voluntatibus dominum Deum: qui totum corpus,& totam animam,& totam vitam dediſti,& das omnibus nobis. Qui nos creaſti, redemiſti, & ſola miſericordia ſaluabis. Qui nobis miſerabilibus,& miſeris: putridis,& fetidis: ingratis,& malis omnia bona feciſti, & facis. Nihil aliud ergo ſciamus; nihil aliud deſideremus, nihil aliud velimus; nihil aliud placeat, vel delectet nos: niſi tu creator,& redemptor,& ſaluator noſter, ſolus verus Deus: qui es plenum bonum, omne bonum, totum bonum; verum, & ſummum bonum: qui ſolus es bonus, pius, mitis, ſuauis, & dulcis; qui ſolus

es ſanctus, iuſtus, verus, & rectus; qui ſolus es benignus, innocens, & mundus. A quo, per quem, & in quo eſt omnis venia, omnis gloria, omnis gratia omnium pœnitentium, omnium iuſtorum, omnium beatorum in cœlis congaudentium. Nihil ergo impediat domine; nihil ſeparet; nihil interpellet, quin nos omnes omni loco, omni tempore, quotidie, & continue te diligamus veraciter, & humiliter. In corde, te verum Deum teneamus, amemus, honoremus, adoremus, ſeruiamus, laudemus, benedicamus, glorificemus, magnificemus, ſuperexaltemus. Gratias agimus tibi altiſsimo, & ſummo Deo trinitati, & vnitati patri, & filio, & ſpiritui ſancto creatori omniũ, ſaluatori in te credentium, & ſperantium, & diligentium. Qui ſine initio, & ſine fine, admirabilis, inuiſibilis, inenarrabilis, ineffabilis, incomprehenſibilis, inueſtigabilis, benedictus, laudabilis, glorioſus, & ſuperexaltatus, ſublimis, excelſus, amabilis, ſuauis, delectabilis, & totus ſuper omnia deſiderabilis es, in ſecula ſeculorum. Amen.

Laudes; quas ordinauit beatus Franciſcus: & dicebat ad oẽs horas, ſunt hæc; videlicet.

SAnctus, ſanctus, ſanctus dominus Deus omnipotens: qui eſt, & qui erat, & qui vẽturus eſt, & laudemus, & ſuperexaltemus eũ in ſecula. Dignus es domine Deus noſter accipere laudem, gloriam, & honorem, & benedictionem: & laudemus, & ſuperexaltemus eũ in ſecula. Dignus eſt agnus: qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem: & laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula. Benedicamus patrem, & filium cum ſancto ſpiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula. Laudent illum glorioſum cœli, & terra: & omnis creatura; quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſubtus terram, mare; & omnia; quæ in eis ſunt: & laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto: & laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula. Sicut erat in principio; & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum amen: & laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula.

Oratio.

OMnipotens altiſsime, & ſumme Deus, ſummum bonum, omne bonum; totum bonum: qui ſolus es bonus, tibi reddamus omnem laudem, omnem gloriam, omnem honorem, omnem benedictionem: & omnia bona tibi referamus ſemper. Amen.

Oratio ad beatam virginem Mariam.

SAncta Maria virgo, non eſt tibi ſimilis nata in mundo in mulieribus; filia, & ancilla altisſimi regis patris cęleſtis: mater ſanctiſſima domini noſtri Ieſu Chriſti: ſponſa ſpiritus ſancti: ora pro nobis cum ſancto Michaele archangelo, & omnibus virtutibus cœlorũ, & omnibus ſanctis, tuum ſanctiſsimum, & dilectum filium noſtrum dominum, & magiſtrum. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Laus domini Dei altiſsimi, quam compoſuit. B. F.

TV es ſanctus dominus Deus; tu es Deus deorum: qui ſolus facis mirabilia. Tu es fortis: tu es magnus: tu es altiſsimus. Tu es omnipotens: tu es pater ſanctus rex cęli, & terræ. Tu es trinus, & vnus, & Deus deorum. Tu es bonus; omne bonum; ſummum bonum; dominus Deus viuus, & verus. Tu es amor, charitas. Tu ſapientia; tu humilitas; tu es patientia; tu es pulchritudo; tu es ſecuritas; tu es quies; tu es gaudium; tu es ſpes noſtra, & letitia; tu es iuſtitia, & temperantia: tu es fortitudo, & prudentia: tu es omnes diuitiæ noſtræ ad ſufficientiam: tu es manſuetudo: tu es protector: tu es cuſtos, & defenſor: tu es refugium noſtrum, & virtus: tu es fides, ſpes, & charitas noſtra: tu es magna dulcedo noſtra: tu es bonitas infinita, magnus, & admirabilis dominus Deus omnipotens, pius, miſericors, & ſaluator. Illam etiam orationem dicebat; de qua dictum eſt ſupra conformitate. 12. primi libri parte. 2. cap. 5. de oratione; quæ incipit. Omnipotens ęternæ &c. Similiter ſalutationem beatæ Virginis. ſ. Aue domina ſancta: de qua dictúm eſt loco præallegato. Alias laudes fecit. B. Frã. ad ſalutandum virtutes; quas hic non pono ad vitandum prolixitatem operis. Aduertendum tamen, ꝙ B. F. ſumma deuotione ferebatur ad verſum. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto: de Sicut erat &c. parum curabat. Multotiens dicẽdo veſperas cum fratre Leone; cum diceret canticum Magnificat; ſemper in quolibet verſu ipſius cantici dicebat. Gloria patri &c. Et dictum verſum Gloria patri dicendo, tanta conſolatione replebatur, ꝙ vix dicendo poterat ſaciari. Iſtum verſum Gloria patri &c. faciendo, ꝙ quidam frater laicus tentatus de adiſcendo, diceret: cum dixiſſet, ſtatim omnis tentatio receſsit.

FRVCTVS XII. ET CONFORMITAS.

Et in ordine 24. Ieſu turba reficitur. Franciſcus miniſtrator. Expoſitio primæ partis, ſcilicet. Ieſu turba reficitur.

OMNIVM virtutum, & ſi dominus Ieſus Chriſtus doctor ſit, & origo; ac conſequenter omnes ſibi placere comprobetur: præcipuè tamen pietas, & miſericordia acceptabilis eẽ declaratur. Primo, quia & ſi Deus ſit eſſentialiter iuſtitia,

& mi-

& miſericordia: eius tamen miſericordia nobis plus apparet (dicente Pſal.) Miſericordia dñi plena eſt terra. Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Eius proprium:(vt di-
Iœl. 2. cit Eccleſia)eſt miſereri ſemper,& parcere.Et
Lucæ 6. Iohelis. Benignus, & miſericors eſt &c. Et Luc. Pater veſter cœleſtis miſericors eſt.

Secundo, quia ſibi placere plurimum declaratur. Hoc patet atteſtatione ſcripturæ. Pſal. Di-
Prou. 21. ligit miſericordiam,& iudicium. Facere miſericordiam,& iudicium magis Deo placet,quã
Oſee. 6. victimæ. Miſericordiam voluit,& non ſacrifi-
Matth. 9. cium. Et Saluator dicit. Diſcite quid eſt miſericordiam volo,& non ſacrificium. Prædica-
Matth. 19. tione Chriſti. Si vis perfectus eſſe: vade,& ven-
Lucæ 11. de omnia,& da pauperibus. Date eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis. Mundi
Matth. 25. adiudicatione. De operibus miſericordiæ, & miſericordia, & ſola diſceptabit in iudicio; miſericordes beatificando, & inmiſericordes condemnando. Ieſu incarnatione. Apo-
1. Tit. 3. ſtolus. Apparuit benignitas,& humanitas ſaluatoris Dei noſtri,& ſequitur. Non ex operibus iuſtitiæ; quæ fecimus nos, ſed ſecundum
Pſal. 83. ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Et clamabat pſalmiſta di. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam,& ſalutare tuum da no-
Eccl. 29. bis. Precum acceptatione. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te.
Iſa. 58. Et Iſa. Frange eſurienti panem tuum, Et ſequitur. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet. Clamabis,& dicet. Ecce adſum: quia miſericors eſt dominus Deus tuus. Peccatorum di-
Prou. 15. & 16. miſſione. Prouer. Per miſericordiam, & fidẽ purgabuntur peccata. Miſericordia, & veri-
Thob. 12. tate redimitur iniquitas. Et eleemoſyna pur-
Iſa. 10. gat peccata. A diaboli liberatione. Computreſcet iugum, ſcilicet diaboli à facie olei, id
Prou. 21. eſt miſericordiæ. Gratiæ impetratione. Qui
Nota. ſequitur miſericordiam,& iuſtitiam: inueniet vitam. ſ. gratiæ, & gloriam. Bonorum multiplicatione. Iob miſericordis; & Tobiæ bona
Lucæ 6. multiplicauit Deus: ſic & Dauid. dicitur. Da-
Prou. 11. & 28. te,& dabitur vobis. Alij diuidunt propria,& ditiores fiunt. Alij rapiunt non ſua,& ſemper in egeſtate ſunt. Qui dat pauperi non indigebit. Viduæ miſericordiam exhibentis Eliæ,
3. Reg. 7. Idria farinæ non defecit &c. Gloriæ cœleſtis collatione. Talibus. ſ. miſericordibus dicitur
Matth. 25. à Chriſto, Venite benedicti patris mei; percipite regnum &c. Quibus,& alijs euidenter declaratur quod hæc virtus miſericordiæ Deo acceptabilis manet. Hæc ergo virtus tam accepta(& ſi nobis in præſenti ſummè pateat: vtpote quia miſerationes eius ſuper omnia opera eius) ipſam tamen multipliciter homini oſtẽdit.

Primo in creatione: quia ſola ſua miſericordia.& pietate ſic condidit hominem ad imaginem ſuam, eum locando in paradiſo, & omnium dominium dando, & ſic de alijs.

Secundo in hominis proſtratione. Homo peccato Deo inobediendo, non eſt à Deo punitus, vt diabolus; ſed ad pœnitentiam eſt reſeruatus.

Tertio in generis humani conſeruatione tempore diluuij. Noluit enim ipſum deſtruere; ſed miſericorditer præſeruauit in Noe, & ſuis.

Quarto in Abrahæ, & ſuorum ſpeciali electione, mundo ſub tenebris,& pollutionibus idolorum permanente.

Quinto in filiorum Iſrael ab Aegyptijs liberatione, & conſequenter figuraliter electorum à diaboli ereptione.

Sexto in hominis regulatione dando ſua præcepta:& cultum; quo coleretur oſtendendo.

Septimo in populi Iſraelitici per 40. annos cibatione, deductione,& ad promiſsionis terrã introductione.

Octauo in hominis illuminatione, & ſuorum abſconditorum reuelatione; ſicut per Salomonem extitit,& prophetas.

Nono in peccatorum hominis punitione: prouocatus Deus peccatis hominum ſemper miſericorditer ſe geſsit erga ipſum, vt patet ab exordio filiorum Iſrael egreſsionis ab Aegypto, vſque ad tempora Chriſti.

Decimo Chriſti incarnatione; vbi expreſſum eſt opus ineffabile diuinę miſericordiæ, & ſuę miſericordiæ recordationis.

Vndecimo morte pro peccatis noſtris à Chriſto ſuſceptione.

Duodecimo ſacramentorum inſtitutione: quibus Dei miſericordiam.& propitiationem inuenire ſemper, ſi volumus, poſſumus. Alijs etiã Deus oſtendit vijs, & modis; & declarat aſsidue. Inſuper etiam ipſa miſericordia oſtenſa eſt à domino Ieſu non ſolum in Apoſtolorum vocatione à ſtatu prauo mundi, ad ſtatum perfectorum: in aſsidua de vita ſpirituali informatione; in infirmitatum omnium hominis ſanatione; in ſui corporis, & ſanguinis in ſacramento donatione: ſed pręcipue paret, & claruit in turbę à Chriſto cibatione: Et quod ex miſericordia proceſſerit patet: quia ſemper Saluator ipſe ſic cibando,& turbam cibare volendo præmiſit di. Miſereor ſuper turbã &c. Matth. 14.
vt habetur: de qua cibationis miſericordia lo- & 15.
quitur prima pars huius conformitatis dicẽs. Ieſu turba reficitur. Chriſtus enim turbam bis cibauit, videlicet ſemel quinque millia hominum de quinque panibus,& duobus piſcibus, Matth. 14
vt habetur. Alia vice cibando quatuor millia hominum de ſeptem panibus, & paruis piſci- Ioan. 6.
cũlis. Quam turbam cibauit corporaliter primo; vt enim habetur. Cum turba multa eſſent Matth. 14. & Ioan. 6.
cum Ieſu: nec haberent, quod manducarent, conuocatis diſcipulis, dixit. Miſereor ſuper turbam: quia iam ecce triduo ſuſtinent me;

nec

nec habent, quod manducent. Et ſi dimiſero
cos ieiunos in domum ſuam deficient in via
Math. 14. &c. vbi miſericordia domini exprimitur in ci
15. & Mar. bando corporaliter turbam: vtpote, quia fati
6. 8. & Io. gatos, & deficientes ieiunio teſccit. In qua du
6. plici turbæ cibatione apparuit ipſa Dei miſe-
ricordia, benignitas, & pietas: quia primo
oculos, tam interiores, quàm exteriores ſuble
uauit, & aſpexit defectum turbæ, vt habetur,
Ioan. 6. vbi dicitur, ꝙ Chriſtus ſubleuauit oculos, &
vidit multitudinem &c. Et ſecundo: verbo
pietatem ſuam deprompſit dicens. Miſereor:
defectum turbæ intuendo: continue ſe à pie-
tate non valuit: quin miſereretur. Ideo (in-
quit) miſereor, ideſt ad miſerandum moue-
or, & inducor: & ad miſerandum paratus aſ-
ſiſto. Sed pro euidentia præfatorum, & ſequē
tium ſunt aliqua prænotanda.
Primum eſt, ꝙ licet Deus ſit iuſtiſsimus, vtpo-
te dans vnicuique ſecundum opera ſua: atta-
men in præſenti vita non ſic apparet; ſed ma-
gis miſericors, quàm iuſtus. Ratio, quia effe-
ctus percipimus magis miſericordiæ, quàm
Nota. iuſtitiæ. Nulluſque homo eſt, aut fuit aliquan
do: qui miſericordiam domini non ſit exper-
tus, vel præſeruando, vel liberando eum à pec
cato, & ſic de ſimilibus. Attamen multi ſunt,
qui Dei miſericordiam non attendunt; nec ip
ſam ſe percipere cognoſcunt: de quibus Apo
Rom. 4. ſtolus dicit. An ignoras homo: quoniam mi
ſericordia Dei ad pœnitentiam te adducit, &
benignitas? Alij vero ipſam habentes agno-
ſcunt: ſicut Pſal. dicit. Miſericordia tua do-
mine magna eſt ſuper me, & eruiſti animam
meam. Attamen gratis, & ingratis ſemper hæc
miſericordia oſtenditur: ſiue exiſtentibus in
inferno; quia citra condignum puniuntur: ſi-
ue in paradiſo; quia Dei miſericordia ſunt
ſaluati. Sed quibus ipſam miſericordiam li-
benter exhibebat: inquit euangelium: Quia
turbis: quia longe diſtantibus à ſuis ciuitati-
bus, & locis, in deſerto manentibus: ſequen-
tibus Chriſtum: ac eius doctrinam deuote, &
auide ſitientibus: Per quæ oſtenditur, ꝙ mun
di contemptoribus per elongationem à mun
danis, pœnitentiam in deſerto agentibus, vi-
tam Chriſti accipientibus, & his; qui cœleſtia
potius, quàm terrena delectantur audire, do-
minus ſuam miſericordiam, & gratiam liben-
ter impartiri dignatur: vt ſeries docet Euan
gelij. Dicit enim. Cum turba multa eſſet cū
Ieſu: vtpote quinque millia hominum; Et
alias quatuor millia; quæ ſequebantur Chri-
ſtum, vt dicit Io. Videntes ſigna; quæ faciebat
ſuper his; qui infirmabantur, & propter do-
Matth. 5. ctrinam eius, vt patet. Nec haberent quid
manducarent. Cibaria eis defecerant propter
diuturnitatem permanſionis cum Chriſto:
quod factum eſt, vt domini pietas in ſubue-
niendo, & potentia in miniſtrando referare-
tur. Dominus enim tempore Eliæ ob peccata
Achab, miſit famem validam in terra. Et ta-
men Eliæ primo per coruum: demum per mu
lierem viduam prouidit. Huic ergo turbæ ci-
bus deficit. Sed quia oculi domini ſuper iu-
ſtos: vt eruat à morte (inquit Pſal.) animas
eorum, vt alat eos in fame; Quid egit, vt ſub-
miniſtraret, quod deficit? inquit Euangeliū.
Conuocatis diſcipulis. Diſcipulos conuocat,
vt quid acturus ſit videant. Eius enim teſtes
præordinati à Deo erant. Diſcipulos aduo-
cat: non vt petat ſubſidium; ſed vt oſtendat
pietatis præcordium: ait (inquit Euangeliū)
eis. Miſereor ſuper turbam. Ecce affectus mi- Nota.
ſericordiæ & pietatis. O domine Ieſu cum ſis
immenſa miſericordia, & clementia: ac tua
infinita miſericordia propter noſtram ſalutē
docendam, & perficiendam incarnatus es: fa
ctus noſter frater, caro, amicus, & ſocius: hinc
eſt, ꝙ ſi te verbo corde offendamus aſsidue,
& opere: in ira tua; quam meremur contine-
re non valens miſericordias tuas, inquis piiſ-
ſime domine. Miſereor ſuper turbam. Ad hoc
domine de cœlo ad noſtra infima deſcendi-
ſti, vt miſerearis noſtri. Et quia id, quod es do
mine abſcondere non vales timētibus te: quia
pius, & miſericors es; animis. Miſereor ſuper
turbam. Quæ domine eſt hæc turba: cuius mi
ſereri vis: niſi turba peccatorum, quos ad pę
nitentiam vocare (te teſte) veniſti. Hæc turba
ſunt fideles tui: quorum aſsidue miſereri di-
gnaris: quibus aſsidue tuæ miſericordiæ per-
ceptione loqueris, Miſereor ſuper turbā pro-
clamando. Fideles tui domine: quibus con-
tinue ſinum tuæ miſericordiæ aperis: vt nullus
ſit; qui ſe abſcondere poſsit à tuo calore: tuæ
miſericordiæ effectus percipiunt.
Primo in gratiæ largitione; præueniendo, ad-
iuuando, concomitando, & conſumando, ad
finem debitum opera perducendo.
Secundo in tua ad ipſos manifeſtatione; quæ
fit beneficijs aſsiduis, internis illuminationi-
bus, inſpirationibus, & donorum ſpiritum ſan
cti infuſionibus.
Tertio in ſequeſtratione à peccatis, liberan-
do, & præſeruando, & à mundo per ipſius ab-
dicatione, & affectus remotionem.
Quarto in ſuperatione tentationum à diabo-
lo, carne, & mundo immiſſarum.
Quinto in protectione ſollicita, ſubueniēdo,
fouendo, regendo, & gubernando.
Sexto in immiſsione conſolationum, in affli-
ctionibus, & doloribus vitæ præſentis.
Septimo in condeſcenſione petita largiendo.
Octauo in aduocatione ad ſui ſeruitium, & fa
mularum.
Nono in fidentiæ conceptione accedendi ad
ipſum in tempore oportuno.
Decimo in hoſtis infernalis malitiæ depreſ-
ſione: quia non permittit ipſum tentare nos

ſupra

ſupra id, quod poſſumus, & facit cum tentatione prouentu.
Vndecimo in acceptatione ipſorum in filios, & amicos.
Duodecimo in præparatione cæleſtis gloriæ. quæ indeſinenter cum percipient: tu proclamare domine Ieſu vales,& dicere. Miſereor, id eſt effectu oſtendo me miſereri continue ſuper turbam. Miſereris omnium domine: quoniam omnia potes. Sed cur domine in ſpeciali de quibuſdam, & quorundam miſereris: inquis: quia triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducent? Quaſi dicat dominus: miſericordiam meam præcipuè conſequuntur; qui triduo me ſuſtinet, videlicet in initio, medio,& fine, incipientes, proficientes,& perſeuerantes. Quia, qui perſeuerauerit vſq; in finem ſaluus erit. Qui ſuſtinet me, ideſt incommoda propter me; eorum miſerebor. Et vide, ꝙ tribus terminis probatur homo velut triduo, ideſt principio, medio, & fine, & tunc Chriſtus miſeretur reficiendo. Dat dominus
Intellectus uerbi illius: quia triduo ſuſtinẽt me
documentum, ꝙ afflictis eſt compatiendum: quia triduo eum ſuſtinentibus miſeretur. Sed vide iſtius turbæ ad Chriſtum deuotionem: quia licet corporali media vexaretur: cibi tamen ſpiritualis verbi Dei appetitu; & Chriſti deuotione incommoda libenter ſuſtinebat; nec mirum, quia ipſe Chriſtus verba habebat vitæ æternæ: nec vt ipſe aliquando loquutus eſt aliquis homo. Quia internæ cibo ſpirituali à Chriſto reficiebatur ſuæ.ſ.doctrinæ. De corporali cibo parum curabat: nec immerito; quia profecto maior eſt refectio mentis, quã ventris. Magdalena omnium terrenorum oblita, ſtabat ad pedes Ieſu; vt audiret verbũ eius. Beata Tecla tota die ſtabat ſine cibo, & immobilis; vt verbum Dei ab ore beati Pauli audiret. Sed cur domine huius turbæ tanta miſeratione moueris? inquis. Quia triduo ſuſtinent me nihil manducando. Et ſi eos dimiſero ieiunos, deficient in via &c. Et hoc ſecundo patet, quod multi tribus diebus ſteterant ieiuni nihil comedendo: ſed refecti erant ſolo verbo Chriſti. Quid inquis domine; ſi dimiſero eos? Vis tu domine dimittere: quem pater attraxit,& ad te miſit? Certe nõ. Nam qui venit ad me, non eiiciam foras. Et
Ioan. 6. nullus talem rapiet de manu mea. Quid ergo non dicis dimiſero eos ieiunos? Non inquis eos deſeram: ſed ſi à me vocati:& à patre vlteriori gratia non firmarentur,& roborarẽtur: quia homo gratia eget non ſolum præueniente: ſed & cõcomitante,& adiuuante: tales proculdubio deficerent in via, ideſt in præſenti ſtadio: quæ eſt via perueniendi ad vitam: Dat ergo eis panem, vt videbitur ſuæ gratiæ: quo à ieiunio refocillati, opera poſsint exercere ad vitam promerendam æternam. Dicit ergo: ſi dimiſero eos ieiunos deficient in via. Ratio quia ſufficientia noſtra (teſte Apoſtolo) ex Deo eſt. Et ipſe dicit. Sine me nihil poteſtis facere: quare neceſſe eſt in via præſentis vitæ deficere: quos Chriſtus ſuo auxilio dimittit ieiunos. Et quid domine pandis vlterius? certe inquis. Quidam eorum de longe venerunt, ſecundum litteram nota deuotionem,& auiditatem audiendi verbum Dei. Non intercludit eos locorum diſtantia: aut viæ longitudo, quin ad audientiam verbi Dei pergant. Arguentes iudæos, qui ipſos in præſentia habebant:& audire nolebant. Spiritualiter vide, ꝙ dominus non ſolum de prope ideſt in ſtatu gratiæ ad ſe trahit gratiam ampliorem infundendo: ſed à longe ideſt peccatores: vt ipſorum miſereatur (ipſo dicente) quod non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiã condonans ex hoc confidẽtiam peccatoribus Matth. 9.
omnibus longe ab ipſo manentibus, eorum miſerendi: propter quod ſuper talium turbã dicit miſereor. Sed peccator in præſenti ſtadio non debet differre ad Chriſtum accedere: tum quia Chriſtus miſereri, & indulgere ſemper aſtat paratus: & ſuam miſericordiam prope,& longe ſtantibus impartiri. Sequitur. Reſponderunt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos poterit quis ſaturare panibus in hac ſolitudine? Ex hac Apoſtolorum reſponſione euidenter datur intelligi, ꝙ ante ſpiritus ſancti in ſufflationem;& miſsionem ſancti Apoſtoli de Chri Ioan. 11.
ſto veram fidem non habuerunt. Cum enim Notan.
tot & tanta de Chriſto vidiſſent credere de- Act. 2.
bebant, ꝙ ipſe iuxta dictum Greg. poſſet tales alere in fame: qui totum mũdum ſua prouidentia paſcit. Vnde ſi fideles fuiſſent: dicere debebant domino. Tu, qui omnia ſcis,& vales, facile potes etiam in ciuitate,& in ſolitudine, & vbique paſcere non ſolum hanc turbam: ſed & totum mundum: qui filios Iſrael per 40. annos in deſerto pauiſti: & carnes ad comedendum eis dediſti non vna die: ſed per menſam. Tuæ ſapientiæ omnia regenti, & gu- Num. 11.
bernanti dimittimus cibationem talium peragendam,& perficiendam. Sed quid mirum. ſi apoſtoli hæſitant in cibatione turbæ in ſolitudine: cum Moiſes ſic hæſitauerit? vt habetur. Num. 11.
Nam ſibi res intolerãda viſa eſt. Præfata Chriſtus Apoſtolis dixerat: ut oſtenderet compaſſionis affectũ: & non vt peteret ab eis de ſubuentione conſilium, vel remedium vt enim di-
cit. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Et ſe Ioan. 6.
quitur. Et interrogabat eos: quot panes habetis? Hęc interrogatio non ad ignorantiã pertinet: ſed, vt eorum reſponſionis confeſsione magnitudo declaretur miraculi futuri. Et quia bis dominus turbam cibare dignatus eſt: prima vice reſponderunt, ꝙ habebant quinque
panes, & duos piſces, ꝙ puer quidã hos quin Ioan. 6.
que panes habebat,& duos piſces: Secunda vice, ꝙ habebant ſeptem panes. De præfatis pa
nibus

nibus ſua infinita potentia pauit bis turbam. Sed aduerte, quod volendo turbam reficere in prima vice, fecit eos ſedere ſuper fœnum viride: vt dicit Mar. Secunda vice ſuper terram: vt det intelligere, quod qui uult à domino refici, debet ſe conſiderare eſſe vt fęnũ: & quãuis uiride: tamen propter breuem vitam; quã in præſenti habet: in breui exicandum, ideſt per mortem; quare ſemper ſe debet cogitare moriturum. Memoria à peccato cohibet: vt dicit ſcriptura. Debet ſedere ſuper terram. i. ſe terram eſſe: quare non ſuperbire: ſed humiliter in omnibus ſe habere. Eſurientes, & humiles (teſte Maria) Deus replet bonis: diuites autem, & ſuperbos dimittit inanes. Ex parte turbæ deſcribitur ſpecialis ſeſsio: ſed ex parte Chriſti additur exemplaris imitatio, & hoc in gratiarum actione: vnde ſubditur in euangelio: quod accipiens panes in manibus; gratias agens, fregit &c. Et alibi dicitur, quòd reſpexit cœlum: & gratias agens fregit &c. Dans documentũ, quod facies noſtræ aſsidue ſunt attollendæ ad cœlum per cęleſtium inſpectionem: & Deo regratiandum pro beneficiorum impenſionem. Fractis panibus: ſequitur, quod Ieſus dabat diſcipulis ſuis, vt apponerẽt, & ipſi appoſuerunt turbæ. Per diſcipulos panis datur turbæ: vt miraculum amplius appareat: & vt oſtendat, quod vbi nobis non ſuppetit propter peccata facultas ad Chriſtum accedendi, ad ſanctos conuertamur: quibus mediantibus, dominus panem ſuæ miſericordiæ nobis largiatur. Dans documentum, quod panis vitæ ipſe Chriſtus in ſacramento cõtentus turbæ non datur: nec dari debet: niſi per Apoſtolos, ideſt ſacerdotes: quos ſolos ſui corporis panis, ſcilicet cæleſtis conſtituit diſpenſatores. Et ſubditur, quod & de piſcibus etiam dedit eis: & adiungitur, quod manducauerunt, & ſaturati ſunt. Sic ergo patet cibatio corporalis turbæ facta à domino tam ſtupendo, & claro miraculo: de quo dicebatur in prima parte huius conformitatis, ſcilicet Ieſu turba reficitur.

Verum quia omnis Chriſti actio potius erat ſpiritualis, quam corporalis: & quos corporaliter reficiebat, ſaturabat, & ſpiritualiter: videndum eſt amodo quomodo dominus Ieſus cibat ſpiritualiter: & cibauit turbam. Sed ſciendum eſt, quod in ſacro eloquio moraliter loquendo multiplex turba inuenitur: quã dominus panibus, & pane vario cibat, & dignatur reficere.

Prima turba quam Chriſtus paſcit eſt degentium in peccatis. Leuit. 14.

Et prima turba dicitur, & vocatur in peccato degentium: de qua turba dicitur, ꝙ turba vociferantium, ſcilicet ſub onere peccatorum, & dicentium. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Quorum uocibus inclinatus, & commotus dominus cibat hanc turbam pane lachrimarum vt dicit pſal. Et pane anguſtiæ, & aqua tribulationis. Sed hic panis non ſolum eſt quintuplex: ſed ſeptuplex: quia ſeptẽ, quę dat Deus integrant hunc panem à peccato exire cupientium: vt enim homo à peccato veraciter exire cupiat: & de facto faciat gratia Dei opus eſt: & ſi Deus tales non cibat, ideſt ſua gratia iuuat exire non poſſunt. Ad hoc ergo, quod homo exeat à peccato, quinq; immo ſeptem: vt ſeptem panes dat, & largitur. 3. Reg. 10.

Primum eſt peccati cognitio, vt cognoſcant quàm ſit uile peccatum: & homo eo vilis ſit factus.

Secundum eſt pudor, & verecundatio, vt cognoſcendo peccati vilitatem verecundetur in ipſo, vt in viliſsima re permanere.

Tertium eſt horror peccati, & deteſtatio: peccatorum vt quid immundum, & fętidum abhorrendo.

Quartum dolor, & afflictio conſiderando à quo cecidit: quem offendit: quid incurrit peccato.

Quintum eſt timor, & formidatio niſi enim à peccato quis exeat; pœnam inferni ſe infligere comminatur. Dicta quinque poſſunt eſſe quinque panes: quibus dicta turba ſatiatur. Sed quia turba præfata non ſolũ ſemel à Chriſto ſatiatur quinq; panibus prępfatis: ſed multotiens: & ſic bis: conſequenter ſeptem panibus, addendo prædictis quinque duo alia requiſita, erunt ſemptem panes: quia primum, & ſextum in ordine eſt lachrimatio, & lachrimarum profluuium, ſeptimum cordis humiliatio; quę omnia fuerunt in Magdalena, ꝓut patet quibus ipſam, vt à peccato exiret, domino cibare complacuit: ſed addidit dominus duos piſces. Luce 7.

Primus eſt diuinæ gratiæ vlterior ſubminiſtratio.

Secundus diuinæ miſericordię fiducia, & attentio. Qua cibata, & refecta: ſeptem ſportę: immo duodecim cophini ex prædictis ſuperfuerunt. Verum ſicut in numero ſeptenario numerus continetur; quinarius, & ſuperadditur: ſic in numero duodenario ſeptem continentur. Quapropter oſtendendo, quòd Chriſtus cibat ſeptemplici pane: quare & quinq; ſic & ſi ſuperabũdãt duodecim cophini fragmentorum, merito, & ſportæ ſeptem. Vnde in iſto paſſu, ſi dicitur, ꝙ Chriſtus cibat de ſeptẽ panibus: quare, & de quinq;, & ſi de fragmentis duodecim colphini: quare, & ſeptem ſportæ. Licet enim diſtinctę fuerint cibationes: quia alia fuit de quinque panibus: alia de ſeptem: non tamen diſtinctam, facio in præſenti expoſitionem moralem, vtique propter prolixitatem vitandam: unde ſi dicam de ſeptem panibus, & duodecim cophinis, videtur, quod ſatis dixerim pro expoſitione quinque panũ, & ſeptem ſportarum collectarum. Ad propo-

Quid ſignatur per 12. cophinos.

ſitum de panibus ſeptem, & duobus piſcibus turba prima cibata à Chriſto, duodecim cophini colliguntur: quia duodecim bona ſpiritualia tali, quem ſic cibat dominus, proueniunt.

Primum eſt diuinæ gratiæ noua ſuperinfuſio.
Secundum eſt iugis ad Deum deprecatio: vt à peccato eum abſoluat.
Tertium eſt ſui ipſius ob peccatum abominatio, & abnegatio.
Quartum continua de pœnis inferni formido.
Quintum diſciplinarum ſuſceptio.
Sextum eſt peccatorum per confeſsionem reuelatio, & detectio.
Septimum eſt ad pœnitentiam exercendam diſpoſitio, & preparatio.
Octauum eſt diuinæ miſericordię magnitudinis declaratio: quę fit tali.
Nonum eſt diuinę dulcedinis immiſſæ deguſtatio.
Decimum eſt paſsionis Chriſti efficaciſsimę attentio.
Vndecimum ad dimiſsionem operum diaboli ſeruoris immiſsio, & conceſsio.
Duodecimum in bono propoſito conſeruatio. Hęc duodecim ſunt duodecim cophini fragmentorum: quæ ex panibus, & piſcibus, & ſpecialiter ex panibus colliguntur: & quia in ſemetipſo præfata quis experitur, ſi eſt de iſta prima benedicta turba; quam paſcit Chriſtus: non aliter prędicta duodecim declaro.

Secunda turba.

Secunda turba dicitur pœnitentium: de qua dicitur, quod hilaritate tota profundit 2. Paral. 3. quia pœnitentia cum magno gaudio debet exerceri. Hanc turbam Chriſtus cibat pane ordeaceo: de quo habetur. Qui deſtruxit caſtra Madian. quia pœnitentiã virtutem ſubuertit diaboli. Ordeum pœnitentiam ſignificat: quia ordeum ab extra aſperum videtur: tamen intus ſuauitate repletur: quod vtiq; eſt in pœnitentia. Sed hanc pœnitentiam, qui aptat recte perficere, debet ſeptemplici pane à Chriſto cibari. Quia ſeptem ſunt ad pœnitentiam neceſſaria: quæ ſine Chriſti auxilio, & conceſsione non habentur.

Iudic. 7.

Septem ad pœnitentiã ſunt neceſſaria.

Et primum eſt, vt fiat diſcreta.
Secundus eſt, vt fiat ſincera. i. propter Deum.
Tertium eſt, vt fiat rigida quo ad vitium, & veſtimentum.
Quartum eſt, vt fiat feruenter, & non puſillaminiter.
Quintum gaudenter: quia, non cum triſtitia: ſed cum letitia.
Sextum eſt, vt fiat timore filiali, & non ſeruili.
Septimum eſt, vt fiat perſeueranter. Sed præfatis panibus iungendi ſunt duo piſces: qui dantur à Chriſto: quorum primus eſt in loco apto permanſio. Secundus eſt, vt nihil, quod agit, putet, ꝙ ſit pro ſuo peccato digna Deo ſatisfactio. Qui ergo talibus à Chriſto cibatur, de præfatis duodecim cophinos recolligit fragmentorum: quia ex pœnitentia duodecim bona operantibus ipſam proueniunt: quamuis de præfatis plura ſint dicta conformitate 8. huius 2. libri.

Primus cophinus, & fructus ſiue bonum eſt Deo reconciliatio, patet de Niniuitis. Ionæ 3.
Secundum bonum de manibus diaboli liberatio,
Tertium eſt angelorum lætificatio. Lucæ 15.
Quartum eſt imaginis reparatio. Aufer rubiginem de argento: & egredietur vas puriſsimũ.
Quintum diuini furoris placatio, patet in Achab, & Manaſſe.
Sextum eſt pœnæ æternalis, & temporalis dimiſsio. Impius ſi pœnitentiam ægerit &c. omnium iniquitatum eius non recordabor. Ezech. 18.
Septimum eſt ab inferno euaſio. Niſi pœnitentiam ęgeritis: omnes ſimul peribitis: ergo per oppoſitum.
Octauum diuinæ ſententiæ reuocatio. Si populus hic pœnitentiam egerit: agam & ego pœnitentiam ſuper malum, quod cogitaui, vt facerem eis.
Nonum eſt ſpiritus ſancti impetratio. Baptizetur &c & pœnitemini &c. & recipietis ſpiritum ſanctum. Hiere. 18. Act. 2.
Decimum eſt hominis ſanctificatio. Multi latrones pęnitentia ſanctificati ſunt, vt patet de abbate Muſio: Moiſe Ethiope; Thayſi, Maria Aegiptiaca, & ſic de alijs.
Vndecimum eſt virtutum, ſcilicet humilitatis & aliarum infuſio & adeptio.
Duodecimum eſt cœli apertio. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorũ. Matth. 4.
Sic ergo patet, quod duodecim cophini: & conſequenter ſeptem ſportæ fragmentorum, ideſt donorum colliguntur ex pane, quo Chriſtus cibat ſpiritualiter ſecundum turbam pœnitentium.

Tertia turba.

Tertia turba; quam Chriſtus cibat eſt turba incipientium, ſcilicet bonum agere: quia & ſi non magnis peccatis Deum offenderint: & conſequenter pœnitentiam non indigeant: volunt tamen potius domino ſeruire, quã mundo: & iſta eſt turba intenta, ad quæ ſunt Dei perficienda, & cognoſcenda: & iſtos paſcit pane ſubcineritio: de quo habetur, ideſt propriæ conſiderationis ſuæ fragilitatis: quia hęc conſideratio ſumme eſt neceſſaria Deo volenti ſeruire: quæ à ſolo Deo datur, & largitur. Qua cõſideratione à domino huomini infixa, Deus ſeptemplici pane talem cibat: quia inſpectione ſui facit te dominus ſeptem abdicare videlicet. 1. Paral. 6. 3. Reg. 18.

Primo mundi diuitias.
Secundo omnem mundi pompam.
Tertio carnis delicias.
Quarto mundanas ſcientias.
Quinto ſuam propriam voluntatem.

Sexto

Sexto facit amare ſui contemptum.
Septimo appetere omnia amplecti, quæ ante abhorrebat. Hæc ſeptem velut ſeptem panes ab ipſo pane ſubcineritio, id eſt cognitione propriæ fragilitatis proueniũt: quo pane hæc tertia turba à Chriſto cibatur.
Piſces vero duo: ſunt recta intentio: & à diabo li inſidijs præſeruatio. De præfatis panibus, & piſcibus colliguntur duodecim cophini fragmentorum.
Primus eſt à peccato præſeruatio.
Secundus eſt occaſionis peccandi ſubtractio.
Tertius eſt virtutis ad reſiſtendum peccato collatio.
Quartus eſt affectionis ſanatio.
Quintus eſt diuinæ vltionis in peccati punitione retardatio.
Sextus de indulgentia obtinenda ſpes, & certificatio.
Septimus eſt peccatorum indulgentiæ condonatio, non vlciſcendo, nec improperando.
Octauus eſt corporis munditiæ conceſsio.
Nonus eſt contra hoſtes vigoratio.
Decimus eſt bonorum præſentium contemptus.
Vndecimus ad æterna anhelandi acceſsio.
Duodecimus vitæ ęternę obtinendę ſubarratio. Dicti duodecim cophini poſſunt eſſe duodecim: quibus Chriſtus incitat incipientes ad bonum.
Primum eſt Deus ipſe, qui eſt ſummum bonũ, vt enim Deum adipiſcatur: bonum debet quiſque principaliter, & vltimate operari.
Secundum eſt Chriſti cogitatio; qui pro bono operando mori voluit.
Tertium eſt beatę Marię, & ſanctorum, qui bonum operati ſunt inſpectio.
Quartum eſt tẽporis pręſentis vitę breuitas.
Quintum eſt multorum malorum mundi euaſio, & vitatio, ſcilicet boni operatione.
Sextum mundi labilitas omnia deficiunt.
Septimum eſt angelorum ſocietas: quæ tali conceditur in pręſenti, & in futuro.
Octauum diaboli prauitas: quę ſic operando vitatur, & ſuperatur.
Nonum inferni vorago, quæ declinatur.
Decimum paradiſi propago; quæ adipiſcitur.
Vndecimum eſt labor breuis.
Quarta turba. Duodecimum eſt vita æterna fęlix.
Quarta turba; quæ à Chriſto paſcitur eſt turba proficientium: quę graditur de virtute in uirtutem: & iſta eſt turba; quę ſequitur Chriſtum. Iſtam turbam paſcit pane quotidiano:
Ioan. 6. quem petimus à Deo nobis quotidie dari, ſcilicet ſuę gratiæ ſingularis: quia Deus (teſte
Philip. 2. Apoſtolo) operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Gratia iſta, & panis eſt diuinum adiutorium ad proficiendum. Chriſtus hanc turbam ſeptemplici cibat pane: quia ſeptem modis nos adiuuare dignatur.

Primo inſpiratione interna.
Secundo exemplorum oſtenſione, oſtendens per exempla ſanctorum; quomodo eſt in bono proficiendum, & proſequendum.
Tertio gratię ſubminiſtratione.
Quarto ſcripturę ſanctę lectione: in qua inuenitur omnis ad virtutes profectus, & aſcenſus.
Quinto fraterna alloqutione: ipſe dulcis dominus in ſuo ſancto euãgelio tibi pandit qualiter proficere habeas, & debeas.
Sexto conſcientiæ incitatione, ſiendere ſi aſsidue mouet, & ad bonum proſequendum impellit.
Septimo iudicij ſui comminatione. Qui per totam diem non laborant, & poſſunt, non accipiunt præmium.
Piſces vero ſunt ſui auxilij, à nobis ex ſe nunquam ſubtractio: & aſsidua incitatio, & exercitatio dicens. Surgite, & orate &c. Quibus panibus hæc turba cibata à Chriſto duodecim cophini colliguntur. Quia qui cupit in bonũ proficere, Chriſtum optet ſuper omnia ſequi: quem cupienti proſequi ſe Chriſtus in duodecim prætendit imitandum, videlicet.
Primo quo ad mundi abdicationem: quia ſic Chriſtus nihil habuit. Vulpes foueas habent, Matth. 8.
& volucres cęli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.
Secundo quo ad ſui abnegationem, ipſo dicente. Si quis vult poſt me venire, abneget ſe- Matth. 16.
metipſum &c.
Tertio quo ad carnis macerationem: quam oſtendit in ſui circunciſione: progreſſu ad Aegiptum: & continua laboris, tam in diſcurrendo, quam pręeicando aſſumptionem.
Quarto quo ad pœnitentiæ exhibitionem: volens enim pœnitentiam prędicare, primo ip- Matth. 4.
ſam exercuit in deſerto quadraginta diebus, & noctibus ieiunando.
Quinto quo ad patientiæ ſuſceptionem omnia ipſum vilificantia, & dicta ſunt, & facta: & iuxta dictum Petri. Cum malediceretur, non 1. Petri 2.
meledicebat: cum pateretur, non comminabatur &c.
Sexto quo ad exercitium, & operationẽ pſal. Operatus eſt noſtram ſalutem &c.
Septimo quo ad obedientiæ ſubiectionem. Fuit obediens patri, matri, Ioſeph, & crucifixoribus.
Octauo quo ad humilitatis perfectionem humiliauit ſemetipſum, & quantum, & quomo- Philip. 2.
do? exinaniuit ſemetipſum &c.
Nono quo ad virtutum induitionem, & perceptionem. Ipſe eſt dominus virtutum. In vicius relucet paupertas, temperantia, prudentia, iuſtitia, fortitudo, puritas, & ſic de alijs virtutibus: vnde per eminentiã dicitur à pſal. Dominus virtutum.
Decimo quo ad orationem (teſte euangelio) dimittebat turbas, & ibat ad orandum in de-

ſertum locum: & pernoctabat in orationibus.
Vndecimo quo ad totalem ſui mortificatio-
nem. Sicut ipſe per paſsionem fuit totaliter in
corpore extinctus: ſic talis motiatur totaliter
mūdo, & Chriſto cum Apoſtolo Paulo viuat.
Duodecimo quo ad cæleſtium meditationē.
Ieſus quotidie docebat Apoſtolos de regno
Dei. Hæc ſunt illa, in quibus cuplens ad profe
ctum ſpiritus peruenire: debet Chriſtum co-
nari proſequi; in quibus vita Chriſti ſumma-
rie conſiſtit. Quia ergo ex præfatis ſeptem ho
mo incitatur ad proficiēdum in bonum, Chri
ſtus ſe eidem oſtendit bonum habeti, & ad ip
ſum proficere habito ipſo Chriſto per imita-
Ioan. 15. tionem: quia ſine me (inquit) nihil poteſtis
facere. Quibus per gratiam Chriſti habitis, in
tali proficiente reperiuntur præfata duode-
cim, quæ velut fragmenta panis Chriſti duo-
decim cophinos colligendos omni ſe expo-
nunt. O quot, & quanti cophini, ideſt fructus
ex iſta imitatione Chriſti colliguntur. Reſpi-
ce ſanctorum ipſum imitātium vitas. Quorū
omnium virtutum dona merita, & gratiæ ab
arbore Chriſto, & vitæ emanarunt.

Quinta turba. Quinta turba, quam paſcit Chriſtus eſt agoni
zantium, ideſt contra diabolum dimicātium:
& hæc eſt turba, cui miſeretur Chriſtus; quæ
Matth. 10. eſt ſine paſtore: niſi ipſam Chriſtus ſua pieta
te regeret contra diabolum, ac defenſaret.
Sed hanc turbam diabolus, quantum in ſe eſt,
paſcit pane tribulationis, & aqua anguſtiæ po
3. Reg. 20. tat. Quia ipſam multipliciter temtationibus
quatit, & vexat. Habet enim mille artes ad tē-
tandum. Sed duos principes habet ſingula-
res, & amicos, ſcilicet carnem, & mundum,
cum quibus contra bonum agere volentes di
Mundus, & caro ſunt diaboli præcipui amici. micat continue. Caro enim pugnat delecta-
tionibus ſenſualibus; pulchritudinibus corpo
ralibus, otioſitatibus, & quandoque aduerſi-
tatibus corpotalibus. Mūdus pugnat diuitijs,
honoribus, ſtatibus, & ſic de ſimilibus. His
duobus inſtrumentis, ideſt principibus, quaſi
omnes diabolus ſuperaret, & vinceret, niſi
Chriſtus turbam hanc agonizantium ſuo pa-
ne, ideſt auxilio, & ſua proiectione cibaret, &
defenderet. Hic eſt panis, de quo dicit pſal.
Auxilia quibus Chriſtus dimicātes contra diabolum adiuuat. Panis cor hominis confirmat. Sed hic panis
eſt ſeptuplex: quia Chriſtus dimicantes con-
tra diabolum multis vijs adiuuat: ut ſic agoni
zantes vincant.

Primum eſt ſuæ gratiæ præ ſolito impenſæ.
2. Cor. 11. Hanc dedit Apoſtolo dicens. Sufficit tibi con
tra ſtimulum &c. Paule gratia mea.

1. Reg. 18. Secundum eſt ſuæ citharæ pulſatio. Dauid. i.
Chriſtus citharam ideſt ſuam paſsionem ad
mentem talium adducendo: ſpititum nequā
expulit, vt habetur.

Tertium eſt capitis ſerpentis contritio. Mu-
lier ideſt ſenſualitas, ſiue ratio conterere de-
bet caput ſerpentis iuxta documentum Dei.
Caput cōteritur, ideſt ſuperbia per veram hu- Gen. 3.
militatem, humilitate enim diabolus vinci-
tur; & temtatio ſuperatur: prout abbas Anto-
nius de cœlo accepit, vt eius pandit legenda.
Caput etiam ſerpentis cōteritur, ſi principio
tentationis eius viriliter reſiſtatur, ut dicit
Gregorius. Et pſal. Beatus, qui tenebit, & alli-
det paruulos ſuos ad petram, ideſt Chriſtum:
vt omnem confidentiam in eum proiiciat. Nā
ipſe eſt, qui pugnat pro nobis: vt habetur. Si Exo. 14.
Deus pro nobis: quis contra nos? Rom. 8.

Quartum eſt ſuæ ſapientiæ infuſio, & largitio.
Facit enim te conoſcere diaboli inſidias, & la
queos. Sapientia vincit malitiam. Sapientia Sap. 8.
Chriſtus diabolum ſuperat, & expellit. Matth. 4.

Quintum eſt diuina confortatio. Dominus Hiere. 20.
mecum eſt, quaſi bellator fortis, idcirco, qui
perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt. Do
minus dicit Ioſue. Confortare, & eſto robu- Ioſue 1.
ſtus. Et ſic dicit Danie. Dan. 10.

Sextum eſt refrænatio virium demonum. Dia
bolus Iob noluit ad libitum impugnare, &
quantum potuit: ſed Deus ſibi hoc non per-
mittet vos tentari ſupra id, quod poteſtis:
ſed faciet cum temtatione prouentum &c.

Septimum eſt angelorum cuſtoditio pſal. An-
gelis ſuis Deus mandauit de te: vt cuſtodiant
te &c. Dominus miſit angelum Raphaelem: vt Tob. 8.
Tobiam cuſtodiret, & liberaret à demone no 4. Reg. 6.
mine Aſmodeo &c. Eliſeus loquens de Ange-
lis miſsis ad ſui cuſtodiam, inquit puero ſuo.
Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt,
quam cum illis. Ecce his ſeptem modis, quaſi
ſeptem panibus dominus adiuuare agoni-
zantes contra diabolum, & paſcere digna-
tur. Addit etiam duos piſces: quorum.
Primus eſt indeſinens Dei protectio (dicente
Iſa.) Ne timeas; quia ego tecum ſum. Secūdus Iſa. 30.
eſt prouentus, & vtilitatis ex tentatione conſi
deratio: de qua ſtatim dicetur in collatione,
ex iſto pane duodecim cophinorum. Quæ ſi
diligenter meditetur, ſubire libenter facit om
nem temtationem, & ferre gratulabunde. Præ
fatis ergo hac turba cibata à Chriſto duode-
cim cophini ex fragmentis huius panis colli-
guntur: quia duodecim bona homini ex ten
tatione, & eius ſuperatione proueniunt.

Et primum eſt eruditionis. Qui non tentatur Eccl. 34.
pauca recognoſcit, habetur. Hæ ſunt gentes, Iudicum 3.
quas reliquit Dominus, vt in his erudiret Iſ-
raelem.

Secundum humiliationis. Gregorius. Dum vi
tia nos tentant. Proficientes in nobis virtutes
humiliant. Paulo tentatio carnis data eſt ad 2. Cor. 12.
humiliationem.

Tertium negligentiæ, & torporis expulſionis,
gloſa ſuper pſal. Proba me domine, & tenta
me. Ideo dicit tenta: quia niſi tentaret, negli-
gentes eſſemus.

Quartum ad virtutem additionis. Sene. Mul-
tum

tum addicit ſibi uirtus laceſsita.
Quintum in bono ſui conſeruationis. Grego-
rius. Niſi pſalmiſta per tribulationes ſe me-
lius ſeruare noſcet, non diceret. Proba me dó
mine, & tẽtã me. Idem: Cum tentamur vitijs;
diuina diſpenſatione nobiſcum agitur; ne vir
tutibus, quibus proficimus extollamur. Apo-
1.Cor.12. ſtolus dicit: Ne magnitudo reuelationum ex-
tollat me; datus eſt mihi ſtimulus carnis meę
Angelus ſathanæ &c.
Sextum virtutis hominis notificationis. Ten-
Deut.13. tat nos Deus noſter, vt palam fiat verum dili-
gamus eum, an non.
Thob.2. Septimum populi ædificationis. dicitur, ꝙ hãc
tentationem dominus permiſit illi euenire, vt
poſteris daretur exemplum patientiæ eius.
Octauum honorationis. Chriſtus dixit Anto
Nota. nio. Quia mirabiliter dimicaſti, in toto orbe
faciam te nominari.
Nonum quietationis. Ex tentatione prouenit
quies tentato: quia amplius ab illo; quem ſu-
perat non inquietatur, prout dicit Origenes.
Decimum ſecurationis, & ſequitur ex pro-
miſſo.
Vndecimũ eſt Dei glorificationis. Pſal. Eruã
te, & honorificabis me.
Iacobi 1. Duodecimum eſt coronationis. Beatus vir,
qui ſuffert tentationem: quoniam cum pro-
batus fuerit accipiet coronam vitæ, quam re-
promiſit Deus diligentibus ſe. Ex quo patet
quomodo Dñs Ieſus quintam turbam cibat.
Sexta turba. Sexta turba eſt deuote viuentium, & de hac di
Matth.21. citur, ꝙ ſternit veſtimẽta ſua, ideſt omnia ſup
ponit diuinæ voluntati, & ſeruitio Chriſti.
Hanc autem turbam Dominus noſter Ieſus
Ioan.6. Chriſtus paſcit panæ vitæ, ideſt ſeipſo. Quia
ipſe eſt; qui de cœlo panis vitæ deſcendit. Et
hoc in ſacramento facit ſui corporis, & ſan-
guinis precioſi quottidie, in ſacramento alta
ris fideles reficiendo, & cibando. Et quia de
hoc plene dicetur conformitate prima, tertij
libri; hic ſuccinctè aliqua tangam. Hoc admi-
rando pane, & ſtupendo dominus cibando
nos, vult, ꝙ in comedendo ipſum ſeptemplici
pane, ideſt ſeptem conſiderationibus pr...
tus cibemur, & reficiamur.
Prima, firmiſsimę credulitatis, vt vbi dato, ꝙ
ratio non ſuppeteret: quæ tamen adeſt: nihi-
lominus credatur veraciter ipſum eſſe Domi-
nicum corpus, & ſanguinem ſuum.
Secunda vt diligenti attentione attendantur
intrinſeca mira alias intra huius ſanctiſsimi
panis vitæ, vt corpus, & ſanctiſsima anima, cũ
Domini diuinitate credatur, & veneretur, &
de alijs in hoc ſacramento contentis: De qui
bus loco iam præfato plenius dicetur.
Tertia cum omni ſupplici reuerentia hoc al-
tiſsimum ſacramentum veneretur, tractetur,
& ſumatur.
Quarta vt ſummo ſtupore attendat; quæ in
iſto ſacramento fiunt, & facta ſunt: vt tam vi-
lis ſubſtantia, vtpote panis inſenſibilis, & vi-
ni, in corpus Dominicum tranſeat, & ſangui-
nem, & ſic de alijs. Et hoc totum fit pro ho-
minis vtilitate, & commoditate.
Quinta largitatis diuinæ penſet magnitudi-
nem, & motiuum: quia non partem; ſed to-
tum Chriſtus ſe nobis tradit, & exhibet.
Sexta vt cogitando, ꝙ hic eſt panis Angelorũ
datus hominibus; cogitet quanta eſt diſpari
tas inter ſuſcipientes: vtpote inter beatos, &
viatores, electos, & peccatores: ac perſumptio
nem huiuſmodi cibi: ſicut pat efficitur cœle-
ſtibus; ſic & in alijs velit eſſe conditionibus.
Septima, vt quancunque contingat ad huius
cibi refectionem adire: quia hic cibus non tra
hitur in ſubſtantiam manducantis: ſed man-
ducantem potius trahit in ſuam copulatio-
nem, & adhæſionem, ſtudeat ſe taliter diſpo-
nere. vt merito, ſicut membrum veriſsimum, &
ſaluberrimum; ac per omnia Chriſto confor-
me; quem ſumit inueniatur. Et ſic huius cibi
ſumptio non ad iudicium erit, & condemna-
tionem: ſed potius ad auxilium in præſenti,
& gratiam, & in fine, ſumentis fœliciſsimam
conſumationem. Et tali, præfatis panibus di- Nota.
uerſarum meditationum cibato, duodecim
cophinos, Chriſtus proponit; ex ſui corporis
ſumptione: quia duodecim fructus digne per
cipienti largitur. De quibus in his verſibus da
tur notitia.
Inflammat, memorat, ſuſtẽtat, roborat, auget.
Hoſtia ſpem purgat, reficit, vitam dat, & vnit.
Confirmatque, fidem munit, fomitemq; re-
mittit. De his plene vide libro. 3. conformita
te prima. Sic ergo patet quomodo Dominus
Ieſus Chriſtus ſextam turbam. ſ. deuotorum
hominum paſcit, & cibat.
Septima turba, quam Dominus Ieſus Chriſtus Septima turba.
paſcit, & cibat eſt turba cõtemplantium. Quæ Matth.20.
turba venit audire Ieſum. ſ. mirabilia in con-
templatione facientem, & mirabiliter ipſam
pane; qui de cœlo deſcendit, reficientem. Sed
hic contemplationis panis non datur, niſi à
Deo, & domino noſtro Ieſu Chriſto: quia præ
paratiua, conſeruatiua, & quę ipſa obtinentur
à Domino Deo tribuuntur. Panis iſte ſepti-
formis; quo Dominus hãc turbam cibat quo
ad præparationem, eſt iſte.
Primus eſt vitæ actiuæ exercitatio, cum finis
actiuæ (dicentibus doctoribus) ſit vita contẽ
platiua. Abſalon duobus annis ſtat in Hieru-
ſalem, & faciem regis non videt, quia prius in 2.Reg.14.
actiua debet homo ſtare, & demum ad hanc
tranſire. Moyſes prius deſcendendo perage-
bat; quæ erant populi, & deinde alta Synai ad
contemplandum Deum aſcendebat. Ipſe idẽ
prius oues paſcit, & demum deſertum intrãs,
& montem conſcendens Deus audit ad ſe lo-
quentem, vt patet.

Secundus panis eſt cordis mundatio. Aaron ſancta ſanctorum non intrabat: niſi prius lotus,& mundus. dicit Saluator. Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt, Aegyptiaca prauitate, & macula dimiſsis, deſerta intrat Iſraeliticus populus, audit Deum,& videt eius magnalia. Exodi quaſi per totum.

Math. 5.

Tertius panis eſt à conſortio hominum remotio,& ſolitudo. Eliæ apparet Angelus in ſolitudine, & ab omnibus ſequeſtrato in monte Oreb. Cum enim ſecundus; & tertius gradus contemplationis fiat in imaginatione, & in intellectu, oportet ab omnibus ſenſibus ſeparatum eſſe: prout dicit Auguſtinus ſuper Gen. 12. ad litteram.

3. Reg. 20.

Quartus panis tribulationis amplexus lætificus,& cum gaudio perceptus. Stephanus in tribulatione poſitus, vidit gloriam Dei. Ioannes Euangeliſta in Pathmos inſulam relegatus, vidit viſiones Dei, prout dicit liber Apoc.

Act. 7.

Quintus panis ſilentij cuſtoditio. Magdalena condemnata à Phariſæo tacet. Sic etiam interpellata à ſorore apud dominum. Condemnata pro effuſione vnguenti à diſcipulis, tacet: & ſic peragendo ad pedes ſedet Ieſu, & eius verbum audit. Bonum eſt præſtolari cum ſilẽtio ſalutare Dei noſtri.

Lucæ 10. Math. 27. Tren. 3.

Sextus panis eſt mortificatio hominis. Adam dormit cum vidit mirabilia. Sic,& Iacob cum videt ſcalam: cui dominus ſtat innixus.

Gen. 2. Gen. 27.

Septimus panis eſt ſacra,& indeſinens oratio. Ieſu orante aperti ſunt cœli. Oratio enim eſt eleuatio mẽtis in Deum, vt dicit Auguſtinus. Sed his panibus addũtur duo piſces quorum primus eſt Dei pro impẽſis collaudatio. Pſal. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter eſt; quo oſtendam illi ſalutare Dei: Secũdus eſt ſub omnibus humiliatio. Bernardus. Superba oculo Deus non videtur: Qui ſe humiliat, ad hunc contemplationis apicem ſubleuatur: vt pie creditur in Maria matre Domini eſſe factum: His igitur panibus, & piſcibus reficitur à Chriſto turba contemplantium: quibus in apice conſtituta contemplationis,& pane hoc cœleſti, id eſt cœleſtibus concesso cibata: Dominus vult, vt de fragmentis huius panis duodecim cophini colligantur: quia dominus oſtendit tali quanta ſit excellentia huius panis: ab alijs præcedentibus. Panis hic contemplationis eſt.

Lucæ 3.

Primo melior: quia Deo intendit: præcedentes vero ſibi, vel proximo.

Secundo clarior. Lya. Lippis oculis: ſed Rachel. i. contemplatio facie decora.

Tertio pulchrior; quia facies eius decora canticorum. 2.

Gen. 30.

Quarto, ſecurior ad comedendum: omnes enim contemplationis ſemitæ ſunt pacificæ.

Quinto quietior. Maria domi ſedet; ſed Martha ſolicita eſt.

Prou. 3.

Sexto iocundior. Auguſtinus dicit exponens illud. Martha Martha ſolicita es: intenta erat Martha quomodo paſceret dominum: Sequitur. A Martha conuiuium domino parabatur: in cuius conuiuio iam Maria iocundabatur.

Lucæ 10. De vita cõtemplatiua.

Septimo permanentior,& diuturnior. dicit de hoc pane dominus. Maria meliorem partem elegit: quia non auferetur ab ea in æternum.

Lucæ 10.

Octauo deuotior. Nã panis eſt vnctionis. Maria vnxit caput,& pedes domini.

Nono eſt familiarior. Ioannes Euangeliſta familiarior cæteris Apoſtolis Chriſto fuit: per quem (Auguſtino teſte) vita contemplatiua deſignatur.

Lucæ 7. Math. 27.

Decimo precioſior. Vnde omnia; quæ deſiderantur huic non valent comparari. Inſuper rarior: quia in paucis inuenitur.

Vndecimo cœleſti ſimilior: ſicut contemplatiua vita vitæ cœleſti ſimilior reperitur.

Duodecimo: quia panis iſte optatione debet eſſe optabilior, vt finis præ alijs; quia cuncta fieri debent, vt ad hanc vitam quis in præſenti perueniat, & demum in futuro. Ecce cophini; qui ex fragmentis huius benedicti panis colliguntur. Et ſic patet quomodo Dominus dictam turbam paſcit.

Octaua, & vltima turba eſt in patria reſidentium. De qua dicitur, quod ipſam dinumerare nemo poterat. Sed hanc dominus paſcit (iuxta dictum Pſal. pane Angelorum: quia vita angelica omnes ſancti paſcuntur in patria; qui angelis ſunt ſimiles gradu,& beatitudine. Sed quia de huiuſmodi pane, quo nutriuntur, dicetur libro. 3. conformitate. 28. quãdo erit ſermo de gloria Chriſti; & beati Franciſci, hic tangam de ipſo ſuccincte. Iſte panis, quo in patria viuitur,& ſi ſit ipſa ſancta trinitas Pater,& Filius,& Spiritus ſanctus: cum ipſarum perſonarum trium viſione, fruitione, tentione, ac omnium optatorũ,& optandorum adeptione,& ſic ſeptuplex perficitur panis iſte, id eſt beatitudo principalis in patria reſidentium: attamen panis ipſe, id eſt actus ipſe beati circa Deum ſibi beatificæ obiectum, & præſentatum, erit ſeptuplex; quia ſeptem notabilibus conditionibus ordinatus.

Octaua turba. Apoca. 6.

Panis beatorum quis ſit & quotuplex.

Primo erit inexcogitabilis: quia non poteſt cogitari, vt quis videat, ſicuti erit, Deum,& creatorem.

Secundo inſatiabilis, id eſt ſemper erit actus circa idem obiectum,& ſi forte non idem omnino actus. Quia Auguſtinus ſub dubio dicit. Fortaſſe non erunt ibi volubiles cogitationes &c.

Tertio incircumuelabilis; quia nulla macula obfuſcabit: quin ſemper Deus videatur,& ea, quæ ſunt de eſſentia ſuæ beatitudinis.

Quarto irremiſsibilis: quia actus ille nunquã diminuetur: ſed ſemper ſtabit vniformis.

Quinto

Quinto interminabilis: quia nunquam finietur.
Sexto inſatiabilis: quia nunquam ſatiabitur; quin Deus ſemper viſus velit à beato videri; & ſemper tamen videbitur.
Septimo infatigabilis: quia nec in videndo, aut in fruendo erit labor, aut tędium. Præfatis igitur hic panis integratur. Poteſt etiam dici, ꝙ huic benedicto pani duo piſces ſunt addendi: quia duplex eſt beatitudo. Eſſentialis; quam habent nunc beati in patria reſidentes. Et accidentalis, quę conſiſtit in pluribus extra viſionem diuinam: quam, & ſi omnium adeptione beati nunc non habeant: ipſam tamé poſt iudiciũ habebunt integre, & perfecte. Quibus pane, & piſcibus ſatiata hæc turba; habuit in cœleſti patria vltra præfata velut duodecim cophinos ex præfatis reſultantes, & ſi ad beatitudinem accidentalem potius referenda ſint, quàm ad eſſentialem. Et ſunt hæc.

Beatitudo duplex.

Matth. 13. Primum eſt pulchritudo. Fulgebunt iuſti ſicut ſol.
Deut. 8. Secundum eſt plenitudo. Rerum enim omniũ abundantia perfruetur.
Apoc. 21. Tertium eſt valitudo. Abſterget Deus omnẽ lachrimam &c.
Ephe. 4. Quartum eſt fortitudo. Donec occuramus in virum perfectum &c.
Quintum eſt quietudo. Pſal. Poſuit fines tuos pacem.
1.Cor. 13. Sextum eſt limpitudo. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate: tunc autem facie ad faciẽ.
Collo. 3. Septimum eſt dignitudo. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.
Octauum ſenſuum ſatietas pſalmiſta. Satiabor cum apparuerit gloria tua.
Nonum eſt voluntatis libertas. Habebit agilitatem ad exequẽdum, & impaſsibilitatem ad volendum, & ſubtilitatem.
Decimũ eſt ſecuritas. Sedebit populus meus
Iſa. 32. in multitudine pacis: in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.
Iſa. 35. Vndecimum eſt iocunditatis. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum &c.
Duodecimum eſt perpetuitas; quia regnabũt cum Deo in ſecula ſeculorum. Ecce duodecim cophini, ideſt 12. quæ beatitudinem integrant beatorum non eſſentialem; ſed accidẽtalem: quæ plenarie habebunt poſt reſumptionem corporum. Et ſic patet quomodo hæc vltima turba cibatur à Domino Ieſu Chriſto. De qua cibatione: quia dicetur conformitate. 9. tertij libri; ad præſens dicta ſufficiant. Ex prędictis ergo patet Domini Ieſu miſericordia: quia turbam pietate, & miſericordia motus, & corporaliter refecit, & ſpiritualiter, prout indicant prælibata. Patet ergo quomodo in iſta cibatione corporali creatorem rerum ſe oſtendit in rerum multiplicatione: gubernatorem in ſubuentione; recreatorem in cibatione. Ac aliquando non poſſe deficere: qui totus, & totaliter ſe domini Ieſu offert manibus, & inhæret; qui ſit benedictus in ſecula. Amen. Et ſic patet prima pars declarata, videlicet. Ieſu turba reficitur.

EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS.
Fructus 12. & conformitatis ſecundi libri, videlicet. Franciſcus miniſtrator.

Laudata, & comendata in prima parte huius duodecimæ conformitatis pietate, ac miſericordia Domini Ieſu Chriſti; ac ipſa tam ſtupendo miraculo demonſtrata: videlicet tot millium perſonarũ cibatione: nunc conſequenter reſtat videre, quomodo ipſe benignus Dominus noſter Ieſus Chriſtus in hac virtute ſimilem beatum. F. ſibi reddidit, & conformẽ. Circa cuius partis expoſitionem erunt duo breuiter vidẽda.
Et primum. Quomodo B. Fr. Chriſto in affectu pietatis, & miſericordiæ fuit ſimilis.
Secundũ, quomodo in affectu largitatis fuit ſibi conformis de paucis multos cibando.
Circa primum ſciendum eſt, ꝙ beatus. F. ſe habere ingenitam miſericordiam, & pietatem multipliciter oſtendit.
Primo vt dicit legenda trium ſociorum, & legenda maior parte prima. Inerat namq; Franciſci præcordijs diuinitus indita quædam ad pauperes miſeratio liberalis: vt largus eſſet in dando cuilibet. Ad ſeipſum conuerſus aliquando inquit. Ex quo largus es, & curialis apud homines; à quibus nihil recipis; niſi fauorem tranſitorium, & inanem; iuſtum eſt, vt propter Deum; qui largiſsimus eſt in retribuendo, pauperibus, ſis curialis, & largus. Libenter igitur ex tunc videbat pauperes tribuens eis eleemoſynas affluenter. Vnde ſemel cum negociationis intentus tumultibus pauperem petentem eleemoſynam vacuum repuliſſet: ſtatim ad cor reuerſus cucurrit poſt ipſum, & eleemoſyna ſibi data promiſit domino Deo; ꝙ nunquam ex tunc ſi poſsibilitas afforet petentibus pro amore Domini ſe negaret. Quod promiſſum vſque ad mortem ſeruare non deſtitit.
Secundo patet miſericordia beati Franciſci, & miſeratio in militis induitione; de qua in prima parte maioris legendæ habetur: ꝙ ipſe beatus. F. decentia; quæ ſibi de nouo præparauerat indumenta; militi pauperi: quem reperit male veſtitum pro miſeratus affectu dedit, & ſe nudato veſtiuit.

Tertio

Tertio patet ex panum in menſa poſitione. Ex legenda trium ſociorum. Nam patre abſente, & ipſo ſolo cum matre remanente, menſam implebat panibus, & cum à matre intertogaretur de cauſa; reſpondit, ꝙ hoc faciebat pro eleemoſynis dandis pauperibus: eo ꝙ propoſuerat omni petenti pro Deo eleemoſynas elargiri. Quo audito mater eum diligens, in talibus tollerabat.

Quarto patet ex leproſorum benefica viſitatione. Viſitabat enim in habitu ſeculari adhuc exiſtens (vt dicit prima pars maioris legẽdę) leproſorum domos eis beneficia pietate humilitatis, & humanitatis obſequia præſtando, liberaliter eleemoſynas errogando, & cũ multo compaſsionis affectu manus eorũ oſculando, & ora.

Quinto omnium rerum ſibi obueniẽtium largitione. Vt enim in octaua parte maioris legendæ dicitur: nulli rei prorſus parcebat; nec mantellis, nec tunicis, nec libris: quin omnia hæc, dum poſſet, vt pietatis impleret officiũ, indigentibus largiretur.

Sexto patet ex affectu compaſsiuo ad omnes miſeros, vt enim dicitur in octaua parte maioris legendæ: afflictis qualicunque moleſtia corporali mira compaſsione, & teneritudine condeſcendens: ſi quid penuriæ, ſi quid defectus in aliquo cerneret, pij cordis dulcedine regerebat in Chriſtũ. Sane clementiam habebat ingenitam: quam ſuper infuſa Chriſti charitas duplicabat: Itaque liqueſcebat animus eius ad pauperes, & infirmos, & quibus non poterat manum, exhibebat affectum.

Septimo patet ex rerum intrantium diſtributione: Volebat enim, ꝙ intrantes ordinem ſua pauperibus errogarent dicens. Si vis Chriſti pauperibus iungi: mundi pauperibus tua diſtribue. Et ſic fecerunt fratres antiqui, vt patet de fratre Bernardo de Quinta valle. Fratre Petro Cathanij, & ſic de alijs, prout dictũ eſt libro primo conformitate octaua. Et libro iſto ſecundo conformitate ſexta. Vnde vt habetur in legenda maiori, parte ſeptima. In Marchia quendam repulit ab ordinis ingreſſu, qui ſua non pauperibus; ſed parentibus dederat.

Octauo patet ex rerum ſibi datarum procuratione. Multotiens non pro ſe; ſed pro alijs procurabat: ac quæ acquiſierat dabat. ſ. pannum, mantellos, panem, & vinum. prout ſexta conformitate huius ſecũdi libri eſt dictum. Panem, & vinum mendicatum ab ipſo latronibus miſit, prout conformitate vndecima primi libri eſt dictum; in tractatu de prouincia ſancti Franciſci.

Nono patet ex ſingulari dilectione ad animas Chriſti ſanguine precioſo redemptas. Nam (vt dicitur in octaua parte legendæ) cum cerneret inquinari aliqua ſorde peccati: tãta miſerationis teneritudine deplorabat: vt eas quaſi mater in Chriſto quotidie parturiret. Et hac de cauſa prædicatores verbi Dei; qui lingua, & vita ad pœnitentiam peccatores inducerent, omni reuerentia honorandos cenſebat: & eos omni benedictione accumulabat. Et oppoſitum peragentes ſuæ maledictionis vinculo, & totius cęleſtis curiæ innodabat: prout dicit octaua pars legendæ maioris.

Decimo patet ex creaturarum vocatione, vt dicit octaua pars legendæ maioris. Conſideratione quoque primæ originis omnium abundantiori pietate repletus: creaturas quantũlibet paruas fratris, vel ſororis appellabat nominibus: pro eo, ꝙ ſciebat eas vnum ſecum habere principium.

Vndecimo ex creaturarum irrationabilium ad ipſum amore. Nam animalia bruta, volatilia, natatilia, atque animalia immitia (prout dictum eſt conformitate ſecunda huius libri ſecundi. Et habetur in octaua parte legendæ maioris) vt ad pijſsimum & miſericordiſsimum accedebant, ſtabant, & nullatenus abibant: etiam dimiſſa in propria libertate. Beatus enim. F. tantæ dulcedinis fuit, vt ferocia domando domeſticaret: ſilueſtria manſueta doceret, & brutorum naturam homini iam lapſo rebellem, ad ſui obedientiam inclinaret.

Duodecimo ex benigna ad fratres condeſcenſione, vt ſupra patuit de fratribus altero præ debilitate deficiente: altero infirmo ex vuarum comeſtione ſanato; & de puero; qui ex terrore viſionis ſemianimis iacebat: ipſum. n. in vlnis vt propriam ouiculã portauit ad cellam. Multa alia poſſent adduci de pietate B. Fr. & ſua miſericordia, & quia multa ſunt tacta in præcedentibus conformitatibus iſtius libri ſecundi: ideo ad pñs non repeto: quia præfata ſatis oſtendunt quomodo beatus. F. in pietatis, & miſericordię affectu fuit Chriſto ſimilis; quod erat primum videndum.

Videndum eſt ergo quomodo in cibatione multorum meritis beati. F. à Deo facta; fuit ipſi domino noſtro Ieſu Chriſto conformis.

Et primum hoc oſtendens eſt id; quod habetur in principio quartæ partis legendę maioris. Nam confirmatione prima regulæ habita cum verſus vallem Spoletanam cum vndecim ſocijs ſuis reuerteretur: & iam laſſati eſſent ex diuturnitate laboris, & eſurientes in quodam loco ſubſtitiſſent, cum omnis via, & modus eis deeſſet; quibus ſibi poſſent prouidere: ſtatim affuit diuina prouidentia. Subito enim apparuit quidam homo afferens panem in manu: quem pauperculis Chriſti dedit, ſubitoq; diſparuit, incognitus: vnde venerit, vel quo ierit. Quod cernentes ſocij beati. Fr. magis dono liberalitatis diuinæ: quàm cibo carnis propriæ ſunt refecti.

Secundum id oſtendens, & declarans eſt, quãdo

do capitulum generale celebrauit in planitie
Aſſiſij apud ſanctam Mariam de Portiúcula;
vbi (vt dicit prima pars legendæ maioris) licet
eſſet omnium neceſſariorum penuria: fra-
trumq; multitudo vltra quinq; millia: diuina
tamen opitulante clemẽtia, & victus ſufficien
tia affuit, & ſalus corporalis concomitata, ac
ſpiritualis iocunditas ſuper omnia affuit inter
eos. Et quia non aliter tangit dicta pars hoc
inſigne miraculum, antiqua legenda hoc re-
fert in hunc modum. In quodam generali ca-
pitulo; quod Beatus Fran. apud ſanctam Ma-
riam de Angelis celebrauit, congregati ſunt
ibi vltra quinque milia fratrum: & ſicut alibi
habetur quingenti fuerunt ad profitendum
Nota. nouitij. Cui capitulo etiam affuit ſanctus Do
minicus pater ordinis Prædicatorum cum ſep
tem fratribus. Affuit etiam dominus Vgoli-
nus Cardinalis: qui fuit tunc protector ordi-
nis, & poſtea (vt beatus Fran. eidem prædixit)
Papa Romanus, vocatus dominus Gregorius
nonus: qui Beatum Fran. aſcripſit catalogo
ſanctorum. Et cum curia Papæ, tunc eſſet Pe-
ruſij, dictus Cardinalis ſtudioſe venit Aſſiſiũ:
& omni die veniebat ad videndum beatum
Fran. & quandoque cantabat miſſam: quan-
doque prædicabat: & faciebat ſermonem fra-
tribus. Cum autem veniebat viſitare illud ſan
ctum collegium: & videret illos in campo tur
matim ad 60. ad centum ad 300. ſedentes in
colloqutione diuina, aut in oratione, & la-
chrimis; aut in exercitijs: & cum tanto ſilen-
tio, quòd nullus penitus erat rumor, vel ſtre-
pitus, admirans de tanta multitudine, vt ca-
ſtrorum acie ordinata: cum lachrimis, & ma-
gna deuotione dicebat. Vere caſtra Dei ſunt
hæc. Non enim audebat aliquis inter eos fa-
bulas dicere, ſeu truffas: ſed ubicunque con-
gregabantur; vel orabant, vel plorabant, vel
aliqua de ſalute animæ loquebantur. Et habe
bant ibi in campo loca diſtincta per turmas
de caricis in circuitu, & ſupra. Vnde propter
hoc vocatum eſt capitulum illud de caricis:
Lecti vero erant terra nuda, vel modicà palea.
Ceruicalis autem lapides, vel ligna. Propter
quod erat cunctorum tanta deuotio; quòd ex
curia Domini Papæ ibi propinqua multi Co-
mites, & Barones, Duces, & milites: Cardina-
les etiam cum epiſcopis, & clericis perſonali-
ter: & nobiles cum popularibus concurrebãt,
vt viderent tam ſanctam multitudinem, & hu
milem congregationem: quam mundus de
tot ſanctis hominibus nunquã ſimul, & ſemel
habuit ſimilem: ad videndum etiam venera-
bile caput ipſorum beatum Fran. qui tam pul
cram prædam mundo rapuerat: & tam deuo-
Nota. tum gregem ad paſcua Chriſti dirigebat. Con
gregatis autem omnibus ſurrexit ſanctus pa-
ter paſtor, & venerabilis Dux Frãciſcus: & in
feruore ſpiritus illi beato gregi verbum vitæ
propoſuit voce altiſona, & tubali; quam ſibi
diuinus ſpũs infundebat. Et illud thema pro-
poſuit. Magna promiſimus, maiora promiſ-
ſa ſunt nobis: ſeruemus hæc: aſpiremus ad il-
la; breuis voluptas: perpetua pœna: modica
paſsio: gloria infinita. Et ſuper hæc deuotiſ-
ſime prædicans, hortabatur omnes ad pœni-
tentiam; & obedientiam ſanctæ matri eccle-
ſiæ: ad ſuauitatẽ charitatis fraternæ: ad oran
dum pro vniuerſo populo Dei: ad patientiam
in aduerſis: ad munditiam, & caſtitatem an-
gelicam: ad pacem, & cõcordiam cum Deo,
& hominibus: ad humilitatem, & manſuetu-
dinem cum omnibus: ad mundi cõtemptum;
ad feruentem zelum euangelicæ paupertatis:
ad ſollicitudinem, & vigiliam ſanctæ oratio-
nis, & diuinæ laudis: ad iactandum totam cu-
ram animæ, & corporis in paſtorem bonum,
& nutritorem animarum noſtrarum, & cor-
porum dominum Ieſum Chriſtum benedictũ.
Et propter hoc melius obſeruandum, præci-
pio vobis fratribus omnibus hic congregatis,
in meritum obedientiæ ſalutaris; quòd nullus
curam, vel ſollicitudinem aliquam habeat de
aliqua re comeſtibili, aut potabili; aut de ali-
quibus alijs neceſſarijs corporum; Sed ſolum
intendatis orationi, & laudi Dei, omnem cu-
ram proicientes in Chriſtum: quoniam ipſi
eſt ſpecialis cura de nobis. Et ita fecerunt om
nes hylari animo ad orandum currentes. San-
ctus autem Dominicus, qui ad hoc præſens
erat, admirans de mandato, quod fecerat
Beatus Fran. & reputans eum indiſcretè pro-
cedere, eo quod præcepit in tam magna mul-
titudine, vt nullus haberet curam de rebus ne
ceſſarijs corpori; exiſtimabat in tam magna
multitudine inconuenientiam debere contin
gere: ſed dominus Ieſus Chriſtus volens oſten
dere, quòd ipſe ſingularem curam gereret de
tam caris ouibus, & ſuis pauperibus, ſtatim
inſpirando facta eſt manus domini ſuper Pe-
ruſinos, Spoletanos, Fulginenſes, Spellonſes,
Aſiſinates, & cunctas circum adiacentes ciui-
tates, & caſtra: & veniebant cum aſinis, mulis,
& equis oneratis pane, & vino, fabis, & caſeo,
& omnibus bonis, quibus putabant illos bea-
tos pauperes indigere. Inſuper portabant to-
baleas, & vaſa magna, & parua, & quicquid
vtẽſiliũ opus eſſet. Et beatum ſe putabat ille,
qui deuotius, & attentius eis ſeruire poſſet, &
in omnibus illi beatæ multitudini neceſſaria
ſtudioſiſsime prouidere. Vidiſſes ante illũ cę-
tũ ſanctorũ milites, & nobiles deuotiſsimè ſer
uiẽtes. Vidiſſes ibi clericos, & deuotos fideles
more domicellorũ vndiq; diſcurrentes. Vidiſ
ſes adoleſcentium florida iuuentutẽ cũ tanta
inſtantia miniſtrantes; vt viderentur non pau
perculis fratribus, ſed Apoſtolis Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti ſeruientes. Quæ omnia cum
ſanctus Dominicus cerneret, & diuinam pro-

uidentiam vere ibi cognoſceret: humiliter re darguens ſemetipſum de iudicio indiſcretionis prædicto, quod fecerat, genuflectens B. Franciſco dixit humiliter culpam ſuam, & ait. Vere dominus habet curã de iſtis ſanctis pau perculis, & ego neſciebam. Vnde ex nunc promitto ſeruare ſanctam paupertatem euangelicã: & maledico ex parte Dei omnes fratres de ordine meo; qui in ipſo ordine habere proprium præſumpſerint. Fuit igitur B. Dominicus valde ædificatus de fide beati Fran. & de prouidentia diuina, & copia abundantiſsima omnis rei: Nam ſic ſanctus, verus, & ſapiens Deum fideliſsimum aduertit in omnibus verbis ſuis: Quia ſicut agri virgulta creſcere facit Deus, & lilia; & ſicut paſcit cœli volatilia; ſic ſuis pauperibus cuncta præbet neceſſaria.

In illo autem capitulo fuit dictum beato Franciſco, quod multi fratres portabant loricam ad carnem, & circulos ferreos, propter quod multi infirmabantur, & impediebantur multi orare, & aliqui moriebantur. Vnde ipſe ſicut dulciſsimus, & pius pater, præcepit per obedientiam omnibus; quod quicunque habere loricas, & circulos ferreos in conſpectu eius deponerent. Et inuentæ ſunt bene quingentæ loricæ, & circuli ferrei brachiorum, & ventris in tanta multitudine; quod fecerunt vnum magnum aceruum: qui omnia fecit eos relinquere. Poſt hæc ſanctus pater Franciſcus docens, & conſolans vniuerſos, & inſtruens quomodo depoſiti ſeculo nequam euaderent cum benedictione Dei, & ſui: cunctos conſolatos remiſit in diuerſas mundi partes.

Tertium demonſtrans propoſitum eſt; de quo dicit 9. pars legendæ maioris, quod cum beatus Fran. ſexto conuerſionis ſuæ anno deſiderio martirij flagrans; ad partes Syriæ ad prædicandum fidem, Saracenis nauem conſcendiſſet; ventis contrarijs flantibus compulſus eſt in partibus Sclauoniæ applicare. Et cum ibi moram aliquandiu traxiſſet, nec inueniret nauem poſſet, tunc temporis transfretantem, fraudatum ſe à ſuo deſiderio ſentiens; nautas quoſdam Anconam tendentes, vt amore Dei eum ſecum ducerent, exorauit. Verũ illis propter expenſarum defectum pertinaciter recuſantibus; vir Dei plurimum de Dei bonitate confidens, nauem cum ſocio latenter aſcendit. Affuit quidam à Deo (vt creditur) pro paupere ſuo miſſus, qui ſecum neceſſaria victus ferens: quendam timentem Deum de naui ad ſe vocatum, ſic alloquutus eſt. Hęc omnia pro pauperibus in naui latitantibus conſerua fideliter. & neceſsitatis tempore amicabiliter ſubminiſtra. Sicque factum eſt, vt nautis propter vim ventorum per dies plurimos nuſquam applicare valentibus, omnia ipſorum conſumarentur cibaria; & ſolę beato Franciſco eleemoſynæ collatæ ſupereſſent. Quæ cum eſſent per modicæ, tantum diuina uirtute ſuſceperunt augumentum; ut diebus pluribus in mari propter tempeſtatem continuam moram trahentibus; uſque ad portum Anconæ omnium neceſsitatibus plenarie ſubuenirent. Quod vidẽtes nautæ per beati Fran. merita maris, & famis pericula euaſiſſe; Deo gratias egerunt; qui ſe ſemper in ſuis ſeruis, & amicis mirabilem oſtendit, & amabilem.

Quartum referans propoſitũ eſt illud, de quo in legenda habetur antiqua. Cum enim annuatim capitulum generale apud ſanctam Mariã de Portiuncula celebraretur Aſsiſij, contigit ſemel poſt capitulum generale celebratum cũ fratre Monaldo, qui poſtea vidit beatum Fr. in capitulo Arelatenſi prædicante beato Antonio de titulo crucis fratribus; in aere in crucis modum extẽſum benedicentem. Cum ergo cum dicto fratre Monaldo remanſiſſent vltra triginta fratres, qui diuerſas orbis partes adire debebant: Beatus Fran. volens cum eis charitatem facere, mandauit ut menſa poneretur, & menſa poſita cum ſoli tres panes in loco eſſent inuenti: Beatus Fran. eos accipiẽs in manibus, gratias agens Deo, incępit frangere, & fratribus dare. Qui diuina virtute, & operatione in manibus Beati Fran. ita excreuerunt, quod de tribus panibus ſuffienter omnes fratres præfati ſunt refecti, & plura fruſta panis ſunt recollecta: quam eſſent tres panes præfati appoſiti. Quod miraculum fratres cernentes, in obſeruantia paupertatis, & religionis ſunt feruentiſsime animati, cernẽtes Deũ per Beati Fran. merita eos tam ſtupendo, miraculo refeciſſe.

Quintum oſtendens propoſitum eſt id, quod habetur in legẽda antiqua: Nam cum beatus Fran. ad burgum ſancti Donini de Lombardia de nocte cum multis fratribus perueniſſet, & ad locum fratrum diuertiſſet, ac fameſceret una cum ſocijs: petijt à fratribus loci illius de pane ſibi, & ſocijs dari. Sed cum fratres omnia quæſiſſent, vbi panis ſtare conſueuerat, nec aliquid de pane reperiſſent, nec Caſtrũ, quia clauſum erat, de nocte poſſent intrare: reuerſi ad beatum Fran. reſponderunt de pane nihil adeſſe. Quod audiens Beatus Fran. dixit præfatis. Vadatis ad locum, vbi panis poni conſueuit, & caniſtrum plenum panibus inuenietis. Qui præcepta patris implentes, cum admiratione multa caniſtrum plenum panibus inuenerunt. Et deferentes Beato Franciſco comedit ipſe cum ſocijs laudans Deum, & glorificans una cum ipſis.

Sextum declarans propoſitũ eſt id, quod Beatus Fran. ęgit in loco fontis Polumbæ prope Reate; vbi cum medicum ſępe ad ſe venientem ob infirmitatem oculorum inuitari feciſſet à fratribus; nec quidquã haberent, quod ei poſſet apponi, diuina prouidẽtia ſeruo ſuo Franciſco

ciſco (vt ſuperius dictum eſt) præſto fuit. Plu
ribus alijs exemplis poſſet deduci, quomodo
dominus Ieſus beatum Fran. in cibatione mul
torum miraculoſe ſibi fecit conformem, ſed
prædicta ſufficiant. Sic ergo præfatis apparet
beatum Franciſcum fuiſſe viſceroſum pietate,
ac ipſius meritis, & precibus cibum Deum mi
ſiſſe ſuis fratribus, panes multiplicaſſe, ac pa-
nes dediſſe, & cibum; vbi humana prouidentia
haberi non poterat. Sic ergo prædictis appa-
ret declaratio ſecundæ partis huius 12. con-
formitatis videlicet Franciſcus miniſtrator.

FRVCTVS XIII. ET CONFORmitas, & in ordine 25. ſcilicet. Ieſus vita ſpectabilis. Franciſcus operator. Expoſitio primæ partis videlicet. Ieſus vita ſpectabilis.

Ioan. 8. IESVS noſter Saluator, &
Pſal. 27. Dominus cum ſit lux mun-
Ioan. 1. di, dominus virtutum. Nec
Matth. 23. ei datus ſpiritus ad menſu-
tam, & magiſter verax. habi
Exo. 24. tetq; in ipſo omnis plenitu
do Deitatis; ac conſequen-
ter ſit omnis perfectionis
exemplar in monte poſitum. Hinc eſt, quod vita
fuit, & eſt ſpectabilis miſericordia virtuoſa,
& imitabilis: Nec quiſquam alius ab ipſo, ſi-
cut nec gratia potior; ſic nec vita fuit perfe-
ctior. Quo ſequitur, quod ſi in alijs virtus aliqua
veraciter fuerit, vtpote in ſanctis, vel ſolum ap
paréter, & in imaginem, ſicut in phyloſophis,
& in hominibus gẽtilibus, & paganis, in Chri
ſto vt in virtutum principio, & perfectionis
omnis origine; omnis ornatus fuit virtutum,
& cuncta ad virtutem ſpectantia. Et vt clarius
idipſum inſpiciatur videndum eſt.
Primo de virtutibus, quibus multi homines
vſque in hodiernum diem commmendantur.
Secundo de domini Ieſu virtutibus, & tunc ap
parebit, quod Chriſtus vt homo, eſt dominus vir
tutum.
Et pro primi euidentia eſt aduertendum, quod
de hominum virtutibus cõtingit loqui dupli
Scriptura ſacra varios, & quos de virtutibus cõmendat. citer. Primo de hominibus quos ſacra ſcri-
ptura, & fides catholica virtuoſos appellat.
Secundo de his, quos Gentiles floruiſſe virtu-
tibus cenſuerunt.
Quantum ad primum ſcriptura ſacra diuer-
ſos de virtutibus varie commendat.
Adam primum patrem omnium commendat
Gen. 2. de omnium notitia, & cognitione. Nomina
omnibus animalibus vt ipſorum notitiam ha
bens impoſuit.
Gen. 4. Abel de innocentia; quia innocenter occiſus.
Enos de humili ad Deum ſupplicatione. Incæ
pit, enim inuocare nomen domini.

Enoch de Dei amicitia. Ambulauit cum Deo, Gen. 5.
& Deus eum tulit.
Noe de iuſtitia. Nam fuit vir iuſtus coram do Gen. 6.
mino.
Abraham de obedientia. Mãdato domini de Gen. 12.
terra ſua exiuit, & filium immolare Deo vo- Gen. 22.
luit.
Iſaac de meditatione: in agrum ad meditan- Ge. 24. 31.
dum exibat.
Iacob de ſolicitudine. A cuius oculis ſomnus Gen. 31.
fugiebat.
Ioſeph de carnis continentia. Commiſceri Gen. 39.
enim cum vxore domini ſui negauit: ipſa eum
ad hoc petente, & cogente.
Moyſen de manſuetudine. Aron de deuotio Num. 12.
ne. Stans enim inter mortuos & viuentes de-
precatus eſt dominum pro populo.
Phinees de zelo. Placauit enim dominum oc Nu. 25.
cidendo peccatores.
Ioſue de hoſtium domini proſtratione. Ioſue 12.
Sanſonem de fortitudine. Iudic. 15.
Dauid de humilitate. Vilior fiam pluſquam fa 2. Reg. 6.
ctus ſum, & ero humilis in oculis meis &c.
Salomonem de ſapientia, vt habetur. Vniuerſa 3. Reg. 10.
terra audire deſiderabat ſapientiam eius.
Ioſaphat de religione. 2. Para. 19.
Ezechiam de dilectione ad Deum. Nam fecit 2. Para. 29.
quod placitum eſt in oculis domini.
Manaſen de pœnitentia. Egit enim valde co- 2. Para. 24.
ram domino.
Ioſiam de obſeruantia mandatorum diuino- 2. Para. 33.
rum, vt patet.
Eliam de feruore. Fuit enim, vt facula ardens 3. Reg. 19.
& delo zelatus eſt: pro domino Deo exerci- Eccl. 40.
tuum.
Eliſeum de mundi contemptu. Qui relictis cũ 3. Reg. 19.
ctis ſequutus eſt Eliam.
Iſaiam de dono prophetiæ. Iſa. per totum Ie-
remiam de compaſsione, vt patet. Tren. 1.
Ezechielem de mentis ſubleuatione. Ezech. 1.
Danielem de abſtinentia. Dan. 1. Dan. 1.
Iob de patientia. Iob. 1.
Tobiam de miſericordia. Thob. 1.
Oniam de clementia. 2. Mac. 3.
Heſdram de diuinę legis inſtructione. 1. Eſdr. 7.
Neemiam de affectione bona ad populum.
Neem. per totum.
Ieſum Syrach de prudenti eloquentia. Eccl.
per totum.
Iudam machabeum de diuinæ legis defenſio 2. Mac. 3.
ne, multos alios ſacra ſcriptura commendat,
vt patet in eius librorum ſerie; ſed de præfa-
tis ad præſens ſufficiat.
Antiqui gentiles mirè de virtutibus quoſdam Antiqui gẽtiles, & qui virtutibus laudantur.
ſuorum extulerunt, & quia Valerius Maximus
de pluribus talium ſcribit commendando; pro
præſenti noſtro negocio eius dicta referam in
commendationem multorum; quos laude di-
gnos ob virtutes notauit. Hic illuſtris vir Va-
lerius multos laudibus extollendo ob virtu-

tum probitatem: præ multis infraſcriptos cōmendat: Videlicet Antiquos Romanos de parſimonia,& abſtinentia. Vini vſus olim Romanis mulieribus, ſeu fęminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur: Quia proximus à libero patre intemperantiæ gradus: ad inconceſſam venerem eſſe conſueuit. Et ſubdit in alio capitulo de hominibus. Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis ſimul, & continentiæ certiſsima index: Nam maximis viris prādere, & cenare in propatulo verecundiæ non erat. rationem ſubdit. Nec ſane vllas epulas habebant; quas populi oculis ſubijcere erubeſcerent: Erantque adeo continentiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vſus eſſet, quā panis. Et ſubdit notabile verbum. Bonæ valetudinis eorum quaſi quædam mater erat frugalitas; inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundātiæ, & ab immoderato vſu veneris auerſa.

De antiquis Romanis dignisſima.

Libro ſecundo de inſtitutis antiquis. cap. 28.

fruct.28. in conformitate Virg.

De patientia. Marcum Marcellum. de quo. libro quarto Rubri. de moderatione capitulo octauo dicit, ꝙ cum eſſet Conſul Romanorum ſuſtinuit patienter, ꝙ Siculi de ipſo in ſenatu conquererentur: ac iuſſos ab vrbe diſcedere à Leuino in conſulatu collega: remanere vt ſuæ defenſioni intereſſent coegit: ac ſententia data à ſenatu contra eos in ſuam clientelā clementer excepit.

De animo grandi: Alexandrum commendat magnum. de quo libro ſexto Rubri. de grauiter dictis, aut factis dicit. cap. 12. ꝙ Alexander ita nobilem vocem edidit. Dario duobus prælijs ſuperato virtutem eius experto; atq; ideo partem regni taurotenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum milibus talentum pollicente: cum Parmenion dixiſſet ſi Alexander eſſet vſurum ea conditione, reſpondit. Et ego vterer ſi Parmenion eſſem, vocem duabus victorijs reſpondentem: dignāq;, cui tertia ſicut euenit tribueretur: atque hoc quidem & animi magnifici, & proſperi ſtatus.

De animi continentia commendat Xenocratem philoſophum libro quarto rubrica tertia cap. 23. Vbi ponit ꝙ à Phryne nobili meretrice cum ipſo iacente: non potuit ad libidinem adduci. Quæ deriſa à iuuenibus; inquit de homine, & non de ſtatua pignus poſuiſſe. Nec à diuitijs regis Alexandri corrumpi potuit. Nā legatos Alexandri cum talentis eidem tradendis cum in Academia modico apparatu recepiſſet ad cęnam; & poſtero die interrogantibus legatis. Cui nam annumerari pecuniam ab Alexandro tranſmiſſam vellet, inquit: Non intellexiſtis me heſterna cęna ea me non indigere? ita rex phyloſophi amicitiam emere voluit: ſed phyloſophus Regi eam vendere noluit.

De aſtutia commendat Valerius Iunium Brutum libro ſeptimo rubrica tertia. de vafrè dictis, aut factis. capitulo tertio. Qui à rege Tarquinio ſuperbo Auunculo ne interficeretur, vt frater ſuus, & alij: obtuſi ſe cordis eſſe ſimulauit; ac profectus Delphos ad Apollinem Pytium cum Tarquini filijs: Cum conſulentibus illis Apollinem quiſnam ex ipſis regnaturus videretur; & penes quem ſumma vrbis Romæ poteſtas futura eſſet: cum reſpondiſſet, ꝙ is, qui ante omnes matri oſculum dediſſet: Brutus de induſtria lapſus in terram; ipſamq; cōmunem omnium matrem exiſtimans oſculatus eſt. Quo brutus reges expellendo vrbi libertatem primum tribuit.

De auctoritate comendat Scipionem Africanum lib. tertio rubri. 7. de fiducia ſui. c. 3. de quo dicit. Quod cum ab eo poſceretur ratio de quibuſdam adminiſtratis, indignatus fuit, quod ab eo exigeretur, quamuis apud ſe haberet librum, vbi totum ratiocinium habeatur, & ait. Neque puto eo malignitatis ventum, vt de mea innocentia querendum ſit: nam cum totam Africam poteſtati noſtræ ſubiecerim: nihil ex ea, quod diceretur meum, præter cognomen retuli. Non ergo me punicę: non fratrem meum aſiaticę gazæ auarum reddiderūt, ſed vterque noſtrum inuidia, magis quam pecunia locupletior eſt, & ſequitur quod tā conſtantem Scipionis defenſionem populus acceptauit, & cap. 7. de Scipione naſica dicit, quod plebe obſtrepente inquit ipſe. Tacete quæſo Quirites: plus enim ego, quam vos quid reipublicæ expediat intelligo. Qua voce omnes plenè uenerationis ſilentio quieuerunt.

De ſeueritate in liberos commendat lib. 5. rubri. 8. Brutū: qui dominationem regalem à ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proque tribunali ceſos; & ad palum ligatos, ſecuri percuti iuſsit. Et concludit. Exuit patrem, ut conſulem ageret, orbuſque viuere, quàm publicæ vindictæ deeſſe maluit. De Caſsio idem dicit. ꝙ ob iuſtitiam filium occidi iuſsit.

De amore ad patriam comendat. lib. 5. rubri. 6. de pietate ad patriam Curtium: qui pro liberatione ciuitatis Romanę in baratrū, quod apparuerat in medio fori: ſe armis indutum, & cum equo calcaribus ſtimulato proiecit, & continuo baratrum clauſum fuit.

Comendat etiam de hoc lib. 3. rub. 2. de fortitudine. c. 2. Horatium Coclitē, qui impetum Etruſcorum ſe in poteſtate ponēdo ſuſtinuit: & demum ſe in tiberim præcipitando euaſit.

De clementia comendat. lib. 4. rubr. 8. de liberalitate. c. 5. Titum quintum Flaminium, qui rege Macedoniæ Philippo ab eo ſuperato: omnes vrbes Geciæ, quæ ſub ditione Philippi fuerunt: liberas fecit, atque immunes.

De continentia comendat lib. 4. rubr. 5. de verecundia.

recūdia.c.7. Spurinam de Tuſcia;qui cum ſua pulchritudine,& mira ſpecie, quam plurium illuſtrium fœminarum oculos ſolicitare,& vitis, ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret, oris decorem vulneribus confudit, deformitatemq; ſanctitatis ſuæ fidem:quàm formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

Summa laus Gorgiæ Leontini. De ſufficientia commendat.lib. 8. rub. 16. de his, quæ cuiq; magnifica contigerunt Gorgiā leontinum; qui omnes in ſtudijs litterarum præſtabat: qui primus auſus fuit in conuentu poſcere qua de re, quiſq; vellet audire.Cuius ſtatuam de auro ſolido in templo Apollinis delphici poſuerunt, cum cęterorum deauratas ad id tempus collocaſſet vniuerſa Gretia.

De contemptu diuitiarum lib. 7. rub.2.de ſapienter dictis, cōmendat Byam,qui capta ſua patria; cum quilibet onuſtus abiret precioſis rebus: ipſe vero nihil ſecum ex bonis ſuis ferret: interrogatus cur non faceret. Reſpondit, ego vero ſic facio, omnia enim mea mecum porto.& ſubdit. Pectore enim illa geſtabat non oculis viſenda, ſed animo extimāda: quæ domicilio mentis incluſa: nec deorum, nec mortalium manibus labefactari quæruut; & vt manentibus præſto ſunt:ita fugientes nō deſerunt.

De audacia cōmēdat Pompilium. lib. 6. rub. 4. de grauiter dictis, aut factis.c. 6. Qui miſſus à ſenatu ad Antiochum regem, vt ab Aegypti, & Ptholomei recederet infeſtatione, & Rex occurrendo ei dexteram ſuam porrexiſſet; illi ſuam porrigere noluit: ſed ambaſsiatam populi Romani expoſuit: & cum diceret ſe cum amicis alloquuturum:Pompilius indignatus,virga;cui inſiſtebat denotauit circulū, dicens Antiocho. Priuſquām hoc circulo excedas,da reſponſum, quod Senatui perferam. Continuo Rex affirmauit fore, ne amplius de ſe Ptolomeus quæreretur: attamen demum Pompilius manum eius tāquam ſocij apprehendit. Et concludit.Quantum efficax eſt animi,ſermoniſque abſciſa grauitas. Eodem.n. momēto Siriæ regnū terruit,& Aegypti texit.

De eloquentia comendat Demoſthenem li.8. rub.7.de ſtudio,& induſtria.c.7. Qui cum inter initia iuuentę, artis, quam affectabat,primam litteram dicere nō poſſet,oris ſui vitiū, tanto ſtudio expurgauit, vt ea à nullo expreſſius formaretur:vocem ſuam exilem exercitatione aſsidua ad maturum,& gratum auribus ſonum perduxit.Itaque alterum Demoſthenē mater,alterum induſtria enixa eſt.

De fama comendat Metellum lib.2.rubr.5.de maieſtate. Nam tantæ fuit famæ;q; etſi accuſatus fuiſſet de indebita adminiſtratione prouinciæ,& cum ipſe ſcripturam ſuæ adminiſtrationis monſtraret in talibus: totum conſilium oculos aucrtit,ne videret ſcripturam, nec tabulas.Quare non tantum in tabulis; ſed in vita Metelli argumenta ſincerè adminiſtratæ prouinciæ legenda ſubinde rediderunt.

De fidelitate comendat.lib.3 rubr.8. de conſtantia. Blaſium, qui fideliſsimus Romanis fuit. nam Salapiani ciuitatem ſuam à Pęnorū dominio ereptam,mira induſtria ipſis tradidit: Daſio ſocio in regimine prius inimico, demum Romanorum facto amico. cap. viij.

De fortitudine cōmēdat lib. 3. rub.2.multos, & præcipuè Sceuolam, qui pugnando ſolus contra quinque milites britannicos, femore vulneratus, ſaxi pondere contuſus, galea iam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus aſſumpto, duabus loricis onuſtus, profundo mari ſe immiſit.& natando euaſit.

De proſperitate, & fortuna comendat lib. 6. rub.11.de mutatione morum, aut fortunæ.c. 21. Policratem Samiorum tyrannum: Cuius omnes conatus placido excipiebantur itinere: cui velle, & poſſe ſimul in æquo poſitum erant: annulum,quem ad experiendum fortunam in mari proiecerat,ſtatim recuperauit piſce capto,qui eum deuorarat. Sed demum ab Oroute Darij præfecto captus, in altiſsimo montis vertice cruci eſt affixus.

De amore cōmendat lib. 5. rub. 5. de pietate ad fratres.c.4.Tiberium Imperatorem,qui tā to amore Druſum ſuum germanum dilexit,q; audiens Ticini, vbi erat, q; ipſe in Germania infirmaretur: feſtinanter alpes,& rhenū tranſgreſſus eſt:vno ſolo duce Antegabio cōtentus comite. Druſus vero audiens germanum ſuū venire: mortali infirmitate decubans: reſumptis viribus, iuſsit legionibus cū ſuis inſignijs venienti fratri occurrere, & Imperatoris honorem ei dari mandauit: eodemq; tempore, & ſupremæ maieſtati ceſsit, & vita exceſsit.

De gratitudine cōmendat lib.5. rub.2.de gratis.c.14. Mitridatem regem,qui pro Leonico acerrimo ſuæ ſalutis defenſore capto nauali pugna, omnes captiuos hoſtium permutauit: ſanius eſſe exiſtimans ab inuiſiſsimis, alias vilisſimis circundari: quàm bene merito gratiam non referre.

De humilitate comendat.lib.4 rubr.1. de moderatione.c.1.Valerium Publicolam,qui poſt expulſionem regalis dominij ab vrbe, factus Conſul: totum dominium regium in ſe tranſlatum minuit,& temperauit: Qui domos ſuas diruit, quia excelliore loco poſitæ ſimilitudinem arcis videbantur habere. Et ſubdit,quòd quanto domo inferior,tanto gloria ſuperior euaſit.

De iudicio cōmēdat lib.6.rub.3. de ſeueritate.cap.vltimo.Cambiſem, qui inuſitata ſeueritate vſus fuit. Cuiuſdam enim mali iudicis à corpore pellem derractam felle, alias melle intendi; in eaque filium eius iudicaturum conſedere iuſsit: Atroci enim,& noua pœna,

rex

rex barbarus, ne quis poſtea corrumpi iudex poſſet prouidit.

De iuſtitia commendat lib.6.rub.5.de iuſtitia cap 14.Zaleucum;qui lege condita vt crimine adulterij,reus vtroque oculo priuaretur; filio prędictum crimen committenti ipſam pęnam infligere voluit,ſed inſtantia populi, vt indulgeret eidem: ſibi primo vnum oculum, ſecundo filio alterum eruit. Sic ſe mirabili tempera mento ęquitatis inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus eſt. De pluribus alijs ibidem Valerius ponit.

Agrigentinum Gilliam. De liberalitate commendat lib.4. rub.8.de liberalitate cap.vlt.cuius domus quaſi quædam munificentiæ officina videbatur: Illinc enim publicis viſibus apta monimenta extribuebantur:illinc grata populorum oculis ſpectacula ędebantur: illinc ępularum magnifici apparatus,& cũ hoc vniuerſis priuatim alimenta inopia laborantibus,dotes virginibus paupertate præſsis ſubſidia; detrimẽtorum in curſu quaſſatis ſolatia erogabantur. Hoſpites quoque tũ vrbanis pennatibus, tum etiam ruſticis tectis benigniſsime excepti,varijs muneribus ornati dimittebantur. Et poſt molta de eius liberalitate dicta concludit: quod Gillias poſsidebat;quia ſi commune patrimonium erat.

De ſtudio commendat lib 8.rub.7.De ſtudio, & induſtria cap.2.Catonem, qui octuageſimũ agens annum græcis litteris erudiri voluit,ſic & latinas iam ſenex didicit.

De abiectione munerum commendat libr. 4. rub. 3. de abſtinentia, & continentia cap. 7. Marcum Curium, qui oblatum ſibi à Samnitibus aurum, reſpuit dicens. Male ſe locupletibus,imperare,quàm locupletem fieri. Et mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe.

De patientia commendat multos lib.3.rub.3. De patientia,& ſpiritualiter cap.9. Theodorũ virum clariſsimum; qui tormentis diu applicitus Hieronymo tyranno conſentientes,eius neci noluit reuelare.

De paupertatis amore commẽdat multos lib. 4.rub.4.Sed inter alios Valerium Publicolam; qui tantæ fuit paupertatis,& tamen Conſul romanorum,vt patrimonium eius pro exequiis non ſufficeret. Idem Menenio Agrippa, & de alijs dicit.

De pietate commendat lib.5.rub.1.De humanitate ac clementia. Gneum Pompeium magnum; qui Tigrani à ſe deuicto ſupplicanti: diadema,quod depoſuerat reponere imperauit: æquè pulchrum eſſe iudicans: & vincere reges,& facere. Et ſubdit,quod eius pietas inhumanum eum eſſe non permiſit.

De veracitate Attilium Regulũ; qui ad hoſtes infeſtiſsimos Cartaginenſes ante maluit redire indubie ab eis cruciandus; quã ſacramentũ frãgere,ꝙ eis dederat de ſua ad eos reuerſiõe.

De miſericordia commendat Fabium maximum lib.4.rub.8. De liberalitate cap.2.qui vt captiuos redimeret Romanorũ; quos Anibal tenebat: fundum unum vendidit, quod habebat,& eos redemit. De mulieris, uide in conformitate uirginis.

De iniuriarum dimiſsione commendatur à Tullio Iulius Cęſar, qui omnium recordabatur, præterquam iniuriarum.

De ſcientia Ariſtoteles commendatur.

De moribus commendatur Socrates;qui maximam partem philoſophiæ traxit ad mores.

De multis alijs dicit idem Valerius libro ſuo: ſed præfata ad præſens ſufficiant. Præfati ergo apud ethnicos,& paganos ſunt virtute conſpicui nominati: quare nullo modo ad virtutum dominum, & originem Chriſtum ſunt aſſimulandi: Ratio huius eſt, quia cum patres veteris teſtamenti; ſanctitate præcipui, ipſi nõ valent comparari:quare nec dicti omni gratia deſtituti. Quomodo poſſunt pagani ſanctis veteris teſtamenti ſimulari, aut comparari, qui idola coluerunt non Deum; gloriam mundi, & famam totis viribus quærentes;quam illi deſpexerunt; gratia carentes, qua illi ſunt repleti: Dei fidem ſeruantes, & mandata; quæ illi deſpexerunt:& nunc in gloria coronati in cęlo lætantur. Præfati vero in inferno cruciãtur; quare ipſorum uirtutes dici nõ poſſunt, fuiſſe veraciter:etſi umbram virtutum habuerunt vt declarat Vgo in ſuo didaſcaliõ. Sic ergo Chriſto eis quoquo modo comparando; etiam de ipſo loquendo, vt homo eſt: ad iniuriam magnam eſſet ipſius.

An ſancti veteris teſtamenti Chriſto cõparari queant uirtutibus. Sed quia ſancti veteris teſtamenti fuere,& virtutibus adornati;& Chriſtus ſecundum corpulentam ſubſtantiam carnem traxit ex eis; videndum eſt ſi aliquo modo ipſi ualent domino noſtro Ieſu Chriſto ut homini comparari: quia ut Deo certum eſt,quod nullo modo. Et certe ipſi domino Ieſu Chriſto non ſunt comparandi.

Primo, quia figuratum eſt potius figura: ipſi autem eius figura fuerunt, ſicut oſtenſum eſt conformitate 1.lib.1.

Secundo,quia ipſi Chriſto ſpiritus non eſt datus ad menſuram plenus gratia: ipſi vero acceperunt gratiam pro gratia, ideſt partem. Ioan. 1.

Tertio,quia Chriſtus eſt plenus gratia & veritate, de cuius plenitudine ipſi, & nos, & omnes accepimus. Ioan. 1.

Quarto quia ipſe caput,noſque membra eius. Membra autem non influunt in caput, ſed bene caput in membra.

Quinto, quia omnes ſaluamur per ipſum, & eius fidem;quia ipſe ſolus eſt ſaluator noſter: nam & qui præibant ideſt qui nos præceſſerũt, & qui ſequebantur, clamant. Ieſu fili Dauid, miſerere nobis: cuius merito nobis datur gratia,& gloria.

Sexto in ipſo fuit plenitudo gratiæ; qua maiorem

rem Deus ei conferre non potuit.
Septimo, quia in eo gratia fuit creata, & increata.
Octauo, quia Deo præ cunctis creatis ſimul acceptior fuit; & ipſe ſolus placauit patrem; reddendo, quod petebat á genere humano, & reconciliauit nos in ſuo ſanguine.
Nono, quia ipſe eſt origo virtutū, & gratiarū.
Decimo eſt Deus, & homo. Quare nullus ſanctus quantumcunque magnus virtutibus, ei dē valet comparari. Cuius enim ſancti vita fuit;

Diſcurſus. in qua vt in vita ipſius Dñi noſtri Ieſus Chriſti ſic apparuerit mundi deſpectio, paupertatis amor; pomparum contemptus; fuga omnis gloriæ; amor humilium perſonarum; humilitas profunda; patientia ſumma; dilectio feruida; pietas viſceroſa: ibi fulget virtutum ornatus; fortitudo in corde; prudentia in ſermone; temperantia in moribus; iuſtitia in operibus; zelus ad Dei cultum; ſolicitudo in mandatis ſeruandis; feruor ad animas; auſteritas in viuendo; manſuetudo in conſeruando; clementia in ſuſcipiendo; benignitas in condeſcendendo: ibi apparet gratitudo in obſecrando; ſanctitudo in perficiendo; veracitas iu prædicando; efficacia in exhortando; affabilitas in proferendo; ſeueritas in iudicando; miſericordia in indulgendo; luciditas in cognoſcendo; ſapientia in præcipiendo; ſcientia in prædicando; bonitas in exaudiendo; liberalitas in conferendo; circunſpectio in præcauendo; auctoritas in efficiendo; exēplaritas in uiuendo, & moriendo; charitas ad perſequentes; ſtabilitas in patiendo; aſsiduitas in orando; omnium virtutum diſciplina in terminando. Ex quibus omnibus, quæ in vita fuere domini Ieſu, prout euangelia atteſtātur: apparet quod dominus Ieſus, eſt rex, & dominus virtutum: nec aliquis eſt eidem comparandus. Sicut ergo Chriſto homini, & Deo nullus homo poteſt comparari; ſic nullus in legislatoribus ei ſimilis reperitur. Non Moiſes; quia eo perfectior ſcientia; vita, gratia; meritis, populorum directione, informatione, & protectione Chriſtus exiſtit. Quare nec patriarcha, nec propheta, & ſic de alijs iuſtis in ſcriptura ſacra expreſsis. Et á fortiori ei comparandus, & æquiperandus non eſt; ille ſpurciſsimus hominum Maumeth ſaracenorum caput (vt dicunt ipſi prophetæ) qui corporis voluptatibus, vt por eus deditus, & ſubiectus: omni dolo plenus, & & mendacijs: non legis diuinæ, aut politicæ lator: ſed deceptor mendaciſsimus; in omnibus ſuis geſtis reperitur. Omnis ergo homo hunc Chriſtum admiretur, veneretur, & imitetur: Omnis cultus deuotionis, vt Deo ei impendatur; quia ipſe ſolus eſt omniſciens; omnipotēs; omnis perfectionis exemplar, omnis gratiæ promptuarium, & origo, omnis veritatis profeſſor, omnis vitæ ſpiritualis conceſſor, & corporalis; omnis ad beatitudinem obtinēdam via, & ductor, omnis beatitudinis obiectum contentium, & bonum, omnis creaturæ principium, & finis, omnis ſcripturæ alpha, & ω: omnium confortator, ſuſtentator, & vigorator; omnium concordium fidelium illuminator, & conſolator, ac totius humanæ generationis honor, laus, & gloria per infinita ſecula ſeculorum amen. Sic ergo præfatis ſuccinctè apparet, quod dominus Ieſus Chriſtus præ cunctis patribus, prophetis, patriarchis, iudicibus, principibus, regibus, ſacerdotibus, iuſtis, & ethnicis hominibus eſt vita ſpectabilis, prout dicebat prima pars huius 13. conformitatis di. Ieſus vita ſpectabilis, & ſic patet huius 13. conformitatis, prima pars breuiter declarata.

SECVNDAE PARTIS XIII. CONformitatis ſecundi libri, & 25. in ordine. Franciſcus operator. Expoſitio.

PRIMA parte huius conformitatis 13. declarata, ſcilicet Ieſus vita ſpectabilis; conuenienter reſtat elucidanda 2. pars ſcilicet Frāciſcus operator, id eſt quod B. Fran. fuit vita ſingularis, mirabilis, & imitabilis; quia virtuoſus præ alijs: vtpote operator omnium bonorum, & virtutum. Et pro iſtius partis declaratione duo erunt videnda: ſicut vita B. F. dupliciter poteſt attendi. Primo in ſe. Secundo ſi fiat comparatio vitę eius ad vitam aliorum, ſanctorum, & perfectorum. Si vita beati Fran. in ſe inſpiciatur, & attendatur, quod fuerit perfectiſsima: apparere poteſt ex pluribus. Et primo, vt dictum eſt in præcedentibus, & dicetur in ſequentibus: & hoc intenditur in toto præſenti opere, videlicet probando, & declarádo quod in 40. ſpiritualibus operationibus vitæ Chriſti; qui eſt caput omnis perfectionis, reperitur conformis; quare & vita beati Fran. perfectiſsima comprobatur.
Secundo oſtenditur hoc; quia ſanctum euangelium (vt præcedentia demonſtrant) Beatus ipſe Fran. ad litteram obſeruauit; quo nihil eſt perfectius.
Tertio hoc apparet ſi ſpecialiter ad vitam domini noſtri Ieſu Chriſti deſcendatur, cui particulariter inuenitur conformis. Vita enim domini Ieſu etſi lata, & magna ſit perfectione verbis, & exemplis: ad 12. tamen poteſt reduci, vt conformitate 3. lib. 3. dicetur, vt videlicet principium vitæ ipſius, & initiū aſpiciat mundi contemptum, & deſpectionem: Volucres cœli nidos habent: filius hominis non habuit, vbi caput ſuum reclinaret. Et Franciſcus in Matth. 8. hoc ei ſe conformando; coram Chriſto Aſiſinate

nate bonis paternis, & mundanis renunciauit, nudus remanendo, & nihil habere voluit in vita præſenti: vt dictum eſt conformitate 4. huius 2. lib.

Secundum de vita Chriſti reſpicit ſui abnegationem, & abiectionem totalem: dicente Chriſto. Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum &c. Franciſcus maximus abnegator ſui fuit, vt 5. conformitate huius 2. lib. eſt oſtenſum; ſe enim maximum peccatorum cenſebat, & tenebat, vt dicit, vi pars maiors legendæ. (Matth. 16.)

Tertium de vita Chriſti ad carnis maceratio nem reduci poteſt; de quo ſupra dictum eſt tam de Chriſto, quo ad hoc, quam de B. Fran. conformitate 7 huius 2. lib. vbi oſtenſum eſt beatum Fran. carnem ſuam maceraſſe.

Quartum quod oſtendit vitam Chriſti, & ad quod poteſt reduci, eſt pœnitentiæ operatio, & exhibitio: quod oſtendit in 40. dierum ieiunatione: in fellis, & aceti potatione, & in multis alijs, Beatus Fran. vnam quadrageſimam peregit: in qua ſolum medietatem vnius panis comedit, & toto quaſi tempore ieiunabat, vt dicit 9. pars legendæ maioris. Et ſi corpus habuiſſet ſanum, & validum (teſte fratre Egidio) eius pœnitentiam auſteram totus mundus ſequi non potuiſſet.

Quintum oſtendens vitam Chriſti, eſt patientia: hanc oſtendit, quia cum malediceretur, non maledicebat, vt dicit Apoſtolus Petrus: & demum pro perſequutoribus exorauit. Luc. 23. Beatus Fran. hanc amplexus eſt totis viribus; cum cuperet de ſe audire opprobria, & de laudibus, triſtaretur, ac perſecutionem paſſus à patre, fratre carnali, à ciuibus, à ſaraceuis, in omnibus tamen vt ſurdus pertranſiit. (Lucæ 23.)

Sextum oſtendens vitam Chriſti, eſt operatio non manualis (quia quo ad iſtam de Chriſto nihil legitur: etſi credatur, quod aliquando iuuerit Ioſeph; qui fuit faber lignarius) ſed virtuoſa; quia Chriſtus nunquam fuit otioſus: prædicabat enim, diſcurrebat, orabat, & ſic de ſimilibus operibus; quibus aſsiduè noſtram operabatur ſalutem, ſecundum pſal. in medio terræ hoc beatus Fran. egit, & manualiter operando, docendo, & otio deditos ſummè reprehendendo.

Septimum, quod oſtendit vitam Chriſti eſt humilitas, quam & ipſe Chriſtus habuit: & beatus Fran. prout conformitate 5. huius 2. eſt dictum,

Octauum oſtendens vitam Chriſti, eſt obedientia; fuit enim obediens matri, & patri putatiuo Ioſeph. Hanc proſequutus eſt B. Fran. obedientiam promiſſam ſecundum regulam eccleſiæ ſeruando; volendo habere ſemper guardianum; cui & in vita paruit, & in morte, vt dicit pars 6 & 10. legendæ maioris. (Lucæ 2.)

Nonum vitam Chriſti declarans, eſt virtutum ornatus. Ieſus habuit fortitudinem in illatis; temperantiam in verbis; prudentiam in factis, & iuſtitiam in ſatisfaciendo pro nobis Deo patri; fidem non habuit nec ſpem; niſi large talia accipiendo: quia fuit ſimul viator, & comprehenſor: ſed bene habuit charitatem, cum charitate ſua pro nobis mori dignatus eſt beatus Fran. fidem habuit; quia fideliſsimus fuit ter ad partes infidelium ad ipſam fidem prædicandam ire volendo; & pro ea ſubire martirium. Spem enim, & totam ſuam fiduciam in Chriſto poſuit, & habuit, vt oſtendit 7. pars legendæ maioris, ac fratribus, quos mittebat iactare cogitatum ſuum in domino; & totam ſpem in ipſo ponere ſuadebat. Charitatem habuit; erat enim quaſi quidam carbo ignitus diuino amore, vt dicit 9. pars maioris legendæ. Fortitudinē habuit contra demones, quos ſuperauit. Prudētiam habuit; quia ſpiritu prophetico plenus fuit, vt iam dicta in hoc ſecundo lib. 6. conformitate, & etiam nona pars maioris legendæ oſtendunt. Temperantiam habuit in cibo, & potu, vt in 5. parte legendæ maioris, & in aliis oſtenditur. Iuſtitiam quo ad Deum, & proximum 5. & 12. partes legendæ maioris oſtendunt eum habuiſſe.

Decimum oſtendens vitam Chriſti eſt oratio: quam habuiſſe Chriſtum, & beatum Fran, conformitas 11. huius 2. oſtendit. Vndecimum oſtendens uitam Chriſti, eſt contemplatio, de qua tam de Chriſto, quam de B. Fran. conformitas 3. huius lib. declarat expreſſe.

Duodecimum, & vltimum oſtendens vitam Chriſti, eſt ſua ſacratiſsima paſsio; quam B. F. primo contemplando: ſecundo imitando: tertio prædicando: quarto tandem in Chriſtum transformatus paſsionis ſtigmata in ſuo corpore habendo, ſequutus eſt. Sic ergo præfatis 12. in quibus uita Chriſti conſiſtit quantum ad actus immitatiuos, apparet, quod vita beati Fran. quia præfata in ſe habuit, fuit virtuoſa: & merito à fidelibus laudanda, & imitanda.

Quarto oſtenditur vita B. Fran. fuiſſe virtuoſa, quia ieiuncta totaliter moribus, à vita ſecularium, quæ cenſetur, & probatur eſſe vitioſa. Quāto enim maior inuenitur abſceſſus, & elongatio à talium vita; tanto vita ſic facientis perfectior comprobatur. Vnde hoc oſtendens ſaluator dicit, quod ipſe non erat de hoc mūdo, id eſt conformis vitæ, & moribus ſeculariter, & ſecundum mundum uiuentium. Cum enim B. Fran. mundum perfectiſsime abdicauerit, patet, quod omnia totaliter contempſit. Si enim loquamur de diuitijs: pecuniam nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam habere voluit. Si de alijs, quæ ſeculares appetunt. vtpote honores: ipſe libenter accepit vituperia. Si carnis voluptates: ipſe carnem domuit, & per omnia ſpiritui ſubiectam præbuit. Scientiam ipſe habere noluit; nec fratres ſuos, ſed orare, vt (Ioan. 8.)

di-

dicit regula, & ſic deſcendendo ad omnia, quæ mundani appetunt, quia B. F. oppoſitum voluit, patet ꝙ eius vita fuit à ſecularium mũdanè viuentium elongata, & conſequenter virtuoſa, & ſancta.

Quinto oſtditur B. Fr. uita perfecta, quia ipſe per gratiam domini Ieſu, eſt cunctis nominatiſsimis ſanctis ſimilatus: Si enim Chriſto capiti totius perfectionis ſecundum ꝙ poſsibile eſt, fuit perfectè conformis, & ſimilis, vt hoc opus demonſtrat; multo fortius Chriſti mẽbris. ſ. ſanctis hominibus in virtutibus, & perfectionibus eſt conformatus, & vt hoc melius videatur.

Frã. ſimilis choris angelicis.

Sciendum quòd Beatus Frãciſcus ſimilis fuit, & conformis primo cęleſtibus ſpiritibus. ſ. Seraphin in incendio dilectionis ad Deum; in cuius ſignum Chriſtus in ſpecie Seraph apparuit ei: quando ei ſacra ſtigmata impręſsit. Fuit ſimilis Cherubin in plenitudine ſapiẽtię; quam diuinitus accepit, ſicut probatum eſt ſolutionibus quæſtionum profundiſsimarum, & ſuarum profunditate prædicationum, ac informationum, quæ ſenſum excedebant humanum, vt dicit. 11. & 12. pars maioris legendæ. Fuit ſanctis Thronis ſimilis; quia Deus præ alijs in eo requieuit: conſiderata plenitudine gratię, & deuotione beati Fran. ad Chriſtum Deum. Fuit ſimilis poteſtatibus, demonibus imperando: ad eius enim iuſſum abſcẽdebant demones, prout dictum eſt conformitate. 9. huius. 2. lib. Fuit ſimilis Virtutibus in ſignis, & miraculis, prout conformitate. 1. huius. 2. lib. eſt declaratum. Fuit ſimilis Dominationibus in recta executione ſuæ prælationis: ſubditos verbo, vita, & opere informando. Fuit ſimilis principatibus in generali ſui ordinis pręſidentia, & gubernatione, nam ordinem ſuum dum viueret, vidit multipliciter dilatatum, quem ſingulari affectu, & prouidẽtia in his; quæ ſunt ad Deum excoluit, & tenuit. Fuit ſimilis Archangelis in cognitione ſecretorum Dei; quę non vulgabat niſi diuino inſtinctu, & proximorum ſalute. Fuit ſimilis Angelis in verbi Dei nunciatione; eundo per mundum, & prędicando, & non ſolum ipſe ſolus; ſed & fratres ad hoc deſtinando, vt fructus 10. & 11. & conformitas primi libri oſtẽdunt. Sic ergo prædictis ſuccinctè patet beatum Fran. cœleſtibus ſpiritibus fuiſſe conformem, & ſimilem.

Fran. ſimilis patriarchis.

Secundo B. F. fuit ſimilis Patriarchis, & alijs ſanctis hominibus. Fuit ſimilis Adę primo patri omnium in creaturarum dominio, vt dictum eſt conformitate, ideſt huius. 2. lib. ac in veniæ de peccatis ſui obtentu, luctu, & ploratu, vt dicit 3. pars legendę maioris. Fuit ſimilis Abel: quia duo minuta, quæ habebat: corpus. ſ. & animam Deo offerre, & ſacrificare ſtuduit. Fuit ſimilis Enos: nomen Dei inuocando, dum adhuc eſſet ſecularis; & ad votum exaudiri promeruit. Fuit ſimilis Enoch: voluntatem Dei agnitam ſtatim perficiendo, audiens quæ Chriſtus Apoſtolis ad prædicandum miſsis mandat: ſtatim omnia impleuit in ſe, & perfecit, vt dicit. 3. pars legendę maioris. Fuit ſimilis Noe in prędicando. Noe fuit præco iuſtitiæ, vt dicit apoſtolus Petrus in canonica ſua cap. 2. Franciſcus fuit præco magni regis Chriſti, vt ipſe propheticè reſpondit latronibus. Cuius præconio, & verbis quia non erãt inania, nec riſu digna, vt dicit. 3. pars legendę maioris: multos ad Chriſtus conuertit. Fuit ſimilis Abrahæ: patrem, & patriam deſerendo, & dimittendo, nec locum proprium aliquando habendo. Fuit ſimilis Iſaac, quia in tabernaculo ſanctæ matris Eccleſiæ, ſponſam ſuam ſanctã paupertatem intromiſit ab alijs derelictam. Fuit ſimilis Iacob; quia in Dei ſeruitio: vt ſeruus fidelis inueniretur à domino: aſsiduè vigilauit. Fuit ſimilis Ioſephi principatum Aegypti, ideſt totius corporis gratiã diuina poſsidendo. Fuit ſimilis Moyſi in deſerto, ideſt locis deſertis, & ab hominum cohabitatione elongatis habitando libenter. Fuit ſimilis Aaron pro populo exorando, vnde pro nullo aliquando B. Frã. orauit, quin à Deo fuerit exauditus. Fuit ſimilis Phinees in zelo Dei, legem enim Dei zelatus eſt, & ignẽ pro eius aſſertione coram ſoldano Babilonię intrare ſe obtulit. Fuit ſimilis Ioſue, hoſtes Dei demones ſuperãndo, & manucapiendo. Fuit ſimilis Samueli ter à dominõ in S. Damiano vocatus de cruce, vt dicit 2. pars legendę maioris. Fuit ſimilis Dauid ſe præ omnibus peccatorem vocando, & tenendo. Fuit ſimilis Salomoni, templum. ſ. triplex, ideſt tres eccleſias dedicando, & renouando. Alios ſanctos patres cauſa breuitatis dimitto: quibus ex prę fatis poteſt oſtendi ꝙ b. F. ſimilis eis fuerit, & conformis.

Tertio fuit ſimilis prophetis, corda agnoſcendo, vt dicetur conformitate ſequenti, & futura præuidendo, & annunciando, ut dictum eſt conformitate. 6. huius 2. Et non ſolum fuit eis ſimilis in tali ſpiritus luculentia reſpectu occultorum: ſed etiam in virtutibus. Fuit. n. ſimilis Eliæ rigidiſsime viuendo, vt dicit fructus 7. iſtius. 2. lib. Fuit ſimilis Eliſeo, duplicem ſpiritum propheticum poſsidendo, corda intuendo, & alia futura, vel in agnoſcẽdo, & ſigna faciendo, & omnia mundana contẽnendo. Fuit ſimilis Iſaiæ in intellectus profunditate, qua diuina eſt indagatus. Fuit ſimilis Ieremiæ; populi peccata, ac ſi genuiſſet eos deplorando, vt dicit 10. pars legendæ maioris. Fuit ſimilis Ezechieli, peccata populi publicè annunciando, & redarguendo. Non fuit adulator, & palpans; vt dicit legendæ maioris pars 12. & dictum eſt lib. 1. conformitate 10.

Prophetis ſimilis.

Peruſinis militibus ſuam prędicationem impedientibus prædixit de eis vindictam in breui futuram. Hominibus de Gręcio ſi recidiua rent eorum vaſtationem. Gedeoni præbendario, quem contractum extendit crucis ſigno, ſi ad vomitum rediret diuinæ iuſtitiæ vltionē prædixit, & ſic non palpauit aliorum mala: ſed detexit ob correctionem. Fuit ſimilis Danielis à vino, & carnibus abſtinendo: vt dicit 5. pars legendæ, niſi quando ibat prædicando, vel quando eſſet grauiter infirmus. Fuit etiam ſimilis alijs prophetis, tam in ſpiritu prophetico, quàm etiam in virtutibus: de quibus pertranſeo cauſa breuitatis.

Apoſtolis ſimilis. Quarto fuit ſimilis B. F. Apoſtolis primo generaliter patet, quia ipſorum vitam euangelicā tenuit, & ſeruauit. Secundo ſpecialiter & particulariter. ſ. in ipſorum virtutibus. Fuit ſimilis B. Petro, in amore ad Chriſtum, per amorem enim Ieſus Chriſtus, iugiter vt mirræ faſciculus intramentis ſuæ vbera morabatur. Fuit ſimilis B. Paulo: fidem catholicam ſua, & fratrum ſuorum prædicatione innouando. Fuit ſimilis. B. Andreæ: crucem domini aſsiduè habitu, vita, prędicatione, & meditatione baiulando, vt conformitate. 3. lib. 3. dicetur. Fuit ſimilis. B. Iacobo maiori, Chriſtum (vt eſt poſsibile) proſequēdo, & imitando, & eius calicem bibendo. Fuit ſimilis. B. Ioanni Euangeliſtę, futura contemplando. Fuit ſimilis Iacobo minori; orationi vi mentis intendendo ſemper, vt huius ſecundi conformitate. 11. eſt dictum. Fuit ſimilis. Bea. Bartholomeo; dolores in ſuo corpore patienter portando. Fuit ſimilis B. Thomæ: toto corde, & viribus pro domino Ieſu mori optando. Fuit ſimilis. B. Simoni: in pœnalis crucis perceptione, & ſuſceptione: quia duobus annis crucis tormentum portauit. Fuit ſimilis. B. Thadęo, infideles, & ſaracenos, & præcipuè Soldanū conſtanter arguendo. Fuit ſimilis. B. Matheo; Euangelium in ſuo corde portando, tenendo, & ſcribendo. Fuit ſimilis B. Philippo; ligna multa faciendo. Fuit ſimilis. B. Mathiæ duodecimus inter primos fratres, & primus gradu, & perfectione eſſe promerendo. Et quia 12. Apoſtolis primis fuit. B. F. ſimulatus: quare & alijs domini diſcipulis cum hi, 12. cæteris perfectiores virtutibus prædicentur, & dicantur.

Martiribus ſimilis. Quinto fuit ſimilis. B. F. ſanctis martiribus, & præcipuè in martirij appetentia, & deſiderio: Ter enim pro palma martirij conſequenda, ad terram infidelium iter aſſumpſit, etſi Deus ipſum ad alia reſeruauerit; quia igitur martir deſiderio; merito martir, & mente fuit. Inſuper cum dicat beatus Aug. in ſermone B. Laurentij, ꝙ tota vita Chriſtiani, ſi ſecundum Euangelium viuit; crux eſt, atque martirium: cum B. F. iuxta Euangelium per omnia vixerit, ſequitur ꝙ nomine, & præmio martirum cenſeri poteſt, & debet. Et ſic generaliter patere poteſt ꝙ ſanctis martiribus ſimilis fuit. B. F. in particulari nihil ſcribo; quia eſſet nimis prolixum: cum infiniti fuerint.

Fran. fuit ſimilis Cō feſſoribus. Sexto fuit ſimilis. B. F. ſanctis confeſſoribus, & quia præcipui inter confeſſores patres Aegypti nominantur: ideo facienda eſt, & videnda aliqualis conformitas inter beatum F. & eos. Fuit enim B. F. ſimilis. B. Paulo primo Eremitæ in fuga mundi: ipſe enim Paulus præ ſeuitia perſequutionis omnia relinquendo: Eremum petijt. Sic beatus. F. fugiendo quæ ſunt mundi; habitū Eremiticum duobus annis, vt dicit legenda trium ſociorum portauit.

Antonio in prælio demonum, & ſuperatione. B. Antonius præ alijs patribus habuit cū diabolo certamina, & clariorem victoriam. B. vero. Frā. vt dictum eſt conformitate. 9. huius. 2. manu quaſi ad manum confligendo cum diabolo; diuina gratia eum vicit, & ſuperauit.

Hilarioni in vitæ auſteritate: hic ſanctus prę alijs vixit auſteriſsime in veſtitu, accubitu, cibo, & potu, & ſic de alijs; prout eius narrat legenda. B. Fr. vt patuit conformitate. 7. huius ſecundi libri auſteram vitam peregit.

Machario Alexandrino in abſtinentia: Omne genus abſtinentiæ. B. Macharius exercuit. B. F. vitæ fuit abſtinentiſsimę, quod crebro ieiunādo cū modici cibi, & potus ſumptione: quod faciebat multipliciter in anno, oſtēdit. Quod 5. & 9. pars legendæ maioris pandunt.

Moyſi Etiopi in carnis maceratione, hic ad macerandum corpus de nocte replendo vaſcula patrum aqua; per longum iter carnem domuit. B. F. corpus confectum ieiunijs in primęuo ſuæ conuerſionis ad Chriſtum; oneribus lapidum pro reparatione trium Eccleſiarum ſubijciendo confregit.

Ioanni abbati, qui in rupe quadam montis ſolus quinquaginta annis habitauit, & ſecum nullum ſtare permiſit, etſi ad ſe venientibus loqueretur de rupe; in ſpiritu prophetico multipliciter claruit, & abſentibus ſe contuendū præſentauit, vt dicit Hierony. qui eius vitam deſcripſit, huic. B. F. ſimilis reperitur in prophetia, vt oſtenſum eſt multipliciter conformitate. 6. iſtius 2. lib, & ſe præſentem exhibendo abſentibus, ſicut in cap. Arelaten. patuit: dum de titulo crucis ſacræ Antonius prędicaret fratribus, eoſdem benedicendo.

Apollonio, qui ad lucrandum animas adeò eſt directus, ad loca ciuitatibus propinqua, & vicina, beatus Franciſcus non diſpar huic ſancto inuenitur, quē Deus voluit eſſe non in locis ſolitarijs; ſed in alijs vt Deo lucraretur animas, quas diabolus conabatur auferre.

Paulo ſimplici in obtētu omnium, quæ à Deo poſtulaſſet: Paulus ſimplex quicquid à Deo poſcebat, obtinebat, & ſic & beatus F. nihil à

Deo

Deo petijt,quod non habuerit.

Amoni in miraculis; fecit enim Amon multa
ſigna,& virtutes: ſic & beatus.F. vt dicit con-
formitas,ideſt huius.2.lib.

Copri in infidelium conuerſione: Copres plu
res gentiles conuertit ad Chriſtum, & B.Frã.
Soldanũ Babiloniæ, etſi ipſum manu propria
non baptiazauerit, vt dicetur conformitate.
9. lib.3. Conuertit etiam.B.F. quandam do-
minam ſaracenam, quæ ad inhoneſta dum.B.
F. inuitaſſet, & ipſum ſuper prunas ardentes
ſtare conſpexiſſet: eiecta omni infidelitate,
conuerſa eſt ad Chriſtum cum pluribus alijs,
& perfectiſſima fuit.

Heleno in cordium agnitione: Helenus enim
ſanctus omnium ſuorum merita agnoſcebar,
& demerita,& ſic reuelabat eis.B.F. cordium
multorum ſecreta agnouit,& reuelauit.vt fru
ctu ſequenti dicetur.

Mutio fuit ſimilis in pietate: Fuit enim ab-
bas, Murius pius, & ſpecialiter ad infirmos.
B.F.vt dictum eſt fructu, & conformitate præ
cedenti, habuit pietatem ingenitam tam ex
dono naturę, quam grariæ, & pijſſimus fuit
omnibus ſubueniens, vt dictum eſt ibidem,&
in 7. parte habetur legendæ maioris.

Appelen in ferri igniti contactu ſine leſione;
hic operarius fuit ferri, & manu ferrum igni-
tum accipiebat ex fornace, & operabatur.B.
F. præcipiendo ferro candenti,& ignito, quã
do in ſupercilio ratione infirmitatis oculorũ
facta fuit ſibi coctura: nullam ab eo paſſus eſt
leſionem.

Pannutio in agnitione homnium virtuoſorũ,
de pluribus ſibi reuelauit Deus: & ipſorum vi
tam.B,F.multorum agnouit facta, & dicta, ꝑ
ut ſupra de ſpiritu prophetiæ dictum eſt con-
formitate.6.huius.4. lib. Ipſe enim cognouit
fratrem Rufinum canonizatum in cœlo, & fra
trem Bernardum de Quintaualle eſſe de com
menſalibus regni Dei;& ſic de alijs: prout fra
tribus dixit.

Iſidoro in fratrum regulatione: habuit enim.
Iſidorus monaſterium valde regulatum,& or
dinatum: vt habetur in vitis patrum.B.F.tam
ipſe,quàm fratres ſui, & præcipuè ſocij ſum-
ma religione ordinati, videlicet regula Apo-
ſtolorum,& domini Ieſu Chriſti, vt dicit Pa-
pa Nicolaus.3. in regulę declaratione, vt di-
ctum eſt conformitate.9.primi lib.

Serapioni in fratrum multiplicatione: habuit
enim Serapion bene decem millia monacho-
rum: Sed plures habuit.B. F. viuendo,& poſt
mortem,vt dictum eſt conformitate.8. primi
libri.

Apollonio in martirij deſiderio: fuit enim
hic Apollonius re martir, ſed Franciſcus vo-
luntate.

Dioſcoro in fuga mulierum: omni modo me-
moriam,& præſentiam earum fugiendam di-
cens.B.F. nullam cognoſcebat in facie;& ipſa
rum conſortia fugienda mandauit tam in re-
gula,quàm in legẽda parte 5. legẽdæ maioris.

Amonio in plenitudine gratiarum: omnium
enim poſſeſſor eſſe videbatur.B.F. ꝙ gratiarũ
plenitudinem, & ſufficientiam habuerit, & in
iam dictis conformitatibus oſtendunt pręnar
rata, & ſpecialiter præſens, dum eum ſimilem
cunctis ſanctis in donis declarat,& gratijs.

Euagrio in ſpirituum malignorum cognitio-
ne; habuit enim gratiam ſingularem diſcernẽ
dorum ſpirituum malignorum.B. F. ſpirirus
malignos & cognouit, & eorum tentationes
circa multos diſcreuit.

Fratri maximam patienti tentationem,& præ
dixit,& eum ab ipſa liberauit.Quendam aliũ
à diabolo tentatum de obſeruantia nimia ſi-
lentij, & agnouit & oſtendit.Fratrem Thomã
de Spoleto à diabolo decipi percepit, & ab
ordine exiturum declarauit. Sic & fratrẽ Ru-
finum à diabolo tentari deprehendit, & libe-
rauit, & ſic de alijs pluribus: vt in ſuperiori-
bus eſt dictum. Machario Egyptio in ſolitu-
dinis dilectione: fugit enim totis viribus ho-
mines.B. F. loca ſolitaria valde dilexit: patet
de locis, quæ ipſe accepit. de monte Aluer-
næ: Compatrum Grecij: Sancti Vrbani,& ſic
de alijs locis ſolitarijs. Multa enim adhuc ho
die ſunt in pluribus prouincijs,& cauſa qua-
re hæc loca.B. F. capiebat erat, vt Deo libe-
rius vacaret.

Amoni alteri à prius dicto in caſtitate,qui prę
dicatione ſua ſuã cõuertir coniugẽ: quãdo ſi-
mul eſſe debebat.B.F.caſtiſſimus fuit, & pu-
riſſimus, vt ſtatim dicetur.

Piamoni in humilitate, qui humilitate ſingu-
lari præfulſit.B.F. ꝙ fuerir vere humilis ſupe-
riora oſtendunt.ſ.conformitas.5.huius.2.lib.

Hor fuit ſimilis in agnirione, & ſcientia;poſ-
ſedir enim diuinitus ſcientiam, & non huma-
nitus,ſic & B.F.vt dicit pars.11. legendæ ma-
ioris.

Amoni in pœnitentia: iſte Amon præfuit mo
naſterio Labenoſinorum; qui magnam exer-
cebant pœnitentiam. De pœnitentia beati
Franciſci habes ſupra conformitate.9. huius.
2. libri.

Beno in manſuetudine: hic Beno omnes ho-
mines manſuetudine excedebat. ſic B.F. be-
nigniſſimus,& manſuetiſſimus fuit;quod ani
malia volatilia,& natatilia, ac homines atte-
ſtata ſunt, prout.8. pars maioris legendæ de-
clarat.

Theoni in ſilentio; qui 30. annis clauſus in
cella ſilentij continuam cuſtodiam habuit.B.
F.& ſilentium tenuit; & ſeruandum fratribus
indixit.vt dicit 5.pars legendæ maioris.

Frontonio in ſanctæ fiducię in Deum poſitio-
ne,& ſuæ prouidentiæ commiſſione: hic Fron
tonis ad Eremum cum ſuis fratribus acce-

dens, diuinæ voluntati ſe totaliter committens: ei dominus omnia, & ſuis fratribus tráſmiſit copioſè B. F. vt dictum eſt conformitate præcedenti in ca. Aſiſij: vbi fuerunt vltra quinque millia fratrum, & multotiens diuinæ prouidentię ſe committens, à domino de neceſſarijs affluenter eſt ſibi, & fratribus ſuis, & alijs prouiſum. Reuertenti de Iſpania, & in firmo Deus autem coctá prout optarat tranſmiſit.

Arſenio in luctu: ſemper beatus Arſenius plorauit in vita ſua, & ſic fecit in morte. Beatus F. ex fletu lumen amiſerat oculorum. Martino in veſtis ſuperfluę vitatione: noluit enim à ſorore recipere. beatus F. duplicibus dimiſsis, & non cogitando de craſtino; omnia ſuperflua à ſe reſecauit.

Paſtori in fuga vanagloriæ: vitabat enim miracula facere, hac de cauſa. B. Fran. deteſtator fuit omnis gloriæ, & amator omnis oprobrij, & contumeliæ, vt dictum eſt conformitate. 7. huius. 2. lib.

Pemen in contemptu parentum: nolebat. n. hoc abbas aliquem videre, & B. F. patri renunciauit coram epiſcopo Aſsiſij: patrem qui in cœlis eſt eligendo.

Pantho in ſuperatione voluptatis carnalis: hic magno tépore tentatus fuit, & gratia Dei ſuperauit. B. F. apud Eremum de Sartiano tétatus vehementer, ſe nudando, & in foueam niue, & glacie plenam volutando tentationé effugauit.

Amonio in fugiendo ſtatus altitudinem: noluit enim eſſe Epiſcopus. B. F. noluit eſſe prælatus, immo officium generalatus renunciauit.

Pambo in deſpectu diuitiarum: contempſit enim diuitias B. F. nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam habere aliquid voluit.

Beniamin in patientia; fuit enim hydropicus. Sic & B. F. hydropicus, & patientiſsimus, vt dicit. 14. pars legendæ maioris.

Nathanael in propoſiti firmitate, vt non exiret de cella propoſuit, & ſeruauit. Sic B. F. in ſancto propoſito omnium ſemper permanſit.

Eulogio leproſis ſeruiendo: ille vni. Beatus autem F. pluribus ſeruiuit.

Beato Benedicto abbati: ſe ad inſtar. B. Benedicti abſentibus præſentando: Benedictus fratribus de nocte: Franciſcus de die in oſtio capituli in remotis exiſtendo.

Pacomio, qui primus (vt dicit Ioachim in libro cócordiæ) inſtituit regulam monachorũ: Sic B. F. primus inſtituit regulam fratrum minorum.

Beato Papæ Gregorio in pauperum ſubuentione; ille enim omnibus ſubueniebat, & B. F. omnia, quæ habere poterat, & habebat pauperibus erogabat. B. Martino: pacem procurando. B. F. pacem primus mundo prædicando, à Deo præmonitus de hoc ſpecialiter.

B. Bernardo in deuotione ad Virginem glorioſam: virginis glorioſæ beatus F. deuotiſsimus fuit, & ipſam eſſe ſui ordinis aduocatam impetrauit à Chriſto, & obtinuit. Sic ergo præ fatis apparet quomodo beatus Fr. fuit ſimilis ſanctis confeſſoribus, & conformis.

Septimo, beatus F. fuit ſimilis doctoribus; verbum Dei prędicádo vbique. Ad hoc enim miſſus eſt à domino, & de hoc mandatum à Papa Innocentio accepit, quod expleuit efficaciſsime: caſtra, ciuitates, prouincias, & villas circuiendo, ac prædicatione vita, & ſignis multos à ſalute longinquos ad dominum conuertit, vt in primo lib. 8. & 9. & 12. conformitate patet. Doctorib. ſimilis.

Octauo & vltimo fuit ſimilis beatus F. ſacris Virginibus, & hoc in corporis puritate: Nam virgo fuit puriſsimus, quod claret. Fran. probatur virgo.

Primo ex viſione fratris Leonis ſocij ſui: fuit enim eidem diuinitus reuelatum, ꝙ B. F. erat virgo puriſsimus: Vidit enim beatum Fran. in monte altiſsimo poſitum in medio arborum viridiſsimarum liliorum, & roſarum; & erant ibi aues dulciſsimè cantantes, & beatus Fran. habebat in vtraque manu roſas, & lilia, & dictum eſt fratri Leoni, ꝙ mons ille erat altiſsima virginitas: & beatus Fran. in vtraque manu habebat roſas, & lilias; quia erat virgo, & mente, & corpore.

Secundo patet hoc, quia frater Leo prædictus confeſſor fuit bea. F. nec audiuit vnquá ipſum bea. F. de hoc ſe inculpare.

Tertio apparuit, ꝙ fuerit virgo: quia ſe nudauit coram Epiſcopo Aſsiſii, & alijs, & femoralia ipſa patri dedit, quód vtique non feciſſet ſine magno rubore ſi pollutus fuiſſet.

Quarto hoc arguit ſtigmatizatio. B. F. facta in eius carne: Decebat enim, ꝙ non in corpore aliquádo polluto, ſed incontaminato illa beata ſtigmata imprimerentur, & non ſolum. B. F. dilexit in ſe, & habere voluit hãc puritatẽ: ſed & fratres ſuos præcipiendo vitare conſortia, & colloquia mulierum. Requiſitus ad facinus per mulierem ſaracenam; eam (vt dictum eſt miraculo magno) ad fidem conuertit. Similiter & aliam mulierem in palatio Federici Imperatoris ſtudioſè cum ipſo clauſam, conuertit ad bonum ſuper prunas nudatus, & illeſus iacendo. Fratres ad monaſteria omnino prohibebat accedere, & fratri, qui ad monaſteriũ acceſſit ignorans ꝙ beato F. diſpliceret, mandauit propter talem acceſſum: ꝙ per multa milliaria nudus iret in niniũ frigore, quod & fecit. Sic ergo in puritate mentis, & corporis bea. F. ſanctis virginibus extitit ſimilatus. Quapropter omnibus iam dictis apparet euidenter, ꝙ beatus F. fuit operator virtuoſiſsimus; quia omnibus ſanctis ſimilis, & conformis in pręcipuis eorum virtutibus, & virtuoſis operibus,

bus, & conſequenter q eum ſimilem fecit in gloria ſanctorum, prout in ſermone prologi huius operis eſt dictum; & claret q vita beati Fran. ad inſtar vitæ domini noſtri Ieſu Chriſti ſpectabilis eſt ab omnibus acceptanda, & ſequenda, prout dicit. 2. pars huius conformitatis, videlicet Franciſcus operator. ſ. virtuoſus, & ſic dictę 2. partis patet expoſitio.

FRVCTVS XIIII. ET CONFORMITAS. 2. libri quæ eſt in ordine. 26. videlicet. Ieſus candor ſignabilis. Franciſcus indagator. Expoſitio primæ partis. ſ. Ieſus candor ſignabilis.

De diuinitate, & hūanitate ſaluatoris.

SALVATORIS noſtri diuinitas, & ſi atteſtata fuerit. Primo à ſupercęleſtibus; vtpote à Deo patre: qui primo ipſo Ieſu baptizato inclamauit è cęlo dicens. Hic eſt filius meus dilectus; in quo mihi bene cō placui. Secundo in transfiguratione in monte dicens, coram tribus teſtibus, ſcilicet Apoſtolis. Petro, Iacobo, & Ioanne. Hic eſt filius meus &c. ipſum audite. Tertio circa tempora paſsionis poſt Lazari ſuſcitationē, ipſo Ieſu dicente patri. Pater: clarifica filium tuum, & vox patris audita eſt dicens. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Atteſtatus eſt etiam pater diuinitatem Chriſti, ipſi tradendo poteſtatem omnium: Nam pater omnia dedit ei in manibus. Quare ipſe Chriſtus dicebat iudęis. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, ipſa perhibent teſtimonium de me. Atteſtatus eſt ſpiritus ſanctus tertia in trinitate perſona Chriſti diuinitatem, quando ipſo Chriſto baptizato deſcendit ſuper eum corporali ſpē, ſicut columba, vt Ioannes Baptiſta vidit, & teſtimonium perhibuit. Spiritus ſanctus etiam reſtimonium dedit Chriſti diuinitati ſanctos Apoſtolos ſe replendo: quo repleti per totum mundum prędicauerunt Chriſtū verum Deū eſſe.

Matth. 4. Matth. 17. Ioan. 12. Ioan. 13. Ioan. 10. Ioan. 1.

Secundo Ieſu diuinitas declarata fuit à cęleſtibus: vtpote à ſanctis angelis, videlicet.

Primo ab angelo Gabriele; qui miſſus ad B. Mariam inquit. Concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, & ſequitur. Filius altiſsimi vocabitur, & ſequitur. Quod. n. ex te naſcetur ſanctum; vocabitur filius Dei. (Lucæ 1.)

Secundo ab Angelo præmonente Ioſeph, vt acciperet Mariam coniugem ſuam, quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt, & ſequitur. Pariet filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum: quare & Deus. (Matth. 1.)

Tertio ab angelo eius ortum paſtoribus nunciando. Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus eſt vobis hodie ſaluator &c. (Lucæ.)

Quarto ab Angelo, & Angelis in eius ortu; gloriam Deo. ſ. ipſi Chriſto patri, & ſpiritui ſancto in altiſsimis decantantibus. (Lucæ 2.)

Quinto ab Angelis, qui poſt ieiunium. 40. dierum acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Oſtenderunt enim Chriſtum eſſe veraciſsimum, aliter enim ad ipſum non acceſsiſſent. Et cum Chriſtus, qui eſt veritas dicat. Ego, & pater vnum ſumus, quare propoſitum. Angeli etiam perhibendo Chriſtum vere à mortuis reſurrexiſſe: quia virtute eius diuinitatis eſt factum: hic teſtimonium dant eius diuinitati. (Matth. 4. Ioan. 10.)

Tertio à rōnabilibus affirmata eſt Ieſu Chriſti Deitas, videlicet à mundi hominibus, & in generali, videlicet in eum credendo. Quęlibet enim natio in eum credidit Apoſtolorum prædicatione, & aliorum, & Deum eſt profeſſa. Indi per Thomam, & Bartholomeum. Ethiopes per Matheum. Perſę per Simonem, & Thadęum. Siri per Philippum. Græci per Ioannem euangeliſtam, & Paulum. Italici per Petrum, & Paulum. Iudei per omnes Apoſtolos; & ſpiritualiter per Iacobum minorem, & Simonem eis in epiſcopos Ieroſolimorum datos. Aegyptij per Marcum, & ſic de alijs mundi nationibus, iuxta enim pſal. In omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum. Quare prædicatione eorum, factum eſt, vt omnis natio Chriſtum crederet Deum; etſi non omnes nationes: ſed in ſpirituali, quia ante Chriſti ortum totus mundus in duas gentes diuidebatur videlicet in iudeos, & alios iſraelitas; qui Deū uerū colebant, & gentiles, qui idolis per cultum ſeruiebant: dns noſter Ieſus Chriſtus habuit de ſua Diuinitate teſtimoniū. Primo à iudeis. Secūdo à gentilibus, & paganis. Primo dico qd Chriſtus habuit de ſua Deitate teſtimoniū ab Iſraelitis & Iudeis. Primo ſcilicet à ſanctis prophetis, qui prædixerunt venturum meſsiam Chriſtum ſcilicet fore Deum & hominem, & hoc verbis expreſsis: vt patet per Iſaiam dicente. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis: ecce humanitas, ſequitur. Vocabitur nomen eius Deus fortis &c. Tranſlatio caldaica. Vocabitur Deus fortis permanens in ſecula meſsias; ecce Deitas. Per Ieremiam. Ecce dies veniunt: dicit dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. Tranſlatio caldaica. Statuam meſsiam iuſtum: ecce humanitas, & ſequitur. Et vocabunt eum dominus iuſtus noſter. In hebreo ponitur nomen Dei tetragrammaton; quod eſt nomen ſolam eſſentiam Dei ſignificans ſecundum Rabi Salomonem. Per Baruch. c. 3. hic eſt Deus noſter; & non extimabitur alius ad eum: ecce Deitas. Poſt hoc in terris viſus eſt; & cum hominibus conuerſatus

Chriſtus à pluribus teſtimonium habuit de ſua Diuinitate. Iſa. 9. Hiere. 24. Baruch. 3.

Miche.5. tus eſt: ecce humanitas. Per Micheam. Tu bethleem terram effrata, & ſequitur. Ex te exiet dux: ecce humanitas. Et egreſſus eius à diebus
Dan. 9. æternitatis: ecce Deitas. Per Danielem. Cum venerit ſanctus ſanctorum, & ſequitur. Poſt hoc interficietur Chriſtus &c. In ſacro eloquio multi ponunt Deitatem meſsiæ: & humanitatem declarantes de ipſis prophetis. Sancti etiam prophetæ prædixerunt de ſingulis actibus vitæ meſsiæ, vt dictum eſt conformitate prima primi libri, ac etiam tempus determinate ſui aduentus poſuerunt, ſicut patet per pro-
Gen. 49. phetiam Iacob. Non auferetur ſceptrum de iuda &c. donec veniat qui mittendus eſt: & ip-
Dan. 9. ſe erit expectatio gẽtium. Per Danielem. Poſt 70. hebdomodas annorum &c. Prophetia Iacob impleta fuit tẽpore Herodis aſcalonitæ: qui fuit rex iudeorum, & non fuit iudeus, ſed idumeus. Prophetia Daniel impleta eſt decimooctauo Tiberij Imperatoris anno ergo meſſias tempore illo venire debebat. Ad propoſitum cum nullis poſsit dari temporibus præfatis alius Meſsias, quam Ieſus Mariæ filius; quẽ vetum fuiſſe meſsiam, multa probant, ut dicetur. Ac omnia, quæ de Meſsia ſunt dicta, impleta ſunt ad litteram in Chriſto, vt dictum eſt conformitate .1. primi lib. Quare concluditur, quod ſancti prophetæ de Chriſto prædixerunt eum Deum, & hominem futurum, & per conſequens de eius Diuinitate perhibent teſtimonium.

Psal.71. Secundo à ſanctis regibus, ſcilicet Dauid: qui
Psal. 109. pſal.71. qui incipit. Deus iudicium tuum regi da &c. & pſal. qui incipit. Dixit dominus domino meo, clariſsime oſtendit, & humanitatem Chriſti, & Deitatem.

Tertio à ſanctis, & iuſtis hominibus videlicet. Primo à S. Zacharia patre Ioãnis Baptiſtę: qui in pſal. quẽ edidit. Benedictus dominus Deus
Luce 1. Iſrael &c. & habetur ibidem & humanitatem ponit, & Deitatem expreſſe, vt patet intuenti. Secundo à Ioanne Baptiſta, qui eius agnita incarnatione, & aduentu, Maria matre eum ferente in vtero: quando aſcendit montana cũ feſtinatione: clauſus in vtero exultauit in gaudio, qui Ioannes perhibuit teſtimoniũ videndo ſpiritum ſanctum ſuper Chriſtum, quem baptizauit deſcendentem dicẽs, quoniam hic
Ioan. 1. eſt filius Dei. Io. 1. Qui etiam teſtimonium per-
Ioan. 1. 4. hibuit Chriſto de incarnatione, & Deitate, vt habetur.

Tertio à S. Heliſabeth mare Ioannis baptiſtæ,
Luce 1. quæ ſalutata à Maria ſtatim agnouit Deitatẽ, & humanitatem filij Mariæ, & exclamans dixit. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, vt mater domini mei veniat ad me &c.

Quarto à paſtoribus, qui vt habetur ab ange-
Luce 2. lo de ortu Dei in carne illuſtrati, venerũt feſtinantes: & ſic inuenerũt, ut dictum eſt ad illos, vnde paſtores laudauerunt, & glorificauerunt Deum.

Quinto à S. Simeone qui reſponſum à ſpiritu Luce 2.
ſancto accepit, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum dominum vidit, & teſtimoniũ perhibuit, & humanitati, & Deitati Chriſti di. Nunc dimittis ſeruum tuum, & ſequitur. Viderunt oculi mei ſalutare tuum &c.

Sexto à S. Anna filia Phanuelis, quæ de Deita- Luce 2.
te eius loquebatur omnibus qui expectabant redemptionem Iſrael: redemptorem mundi eum proclamando, & conſequenter Deum.

Septimo à B. Andrea nondum Chriſti diſcipulo: Chriſtus teſtimonium de ſua Deitate accepit dicente de Chriſto. Inuenimus Meſsiam, Ioan. 1.
qui interpretatur Chriſtus.

Octauo à Nathanael dicente Chriſto. Tu es fi- Ioan. 1.
lius Dei: tu es rex Iſrael.

Nono à B. Petro, qui interrogatus à Chriſto. Quem dicunt eum Apoſtoli eſſe? Reſpondit Matth. 16.
pro omnibus. Tu es Chriſtus filius Dei viui.

Decimo à S. Martha, quę di. Chriſto. Ego cre- Ioan. 11.
didi, quia tu es Chriſtus filius Dei uiui, qui in hunc mundum ueniſti.

Vndecimo, Paulus confundens iudeos affir- Act. 9.
mabat, quoniam hic eſt Chriſtus.

Duodecimo. Ioſephus, qui in 17. lib. antiquitatum: de Ieſu Nazareno filio Mariæ loquens, ipſum poſuit Meſsiam fuiſſe, & conſequenter teſtimonium dat ſuæ Deitati dicens. Fuit prę- Auctoritas Ioseph de Christo.
dictis temporibus ſapiens uir Ieſus (ſi tamen eum uirum nominare fas eſt) erat enim mirabilium operum effector, & doctor hominum eorum, qui libenter ea, quæ vera ſunt audiunt, & multos quidem iudeorum, multos quoque ex gentilibus ſibi adiunxit, Chriſtus hic erat: hunc accuſatione primorum noſtræ gentis uirorum: cum pilatus eum in cruce agendum decreuiſſet: non deſeruerunt hi, qui ab initio eũ dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterũ viuens: ſecundũ quod diuinitus inſpirati prophetæ, vel hoc vel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerunt, ſed & in hodiernum diem Chriſtianorum, qui ab ipſo nominati ſunt, & nomen perſeuerat, & gentes. hæc Ioſephus.

Tertiodecimo Rabi Moiſes; qui libro de Iudicibus loquens de Ieſu Chriſto ſic inquit. Ieſus Nazarenus viſus eſt eſſe Meſsias, & interfectus fuit per dominum indicij; & ipſe fuit cauſa, ſeu meruit, vt deſtrueretur Iſrael in gladio: & vt diſpergerentur reliquiæ eorum, & ut inferiorarentur. Si ergo mors Chriſti fuit deſtructio Iſrael; iuxta Danielis prophetiam cap. 9. ipſe fuit ſanctus ſanctorum, & Deus.

Quartodecimo Iudas, qui crucem domini reperit; qui fuit perfidus iudeus: & tamen viſis miraculis credidit Chriſto, & pro eius fide martirium percepit.

Quintodecimo Duodecim ſapientes iudeorũ,

quos Silueſter Papa coram Conſtantino magno Imperatore, & Helena ſua matre ſuperās, ad fidem conuertit: & præfati omnes iudęi fuerunt, & aliqui Chriſti fuerunt hoſtes: & ſi poſtea aliqui Chriſtiani, qui Deitati Chriſti teſtimonium perhibuerunt, ſic ergo patet, quod iudæi teſtimonium Deitati Chriſti dant, & dederunt.

Secundo habuit Chriſtus teſtimonium de ſua Deitate à gentibus, & paganis.

Prophetię Sibillarū de Deitate Chriſti. Et primo à ſibilla, quæ fuit tempore troiani belli: Quæ teſtimonium peribens Chriſti Deitati ſic inquit. In ultima ętate humiliabitur Deus, & humiliabitur proles diuina: iungetur humanitati Deitas: iacebit in fœno agnus: & puellari officio educabitur Deus, & homo, & multa dicit de vita, & Chriſti miraculis: prout dictum eſt conformitate 1. lib. 1. vide ibi.

Secundo à Sibilla, quæ fuit tempore Nummæ pompilij ſecundi regis romanorum: Quę in expoſitione de nouem ſolibus viſis à centum ſenatoribus: per nouem ſoles exponens ætates, & generationes: multa dicit de Chriſto prout conformitate 1. iſtius a. lib. eſt dictum dicit enim prout ſpectat ad propoſitum ſic. Quartus ſol, quarta generatio eſt. Erunt homines quod verum eſt abnegantes: & in diebus illis exurget mulier de ſtirpe iudęorum nomine Maria: & habebit ſponſum nomine Ioſeph: & procreabitur ſine commixtione viri de ſpiritu ſancto filius Dei nomine Ieſus: & ipſa erit virgo ante, & poſt partum. Qui vero ex ea naſcetur erit verus Deus, & verus homo: ſicut omnes prophetę prędicauerunt &c.

Tertio à Sibilla Tiburtina: quę Octauiano Imperatori oſtendit in circulo ſolis in cœlo virginem, & filium: qui eſſe Deus, & homo debebat; quem Imperator adorauit.

Quarto à ſanctis Magis: qui eo nato in diebus Herodis Aſcalonitæ venerunt Deum adorare iam natum, & ſic fecerunt, vt habetur.

Matth. 2. Matth. 8. Quinto à Centurione habitante Capharnaum, de quo, qui eius Deitatem confeſſus eſt di. Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.

Matth. 15. Sexto à Centurione ipſum tempore paſsionis cuſtodiente, qui viſis quæ fiebant, inquit. Vere filius Dei erat iſte homo.

Septimo à Dionyſio Ariopagita tunc puro philoſopho, & non Chriſtiano, qui apud Aegiptū tempore paſsionis Chriſti exiſtens; cum vidit ſolem obſcurari, & per tantum tempus dixit. Aut Deus naturæ patitur; aut machina mundi diſſoluetur: demum cognoſcens Deum in homine Chriſto paſſum; & Chriſti nomine inuocato ab ipſo Dionyſio ſuper cęcum illico illuminatum; ſtatim ad fidem Chriſti conuerſus eſt.

Octauo à Pilato; qui Chriſtum miracula fecisſe; quod ſolius Dei eſt: vt dictum eſt conformitate 1. huius a. lib. & à mortuis reſurrexiſſe: in Epiſtola directa Tiberio Imperatori perhibet teſtimonium dicens ſic. Claudio ſuus pontius ſalutem. Nuper accidit, & ipſe probaui iudæos ſe, & ſuos poſteros in crudelem damnationem per iniuſtitiam deieciſſe; nam cum promiſſum haberent quidam eorum à Deo, q̄ illis de cœlo mitteret ſanctum ſuum; qui eorum rex merito diceretur. Illi cum habuiſſent, & vidiſſent eum cęcos illuminaſſe; leproſos mundaſſe; paraliticos curaſſe; demones ab hominibus fugaſſe; mortuos reſuſcitaſſe, dixerunt illum principes ſacerdotum inſidiantes ei Magum eſſe: mihique eum tradiderunt, & alia pro alijs mentientes contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita eſſe, & flagellatum tradidi arbitrio eorum; at illi crucifixerunt eum: & eidem mortuo, & ſepulto cuſtodes adhibuerunt. Ille vero militibus meis cuſtodientibus eum, tertia die reſurrexit. Sed in tantum exarſit nequitia eorum; vt darent eis pecunias dicentes. Dicite quia diſcipuli eius nocte corpus eius rapuerunt. Veruntamen milites cum accepiſſent pecuniam, id quod factū eſt, tacere non potuerunt. Nam & illum reſurrexiſſe; & ſe à iudæis pecuniam accepiſſe atteſtati ſunt: hoc autem ideo ſcripſi ne aliquis aliter referens mentiatur: & exiſtimet credendum eſſe mendacijs iudęorum, hoc Pilatus.

Pillati Epiſtola ad Tiberium de Chriſto.

Teſtimonium Platonis de Chriſti futura pati. ex virgi. Nono à Platone philoſopho (vt creditur) cuius corpus Conſtantinopoli inuētum eſt tempore Conſtantini, & Hirenæ matris eius; ad caput cuius erat lamina aurea: vbi ſcriptum ſic erat. Chriſtus naſcetur ex virgine Maria; credo in eum. Sub Conſtantino, & Hirenæ Imperatoribus iterum videbis me ò ſol.

Decimo à libro reperto a iudæo in quodam ſaxo apud Toletum; tempore Fernandi regis Caſtellæ; qui triplici littera ſcriptus erat videlicet hebraica, græca, & latina: & loquebatur de triplici mundo: principium tertij mundi ponens in Chriſto dicens. In tertio mundo filius Dei naſcetur de virgine Maria; & pro ſalute hominum patietur. Et erat ibi ſcriptum, quod tempore dicti regis liber ipſe reperiretur.

Verſus ſibillæ ſi. iudicio. Vndecimo à Sibilla Erithrea; quæ multa prophetizauit de iudicio finali vaticinando. In græco enim de iudicio finali fecit plures verſus; quorum litteræ capitales conſtituunt iſtas quinque dictiones: vt patet intuenti etiam ipſos verſus in latinum traſlatos: quos B. Auguſtus 19. de ciuitate Dei poſuit, dictiones ſunt iſte videlicet. Iſos, Chriſtos, theu, yos, ſothir: quæ ſonant Ieſus Chriſtus filius Dei ſaluator. Verſus ſunt iſti in latinum tranſlati. Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet. E cęlo rex adueniet per ſecula futurus &c.

Duodecimo à Calcidio; qui ſuper thimeum

Platonis

Platonis ponit de ſtella creata in Chriſti natiuitate; vbi loquens de ſtellis, & ſtella prædicta dicit, quod nõ fuit mortes, & morbos denuncians: ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanæ conuerſationis rerum mortalium gratiam. ſequitur. Quam ſtellam cum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldeorum profecto viri ſapientes; & in conſideratione rerum cœleſtium ſatis exercitati; quęſiſſe dicuntur recenteni ortum Dei: repertaq; illa maieſtate puerili veneratos eſſe, & vota tanto Deo conuenientia nũcupaſſe. Iſti ſapientes Chaldeorum ſancti Magi fuerunt, qui ſtella, vt ipſi profeſſi ſunt: eum adorare, vt Deum venerunt, vt habetur. Et iſti Magi vna cum præfatis gentilibus Deitati Chriſti, dant verum, & laudabile teſtimonium.

Math. 2.

Tertio inſinuata eſt Deitas Chriſti ſuperbis demonibus; qui Chriſtum contra voluntatem eorum Deum clamauerunt, & dixerunt, vt habetur per ora duorum hominum clamabunt dicentes. Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? Et legio demonum habitans in homine dicebat. Quid mihi, & tibi Ieſu fili Dei altiſsimi. Et alibi etiam inuenitur diabolum dominum Ieſũ filium Dei vocaſſe. Sed quod à diabolo Deitas Chriſti ſit declarata; dictum eſt conformitate 9. huius 2. lib. vbi oſtenſum eſt poteſtate Chriſti, genus humanum à diaboli manibus liberatum, ac Chriſti nomine, & crucis ſigno: non ſolum à ſanctis, verum etiam ab alijs virtutem demonis comprimi, & eneruari: ſicut patuit de iudeo, qui in templo veteri idolorũ ad dormiendum ſe ponens; ſignauit ſe crucis ſigno: quo à diabolo extitit mirifice præſeruatus, vt ait B. Greg. 3 lib. dial.

Math. 8.

Math. 5.

Quarto indicata eſt Deitas Chriſti à portentis, & miris operibus: Chriſtus enim multa, & miranda fecit miracula, non unius generis, ſed diuerſorũ: & non in uno elemento, ſed in multis: non in iuuentute ſolum, ſed etiam in ſuo ortu: non in viuis tantum; ſed etiam in mortuis: non tantum in hominibus, ſed etiam in alijs creaturis: non tantum in uita; ſed in morte, & poſt mortem: non tantum in præſentia; ſed in abſentia corporali: non tantum in terra; ſed etiam in mari: nõ ſolum in hominibus; ſed etiam in demonibus: non tantum hic in mundo; ſed etiam in cęlo: quod ſuper eũ apertum eſt: non tantum per ſe; ſed & per alios: nõ ſolum in uno tempore; ſed omni tempore: nõ tantum in uno populo; ſed in omni nationes non ſolum in corporibus: ſed etiam in animabus, & uoluntatibus, ut dictum eſt conformitate prima huius 2. Et quia maiora facta ſunt miracula per Chriſtum, quam per ſanctos veteris teſtamenti. Plus enim eſt ſuper aquas ambulare, quã eas diuidere, vt fecit Moiſes, Elias, & Eliſeus. Plus eſt aquam in vinum conuertere, quam de amaritudine in dulcedinem, vt egit Moiſes, & Eliſeus. Plus eſt de quinque panibus quinque millia hominum paſcere, quam manna gentes ſaturare. Plus eſt corpus ſuum glorioſum oſtendere, quam nube populos operire, & protegere. Plus eſt ſolo verbo, & imperio mortuos ſuſcitare; quam precibus. Plus eſt in igne martires ſine lęſione tenere, quam ignẽ de cœlo facere deſcendere. Plus eſt corpus ſuũ in cibum, & ſanguinem ſuum in potum dare, quam 40. annis pane de cœlo deſcendente cibare. Plus eſt genus humanum à diaboli manibus liberare, quàm à Pharaonis manibus populum Iſtaeliticum remouere. Plus eſt quatriduanum ab inferis reuocare, quam vnius diei mortuum ſuſcitare. Plus eſt ſe mortuum viuificare, quam alios ad vitam reuocare, & deducere. Plus eſt umbra Petri languores curare, quam tactu. & ſic de alijs, quæ facta ſunt in veteri teſtamento. Et quod maius eſt inuocatione nominis Chriſti: omnis creatura mutatur patet ſine difficultate, & Chriſto Deo inuocato in omnibus ſubditur, & proſtratur, vt patet de miraculis factis per ſanctos homines, & quæ fiunt cõtinue. Si ergo miracula veteris teſtamẽti Deo attribuũtur, merito omnibus penſatis miracula, quæ Chriſtus ęgit, & quæ hodie fiunt, & quæ facta ſunt per ſanctos: Deum eũ eſſe proclamant, & atteſtantur: nec dicta miracula poſſunt per artem necromantiæ fieri, vt dictum eſt conformitate 1. huius 2. lib. nec Chriſtus fuit necromanticus, ſed ſanctiſsimus vt præcedens conformitas euidenter oſtendit. Quomodo etiam virtute diaboli fierent ſigna ad ipſum deſtruendum, & confundendum, & cultum idolorum, & conſequenter diabolum omnino proſternendum. Inſuper Magi, & incantatores, ac alij malefici omnia præfata aſſicientes: facti ſunt fideles Chriſtiani, & ſanctiſſimi uiri, prout patet de Hermogene, Cipriano, & alijs in ſanctorum legendis.

Comparatio quę ſint maiora miracula.

Quinto Deitas Ieſu eſt comprobata à ſuis inimicis & hoſtibus. Si loquimur de iudæis.

Primo ipſi principatu carent, & ſceptro, quo probatur aduentus iam fuiſſe Meſsiæ: iuxta prophetiam Iacob.

Gen. 49.

Secundo vnctio in eis ceſſauit, quod vtique in aduentu eſſe meſsiæ debebat, iuxta dictum Danielis.

Tertio templum eorum eſt deſtructum, iam ſunt 1300. & vltra anni. Et domus illa iuxta dictum Aggei deſtrui non debebat: niſi impleretur gloria domini: quare ex quo deſtructa eſt; fuit plena gloria: ſcilicet perſona Chriſti; qui fuit Deus, & homo: ad quam paruulus deductus à matre, fuit ibi præſentatus, & demum multipliciter ſua præſentia prædicante glorificata.

Quarto quia in eis eſt ſequuta deſolatio, quæ iuxta prophetiam Danielis 9. cap. poſt Chriſti mortẽ eſſe debebat. Quæ deſolatio eſt indeo-

tum

rum diſperſio, & captiuatio; quæ cunctis alijs ante habitis eſt magis generalis: quia omnes ſunt diſperſi. Diuturna, quia iam 1380. & plus annis. Opprobrioſa, quia venditi fuere: vt dicit Ioſephus iudeus 30. pro vno denario. Tædioſa, quia apud omnes nationes, ſectas, & leges odio habentur. Doloroſa, quia ſine conſolatore, & propheta: quod nunquam fuit. Vituperoſa, quia nulla eſt natio, quæ non habeat ſedem, vel locum proprium, aut non acquiſierit iudæis exceptis. Irremediabilis, quia ſecundum Danielem ſemper ſtabit, ſi enim iudæi à ſua terra captiuabantur, & in terra propria ſeruituti ſubdebantur per idolatriam, vt patet in ſacra ſcriptura: & per conſequens accipiendo à Deo honorem per cultum: ſequitur quod propter maius peccatum ſic grauiter à Deo in præſenti vita puniantur. Et nõ certe, niſi quia in perſona Dei ſcilicet in humanitate à Dei filio aſſumpta, fecerunt tot horrẽda, & iniqua: vnde merito ad Chriſtum nolentes conuerti, ſic puniuntur, & vexantur. Si vero loquamur de alijs Chriſti hoſtibus, ſcilicet de Romanis imperatoribus; qui ſanctos martires, & in ipſis Chriſtum perſequuti ſunt totis viribus: nonne omnes perierunt crudeli morte? vt patet de Nerone; qui ab imperio depoſitus in domicilio quodam extra Romam: palo ſibi fixo in ventre obijt. De Domiciano; qui à ſenatu romano ob crudelitatem interfectus eſt. De Decio; qui à diabolo arreptus deceſsit. De Diocletiano: q primo ab imperio depoſitus, deinde ſtrangulatus eſt. De Maximiano; qui coactus imperiũ deponere à ſocero ſuo Conſtantino Imperatore; cui parabat inſidias, occiſus eſt. De Maxentio; qui victus à Conſtantino apud pontem molium, morti ſuccubuit.

Mors Neronis, & multorum aliorum Imperatorum.

De Valeriano, qui captus à Perſis dum vixit carceri mancipatus: & regi eorũ equum aſcendenti, dorſo, ſemper ſcabellum fuit. De Gallo ſeuero Voluſiano, Antonio, Conſtante, Valente, Iuliano, Totila, Theodorico, & ſic de alijs, qui fidem Chriſti impugnauerũt, omnes gladio occubuere. Si vero loquamur de hæreticis, qui conati ſunt oſtendere Chriſtum non fuiſſe Deum, vt Arrius, & ſibi adhærentes: videamus quid eis contigit. Arrius enim in medio ciuitatis Conſtantinopolitanæ, dum ad ſecreta naturæ iuiſſet; emiſſus interioribus omnibus, expirauit. Sic Leo Papa arianus præfata morte tempore Hilarij epiſcopi pictauienſis deceſsit. Et quia nimis eſſet prolixum omnium proſequi hyſtoriam hoſtium Chriſti: ſufficiat hoc pro concluſione: quod nullus fuit, qui auſus fuerit in aliquo Chriſti Deitatem, vel humanitatem aſſumptam à Deitate in vnitatem perſonæ maculare, vel negare: quod diuinam vltionem non fuerit ante mortem, & cũ morte expertus.

De cruce & nomine Chriſti.

Sexto Ieſu Deitas experimentata eſt à mundi principibus; & hoc tam victorijs habitis. Conſtantinus Maxentium tyrannum cruce, & Chriſti nomine ſuperauit. Foca Coſdroe regẽ perſarum captum decapitauit. Theodoſius Chriſti virtute Maximum, Arbogaſten, & Eugeniũ ſolus debellauit. Gratianus multitudinem innumerabilem deiecit, & vicit. Maſſacel Gildonem comitem Affricam occupantem (potentia Chriſti inuocata) proſtrauit, de multis alijs hoc idem apparet, quæ breuitatis cauſa omitto. Quibus miraculis uiſis Chriſtum eſſe Deum verum profeſsi ſunt.

Conſtantinus leproſus baptiſmo Chriſti à Papa Siluestro recepto, mundatus eſt, & ad fidẽ conuerſus.

Copor rex Perſarũ à ſancto Ciriaco filia eius à diabolo liberata: fidem Chriſti ſuſcepit.

Abagarus rex per Apoſtolũ Thadæum à morbo, quo detinebatur, Chriſti virtute curatus, baptizatur; & ſic de multis alijs; qui miraculis viſis, & expertis: ad fidem Chriſti conuerſi, Chriſtum verum Deum eſſe omni fiducia, & conſtantia profeſsi ſunt. Multę aliæ vię ſunt ad probandum Deitatem Chriſti, videlicet gentium, & mundi ad Chriſtum conuerſione Apoſtolorum prędicatione: quam viam tangit beatus Auguſtinus vltimo de ciuitate Dei. Miraculorum aſsidua operatione inuocatione nominis Chriſti per ſanctos, quod ſolum eſt in lege, & ſecta chriſtianorum, vita Chriſti, & conuerſatione, morte, & reſurrectione, aſcẽſione, & ſpiritus ſancti in Apoſtolos miſsione. Præfatis enim vijs, & alijs pluribus Deitas Chriſti poteſt probari, immo de facto comprobatur: attamen quia prima pars huius 14. conformitatis dicit, q Ieſus eſt candor ſignabilis, ideſt nihil eidẽ quod ſit in homine latet.

Septima via ad Deitatem Chriſti comprobandam, videlicet cogitationum, cordium, & omniũ; quæ ſunt in homine eſt agnitio, & inſpectio. Hoc enim euidenter aſtruitur eius Deitas, ſcilicet cordium conſpectione. Vbi ſciendum eſt, quod vt dicit Samuel homo intuetur, 1. Reg. 16.
quæ patent: dominus autem cor intuẽtur, nec iuxta intuitum hominum iudicat. Ipſe enim Pſal. 44.
nouit abſcondita cordis. Et Sap. Deus cordis Sap. 1.
ſcrutator eſt verus. Et Iſa. Veh, qui profundi Iſa. 29.
eſtis corde, vt à domino abſcondatis conſiliũ: quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt qui videt nos, & quis nouit nos? ſequitur. Peruerſa eſt hæc cogitatio, quaſi dicat: figmentum factori ſuo non intelligis. Et Ierem. Prauum eſt Hiere. 17.
cor hominis, & inſcrutabile: & quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans cor, & probans renes; qui do vnicuique iuxta viam ſuã, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum, & multa ſimilia ponit ſcriptura. Et ideo dicit Sixtus pictagoricus. Cogitatio hominis Deum non latet, & ideo cogitatio tua pura ſit ab omni malo. Et infra dicit. Deum non latebit agẽs

iniuſtè; nec cogitans quidem. hæc ille. Cordis;
ergo inſpectio ſoli Deo competit per naturá,
qui vbique eſt, & quem nullum latet ſecretum
cordis: alij vero vident per gratiam, vt dice-
tur in expoſitione tecundæ partis huius con-
formitatis: vel per ſigna cordis comprehen-
dunt ipſum cor. Quia ergo cordis cognitio ſic
competit ſoli Deo, Chriſtus ſe oſtendendo
videre corda, & cordis cogitationes intelli-
gere; Deum proculdubio ſe eſſe oſtendit Sed
nunquid hæc fecit. Certe ſic: nam corda, &
cogitationes ſe agnoſcere oſtendit pluribus
modis, & vijs.
Primo diaboli cogitationem, & cor attenden
do, ſciuiſſe ſe oſtendit, vt ab eo tentaretur
ad deſertum pergendo.
Math. 4. Secundo cum vnum paraliticum liberaſſet, &
diceret ei, confide fili, remittuntur tibi pecca
ta tua. & cum quidam de ſcribis dicerent in-
tra ſe. hic blaſfemat: videns Ieſus cogitatio-
nis eorum dixit: vt quid cogitatis mala in cor
Math. 9. dibus veſtris &c. vt habetur
Tertio quando mulierem patientem fluxum
ſanguinis liberauit, quæ dicebat intra ſe: ſi te-
tigero tantum fimbriam veſtimenti eius, ſal-
ua ero; & Ieſus videns intentionem eius, con-
uerſus ad eam dixit Confide filia, fides tua te
ſaluam fecit. Et ſequitur, quod ſalua facta eſt mu
lier ex illa hora.
Quarto quando liberauit demoniacum, cæ-
cum, & mutum, & fecit vt loqueretur, & vide-
ret: phariſei dicebant intra ſe; hic non eijcit
demonia. niſi in belzebub Principe demonio
rum. Sequitur. Ieſus autem ſciens cogitatio-
nes eorum dixit eis: omne regnum contra ſe
diuiſum deſolabitur &c.
Quinto cum interrogaſſet diſcipulos ſuos
quem eum homines dicerent, & Petrus dixiſ-
ſet. Tu es Chriſtus filius Dei viui: Dicendo ip-
ſe Petro: beatus es ſimon Bariona, quia caro,
& ſanguis non reuelauit ſibi: ſed pater meus,
qui eſt in cœlis: proculdubio Petri mentem. &
cor cognoſcere ſe oſtendit.
Math. 16. Sexto cum matri filiorum Zebedei petenti ſeſ
ſionem regni, non reſpondit ſibi pro ſe; ſed
Math. 20. pro filijs, dicens: neſcitis quid petatis, ipſorú
mentes agnouit.
Septimo cum ſcribæ, & phariſæi cum capere
voluerunt in ſermone de tributo Cæſari dan-
Math. 22. do, vel non Ieſus cognita eorum nequitia di-
xit, vt darent quę ſunt Cęſaris, Cæſari, & quæ
ſunt Dei Deo.
Lucæ 7. Octauo quando permiſit ſe per Magdalenam
tangi: pedes oſculari, vngi, & abſtergi, phari-
ſęus dicebat intra ſe: hic ſi eſſet propheta, ſci-
ret vtique quæ, & qualis eſt mulier, quæ tan-
git eum: cui dominus oſtendit, & quid cogita
ret ſe cognoſcere, & à ſua infidelitate reuo-
care.
Lucæ 9. Nono, vt habetur quando cogitatio intrauit
in Apoſtolos, quis eorum videretur eſſe ma-
ior, & Ieſus videns cogitationes eorum cor-
dis; apprehendit puerum, & ſtatuit eũ in me-
dio eorum &c.
Decimo cum Innitatus ad prandium à quodã Lucæ 9.
phariſęo, impurificatus intrauit. Phariſæus au
tem cępit intra ſe reputans dicere. Quare non
baptizatus eſſet ante prandium? cuius domi-
nus videns cogitationem dixit: vos phariſæi,
quod deforis eſt calicis, & catini mundatis;
quod autem intus eſt veſtrum plenum eſt ra
pina, & iniquitate &c.
Vndecimo quando cęcum illuminauit, & di- Lucæ 18.
xit ei. Fides tua te ſaluum fecit &c.
Duodecimo oſtendit ſe cor agnoſcere quan-
do de Nathanael loquens ait: Ecce vere Iſ- Ioan. 1.
raelitá in quo dolus non eſt.
Tertiodecimo quando Regulo, qui ipſum de-
precabatur pro filio, eius cordis infidelitaté Ioan. 4.
videns. Ieſus dixit: Niſi ſigna, & prodigia vi-
deritis, non creditis, & de filio quod viueret prę-
dixit.
Quartodecimo oſtendit ſe totum hominem
cognoſcere, vbi dicitur, quod multi crediderunt Ioan. 2.
in nomine eius: ſequitur. Ieſus autem non cre
debat ſemetipſum eis: eo quod ipſe noſcet om-
nes: & quia ei opus non erat, vt quis teſtimo
nium perhiberet de homine: ipſe enim ſcie-
bat quid eſſet in homine.
Quintodecimo quando cognouit poſt ciba-
tionem quinque millium hominum de quin-
que panibus. Io. 6. quod venturi erant, vt facerét, Ioan. 6.
eum regem; fugit enim in montem.
Sextodecimo oſtendit cogitationes videre;
quando muliere in adulterio deprehenſa ſtan
te coram eo, & ipſo digito ſcribente in terra,
ſcilicet peccata phariſeorum: vnus poſt alium Ioan. 8.
receſsit.
Decimoſeptimo quando cognita intentione pra-
ua Iudæ Scariothis dixit ei. Quod facis, fac Ioan. 13.
citius.
Decimo octauo quando miſit Petrum, & Ioan
nem pro aſino, ad præparandum in cęnacu- Math. 21.
lo pro cęna: Et ſimiliter in multis locis ſuæ
ſacratiſsimæ paſsionis: quomodo præuidit
debere tradi in manus Pilati, & gentium, & ſic
de alijs, vt patet intuenti in paſsione ſancta.
Quibus aliiſque pluribus apparet dominum
Ieſum Chriſtum eſſe quendam candorem, &
ſplendorem ſingularem omnia intuentem, &
renes & corda ſcrutantem, & nuda eſſe omnia
oculis eius, & conſequenter eſſe Deum verũ,
qui omnia ſcit, & nouit, & ſic apparet breui-
ter declaratio primæ partis huius conformi-
tatis, videlicet. Ieſus candor ſignabilis.

SECVN-

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS, & conformitatis. 14. ſ. Franciſcus indagator. Expoſitio.

CVm conformitate ſexta parte prima iſtius ſecundi libri dictum ſit, diuinam eſ ſeuriam omnia repręſentare, omnia cernere, & videre, omnibus præſentialiter adeſſe: immo verius loquē do omnia ineſſe exiſtere.
Act. 7. iuxta dictum Apoſtoli, in Deo mouemur, viui
mus, & ſumus, corque humanum ipſi ſoli ſit apertum, & notum, ſitque omnipotens: hinc eſt ꝙ cordium ſecreta, cui quando, & quomodo vult poteſt reſerare. Sed quibus decet ſic reuelare, & de facto quibus fecit? Certe Chriſtum ſequentibus, & decuit facere, & fecit: dicente Apoſtolo.
1. Cor. 2. Nos ſenſum Chriſti agnoui-
mus: Deoq; adhærentibus voluntate dicēte.
2.Cor.5. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus cum Deo efficitur. Quapropter vt dicit Gregorius. 2. dialogorum. Si anima ſic adhærens Deo; vnus ſpiritus efficitur cum Deo: Dei ſecreta non ignorat. Et quia glorioſus pater noſter beatus. Fr. Chriſtum ſequutus eſt perfectiſsime; eique toto corde inhęſit, & opere (vt pluries eſt oſtēſum) Deus eum ſibi vniendo, & vnum ſpiritū ſecum per transformationem faciendo; ſenſum ſuum eidem reuelauit: non ſolum eum faciendo prophetam in contuitu futurorum longe diſtantium, & diuerſorum, ſed pluſquā prophetam in conſpectione cordium in homine, & abditorum: prout hæc ſecunda pars probare intendit cum dicit. Franciſcus indagator. ſ. cordium à Deo eſt factus, & ſic eſſe multiplici probatur experiētia, & documēto.
Primo vt dicit. 4. pars legendę maioris, quando in curru igneo abſentatur à fratribus eiſdem apparuit transformatus. De quo dictum eſt cōformitate. 3. huius ſecundi libri. parte. 2.
Secundo ſecreta cordis vidit cuiuſdam fratris, qui ſilentium ſummo ſtudio ſeruabat, adeo ꝙ non niſi per ſigna confiteretur, vt fructu. 6. huius ſecundi dictū eſt parte. 2. & alibi.
Tertio ſecreta cordis vidit fratris Leonardi de Aſiſio ſocij ſui. Cum contigiſſet beatum F. fatigatum, & laſſum parumper aſſellum conſcendere, vt dictum eſt. lib. 1. parte. 2. fructus octaui, & alibi ſæpius.
Quarto cognitionem fratris Maſſei vidit ſocij ſui, tunc cum eum feciſſet in quodam triuio circumuolui, vt dictum eſt alias, & maxime, fructu. 8. primi libri parte ſecunda. capi. de fratre Maſſeo.
Quinto cordis deſiderium perſpexit fratris Leonis ſocij ſui, dum ad euadendum tentationem caperet ſcriptum aliquod habere per manus beati Franciſci, vt alibi dictum eſt, & maxime conformitate ſecunda libri ſecundi. parte ſecunda.
Sexto beatum Frāciſcum habuiſſe cordis cognitionem patuit in quodam fratre grauem tentationem patiente, & de vnguibus ſancti habere pro euadenda tentatione optante; cuius cogitationem dum vidit beatus Franciſcus, à dicto fratre fecit ſibi forfices apportari: & vnguibus inciſis, & ſibi datis: à dicta tentatione illico fuit liber.
Septimo ꝙ cordis cogitatio beato. F. fuerit nota; patuit in fratre exiſtente in loco ſanctę Mariæ de Angelis, qui cum cogitaret aliqua contra fratrem, qui eum offenderat deponenda, & propter hoc vnus de dæmonibus, qui locum obſidebant: nec intrare poterāt locum introiens ad dictum fratrem acceſsit: quod beatus. F. cernens monens fratrem de cogitatione mala, pœnitentia ſuſcepta à diabolo liber remanſit.
Octauo idipſum de cognitione cordis à beato. F. aſtruit factum cuiuſdam iuuenis de Luca, qui cum ad beatum F. acceſsiſſet, & cum lachrimis peteret, vt ipſum ad ordinem reciperet: beatus. Frā. cognoſcens ipſum hoc ficte poſtulare, acriter eum reprehendit, vt conformitate. 6. huius libri ſecūdi dictum eſt.
Nono ad præfatorum confirmationem accedit illud, de quo fructu præallegato, & alibi etiam dictum eſt de duobus fratribus, qui de longinquis partibus ad eum in loco de Græcio exiſtentem pro benedictione ab ipſo obtinenda perrexerunt.
Decimo pręfatis fidem, facit tentatio fratris Ruffini, qua deceptus erat à diabolo de prædeſtinatione. Quam beatus. F. ſpiritu agnouit, & ſalubri remedio occurrens ab omni falſa opinione diaboli, ipſum fratrē liberauit: prout dictum eſt libro primo. conformitate. 8. parte. 2. in tractatu de prouincia ſancti Fran.
Vndecimo ad iam dicta accedit. De fratre Riccerio, de quo dictum eſt conformitate. 8. libri primi. parte. 2. in tractatu de prouincia Marchiæ. Et conformitate. 6. huius ſecundi libri. Et de quo nomine tacito ponit. 11. pars legēdæ maioris: qui tentatione vehementiſsima preſſus à beato F. fuit benigniſsime liberatus, vide ibi.
Duodecimo præmiſsis ſuffragatur, quod habetur in duodecima parte legendę maioris; cuidam enim ſacræ theologiæ magiſtro verbum expoſuit Ezechielis. Si non annunciaueris impio &c. & eidem magiſtro plura ſuperuentura prænunciauit: & cum ille dubitaret, ad fidem ei faciendam, quoddam conſcientię ipſius patefecit ſcrupulum, quod nulli viuenti apperuerat: quod & mirabiliter explicauit, & ſalubriter conſulendo reſecauit. Inſuper præfatus ſicut domini famulus Franciſcus ei prædixit, ſic & finaliter conſumauit. Mul-

rorum aliorum exemplis poſſet euidenter de duci beatum Franciſcum cordis ſecreta vidiſſe: de quibus dictum eſt conformitate ſexta huius ſecundi libri; ſed ſufficiant iam dicta. Ex quibus apparet declarata ſecũda pars huius quartędecimæ conformitatis: videlicet Franciſcus cordium indagator. Ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

FRVCTVS QVINTVSDECIMVS, & conformitas ſecundi lib. & 27. in ordine. Ieſus rex venerabilis Franciſcus excitator. Expoſitio primæ partis: videlicet. Ieſus Rex venerabilis.

IN precedenti conformitate ſuccinctè de Deitate domini noſtri Ieſu Chriſti q̃dam ſunt dicta. Reſtat conſequenter vidẽdum de duobus, videlicet. De dignitate Chriſti in eſſe humano, & de quodam effectu diuino, videlicet, veneratione diuina, & mentium humanarum ad ipſius honorationem & laudem. Penes, quod ſecundum accipienda eſt conformitas beati Fran. ad dominum Ieſum Chriſtum. Saluator enim noſter Ieſus Chriſtus: ſicut ſecundum diuinam naturam Deus comprobatur; ſic ſecundum aſſumptam naturam, rex omnis terræ veraciter acclamatur. Ipſum enim ſecundum talem naturam futurum regem, ante eius ortum ſancta ſcriptura per ora prophetarum acclamauit, vt patet.

Pſal. 74. Prophetiæ de Chriſto rege venturo.

Primo per Dauid Deus autem Rex noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem in medio terrę, & in Pſal. 71. Deus iudicium tuum regi da &c. De cuius regno dicitur euidẽter per Iſai. Dominus legifer noſter dominus iudex noſter. dominus Rex noſter, ipſe veniet, & ſaluabit nos. Per Iere. Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex &c. Per Oſee. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſequitur. Poſt hęc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum &c. per Zach. Ecce Rex tuus veniet tibi manſuetus &c. Per Ezech. Rex vnus erit omnibus imperans &c. Inſuper cum Deus Dauid promiſerit dicens de fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedem tuam. & cum ipſe Ieſus Meſſias fuerit filius Dauid: Rex ergo fuit. In ſuo vero ortu, ꝙ Rex fuerit vocatus: patet. Nam eo nato Magi venerunt Ieroſolimam quærentes, & dicentes: vbi eſt, qui natus eſt Rex iudæorum? In vitæ proceſſu vocatus eſt Rex. Per Natanael. Tu es Rex Iſrael. Per Pilatum, hic eſt Ieſus Nazarenus Rex iudæorum. Per turbam, quæ voluẽrũt eum primo facere regem.

Pſal. 71. Iſa. 33. Hiere. 23. Oſee. 3. Zach. 9. Ezech. 37. Ioan. 1. Lucæ 23.

In Dei palmarum euntem in Ieruſalem. Turba enim ei obuiam vadens clamabat: Benedictus Rex, qui venit in nomine domini, &c. Sic ergo tam promiſsis prophetarum, quam vocibus aliorum dominus noſter Ieſus Chriſtus Rex eſt: immo vt dicit. eſt Rex regum, & dominus dominantium; non ſolum quia Deus; qui eſt Rex omnis terrę; ſed etiã quia homo. Et tanto verius dominus mundi; quanto prę alijs hominibus magis fuit conformis Adę in ſtatu innocentiæ, cui à Deo dominium mundi traditum eſt. Nam omnia ſubiecisti ſub pedibus eius: Oues, & boues &c. Quia ergo ipſe Chriſtus eſt Rex iuſtitię; cuius generationem enarrare nemo poteſt: decebat mundo ſolemniter promulgari, ante Chriſti deceſſum à mundo, & ſic eſſe factum dicit Io. ꝙ turba multa, quę conuenerat ad diem feſtum; acceperunt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei clamantes. Oſana benedictus, qui venit in nomine domini Rex Iſrael.

Ioan. 12. Lucæ 19. Ioan. 12. Apoc. 19. Pſal. 8. Ioan. 12.

Cur Chriſtus morti proximus voluit rex declamari. Ioan. 6.

Sed ante omnia hic emergit quoddam dubium. Cũ ſaluator noſter, & ſi eſſet Rex: quia tamen regnum ſuum nõ erat de hoc mundo, inſuper cum fugerit quando turba ibat ad faciendum eum regem, ac vt humilis omnem gloriam fugerit: cur morti proximus acclamari voluit rex, & vt rex ſic magnificè honorari?

Primo reſpondetur ꝙ hoc ęgit, vt ſe oſtenderet illum eſſe; cui honor omnis, & reuerentia debetur. Cum enim dicat beatus Auguſt. 5. de ciuitate Dei. Gloriam, & honorem virtus ſequi non debet; ſed ipſe virtutem, & Ariſto. primo ethicorum dicit. ꝙ honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis.

Honor cui exhibeatur

Quapropter ſciendum eſt; ꝙ antiquitus (vt patet ex ſcriptura, & nunc etiam) honor, & reuerentia exhibetur. Primo victoribus, patet ſcriptura de Dauid. Cui poſt victoriam habitam Goliæ; obuiam mulieres, & alij exierunt cum choris, & timpanis cantantes. Saul percuſsit mille, & Dauid decem millia. Sic & antiqui Romani maximum honorem victoribus exhibebant: prout Valerius dicit. lib. 2. Rubr. de iure triumphandi, & hac de cauſa debebatur. Chriſto honor, & tanto maior; quanto non cum homine; ſed cum diabolo, & principe lucifero in deſerto pugnauit, & vicit, vt habetur.

1. Reg. 18. Matth. 4.

Secundo honor fiebat, & fit præſidentibus, & rectoribus; ſicut Imperatoribus, & Regibus: & ſic de alijs, habetur ꝙ Miſboſeth regem Dauid adorauit. Similiter Berſabee, & Nathan Propheta. Holoferni etiam principi militiæ regis Aſſiriorum omnes ibant obuiam; excipientes eum cum choris. Alexandro Macedoni. Iadus ſacerdos indutus pontificalibus, cũ ſacerdotibus obuiam exiit extra ciuitatem; & honorauit eum, vt ponit magiſter in hiſtoria ſcolaſtica.

2. Reg. 17. 3. Reg. 1. Iudith. 2.

ſcolaſtica. Romani etiam multum honorabāt magiſtratus ſuos, & cōſules, vt dicit Valerius: & exempla ponit libro 2. rubri. prima vt enim dicit ibidem. Virtutum vberrimum alimentū eſt honos. Inſuper errigebant ſtatuas aureas; & honorem annuatim exhibebant: ſic enim fieri dicit idem Valerius libro 4. rubri. prima de moderatione. Iſta de cauſa honor Chriſto
Pſal. 8. debet dari; quia ipſe eſt rex regum, & domi-
Matth. vlt. nus dominantium, nam eſt rex gloriæ, & ſibi data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra.
Eccl. 31. Tertio honor exhibetur Medicis, honora medicum propter neceſsitatem; illum enim creauit dominus, valde enim medici ſolemnes antiquitus ſunt honorati, vt patet de Hypocrate, Auicenna, Galieno &c. immo Eſculapius medicus translatus eſt ab antiquis paganis in numerum deorum; vt patet ex chronicis romanorum. Hac de cauſa dominus Ieſus Chriſtus honorari debuit; qui fuit ſummus medicus, & animarum, & corporum, ſolo verbo omnia ſa
Act. 10. nando, vt enim dicit beatus Petrus. Ieſus tranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo &c.

Quarto honor datur ſacerdotibus; de cuius honore habetur Deuterono. 17. Non ſolum in alijs opportebat ſecerdotem honorare: vt patet in libro Leuitici per totum: ſed etiam eius ori obedire; Cuius imperio ſi inobediens quiſquam eſſet repertus: occidebatur vt patet ibi
2. Reg. 7. dem dicitur quod filij regis erant ſacerdotes idest digniores. Conſtantinus mundi monarcha beatum Siluestrum papam adeſtrauit per
De honore parentum. vrbem, vt habetur in ſuo teſtamento. Iſto reſpectu honor eſt Chriſto exhibendus; qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Mel
Apoc. 3. chiſedech. vt dicit pſal. Qui nos fecit ſacerdotes Deo patri.
Exo. 20. Quinto honor præhebatur patribus: hoc oſtē dit vetus teſtamentum honora patrem tuum &c. imo mortis pœna infligebatur oppoſitum facientibus. Idipſum oſtendit nouum teſta-
Matth. 16. mentum. Ioſeph obuiam patri Iacob iuit, &
Gen. 46. eum adorauit. Similiter Salomō iuit in matris
3. Reg. 2. occurſum; & eam adorauit. Valerius libro 5. rubri. 4. De pietate erga parentes, & fratres, & patriam: de honore parentum plura ponit exempla. Hoc oſtendit Chriſtus ſuo exemplo qui ſedens inter doctores interpellatus à ma-
Lucæ 2. tre, filii quid feciſti nobis ſic &c. relictis doctoribus deſcendit cum illa: & erat ſubditus illi. Hac de cauſa Chriſto honor, & reuerentia eſt danda.

Primo quia ipſe eſt pater noſter, qui eſt in cœlo. Ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, & fecit, &
Deut. 32. creauit te. Sic ergo quia Chriſtus eſt Deus, cui honor, eſt victor, Imperator, & princeps, Medicus, Sacerdos, & pater, honor ipſi exhibendus eſt: quare & id ſibi uoluit ante mortem ſolemniter impendi, & dari.

Secundo voluit dominus Ieſus honorem ſic ſibi dari; vt prophetia Zachariæ quam poſuit.
impleretur. Dicite filię Sion, ecce rex tuus &c. Matth. 21.
Tertio Ieſus ſic honorari ſe permiſit; vt quia honor Deo omnis eſt dandus: & idipſum poſt Deum regiæ datus dignitati: erat decens vt ſi cut Chriſtus in ſui exordio ab omni creatura (vt dictum eſt conformitate præcedenti) eſt Deus inclamatus, ſimiliter, & rex: dicentibus
Magis: Vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum? ac Matth. 2.
in fine vitæ ſuæ ſimiliter eſt oſtenſus Deus creaturarum atteſtatione; & Centurione dicente, vere filius Dei erat iſte, ſic etiam, & rex ſcribente Pilato ſuper crucem, Ieſus nazarenus rex iu
deorum, ſic etiam in medio vitæ ſuæ: Deus de Ioan. 19.
claratus eſt ſignis, & miraculis, vt dictum eſt conformitate prima huius ſecundi libri, & di-
centē Ioāne baptiſta. Teſtimonium perhibeo, Ioan. 1.
quoniam hic eſt filius Dei: & dicente Petro.
Tu es filius Dei viui: ac etiam rex dictus eſt à Matth. 16.
Nathanael. Tu es rex Iſrael. Sic ante eius mor Ioan. 1.
tem ſolemniter autenticari decebat: vt Verus Deus eſſet, & rex; quod etiam factū eſt. Deus enim oſtenſus eſt in Lazari quatriduani mortui reſuſcitatione, ac in turbæ commotione ad ſe ſic honorandum, & acclamatione. Rex vero declaratus eſt ſolemni turbæ acclamatione dicentis: Benedictus, qui venit in nomine dñi, rex Iſrael. Oſana in excelſis, ſimul rex, & Deus tali ſupplicatione. Oſana rex &c. ac pompatico honore.

Quarto ſic voluit honorari, vt ſuæ mortis improperium quantum eſſet dignitate penſata declararetur.

Quinto ſic voluit honorari: quia quod ſolemni titulo Pilatus erat ſcripturus; per ipſos iudęos voluit opere teſtari, & voce profiteri.

Sexto ſic complacuit honorari; vt velamen nō remaneret iudęis ſuper incredulitatem ipſorum; quia ipſi, & pueri clamabāt Oſana in excelſis.

Septimo ſic Domino acceptum fuit honorari, vt quantum eſſet peccatum iudęorum dando eidem mortem declararetur; quia quem duxerunt cum tanto honore, & Deum deprōpſerant; demum occiderunt.

Octauo id expetiit, vt oſtenderet, quod non uenit ad mortem cum timore, & occulte; ſed cum gloria, & aperte, & in poteſtate ſua erat mori, quando uolebat.

Nono ſe honorari voluit, vt diſcipuli ſui aliquam ſingularem glorificationem ipſius cernentes; minus in eius turbarentur morte: & ſurrecturum proculdubio ſperarent.

Decimo ſic honorari ſe decreuit; vt oſtenderet, quod regnum mundi, quod per creatricem potentiam ſuum erat; Iterum per virtutū merita obtinuerat.

Vndecimo ſic petiit honorari, vt ſicut paruulis, & mediocribus in viuendo præbuerat vir

turum exempla: ſic magnis, & regibus qualiter in ſuis ſtatibus ſe gererent, perfectionis daret documenta, videlicet profundæ humanitatis: non equitando, nec in curru aſcendēdo ſed aſinando, ſcilicet ſuper aſinam, & eius pullum.

Duodecimo hoc egit ſaluator, vt oſtenderet ſe veraciter Deum, quod patuit non ſolum futurorum inſpectione, & cogitationis agnitione; quando duos Apoſtolos miſit ad ſoluendū aſinam, & pullum; & de verbis dicendis domino: ſed in commouendo corda hominum, quando, & quomodo voluit. Iudæos enim volentes eum occidere; ad ſe ſuſcipiendum cum tanto commouit honoré.

Et nota quod, quæ fiunt in ſuſceptione regum aduenientium; omnia Chriſto facta ſunt.

Primo enim præcurſores præmittūtur ad aduentum nunciandum. Ieſus duos diſcipulos miſit.

Secundo quo ad equitaturam, & eius ſubuectionem, neceſſaria diſponuntur. Sic Apoſtoli fecerunt aſinam ſoluentes, & pullum, & ſuis panniculis ornauerunt.

Tertio à cœtu reuerenter ſuſcipitur, & feſtiuè: ſic factum eſt Chriſto: quia turba cum ramis palmarum, & oliuarum obuiam eidem proceſsit.

Quarto voce extollitur dignatiuè; ſic Chriſto turba, quæ præcedebat, & quæ ſequebatur clamabat oſana &c. Sic ergo apparet quare Dominus Ieſus Chriſtus ante mortis terminum: vt rex voluit honorari, proclamari, & approbari. Quo cum præcedentibus apparet non ſolum ipſum eſſe Deum Deorum, ſed regem regum, & dominum dominorum. Et quia ſub tanto domino, & ſi ſumus natura, & gubernatione, per gratiam tamē optare debemus ſubeſſe. Si hæc cupimus, quæ geſta ſunt in hac, de qua ſpecialiter loquuti ſumus Chriſti honoratione à turba, & pueris hæbreorum, circa Chriſtum operantes: ſub eius ſpeciali regimine incunctanter erimus. Ipſi enim ſummo regi ſi ſubeſſe veraciter deſideramus, debemus.

Primo eum turba ad ſui præſentiam accedere, ad quam certe accedimus, ſi toto deſiderio eius præſentiam nobis adeſſe optamus, & affectu multamus, dicendo cum propheta. Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini. Ne pertranſeat quæſo Dominus meus ſeruum ſuum. Et Moiſes domini præſentiam ſemper optabat, vt cum populo ſuo ſemper incederet. Gen. 18.

Secundo debet libenter in loco, vbi Chriſtus eſt morari, ſcilicet Betphage, Bethaniæ, & in monte Oliueti, quia tria debet habere.

Primo os cordis Deo aperire per ipſius ſinceram dilectionem, & ſic eſſe in Betphage, quæ domus orationis interpretatur.

Secundo miſeriam præſentis vitæ attendere afflictiuè; & tunc eſt in Bethania.

Tertio Dei pietatem, & dulcedinem agnoſcere, & ſic manere in monte Oliueti: quæ tria ad feruide Chriſtum ſuſcipiendum inducunt.

Tertio cum duobus diſcipulis debet ad Chriſtum redire: vt in eo ſit recta intentio, & ſic pergit cum Petro, & omnis duplicitatis dimiſſio; ſiue ſui ad ſe reuerſio, & ſic vadit cum alio diſcipulorum. Quæ duo mirabiliter domino Ieſu placent, vt oſtendit ipſe in euangelio.

Quarto ad ipſum dominum duo iumenta debent deferre, & ducere, quia ſenſualitatem in pullo, & rationem non ſub appetitu ſenſuali ligatam in aſina; Chriſto offerre, ſcilicet ſe ſeparando ab appetitu terrenorum per eorum abnegationem perfectam.

Quinto ad Chriſti ſeſsionem ſe præparare: ſed quomodo? certe vt ſit iumentum ratione ſimplicitatis, ratione carnis mortificationis, ratione humilitatis, & ratione operoſitatis. Sed vt Chriſtus poſsit deſuper ſedere, debet habere veſtem Apoſtolicam, & ipſa ſe cooperiri: Aliter Chriſtus nō ſedet deſuper. Veſtis Apoſtolica, imitatio eſt Apoſtolorum quo ad vitam, & doctrinam, quia diſcordes à ſuis diſcipulis vita, & doctrina, nunquam Chriſtus inhabitare dignatur. Veſtis etiam poteſt intelligi nitor puritatis, ſiue honeſtas conuerſationis, iuxta illud. Beatus, qui cuſtodit veſtimenta ſua &c. Apoc. 16.

Sexto debet ſuper ſe Chriſtum ponere, & ferre, quod fit, cum homo iugum Chriſti ſuſcipit abnegando ſe à ſe totaliter, tollitque crucem mortificationis, & poſt Chriſtum incedit operibus virtuoſis.

Septimo in terra veſtimenta ſternere debet; quia omnem ſpem debet ab omni alio præter quam à domino abiicere, & remouere.

Octauo ramos deferre palmarum, & oliuarū. In palma animi conſtantia; in ramis oliuarū pietatis opera deſignata; & flores ideſt bonæ famæ odores: obuiam Domino in manibus debent deferri.

Nono debet cedere ramos de arboribus, & in via ſternere; vt bona opera, quæ fiunt in arbore bona: palam fiant ſola proximi ædificatione.

Decimo turba clamando præcedat, & ſequatur: quia vires internæ, & externæ ad ipſum Chriſtū totaliter conuertantur, vt nihil aliud cogitent & optent niſi ipſum. Præfata ergo peragendo benignus Dominus rex noſter, quem optamus, & deprecamur ſuper nos regnare; ad nos venit, & velut ſuper pullum, & aſinam ſuper nos aſcendit. Quo adueniente, & ſuper nos per gratiam reſidente, apparet.

Primo quod, ipſe eſt rector noſter, & gubernator; quia rex.

Secundo adiutator noſter, quia tuus.

Tertio noſter adiutator, quia venit tibi.

Quarto

Quarto dulcis habitator; quia manſuetus.
Quinto ſenſualis tranquillator; quia ſedens ſuper aſinam; & pullum eius. Sed ad eius in nobis ſeſsionem, & per gratiam corregnationē; homo noſter multa bona habet.
Primum quia mortificatur: ſedet enim ſuper pullum, & aſinam.
Secundum intrat ipſe Ieſus Ieroſolimam, ideſt ad habitandum animam; & tunc ipſa anima efficitur Ieroſolima, ideſt pacifica, quia ab omni ſtrepitu mundanorum quietata, & Dei pacifici habitaculum efficitur.
Tertio clamat anima; quia ad Deum tota conuerſa i nouo affectu ad ipſum excitatur.
Quarto dicit oſana filio Dauid &c.
Quia primo regratiatur filio Dauid.
Secundo benedicit Deum in cūctis operibus, & ſpecialiter ſuæ ſanctiſsimæ liberationis.
Tertio deprecatur, vt ſuæ animæ ſit nunc, & ſemper oſana ideſt dominus ſaluans in excelſis. Quibus bonis quam bonum ſit ſub tali rege Chriſto eſſe militare, viuere, & ſtare: patet ex prædictis. Ex iam dictis apparet: quare Dominus voluit tanto honore; vtpote regio ante mortem exaltari. Et appatet quod non ſolum eſt Deus, & rex, ſed etiam excitator mentium ad ſui reuerentiam, & honorem: quando, quomodo, & ubi ſuæ omnipotenti placet ſapientiæ, & virtuti. Cui ſit honor, & gloria nunc, & ſemper. Et patet quod ipſe eſt Ieſus rex venerabilis, & ab omni creatura honorabilis: prout dicit prima pars præſentis conformitatis. Et non ſolum præmiſſa atteſtantur domino Ieſu honorem exhibitum, vt domino, & regi vniuerſorum, ſed idipſum aſtruit turbæ maximæ poſt ipſum inceſſus (vt patet in euangelio) quæ nec propter prolixitatem itineris, nec aſperitatem loci omiſit ab eius ſequela. Commotio ciuitatum, & ſpecialiter Ieruſalem ad quas accedebat. Ciuium omnium ciuitatum progreſſus in obuiam eius, ac totius mundi
Ioan. 12. poſt ipſum concurſus ut dicebanr Iudæi. Ecce totus mundus uadit poſt ipſum. Quare ipſius ſolius eſt de creatura ſua facere, quod eidem libet, commouere, honorare ſe, & quæ ſibi placent perficere, cum in eius ditione ſint omnia nunc, & ſemper Amen.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS 15. & conformitatis, & 27. in ordine. ſ. Franciſcus excitator. Expoſitio.

EX iam dictis in prima parte huius conformitatis apparuit, quod honor, reuerentia, & ſubiectio debetur primo Deo.
Secundo principibus, regibus, & ſimilibus.
Tertio victoribus.
Quarto medicis.
Quinto ſacerditibus.
Sexto patribus: nec non & alijs, pluribus: & ſi de eis, nō ſit ibi dictum: uidelicet doctoribus.
Præsbyteri duplici honore honorandi ſunt; 1. Thim. 5.
maxime qui laborant in verbo & doctrina. Bonum operantibus, honor. & pax omni operan Rom. 1.
ti bonum. Patientibus pro nomine Domini
dicit Apoſtolus. Eiuſmodi cum honore habe Philip. 2.
tote, quoniam vſque ad mortē propter opus
Chriſti &c. Prophetis. Senes dixerunt, vt ſede- Dan. 13.
ret inter eos: dicentes Deus dedit tibi honorem ſenectutis Rectoribus. in medio fratrum Eccl. 5.
rector in honore &c. Dei templo: vt patet & 2 Mac. 3.
ſic de alijs: prout patet in ſacra ſcriptura. Et
cum ipſe Deus dicat. Quicunque honorifica- 1. Reg. 2.
uerit me: glorificabo eum: hinc eſt, quod dominus Deus honorat ſanctos ſuos in præfatis conditionibus poſitos. Sancti enim ſunt dij
non natura; ſed imitatione. Ego dixi dij eſtis. Pſal. 81.
Et dominus dixit Moiſi. Exodi 7 Deum te cō Exo. 7.
ſtitui Pharaonis Principes. Cōſtitues eos principes ſuper omnem terram. Reges 26. moralium, dicit Gregorius: Sancti viri ſcripturæ teſtimonio reges vocantur, quia prælati cunctis motibus carnis, modo appetitum luxuriæ frænant, modo æſtum auaritiæ temperant, modo gloriam declinant, modo ſuggeſtiones liuoris obruunt; modo ignem furoris extinguunt. Reges ergo ſunt; quia tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſed regendo; præeſſe nouerunt. Et propter dicit Non caret regia poteſtate, qui nouit corpori ſuo rationabiliter imperare. Victores de diabolo, carne,
& mundo. Hebreo 11. Sancti per fidem vice- Heb. 11.
runt regna &c. Medici, ſcilicet animarum, &
corporum. Iſti ſunt de quibus dicit. Medici Pſal. 87.
ſuſcitabunt, & confitebuntur. Sacerdotes corpus & animam Deo offerentes. In his ſecunda mors poteſtatem non babet; ſed erunt ſacerdotes Chriſti. Patres filios ſpiritualiter vita
generando, & exemplis. Pro patribus tuis na- Pſal. 44.
ti ſunt tibi filij &c. Doctores mundum lingua naturali, ſcilicet vita, & operibus cunctos docendo: vt dicit Gregorius. Bonum operantes,
iuxta documentum Chriſti dicentis. Opera- Ioan. 6.
mini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Incommoda pro nomine Domini portantes dicentes cum Apoſtolo.
Ego non ſolum alligari, ſed & mori paratus Act. 21.
ſum pro nomine domini. Prophetę. Quoſdam enim ſanctorum dedit prophetas. Quoſdam
Apoſtolos. Rectores, & gubernatores eccleſię Ephe. 3.
Dei dicente Apoſtolo. Spiritus ſanctus poſuit Act. 20.
regere eccleſiam. Dei tēplum. Vos enim eſtis 2. Cor. 6.
templum Dei viui dicit Apoſtolus ſanctis omnibus. Sancti ergo diuina gratia præfatis conditionibus inſigniti, non immerito commouerunt mundum ad ipſorum reuerentiam, & honorē, ſicut de pluribus recitat beatus Gregorius in libro dialog. & non ſolum fideles;
ſed etiam

ſed etiam, infideles, vt patet ibidem. Sic etiam de multis habetur in libris de vita patrum, ſicut de Antonio, Hilarione, & de alijs pluribus. Sic ergo quia ipſi ſancti Deum ſummo ſtudio honorauerunt, Deus in conſpectu regum, & populorum eos honorauit, & glorificauit: ſicut patet de Moiſe in conſpectu Pharaonis, & ſeruorum eius: de Daniele, & ſocijs: & ſic de alijs. Ad propoſitum. Cum beatus Franciſcus diuina gratia fuerit Dei ſequela, & immitatione, quia vita eius, vita fuit domini noſtri Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum: prout regula dicit: & Nicolaus papa tertius aſſerit in regulæ declaratione. Princeps inclitus baiulans ſignũ regale, vt dicit papa Gregorius nonus in ẽpla, quæ incipit. Caput draconis &c. Ductus à Deo patre, filio, & ſpiritu ſancto in mundum; vt eſſet princeps nouæ militiæ Ieſu Chriſti; in ſuo corpore ferendo ſigna ipſius ſaluatoris; ac tres acies contra mundum, carnem ordinaret, & diabolum proborum militum: ſicut in tribus ordinibus ab eo inſtitutis apparet. Princeps inquit Frãciſcus ſum exercitus Domini, Ioſue 5. Rex ſui corporis ſub ratione, gubernatione, & regulatione: Rigidus enim in diſciplina, ſuper cuſtodiam ſuam inuigilabat aſſidue: motuſque ſenſuales ſtricta frenabat modeſtiæ lege: vt & domeſticum ſibi hoſtem perfecte ſubijceret, & carnem ſubiectam ſpiritui viriliter poſsideret, vt dicit quinta pars maioris legendæ. Victor cum demonibus manu quaſi pugnando ad manum; longaque precũ inſtantia, à ſe victorioſe, & ab alijs profugauit; prout ſuperius conformitate nona huius ſecundi libri eſt dictum. Carnem auſteritate, vt dicit quinta pars legendæ, & mundum eius perfecto contemptu, vt dicit ſeptima pars legendæ ſuperando. Vnde ipſe poteſt dicere illud. Ego vici mundum.
Ioan. 6. Medicus. O quantos ſuis exemplis, eloquijs, & conſilijs ſanauit à vitijs vt verus medicus: & liberauit ad ſanitatem corporis & animæ perfectam reducendo. Latrones conuertit ad Chriſtum, Infideles, Reges, Principes, & mundi potentes, vt dictũ eſt conformitate octaua primi libri. Et quod verus fuerit medicus animæ, patuit in milite, qui ipſum ad prãdium inuitauerat, cuius mortem prævidendo, & prædicendo fecit confiteri, & armari ad mortem ſuſcipiendam: vt ſanitate percepta animæ; ad veram ſalutem perueniret: vt dicit quinta pars legendæ maioris. Exẽpla alia gratia breuitatis dimitto, de quibus dictum eſt conformitate prima huius ſecundi libri. vbi oſtenſum eſt, quomodo beatus Franciſcus fuit verus medicus ſanando infirmitates corporis, & animæ: vnde ipſe eſt medicus
Collo. 4. Chariſsimus. Sacerdos non ordine, quia nunquam voluit eſſe ex humilitate; & ſi fuerit diaconus: fuit tamen ſacerdos ſui domino oblatione. Nam dicente domino ſibi in monte Aluernæ, vt aliquid ſibi offerret: reſpondit, domine tu ſcis, quòd nihil habeo, quod dem tibi; omnia enim dereliqui: ſed & corpus, & animam dedi tibi: vt enim dicit nona pars legẽdæ maioris; non habebat aliud pauper Chriſti niſi duo minuta: corpus, ſcilicet & anima, quæ poſſet liberali charitate largiri. Sed hæc propter amorem Chriſti ſic offerrebat continue; vt quaſi omni tempore per rigorem ieiunij corpus; per ardorem deſiderij ſpiritum imolaret; exterius in atrio ſacrificans holocauſtum: & in templo interius concremans thimiama. hic eſt ille ſacerdos, quem ſibi ſuſcitauit dominus. 1. Reg. 2.
Pater. Quot enim genuit filios patet manifeſte in fratribus, ſororibus, & continentibus; de quibus dictum eſt libro primo conformitate octaua, & patet hodie in fratribus ſuis per orbem diſperſis; & perſonis deuotis ad ipſum, & ſuum ordinem deuotione feruida copulatis. In beato Franciſco impletum eſt illud. Pater eris multarum gentium, ideſt Gen. 12.
græcorum, latinorum, & aliorum: vt patet clare hodie in fratribus minoribus diuerſarum gentium, & nationum. Genuit enim in Chriſto filios & filias. Doctor, vt enim dicit quarta Gen. 5.
pars legendæ maioris, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus annuncians regnum Dei. Et duodecima pars dicit. Erat enim verbum eius, velut ignis ardẽs; penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat: cum non humanæ inuentionis ornatum prætenderet; ſed diuinæ reuelationis afflatum redoleret. Erant enim eius eloquia (vt dicit tertia pars legendæ maioris) non inania, nec riſu digna, ſed virtute ſpiritus ſancti plena; medullas cordis penetrãtia, vt & in vehementem ſtuporem audientes conuerterent, & obſtinatorum mentes efficacia virtuoſa molirent: Ipſe enim fuit doctor gentium in fide, & veritate. Recte operans bo 1. Thim. 2.
num: beato enim Franciſco dedit hanc gratiam Deus in ſpeciali, vt ſemper bonum cogitaret, diceret, vel ageret, hæc eſt illa arbor bona, quæ facit bonum fructum. Mortem pro Matth. 7.
Chriſto libenter ſuſcipiens. Ter enim, vt mori poſſet martir, partes aggreſſus eſt adire infidelium: nam per martirij palmam Deo ſe offerre ſumme peroptauit. Multa etiam à ſaracenis perpeſſus eſt mala, vincula, carceres, inedias, & percuſsiones: vt dicit nona pars legendæ maioris. Vnde beatus Franciſcus poterat dicere illud, mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lu Philip. 1.
crum. Propheta. Nam ſpiritum propheticum habuiſſe in ſuperioribus conformitatibus ſexta, & nona huius ſecundi libri patet, hic enim eſt propheta, & cordium inſpectione plus quã propheta. Rector. Ipſe enim fuit primus gene Matth. 11.
ralis miniſter ordinem regens minorum; quẽ quomodo regulauit, patet ex regula ſibi diuinitus reuelata. Quomodo rexerit, patet ex diſcipulis

ſcipulis

ſcipulis ſanctis, & ſocijs, quos habuit. De quibus dictum eſt conformitate octaua primi libri. Ipſe enim fuit rector fratrum, ſtabilimentum populi. Domus, & templum Dei: patet quia in ipſo præ cæteris Chriſto complacuit eſſe, & conuiuere: ſua ſtigmata ſoli ſibi dando, & ſe ſibi configurando: vt vidit frater Leo in Charta, quę de cęlo deſcendit ſuper caput beati Franciſci, vbi ſcriptum erat. Hic eſt gratia Dei, quare & domus Dei fuit, & templum.

Quia ergo beatus Franciſcus præfatis conditionibus inſigniter extitit decoratus, & domini Ieſu gloriam quæſiuit in omnibus, & præ omnibus. Hinc eſt quod Dominus eum gloria extollens, & honore, à cunctis hominibus quocunque pergebat, voluit honorari: vt enim dicit ſecunda pars legendæ maioris: Omnis ætas, omniſque ſexus properabat hominem nouum mundo cęlitus datum, & cernere, & audire. Aderat quidem ſeruo ſuo Franciſco ad quæcunque pergeret is; qui eum vnxerat, & miſerat ſpiritus Domini: & ipſe Dei virtus, & ſapientia Chriſtus: ut ſane doctrinæ verbis afflueret; & magnæ potentiæ miraculis corruſcaret. Commouebat beati Franciſci acceſſus ad quæcunque loca pergebat homines; tam viros quam mulieres, tam paruulos quàm maiores, & beatum ſe putabat, qui eum poſſet tangere, videre, & audire: quod pluribus modis, & vicibus extitit declaratum.

Et primo. Quando ipſe beatus Franciſcus eũdo prædicãdo per mundum, dum acceſsiſſet ad ciuitatem Bononiæ: populus cum eius cognouiſſet aduentum; factus eſt concurſus omnium ad ipſum: ita ꝙ vix per terram ire poterat: omnes enim ipſum tanquam nouum florem mundi, & tanquàm angelum Dei videre, & audire cupiebant: ita ꝙ ad plateam ciuitatis peruenit cum magna pœna: congregato itaque ibi populo maximo, tam hominum, quàm mulierum, & etiam ſcolarium: exurgẽs beatus Franciſcus in medio, tam miranda, & tam ſtupenda, ſpiritu ſancto dictante prędicabat, ꝙ non homo: ſed angelus Dei eſſe videbatur: nam verba eius quaſi ſagittæ acutę potentis de arcu diuinæ ſapientiæ, procedere videbantur; quę corda audientium tam validæ penetrabant; ꝙ maximam multitudinem hominum, & mulierum à ſtatu peccati ad pœnitentię lamenta conuertit. Quando iuit Reate, vt mederetur oculis: domino Vgolino Hoſtiẽ. Epiſcopo ad hoc eo vocante, & inuitante: cũ appropinquaret ciuitati, tanta multitudo populi confluebat ad eum; ꝙ propter hoc intrare ciuitatem noluit; ſed ad quandam Eccleſiam diſtantem à ciuitate per duo milliaria diuertit. Quando cum fratre Maſſeo Senas perrexit, & ciuitati appropinquaſſet, & ſancti patris populus audiſſet aduentum, venerunt obuiam ei, & cum magno honore eum exceperunt, vt dictum eſt conformitate octaua libri primi, Quando iuit Gaietam turbis irruentibus præ deuotione in eum, vt ipſum contingerent vt multotiens ſupradictum eſt. Quando ad Romanam accedebat curiam: beati ſe putabant domini Cardinales, & alij prælati; qui poſſent ſibi loqui, & ipſum honorare. Nõ ſolum fideles Chriſtiani ad honorandum beatum Franciſcum incitabantur, ſed etiam infideles. Cum enim poſt multos labores, pericula, & afflictiones ad aſpectum perueniſſet Soldani, & Chriſtum eidem euangelizaſſet: nutu diuino Soldanus in manſuetudinem conuerſus: benignum ei præbuit auditum. Cernens quidem in eo feruorem ſpiritus, conſtãtiam animi, contemptum vitæ præſentis, efficaciamq; diuini ſermonis: deuotionem tantam concepit ad ipſum, vt magno eum honore dignum duceret: munera precioſa offerret, & ad ſecum trahendum moram inſtanter inuitaret. Et quid mirum ſi Chriſtus corda ſuorum commoueret ad venerationem beati Franciſci, cum per ratione carentia ſit ipſe beatus Franciſcus multipliciter honoratus: accedendo ad ipſum, ſtando cum ipſo, nec ab eo nullatenus recedere volendo, prout dicit octaua pars maioris legendæ. Et quia beatus Franciſcus ab omnibus honorabatur, extollebatur laudibus, & reuerentia colebatur, frater Maſſeus beato Franciſco redeunte de ſilua, factus ei obuiam, dixit: Vnde tibi, Vnde tibi, Vnde tibi: vt ſuperius in pluribus locis dictum eſt. Poſſent per multa exempla oſtendere beatum patrem. Fr. operatione domini ad ſui honorem omnes, ad quos ibat excitaſſe, ſed vnum referam, penes quod eſt conformitas principaliter capienda: in pręſenti cõformitate inter Chriſtum, & beatum. F. quod habetur in decima parte legendæ maioris. Vbi dicitur quod beatus. Frã ſemel tranſiens per Burgum ſancti ſepulchri, caſtrum vtique populoſum: pro debilitate corporis ſubuectus aſello, obuiam habuit turbas in eum pręꝯ deuotione ruentes; tractus autem, & detentus ab eis: compreſſus quoque, ac multipliciter attractatus: inſenſibilis videbatur ad omnia, & velut exanime corpus, quæ fiebant circa ipſum, nihil penitus aduertit. Quo exemplo patet: ꝙ ſicut domino Ieſu obuiam turba proceſsit, ſic & beato. F. & ſicut Chriſtus in tali honore non aſcendit equum, ſed aſellum: ſic & B. Fran. & ſicut de tali honore Chriſtus nihil curauit; cum omnis pompę mundanæ fuerit ſummus deteſtator: ſic & beatus. F. de honore, & applauſu nihil aduertit, nec curauit, cum ipſe tam documento, quàm exemplo Chriſti omnem applauſum hominum declinauerit; honoremque ſibi impenſum in Deum regeſſerit, & ſe in ſummo ſui contemptu, & abiectione ſemper tenuit, & poſſedit. Sic ergo

præfatis apparet, quomodo beatus Fr. ad inſtar Chriſti fuit honoratus; & hominum excitator, vt dicit ſecunda pars iſtius quintædecimæ conformitatis. Franciſcus excitator.

FRVCTVS XVI. ET CONFORMITAS, & eſt 28. in ordine, Ieſus Rex, ſeu Dux formidabilis. Franciſcus deteſtator.

Expoſitio primæ partis, ſcilicet. Ieſus Dux formidabilis.

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus; etſi dominus ſit dulcis, benignus, & clemẽs, cuius miſerationes ſunt ſuper omnia opera eius: attamen iuſtus eſt, ſeuerus, & vltor: ſui honoris zelotes, & malorum per omnia deteſtator. In veteri enim teſtamento, quàm ſeuerus fuerit: euidenter apparet in multis.

Et Primo contra eius iuſſa non perficientes; ſicut in primis apparet parentibus: quos à paradiſo propulſos morti corporis ſubiecit.

Secundo contra ſe carnis luxuria maculãtes, vt patet in hominibus in diluuio necatis, & ſodomitis igne conflagratis.

Tertio ſuam legem non ſeruantes, ſicut patuit de filijs Iſrael, quos à ſua abiecit facie, & proſtrauit in deſerto diuerſis cladibus.

Quarto contra idolatrantes: puniuit enim tales, vt patet de his, qui vitulum adorauerũt in deſerto; quos Imperio domini occidit Moyſes. Sic filios Iſrael, Iudicum tẽpore dijs alienis inſeruientes, ſubactos pluribus regibus acriter puniuit. Ieroboam cum domo proſtrauit, & reges Iſrael non Deo; ſed idolis immolantes miris cladibus proſtrauit.

Quinto eius cultum non rite peragentes, ſicut apparuit in filijs Aaron ignem alienum miniſtrantibus; quos in cõſpectu patris occi-
Num. 26. dit. Num. 26. Suum cultum, & ſacrificium im-
1. Reg. 4. pediente: vt patet de filijs Heli; quos hoſtili gladio necauit. Ac domum ſuam, & templum prophanantes: vt patet de Achaz, Manaſſe, & alijs regibus Iuda, De Antioco in libris Machabeorum, qui quam ſeuere ſint ab ipſo Deo puniti, præfata ſcriptura veteris teſtamenti declarat patenter.

Contra nonnullos alios furor diuinus deuenit, & ira: de quibus per ſingula non eſt dicendum ad præſens. Sicut ergo Deus ipſe zelotes, & iuſtus fuit contra prælatos, ſic indutus carne humana, & inter homines cõuerſando: magnitudinem ſui zeli oſtendit, & ſeueritatis contra multos, præcipuè tamen & primo con-
In hypocritas. tra hypochritas: Contra quos ſingulariter zelum ſuum declarauit.
Matth. 5. P. uno eorum facta detegendo. Cũ facis eleemoſynam; noli turba canere: ſicut hypochritę faciunt &c. Et cum ieiunatis; nolite fieri ſi- Matth. 6.
cut hypochritæ triſtes: extermінant enim fa-
cies ſuas &c. Et hypochrita: eijce primo tra- Mar. 7. & 15.
bem de oculo tuo &c. Hypochritæ: bene prophetauit de vobis Iſaias dicens. Populus hic Iſa. 22.
labijs me honorat; cor autem eorum longe eſt à me. Et capitulo. 22. Quid me tentatis hypochritę?

Secundo ipſos grauiter reprehendendo: vt pa-
tet. Veh vobis hypochritæ; qui clauditis an- Matth. 23.
te homines regnum cœlorum &c. Veh vobis hypochritę; qui comeditis domos viduarum &c. Veh vobis hypochritę; qui circuitis mare & aridam &c. Veh vobis duces cęci &c. Veh vobis hypochritæ: qui decimatis mentã & anetum &c. Veh vobis hypochritę: qui mũdatis quod deforis eſt &c. Veh vobis hypochritæ: qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis &c. Veh vobis hypochritæ: qui ædificatis ſepulchra prophetarum &c.

Vbi in prima exprobratione & inuectione pãdit falſiſſimam eorum eſſe doctrinam.

In ſecũda ipſos arguit de deceptrice rapina.

In tertia de iniquiſsima vita quo ad imitantes.

In quarta de praua ignorantia.

In quinta de inobſeruantia diuinorum mandatorum.

In ſexta de ſubdola, & fraudulenta apparẽtia.

In ſeptima de immunda conſcientia.

In octaua de crudelitate, & nequitia.

Tertio eis pęnam indicando, patet in præfatis; dicendo ſemper eis. Veh, veh; quod eſt in-
teriectio dolentis. Et dicit. Amen dico vo- Matth. 6.
bis: receperunt mercedem ſuam. Eis prædi- Matth. 23.
xit iudicium gehennæ futurum: vt patet.

Sed quęri poteſt cur Saluator ſic præcipuè cõtra hypochritas inuexit?

Reſpondetur quod hypochrita, etſi faciat contra Deum patrem, Dei honorem ad ſe retorquendo: contra ſpiritum ſanctum gratia, & donis diuinis abutendo; præcipuè tamen agit contra ipſum verbum quod eſt veritas: nam ipſi hypochritæ ſunt falliſsimi: aliquando in opere aliud oſtendentes ſe agere, quàm faciant: etſi quandoque efficiant quod prætendunt: ſemper tamen ſunt intentione falliſsimi, & ſic de directo contra ipſam veritatem: quę eſt ipſe Chriſtus. Io. 14. peragentes. Contra etiam ipſos Saluator inuexit ſic acriter: quia tales ſua duplicitate & falſitate deſtruunt mundũ ſuis deceptionibus, & erroribus, ac mendaciſsimis verbis, & apparentijs.

Secundo dominus iuſtitiam, & zelum oſtendit contra mundi gloriam appetentes: vt ha-
betur, vbi dicitur: quod ad inuitatos dixit para- Lucæ 14.
bolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens. Recumbe in nouiſsimo loco &c. quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur,

bitur,& qui ſe humiliat exaltabitur. Et dice-
Math. 23. bat de phariſeis. Amant primos accubitus in
cęnis,& primas cathedras in ſinagogis, & vo
cari ab hominibus rabi: vos autem nolite vo
cari rabi &c. & concludit,qui ſe exaltat humi
Math. 5. liabitur &c. Attendite ne iuſtitiam veſtram
faciatis coram hominibus, vt videamini ab
eis: alloquin mercedem non habebitis apud
patrem. Et cęcis illuminatis, vt exemplum
præberet omnis gloriæ vitationis præcepit,
Math. 9. vt nulli dicerent,vt habetur, & cum turba vel
Ioan. 6. let eum facere regem,fugit:vt habetur.
Tertio dominus zelum oſtendit ad animas:
propter quas redimendas, & carnem huma-
nam induit,& mortem ſuſcepit. Nam vt ipſas
à diabolo, & peccatis clementer eriperet, &
virtutibus; quibus vita habetur ęterna ador-
naret(vt habetur) docere complacuit non ſe-
Mat. 5.6.7. mel: ſed quottidie,vt habetur,nec vno in lo-
Math. 21. co: ſed quaſi in cunctis Iudeæ, & Galileę pro
uinciarum locis.
Quarto zelum præcipuum ad patrem ſuum
deprompſit: cuius honorem in omnibus, &
ſuper omnia quęſiuit. Quem patrem voluit
Math. 6. primo à nobis exorari debite. Cum orabitis:
inquit:dicite. Pater noſter,qui es in cœlis &c.
Math. 7. Secundo in ipſum totam noſtram ſpem,& fidu
ciam iactare. Conſiderate volatilia &c. & ta-
men pater veſter cęleſtis paſcit illa &c.
Math. 6. Tertio ei grate ſimulari. Eſtote perfecti ſicut
pater veſter perfectus eſt.
Math. 10. Quarto eius ſpiritu firmari. Spiritus patris
veſtri,qui loquitur in vobis.
Quinto ſuæ bonitati omnia tribui & dari. Cō-
Math. 11. fiteor tibi pater domine cœli & terræ &c.
Sexto in tribulatione inuocari ſuo exemplo.
Math. 27. Pater: ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix
iſte &c.
Ioan. 10. Septimo ei pro collatis regratiari. Gratias
ago tibi domine pater &c.
Ioan. 3. Octauo ab omnibus diligi & amari. Pater di-
ligit filium: & ſic dilexit mundum, vt filium
ſuum vnigenitum daret &c.
Nono in auxilium peti & ſupplicari. Pater
Ioan. 5. meus vſq; modo operatur,& ego operor,&c.
Ioan. 7. Decimo ei obediri fideliter. Pater non reli-
quit me ſolum: quia quę placita ſunt ei,facio
ſemper.
Vndecimo eius honorem, & gloriam quæri,
Ioan. 9. & inueſtigari. Ego gloriam meam non quæ-
ro; ſed patris mei,qui miſit me.
Ioan. 12. Duodecimo ſemper inuocari. Saluifica me pa
Ioan. 17. ter, & clarifica me pater &c. Sic ergo pręfa-
tis apparet Chriſtum habuiſſe zelum ad pa-
trem. Sed maxime habuit zelum,& quanto ad
patris templum,& domum: de quo principa-
liter in iſta agitur conformitate quo ad pri-
mam partem,quæ dicit. Ieſus Dux formida-
bilis. Vbi ſciendum ꝙ Saluator noſter: cum
multas à iudæis receperit iniurias: tam verbo
quàm facto,omnia patienter portauit: ſed quę
ad patris pertinebant honorem: ſicut eſt eius
veneratio,cultus, & adoratio, non patienter
tulit; ſicut patuit de diabolo ſuadente, vt eū
adoraret: quem expulit dicens. Vade retro ſa Matth. 4.
thana: ſcriptum eſt Dominum Deum tuum
adorabis &c. Et patet etiam, quia bis expulit
de templo vendentes boues, & oues, & mēſas
numulariorum ęs effundendo, euertit di-
cens. Nolite facere domum patris mei, domū
negociationis &c. de prima habetur; de ſecū- Ioan. 2.
da habetur. In qua eiectione apparuit Dux Math. 21.
formidabilis.
Primo,quia fecit flagellum de funiculis: quod
adeo fuit pœnale prefatis, vt nequirent ſuſti-
nere: ſed abirent.
Secundo, ꝙ ipſe ſolus contra tot ſic faciendo:
omnes eiecerit,& emiſerit.
Tertio in effuſione æris,& ſubuerſione menſa
rum numulariorum: nullus fuit ei auſus di-
cere verbum.
Quarto in ſui vultus ſingulari modo,& præ ſo
lito oſtenſione: quidam enim radius,& ſplen
dor(vt dicit Beatus Hieronymus) à Chriſti fa
cie exibat, incutiens terrorem cum admira-
tione cernentibus, vt nullus nec reſpicere eū
poſſet, nec reſiſtere ei, aut contra ipſum au-
deret.
Quinto reprehendendo ſacerdotes, qui talia
permittebant dicens. Nolite facere domum
patris mei,domum negociationis: ſcriptum
.n. eſt. Domus mea domus orationis eſt &c.
Sexto oſtendit ſe formidabilem in præfatorū
punitione: oſtendit enim peccatum ipſorum
fuiſſe magnum: quare, & ſeuere puniendum,
& ſic iuſte ſe agere contra ipſos, & percutien-
do,& de templo,vt indignos abiciendo. Quid
igitur fiendum ſit in domo patris, oſtendit.
Quid orandum,& quid euitandum: ſcilicet ſe
cularia. dicit enim. Auferte iſta hinc. quo do-
cumentum prębuit; domum Dei mundam
ſeruari debere à cunctis,qui mentem habent
retrahere à Dei adhęſione.
Et ſi quæratur cur Saluator ſe oſtendit ſic Se-
uerum in hoc actu pluſquam in alijs. Nullibi
enim legitur aliquem expuliſſe, vel à ſe abije-
ciſſe,vel percuſsiſſe niſi in iſto actu.
Rńdetur ꝙ Saluator hoc egit pluribꝰ de caſis.
Et prima vt oſtenderet, ꝙ homo debet plus
immenſum Deum appetere, quam mundana
quærere,& obſeruantiam mandatorum ſuorum
potius, quàm lucrum mundanorum, & quia
oppoſitum faciebant (Deo enim contempto)
lucris inhiabant terrenis, ideo tam ſeuerus
fuit in punitione præfatorum.
Secunda, vt oſtenderet, ꝙ ſibi eſt diſplicibile
lucrum,quod mendacijs cumulabatur (vt pa-
tet in numularijs) & cum rapina: vt in pręfatis
erat vendentibus. Nam dixit. Feciſtis illam
ſpeluncam latronum.

Tertia, quia diuinus cultus mirabiliter impediebatur tam rumoribus vendentium, quam care vendentium: quia cum ſtarent ibidem proculdubio plus vendebant, quàm deceret: & ſic cariſtia rerum homines ne emerent, quæ ad ſacrificia pertinebant, retrahebantur.

Quarta, vt oſtenderet ſimoniacam prauitatẽ ſacerdotum, vt erat præfata ſibi ſuper omnia abominabilem. Columbas vendentibus dixit. Auferte iſta hinc.

Quinta cauſa, ꝙ ſic ſeuere puniuit eſt, vt oſtenderet, ꝙ prȩlati mali maiori ſunt vltione feriẽdi, quàm ſubditi, phariſȩi enim deȩdificabant proximum permittendo talia fieri, quæ fieri in tali loco illicitum erat, & quia quæ vendebantur erant ipſorum: vnde alij exemplo ipſorum ad vendendum male quo ad locum, & tempus, & quantitatem incitabantur, inſuper quia accedentes ſtrepitu talium notabiliter impediebantur ab orando. Anna orans loquebatur in corde ſuo primi. Reg. 1. quod diſtractione mentis facta per ſtrepitum circa ſenſus impeditur: vt claret experientia.

1. Reg. 1.

Sexta de cauſa vt declararet ſuperbos cornupetas hypochritas pellem ouinam ferentes, & luxurioſos in columbis deſignatos, in domo ſuæ gloriæ non recipiendos ab ipſo: ſed extra templum glorię eijciendos.

Septimo, vt quãtum ſibi diſpliceat, quicquid agitur in locis ſacratis, & Deo dicatis pręter id, ad quod ſunt inſtituta depromeret: fecit ergo flagellum Chriſtus, vel de chorda, qua cingebatur, vel de chordis, quibus oues, & boues tenebantur, & percutiendo tales vendentes, de ſua domo ſeuere effugauit. Sed attendendum ꝙ dominus ſicut eſt miſericors, ſic in his, qui in peccato perſeuerãt (vt erant phariſęi) eſt in præſenti & in futuro ſeuerus vltor, ac eius flagellum ſeueriſsimum formidandum eſt. Si enim tali flagello percutiendo, omnes expulit de ſuo templo facie ſeuera id faciente, quid erit tempore iudicij facie terribili peccatores iudicante, & eos perpetuo à ſua miſericordia, & gloria abijciente? Licet enim Deus aliquos flagellet ad correctionem, iuxta dictum Apoſtoli. Flagellat enim omnem filium, quem recipit, tamen aliquos flagellat ad perpetuam damnationem. Iſtum ducem formidabilem omnibus, cui omnia ſubſunt, & eius benignum aſpectum omnia appetũt, nos omni ſtudio placabilem, & placatum reddere conemur. Si enim tanta multitudo plebeia, & ſacerdotalis non valuit zelantem ſuſtinere cõſtitutum intra viſcera miſericordiæ ſuę, vtpote diſpoſitum ad moriendum pro peccatorũ ſalute, quomodo miſerrima peccatorum turba iraſcentem eis in die ſolis iuſtitiæ, & vltionis pondus ſui ęquiſſimi iudicij tolerare valebit? Placare ergo conemur eius iram ob peccata noſtra merito excitatam, ac ipſum humilitatis precibus flagitemus, vt quem peccata noſtra ad ſeueritatem inducunt, ſua eum clementia benignum reddat, & gratificum.

Nota.

Heb. 12.

Ex præfatis apparet iſtius conformitatis. 16. & vltimæ iſtius ſecundi libri, quo ad primam partem declaratio breuis, & compendioſa, videlicet. Ieſus dux formidabilis. Multa fuiſſent dicenda hic de ſeueritate domini noſtri Ieſu Chriſti, & zelotipa equitate ipſius ad ingratos de beneficijs perceptis ſicut patet de ciuitate Bethſaida, Corrozaim, & Capharnaũ, & ſic de alijs multis, vt patet in ſerie euangelij, quos reprehendit, & arguit: ac ab eis recedens aufugit; & de quibus tam verbo, quàm opere, & ipſorum vitatione, & increpatione oſtendit ſe eſſe eis ducem formidabilem, dum fuit in pręſenti vita, & nunc ſe eis declarat eos puniendo ęternali pœna, & tormento, quæ omitto.

Matth. 11.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS. 16. & conformitatis, & 28. in ordine, ſcilicet. Franciſcus deteſtator. Expoſitio.

CVM glorioſus pater beatus Franciſcus, vt 9. pars legendę depromit, & dictũ eſt conformitate. 2. huius ſecundi libri: quaſi quidam carbo ignitus eſſet, & totus diuini amoris flãma ſuccenſus, & conſequenter ad animas Ieſu precioſo ſanguine redemptas feruidum habuerit amorem, & zelũ præcipuum, & hac de cauſa ciuitates prædicãdo circuibat & caſtra ieiunabat, & alia opera fructuoſa peragebat, vt exempla præberet ędificationis, & ſanctitatis. Et ſaluti animarũ dicebat nihil eſſe præferendum in eo maximè quo vnigenitus Dei filius pro animabus redimendi dignatus eſt in cruce pendere. Ipſique ob hoc eſſet in oratione luctamen, in prȩdicatione diſcurſus, & in exemplis dandis exceſſus. Vnde quotiens nimia auſteritas reprehenderetur in eo reſpondebat ſe alijs datum in exemplum: huius rei gratia prædicatores verbi diuini honorabat: indulgentiam annuatim pro ſalute dictarum animarum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Portiuncula à Chriſto impetrauit, & à Papa: ſicque zelo ignito ad animas opus prædicationum non dimiſit ob tȩdium, orationem ob demonum luctam: auſteritatem vitæ ob incommoda carnis, acceſſus ad partes fidelium, & infidelium ob laborem ſui, & fratrum ſuorum, ac cuncta perficere ad animarum ſalutem ſpectantia, vt oſtenſum eſt cõformitate. 2. huius ſecundi libri. Propter prædicta B. F. zelum habuit ad inſtar Chriſti pręcipuũ.

Et

Et Primo ad deteſtationem hypochriſis, vide
licet, vt nullo modo, nec videretur, nec eſſet
hypochrita. Vnde legenda tam antiqua, quā
noua oſtendit clare, ꝙ B.Fr. ſemper voluit, ꝙ
omnia, quę agebat, eſſent omnibus manife-
ſta: vt dictum eſt conformitate. 5.huius. 2.lib.
Nonne ipſe, vt hypochriſim vitaret, tunicam
ſuam interius quadam pelle propter ſtomaci
iufirmitatem, & ſplenis inſultam, noluit por-
tare, niſi deſupet de dicta pelle, hoc eſt ſuper
habitum ab extra in parte eadem, vbi erat ab
intra poneretur? Semel etiam tunicam ſuam
habitualem, quam ſolam gerebat ad carnem,
proptet magnum frigus apud ſanctum Eleu-
therium de comitatu Reate, cum repetiaſſet
ad intra, & ſic tunicā ſocij ſui, cū ab oratione
rediſſet dicens ſocio ſuo, ꝙ datus erat alijs in
exemplum fratribus, dictas petias à ſuo habi-
tu ſtatim remouit. Vice alia cum carnes co-
mediſſet propter infirmitatem ſe cotam po-
pulo, vt alias dictum eſt: de hoc accuſa-
uit. Sic apud Grecium: quia cibaria come-
derat condita cum lardo, coram multitudi-
ne, quæ ad eius conuenerat prædicationem,
ſe, vt glutonem vituperandum & non vt ſanctū
honorandum declarauit. Inſuper optabat de
ſe potins vituperia, quam laudes, ac ſocijs ſi
quando laudaretur, mandabat, vt de ſe vitupe
ria dicerent, & quæ ad verecundiam erant. Se
que publice autumabat maximum peccato-
rum, vt conformitate 5.huius 2. libri dictum
eſt. Præfataque omnia faciebat, ne vitium hy
pochriſis incurreret, vel de ipſo notaretur: Et
ſocijs ſuis dicebat. Taliter viuere volo in Ere
mis, & alijs locis, vbi maneo, qualitet ſi om-
nes homines me viderent. Si enim putant me
ſanctum hominem, & non facerem vitam, quę
ſancto homini cōuenit, eſſem hypochrita: hoc
vitium ſumme fuit deteſtatum in ſe. Nolebat
ſanctus proclamari, & contradicens inquie-
bat, quod eum, nec vt ſanctum laudarent, nec
putarent, quia vxorem, & filios habere poſſet.
In alijs etiā hoc vitium execratus eſt. Fratrē
illum re hypochritam, etſi exterioti apparen-
tia ſanctus à fratribus diceretur, ſeruatorem
præcipuum ſilentij, & oſtenſorem fictitie bo-
norum operum detexit eiſdem, ipſumque ab
ordine egrediendū, & fictum eſſe quod oſten-
debat, declarauit, & ſic euenit. Dedit beatus
Franciſcus vni vetulę ſuum mantellum, dum
ſemel per ciuitatem Aſiſij pergeret, & quia ex
hoc habuit vanam gloriam: ſtatim ſequenti-
bus ſe confeſſus fuit, quod inde vanam gloriā
habuerat.
Secundo beatus Fran. zelum feruentiſsimum
habuit ad omnem mundi gloriam vitandam:
vt oſtenſum eſt conformitate 5.huius ſecundi
libri pluribus modis, & exemplis. Nonne ipſe
domino hoſtienſi de promotione fratrū fien-
da quærenti, reſpondit, quod fratres ſui ideo
minores vocati erant: ne maiores fieri præſu-
merent? Ob vitandam prælationis gloriam ge
neralatus ceſsit officio, ſociū habere noluit,
& ſubditus eſſe vſque ad mortem voluit ſub
guardiano eidem obediendo. Et amicitia iun
gebatur præcipua, qui gloriam alteri, ſcilicet
Deo daret, & non ſibi, ſicut patuit de epiſco-
po Iteranenſi, cui regratiatus eſt; qui Deo, &
non ſibi ob prædicationē gloriam tribuerat.
Et quia de glorię vitatione dictū eſt ſufficien-
ter conformitate 5. huius ſecundi libri; ideo
aliter proſequi pro nunc omitto de præfata
materia.
Tertio habuit zelum beatus Fran. ad regulę
obſeruantiam, in qua dicebat ipſe beatus Fr.
nihil poſuiſſe de proprio, ſed totum prout ha
buerat à Chriſto, vt domino papę Honorio di
xit, & plures miniſtri (beato Fran. orante) au-
dierunt à Chriſto. Volebat quòd, ſemper fra- Nota.
tres dictam regulam haberent, ſecum gererēt,
& portarent, imo poſt mortem cum ipſa ſepe
liri: prout de hoc dictum eſt lib. 1. conformita
te 10.
Quarto habuit zelum, vt fratres ſui eſſent per
fecti in ſe, declarando quomodo videlicet di
cēdo illum eſſe bonum fratrem minorem, qui
vitam haberet, & conditiones iſtorum fratrū
videlicet fidem fratris Bernardi, &c. eo mo-
do quo conformitate 12. primi libri parte 2.
dictum eſt cap.23. de fratre minore. Religio-
nem ſuam ſeruare in ſua puritate in vocatio-
tione, qua vocati erant perſiſtere, vt dictum
eſt libro 1. conformitate 9.
Quinto habuit zelum ad domum Dei, & tem-
plum Deo, & beatæ virgini acceptiſsimum, ſci
licet S.Mariæ de angelis, quam eccleſiam iam
mundo dimiſſo coram epiſcopo poſt eccleſiā
S.Damiani, & S.Petri, beatus Fran. ob reueren
tiam beatæ virginis matris Dei, derelictam, &
inhabitatam reſarciuit, & refecit, vt hodie per
ſeuerat. Hanc eccleſiam, etſi beatus Fran. rę-
dificaſſet, ipſa tamen ad abbatem, & mona-
chos S. Benedicti de monte Subaſio pertine-
bat, quam beatus Fran. poſt primę regulæ con
firmationem ab eiſdem impetrauit hoc mo-
do. Cum enim in quodam tugurio prope ciui
tatem Aſsiſij beatus Fran. ſe recolegiſſet; re-
diens de Roma, à Papa Innocentio 3. prout in
principio quartæ partis legendæ maioris ha-
betur: ibique arcte, & inepte ſtaret propter lo
ci arctitudinem, & ruſticorum ad dictum lo-
cum diuertentium cum animalibus aduentū,
videnſque, quod dominus fratres vellet multi
plicare, dicit fratribus. Chariſsimi fratres, &
filioli mei, video, quod dominus vult nos mul
tiplicare, vnde mihi videtur bonum, & religio
ſum, vt acquiramus ab epiſcopo, vel canoni-
cis S. Rufini, aut ab abbate S. Benedicti aliquā
eccleſiā, vbi fratres poſsint dicere horas ſuas:
& ſolummodo habere circa eam aliquam par
uam

uam domum, & pauperculam ex luto, & viminibus conſtructam: vbi fratres poſsint quieſcere, & operari; nam locus iſte, in quo ſtamus non eſt honeſtus, nec ſufficiens fratribus, poſt quam dominus vult eos multiplicare, & maxime, quia hic non habemus eccleſiam, vbi fratres poſsint dicere horas ſuas, & ſi aliquis frater moreretur, non eſſet honeſtum, hic eum ſepelire, nec in eccleſia ſecularium clericorū. Et placuit ſermo cunctis fratribus. Iuit ergo beatus Fran. ad epiſcopum Aſsiſij, & prædicta verba coram ipſo expoſuit; cui dixit epiſcopus. Nullam eccleſiam habeo, quam valeam vobis dare, & hoc idem canonici reſponderūt. Tunc iuit ad abbatem S. Benedicti de monte Subaſio, & eadem verba propoſuit coram eo. Abbas vero pietate motus, conſilio habito cū monachis ſuis (operante gratia, & voluntate diuina) conceſsit beato Fran. & fratribus ſuis eccleſiam S. Mariæ de portiuncula, pro minori, & magis paupercula eccleſia, quam haberet. Et ait abbas beato Fran. Ecce frater, exaudiuimus, quod petiſti; ſed ſi Deus hanc congregationem veſtram multiplicauerit, volumus, quod locus iſte ſit caput omnium veſtrū. Et placuit ſermo beato Fran. & fratribus ſuis. Et gauiſus eſt nimis beatus Fran. de loco fratribus conceſſo, maxime propter nomen matris Chriſti: & quia erat ita parua, & paupercula eccleſia, & etiam quia cognominabatur de portiuncula, in quo præfigurabatur, quod debebat eſſe mater, & caput pauperum fratrū minorum. Vocabatur enim portiuncula, quia contrata illa antiquitus portiuncula dicebatur. Vnde B. Fran. dicebat, propterea voluit Deus, vt nulla alia eccleſia fratribus concederetur, & fratres primi tunc eccleſiam de nouo non cōſtruerent, nec haberent niſi illam, quoniam in hoc adimpleta fuit quædam prophetia per aduentum fratrum minorum. Et licet eſſet paupercula, & quaſi deſtructa, tamen per magnum tempus homines ciuitatis Aſsiſij, & totius illius contratæ habuerunt deuotionem maximam ad illam eccleſiam, & maiorem habent vſque hodie, & quottidie augumentatur. Et licet abbas, & monachi ipſam beato Fran. & fratribus ſuis libere cōceſsiſſent, tamen beatus Fran. tanquam bonus, & peritus magiſter, volens domum ſuam, ideſt religionem ſuam fundare ſupra firmam petram, ideſt ſupra maximam paupertatem, mittebat annuatim dicto abbati, & monachis, vnum caniſtrum plenum piſciculis, qui vocantur laſche, in ſignum maioris humilitatis, & paupertatis, vt fratres nullum proprium locum haberent, nec in aliquo loco manerent, qui non eſſet ſub dominio aliquorum, ita quod fratres nunquam haberent poteſtatem uendendi, vel alienandi quoquo modo. Quando autem fratres portabant annuatim monachis piſciculos, ipſi propter humilitatem beati Fran. qui hoc de voluntate ſua faciebat: dabant eis unum vas plenum oleo. In hac eccleſia (vt dictum eſt prius) deſerta ita vt à nemine de ipſa curaretur beatus Fran. ob deuotionem feruentem, quam habebat ad dominam mundi, cepit ante talem conceſsionem in habitu eremitico exiſtens aſsidue pro eius reparatione immorari. Quæ antiquitus ſancta Maria de angelis eſt vocata: quia angelicantus ſunt, ibi ſępius auditi. Conceſſa ergo dicta eccleſia beato Fran. & fratribus ſuis, ipſe pater beatus Fran. duodenariū illum fratrum ad dictam ſanctam Mariam de portiuncula (ſuperna gratia præeunte) deduxit, vt vbi meritis matris Dei minorum ſumpſerat ordo initium: ipſius ſuſciperet illic auxilijs incrementum. Vnde ſtatim, vt fratres illuc ad morandum ierunt, quaſi quottidie dominus eorum multiplicabat numerū, & odor famæ ipſorum per totam vallem ſpoletanam, & per multas mundi partes mirabiliter eſt diſperſus. De hoc loco frater quidam Deo deuotus ante conuerſionem ſuam viſionem vidit relatione condignam. Innumeros cernebat homines cęcitate percuſſos facie in cœlū directa, & genibus flexis in huius eccleſiæ ſtare circuitu, qui omnes (extenſis manibus in altum) lachrimabiliter clamabant ad Deum miſericordiam poſtulantes, & lumen. Et ecce ingens de cœlo ſplendor aduenit, ſe per omnes diffundens, qui lumen vnicuique tribuit, & ſalutem deſideratam conceſsit, quod vtiq; tam ſanctitate fratrum, ibidem commorantium, quam indulgentiæ ibidem per beatum Fran. à Chriſto, à papa impetratę, vt in viſione frater præuidit: patet nunc eſſe completū. Hic eſt locus, in quo ordo fratrum minorum à ſancto Fran. per diuinæ reuelationis inſtinctum inchoatus eſt, de quo frater Thomas in legenda B. Fran. antiqua ſic dicit. Seruus Dei Fran. perſona modicus, mente humilis, profeſſione minor, in ſeculo degens, portiunculam pro ſe, & ſuis, de mundo elegit, ex quo aliter Chriſto, niſi de mundo aliquid haberet; ſeruire non potuit. Non enim ſine præſcientia diuini oraculi, à diebus antiquis portiuncula dictus eſt locus, qui in illorum debebat cedere ſortem, qui de mundo penitus nil cupiebant habere. Nam & in eo virginis matris eccleſia conſtructa erat, quæ ſua ſingulari humilitate meruit poſt filium ſuum caput omnium eſſe ſanctorum. In ea minorum ordo principium ſumpſit ibidem multiplici muro velut ſupra ſtabile fundamentum: eorum nobilis ſtructura ſurrexit. Hunc locum ſanctus Fran. amauit præ omnibus, hunc præcepit fratres ſingulari reuerentia venerari, hunc velut ſpeculum religionis in humilitate, ac paupertate altiſsima ſemper voluit cuſtodiri, proprietatem eius alijs reſeruans: ſibi, & ſuis retinens vſum tantum.

Matth. 21.

Sancta Maria portiunculę eſt caput eccleſiarum fratrum mi.

Prærogatiuæ, & præcomunia ſanctæ Mariæ portiunculæ.

tantum. Et ſubdit. Sequabatur ibidem rigidiſſima in omnibus diſciplina, tam in ſilentio, & labore, quam cæteris regularibus inſtitutis, nemini, niſi fratribus ſpecialiter deputatis, ibidem patebat ingreſſus, quos vndique congregatos volebat ſanctus vere Deo eſſe deuotos, & ex omni parte eſſe perfectos. Sic, & omni ſeculari perſonæ omnis penitus præcludebatur introitus. Nolebat, vt fratres exiſtentes, ibidem qui ſub certo numero; arctabantur, ad ſecularium relationem prurirent auribus, ne contemplatione intermiſſa cęleſtium, ad inferioriorum commertia per rumigerulos traherentur. Non licebat ibidẽ alicui verba otioſa proferre, vel referre prolata per alios, quod ſi contingeret aliquando per aliquem, vt vltra non adderet pęna de certo, cauebat in poſterum, ſine intermiſſione diebus, ac noctibus exiſtentes in loco diuinis erant laudibus occupati, & odore miro fragrantes, vitam ducebant angelicam. Solebat enim veterum incolarum relatu ſancta Maria de angelis alio nomine dici. Relatum ſibi à Deo fęlix pater dicebat beatã virginem inter alias eccleſias ad ſuũ honorem conſtructas in mundo, illam ſpeciali amore diligere. Ideoque ſanctus præ cęteris eam plus amabat, hæc ille. Et, vt verba præfati fratris videantur clarius; & de zelo quem B. Fran. habuit ad locum præfatum.

Primo eſt ſciendum, quod beatus Fran. in dicto loco noluit, quod omnia, ædificia eſſent abiectiſſima, & viliſſima, vtpote, facta, excepta eccleſia, de lignis, uiminibus, ac cooperta de paleis. Cum enim in dicto loco fratres haberent vnam paruam caſellam de paleis coopertam, & annuatim ibidẽ fieret capitulum, ac fratres multiplicarentur, & populus Aſſilinas præfata conſiderans domum magnam ex lapidibus, & calce infra paucos dies ſine beati Fran. conſenſu feciſſet, & ipſe pater reuerſus miraretur de illo ædificio; timens, ne occaſione illius domus alij fratres in locis, in quibus morabantur, & moraturi erant, facerent ſimiliter magnas domos, voluit ipſam deſtruere, vt in præhabitis dictum eſt. Reprehendit etiam (vt ſępe diximus) Vicarium ſuum, qui ibi fecerat fieri quandam paruam domum in ſui abſentia, vbi fratres poſſent quieſcere, & dicere horas ſuas.

Secundo B. Frã. noluit quod in dicto loco carnes comederentur vllo modo. Vnde, dum eſſet ſemel infirmus, & oporteret eum carnes comedere, vocatis ſocijs, dixit. Fratres mei, iſte eſt locus reuerentior, qui ſit in mundo, ſaltẽ citra mare, & plus ipſum diligo, & ideo non eſt conueniens, vt in iſto tam ſancto loco viuamus ſicut in alijs locis, & quod hic carnes comedantur, quia multi fratres forenſes tranſeunt, ne deędificentur. Vnde nolo eſſe hic modo ad præſeps, cum me oporteat vita lautiori viuere propter infirmitatem meam. Et iuit ad epiſcopum Aſſiſij, qui libenter fecit ſibi expenſas donec fuit ſanus effectus.

Tertio beatus Fran. noluit, quod verbo otioſo, vel ſeculari ipſum locum aliquatenus fędarent, ſed ſemper in ſilentio eſſent ibidem, de Deo ſolum loquentes, non de mundo. Vnde ordinauit, & mandauit firmiter obſeruari, quod ſi quis fratrum vagans, vel aliquid operans inter fratres, verbum otioſum aliquod protulerit, ſemel teneretur dicere, Pater noſter, laudã do Deum in principio orationis, & in fine; ita tamen, quod ſi forte ſui conſcius prius ſe culpauerit de commiſſo, ipſum Pater noſter dicat pro anima ſua cum laudibus Dei, vt eſt dictum. Si autem ab aliquo fratre prius inde fuerit reprehenſus, Pater noſter pro anima fratris ipſum arguentis, prædicto modo, dicere teneatur. Si vero reprehenſus ſe excuſaret, & ipſum Pater noſter dicere nollet, eodem modo dicere teneretur duo Pater noſter pro anima illius fratris arguentis ipſum, ſi ipſius, vel alterius teſtimonio, conſtiterit eſſe verum, quod ille verbum dixerit otioſum, dictas etiã laudes Dei in principio, & in fine orationis, ita alte dicat, quod ab omnibus fratribus circunſtantibus audiatur, qui fratres dum hæc ipſe dixerit, taceãt, & auſcultẽt. Si vero audiẽs fratrem dicentem uerbum otioſum tacuerit, & non arguerit eum eodem modo, teneretur dicere vnum Pater noſter cum laudibus Dei pro anima illius dicentis. Et quicunque frater ingrediens cellam, vel domum, vel aliquẽ locum, & inuenerit ibi fratrem, vel fratres, debeat Deum deuote benedicere, & laudare.

Quarto voluit beatus Fran. quod in dicto loco eſſent fratres vita, & exemplo ſingulares. Vnde dicebat ipſe beatus Fran. Volo; quod ipſe locus ſemper ſit immediate ſub poteſtate generalis miniſtri, & ſerui: vt inde maiorẽ curam, & ſolicitudinem habeat prouidendi ibidem de bona, & ſancta familia. Clerici eligantur de melioribus, & ſanctioribus, & magis honeſtis fratribus; & qui ſciant melius dicere officium, quàm ſint in tota religione, vt non ſolum ſeculares, ſed étiam alij fratres libenter, & cum magna deuotione uideant, & audiant eos. De fratribus etiàm laicis ſanctis hominibus diſcretis, humilibus, & honeſtis eligantur, qui ſeruiant illis. Et cum aliquis iſtorum fratrum migrauerit ad dominum, volo, quod loco ipſius, mittatur illuc alius ſanctus frater dumodo fuerit a generali miniſtro electus.

Quinto vetuit B. Fran. & prohibuit, vt nulla perſona ſecularis locum fratrum intraret, vnde dicebat. Volo, quod nulla perſona, & nullus frater illum locum intret, niſi generalis miniſter, & fratres; qui ſeruiunt illis: & ipſi non loquantur cum aliqua perſona, niſi cum fratribus,

tribus; qui ſeruiunt illis, & cum miniſtro quan
do, viſitaret eos volo ſimiliter, quod fratres
laici, qui ſeruiunt eis, teneantur nunquã eis di
cere verba otioſa, vel noua huius ſeculi, vel
alia, quæ non eſſent vtilia animabus eorum.
Et propterea ſpiritualiter volo, quod nullus
intret in locum illum, vt ipſi melius conſeruẽt
puritatem, & ſanctitatem ſuam: & quod in il-
lo loco nihil penitus fiat, vel dicatur inutili-
ter ſcilicet ipſe locus teneatur totus purus, &
ſanctus in hymnis, & laudibus domini. Nam ſi
alij fratres aliquando declinauerint a purita-
te, & honeſtate, volo, ꝙ iſte locus benedictus
ſit, & permaneat ſemper ſpeculum, & bonum
exemplum totius religionis, & quoddam can
delabrum ante thronum Dei, & beatam Virgi
nem ſemper ardens, & lucens, per quod domi
nus propitietur defectibus, & culpis omnium
fratrum, atque conſeruet ſemper, & protegat
hanc religionem, & plantulas ſuas.
Sexto, & vltimo quo ad hoc, & penes quod ſu
mitur cõformitas huius ſecundę partis ad pri
mam præcedentem, videlicet. Ieſus Dux for-
midabilis. Franciſcus deteſtatur. Eſt, ꝙ bea-
tus F. noluit in hoc loco, ſicut nec in alijs eſſe
menſam numulariorum, id eſt pecuniæ quo-
quo modo receptio, immo ſi alibi execratus
eſt, & deteſtatus receptionẽ pecuniæ, hic ſum-
mè abhorruit, nec voluit pecuniam poni in al
tari, nec alibi in quocũq; loco dictę Eccleſiæ.
Vnde ſicut Ieſus Dux formidabilis pecuniam
proijcit de templo, ſic & beatus Franciſcus
de tota Eccleſia præfata pecuniam oblatam
aſportari præcepit. Cum enim ſemel quidam
ſecularis dictam Eccleſiam intrans oraturus,
oblationis cauſa, pecuniam proiectam in tem
plo poſuiſſet iuxta crucem, & patris præce-
ptum erat, ne pecunia offerri permitteretur;
frater quidam hanc videns manu tangens, eã
in feneſtram proiecit: ſed cum hoc eſſet di-
ctum beato Franciſco, & ille homo proſtratus
veniam: poſtulaſſet, cum oblatione ad verbe
ra, & diſciplinam, beatus Fran. eidem manda
uit, vt proprio ore pecuniam de feneſtra acci
peret, & extra ſępem loci portaret, & proprio
ore poneret ſuper ſtercus aſini. Quo facto fra
tres timore maximo ſunt repleti, & ex tunc
magis contempſerunt pecuniam ſtercori aſi-
ni comparatam. Sicut ergo Chriſtus deteſta-
tus eſt domum ſuam fieri domum negociatio
nis, ſic & beatus. F. Eccleſiam ipſam beatæ Ma
riæ, & alias ſui ordinis à receptionis pecunia
rum contrectatione. Sic ergo apparet confor
mitas beati Franciſci ad Chriſtum in hoc, qđ
oſtendere videbatur pars. 2. iſtius. 16. confor-
mitatis di. Franciſcus deteſtatur. In hoc ſi-
quidem loco Deo, & beatæ Mariæ accepto.
fratres ſtantes macerabãt carnem in ieiunijs,
& in vigilijs multis, frigore, & nuditate, & la-
bore manuum ſuarum. Multotiens etiam, vt

Quæ alta patrata, & ſeu B. F. reuelata ſunt in loco ſanctæ Mariæ portiunculæ.

non ſtarent otioſi iuuabant pauperes homi-
nes in agris eorum, & ipſi dabant poſtea eis
de pane amore Dei. Stabãt ibi, vt in loco ſan
cto diſcalciati cum Moyſe, & Ioſue ab omni
affectu carnali, & mundiali domino famulan
tes, & ipſum iuxta voluntatem beati Fran. in
ſanctitate tenentes. Ad hunc locum fratres
omnes debent non ſolum attendendo bene-
placitum beati. F. ſed etiam quę ibidem diui-
nitus ſunt peracta, ſummam deuotionem ha-
bere. In hoc ſiquidem loco reparata Eccleſia
beatus Fran. Primo ſtetit. Ad hunc locum fra
trum minorum cętum deduxit. De oleo lam-
padis huius Eccleſiæ Franciſcus cum micis fa
ciens antidotum Moricum ſanauit. In hoc lo
co orans, ſtatua ei diuinitus oſtenſa, progreſ
ſum totum ſui ordinis præuidit. Prærogati-
uas ſui ordinis quatuor oſtendit, ac ſi fratres
in eorum vocatione perſiſterent, omnem tri-
bulationem à mundo ſe ablaturum Chriſtus
promiſit. Hic Franciſcus in humilitatis exem
plo cum leproſo horribili in vnã ſcutella co-
medit. Hoc in loco beata Clara tonſorata,
ſponſo Chriſto nupſit, & dedicata eſt Mater
Ieſu cum filio, viſa eſt à beato Franciſco, & in
dulgentia pro peccatoribus impetrata. Cur
mundus poſt beatum Franciſcum incederet,
frater Maſſeus eſt declaratus. Chriſtus in me-
dio fratrum, & beati, Franciſci de Deo loquẽ
tium viſus iuuenis eſt ab eis, & benedicendo
eis ſumma cõſolationis dulcedine recreauit.
Cum beato Franciſco, & ſocijs, ſancta Clara,
& ſocia ſua comedendo, ſpiritus ſanctus de-
ſcendit ſuper eos, ac omnes ſunt rapti in Deũ.
domini adueniens fratri Eliæ ſuperbo de ob-
ſeruantia ſancti euangelij quæſtionem propo
ſuit. Sex millibus fratrum in capitulo genera
li congregatis victum Deus abunde miniſtrat.
Tres panes in manibus Franciſci pro cibatio-
ne triginta fratrum multiplicat. Locum ab in
greſſu exercitus demonum, vt in eo niſi occa-
ſione data per fratrem nullus intrare poſſit,
præſeruat. Multis aliis venuſtatur prærogati-
uis, de quibus quidam frater verſificator ſic
dicit.

Sanctus ſanctorum verè locus eſt iſte locorũ. — Epygramma in extollentiam loci portiunculæ.
Digne maiorum cenſetur dignus honorum.
Fęlix agnomen fęlicius eſt ſibi nomen.
Et modo cognomen ſortitur muneris omen.
Angelicum numen hic circunfuere lumen.
Hic pernoctare ſolet hymnos voce ſonare.
Poſtquam tota ruit Frãciſcus eam releuauit.
Ex tribus vna fuit, quas ſpe pater reparauit.
Hanc pater elegit cum mẽbra ſacco ſubegit.
Hic corpus fregit, mentiq; ſubeſſe coegit.
Hoc intra templum genitus fuit ordo mino-
rum.
Dum patris exemplum ſectatur turba virorũ.
Clara Dei ſponſa fuit hic primario tonſa.
Pompis exuta mundi, Chriſtumq; ſequuta.

Sic

Sic partum clarum fratrum ſimul, & dñarum.
Sacra parens fudit Chriſtum, quibus orbe refudit.
Hic fuit artata ventris mundi, ſcilicet per paupertatem, obedientiam, & caſtitatem.
Et dilatata virtus in gente vocata.
Regula conflata paupertas ſancta renata.
Gloria proſtrata crux in medium reuocata.
Sicubi turbatur Franciſcus, & accidiatur.
Hic tranquillatur, iſtic ſua mens renouatur.
Hic demonſtratur verum, de quo dubitatur.
Immo donatur quicquid pater ipſe precatur.

Hæc ille: Ex quibus patent nonnulla illius loci inſignita. Super omnia tamen pandunt ipſam Eccleſiam, & locum eſſe ſingularẽ. Quia beatus Franciſcus ibidem incępit, mediauit, & vitam ibidem finire complacuit, vt ſuo initio, medio, & conſumatione ſanctificaretur. Indulgentia eſt ibi generalis pro remiſsione omnium peccaminum: omnibus in conſecratione dictæ Eccleſiæ chriſticolis ad ipſam pergentibus. Inſuper omnibus alijs locis à virgine Chriſti matre præ dilectis, ipſe quadam præeminentia præponitur. Et ideo bene dicitur in legenda antiqua, ꝙ licet beatus Franciſcus in omni ſede terrarum, regna cœlorum conſtituta cognoſceret, & in omni loco diuinam gratiam electis Dei crederet poſſe donari; expertus tamẽ erat locum ſanctæ Mariæ de Portiuncula gratia vberiori repletum, & ſuper norum ſpirituum viſitatione cęlitus frequentatum, dicebat proinde fratribus ſæpe. Videte, o filij, ne vnquam hunc locum relinquatis. Si ab vna parte foras pelleremini, per aliam reintrate. Nam locus iſte ſanctus eſt, & habitatio Chriſti, & virginis matris eius. Hic cum pauci eſſemus, nos augumentauit altiſsimus. Hic luce ſapiẽtiæ ſuæ illuminauit animas pauperum ſuorum. Hic igne amoris ſui noſtras voluntates accendit. Hic qui orauerit corde deuoto, quod petierit, obtinebit, & offendens grauius punietur. Propter quod, o filij habete hunc locum omni reuerentia, & honore dignißimum, tanquam vere habitaculum Dei ab ipſo, & eius matre ſingulariter prædilectum. Atque ibidem toto corde in voce exultationis, & confeſsionis confitemini Deo patri, & filio domino Ieſu Chriſto in ſancti ſpiritus vnitate. Amen. hæc beatus Franciſcus. Ex præfatis apparet declaratio ſecundæ partis huius. 16. conformitatis, videlicet Franciſcus deteſtator, & ſic completus eſt liber ſecundus de vita, & conformitate beati Franciſci ad vitam Saluatoris noſtri domini Ieſu Chriſti ad honorem, & laudem ipſius beatæ Mariæ, & beati patris noſtri Franciſci. Amen.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS de 16. alijs conformitatibus, & fructibus vitę B. F. ad vitã domini noſtri Ieſu Chriſti.



INCIPIT LIBER TERTIVS de 12. alijs fructibus, & conformitatibus vitæ. Beati Franciſci ad vitam dñi noſtri Ieſu Chriſti. Quorum primus, & in ordine, vigeſimus nonus eſt.

1	*Ieſus cum ſuis comedens*	*Franciſcus emulatur.*
2	*Ieſus deuotos imbuens*	*Franciſcus ſabulatur.*
3	*Ieſus crucem ſuſcipiens*	*Franciſcus conſignatur.*
4	*Ieſus vita deſſiciens*	*Franciſcus euocatur.*
5	*Ieſus genus eripitur*	*Franciſcus conſtipatur.*
6	*Ieſus corpus intruditur*	*Franciſcus tumulatur.*
7	*Ieſus decor aſcenditur*	*Franciſcus venuſtatur.*
8	*Ieſus doctor ſuſcipitur*	*Franciſcus laureatur.*
9	*Ieſus tranſcendens angelos*	*Franciſcus ſublimatur.*
10	*Ieſus mittens Apoſtolos*	*Franciſci vir innatur.*
11	*Ieſus ſaluans meſtiſsimos*	*Fran. mors fugatur.*
12	*Ieſus ditans digniſsimos*	*Fran. cuncta datur.*

PRIMVS FRVCTVS SIVE CONformitas huius tertij libri, & vigeſimuſnonus in ordine eſt. Ieſus cum ſuis comedens. Franciſcus emulatur.

Expoſitio primæ partis. ſ. Ieſus cum ſuis comedens.

VIRTVS illa, & ſapientia diuina, qua omnia à Deo ſiunt, & facta ſunt, & ſimirabilis fuerit in efficiendo creata in mundi exordio: tam varie operando, quo ad formas, proprietates, diſtinctiones, loca, hominem, ſic condendo, locando, indulgendo, & penitẽtialiter corrigendo. Mirabilior apparuit in regulando lege, & præceptis, & quæ ſunt ad ſui cultum demandando, & hoc conſideratis circunſtantijs, & conditionibus; quibus præfata ſunt inſtituta, & demum pentato, quo ad dicta totius veteris teſtamenti proceſſu. Mirabiliſsima tamen apparuit in fine temporum,

quo ſuo in mundum aduentu, & hominem re-
dimeret, & gratiæ plenitudine mundum ſin-
gulariter repleret. In quo videlicet tempore
mirabiliſsimam diuinam acclamat ſapientiã,
ipſa Dei verbi incarnatio, quam niſi fides cre-
dat, ratio non explicat. Ieſu conuerſatio per
triginta annos, vt ſimplex homo, eius baptiza
tio, ieiunatio, cum diabolo decertatię, prędi-
catio, & miraculorum operatio.

Sed ad propoſitum noſtrum, quo ad expoſitio
nem primæ partis conformitatis primæ huius
libri tertij, videlicet. Ieſus cum ſuis come-
dens: Mirabiliſsima fuit cęna dominica, qua
cum ſuis comedit Apoſtolis, propter illa, quæ
ibidem peracta ſunt à diuina ſapientia; quæ
Chriſtus eſt: Ibi enim facta eſt primitus à Chri
ſto veterum ſacrificiorum terminatio. Se-
cundo noui ſacramenti inſtitutio, & ordi-
natio. Et demum multorum meditatione di
gniſsimorum à Chriſto facta eſt declaratio.
De quibus tribus ſuccincte in hac primę par-
tis huius conformitatis expoſitione differen-
do, patebit, quid velit depromere, cum dici-
tur. Ieſus cum ſuis comedens. Non ſolum hęc
primæ partis profunditas, & præfata oſten-
dunt mirabiliſsimam Dei ſapientiam: ſed, &
paſsio Chriſti, ad inferos deſcenſio, reſurre-
ctio, & ſic de alijs, de quibus in ſequentibus
(eis omiſsis) ad præſens patebit. Sed quæ per
acta ſunt in cœna proſequendo dico, ꝙ mira-
biliſsimã diuinam ſapientiam pandit.

Primo, quod factum eſt in cœna .ſ. veterum ſa-
crificiorum terminatio. Et pro huius mate-
riæ declaratione: quia multis videtur dubiũ,
Cur Deus ſacramenta legis antiquæ voluit abolere. dicendum eſt: Quomodo Deus id, quod or-
dinauerat .ſ. vetera ſacrificia voluerit, & alia
ordinare, & inſtituere. Sunt ergo aliqua pro
propoſito declarando notanda.

Et primum eſt, ꝙ Deus cum ſit veritas infalli
bilis, etiam in ſuis dictis, & promiſsis veraciſ-
ſimus inuenitur, & probatur. Nam vt ſcribi-
Num. 24. tur. Non eſt Deus, vt homo, vt mentiatur; aut
vt filius hominis, vt mutetur. Dixit enim, &
non faciet, loquutus eſt, & non implebit, ait
Balaam. Quo ſequitur, ꝙ quicquid Deus di
cit, aut dicet, promiſit, aut promittet, aliquãn
do implet, & implebit.

Secundum notandum, & ſequitur ex præfatis
eſt, ꝙ ſacramenta legalia ceſſare debebant, pa
Oſeæ. 2. tet, quia hoc dixit, vt habetur. Ceſſare faciam
omne gaudium veſtrum, ſolemnitatem eius
ſabbatum, neomeniamq;, & feſta, & tempora
Iſa. 1. eius. Et holocauſta arietum, & adipem pin-
guium & ſanguinem vitulorum & hircorum,
& agnorum nolui; non offeratis vltra ſacrifi-
cium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi,
neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias
non feram, kalend. veſtras, & feſtiuitates odi-
uit anima mea. facta ſunt mihi moleſta. & Da
uid in pſalmo. Si voluiſſes ſacrificium dediſ-
ſem, vtique holocauſtis non delectaberis. Cũ
ergo Deus dixerit talia ceſſanda, & ſi conti-
nentia, multo fortius contenta. Quare in ceſ-
ſatione ſabbati neomenia, & feſtiuitatum,
ac ipſorum ſacrificiorum ceſſatione, intelli-
gitur, ꝙ talia erant ceſſanda. Inſuper cum
talia eſſent vmbræ, & figurę, quia vt dicit Apo
ſtolus. Omnia in figura contingebant illis,
quare aliquando ceſſare debebant, veniente
veritate, & figurato.

Tertium notandum, ꝙ ſacramenta veteris le-
gis Deo erant accepta, non principaliter ra-
tione operis operati, ſed operantis. Nam ra-
tione operati non erant magis accepta, quam
cætera à Deo creata, ſicut patet diſcurrendo
per ſingula, ſed ratione operantis .ſ. offerentis
prout dicitur. Quod reſpexit Deus ad Abel .ſ. Gen. 4.
offerentem, & primo, & ad munera eius .ſ. ſe-
cundo: quia ratione offerentis acceptauit ob
latum, ſic & ſacrificium Deus acceptauit Noe
poſt diluuium, ſic & ſacrificiũ Abrahę, pro fi- Gen. 9.
lio, non ratione oblatorum: ſed offerentiũ.
Quia ergo offerentes homines Deo, erant ac-
cepti ratione perſonæ, quia obedientes Deo,
nam vt dicitur. Melior eſt obedientia, quam 1. Reg. 15.
victimæ, &c. Et iuxta illud Oſeæ. Obedientiã
volo, & non ſacrificium &c. Si Deus ſacrificia
odiebat, non erat niſi ratione offerentis, vt pa
tet Iſa. Nam poſtquam dixit. Non offeratis Iſa. 1.
vltra ſacrificiũ fruſtra &c. addidit. Odiuit ani
ma mea, facta ſunt mihi moleſta, cauſam aſsi
gnat. Manus enim veſtrę ſanguine plenæ ſunt,
& ante præmiſerat. Holocauſta arietum &c.
ſubdit cum veniretis ante conſpectum meum,
quis requiſiuit hoc de manibus veſtris? Sub-
dit, & nõ potius, vt ambularetis in atriis meis.
Quid dignum offeram Deo: ſubdit. Curuabo Mich. 6.
genua mea Deo excelſo. Ecce quod Deus
principaliter requirebat, & ſubdit, nunquid
offeram ei holocauſtomata, & vitulos annicu
los. Nunquid placari poteſt Deus in millibus
arietũ, aut in millibus hircorum pinguium?
Nunquid dabo primogenitum meum pro ſce
lere meo, fructum ventris mei pro peccato
meo? quaſi dicat, non. Et addit indicabo ti-
bi homo quid ſit bonum, & quid Deus requi-
rat à te, vtique facere iudicium, & diligere
miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum
Deo tuo. Quo concluditur ꝙ ratione operan
tium, talia ſacrificia erant Deo accepta. Sed
cum ipſi offerentes nõ exercerẽt ea, quę Deo
placita erant, vt dicit Iſa. & alij prophetę cõ-
corditer omnes, dicta ſacrificia, & alia erant
ei odioſa, & moleſta, & non accepta.

Quartum notandum, quod ſicut tria tempora
ſacra ſcriptura deſcribit à lapſu primi homi-
nis, ſcilicet naturæ lapſæ, legis promulgatę, &
gratiæ, & omni tempore ſacrificia eſſe debe-
bant temporibus correſpondentia, ex quo iã
dicta ſacrificia tam legis promulgatæ, quam

naturæ

naturæ lapſæ, Deo vt odioſa ceſſare debebãt:
ergo alia tempore gratiæ inſtitui debebant
tempori gratiæ conformia & correſponden-
tia: quòd omni tempore ſacramenta eſſe de-
berent poſt lapſum, patet congruentia qua-
dam; quia omnis ſtatus habens morbum, me
dicinam requirit, quare & omnis ſtatus poſt
lapſum, quia ſaltẽ originali morbo inficitur,
nec conuenit diuinæ miſericordiæ, & bonita-
ti, hominem ſine remedio, & medicina, & ſine
his permittere, ſine quibus finis humanus non
habetur, videlicet vita ęterna: quare, & ſine ſa
cramẽtis, quibus ſiue ratione operati, vel ope
rantis datur gratia, per quam culpa deletur, &
morbus cauetur, & quo ad culpam ſpirituali-
ter remouetur. Et ideo bene dicebat Aug. lib.
19. contra Fauſtum. Nullum nomen religio-
nis eſt, in quo homines non ſacramentorum
de fidelium conſortio colligantur. Quo ſequi
tur quod ceſſantibus ſacramentis veteribus,
alia deberent inſtitui tempori gratiæ confor-
mia: patet quia alia ſacramenta fuerunt in prę
fatis temporibus, ſcilicet tam tempore legis
promulgatæ, quam naturæ lapſæ. Quare pro-
poſitum, quod tempore gratiæ ſacramenta de
bebant inſtitui non ſimilia pręfatis, quia Deo
nõ placuiſſent: ergo diſsimilia, & quo ad ope
ratũ, vt ſcilicet eſſent Deo placita, tam ratio
ne operantis, quàm operis operati. Et quo ad
gratiæ infuſionem per ea; quia copioſiora, &
quo ad diſtinctionem in ſe, vt nullum tale in
ſe, & ſi in ſimili remaneret. Circuncisio in ſe
abolita eſt, manet in ſimili, & perfectius, quia
in baptiſmo quo ad peccatum originale, de-
letur enim ſicut fiebat in veteri teſtamento
per ipſam circuncisionem. Et quo ad perfectio
nem, vt perfectiora eſſent tẽpore gratiæ, quã
alijs temporibus, & in gratia, & in alijs.

Quintum notandum, quod ſacramenta vete-
ris legis à Deo ſolo ſunt inſtituta, ſic & tempo
re gratiæ. Ratio, quia ſacramenta prout loqui
mur in præſenti, quæ inſtituta ſunt in veteri te
ſtamento, ſiue ad ipſum Deum honorandum,
ſiue ad placandum, vel ad morbum peccati re
mouendum, à Deo ſolo ſunt inſtituta, quia ip
ſe ſolus eſt, qui tollit peccati morbum, & dat
gratiam, ac immobiliter poteſt aſsiſtere ſuo
ſigno à ſe inſtituto cum omnis creatura ſit de
fectiua. Quo ſequitur, quòd cum vetera eſſent
omnino caſſanda, vt patet ex primo notando,
& ſecundo, & omni tempore ſacramenta eſſe
decebat, vtpote medicinam, contra morbum
peccati, & à ſolo Deo poſſunt inſtitui, ergo
Deus ſacramenta alia perfectiora præhabitis
in veteri teſtamẽto inſtituere debebat, & hoc
tempore gratiæ, patet ex iam dictis.

Quibus ſequitur ſextũ notandũ, ꝙ cum Chri-
ſtus ſit Deus, vt dictum eſt, & probatum con-
formitate 14. libri ſecundi: ſacramenta muta
re debebat, & alia inſtituere, vt patet ex iã di-
ctis, quia ſacramenta; quæ inſtituere volebat,
ante paſsionem ſuam inſtituere debebat. Ra-
tio eſt 1. quia ſacramenta inſtitui debebant à
Chriſto, vt dicetur, & ante paſsionem: vt pote,
antequã habuerunt efficaciam, & ſortita ſunt
effectum. Paſsio enim Chriſti non tam præmiſ
ſa, quam exhibita efficaciam ſacramentis de-
dit, vt docet beatus Auguſtinus 22. de ciuita.
Dei circa principium. In exordio quippe gene
ralis humani de latere viri dormientis detra-
cta coſta ędificata eſt fęmina; Chriſtum, & ec-
cleſiam, iam tunc prophetari oportebat. So-
por quippe ille viri dormiẽtis, mors erat Chri
ſti; cuius exanimis in cruce pendentis lancea
latus perforatum eſt, atque inde aqua, & ſan-
guis profluit; quæ ſacramenta eſſe nouimus,
quibus Chriſti ędificatur eccleſia. Et idẽ Au-
guſt. 5. de ciuita. Dei cap. 26. quod archa in la
tere hoſtiũ accepit, profecto illud eſt vulnus,
quando lancea crucifixi latus eſt perforatum,
hac quippe ad illum venientes ingrediuntur:
quia inde ſacramenta emanauerunt, vnde cre
dentes iniciantur, quod à Chriſti paſsione ſa-
cramenta habuerunt efficaciam, patet per il-
lud, quod habetur de conſec. di. 4. Propter. Et
extra. De baptiſmo, & eius effectu. Maiores.
paragrafo. Tante. Et ratio eſt, quia ab illo ſa-
cramenta habuerunt efficaciam à quo noſtra
recompenſatur offenſa & donatur gratia. Sa-
cramenta enim habent duo præfata efficere,
ſcilicet culpam dimittere, & gratiam conferre
non ex ſe, ſed ex inſtitutione diuina talis eſt
efficacia ſacramentorum. Sed paſsio Chriſti
prædicta efficit, vt dicit. Ioan. Dam. lib. 4. c. 3. Ioã. Dam.
Qui poſtquam dixit. Omnis Chriſti actio eſt lib. 4. cap. 3
mirabilis: ſubdit omnibus mirabilibus mira-
bilior eſt eius præcioſa crux, ideſt paſsio: per
nullum enim aliud euacuata eſt mors primi
parentis. peccatum ſolutum, infernus præda-
tus, & reſurrectio demonſtrata. Sed ſciendum Sac. nouæ
quod paſsio Chriſti nõ dedit efficaciam ſacra leg. à quo
mentis, vt cauſa principalis, quia ſolus Deus habeant ef-
hoc agit: ſed vt cauſa meritoria, vt declarat ficaciam.
Anſel. 2. Cur Deus homo cap. 28. Licet enim Anſel.
ante paſsionem domini ſacramẽta ſint à Chri
ſto inſtituta: in paſsione tamen omnia appa-
ruerunt miſtice, vt oſtenderetur à paſsione ip
ſa efficaciam obtinuiſſe. Ibi enim apparent.
Baptiſmus in aqua. Confirmatio in ſanguine,
quo confirmamur in bono. Euchariſtia: quia
ipſe idem ſacerdos fuit, & hoſtia ſecundum
Auguſt. 4. de trini. & ſic fuit ibi ordo. Pœniten Aug. 4. de
tia in confeſsione latronis. Matrimoniũ, quia Trin.
in cruce eccleſiam ſibi, vt ſponſam copulauit.
Iuxta illud. Sponſus ſanguinum tu mihi es. Ex
trema vnctio in linitione crucis à ſanguine
Chriſti. Præfatis ergo apparet, quod ſacra-
menta vetera à Chriſto iuxta ipſius promiſsio
nem, & terminanda ante ſuam paſsionem, & Ceſſanda,
terminata ſunt, & noua inſtituta ſunt ab ipſo. ceſſata.

Et ſi de inſtitutione ſtatim apertius dicetur. Sed vetera ſacramenta à Chriſto terminata ante paſsionem ſuam: quomodo obſeruantibus, ex tunc non fuerint ſalutifera, vel ſic, & quando fuerunt mortifera; quia dominus Robertus Liconien. in tractatu de ceſſatione legalium parte tertia hoc oſtendit: vide ibi. Hic omittam, quia nõ eſt præſentis ſpeculationis. Et ſic patet primum, quod erat videndum. Secundo autem eſt nunc videndum nempe, quo Deus ſingularisſime mirabilis declaratur videlicet de ſacramentorum inſtitutione, & ſpiritualiter de ſacraméto euchariſtiæ, & eius inſtitutione, de quo ad præſens ſermo verſatur. Et præſuppoſito, quod a Chriſto debebãt ſacramenta, quibus vtimur inſtitui, vtpote, Deo vero, & homine, qui poteſt aſsiſtere ſigno ab ipſo inſtituto immobiliter, qui remiſſionem peccatorum poteſt dare, & gratiam, vt Deus principaliter, & vt homo meritorie, & ſic perducere ad finem noſtrum, ſcilicet beatitudinem. Sicque, & de facto ſunt ab ipſo inſti-
Ioan. 3. tuta. Baptiſmus. Quia diſcipuli Chriſti bapti-
Matth. vlt. zabant, & publicatus eſt Mat. vltimo. Ite, & docete omnes gentes baptizantes eos &c. Con-
Ioan. 20. firmatio. Accipite ſpiritum ſanctum. Pœnitentia ibidem. Quorum remiſeritis peccata &c. Nec illud quod dicit Iacobus in canonica ſua
Iacob. 3. Confitemini alterutrum peccata veſtra &c. fuit inſtitutio ſed executio, quod patet per illud, quod ſequitur. Et orate pro inuicem &c.
Ioan. 6. Euchariſtia prædicata fuit inſtituta in cæna.
Matth. 26. Et ibidem etiam ordo: quia diſcipuli tunc facti ſunt ſacerdotes (dicente Chriſto) hoc facite in meam commemorationem. Sed quo ad poteſtatem peccata remittendi, quorum remi-
Ioan. 20. ſeritis &c. Extrema vnctio. Apoſtoli vngebant
Mar. 6. infirmos oleo ſancto, & ſanabantur. Sic ergo patet, quod ſacramenta à Chriſto ſunt inſtituta. Quo ſuppoſito, videndum eſt alijs omiſsis de ſacramento euchariſtiæ.

Et primo an in perſona Chriſti ſacramentum hoc inſtitui deberet, ſcilicet in corpore, & ſanguine ſuo?

Reſpondetur quod ſic ratio, quia ſacramentũ inſtitui debebat primo Deo ſumme placibile, & ratione operis operati, & ratione operantis, per oppoſitum ad antiqua.

De miſterio ſacramenti euchariſtiæ. Secundo ſummæ gratiæ contentiuum, vt tempori gratiæ reſponderet.

Tertio noſtri Deo reconciliatiuum, & domini placatiuum, quo veniam à Deo obtineremus, & gratiam. Cum ergo nihil fuerit vnquã Deo acceptius perſona Chriſti, vtpote filius
Matth. 4. Dei, in quo patri bene complacuit, & in ipſo
Collo. 2. habitet omnis plenitudo Deitatis. Sitque plenus gratiæ & veritatis, per ipſum reconciliati
Rom. 5. ſumus Deo. Et ipſe eſt propitiatio pro pecca-
1. Ioan. 2. tis noſtris, & totius mundi, ideſt Ioan. 1. quare in ſe, & ſua humanitate Deitati coniuncta, ſcilicet in corpore, & ſanguine ſuo hoc ſacramentum inſtituere debebat, & ſic vt Deus debuit, & vt homo in ſuo corpore, & ſanguine fecit.

Secundo an inſtituere tali tempore, ſcilicet in cęna imminente paſsione, debuit?

Reſpondetur quod ſic. Et quædam congruentiæ ad hoc aſsignantur.

Prima ſi conſideretur tempus ceſſationis ſacramentorum legis veteris. Cum enim ipſa eſſent in figura Chriſti, & ſuę paſsionis, & in paſſione terminanda: quare, imminente paſsione, ipſis ceſſantibus, cum nullum tempus eſſe deberet ſine medicina peccati, aliud ab antiquis ſacramentum inſtitui decebat, & ſic tempore paſsionis.

Secundo attento ad quid inſtituebatur, quia vt nobiſcum ſemper eſſet, vt dicit Vrbanus ter Vrban. 3.
tius in Decretali: quare hora, qua erat receſſurus à diſcipulis, & nobis præſentia corporali, vt eſſet nobiſcum non ſacramentali inſtituere debebat quaſi paſsione imminente.

Tertio inſpecto quid eſt hoc ſacramento declaratum. Omnia enim miracula à Chriſto facta, cũ eſſent ſuæ Deitatis declaratiua, vnum tamẽ erat omiſſum, in quo creatura nullo modo vires habebat, nec habere poterat, ſcilicet ſubſtantiam in ſubſtantiam conuertere, quia hoc eſt ſolius Dei; quare iſtud à Chriſto erat operandum, ſuæ Deitatis perfectisſimæ oſtenſiuum. Sed hoc quo tempore niſi quando minus eius Deitas agnoſceretur, quod vtiq; fuit in paſsione conſideratis conuitijs ipſi Deo, & domino noſtro Ieſu Chriſto illatis: quare tempore, quo eius Deitas erat magis deteſtanda, ſingulari miraculo apud fideles erat reſeranda, & ſic tempore paſsionis.

Quarto quia paſsio erat humani generis ſinguiare munus, vtpote, liberatiuũ ipſius ad rememorandum de tanto beneficio, Chriſtus hoc ſacramentum inſtituit dicens, hoc facite in meam commemorationem, quare, & tempore paſsionis inſtitui decebat. Inſuper ſancti Apoſtoli propter paſsionem Chriſti futuram, & Chriſti abceſſum tali modo ab eis indigebant præ ſolito ſignis confortatiuis, inflammatiuis, rememoratiuis, ac repræſentatiuis Chriſti amoris magis; quam quando erat cum eis: quare ad hoc fuit inſtitutum hoc ſacramentũ paſsione iminente. Multæ aliæ congruentiæ aſsignantur: de quibus dixi in libro de vita virginis fructu 49. vide ibi. Inſtitutionem fiendam huius ſacramẽti Chriſtus prædixit 6. ſed Ioan. 6.
ipſam fecit in cęna.

Tertio videndum in qua materia ipſum inſti- Matth. 6.
tui decebat: vbi aduertendum, quod cum omnia ſacramenta tam veteris legis, quam nouæ habent fieri in aliqua materia, vt patet diſcurrendo per ſingula. Baptiſmus habet pro materia aquam. Confirmatio criſma, & ſic de alijs.

Sacra-

Sacramentum euchariſtiæ ſic etiam ſuam materiam debebat habere:ſed quæ erat materia apta?certe materia panis, & vini, vt per effectum viſibilē,ad inuiſibilia intelligenda aſſurgeremus. Cum enim Chriſtus dixiſſet. Caro mea vere eſt cibus,& ſanguis meus vere eſt potus, ſubdidit. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet,& ego in illo,& addidit.Ego ſum panis viuus,qui de cęlo deſcendi,ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in ęternum.Et cum corpus Chriſti corporaliter non poſsit ſummi, nec manducari; quia Chriſtus ſemel mortuus eſt, & mors illi vltra non dominabitur: quare ſolum ſpiritualiter ſummi debet,& poteſt.Ad deſignandum ergo refectionem ſpiritualem in aliquo viſibili,vtpote in pane,& vino,vt in materia inſtitui debuit;vt ſicut panis, & vinum præ alijs cibis plus,& magis reficiunt corporaliter, ſic & corpus domini, & ſanguis conuerſione panis, & vini in ipſa reficeret præ cunctis alijs ſpiritualiter.In tali materia Chriſtus inſtituendo impletæ ſunt figuræ:dicitur quod Melchiſedech ſacerdos Dei altiſsimi obtulit panem, & vinū in ſacrificium Deo;Melchiſedech Chriſtum figurauit,vt probat Apoſtolus in tota Epiſtola ad Hebre.Fuit enim ſacerdos,vt dicit propheta Dauid Secundum ordinem melchiſedech ipſe obtulit Deo patri ſuo panem,& vinum in ſacrificium ſcilicet conuertendo in corpus,& ſanguinem ſuum. Panis de cęlo datus eſt patribus. Chriſtus eſt panis cęleſtis datus nobis viatoribus, & ſic de alijs figuris impleta ſunt dicta prophetarum. Et primo qui prophetauerat dicens. Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cōuiuium pinguium,conuiuium vindemię pinguium medullatorum vindemiæ defecatę.& ſubdit.Et præcipitabit dominus in monte iſto &c.Sequitur præcipitabit mortem in perpetuum,vel ſempiternum.De quo monte loquitur Iſaias? Certe de monte Sion, quia Iſaias in Ieruſalem erat, in quo monte Chriſtus ſtans, quia in cęnaculo grandi ſtrato, ſcilicet in monte Sion hoc ſacramentū inſtituit: quis hoc inſtituit?Chriſtus Deus,& dominus exercituum:quibus?vniuerſis,populis.Quia non apoſtolis ſolum,nec iudæis ſolum, ſed omnibus gentibus? quia vt quilibet vteretur pro ſalute ſua,Chriſtus inſtituit, & ſic vniuerſis populis,non dicit vni populo,ſed vniuerſis, nec poteſt intelligi de conuiuio cibi corporalis:ſed de ſacramento hoc, quod eſt cibus ſpiritualis, quo cibo omnes vtuntur, & vti poſſunt, & ſpiritualiter omnes reficiuntur.Sed quid faciet? inquit cōuiuium pinguium:ſed quid per pinguiū intelligatur? ſubdit, pinguium medullatorum. Ecce panis vindemiæ: & cuius? inquit vindemiæ defecatę.Ecce vinū,pane,& vino in Chriſti corpus,& ſanguinē tranſubſtantiatis. Fecit ergo Chriſtus,& fecit hoc cōuiuium ſingulare omnibus populis. Sed ad quem finem? dicit propheta, vt vincula peccatorum dirumpantur per eorū dimiſsionem.Similiter,& tela ordinata,ſcilicet pęnarum pro peccato. Et vltra etiam ad hoc,vt huius ſacramenti,& conuiuij ſumptione continua à fidelibus in fine ipſum digne ſumentibus,mors ſcilicet peccatorum in ſempiternum præcipitetur,& æternalis,& hoc collatione vitæ perpetuæ gloriæ ſempiternæ: Nā Chriſtum manducans habet vitam æternam. Secundo dictum Zachariæ.Quid eſt bonum,& quid eſt pulcrum? reſpondit niſi frumenrum electorum. Ecce materia corporis Chriſti, & vinum germinans virgines: ecce materia ſanguinis.

Margin: Ioan. 6. — Gen. 14. — Hebreos. — Dauid. Pſal. 109. — Iſa. 25. — Ioan. 6. — Zach. 9.

Tertio dictū Dauid in pſal.Deus iudicium tuū regi da.Qui pſal. ſecundum doctores Hebræorum exponitur de Meſsia, vbi nos habemus ex vitio corruptionis litteræ. Erit firmamentum in terra in ſummis montium: in hebræa littera habetur ſic.Erit placenta tritici in terra in capite montium,quod deberet dici.Erit frumentum in terra in ſummis montium. Et tranſlatio beati Hieronymi iuxta hebraicū habet. Erit memoriale triticum in terra in capite montium.Et tranſlatio caldaica habet Erit oblatio frumenti in terra.Quibus patet, quod littera noſtra non debet dicere firmamētum, ſed frumentum.Quod vitio ſcriptorum eſt geſtum. Qua littera patet, quod de rege meſsia prædictum fuit in hoc pſalmo, quod futurum erat frumentum in terra in ſummis montium, vel oblatio frumenti in terra in capite montium,quod in ſacramento euchariſtię completur, in quo Chriſtus verus meſsias ſub ſpeciebus panis tritici continetur. Et ſuper capita montium,ideſt ſacerdotum eleuatur, vt à populo adoretur;qui ſacerdotes propter altitudinem ſtatus montes appellantur.

Margin: Vide cōformitates B. Marię 49. fruc.

Quarto dictum Salomonis,dicentis.Quod ſapientia ædificauit ſibi domum, ideſt Chriſtus eccleſiam, excidit columnas ſeptem, ideſt ipſam ſeptem ſacramentis ordinauit.De quorū vno proſequitur, ſcilicet de ſacramento euchariſtiæ dicēs.Immolabit victimas ſuas:quia ſe,& ſanctos matires. Sed quid egit? Poſuit menſam, ideſt panem, vt poſtea explicat, & miſcuit vinum dicens; venite, comedite panē meum,ideſt corpus meum ſub ſpecie panis,& ſanguinem meum,quod ſub vini ſpecie miſcui vobis, ideſt eſt vobis propinatū. Multa dicta prophetarum ad hoc poſſent adduci: ſed prædicta ad præſens ſufficiant. Materia ergo panis, & vinum eſt huius altiſsimi ſacramenti, nec immerito propter ſignificationem. Nam ſicut panis,& vinum præ alijs cibis cibant corporaliter,ſic corpus Chriſti,& ſanguis ſub ſpeciebus panis,& vini cibant ſpiritualiter. Et ſicut cibatio corporalis non eſt plena, niſi in his duo-

Margin: Prouer. 9.

his duobus pane, & vino, ſic nec ſpiritualis, niſi in corpore, & ſanguine domini. Sicut panis, conficitur ex multis granis, & vinum ex multis racemis, ſic huius ſacramenti ſumptione, Chriſto incorporamur, & vnum ſumus omnes in Chriſto, cum ipſe non in nos: ſed nos conuertamur in ipſum. Panis, & vinum præ alijs cibis in ſubſtantiam conuertitur aliti, & ſumentis, ſic deuote ſumens mutatur in dominum Ieſum Chriſtum, cui vnitur ſpiritualiter. Panis etiam trituratum, & decoquitur, & vinum in torculari exprimitur. Sic corpus Chriſti, quod ſumitur in hoc ſacramento, trituratum fuit paſsionibus, & decoctum igne charitatis, in crucis clibano. Et ſanguis eius expreſſus, & effuſus etiam eſt in crucis torculari. Pane, & vino tuetur, & ſuſtentatur homo: hoc ſacramentum valet ad tuitionem animæ, & corporis, vt dicit Ambr. ſuper epiſtolam ad Cor. Sic ergo ex multiplici conditione panis, & vini ad ſignificādum, quæ ſpiritualiter ſumptio corporis, & ſanguinis domini in nobis operatur, in materia panis, & vini eſt iſtud ſacramentum Chriſto ordinatum, vt dicit glo. ſuper 1. Cor. 11. Sic ergo patet tertium de materia huius ſacramenti.

Quo patet quartum videndum. ſ. in quo loco hoc ſacramentum eſt à Chriſto inſtitutum: quia in monte Syon ad litteram. iuxta vaticinium Iſa. 25. allegatum. Nam illud cœnaculū grande ſtratum erat in monte Sion: vt patet.

Iſa. 25. Act. 1. Quintum videndum. Quale eſt iſtud ſacramētum. Et hic occurrunt aliqua qualitatē iſtius ſacramenti declarantia.

Si enim quęratur primo quale eſt in ſuo tenore. Reſpondetur ꝙ eſt ſtupendiſsimum.

Si quæratur ſecundo, quid eſt in ſapore. reſpōdetur, ꝙ eſt dulciſsimum.

Si quæratur tertio quid eſt in ſuo valore. reſpōdetur, ꝙ eſt precioſiſsimum.

Si quæratur quarto quid eſt in ſuo vigore. reſpōdetur, ꝙ eſt virtuoſiſsimū, & efficaciſsimū.

Dico primo quid, ſiue quale eſt hoc ſacramentum in ſuo tenore. reſpondetur, quòd eſt ſtupendiſsimum. Si enim teſte Heliphat. Deus facit mirabilia ſine numero: ſtupendiſsima tamen agit, & egit in hoc ſacramento. Iuxta dictum pſal. Eſcam dando timentibus ſe, ideſt Apoſtolis, & alijs: memoriam fecit mirabiliū ſuorū ſcilicet ſtupendiſsima præſolito faciendo. Vnde mirabilia ſtupenda ſummatim recoligendo poſſunt videri.

Iob. 5. Primo. Si conſideretur eius conuerſio, & hoc ſunt plura ſtupenda.

Primum eſt ſubſtantiæ in ſubſtantiam conuerſio.

Secundum corruptibilis in corruptibile mutatio.

Tertium eſt accidentium poſt tranſubſtationem ſine ſubiecto permanſio.

Quartum eſt ipſorum accidentium ſine ſubiecto conſeruatio.

Quintum eſt ſubitæ præſentiæ Chriſti ad altare acceleratio.

Sextum eſt poſt talem panis in corpus Chriſti tranſubſtationem, quomodo in corpus Chriſti non fit augumentatio.

Septimum eſt loci priſtini non dimiſsio, & alterius acquiſitio. Si conſideretur corporis Chriſti locatio.

Primum mirabile eſt corporis Chriſti incircunſcriptio, & incommenſuratio: quia nō eſt in altari localiter, & circunſcriptiue.

Secundum eſt interminatio, vt ſimul ſit in pluribus locis.

Tertium eſt integra corporis Chriſti cuilibet parti hoſtiæ præſentatio.

Quartum eſt corporis non ad loci maioris augumentum augumētatio, ſiue maioratio, nec ad minorem anguſtatio.

Quintum eſt corporis Chriſti ſub tanta paruitate hoſtiæ præſentatio.

Sextum eſt ipſius corporis Chriſti ad hoſtiæ diuiſionem non ſeparatio, nec in ſe, nec ab hoſtia. Si conſideretur Chriſti aſiſtentia occurrunt plura mirabilia.

Primum eſt cum corpus Chriſti aſsit non tamen uidetur non auditur, non odoratur, non guſtatur, nec tangitur.

Secundum eſt, vt corpus Chriſti eſt in ſacramento, non lęditur, non paſsionatur, nec paſſione aliqua afficitur.

Tertium eſt quod veraciter comeditur: non tamen dentibus teritur, nec maſticatur.

Quartum in vētrem vadit, & manet donec ſpecies manent in proprio eſſe, & tamen in ſubſtantiam comedentis non mutatur.

Quintum, quod naturæ caro, & ſanguis ſaporem habet panis, & vini & non habet ſaporem carnis, & ſanguinis.

Sextum eſt, quia tanta paruitate homo aliquādo, & mente, & corpore reficitur.

Septimum, quia ſtatim deſinit eſſe ſpeciebus hoſtiæ alteratis, & mutatis. Si conſideretur huius ſacramenti efficacia, & eſſentia, plura miranda reperiuntur.

Primum, quia iſtud ſacramentum non impeditur alicuius actiōe, malitia, ſeu deſpectione.

Secundum, quod prolatione talium verborum inſtitutorum à Chriſto: talis fiat naturarum conuerſio.

Tertium eſt de tanta connexione, & vnione, vt ſumma imis, & econuerſo copulentur.

Quartum eſt quod ab indigno, & digno percipitur, & non magis à ſecundo, quàm à primo, nec e conuerſo.

Quintum eſt, quod huius ſacramenti debita perceptione dona infunduntur diuina.

Sextum quód huius ſacramenti celebratione animæ à purgatorio eruantur.

Septimum

Septimum qnod iſtud ſacramentum ſuper omnia alia à Deo acceptetur. Multa ſunt alia in hoc ſacramento ſtupenda. Et quia nimis prolixum foret prædicta omnia declarare, veritas aliquorum præfatorum delucidanda eſt, quorum declaratione, aliorum patebit claritas euidenter: licet enim præfata omnia ſint ſtupendiſsima, tamen ſunt rationabilia, vtpote, à ſapientia diuina facta, cuius eſt omnia ratione, pondere, numero, & menſura perficere.

Declarãdum eſt igitur primo, quomodo poſſit ſubiecta in ſubſtantiam tranſubiectari, & totaliter conuerti. Quo apparebit ſubſtantię in ſubſtantiam conuerſio, & corruptibilis in incorruptibile mutatio, & ſic veritas duorum primorum ſtupendorum. In hoc ſacramento panis in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti conuertitur. Hoc eſſe rationabile, & ſi ſtupendum apparet ex hoc: quia Deus eſt infinitus in vigore: quia omnipotens, & habet eſſe totale creaturarum in ſua virtute: quia quælibet creatura eſt in perfecta obedientia creatoris: quare quodlibet eſſe creaturæ, & partiale, & totale in aliud valet conuertere. Quod ſit rationale natura ſuffragatur, cuius eſt partem ſubſtantiæ partialiter in aliam conuertere, vt patet de alimento, quod partialiter tranſit in ſubſtantiam aliti: ex 2. de anima: quare, & auctor naturæ totum poterit conuertere.

Vide cõformitates B. Virg. Mar. fruc. 49. Ad hoc eſt ſacra ſcriptura; quæ oſtẽdit virtute diuina ſubſtantiam in ſubſtantiam tranſiſſe; In factione hominis terra tranſiit carnem. Gen. 19. Vxor Loth in ſtatuam ſalis virga Moiſi in ſerpentem, & ſerpens in virgam. Exo. 7. 8. Puluis conuerſus in ſciniphes. Exo. 8. Inſuper cum ſit maius de non eſſe ad eſſe conducere, quam eſſe in eſſe conuertere: quia plus diſtant, & Deus in principio ſic egit: quia creauit omnia: quare ſubſtantiam panis, & vini in corpus Chriſti poteſt, & ſanguinem conuertere. Talis enim conuerſio (vt docet Ambro. in libro de ſacramentis) ſit virtute diuina: ſermo enim Chriſti hoc cõficit ſacramentum, qno ſermone facta ſunt omnia: & habetur de conſec. diſt. 2. cap. Quia & c. Panis, & calix. Idem dicit Euſebius Eniſenus. Inuiſibilis ſacerdos ipſe Chriſtus Deus, & homo viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui, ſuo verbo ſecreta ſua poteſtate commutat. Et ponitur à magiſtro in 4. diſt. capitulo vltimo.

Declarandum eſt ſecundo, quomodo ipſius domini eſt ſubita ad altare acceleratio, cum tanta ſit diſtantia à terra vſque ad cœlum empireum. Dictis enim verbis ſacramentalibus à ſacerdote, in vltimo inſtanti completionis ipſorum, ſtatim Chriſtus ſub ſpeciebus adeſt hoſtiæ, hoc & ſi ſit mirabile eſt tamen rationabile. Quod oſtenditur argumento naturæ. lux vt dicit Ariſt. 2. de anima. in inſtanti ſe diffundit per totum medium diaphanum: lux ergo creata in inſtanti præſentatur principio tam longo medio, & termino: quare à fortiori lux increata. Argumento experientiæ & naturæ. Oculus enim ſtatim, vt aperitur, eſt in cœlo per viſionem, quia ipſum videt, & ſidera reſpicit, & non prius propinqua quam remota. Quod autem conceditur dc natura, non debet negari ab actore naturæ. Argumento ſcripturæ. Reſurrectio mortuorum virtute diuina fiet in momento, & in ictu oculi. 1. Cor. 15. Inſuper agẽs illibatum, cui nulla ineſt reſiſtẽtia, nec intrinſeca, nec extrinſeca tam in tempore poteſt agere, quam in inſtanti: quare Deus, & per cõſequens altari ſe in inſtanti præſentialiter exhibere, vt facit in hoc ſacramento. Quo declarato, patet mirabile de præſentatione Chriſti in inſtanti eſſe rationabile.

Declarandum eſt tertio quomodo tam magnum corpus, ſicuti eſt Chriſti ſub tam parua hoſtia ſubeſſe dicatur, hoc etſi ſit mirabile, eſt tamen rationabile.

Pro quo declarando. Sciendum eſt, quod eſſe in loco eſt tripliciter.

Eſſe in loco triplex. Primo commenſuratiue, diffinitiue, & præſentialiter, & ſic ſunt omnia corpora in loco. Secũdo diffinitiue, & præſentialiter, quod eſt eſſe ita hic, quod non alibi, & ſic angelus eſt in loco, & anima in toto corpore.

Tertio modo eſſe in loco, eſt ſolum præſentialiter, non circunſcriptiue, nec diffinitiue, & ſic eſt Deus vbiq; & anima in corporis partibus. Anima enim in corporis partibus eſt ſolum præſentialiter, & non diffiitiue: licet in toto corpore ſit diffinitiue. Ad propoſitum corpus domini non eſt in loco circunſcriptiue: quia à ſitu abſoluitur. Nec diffinitiue: quia ſimul eſt in in pluribus locis: igitur eſt ſolum præſentialiter, vt dicit Innocentius papa. Modo quòd magna res ſit in paruo loco, alio modo quàm ipſa ſit in ſe, non eſt incõueniens, patet de turri: quantumcũque magna, & montibus quantumcũqne magnis ciuitatibus, & caſtris, quæ ſunt in ocnli pupilla tam breui, vt dicit Vgo: Deus cum ſit immenſus, & infinitus, fuit totus in columba, ſcilicet ſpiritus ſanctus, & tamen creatura nihil eſt reſpectu Dei. Inſuper Deus poteſt conſeruare corpus ſine loco. patet, quia conſeruando corpus poteſt omnia circa ipſum deſtruere, & ſi ſic patet &c. Similiter nec valet, aliquid eſt in loco. ergo circunſcribitur, ſeu diffinitur à loco. Deus dicit Cœlum, & terram ego impleo &c. Hier. 31. 33 & tamen nec circunſcribitur, nec diffinitur à conditionibus loci, ſcilicet circunſcriptione, & diffinione: ſolum præſentialiter loco corpus præſentando. Nec eſt bona conſequentia Corpus eſt in loco. ergo circunſcribitur loco, vel diffinitur. patet: quia corpori diuina virtute, non repugnat eſſe in loco ſolum præſentialiter, & nõ circun-

circunſcriptiuè, nec diffinitiue. Quo ſequitur, quod tale corpus non arguitur maius ex maiori loco, nec minus ex minori loco, patet ex quo ſolum præſentialiter eſt in loco. Quo ſequitur quòd corpus Chriſti, etſi ſit longum, latum, & profundum, & idem numero ſit in cœlo, & in ſacramento totum eſt præſentialiter hoſtiæ, & cuilibet eius parti, ſicuti totum in ſe eſt in cœlo: quia non eſt per partem in ſacramento, vel hoſtia: ſed totū cum omnibus partibus & ſi præſentialiter ſolum ſit in hoſtia. Anima non arguitur eſſentialiter maior in toto corpore, quàm in quacunque parte corporis per ſe conſiderata. Sic ergo patet poſibilitas iſtius tertij mirabilis declarata.

Declarandum eſt quarto, quomodo idem corpus domini in pluribus locis, & altaribus reperitur. Hoc poteſt oſtendi, quod non eſt impoſibile quod idem diuerſimode ſit in diſtinctis locis, patet de voce vnica; quæ ſimul, & ſemel eſt in diuerſis auribus, vt dicit Auguſt. de ſciētia; quæ ſimul, & ſemel eadem numero eſt in docente, & adiſcente, vt dicit Commenta. 3. de anima com. 18 de homine exiſtente circunſcriptiue Romę; qui cogitatione poteſt eſſe Pariſijs ſimul, & ſemel. Hoc etiam patet ſcripturæ diuiuæ exemplo de ſpiritu Moiſi dato
Num. 11. Moyſi. ſeptuaginta viris. Num. 11. & tamen remanſit etiam in Moiſe: aliter ipſi ſimul plus habuiſſent eo & ſic ſimul eo prophetiæ fuiſſent maiores ſpiritu, cuius oppoſitum dicit ſcriptura. Eliſeus corpore exiſtens in domo propria, ſpiritu fuit præſens, quando Giezi accepit ve
4. Reg. 5. ſtimenta, & munera à Naaman ſiro. Auctori-
Matth. 5. tate dicit Saluator. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum. Corpus enim cum natura prius ſit loco, poterit Deus multiplicare, poſterius à quo eſſentialiter non dependet, ſicut eſt locus, non multiplicato priori, ſcilicet corpore. Corpus enim eſſentialiter non dependet à loco: quia diuina virtute, poteſt eſſe ſine eo. Et ideo papa Innocentius tertius in libro de officio miſſæ, cuius verba habentur de conſecra. di. 2. declarans propoſitum dicit ſic. Nota quod ſicut Dei filius per diuinam naturam habet triplicem modum exiſtendi in rebus: eſt enim in omnibus rebus per eſſentiā; in omnibus iuſtis per gratiam; in aſſumptam naturā per vnionem perſonalem. Sic corpus Chriſti habet triplicem modum exiſtendi in cœlo localiter; in verbo perſonaliter; in altari ſacramentaliter. Corpus enim Chriſti ſecundum eſſe naturale, eſt tantum in vno loco, ſcilicet in cœlo: ſecundum eſſe perſonale non eſt in loco: ſed ſecundum eſſe ſacramentale eſt in pluribus locis, Et ſic habet modum eſſendi ſpiritualem quemadmodum anima in corpore. hæc Inno. Et Augu. dicit Sicut vna, & cadē vox pluribus defertur auribus: ſic corpus Chriſti in diuerſis altaribus. Patet ergo ex dictis declaratio quarti mirabilis iſtius ſacramenti.

Quintum declarandum eſt quintum mirandū iſtius ſacramenti, videlicet quomodo corpus Chriſti cum ſit in hoſtia, oculis hominum minime videtur: ſed omnibus occultatur. Quod corpus Chriſti non videtur, eſt propter multa: quia non habet modum eſſendi naturalem in ſacramento, ſed ſupernaturalem. Qualitatibus corporalibus non afficitur; cum ſit impaſſibile, & ſic non eſt medium, quo videatur: diſtantia eſt ſumma propter modū eſſendi obedienti ad potentiam; quare non eſt mirum ſi oculo corporali non videtur, non tamen debet negari, licet non videatur; quod ibi non ſit veraciter corpus domini. Quia oportet nos concedere, quę tamen non videmus oculo corporali. Anima enim oculo corporali non videtur, dum eſt in corpore, & tamen eſt in corpore. Notitia Dei, vt dicit Dam. omnibus inſerta eſt: & tamen oculo corporali Deum nemo vidit unquam, nec videre poteſt, aut poterit, Ioan. 1.
vt dicit Augu. in Epiſtola ad Paulinam de videndo Deum. Non ſequitur. Deus non videtur, ergo non eſt. Et quia Chriſtus eſt via, veritas, & vita, & ipſe dicit. Hoc eſt corpus meū, Ioan. 14.
& hic eſt ſanguis meus: debet credi, quòd in hoſtia vere ſit eius corpus, & in calice eius ſanguis. Sed cur dominus corpus ſuum ſub alia Quæſtio
ſpecie voluit occultari? dicit magiſter in 4. d. ſolutio.
11. cap. 4. Tribus de cauſis, hoc ſacramentum ſub alia ſpecie ſumitur. Ad augendum meritū: quia fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Item ad fouendum ſenſum ne abhorreret animus, quod cerneret oculis; Nam homo non conſueuit carnem crudā comedere, aut ſanguinem bibere. Item ad vitandum ridiculum: ne inſultaret paganus cum corpus dominicum comederet Chriſtianus. Hæc magiſter. Sic ergo patet rationabilitas huius quinti mirabilis.

Sexto declarandum eſt aliud huius ſacramenti ſtupendum. Quomodo corpus Chriſti ad hoſtiæ diuiſionem non frangitur, nec diuidatur; immo ſub qualibet particula hoſtiæ integerrimum perſeuerat. Huius mirabilis poſsibilitas aſtruitur.

Primo à natura. Nam ſpeculum ſi in mille diuidatur partes, & ſint diſcontinuæ, imago repręſentata integra perſeuerat. Anima inſuper ad diuiſionem membrorum, & diſtinctionem nō diuerſificatur. Sic ergo poſsibile eſt aliqd diuidi indiuiſo pęrmanente, quod eſt in eo. Secundo à ſcriptura. Iſa dicitur. Vidi dominū ſedentem &c. ſequitur plena erat omnis terra maieſtate eius. Et cūm per terram omnis creatura intelligatur, vel ſaltē creaturæ terreſtres, & cum creatura à creatura ſit diuiſa, Deus exiſtens in eis, non diuiditur. Chriſtus ſimul erit in cœlo, & in terra, & tamen cœlum, & terra Ioan. 3.
ſunt ſumme diuiſa, & tamen idem Chriſtus.

Chriſti

Chriſti corpus in hoſtia non eſt circunſcripti ne,& etiam impaſsibile: quare non poſsibile diuidi.vt dicit magiſter in 4.di. 12. Sane cum corpus Chriſti incorruptibile ſit dicitur fra-ctio illa,& partitio non in ſubſtātia corporis ſed in ipſa panis forma ſacramentaliter fieri: vt vera fractio, & partitio ſit ibi; quæ ſit non in ſubſtantia ſed in ſacramento, id eſt ſpecie panis. Præfatis ergo apparet declaratio & rationabilitas ſexti ſtupendi huius ſacramenti. Septimo declarandum eſt quomodo in hoc ſacramento facta cōſecratione, accidentia ibi ſine ſubſtantia remaneant, huius mirabilis,& ſtupendi rationabilitas poteſt oſtendi ratione: quia ſecundum doctrinam ſanctorum & philoſophorum Deus plura poteſt facere, quā intellectus noſter intelligere: quare & ſubſtantiam ab accidente & econuerſo ſeparare: quia intellectus poteſt intelligere ſubſtantiam ſine accidente.& econuerſo ſaltem intellectione ſimplici. Inſuper maius eſt formam ſubſtantialem à corporea materia ſeparare: vt eſt de anima, quæ à corpore ſeparatur, quàm accidens à ſubiecto ſeperari: propria paſsio virtute diuina de facto eſt ſeperata à ſubiecto vtpote, caliditas ab igne in fornace trium puerorum.Dan.3.à fortiori accidens commune à ſubiecto. Scriptura dicit de Deo. Omnia quæcunque voluit fecit in cęlo,& in terra. Et ſapientiæ 11. dicitur. Tibi ſubeſt poſſe cū volueris: quare & accidens à ſubiecto ſeparare. Vnde magiſter in 4. diſt. 12. declarans propoſitum dicit. Fatendum eſt ipſa potius exiſtere ſine ſubiecto: quàm eſſe in ſubiecto: quia ibi inquit non eſt ſubſtantia niſi corporis,& ſanguinis Chriſti:ſed corpus domini talem in ſe non habet formam: ſed qualis apparebit in iudicio. Remanent ergo ibi accidentia pro ſe ſubſiſtentia ad miniſterij ritum, ad guſtum, fideiq; ſuffragiū, quibus corpus Chriſti habens formam ſuam, & naturam tegitur. Apparet ergo iam dictis iſtius ſeptimi mirabilis poſsibilitas, & rationabilitas.

Declarandū eſt ergo octaui ſtupendi,& mirabilis rōnabilitas, & poſsibilitas.ſ. Quomodo corpus Chriſti totiens ſummatur,nec ad modum aliorum ciborum conſumitur. Huius rationabilitas patet ex his; quæ fiunt in natura. Corpus continue conſumitur: ſed minimè anima in eo ſubſiſtens, ſic & hoſtia ſumitur, nec Chriſtus in ea ſubſiſtens conſumitur. Diuina virtute Rubus Moyſi comburri nō potuit:qui tamen ardebat continue, quare & corpus domini. Corpus Chriſti in ſacramento ſicuti eſt in ſe corruptibile eſt: quare corrumpi, nec cōſumi poteſt. Inſuper dominus promiſit apoſtolis,& fidelibus eſſe cum eis vſque ad conſumationem ſeculi, quod intelligitur ſecundū Clementem de reliquijs, & veneratione ſanctorum. Si Deum in ſanctis, de præſentia corporali: quare non deficit aliquando, nec conſumitur, vnde Vgo de ſacramentis parte.8. lib.2.c.11. Ad propoſitum loquitur.d. Exhibet Chriſtus ſenſui tuo ſimilitudinē cibi corporalis: vt ſenſus tuus per omnia in ſuo erudiatur. Seruat corpori ſuo veritatem naturę inuiolabilis,& immortalis: ne in ſuo corrūpatur, videtur corrodi, & permanet incorruptus: videtur affici, vel maculari,& perſeuerat immolatus, alias inuiolatus. Suſtinet hoc fieri circa ſe, ne ſenſus noſter aliquid alienū percipiat, ſed non recipit hoc in ſe, ne incorruptibilis natura ſinceritatem ſuam amittat. Tanta ergo eſt dignitas corporis Chriſti, vt nec corruptione affici poſsit, nec maculari ſordibus. Ex pręmiſsis patet rationabilitas prædicti octaui ſtupendi.

Nono declarandum eſt; quomodo cum Chriſtus dicat. Caro mea verè eſt cibus: quomodo hoc cibus aliorum more ſaltem partialiter in ſubſtantiam comedentis non conuertitur. Rationabilitas huius ſtupendi poteſt apparere ſic; Non enim oportet,ꝙ quicquid comeditur,in ſubſtantiam conuertatur comedētis. Multa naturalia comeduntur, & ſalubriter, & tamen in ſubſtantiam comedentis non conuertuntur, ſicut patet de auro, & lapidibus pręrioſis. Similiter Angeli in aſſumpta natura verè comedebant, ſicut patet de tribus Angelis, de Angelo Raphaele, de Chriſto poſt ſuam reſurrectionem, & tamen talis cibus in eorum ſubſtantiam non conuertebatur. Inſuper ratione patet: quia corporale non trahit ad ſe ſpirituale: ſed potius ecōuerſo. Corpus Chriſti eſt ſpirituale, quare ſtomacus ipſum in ſubſtantiam comedentis non trahiit, Chriſtus eſt panis viuus: quare non moritur, & ſic in ſubſtantiam non tranſit comedentis. Vnde hic cibus modo contrario aliorum peragit: quia digne comedentem in ſe conuertit(dīte Auguſtino)ſibi Chriſtum dixiſſe.7. confeſsio. Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. & Innocētius 3. in lib. de officio miſſæ dicit, & Chriſtus de ore tranſit ad cor, cibus eſt nō carnis, ſed animæ, venit in ore, vt comedatur: ſed non vt in ſtomaco digeratur. Sic ergo patet præfati noni mirabilis rationabilitas, & poſsibilitas.

Declarandum eſt decimo id mirabile, quomodo ad alterationem hoſtiæ, corpus Chriſti non patiatur.

Pro quo eſt ſciendum,ꝙ multa ſunt, quę nullā poſſunt ſuſcipere paſsionem, ſicut ſunt corpora cœleſtia, vmbra, ſol, nec radius: corpus autē Chriſti in hoſtia eſt ſpiritualius pręfatis, ac impaſsibile, ergo &c. Sancti Angeli corpora aſſumendo, etſi corpora paterentur; non tamen ipſi; quare hoſtia alterata, non ſequitur, quód corpus domini tali paſsione afficiatur. Cor-

Marginalia: Moyſi. Exo.3. — Ioan.5. — Gen.14. Thob.12. Angeli in aſſumpta natura comedebant. 1.Cor.15. Ioan.6.

pus noſtrum poſt reſurrectionem fiet incorruptibile, & à nullo poterit lędi: quare, & corpus Chriſti, quod ſic eſt de facto.

Corpus xpi habet duplex eſſe. Sciendum tamen pro maiori declaratione, ꝙ corpus Chriſti habet duplex eſſe. ſ. naturale, & ſacramentale, de quo duplici eſſe loquitur Auguſt. ſuper pſal. 4. & habetur. de conſe. di. 1. hęreſis. inquit Auguſt. Donec ſeculum finiatur ſurſum eſt dominus, & hoc quo ad eſſe naturale: ſed tamen hoc eſt nobiſcum veritas dominus, & hoc quo ad eſſe ſacramentale. Corpus enim Chriſti quod reſurrexit, oportet eſſe in vno loco; glo. ideſt in cęlo in forma, qua ſubijci humanis oculis valet, vel ſenſibus; veritas autem eius vbique diffuſa eſt. glo. 1. in ſacramento, vbi eſt veraciter, & nō ſenſibiliter. Quo patet, ꝙ corpus Chriſti quo ad eſſe naturale eſt in cœlo localiter: vt dicit Innocen. & quo ad eſſe ſpirituale eſt in hoſtia veraciter; non tamen localiter, ſed ſacramentaliter, ideſt præſentialiter: quo patet, ꝙ non omne, quod directè competit corpori Chriſti quo ad eſſe naturale, competit ſibi directè, & principaliter quo ad eſſe ſacramentale: patet quia corpori Chriſti quo ad eſſe naturale competit ſibi ſanguis, & anima. Sed vt habet eſſe ſacramentale non competit ſibi directè, & principaliter: ſed ſolū vt dicetur concomitanter. Sed quæ corpori Chriſti exiſtenti ſub hoſtia poſſunt ſibi competere, de his quæ competunt, vt habet eſſe naturale, & eſt localiter?

Nota. Reſpondetur primo, ꝙ omnis forma abſoluta quę competit ei, vt habet eſſe naturale: competit etiam ei, vt eſt ſub ſacramento, & hoc eſt ſaltem verum concomitanter. Ratio, quia abſolutum non dependet à reſpectiuo, nec prius à poſteriori. Quo ſequitur, ꝙ cū corpus Chriſti, vt dicetur, Primo, & per ſe ſit ſub ſacramento.

Secundario per ſe, & non primo ſunt partes eſſentiales. ſ. materia, & forma corporis.

Tertio modo nec per ſe, & primo, ſed per accidens, & concomitanter, vt dicetur: ſunt ibi anima, & ſanguis, & accidentia quæ non ſunt de eſſentiali ſignificato corporis. Quo ſequitur, ꝙ licet omne abſolutum tale inſit, vt dictū eſt, ſi daretur, ꝙ omne reſpectiuum, quod in vno loco, corpori Chriſti ineſſet, poſſet ineſſe, & in alio: non tamen principaliter, vt dictum eſt, ſed ſolum concomitanter. Sequitur etiam, ꝙ omnem ſenſationem actiuam, quam Chriſtus haberet in cœlo, vel alibi, vbi eſſet, haberet in ſacramento concomitanter. Ratio, quia ſenſatio eſt quid abſolutum. Similiter viſionem, quæ ſibi ineſt in cęlo habet concomitanter prout eſt in ſacramento. Ratio, quia viſio eſt, quid abſolutum. Idem dicendum eſt de intellectione, & volitione quæ ineſt ſibi in cœlo ineſt cōcomitanter in ſacramento: quia ſunt quædam abſoluta.

Secundo, ꝙ ſi corpus Chriſti eſſet paſſibile, vbi eſſet localiter, omnis paſſio abſoluta ſibi in tali loco illata ineſſet ſibi ſub ſacramento: patet ex prędictis. Quo ſequitur, ꝙ ſi aliquis Apoſtolorum in triduo conſecraſſet, ꝙ omnis dolor quantum ad abſolutum, quem habuit Chriſtus in cruce, ex quo ſuum corpus, pro tunc erat paſſibile, habuiſſet ſub hoſtia exiſtens, & hoc concomitanter patet ex dictis. Quo ſequitur, ꝙ fuiſſet verum dicere, ꝙ tale corpus, vt erat ſub ſacramento, fuiſſet flagellatum, & crucifixum licet non principaliter, ſed concomitanter.

Tertio dicitur, & eſt ad propoſitum noſtrum principaliter, ꝙ cum corpus Chriſti nunc ſit impaſſibile, nulla paſſio ab extrinſeco illata ſibi ineſſe valet, & præcipuè in ſacramento. Ratio, quia eſt incorruptibile. Inſuper ſi aliquod corpus haberet eſſe in aliquo localiter, & in alio ſolum præſentialiter, non eſt neceſſariū, ꝙ quodlibet, quod agit in ipſum, vt eſt localiter, idem poſſit agere, & eodem modo in ipſum vbi eſt pręſentialiter. Ratio, & ſi omnis forma abſoluta inexiſtens ſibi, vbi eſt localiter, inſit vbi eſt ſolum præſentialiter, & hoc cō comitanter: tamen non ſequitur ſi agit in ipſum, vt eſt localiter, ꝙ agat in ipſum idem, vt eſt in loco ſolum pręſentialiter, & hoc propter diuerſum modum eſſendi. Hoc patet in anima coniuncta, & ſeparata: quia non omne, quod agit in eam coniunctam, agit in eam ſeparatam. Patet etiam, quia non omne reſpectiuum quod ineſt ſibi, vt habet eſſe pręſentialiter, oportet ꝙ ſibi inſit vbi eſſe habet localiter, vel econuerſo. Quo ſequitur, ꝙ nulla paſſio corruptiua corporalis, quæ poſſet inferri tali corpori, vt eſt in loco circunſcriptiue, poſſet inferri eidem immediate, vbi eſſet ſolū præſentialiter: ſed ſolum cōcomitanter. Quo patet, ꝙ quando hoſtia frangitur ponitur in igne, aqua, & ſic de alijs alterationum ſpeciebus, ꝙ corpori domini nulla talis paſſio infertur; ſed in accidentibus ſolum talia fiunt, prout magiſter dixit ſupra de diuiſione hoſtiæ, & partitione. Sequitur etiam, ꝙ corpus Chriſti prout eſt ſacramentaliter in hoſtia, propriè, & principaliter non poteſt moueri, nec motu locali, nec alio, niſi à Deo: patet, quia non à virtute creata quæ ſibi improportionabiliter approximatur: quare ab increata. Sequitur etiam, ꝙ corpus Chriſti, vt eſt in Euchariſtia, non oportet moueri cum motu, quo mouetur in cœlo, vel alibi: ratio quia iſti ſunt modi exiſtendi diſtinctè, nec omne reſpectiuum, quod ſibi ineſt in vno loco, oportet ꝙ inſit in alio loco, licet de abſoluto ſemper ſit verum modo iam dicto. Sequitur etiam, ꝙ motu large accepto, quo dicimus corpus Chriſti moueri ad motum hoſtiæ, non mouetur niſi immediatè à Deo. Ratio, quia ſi mouetur, ad motum

ergo

ergo alterius. Et cum omne, quod mouetur ad motum alterius, oportet, ꝙ coniungatur illi, ſicut actus cum potentia, vel ſicut aliqua pars eius, vel ſicut, aliter ſaltem aliqua connexione ex neceſsitate naturali, & non ſimpliciter voluntaria. Sed nullo iſtorum modorum corpus Chriſti ſpeciebus connectitur: ſed pręciſé voluntarié. Ratio quia ſola voluntate diuina Chriſtus eſt præſens ſacramento, nulla connexione conſurgente ex rebus, cum ſpecies per ſe ſubſiſtant, & corpus per ſe. Sic ergo præfatis apparet decimum ſtupẽdum quo modo intelligitur, & ꝙ rationabile eſt id, qđ de ipſo dicitur.

Declarandum eſt. Vndecimo illud ſtupendũ, videlicet, quomodo eſt poſsibile, ꝙ à malo, tã ſanctiſsimum ſacramentum conficiatur ſacerdote. Poſsibilitas iſtius eſt: quia Deus ipſe hoc ſacramentum inſtituit: quare ab homine malo confectio huius ſacramenti, & conſecratio non poteſt impediri, dummodo verba à Deo ordinata proferat cum intentione, & exiſtat ſacerdos. Chriſtus eſt ille qui dixit. Matt. 26. hoc eſt corpus meum. Vnde Augu. in lib. de corpore Chriſti, & ponitur. 1. q. 1. Intra catholicam. Intra catholicam Eccleſiam in miniſterio corporis, & ſanguinis Dei nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote: quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo perficitur Saluatoris, & virtute ſpiritus ſancti. Si enim in merito eſſet ſacerdotis nequaquam ad Chriſtum pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat: ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctum hanc ſuam efficit carnem, & transfundit vinum in ſanguinem. Credendum eſt enim, ꝙ in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur, cuius prius creantur imperio, eius vtiqne verbo recreantur in melius. Hæc Auguſt. Malitia ergo ſacerdotis non impedit, quod Deus inſtituit, & ordinauit. Deus enim per ora malorum, quod decreuit, perficit, & oſtendit: ſicut patet de Balaam, & de Chaipha. patet ergo quomodo, Vndecimũ ſtupendum rationabile demonſtratur.

Math. 26.

Num. 27.
Ioan. 12.

Duodecimo, & vltimo declarandum eſt. An ab homine prauo, & malo veraciter ſumatur, & indubie tenendum eſt, ꝙ &c. Nam Chriſtus communicando Apoſtolos, dixit. Accipite, & manducate ex hoc omnes, hoc eſt corpus meum &c. Sed inter iſtos Apoſtolos, fuit Iudas malus, qui vere ſumpſit, vt dicit Augu. ſuper Io. Et Vgo lib. 2. de ſacramentis. parte. 8. Et idem dicitur. 1. q. 1. Chriſtus & 23. q. 4. Tu bonus. Et ſic concludit magiſter in 4. di. 9. c. 2. auctoritate Augu. & aliorum, à malis hoc ſacramentum vere ſummi: ſed ſacramentaliter, non ſpiritualiter.

Math. 26.

Corpus Chriſti à malis ſumitur ſacramentaliter nõ ſpiritualiter multipliciter.

Pro cuius euidẽtia eſt ſciendum corpus Chriſti ſumi, poteſt intelligi.

Primo corporaliter, & hoc non: quia incorruptibile, eſt, vt dictum eſt.

Secundo ſolum ſacramentaliter, & ſic omnes mali ſumunt, vt dicit magiſter, & ſumere ſacramentaliter ſolum eſt credere Chriſtum ſub hoſtia eſſe, & tamen non debite diſponi.

Tertio modo ſpiritualiter ſolum. Et hoc fit quando aliquis credit, & ſe diſponit: ſed aliquo impedimento eueniente non poteſt corpus domini ſuſcipere, & talis ſpiritualiter ſumit. Et tali dicit Augu. Vt quid paras dentẽ crede, & manducaſti, & ponitur de conſecra. diſt. 2. Vt quid.

Quarto modo tam ſpiritualiter, quam ſacramentaliter, & talis eſt qui credit, & ſe debite diſponendo ſumit. Qua diſtinctione patet quomodo mali, & peccatores corpus domini ſuſcipiunt communicando, & quomodo non. Inter filios Iſrael in deſerto multi fuerũt mali, & multi boni, & vtrique manna panem, .ſ. de cœlo comederunt quę erat figura huius altiſsimi ſacramenti. Sic ergo paret duodecĩmi declarandi rationabilitas. Multa etiam eſſent declaranda, quę patent declaratione duodecim præfatorum. Ex quibus duodecim ſic patefactis patet omnium mirorum in hoc ſacramento: etſi ſtupenda ſint rationabilitas, & poſsibilitas. Et ſic apparet quid eſt illud ſacramentum in ſuo tenore: quia ſtupendiſsimum quod erat primum declarandum.

Dico ſecundo, ꝙ ſi quæratur quale eſt illud ſacramentum in ſuo ſapore?

Reſpondetur, ꝙ eſt dulciſsimum. Vbi ſciendum eſt, ꝙ Deus dulcedinem ſuam dilectionem, amorem, & benignitatem, ad hominem multipliciter ſe communicando, oſtendit. Se. n. communicauit, & dedit homini aliquando cauſaliter, & participatiue; & hoc in creatione. Liberaliter, & largitiue, & hoc in generalis dominij collatione homini. Miſericorditer, & placatiue, & hoc in primorum parentũ lapſu, & declinatione. Singulariter, & præſeruatiue, præſeruando Noe, & filios à diluuio, cõſequẽter genus humanũ in perſona Noe, & ſuorũ. Fideliter, & dilectiue. ſ. Abrahę, Iſaac, & Iacob, quos in ſuos elegit, & ipſorum poſteritatem. Mirabiliter, & operatiue. ſ Moyſi per ipſum ſigna, & prodigia faciendo in terra Aegypti in Pharaonem ſeruos, & populum. Sapientialiter, & regulatiué, & hoc populo Iſraelitico, ipſi legem dando, & ſacrificia ordinando. Virtualiter, & protectiue. ſ. Ioſuę, Iephtę, & ſic ds alijs, quos protexit, & cuſtodiuit. Cordialiter, & amatiue. ſ. Dauid, quæ dominus ſpecialiter dilexit. Radialiter, & luſtratiue. ſ. Salomoni, & ſanctis prophetis. Perſonaliter, & gratificatiue. ſ. ſanctis hominibus, vtpote, Thobiæ, Iob, Eliæ, & ſic de alijs ſanctis hominibus. Medicinaliter, & ſanatiuę. ſ. Ezechie, & alijs infirmis virtute diuina liberatis. Formaliter, & entitatiue in ſuo proprio eſſe

Vide conformitates B. Virginis. Fruc. 49.

ſe dando homini,& hoc in incarnatione. Exẽ-
plariter,& immitatiue,& hoc ſanctis Apoſto
lis;quibus ſe oſtendit exemplum omnis perfe
ctionis. Obedientialiter, ſubſtantiue.ſ. Ma-
riæ,& Ioſeph,ac legi, quam voluit obſeruare.
Familiariter, & conſeruatiue.ſ. omnibus ho-
minibus.Paſsionaliter, & expreſsiuè ſuſtinen
do pęnas. Humiliter, & admiratiuè: quando
ſuper aſinam Ieroſolimam aſcendit, & intra-
uit. Contemptibiliter,& deſpectiuè,& hoc in
cruce. Triumphabiliter, & imperatiuè.ſ. de-
monibus.Feſtinaliter, & beatificatiuè ſe dat,
& dedit ſuæ animæ,& beatis in patria. Sed ſa
cramentaliter,& refectiuè ſe dat omnibus ſa-
cramentum ſui corporis, & ſanguinis ſpiri-
tualiter,& ſacramentaliter ſumentibus. Hoc
eſt donum ſingulariſsimum, ſcilicet homini
nunquam prius datum. Magnificum omne ge
nus liberalitatis tranſcendendo, dando ſeip-
ſum liberaliſsimum,ſeipſum in cibum traden
do,vbi donator venit in donum,& datum eſt
idem penitus cum datore. Saluificum,mentis
ſanans infirmitates Mirificum, in quo ſacrifi
cia ſunt terminata. Stupendiſsimum, in quo
datur Deus, & homo, lux & vita, conditor
mundi. Omnem facultatem naturæ, tranſcen
dens,& humanam.Sed ſuper omnia eſt ſuauiſ
ſimum,dulciſsimum, & dulcoroſiſsimum, &
hoc ſi conſideretur quis detur: quia Ieſus qui
ante(vt dictum eſt)ſe nobis dederat multipli-
citer: ſed ſpecialiter in ſocium per carnis aſ-
ſumptionem, poſtmodum autem, dedit in
ſuauitatis edulium,& cibum. Ieſus eſt Deus,
& homo, in quo inhabitat omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter, omnes theſauri ſa-
pientię, & ſcientiæ Dei ſunt in eo abſconditi;
plenus gratię,& veritatis. Quæ omnia ſunt do
nata nobis, & ſic dulcor magnus habetur dũ
Ieſus,qui datur cogitatur. Apparet etiam dul
cor ſi penſetur quo datur: quia immenſa cha
ritate,& ineffabili amore,de qua charitate lo
quitur Vrbanus quartus in Clementina de re
li. & veneratione ſanctorum. Si Deum in ſan-
ctis. Nam quanta ſit,& qualis oſtendit ibidẽ,
vide ibi. Quis valet cogitare quanta charita-
te, &, quàm vehementiſsimo amore nos do-
minus Ieſus amauit,dum ſeipſum nobis in ci-
bum dedit? Certe nullus; ſicut nullus eſt qui
infinitum poſsit comprehendere,& termina-
re. Si conſideretur quantum eſt, quid nobis
datur; quia corpus domini noſtri Ieſu Chri-
ſti,non in ſignum,& figuram; ſed in ſuo eſſe,
& natura datur nobis. Vnde in hoc ſacramen
to, vt Eccleſia aſſerit, totus dominus Ieſus
Chriſtus veraciter continetur. In hoſtia enim
ex vi conſecrationis eſt corpus domini glo-
rioſum ſumptum de Maria virgine, & per con
comitantiam eſt ibi ſanguis: cum domini cor
pus nunc non ſit ſine ſanguine. In calice vero
ex vi conſecrationis, eſt principalitet ſanguis
domini noſtri Ieſu Chriſti,& per concomitã-
tiam immediaram eſt corpus domini: cum
ſanguis ſine corpore non exiſtat. Eſt ibi ter-
tio per concomitantiam propinquam ad cor
pus,& ſanguinem anima Chriſti,quę eſt plena
omni beatitudine, & glorię. Deitas inſuper
adeſt, cum inſeparabiliter ſit & corpori, &
animæ coniuncta, per concomitantiam remo
tam eſt ibi, ergo &c. Et quia indiuiſa ſunt
opera trinitatis ad extra, tratione indiuiſæ
operationis eſt ibi tota trinitas. Quare conſi
derato quantum eſt,quod datur iſtius dulcor
apparet ſacramenti. Apparet etiam ſi conſide
retur quale eſt,qnod datur; quia corpus im-
mortale,& glorioſum, & conſequenter domi
nus Ieſus totus glorioſus, qui digne percipiẽ
tem ſibi vnit, & copulat; manet enim ipſe in
eo,& ille in Chriſto. Qua vnione, & perman-
ſione guſtat mens talis experientia certa,quã
dulcis, & ſuauis eſt dominus. Et ſic pręfatis
diligenter attentis apparet,ꝙ iſtud ſacramen
tum eſt digne percipientibus dulciſsimum.
Et ſic patet ſecundum,
Dico tertio,ꝙ ſi quæratur de eius valore. Re-
ſpondetur,ꝙ eſt precioſiſsimum. Valor huius
ſacramenti apparet,ſi conſideretur, ꝙ hic nõ
continetur hircus, vel agnus: ſed hic habetur
homo Deus,quod nunquam extitit in alijs ſa
cramentis; ꝙ homo totus Chriſtus continea-
tur patet; quia corpus, & ſanguis non ſunt ſi-
ne anima, vt dictum eſt; quare homo verus
Chriſtus eſt hic contentus,ꝙ vero ſit Deus pa
tet; quia Chriſtus non ſolum eſt homo,ſed &
Deus verus, quod nunquam fuit in aliquo ſa
crificio, ab aliquo oblato. Deitas enim cor-
pori,& animæ Chriſti inſeparabiliter eſt vni-
ta: quare nihil maius hoc ſacrificio inueni-
tur. Non poteſt fieri comparatio ſacrificiorũ
veterũ ad iſtud: quia illa de ſimplicibus crea
turis fuerunt(hoc de homine vero, & Deo ve
ro) ipſe homo Deus,& Deus homo, idem of-
ferens,& oblatum dans, & datum placans, &
placatum, & ſic precioſitati huius ſacramenti
nihil poteſt comparari, & eius valori. Patet
etiam huius ſacramenti valor ex gratia,quam
continet, hęc eſt gratia increata.ſ.ipſe Deus;
hæc gratia creata: quia in Chriſto eſt ponen-
da gratia ſingularis perſonæ,& capitis:quam
ipſe in nos refudit. Cum igitur in Chriſto ſit,
omnis gratiæ plenitudo, & hic cõtinetur vera
citer, omnis gratiæ plenitudo hic exiſtit: qua-
re eius valori nihil poteſt aliorũ ſacrificiorũ
cõparari. Huius ſacramẽti valor oſtenditur:
quia in ipſo omnia ſacrificia ſunt finita. Vnde
ſi quid perfectionis eſſet ponendum in alijs,
in hoc eſt pleniſsime velut in fine, & vltimo
omnium aliorũ. Declaratur huius valor etiã
ex hoc;quia hoc ſacramentũ continet quod ſi
gnificat.ſ. dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.
Sacramenta enim antiqua ſolum fuerunt ſigu

ræ. Valor etiam huius ſacramenti patet ex hoc: quia illa ratione offerentis,& non oblati acceptabantur; hoc ratione oblati Chriſti prius, & ſecundario ratione offerentis acceptatur. Nullum ſacramentum Deo eſt, vel fuit acceptius iſto. Ratio, quia perſona ſummè Deo accepta hic continetur. ſ. Chriſtus Ieſus. Apparet valor huius ſacramenti, quia hoc ſacramentum, nunquam ſuo caret effectu. Alia ſacramenta antiqua ratione offerentium quādo erant mali, ſuo carebant effectu, nec eis Deum placabant: immo per oppoſitum irritabant. Sed iſtud ſacramentum nunquam ratione mali ſacerdotis ſuo caret effectu; quia ſemper eſt ibi corpus domini, ſi verba cum intentione dicantur,& materia adsit debita: ac Deus ipſo placatur. Quo ſequitur, ꝙ maximus ualor huius ſacramenti ex hoc declaratur: quia de omnibus operibus noſtris, an ſint Deo accepta dubitare habemus, de iſto autem ſacramento, quin placeat Deo ſemper, dubitare non poſſumus. Et ſi non acceptetur aliquando ratione offerentis: acceptatur ratione oblati,& operati. ſ. Domini Ieſu Chriſti in hoc ſacramento contenti. Vltimo apparet huius ſacramēti valor ratione muneris, quod ipſo datur. ſ. gratiæ vt dicetur,& aliorum. Sic ergo ſuccinctè patet de precioſitate,& valore huius ſacramenti.

Dico quarto, ꝙ ſi quæratur de vigore huius ſacramenti. Reſpondetur ꝙ, eſt efficaciſſimū ſacramentum. Vbi ſciendum, ꝙ vigor huius ſacramenti intrinſecè accipiendo patet, quia in ipſo eſt Deus, ipſe omnipotens,& gratia creata,& increata, vt dictum eſt: quare efficaciſſimum. Sed extrinſecè, & penes ſumentem digne particulariter loquēdo eſt duplex. ſ. quia Chriſto vnit,& incorporat, dicente Chriſto. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. Secundo vitam æternam miniſtrat. dñe Chriſto. Qui manducat hunc panem viuet in æternū. Præter præfata efficit alia, vt dñt doctores: quia ipſo. Deus pater,& tota trinitas lætificatur; quia hic eſt Ieſus filius Dei patris, & media in trinitate perſona Deo ſummus honor datur, & perſona acceptiſſima immolatur. Angelos lætificat: quia ipſo Deus placatur,& panis ipſorum angelorum hominibus miniſtratur. Gaudium dat, B. Mariæ: quia ſuam carnem in filio,& filium videt Deo patri immolari. Tota cæleſtis curia iocundatur, dum regem ſuum vident dari hominibus in cibum, ac ipſum Deum ſuper malitias hominum placari. Sed generaliter loquendo vigor huius ſacramenti apparet multipliciter.

Et primo quia ad memoriam Chriſti paſsionē reducit: quotieſcunq; feceritis (ait Chriſtus) in mei memoriam. ſ. paſsionis facietis. Fratri Ioanni de Aluerna, vt dictum eſt libro primo. conformitate. 8. in tractatu de prouincia Tuſciæ. Conſecratione facta, Chriſtus apparuit ei cruci confixus, quo inſpecto adeo memoria paſsionis Chriſti fuit plagatus, vt de mane vſque ad nonam protelando, miſſam vix potuit explere. Huius eſt figura. Exo. 12. de agno: quē dominus annuatim præcepit offerri in memoriam egreſsionis de Aegypto, id eſt Chriſti de mundo ad patrem.

Secundo fidem confirmat, non ſolum hoc ſacramentum gratiam dat, ſed fidelitas noſtra confirmatur, dum tot miranda; quæ non vidētur, tam firma fide creduntur. Beatus Antonius de Padua ordinis noſtri Arimini fidem defenſauit, & confirmauit hoc ſacramento, dum, eo confecto, coram hæreticis aſinæ præſentato, qui ad comedendum ipſum eam duxerunt, id venerabiliter poplites curuando aſina adorauit,& hæreticos, hoc viſo, ad fidē adduxit. Huius figura patuit in manna data filijs Iſrael, cuius eſus, vt in fidelitate domini ipſi ſtarent datus eſt. Sic & corpus dñicū nobis datum eſt ad fidei noſtræ confirmationem.

Tertio hoc ſacramentum ſpem auget fidelibus: quia cum domini paſsionem repreſentet, qua acceſſum, & fiduciam habemus ad Deum, hoc ſacramento ſpes noſtra intenditur, vt ſperemus indubie à Deo obtinere quod petimus, vt i. n. panis datus de cœlo Iſraelitis; in deſerto ſpem dabat,& fiduciam ad terram deueniendi promiſſam; ſic ipſo nos impetrādi, quod cupimus in præſenti,& pro futuro ſpē habemus. Miles quidam ad duellum pergens cum totā ſuam in hoc ſacramento quod deuotè percepit ſpem poſuiſſet, hoſtem vicit, & proſtrauit.

Quarto mentem inflammat, cogitando infinitum amorem, quo Chriſtus hoc inſtituit, & quo venit, vt ſit nobiſcum. Beatus Franciſcus huius ſacramenti perceptione totus inflammabatur, & extra ſe ducebatur. Elias ſumptione panis ſubcineritij figuræ huius ſacramenti, dimiſsis inferioribus, inflammatus ad montem Oreb ignitum aſcendit. 3. Reg. 19.

Quinto reficit hoc ſacramētum ſpiritualiter: quia eſt caro Chriſti, quę ſpiritualiter mentē reficit, vt dictum eſt. Et corporaliter in quibuſdam etiam, vt ſolo hoc cibo, & nullo alio ſuſtentarentur. Sicut de Ioanne Abbate habetur in vitis patrum, & de multis alijs; qui die dominico hunc ſumentes cibum, per totam hebdomadam eis ad omnem corporalem refectionem ſufficiebat. Iſraelitę in peregrinatione deſerti, cibo cęlico ſunt ſuſtentati quadraginta annis,& nos ſuſtentamur hoc cibo quandiu ſumus in præſenti vita.

Sexto vnit Chriſto, & copulat, Chriſto dñte. Qui manducat carnem meam &c. in me manet, & ego in eo, & hoc amore & charitate. Hoc eſt conuiuium à Chriſto Aſſuero ordinatum

tum pro coniunctione Heſter.1. animæ cum
ipſo Deo. Magdalena ſumpto hoc cibo, fuit
perpetuo vnita Deo. Sic maria Aegiptiaca,&
ſic de alijs.
Septimo vitam dat ſpititualem. Nam Chri-
Ioan. 10. ſtus eſt vita.Dat & vitam corporalem, patet
in illo qui duobus annis, ſacramento ordiua
tione vxoris celebrato,pro eo ſuſtentatus eſt,
& in vita reſeruatus. Amalechita à Dauid
1.Reg.vlt. Chriſto hoc cibo dato ad vitam, quaſi mor-
tuus homo reuocatur.
Octauo munit.ſ.contta diabolum. Nam cum
paſsio Chriſti diabolum vicerit, & proſtraue-
rit,& hoc ſacramentum dominicam paſsionē
repræſentet: quare huius ſacramenti perce-
ptio à diabolo eſt tutatio. Hic eſt panis viſus
Iudicū 6. à Gedeone, qui caſtra deſtruxit Madian.i.de
monum, & terræ proſtrauit. Pariſius frater,
qui diù ſteterat de ſero in Eccleſia ad oran-
dum: dum de Eccleſia exiret, vt ad cellam re
uerteretur: totum clauſtrum vidit plenum de
monibus. Qui cum reuerentia pixidem, vbi
erat corpus domini in altari accipiens: ſta-
tim vt clauſtrum intrauit, demones domini-
cum corpus videntes, ſtatim aufugerunt.
Nono roborat ad bene operandum: ipſo.n.
datur gratia creata, & increata, quæ hominē
habent roborare,& vigorare. Ionathas.i.qui
libet fidelis digne ſumens mel.i.hoc ſacramen
tum,eius aperiuntur oculi,& vigore accepto,
contra hoſtes audacter deſeuit, vt habetur in
1.Reg. 14. figura. Frater minor nouitius, qui dum eſſet
Senis ſecularis, vt quandam mulierem habe-
ret,datus eſt diabolo, beneficio huius ſacra-
menti à magiſtro ſuo oblati, & remiſsionem
recepit peccaminum,& vigorem bene operā-
di à Deo, vt in ordine bene vixerit, & termi-
nauerit.
Decimo ſuſtentat contra aduerſitates, & tri-
bulationes, ne homo cadat. Sorores beatæ
Claræ tempore, quo ipſa viuebat, introitu ſa-
racenorum ad interiora monaſterij, proſtra-
tę tribulatione,& timore, corpore Chriſti in
capſula mandato beatæ Claræ eas præeunte,
ſaracenis fugatis liberatæ ſunt. Paulus ſum-
pto cibo,ſuſtentatur. Et Daniel,prandio illa-
to, ab Abacuc,& vir fidelis huius ſacramenti
ſumptione debita Chriſto vnitur,qui eum ca-
dere non permittit.
Vndecimo fomitem remittit. Cum enim hoc
ſacramento conferatur gratia: quare & fomi
tem remitti neceſſe eſt, vt docet magiſter. 2.
diſtin.32. Ac conſequenter etiam incitantia,
& ad malum impellentia. Panem hunc dum
deuotus ſumit in templo: ad nullum morti-
cinium, ideſt peccatum accedit: vt in figura
habetur Leuitici.
Duodecimo, & vltimo purgat à peccato, ni-
hil eſt ſic efficax remedium ad purgandum
peccatum, ſicut oblatio huius ſacramenti, &
ſacrificij, vt beatus Gregorius de Paſcaſio
Cardinali,de Monacho ſui monaſterij,& alijs,
in quarto iuxta finem ponit dialogorum. Et
ꝙ perfectius eſt purgatos ad vitam perducit
æternam, vt patet in præfatis. Sic ergo præfa-
tis apparet huius ſacramenti vigor, & effica-
cia. Et ſic patet ſuccintè ſecundum declaran-
dum factum in cœna domini. Conſequenter
reſtat tertio videre de alijs in cœna domini
actitatis, quæ ſtupendiſsimam arguunt dictā
cœnam extitiſſe. Et ſimul omnia complecten
do in ipſa cœna Chriſtus dominus noſter mul
ta egit meditatione digniſsima.
Et primum eſt ꝙ explicauit erga iſtam cœ-
na ſui amoris præcordium, & deſiderium di-
cens. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha man- Lucæ 20.
ducare vobiſcum, antequam patiar, vbi licet
intueri, quod dominus noſter expreſsit ſe ha-
bere deſiderium manducare cum diſcipulis
ſuis. Multotiens comederat; ſed ſingulari mo
do comedit in vltimo cum eis inſuete ab alijs
comeſtionibus: propter illa, quæ fecit in hac
comeſtione, quæ in alijs non fecerat. In pri-
ma comeſtione, de qua habetur in Euangelio
quæ fuit in nuptijs, fecit bene mirabile aquā
in vinum commutando. In alijs etiam come-
ſtionibus fecit ſemper aliquid meditatione
digniſsimum; ſed nunquam ſic ait de aliqua.
Deſiderio deſideraui &c. niſi de iſta vltima.
Et licet beatus Io. vocet eam cœnam tanquā Ioan. 13.
in vltimo factam diei: fuit tamen, vt creditur
verè comeſtio: quia tota die Chriſtus, nec
Apoſtoli comederant. Dicit ergo deſiderio
deſideraui. Sed quare ſic optauit cum diſcipu
lis manducare, & ſpecialiter in vltimo ſuæ vi-
tæ, niſi certe ad oſtendendum ſuam profun-
diſsimam humilitatem, ipſis diſcipulis mini-
ſtrando, propter quod dixit eis in cœna ipſa.
Ego ſum in medio veſtri, ſicut qui miniſtrat,
facto fecit, quod verbo expreſsit ſuam infini-
tam charitatem, cum dedit ſe nobis, & Apo-
ſtolis in cibum,& potum vt dictum eſt. Suam
magiſterij excellentiſsimam veritatem, & of-
ficium, vt ꝙ verbo promebat, facto exerceret;
propter quod dicit exemplum dedi nobis, vt
quemadmodum ego feci vobis; ita &c. Suam
profundiſsimam ſapientiam in legis veteris,
& contentorum cerimonialium in ea innoua-
tione, & terminatione. Suam lucidiſsimam
ſcientiam, & doctrinam: ſicut patet in ſermo
ne in hac cœna edito. Suam ad diſcipulos fa-
miliaritatem, quando ab eis corporaliter re-
ceſſurus, voluit prius cum eis comedere,& cę
nare. Dicit ergo deſiderio deſideraui hoc pa
ſcha. Vere Paſcha, ideſt tranſitus: quia tranſi Ioan. 13.
turus erat ex hoc mundo ad patrem.
Secundum eſt diſcipulorum ad præparādum
cœnam deſtinatio. Cum diſcipuli dixiſſent
eidem: vbi vis paremus tibi manducare Pa-
ſcha? Sequitur. Quod miſit duos de diſcipu-

lis

lis ſuis ad quendam dicens, Ite in ciuitatem &c. Quis fuerit iſte ad quem miſit diſcipulos? & ſi ex circunſtantijs apparet, quod fuerit homo in Ieruſalem valde ſingularis, & ſpe-ctabilis; quia talis habitabat in monte Sion, vbi fuerat habitatio Dauid, & habebat palatium vbi erat cœnaculum grande ſtratum, & ſufficientiſsime Chriſto, immo Apoſtolis dedit omnia pro cœna neceſſaria: quis tamen fuerit, non dicitur. Sed quendam dicit, vt oſtẽdat eum ſpectabilem fuiſſe perſonam, & ſingularem, Ieſu amicum, & diſcipulum, occultum tamen, ex quo nomen ſubticetur: Super hunc paſſum dicit Chriſoſtomus, quòd dominus à Deo fuit pauper, ac eius Apoſtoli, ꝙ domum ad comedendum Paſcha non habuerunt, nec etiam ad præparandum, quæ erant pro eſu Paſcæ neceſſaria: attamen quia dominus miſit Petrum, & Ioannem ſibi inter alios dilectione præcipuos ad præparandum apparet, ꝙ iſta cęna præparatione fuit valde ſingularis, & miranda.

Tertium quo ad cibos: quia agni paſcalis fuit ibi facta comeſtio, de quo habetur, qui erat Exo. 12. figura ipſius Domini Ieſu, qui erat occidendus pro peccatis noſtris, & in veruto crucis ponendus, ac torrendus igne immenſæ charitatis, circa quem agnum non me extendo, & eius eſum propter breuitatem.

Quartum eſt pedum diſcipulorum lauatio; Vbi profundiſsimam cerne Saluatoris humilitatem, vt dominus omnium ſe inclinauerit ad lauandum pedes, tam humilium perſonarum, videlicet piſcatorum. ſ. Petri, Andreæ, Ioannis, Iacobi, & aliorum. Nec fuit hic ſolũ humilitatis oſtenſio; ſed etiã mirabilis Chriſti operationis. Nam lauando pedes, & manibus illos tangendo, certe à peccatis purgauit, & ad corporis ſui, & ſanguinis ſuſceptionem debitam præparauit. Et licet hic multa eſſent dicenda: Vnum tamen notandum eſt; ꝙ dominus tantam humilitatem volens oſtẽdere, vtpote, pedes lauare diſcipulorum, non in palam, ſed in cęnaculo, & occulto lauit, vt oſtendere laudem humanam in actionibus noſtris totaliter fugiendam.

Quintum fuit ipſius domini ad B. Petrum renuentis lotionem pedum comminatio, & increpatio, quo dedit documentum, quod facta diuina ſunt miranda, non tamen ſemper diſcutienda, & quòd magiſter agit, iuſtum debet putare diſcipulus. Nec debere ſe homo plura ſapere oſtendere, quam oporteat.

Sextum eſt panis, & vini in corpus, & ſanguinem ſuum commutatio. Vbi oſtendit ſe Deũ omnipotentem; qui omnium creaturarum eſſe in ſua habet potentia, & virtute: quia ſicut de non eſſe, ad eſſe perduxit: ſic poteſt de vno eſſe in aliud eſſe conuertere, & mutare, & ſic egit panem in corpus, & vinum in ſanguinem conuertendo. Oſtendit ſe dominum curialiſſimum in dono dato apoſtolis, & nobis. Salomõ aſtruitur liberaliſsiquia dedit omnia, quæ 2. Paral. 9. voluit regina ſabba. Aſſuerus, qui dedit munera in deſponſatione, Heſter iuxta munificentiam regalem, & ſic de alijs. Nullus munificentior Chriſto, qui dedit ſemetipſum, & principaliter corpus ſuum, & ſanguinem concomitanter, & ſecundario dedit ſe totam ſuam perſonam diuinam, & omnia ſua. Plura conuiuia ſunt facta in veteri teſtamento cęne, & comeſtiones, ſicut patet de conuiuio Abrahæ facto angelis. De conuiuio Aſueri. De cęna Darij, & ſic de alijs: ſed nulla comparanda eſt cęne Chriſti: quia in hac cęna Chriſti pro ferculo datur Chriſtus Deus verus. Sic, & multa ſacrificia Deo ſunt facta, ſcilicet Abel, Noe, Abrahã, Iacob, Moiſi, & Aron, & à Deo ordinata. Nullum tamen eſt iſto ſacrificio perfectius: vbi offertur homo verus, & Deus verus. Sic ergo patet ſexto hoc in cæna facto, quam mirandã reddit hanc cęnam Chriſti.

Septimum fuit apoſtolorum in ſacerdotes ordinatio dicente Chriſto, hoc facite in meam commemorationem, de quo dicetur conformitate ſequenti.

Octauum fuit omnium, quæ geſsit, & de pedũ lotione, & alijs ad memoriam reuocatio dicens. Scitis, quid fecerim vobis? ego dominus, & magiſter &c. Vbi ſaluator inducit ipſos apoſtolos ad humilitatem, & exemplaritatẽ alijs tribuendam, & lotionem pedum faciendam; per quam lotionem munditiam vult intelligere totius hominis, quam ipſi, vt prælati, & doctores aliorum à Chriſto inſtituti verbo pariter docerent, & exemplo. Signanter de lotione ſe eis dediſſe exemplũ dicit. Quia vt ipſe mundus, & eos mundauit, ſic ipſi docerent alios, vt qui volunt, ad menſam Chriſti accedere, vbi ipſius proponitur ad comedendum corpus, mundi, & loti accedant, & ſint in pedibus, & in omnibus alijs membris. Lauanda ſunt ſpiritualiter mẽbra omnium, ad Chriſti corpus ſumendum accedentium. Caput ab omni iniqua intentione: quia dicit Petrus. Non tantum pedes, ſed & manus, & caput: vt habeat partem cum Chriſto. Oculi ab omni praua cogitatione, & aſpectu. Manus ab iniuſta operatione. Corpus ab omni nociua delectatione. Cor ab omni perfida opinione. Facies ab omni inhoneſta conuerſatione. Pedes ab omni peruerſa affectione. Et ſic faciamus iuxta documentum Iſa. dicentis. Lauamini mundi eſtote. Ad cęnam agni oportet, lotis Apoc. 19. veſtimentis accedere. Et non ſolum homo debet lauari: ſed debet veſtimenta ſua ſumere, vt fecit Chriſtus, & poſt lotionem pedum, & induitionem veſtimentorum: corpus ſuum dedit apoſtolis. Veſtimenta noſtra, quæ ſumere debemus: vt dominicum corpus, & ſacramentum

tum ſumamus: ſunt virtutes, & diſpoſitiones, quas habere nos oportet, vt digne Chriſtum in hoc ſacramento contentum ſumamus. Homo autem cupiens corpus domini ſpiritualiter, & ſacramentaliter ſumere debet.

Primo digne conuerſari. Sic viue dicit Aug. vt quotidie merearis accipere de conſe. diſt. 4. Non iſte.

Num. 22. Secundo pro peccato amaricari, Glo. Corpus Chriſti cum accipimus, debemus pro peccatis compungi: vt amaritudo pœnitentiæ amorem abſtergat peruerſe vitæ.

Tertio pura confeſsione expurgari. De conſecra. diſt. Panem. Innocentiam debemus portare ad altare.

Math. 6. Quarto proximo reconciliari. Vade prius reconciliari fratri tuo &c. Et idem ponitur de conſec. d. 2. Panem.

Quinto puritate decorari. de conſec. d. 2. Omnis homo ante ſacram communionem tribus, vel quatuor, vel ſeptem diebus, debet à propria abſtinere vxore, de iſta puritate loquitur Greg. cuius verba habentur d. 6. Teſtamentũ.

Sexto fiducia ſolidari. Aug. & habetur de conſec. d. 2. Credere in Chriſtum, hoc eſt panem vinum manducare. Nam Deus odit ſacrificia hereticorum: ait Hierony. ſuper Amos.

Septimo ſanctæ operari. Vnde Iſidorus, & ponitur de conſec. diſt. 2. Qui ſcelerate. dicit. Qui ſcelerate viuunt in eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant nihil ſibi ad emundationem proficere. Idem dicit papa Alexãder, & ponitur de conſec. diſt. 2. Nihil. Et idem dicit Chryſo. in Homel. de proditione Iudę. Sic ergo veſtimenta ſumendo, & lotus exiſtendo, ad domini cęnam ſecure poteſt accedere, & ſic patet qualiter dominus eſt imitandus, cũ dicit. Exemplum enim dedi vobis &c.

Nonum eſt futurorum in proditionis Iudę manifeſtatione: & Petri negatione: manifeſtatio, & reſeratio. Hoc egit, ait apoſtolus Andreas, vt oſtenderet ſe non inuite: ſed voluntarie mortem pro nobis ſuſcepiſſe: quia ſuum nouit proditorem, & quo ſciebat eum venturum acceſsit. Oſtendit hoc nono ſe omnium ſcientiam habere, & cognitionem.

Decimum eſt Ioãnis in Chriſti pectore repauſatio, & dormitio. Stupenda fuit hæc quieta dormitio, vt Ioannes ſupra pectus domini dormiret. Mirabilis fuit ex parte ſomnium immitentis, Deus miſit ſomnium in Adam: vt de ipſo formaret Euam. Miſit ſomnium in Ioannem: vt ſibi reuelaret ſecreta cęleſtia. Adam dormiendo ſtratum non habuit pectus dominicum: ſed bene Ioannes. vbi oſtendit Ieſus affectum, quem ſpecialiter habuit ad beatum Ioannem: quia eum ſupra pectus ſuum permiſit recumbere, & dormire, per quod merito Ioannes vocat ſe dilectum à Chriſto: quia nulli alteri diſcipulorum hoc eſt conceſſum. Quo Ioannis exprimitur munditia, & puritas dilectio, & charitas, deſpectio mundi, abiectio ſui inhęſio Chriſti, & eidem totalis Ioannis copulatio, & coniunctio. Aliter in tali pectore non dormiſſet, cum locus, & locatum minime conueniſſent. Sed qualis fuit hic ſomnus, certe fuit ſuauiſsimus: quia in pectore domini. Stupendiſsimus; quia vt cantat eccleſia. Fluenta euangelij de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit. Quo ſequitur iuxta dictũ Aug. ſuper Io. Homel. 1. & Origenis, ac Petri damiani; quod Ioannes raptus fuit in paradiſum paradiſorum, vbi vidit, quod poſtmodum tam alte propſit dicens. In principio erat verbum &c. Et cum non ſit poſsibile quod homo tangendo ſpecies, fragrantia ſpecierum non inhęreat ſuis manibus: vt patet experientia. ſic & Io. caput ſuum ſuper pectus domini reclinando, quod domini virtutum non ſenſerit, & abundantiam ſuarum gratiarum; diſpoſitus fuit à Chriſto tali recubitu ad id, quod Chriſtus eidem poſtea in cruce largitus eſt, vt ipſe ſingulari adoptione filius haberetur eius auctoritate beatæ Mariæ matris ſuæ: vt qui erat nepos ex carne, fieret filius adoptione diuina. Multa eſſent dicenda de hac dormitione beati Io. ſupra pectus domini: ſed quia non ſunt præſentis materię: ideo ad præſens dimitto.

De dormitione Io. ſupra pectus d.

Vndecimum quod egit Chriſtus in menſa eſt q̃ſtionis de maioritate inter diſcipulos, quis eorum uideretur eſſe maior, exortę determinatio, prout dicit. Sed. Luce 22.

Duodecimum, & vltimum in cęna peractum eſt diſcipulorum de multis alijs, & profundis informatio, de quibus conformitate ſequenti dicetur. Sic ergo apparet, quod ſapientia diuina in cęna vltima facta ab ipſo cũ ſanctis apoſtolis, ſtupendiſsima exercuit, conſiderando ſacrificiorum veterũ terminationem. Sui corporis, & ſanguinis ſacramenti inſtitutionem, & factorum aliorum, & verborum tenorem, de quibus breuitatis cauſa diſcuſsio totalis eſt omiſſa, hic ad p̃ſens, & ſic patet declarata prima pars videlicet. Ieſus cum ſuis comedẽs.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS primi, & conformitatis huius tertij libri, ſcilicet. Franciſcus emulatur. Expoſitio.

BEATISSIMVS pater noſter Franciſcus, vt Chriſto ſe per omnia coaptaret, & ſua ſancta in omnibus iuxta poſsibilitatem humanã proſequeretur veſtigia: ſicut in ſuæ conuerſationis exordio euangelicam audiendo formam viuẽdi, eidem illico per omnia ſe

nia ſe coaptauit, & ſemper ſic, & in alijs conformari ſe ſtuduit Chriſti actibus deuotis virtuoſis, & charitatiuis, prout ſuperiora in primo libro & 2. iam dicta aſtruunt, & declarãt. Sed ſpecialiter propinquus morti ſe domino, & magiſtro Chriſto ſtuduit conformare, videlicet vt ſicut Chriſtus iuxta finem ab apoſtolis receſſurus, cum apoſtolis comedit, vt dictũ eſt parte .1. huius conformitatis: ſic ipſe pater beatus Fran. ad repræſentandum cęnam Chriſti, ante ſuam mortem voluit cum fratribus comedere, vt hæc ſecunda pars conformitatis dicit. Frãciſcus emulatur. & in hoc actu, qui eſt cũ ſuis comedere Ieſum imitatur morti propinquus.

Pro cuius euidentia eſt ſciendum, ꝙ etſi omni anno dum vixit Beatus Fran. cęnam dominicam effecerit cum ſuis fratribus vt creditur: licet enim ſtaret in locis aliquando ab hominibus remotis, die tamen dominicæ cænæ reuertebatur ad fratres: vt patuit quando ad inſulam laci peruſini, tunc à nullo habitatam ſe prima die quadrageſimæ duci fecit: ſecum ſolos duos portans panes; quorum ſolum medietatem vnius comedit, vt integritatem ieiunij ſine cibo aliquo ſoli Saluatori aſcriberet cum præfato doctore ordinauit, quod die cęnæ domini ad ipſum accederet: quia die illo eſſe cum fratribus volebat, & ſic factum eſt. Sic ergo recedendo à locis remotis, & deſertis ipſa die, vt comunicaret, & cum fratribus dominicam cęnam celebraret remeabat: attamen tribus vicibus ipſam ſolẽniter exercuit. Primo in loco, qui dicitur de carceribus montis ſubaſi, de quo dictum eſt lib. 1. conformitate 8. in tractatu de prouincia ſancti Fran. vbi agitur de fratre Rufino. Quo die cęnæ fratrem Rufinum, quem diabolus obcecauerat de prædeſtinatione, beatus Fran. oratione liberauit.

Secundo ipſam cęnam beatus Fran. peregit, ſed in quo loco non habetur: ſed credo, quod fuerit in loco ſanctæ Mariæ de angelis, vbi cũ vellet cęnam facere cum aliquibus fratribus, ad repręſentandum illam ſanctiſsimam cęnã, quam fecit dominus cum diſcipulis ſuis in memoriam ſuæ inextimabilis charitatis, affuit inter eos frater Elias proditor, quaſi alter Iudas, cumque beatus Fr. gratias agens benedixiſſet panem, & ſingulis fratribus ex eo dediſſet: omnibus cum multa deuotione recipientibus de dicto pane, atque comedentibus ille ſolus Elias in manu tenuit panem contennes ipſum comedere, aſcribẽs fatuitati, quod beatus pater Fran. inſtinctu faciebat ſpiritus ſancti. Nec mirum: quia ſcriptum eſt. Deridetur iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes mundanorum. De quorum numero iſte fuit: ſicut patuit ex eius fine quem fecit. Frater autem Leo, qui tunc ibi erat, cum hoc vidiſſet, rogauit ipſum Eliam: vt ſibi porrigeret illum panem, qui cum fratri Leoni panem illum benedictum dediſſet, tanquam contemnens quicquid ibi fiebat, frater Leo illum diligenter, & reuerenter reſeruauit, & poſtmodum ex eo multa miracula fecit.

Tertio iſtam cęnam beatus Fran. exercuit die iouis, vt credidit ipſe ante mortem ſuam; quę fuit die ſabbati ſequentis de ſero, vnde ſciens beatus Fran. diem, & horam ſui tranſitus, ex hoc mundo ad patrem: vt Chriſtum ſuum magiſtrum, quem ſedule fuerat proſequutus in vita: ſic & ſequeretur in morte fecit omnes fratres exiſtentes in loco ad ſe vocari, iuſsitque panes apportari, & eos benedixit, atq; in plurimas partes frangi fecit: quia ipſe, præ nimia debilitate frangere non valebat. Et accipiens vnicuique fratri particulam porrexit, præcipiens, vt totam quilibet manducaret in ſignũ dilectionis hoc faciens fratribus. Et quod ad ſimilitudinem faceret Chriſti, patuit: quia ipſe Franciſcus quæſiuit ſi eſſet tunc quinta feria: etſi eſſet dies alia: ipſe tamen putauit, ꝙ eſſet feria quinta. Vnus ex fratribus vnam particulam de ipſo pane ſeruauit, quam poſt mortem beati Fran. plurimi infirmi geſtantes: à varijs ſunt morbis liberati. Sic ergo apparet ſuccincte quomodo beatus Fran. in vltimo vitæ Chriſtum imitatus eſt, cum ipſis fratribus, vt Chriſtus comedendo. Et ſic patet expoſitio ſecundæ partis huius primæ conformitatis videlicet Franciſcus emulatur, Quomodo vero eos ad inſtar Chriſti informauerit dicetur conformitate ſequenti. Ac etiam de alijs, quibus Chriſti factus cõformis inuenitur conformitate 4. huius 3. libri dicetur.

Quo die B. F. mortuus eſt.

FRVCTVS II. ET CONFORMITAS 3. libri, & 30. in ordine. Ieſus deuotos imbuens. Franciſcus fabulatur

Expoſitio primæ partis, ſcilicet. Ieſus deuotos imbuens.

LIBERALISSIMVS dominus noſter Ieſus Chriſtus: etſi in beneficijs multiplicibus collatis in generali humano generi tam in principio conditionis humanæ naturæ, de quibus dictum eſt lib. 1. ſecunda conformitate, quam in particulari diuerſis hominibus veteris teſtamenti: videlicet Abel, eius munera acceptando. Enoch ad paradiſum transferendo. Noe, & filijs præſeruando à diluuio. Abrahæ ab Vr caldeorũ liberando. Iſaac ab imolatione paterna cuſtodiendo, Iacob in cunctis aſsiſtendo. Ioſeph ęgipto præficiẽdo. Moiſi cum ſui populi principem ſtatuendo.

Aaron, & filios in ſummos ſacerdotes eligen-
do. Ioſue, Gedeoni, Aoth, Iepte, & ſic de alijs
à manibus hoſtium eripiendo. Dauid in regnū
ſublimando. Salamoni cum ſua ſapientia re-
plendo. Ioſaphat ab aduerſarij protegendo.
Ezechiæ ſanitatem donando. Eliæ ſua magna-
lia oſtendendo. Eliſeo ipſum ſpiritu duplici
Eliæ induendo. Tobiæ lucem, & lumen oculo-
rum infundendo. Iob amiſſa duplicando. Da-
nieli in lacu leonum eum conſeruando, & ſic
de alijs. Liberaliſsimus tamen apparuit ſeme-
tipſum nobis dādo. Primò in ſocium in incar-
natione &c. Deum in cibum in ſuæ cænæ cele-
bratione ſvt dictum fuit conformitate præce-
denti, & ſpeciali modo ſuis apoſtolis, & diſci-
pulis. Præter corporis, & ſanguinis ſui colla-
tionem, multorum aliorum beneficiorum im-
penſione. Ipſe enim benigniſsimus dominus
Ieſus circa finem ſuæ vitæ, quādo, ſcilicet paſ-
ſione erat receſſurus ab Apoſtolis, multa bene-
ficia impendit ſuæ liberalitatis declaratiua.
Et primum eſt dilectionis. Ioan. dicit quod in
finē dilexit ſuos. Suos ergo nominando oſten-
dit Chriſtum ipſos ſpeciali amore dilexiſſe.
Inſuper vt exprimeret Chriſtus amorem ad ip-
ſos in ſermone de cęna vocat eos filios, ami-
cos, & quod adinuicem ſe diligerent ſicut ip-
ſe eos dilexit. Ioan. 13.
Secundum ſuiipſius pro volito impenſionis.
Abſceſſurus ab eis præſentia corporali, ad li-
bitum eorum ſe habendi conceſsit, & hoc ſa-
cramenti euchariſtiæ frequentatione. Quan-
docunque enim miſſa celebratur Chriſtus in
ſacramento habetur, & datur ad quod haben-
dum dedit eis.
Tertium, ſcilicet donum ordinationis vt enim
hoc ſacramētum poſſent frequentare, & Chri-
ſtum pro libito apud ſe haberet, fecit eos ſa-
Lucæ 13. cerdotes dum dixit eis Lucę 23. Hoc facite in
meam commemorationem.
Quartum fuit: etſi præceſſerit dictum ſecūdū,
& tertium, mundationis: quia Chriſtus lauan-
do pedes totam perſonam lauit, & quod foris
oſtendit corporaliter: intus fecit ſpiritualiter
Ioan. 13. propter quod dixit eis. Vos mundi eſtis, & ſic
eos à peccatis reddidit abſolutos: quia mun-
datos.
Quintum pro ipſis ad patrem rogationis: vt
Ioan. 10. patet Pater ſancte: ſerua eos &c. Ego pro eis
rogo; non pro mundo: ſanctifica eos in veri-
tate &c.
Sextum de ſubarrationis regno obtinendo.
Lucæ 13. Ego diſpono vobis regnum &c. Et non bibam
Matth. 26. amodo de iſto genimine vitis &c. donec bibā
illud vobiſcum nouum in regno Dei &c.
Septimum à ſomno, & pigritia excitationis:
in horto dum dormiunt dicit. Surgite, & ora-
te: ne intretis in tentationem &c.
Matth. 26. Octauum de mittendo eis ſpiritum ſanctum
certificationis, & conſolationis, quia ſpiritus
paraclitus idest conſolator dicitur; eis ſe datū
rum ſpiritum ſanctum oſtendit.
Nonum eſt præſeruationis: Nam volentes eū Ioan. 14.
tenere, inquit. Si me quæritis, ſinite hos abire. Ioan. 18.
Decimum eſt informationis. In hoc ſe oſten-
dit eis liberaliſsimum referendo eis profun-
da ſuæ ſapientiæ, de quibus loquitur prima
pars huius 2. conformitatis tertij libri dicens,
Ieſus deuotos imbuens, idest informans, ſci-
licet Apoſtolos. Et quia homo naturaliter ſci-
re optat: ac ſcire diuina, ſit donum, cui (teſte
ſapiente) nihil valet comparari: Chriſtus ſic
ipſos informando ſuæ liberalitatis, donum
ſingulariſsimum expreſsit. Sed vt melius vi-
deatur hoc, eſt ſciendum quod cum dominus
Ieſus ſit lux vera. Et lux mundi. Habeatq; om- Ioan. 1. 8.
nium notitiam, & cognitionem. Apoſtolos 16.
ſuos diuerſimode informauit. Et quia (vt pa-
tet experientia) aliter docendi ſunt rudes, &
aliter iam in ſcientia exercitati, & imbuti, ſal-
uator noſter in primordio vocationis eorum,
velut rudes; palam multum, & quaſi ſine pro-
funditate doctrinæ quid haberent agere, vt ve-
re ſui eſſent diſcipuli, in ſermone, quem fecit
in monte: de quo habetur informauit. Verum Mat. 5. 7.
continua Chriſti informatione: nam quoti-
die docebat eos: vt habetur, iam exercitatis, Matth. 21.
pandidit plura alia: ſicut patet, tamen ſimili- Matth. 13.
tudinibus, & parabolis: vt facilius ſuorum di-
ctorum ſub ſimilitudine expreſſorum recorda-
rentur. Vltimo vero imbutis, & in doctrina
fidei exercitatis; pandit plura magna, & mi-
randa: & hoc in ſermone ipſius cænæ, ſiue in
cęna edito. In quo ſermone oſtendit.
Primo diuinarum perſonarum trinitatem, &
vnionem: Nam pater, & filius, & ſpiritus ſan-
ctus, quod ſunt oſtenditur: & quòd vnum ſunt;
concluditur.
Secundo à patre ipſius filij generationem di-
cens. Exiui à patre, & veni in mundum &c. Ioan. 16.
Tertio ſpiritus ſancti à patre, & filio proceſ-
ſionem. Paraclitus, quem ego mittam vobis a Ioan. 15.
patre, ſpiritum, qui a patre procedit &c.
Quarto indiuiſam trium perſonarum opera-
tionem. Pater in me manens, ipſe facit opera; Ioan. 14.
& pater meus vſque modo operatur, & ego
operor &c.
Quinto perſonarum diuinarū adinuicem cir-
cūinceſſionē. Ego in patre, & pater in me eſt. Ioan. 14.
Sexto fidei ſinceritatem, & in ipſo permanſio-
nem. Creditis in Deum, & in me credite. Ioan. 14.
Septimo præmiorum diuerſitatem in cœli ha-
bitatione. Io. In domo patris mei manſiones Ioan. 14.
multæ ſunt &c.
Octauo ipſorum Apoſtolorum ad gloriæ pe-
rennis prædeſtinationem. Vado parare vobis Ioan. 14.
locum &c.
Nono mirorum faciendorum eos habituros
declarauit auctoritatem pro fidei confirma-
tione. Amen dico vobis, qui credit in me, ope- Ioan. 14.
ra; quæ

ra; quæ ego facio,& ipſe faciet;& maiora ho-
rum faciet &c.
Decimo modum, quo à Deo acceptarentur
eorum orationes, declarauit, & reſerauit.
Ioan. 14. Quicquid petieritis patrem in nomine meo;
dabit vobis.
Ioan. 14. Vndecimo eos docuit ad ipſum habere dile-
ctionem,& amoris probationem.Si quis dili-
git me ſermonem meum ſeruabit, & ſi diligi-
tis me, mandata, mea ſeruate.
Ioan. 14. Duodecimo veram animæ ad Deum coniun-
ctionem.Si quis diligit me,& ſequitur, ad eũ
veniemus,& manſionem apud eum faciemus.
Tertio decimo ſuam doctrinam valere ad ha
Ioan. 13. bendum æternam beatitudinem. Beati eritis
ſi feceritis eam &c.
Quarto decimo ſpiritus ſancti ſuper eos de-
Ioan. 14. ſcenſum & permanſionem. Ego rogabo patrẽ
& alium paraclitum dabit vobis &c.
Quinto decimo cordium ipſorum à ſpiritu
Ioan. 14. ſancto illuſtrationem de omnibus ſpiritus ſan
ctus docebit vos omnia &c.
Sextodecimo ipſorum à Deo continuam gu-
Ioan. 14. bernationem. Non relinquam vos orphanos
Ioan. 16. &c.& Io.16.Pater ſanctæ,ſerua eos:rogo &c.
Decimoſeptimo ipſorum à mundo vexatio-
Ioan. 15. nem.Mundus vos odit &c. In mundo præſſu-
Ioan. 16. ram habebitis & venit hora,in qua omnis;qui
interficit uos &c.
Decimo octauo eorum in tribulationibus gau
Ioan. 16. dium futurum, & conſolationem. Vos nunc
triſtitiam habetis, iterum videbo vos,& gau-
debit cor veſtrum.
Deeimo nono per ipſos mundi ad ipſum eon
Ioan. 15. uerſionem. Ego elegi vos de mundo, vt eatis,
& fructum afferatis &c.
Vigeſimo fiduciam in ipſum, & aſſecuratio-
Ioan. 14. nem. Non turbetur cor veſtrum,neque formi
det &c.
Vigeſimo primo bonorum operum fructum
Ioan. 15. & operationem. Ego ſum vitis, vos palmites,
qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructũ
multum.
Vigeſimo ſecundo diuinam aſsiſtentiam pro
Ioan. 15. noſtra bona operatione. Sine me nihil pote-
ſtis facere.
Ioan. 15. Vigeſimo tertio infidelium punitionem. Si
quis in me non manſerit, mittetur foras, &
areſcet &c.
Vigeſimo quarto ipſorum adinuicem vnionẽ,
Ioan. 14. & coniunctiouem. Io. Mandatum nouum do
vobis; vt diligatis inuicem &c.
Ioan. 17. Vigeſimo quinto ipſorum ad patrem recom-
mendationem.
Ioan. 17. Vigeſimo ſexto vitæ eternę reſerationem.Hęc
eſt vita ęterna;vt cognoſcant te ſolum verum
Deum;& quem miſiſti dominum Ieſum Chri
ſtum. De multis alijs in cęna ſermocinando.
Saluator Apoſtolos inſtruxit, & docuit; ſed
præfata ſufficiant nonnulla ipſorum magna
indigerent declaratione; ſed domino concedente in libro, quem poſt iſtum facere intendo de delicijs domini Saluatoris,& geſtis,de clarabuntur: quorum diſcuſsionem ad præſens dimitto breuitatis cauſa.Patet ergo munificentia,& largitas, ac liberalitas declarata (Nota.) Apoſtolis per Chriſtum, & ſpecialiter eos de multis illuſtrando: prout dicit prima pars huius conformitatis videlicet Ieſus deuotos imbuens. Et qualiter debeatur intelligi; iam eſt declaratum.

SECVNDAE PARTIS FRVCTVS, & conformitatis ſecundæ, tertij libri, ſcilicet Franciſcus fabulatur. Expoſitio.

FRANCISCVS fabulatur, dicit ſecunda pars 2. conformitatis huius tertij libri 1. in mortis articulo conſtitutus;fratres ſuos alloquitur, & de multis edocet:& cũ eis ad inſtar Chriſti receſſurus à diſcipulis confabulatur. Hoc ſiquidem nunc pro expoſitione ſecundi fructus, & conformitatis tertij libri eſt videndum ad præſens. Pro cuius euidentia eſt ſciendũ ꝙ beatus pater noſter Franciſcus de morte die,& hora à Chriſto pleniſsime informatus: vt dicit Bonauentura in 14. parte legendæ maioris: ſui tranſitus hora appropinquante,fecit omnes fratres exiſtentes in loco ad ſe vocari, & eos conſolatoriis verbis pro ſua morte demulcens, paterno affectu, ad diuinum hortatus eſt amorem, ad patientiam,ad paupertatem,& ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ fidem ſeruandam.Et adiecit. Valete filij omnes in timore domini,& permanete in eo ſemper. Et quoniam futura tentatio, & tribulatio appropinquat, fęlices,qui perſeuerabunt in his,quæ cęperunt.Ego vero ad Deũ propero; cuius gratiæ vos omnes commendo. hæc frater Bonauẽtura.Et quia ſuccinctè multa tangit & in breui, pro euidentia præfatorum notandum eſt, ꝙ beatus Fran. fratres aliquando omnes ante mortem ſuam(vt dicit antiqua legenda) plura eis dixit, & de pluribus admonendo informauit. Et quia mors beati Fr. pluries fuit credita imminere apud fratres, etſi non apud ipſum: cum ipſe Chriſto reuelante diem ſciret, & horam: inſerenda ſunt hic aliqua, quæ ipſe habuit fratribus dicere,dum alias moriturus à fratribus putaretur.

Semel enim cum propter infirmitatem ſtomaci vellet euomere, & ſibi violentiam feciſſet; per totam noctem ſanguinem euomit vſque ad matutinum,quod ſocij videntes,ipſum pre

debilitate, & afflictione credentes mori: cum lachrimis multis poſt plura ei dixerunt. Ergo pater benedicas nobis, & cęteris fratribus, quos in Chriſto genuiſti, & aliquod memoriale ruæ voluntatis relinquas nobis: quod fratres in memoriam tui ſemper habeant, & poſſint dicere. Tunc beatus Franciſcus paternos oculos in filios dirigens dixit. Vocate mihi fratrem benedictum de Piratro: erat enim ſacerdos, & beato Franciſco in infirmitate celebrabat: qui cum veniſſet: dixit illi. Scribe qualiter benedico omnibus fratribus meis; qui ſunt in religione, & qui venturi ſunt vſque ad finem ſeculi, & quoniam propter infirmitatē, loqui non valeo; in tribus verbis patefacio breuiter voluntatem meam, & intentionem cunctis fratribus præſentibus, & futuris in ſignum memorię meæ benedictionis, & teſtamenti. Semper ſe diligant adinuicem ſicut dilexi, & diligo eos. Semper diligant, & obſeruent dominam meam paupertatem. Et ſemper prælatis, & clericis ſanctæ matris Eccleſię fideles, & ſubiecti exiſtant. Hæc ſunt, quæ tūc fecit ſcribi, & ſatis concordant cum dictis domini fratris Bonauenturæ, vt dictum eſt. Verum quia tunc B.F. non fuit mortuus: videndum eſt quid circa mortem dixerit. Et quia multa dixiſſe inuenitur, vt patet in teſtamento: quod teſtamentum beati Franciſci appellatur, quod in morte fecit, & iuxta regulam ſcribi, & ſemper haberi mandauit: dictum textum ad litteram hic non ſcribo; ſed ſententialiter ipſum ponam. Sententia autem dicti teſtamenti ſtat in multis.

B.Fran. benedictio, & verba ad fratres.

Teſtamentum B.F.

Primo quia B. F. ſe aſſerit diuino munere ad ſtatum pœnitentiæ eſſe euocatum: in principio dicens. Dominus dedit mihi fratri Fr. incipere facere pœnitentiam.

Secundo ſe fatetur maximum peccatorem: in quit enim in peccatis eram.

Tertio aſſerit diuina gratia diſplicentiam ad leproſos; in complacentiam ſibi permutatā.

Quarto dicit, dominum eum de ſeculo nequā ad religionem traxiſſe.

Quinto modum orandi in Eccleſijs omnibus ſibi Chriſtum reuelaſſe, vt diceret. Adoramus te Chriſte &c.

Sexto reuerentiam, ꝙ ad ſacerdotes, vt ad ipſos recurreret; & ſi eum offenderent Chriſtus conceſsit.

Septimo vt nunquam prædicaret contra velle ſacerdotum in ſuis parochijs, ſeu Eccleſijs.

Octauo ipſos ſacerdotes, vt dominos ſuos dicit, ꝙ honorauit, timuit, & ſemper amauit.

Nono in ſacerdotibus non eſſe attendendum delictum, ſed Dei filium, qui eſt in eis.

Decimo ſumma affectione, & reuerentia ad altiſsimum ſacramentum corporis, & ſanguinis domini ſe ferri dicit; & ipſum dominicū corpus in loco venerabili voluit collocari.

Vndecimo dicit de ſe, ꝙ ſanctiſsima nomina, & ſcripturam domini Ieſu recolligebat, & loco debito reponebat, rogans ſic fieri, & agi per fratres.

Duodecimo confitetur beatus Franciſcus, ꝙ poſtquam habuit fratres; quid ageret fuit à domino informatus.

Tertiodecimo dicit, ꝙ vt viueret ſecundum formam ſancti Euangelij, Chriſtus ei oſtēdit.

Quartodecimo, ꝙ regulam; quam de Euangelio verbis paucis ſcripſit, Papa confirmauit.

Quintodecimo dicit, ꝙ intrantes ſuum ordinem; pauperibus ſua omnia diſtribuebant, quæ habere poterant.

Sextodecimo in dicto teſtamento ponit, ꝙ ipſe cum alijs fuit vnica tunica contentus repeciata intus, & extra, chorda, & brachis.

Decimoſeptimo officium diuinum, vt alij clerici; ſed laici Pater noſter dicebant.

Decimo octauo dicit, quòd vt plurimum ipſe cum ſocijs conuerſationem habebat in Eccleſijs.

Decimonono dicit, quòd humilitatem cum ſocijs; omnibus ſubditus fuit.

Vigeſimo dicit, quòd manibus laborauit, & ſic voluit alios manibus laborare laboritio, quod ad honeſtatem pertinet, & neſcientes diſcant; non ad lucrum reportandum; ſed otioſitatem repellendam.

Vigeſimoprimo voluit, quòd fratres pro labore; quæ pertinent ad victum reciperent.

Vigeſimoſecundo dicit, quod ſi quando eis pro labore nihil daretur; quòd irent pro eleemoſyna oſtiatim.

Vigeſimotertio, quod pacis ſalutationem, vt diceret. Dominus det tibi, vel vobis pacem; dominus ei reuelauit.

Vigeſimoquarto mandat cauere debere fratres, ne Eccleſias, ſeu habitacula conſtruerēt, vel conſtrui permitterent; niſi ſecundum ſanctam paupertatem, & regulam promiſſam: habitantes in eiſdem vt aduenę, & peregrini.

Vigeſimoquinto prohibuit, nē fratres priuilegium vllum à ſede Romana peterent; pro prædicatione facienda, vel perſequutione vitanda; ſed ſi eos perſequerentur, abinde recederent.

Vigeſimoſexto voluit obedire firmiter generali miniſtro, & Guardiano ei ab ipſo dato.

Vigeſimoſeptimo obedientiam declarat prælatis à ſubditis exhibendam, videlicet vt ſubditus nihil agat, vel vadat ſine ipſorum voluntate, & obedientia.

Vigeſimo octauo guardianis mandauit firmiter obedire.

Vigeſimonono officium iuſsit ſecundum regulam fieri.

Trigeſimo, quòd officium facere nolentes ſecundum regulam; etſi non eſſent catholici, caperentur, & Cuſtodi præſentarentur, & Cuſtos

ſtos miniſtro,& miniſter pretectori.
Trigeſimo primo declarat beatus Franciſcus, quòd ſuum teſtamentum, non eſt alia regula; ſed eſt cauſa recordationis,admonitionis, & exhortationis, vt regula promiſſa melius obſeruetur.
Trigeſimo ſecundo mandat generali miniſtro,miniſtris,& cuſtodibus ad iſtud teſtamẽtum nihil addere,vel minuere, & iuxta regulam ſcribi facere.
Teigeſimo tertio voluit, quod teſtamentum ſuum legeretur,quando legitur regula.
Trigeſimo quarto mandat omnibus fratribus clericis,& laicis per obedientiam; vt non mittant gloſam in regula, nec verba dicendo ita vult intelligi; ſed ſimpliciter intelligatur vt iacet: quia ſic eſt diuinę voluntatis.
Trigeſimo quinto obſeruatoribus regulę imprecatus eſt benedictionem in cœlo altiſsimi patris, & in terra dilectiſsimi filij ſui domini noſtri Ieſu Chriſti.
Trigeſimo ſexto,& vltimo benedictionem data à Chriſto, qui conceſsit hoc ſcribi teſtamentum,confirmat eis intus,& extra. Et hæc eſt ſententia teſtamenti beati patris noſtri.F. quod ante mortem ſuam fecit. Et ſic patet qualiter beatus.F.fuit ante mortem ſuam ſuis fratribus confabulatus. De multis alijs B. F. morti propinquus loquutus eſt, ſicut qualis eſſe deberet generalis miniſter, & de eius ſocijs. Vnde dicitur in legenda antiqua in capitulo de zelo ipſius ad religionem, ꝙ prope finem vitæ ſuæ,dixit ei quidam Frater. Pater,tu tranſibis ad dominum, & familiam hic te ſequuta,remanebit in valle lachrimarum. Innue ergo nobis aliquem ſi cognoſcis in ordine,in quo tuus animus conquieſcat,cui onus generalis miniſterij dignè poſsit imponi. Reſpondit B.F. induens cuncta verba ſuſpirijs. Tam magni, & multi modi exercitus ducem; tam ampli,& dilatati gregis paſtorem fili mi nullũ ſufficientem intueor. Sed vnum vobis depingam, in quo reluceat qualis deberet eſſe huius familiæ dux,& paſtor. Homo (inquit) iſte debet eſſe vitę grauiſsimæ &c. Require de hoc lib. 1.conformitate.12.c.23.& vide ibi. In quibus verbis B.F.notabiliter deſcribit quale deberet eſſe caput, & membra ordinis fratrum minorum. Et quia dominus Frater Bonauen. dicit in 4. parte legendæ maioris: vt allegatũ eſt: ꝙ B.F.moriturus dixit fratribus,ꝙ futura tribulatio appropinquat &c. innuit beatus F. de futura tribulatione, qua ante prædixerat in mundo venturam,tam in Eccleſia,quàm in ordine: quód eam fratribus ad memoriam tũc reduxit. De qua futura tribulatione:quia dictum eſt lib.2.cõformitate.6. ideo ſufficiat, quod eſt ibi dictũ, & ideo nihil ſcribo ad præſens. Multa alia.B. F. moriturus fratribus loquutus eſt. De quibus conformitate.3. huius tertij libri dicetur. Ad præſens ſufficiant prædicta pro declaratione huius 2. partis conformitatis,videlicet. Franciſcus fabulatur. Et ex dictis eius patet Expoſitio.

Deſcriptio generalis, miniſtrorum, & ſociorum, &c.

FRVCTVS TERTIVS, ET CONformitas libri tertij, & 31. in ordine. Ieſus crucem ſuſcipiens Franciſcus conſignatur. Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus crucem ſuſcipiens.

QVIA hoc opus de conformitate vitę beati Fran. ad vitã domini Ieſu Chriſti eſt ordinatum ad oſtendendum hoc, videlicet,ꝙ quemadmodum Chriſtus fuit crucifixus; ſic & beatus.F. ab ipſo Chriſto ſuæ paſsionis fuit ſtigmatibus conſignatus:prout præſens fructus.13. in ordine,& tertius huius tertij libri declarare intendit. Et quemadmodum Chriſtus fecit beatum.F.ſibi conformem in ſignis paſsionis ſuæ,ſic & in alijs: vt deductum eſt in libris præcedentibus, & conformitatibus:vt enim dictum eſt, nulla forma in materiam inducitur, niſi materia formæ introducendæ contemperetur, proportionetur, & aſsimiletur. Quare & B.F. non dediſſet formã ſuę ſimilitudinis paſsionalis; niſi & in alijs reddidiſſet ſibi ſimilem,& conformem. Quapropter cum diuina gratia faciente, in pluribus ſit declarata conformitas beati Franciſci ad Chriſtum: facta ipſius bonitate: reſtat igitur videre quomodo in vltimo eſt ſimiliter per omnia cõformatus,videlicet in ſuſceptione à Chriſto ſignorum ſuæ ſacratiſsimæ paſsionis; prout præſens conformitas declarare intendit. Et quia hæc conformitas.3.huius 3.libri habet duas partes,prima dicit ꝙ Ieſus pro ſalute noſtra crucem ſuſcepit.ſ. moriendo in ipſa. ſecunda pars dicit, ꝙ beatus.F. à Chriſto ſuę paſsionis ſtigmatibus conſignatur: videndum eſt more præcedentium primo de prima parte: ſecundo de ſecunda. Sed volendo loqui de prima parte pro ipſius expoſitione:quia dicit ꝙ Ieſus volens pro nobis ſe morti tradere; potius elegit mori in cruce, quàm alio modo: hic erit de cauſa inueſtigandum: quo viſo patebit expoſitio iſtius primæ partis huius conformitatis.
Si ergo quæratur de cauſa,quare dominus Ieſus voluit in cruce mori: præſuppoſito ꝙ mori eum decebat pro ſatisfactione peccatorũ, & noſtra redemptione: vt dicetur conformitate.4.ſequenti.
Reſpondetur, & dicitur ꝙ decentiſsimum fuit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum mori in cruce. Et congruentiæ nonnullæ aſsignantur à docto-

Congruentiæ cur xps in cruce mori uoluit.

à doctoribus, & à ſanctis.

Et prima congruentia aſsignatur à S. Andrea Apoſtolo, vt ſicut ligno ſcientię boni, & mali facta eſt humani generis perditio: Adam, & Eua de ipſo ſumendo: ſic in ligno crucis decebat, vt fieret humanæ naturæ reparatio, & redemptio. Vnde cantatur in crucis præfatione: ꝙ Deus conſtituit ſalutem humani generis in ligno crucis, vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret, & qui. ſ. diabolus in ligno vicebat. ſ. per primos parentes: in ligno crucis vinceretur. ſ. per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et ideo dicit beatus Aug. in ſermone de paſsione. Contempſit Adam præceptũ accipiens ex arbore: ſed quicquid Adam perdidit, Chriſtus in cruce inuenit. Et b. Andreas plures aſsignat congruentias ad hoc. Vide in ſua legenda.

Secunda congruentia vt Chriſtus in cruce, moriendo: quia tũc genus illud mortis erat abiectiſsimum, fideles animaret, vt nullum genus tormenti pro eius amore pati timerent. Hanc tangit. Aug. in libro. 83. quæſtionum.

Tertia congruentia; vt ſicut Chriſtus perambulando terram eam ſanctificauit: ſic in ligno crucis in aere leuatus aerem ſe ſanctificaſſe monſtraret: Terram ſanctificauit perambulando: ſanguinem ſuum, & aquam tempore paſsionis fundendo. Aquam ſuper ipſam per agrando. Sic & aerem in cruce ſe ſubleuando. Hanc tangit Chryſo. in ſermone de paſsione.

Quarta congruentia; vt oſtenderet in cruce moriendo, ſe per mortem ſuam totum mundum quantum eſt ex ſufficientia ſuę paſsionis ſaluaſſe; qui velut ad crucem quatuor eſt partibus diuiſus: vel vt oſtenderet ſe iuxta partes crucis quatuor feciſſe.

Primo hominum redemptionem.

Secundo angelorum reſtaurationem.

Tertio diabolicæ potentiæ ſubiugationem.

Quarto à limbo patrum liberationem: vel per Chriſti paſsionem diffuſam eſſe gratiam ad quatuor partes orbis ſecundum Greg. nicenũ. Sed manibus extenſis crucifigitur: ſecundum Chryſo. vt altera manu veterem populum; altera eos, qui ex gentibus ſunt trahat.

Quintam congruentiam ponit Aug. de gratia noui, & veteris teſtamenti, vt per hoc genus mortis in cruce diuerſę virtutes oſtenderentur. In latitudine vbi manus extenduntur recta operatio. In longitudine longanimitas. In altitudine ſupernorum expectatio. In profunditate gratuitę gratiæ condonatio declaretur, & ſecundum Ber. in ſuperiori parte charitas. A dextris benignitas. A ſiniſtris patientiæ longanimitas. In infimo iacet humilitas.

Sextam congruentiam aſsignat Aug. in ſermone de paſsione dicens: ꝙ mors Chriſti facta eſt in ligno crucis: quia ſic plebis implentur figuræ. Crux enim Chriſti eſt lignum poſitum in medio Paradiſi; quia vita eſt Chriſtus, qui
in ea pependit. Lignum eſt ſcientię boni, & Ioan. 14.
mali; quia ea boni ſaluantur, & damnantur
mali. Hoc ligno in archa à diluuio ſaluatur Gen. 1.
genus humanum: quia per Chriſtum in ligno
crucis à peccatorum diluuio liberatur. Bacu- Gen. 7. 33.
lo Iacob. i. cruce Chriſti iordanis tranſitur, id Gen. 34.
eſt amaritudo omnis præſentis vitæ tolera-
tur. Virga Moyſi. i. cruce Chriſti ſignati per
Moyſen aſſumptum de aquis, ideſt Chriſtum,
qui immunis fuit ab omni peccato; liberãtur
& mare tranſeunt. Sed Pharao præfocatur cũ
ſuis, & Amalech proſternitur, ideſt diabolus Exo. 17.
cũ ſuis vincitur, & ſuperatur. Ligno, ideſt cru
ce aquæ amarę, ideſt mundi tribulationes dul
ceſcunt. In ſtrue lignorũ Iſaac ſuperponitur, Num. 18.
quia Ieſus in cruce affigitur. Panis vitæ, ſcili- Gen. 22.
cet Chriſtus ſuper menſam, ideſt crucem po-
nitur. Ligno ſerpens prudentiſsimus ſuſpen- Leuit. 5.
ditur. ſ. Chriſtus. Botrus appenditur. Num. 21. Num. 21.
& ſic de alijs figuris; quæ vt implerentur in ligno crucis Ieſu mori complacuit.

Septima, & vltima congruentia quo ad hoc eſt; ꝙ Chriſtus in cruce mori voluit, vt ſuam crucem oſtenderet eſſe primo ſuæ vitæ perfectę oſtenſiuam. Et quia qualiter eſt in cruce demonſtrata vita perfectionalis Chriſti dicetur in expoſitione. 2. partis huius conformitatis: ideo nihil ad pñs de ea.

Secundo oſtendit Chriſtus crucem eſſe veræ
ſapientiæ inſtructiuam. In ea. n. pependit ille,
qui eſt ſapientia Dei, & in quo ſunt omnes the Quas le-
ſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. ſ. ctiones xp̃s
Ieſus Chriſtus. In cruce iſte doctor Chriſtus, in cruce
& magiſter ſummus ſtans; vt in cathedra legit ſtans legat.
plures, lectiones; fideles de vera ſapientia informantes, & ad veram ſapientiam perducentes.

Prima lectio eius eſt, ꝙ Deus eſt ſuper omnia amandus, & diligẽdus: Ratio, quia ipſe prior dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis: quare eum amare debemus ſuper omnia, & diligere.

Secunda lectio eſt, ꝙ Deo eſt indeſinẽter obediendum; quia ipſe Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri vſque ad mortem.

Tertia lectio, quam legit eſt, ꝙ pro ipſo Chri
ſto eſt moriendum, & etiam pro proximo: Ip
ſe pro nobis mortuus eſt; clamans, vt ſequami 1. Pet. 2.
ni veſtigia eius.

Quarta lectio eſt, ꝙ sẽper eſt orandum. In cru
ce (teſte Apoſtolo.) Chriſtus ſolum orauit, &
pro peccatoribus. Luc. 23. Heb. 5.

Quinta lectio eſt, ꝙ à peccato eſt abſtinendũ,
& nullo modo committendum, vt enim nos à
peccato lauaret, ſanguinem ſuum fudit. Apoc. 1.

Sexta lectio eſt, ꝙ mundus ſpernendus eſt, & derelinquendus: Hoc oſtendit dum nudus in cruce pependit.

Septima lectio eſt, ꝙ inimicis, & mala nobis

infeſtantibus,eſt parcendum.Pro eis orauit dicens. Pater, dimitte illis.
Lucæ 23. Octaua lectio eſt, ꝙ meditationi crucis iugiter eſt inſiſtendum: Nam cum ſibi ſugereretur,vt de cruce deſcenderet, in ipſa mori voluit,& terminare.
Matth. 27.
Nona lectio eſt, ꝙ pœnæ, & aduerſa ſunt patienter toleranda. Nam in tot illatis:iuxta dictum Pſal. & lete. Non aperuit os ſuum.
Decima lectio eſt,ꝙ prudenter eſt loquendũ: Pauca enim verba ipſe dominus loquutus eſt in cruce; etſi ſummæ prudentiæ,& virtutis.
Vndecima lectio eſt,ꝙ corpus,ſiue caro diris eſt maceranda verberibus, & cibanda aceto, & felle.
Duodecima lectio eſt,ꝙ anima,& ſpiritus ſemper ſunt Deo commendanda,& offerenda: In patris manus poſuit ſpiritum,& commendauit. Regina Sabba, ideſt beata Virgo Maria, vt ſapientiam audiret veri Salomonis Chriſti
Ioan. 19. filij ſui: ſtabat iuxta crucem. Paulus iuxta hanc crucem informatus: clamabat dicens,ſe nihil ſcire,niſi Chriſtum, & hunc crucifixum; qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, ſanctificatio,& redemptio.
1.Corin. 1. Tertio oſtendit Chriſtus ſuam crucem eſſe ſcientiæ diuinæ panditiuam. Si vis omnium ſcientiam habere; ad crucem perge;& conſilio beatæ Mariæ iuxta ipſam conſiſte, & audi doctorem Chriſtum pendentem in ea docentem.
Primo veram grammaticam;vt ſciat homo deuotus rectè loqui, populum informando dominicam paſsionem in corde rectè ſcribere: de ipſa iugiter meditando, ipſamque paſsionem ſuam originem omnium virtutum eſſe, ac perfectionum.
Secundo veram logicam; per quam falſitas mundi, & terrenorum deſpicitur,& æternorũ veritas poſsidet.
Tertio veram Rhetoricam; per quam.ſ. paſsionem ſuam, quam docet;ſic noſtræ orationes adornantur,& verba: vt à Deo, & ſanctis audiantur libenter,& acceptentur.
Quarto veram muſicam,quæ Deo Chriſti exẽplo in cruce pendentis,corde pſallitur,& pſalterium decem chordarum obſeruantia præceptorum pulſatione continua perſoluitur.
Quinto veram arithmeticam; qua vnitas diuina in trinitate colitur; dualitas naturarum in Chriſto creditur,& trinitas coniunctorum, ſcilicet animæ & corporis cum Deitate prædicatur; quæ ſunt principia omnis noſtræ credulitatis.
Sexto veram aſtrologiam;per quam diſcurſus humanarum calamitatum, & miſerationũ diuinarum contemplatur;& ſpecialiter tempore gratiæ: patet miſeratio domini facta ex cruce.
Septimo veram aſtronomiam; quia per crucis paſsionem veræ ſtellæ, videlicet ſancti homines cęlo inſeruntur, & in libro vitæ annotantur.
Octauo veram geometriam; qua Deitas tam magna pro noſtra ſalute ſic inclinata,& humiliata, ac breuiata declaratur.
Nono veram prophetiam; qua Deus, & eius amor addiſcitur,& mundialis reſpuitur;dũ.ſ. totus à crucifixo domino agnoſcitur eſſe contemptus.
Decimo veram Ethicam, virtutes morales Chriſtus docet in cruce.ſ. fortitudinem contra diabolum, quem ſuperauit; temperantiã contra carnem; prudentiam contra mundũ; iuſtitiam quo ad Deum.
Vndecimo veram medicinam, ſacramentis inſtitutis,quæ à paſsione habẽt efficaciam, morbi auferuntur omnium peccatorum.
Duodecimo docet veram legem,quicquid.n. ad vitæ pertinet perfectionem(vt dicetur ſtatim) in ipſa depromitur.
Docet ſacram theologiam; quia Deum ſe manifeſtè depromit; quo homo corpore, & anima beatificatur.
Quarto prodit dominus Ieſus morte crucis ipſam crucem eſſe omnium virtutum expreſſiuam: Ibi enim oſtenditur paupertas arctiſſima; quia Ieſus nudus moritur. Humilitas profundiſsima; quia Deus ſic vilificatur. Charitas ardentiſsima; quia ſumma charitate ꝓ nobis patitur. Pietas benigniſsima; quia peccatoribus in latrone venia promittitur, & cõceditur. Patientia cõtra omnes poſsibiles aduerſitates. Pœnitentia contra iniquitates. Abſtinentia in cibis, & potibus. In verbis modeſtia,& loquutionibus,atque ſermonibus. Vigilantia in oratione. Diligentia in legis diuinę obſeruatione. Perſeuerantia in bono opere. In conſumatione vitæ prudentia.ſ. Deo patri animam commendando. Nec immerito crux eſt virtutum expreſsiua; quia in ipſa ſtat dominus virtutum, & rex gloriæ.
Quinto Chriſtus moriendo in cruce; oſtendit ipſam eſſe omnium morborum ſpiritualium abſterſiuam,& curatiuam. Sacramenta teſtantibus doctoribus,& B. Augu. vt dictum eſt conformitate præcedenti;à paſsione Chriſti non ſolum præuiſa; ſed exhibita habuerũt efficaciam; quibus ſacramentis vitia reſecãtur. Sacramento Euchariſtiæ reſecatur ſuperbia. Confirmationis inuidia. Matrimonij luxuria. Pœnitentiæ auaritia. Ordinis accidia. Baptiſmi ira. Extremæ vnctionis gula reſtringitur, & fugatur. Culpa originalis baptiſmo tollitur. Culpa venialis extrema vnctione. Culpa mortalis pœnitentia. Pœna ignorantiæ ſacramento ordinis. Pœna impotentiæ, & incõſtantiæ ſacramento confirmationis. Pœna malitiæ ſacramento Euchariſtię. Pœna concupiſcentiæ ſacramento matrimonij, & ſic vitia
Pſal. 23.
Nota.

ſacramentis in cruce monſtratis; quo ad culpam, & pœnam reſecantur. Nec immerito, quia in cruce iacet, qui eſt medicus animarũ, & corporum Ieſus Chriſtus.

Sexto in cruce mori dignatus eſt, vt oſtenderet ſuam crucem, eſſe hoſtium expulſiuam, & proſtratiuam, ac debellatiuam: Diabolus n. (vt multis miraculis eſt approbatum) quando crucis ſignum vidět, ſtatim aufugit: quia in ea pependit ille, qui cępit diabolum, & ligauit. Apoc. 19: Et diaboli potentias confregit.

Septimo in cruce volendo mori, oſtendit Chriſtus crucem eſſe ſummi amoris diuini expreſſiuam. Charitas, & amor eum crucem aſcendere fecit; in ipſa eum tenuit, & mori fecit. Signa amoris in cruce plura ſunt oſtenſa.

Signa amoris Chriſti in cruce.

Primum, quia ſe pro nobis tradidit.

Secundum, quia pro peccatoribus exorauit.

Tertium, quia latroni Paradiſum promiſit.

Quartum, quia diabolum hoſtem noſtrum à nobis fugauit.

Quintum, quia Deo reconciliauit.

Sextum nos ſanguine ſuo lauit, & renouauit.

Septimum contra omnes aduerſitates ſuo exẽplo, & crucis meditatione roborauit.

Octauum pro peccato noſtro Deo patri ſatiſfecit.

Nonum quę ſunt perfectionis hominis, & vitæ declarauit.

Decimum vetera, quę erant importabilia aboleuit, & caſſauit.

Vndecimum noua, & quę ſunt pro noſtra ſalute conſideranda ordinauit.

Duodecimum noſtram ſalutem obtinuit, fecit, & impetrauit: vt dicit Apoſtolus Heb. 5. Preces, ſupplicationeſq; offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.

Octauo dominus in cruce mori voluit, vt oſtẽderet crucem eſſe ſuorum mirabilium declaratiuam. Deus, qui fecit mirabilia abſque numero, in cruce multa ſtupenda effecit.

Stupenda à Chriſto in cruce facta.

Primum fuit ſacramentorum veterum abolitio, & nouorum inſtitutio, & confirmatio, per virtutem eis & gratiam, ac efficaciã collatã.

Secundum generis humani redemptio & pro ipſo ſatiſfactio; quam nulla pura creatura facere poterat.

Tertium diaboli proſtratio, captiuatio, & humani generis à ſuis manibus abſtractio.

Quartum latronis ad Chriſtum conuerſio; veniæ conceſſio; paradiſi promiſſio.

Quintum tot iniuriarum, & improperiorum filio Dei ſupportatio.

Sextum ſolis tali tempore, & hora; & tandiu obſcuratio, & petrarum ſciſſio; & ſepulchrorum reſeratio.

Septimum beatæ Marię in matrem Ioannis condonatio.

Octauum talis vocis circa mortem emiſſio.

Nonum animæ Deitati vnitę à corpore ſeparatio, & non ab ipſa Deitate.

Decimum Centurionis, & aliorum illuminatio dicentis. Veræ filius Dei erat iſte. Et alij percutientes pectora ſua &c.

Vndecimum præfatorum contritio: vt dictum eſt: qui pectora percutiebant &c.

Duodecimum de Chriſto iam mortuo, ſ. de latere ſanguinis, & aquę progreſſio. Fecit ergo dominus in cruce mirabilia.

Nono voluit dominus in cruce mori, vt oſtenderet crucem ſuam ſuorum verborum ſingularium prædicatiuam. Septem verba ſingulariſſima in cruce deprompſit; quæ ſunt mirabilis doctrinæ oſtenſiua.

Verba xp̃i in cruce prolata.

Primo verbo dicens. Pater; dimitte, vel ignoſce illis &c. expræſſit iniuriarum omnium dimiſſionem, & fideles ad inimicorum induxit dilectionem ſuo exemplo; & ſic dicto verbo patet, ꝙ Ieſus fuit totus magnanimus iniurias dimittendo.

Secundo verbo, ſcilicet Deus Deus meus &c. oſtendit nos ad ſe debere habere compaſſionem, & oſtendit ꝙ fuit patientiſſimus in ſuſtinendo, & nos ad ſuſtinendum incommoda induxit.

Tertio verbo oſtendit noſtræ ſalutis zelum dicens. Sitio, & ſic ꝙ zelantiſſimus fuit bonũ noſtrum inquirendo; & ꝙ ſibi eſt inhęrendũ.

Quarto verbo animat nos ad fiduciam, & confidentiam de veniæ acceptione dicens. Amen dico tibi; hodie mecum eris in paradiſo: quo liberaliſſimus in conferrendo declaratur.

Quinto verbo ad amorem mutuum, & coniunctionem animorum accendit dicens: Mulier; ecce filius tuus. Et diſcipulo Ecce mater tua. Et oſtenditur prudentiſſimus in diſponẽdo.

Sexto verbo dicens. Conſummatum eſt: docuit diuinorum perceptorum impletionem, & ſe perfectiſſimum, & veraciſſimum oſtendit in adimplendo.

Septimo verbo: videlicet. In manus tuas domine commendo ſpiritum meum: oſtendit deprecandam Dei iugem, protectionem, & ſe ſapientiſſimum in finiendo oſtendit.

Ex primo, & primo verbo oſtendit, ſe eſſe pro nobis apud patrem interceſſorem.

In ſecundo verbo, oſtendit ſe habere virtutẽ conſtantis allegationis ſuæ iuſtitię, & innocentiæ ad patrem.

In tertio dicens, Sitio: oſtendit ſe habere ad nos audaciam conſtantiſſimæ requiſitionis pro collatis.

In quarto dicens. Amen dico tibi &c. ſe oſtẽdit habere virtutem ſummæ poteſtatis, quia latroni paradiſum promiſit.

In quo dicens. Mulier &c. oſtendit ſe de nobis habere promptam ſolicitudinem, & prouidam ſedulitatem.

In ſexto dicens Cõſumatũ eſt &c. oſtdit ſe habere virtutẽ triũphalis debilitationis hoſtiũ.

In

In ſeptimo dicens. In manus, &c. Oſtendit ſe habere confidentiam, & virtutem ſecuri redditus ad patrem. Multa de præfatis poſſent dici verbis; quæ gratia breuitatis omitto.

Decimo mori voluit dominus in cruce, vt oſtenderet crucem eſſe omnium ſpiritualium, & virtuoſorum indicatiuam; per geſta enim in cruce ſunt mira oſtenſa. In expanſione brachiorum eſt ſignum expreſſum dilatationis affectus, ad omnia effundenda, trahenda, & imploranda. In conclauatione, & clauorum confixione, ſignum conclauationis cordium; & cordis ad Chriſtum. Iuxta illud Apoſtoli: Chriſto confixus ſum cruci. In coniunctione Chriſti corporis cruci per clauos: ſignum ſtabilitatis in bono. In eleuatione crucis cum Chriſti corpore; eleuatio à terrenis. In integritate oſſium; dicente ſcriptura: Os non comminuetis ex eo, ſignum eſt redintegrationis noſtri corporis ad veram integritatem. In ſuſceptione pœnarum; tolerantiam oſtendit in aduerſis. In crucifixione inter duos latrones; bene operantium, & male operantium oſtendit præmium. Ex generalitate paſsionum in toto corpore; oſtendit vitam præſentem non eſſe gaudij; ſed meroris. Sic ergo præfatis apparet, quare dominus crucem ſuſcepit, & in ea mori voluit; vt qualis eſſet ipſa crux fidelibus ipſam apprehendentibus declararet, ac ad eius amplexum omnes induceret, & inuitaret. Et licet prædicta inducant fideles ad crucis amplexum; ſunt tamen plura alia, quę hoc idem oſtendunt, & ſuadent.

Galat. 6. Matth. 16. Qño omnis creatura repreſentat miſterium crucis.

Et primum eſt ſcripturæ auctoritas. Paulus clamat. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti &c. Saluator clamat. Si quis vult poſt me venire &c. ſequitur. Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Secundũ eſt oīs creaturæ varietas. Oīs creatura crucis miſteriũ repſentat, vel factorũ in ea. Crux reperitur in creatis ſpiritibus. Cum enim ſint nouem ordines angelorum; vbi in eorum medio ponatur vnus ordo, crux reſultat domini. Ponendo duos ordines: vnum ſub alio in parte ſuperiori: longitudinis crucis, ſcilicet ſeraphin in ſupræmo, & cherubin ad ipſum immediate ſub. In parte inferiori dictæ longitudinis archangelos primo; & angelos ſub immediate. In brachio dextro ponantur duo ordines, ſcilicet virtutes, & dominationes. In ſiniſtro principatus, & poteſtates. In medio crucis ordinem tronorum; & habes crucem factam ex nouem ordinibus angelorum. Crux ergo figuratur in nouem ordinibus angelorũ: ad oſtendendum quod ea ſunt nouem ordines ipſi reparati, & quod Chriſtus in ea pendens, eſt quilibet dictorum ordinum, quo ad proprietatem, vt auctoritatibus ſacri eloquij poſſet oſtendi. Demonſtratur crux in homine; longitudo à capite vſque ad pedes; tranſuerſum, & latitudo de brachio in brachium. In mundi partibus eſt crux figurata. Si crux ponatur in plano; oriens eſt caput; occidẽs eſt infimum; & ſic habetur longitudo: aquilo eſt dextrum, meridies eſt ſiniſtrum, & ſic habetur latitudo.

In elementis eſt figurata crux. Si ponatur recta: ignis in ſupræmo: in imo terra: & ſic longitudo habetur crucis. In tranſuerſo aquã pone, & aerem. Numeri ſignificant etiam crucis miſteria: duo ſignificant Chriſtum in cruce fuiſſe poſitum in duabus naturis, ſcilicet humana, & diuina, & vna ſola perſona. Ternarius numerus ſignificat, quòd in Chriſto exiſtente in cruce, tres fuerunt, ſcilicet caro, anima, & Deitas. Quaternarius quaternariũ ſignificat virtutum in cruce oſtenſarum. Septuaginta ſignificat, & poſt ſeptuaginta hebdomodas annorum iuxta vaticinium Chriſtus in cruce fuit poſitus, & mortuus. Dan. 9. Et ſic de alijs numeris. Quia ergo omnis creaturæ varietas crucem repræſentat, vel facta in ea: omnis creatura eius ſuadet amplexum.

Crux Xp̃i fuit de quatuor lignis, & cur. Ezech. 9.

Tertio ſuadet crucis amplexum eius ordinatio. Artifex eius eſt Chriſtus, qui ipſam ordinauit; ſicut de ipſa prophetauit, quia ad formam thau: ad oſtendendum quod ſicut ligna ti tunc forma thau: ſic & modo à morte perpetua præſeruantur. Sed hic artifex de quatuor lignis eam componi voluit. Lignum erectum fuit de cipreſſo. Tranſuerſale fuit de palma. Trũcus vbi crux fuit infixa, fuit de cedro. Tabula ſuperpoſita capiti Ieſu, in qua titulus fuit ſcriptus erat de oliua. Longitudo crucis: vt dicit magiſter in hyſtoria ſcolaſtica in tractatu de paſsione: quo ad lignum erectum, fuit quindecim pedum. Et tabula appoſita à Pilato cum titulo habebat pedem cum dimidio. Sed dicta ligna ſic diſtincta ad compoſitionem crucis ſunt coniuncta; ad exprimendũ quæ ſunt per Chriſtum in cruce acta. Pax eſt facta inter Deum, & hominem in ligno crucis: quare lignum fuit ibi oliuæ. Palmæ lignũ victoriam habitam à Chriſto de diabolo ſignificat. Cipreſſus fuit ibi: vt amaritudinem paſſionis Chriſti oſtenderet. Cedrus ibi affuit; vt dulcedinem gratiæ à Chriſto collatæ; omnibus per paſsionem depromeret: & ſic Chriſtus artifex in faciendo crucem, de pluribus lignis ipſam compoſuit, ſic & formam ei ſingularem dedit, vt diuerſas exprimeret conditiones eius forma. Vt in altitudine diuina potentia; in longitudine ſua æternitas; in latitudine diuina pietas, in profunditate diuinæ ſapientiæ profunditas Chriſti in cruce pendentis exprimeretur. Multa poſſent dici de dicta materia, & forma. Sed de iam dictis require in arbore de vita B. Mariæ fructu 51.

Quarto ſuadet crucis amplexum crucis in corpore Chriſti dedicatio, & ſanctificatio: Sancti-

ficata eſt crux carnis Chriſti contactu, & ſanguinis linitione: applicatio corporis Chriſti per contactum ad crucem eidem magnam efficaciam reliquit. Et ideo clamabat Andreas Apoſtolus di. O crux, quæ in corpore Chriſti dedicata es &c. Non igitur mirum ſi crucis ſigno ſancti faciunt miracula; cum tantam efficaciam Chriſtus ſuo contactu ſaluifico reliquerit in ea.

Quinto amplexum crucis oſtendit B. Mariæ iuxta crucem permanſio: Signum fuit magnę efficaciæ exiſtentis in cruce; quando mater Dei iuxta crucem ſtetit: ac ad ſtandum iuxta ipſam ſuo exemplo fideles induxit.

Sexto ad amplexandum crucem ſuadet Chriſti dilectio ad ipſam crucem. In ſignum amoris Chriſtus mori in ipſa voluit, & pro ſuo ſigno victoriali habere: Et quia Chriſtus eam, ſic dilexit, crucem ſancti alij, ſcilicet Petrus, Paulus, Andreas, Franciſcus, & alij amauerũt.

Septimo ſuadet crucis amplexum demonum effugatio: Si amore crucis, ac eius ſigno erimus protecti; diaboli inſidias nos non oportet timere: quia ſtatim aufugit ſigno crucis viſo, prout docet Greg. in 3. lib. dial.

Octauo ſuadet crucis amplexum tribulatio mundi, carnis, & diaboli: Si enim dominica paſsione, & crucis meditatione vallemur: teſte Aug. nihil adeo durum, quod non leue putetur. Patet in ſanctis martiribus, & confeſſoribus, qui crucis meditatione inebriati, nihil amarum forte, vel durum eis apparuit.

Nonum crucis amplexum ſuadens, eſt à morbo liberatio: Nonne crucis ſignum venenum fugauit? patet in Io. euangeliſta; qui venenũ bibit facto prius ſigno crucis. Sancti ſigno crucis omnes infirmitates, & morbos curarunt.

Decimum ſuadens iugem Chriſti amplexum crucis, eſt conſideratio dignitatis crucis, quę multis figuris ſcripturæ declaratur: Crux enim propter ea, quæ in ea ſunt dicta, & facta, eſt cã
Exo. 40. delabrũ illuminationis; quia ſol iuſtitiæ Chriſtus, & lux vera in ea ſtat ad omnes illuminan
2. Paral. 9. dum. Solium eruditionis in quo uerus Salomõ Chriſtus ad docendum, vt dictum eſt: ſupra ſtat veram ſapientiam, altare reconciliationis
2. Reg. vlt. In quo facta eſt reconciliatio inter Deum, & hominem, inter angelum, & hominem: & inter hominem, & hominem. Faſtigium excla-
Eſdre. 2. mationis. In hoc gradu ligneo, & cathedra Dauid. 1. Chriſtus ſummus doctor (vt dictum eſt) legit ſuas lectiones. Caput paratum tenens ad oſculandum, & brachia aperta ad recipiendum eius doctrinam volentes audire. Statera facta eſt: vbi ponderatum eſt precium datum Deo patri pro peccato humani generis, in qua ſtatera Iob appetebat appendi ſuũ
Iob. 4. peccatum, & ponderari. Arbor requietionis.
Gen. 18. A mundanis fatigari ſub vmbra huius arboris requieſcant, & requiem inuenient: prout ſua det ſuo exemplo ſponſa. Cant. 2. Menſa refe- Cant. 2.
ctionis pſal. 22. in ſe habens panem vitæ Chriſtum Deum, & hominem. Virga directionis pſal. in via, ſcilicet mandatorum, & omnis iuſtitiæ; quam Chriſtus imperat capi in ſuo euãgelio. Signum defenſionis pſal. fac mecum ſignum in bonum, vt videant. vnde eccleſia, ecce crucem domini: fugite partes aduerſæ &c. Spectaculum ſaluationis: Nam morſus à ſerpente ideſt peccato: intueatur Chriſtum in ligno pendentem, & ſanabitur: vt in figura habetur Numeri 19. Refugium euaſionis. Si Num. 19.
quis hoc ſignũ thau in frõte portauerit, à Dei ira, & vindicta tutus erit. Eze. 7. Scala aſcen- Ezech. 7.
ſionis, ſcilicet ad cœlum: ad hoc oſtendendũ Chriſtus de cruce ad perfectam, & beatitudinem plenam animæ tranſiuit, docens nos ſi cęlum volumus adire: per hanc ſcalã nos aſcendere oportere. Sic ergo iam dictis pſ̄fatis crucem aſtringere debemus: & ei inhęrere dilectione, & aſsidua meditatione, vt eius beneficio tuti, tandem per ipſam ſcalam ad gloriã aſcẽdere mereamur. Patet ergo de cauſa, quare Chriſtus crucifigi voluit, & in cruce mori, & ſic patet ſuccincte expoſitio primæ partis iſtius 3. conformitatis tertij libri videlicet. Ieſus crucem ſuſcipiens.

SECVNDAE PARTIS TERTII fructus, & conformitatis tertij libri .ſ. Franciſcus conſignatur. Expoſitio.

NVNC in ſecunda parte huius 3. cõformitatis, quæ dicit. Franciſcus conſignatur, ſcilicet à domino noſtro Ieſu Chriſto ſuæ ſacræ paſsionis ſtigmatibus: volendo de ſtigmatizatione beati Fran. à Chriſto facta De poſsibilitate träſformationis, & quo.
tractare, præſuppoſito quod beati Fran. ſtigmatizatio (prout loquimur in præſenti) fuerit in Chriſtũ transformatio, & quo ad paſsionis ſigna B. Frã. ad Xp̄m per omnia ſimilatio: prout patet ſtatim in huius 2. partis expoſitio ne ſerunt aliqua diſcutienda.

Primum eſt, an transformatio ideſt in formã Quæſtio.
alterius tranſitio ſit poſsibilis, & quomodo habeat fieri. Et licet de hoc ſit dictum in ſermone facto pro ſecundo prologo huius operis; qui incipit. Similem illum fecit in gloria ſanctorum, ſolutione ſecundæ quæſtionis pro thematis introductione: tamen ſuccincte pręfata repeto; quia dubium habet duas partes. Primo an transformatio ſit poſsibilis. Secundo per quod habeat ſieri; præſuppoſita poſsibilitate transformationis: ideo reſponſio erit duplex: prima ad primam partem: ſecunda ad ſecundam. Solutio.

Ad

Sol. Ad primam partem reſpondetur, quòd trans formatio eſt poſsibilis. hoc patet euidenter. Pcimo in naturalibus: vt patet per Auicen. 6. naturalium. parte 4.cap.19. Vbi ponit, quod anima habet vim corporis complexionẽ tranſformandi, ex forti imaginatione in id, quod imaginaturi prout allegatum eſt loco iam dicto. Idem ponit B. Aug.11.de trinitate.ca.4. animam habere dominium transformandi corpus ad qualitatem; vt poſsit mutare ſicut veſtimentum ſuum. Et ponit exemplum de illo, qui tanta concupiſcentia inflãmbatur amore mulieris, vt videretur cum ea miſceri corporaliter. Et exemplum etiam ponit de illis, qui ſolum imaginationibus illuduntur. Hoc

Gen. 30. idem patet per ſcripturam. Gen. 30. De virgis Iacob &c.

Secundo in artificialibus patet de figura ceræ vel terræ impræſſa à ſigillo.

Tertio in moralibus patet de homine, qui transformatur in habitum virtuoſum, vel vitioſum: & e conuerſo, vel de virtuoſo in vitioſum: & e contrario: vt patet experientia.

Quarto inter ſpiritum, & ſpiritum patet per Bern. dicentem; quod anima plus eſt ibi, vbi amat, quam vbi animat, patet per Vgonem de arra ſponſæ. Scio anima mea, quod dum aliquid diligis, in eius ſimilitudinem transformaris. Patet per beatum Aug. de trini. 10.ca. 5. vbi dicit quod tanta eſt vis amoris, vt mens noſtra ea, quæ amore cogitauerit, attrahat ſe cum. Et ponit exemplum, quòd cum corpora per ſenſus corporis adamantur, non poteſt animã intus ea trahere, trahit autem ipſorum imaginem.

Quinto inter hominem, & Deum ideſt inter anima, & Deum. Hoc patet verbo Chriſti di

Math. 6. centis Mat. 6. Vbi eſt theſaurus tuus; ibi eſt & cor tuum.

Cor. 6. Secundo per Apoſtolum cor. 6. Qui Deo iuhęret, efficitur vnus ſpiritus cum Deo.

Ioan. 3. Tertio per Ioannem 1. Io. cap. 3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quia videbimus eum ſicut eſt.

Quarto per commentatorem 12. Metaphy. comm. 37. vbi dicit. Primum cœlum mouetur à primo motore ſecundum deſiderium, vt aſſimiletur ei ſecundum ſuum poſſe. Sed amans mouetur, vt aſsimiletur ſuo amato.

Quinto per Aug. ſuper primum cap. primæ canonicæ Ioan. Homel. 1. Si Deum diligis, Deus es, ſi terram, terra es: ſi cœlum, cœlum es: &c.

Sexto per Boetium de conſol. 3. proſa. 10. Sicut adeptione iuſtitiæ neceſſe eſt iuſtos fieri, ſic Deitatis adeptione Deos fieri neceſſe eſt: Nam Deus vnus eſt; participatione vero, plures,

Septimo per prophetam dicentem in pſal. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oẽs. Et Apo-

ſtolus. Viuo ego iam nõ ego; viuit vero in me Gal. 2.

Chriſtus ſic ergo patet quomodo præfatis modis transformatio eſt poſsibilis, & ſic patet reſponſio ad primam partem.

Ad ſecundã partẽ 1. per quid habet fieri tranſformatio? Et reſpondendo prout eſt ad propoſitum de transformatione inter ſpiritum, & ſpiritum: & inter animam, & Deum: transformatio vi amoris habet fieri, patet per Aug. Bern. Vgonem; commentatorem ſupra allegatos. Et ideo dicit B. Aug. libro de trinitate, loquendo de amore, & eius vi, ac efficacia. Quid (inquit) eſt amor, niſi quædam vita, duo quædam copulans; vel copulare appetens, ſcilicet amantem, & id quod amatur? verum etſi amor hoc habeat, non tamen quilibet gradus amoris hoc agit: ſed amor intenſus deputatus, & totaliter circa rem, quam amat intentus; & ſpecialiter circa Deum: iuxtà illud Apoſtoli 1. Cor. 12. quod oportet, quod homo dicat, ideſt ſe totum exprimat per amorem in Ieſum, & hoc ſpiritu ſancto, de quo amore vehemẽti loquitur Apoſtolus Rom. 8. Quis nos Rom. 8.

ſeparabit à charitate Chriſti &c. Sic ergo amore velut quodam medio; transformatio (vt prædictum eſt) habet fieri, & ſic patet breuiter ad primum, quod erat videndum.

Secundum videndum an per naturam, ſeu artis ingenium poſsit ſtigmatizationis Chriſti in aliquo fieri transformatio: vti facta eſt à Chriſto in beato Fran. Quæſtio.

Reſpondeo quod non, ſed ſolà virtute fit diuina. Et in beato Fran. (vt dicetur) ſola potentia, & operatione Dei, transformatio ſtigmatizationis eſt facta. Prima pars quod natura, ideſt naturaliter, nec arte fieri poſsit ſtigmatizatio prędicta patet. Sol.

Primo ſi conſideretur forma ſtigmatizationis facta in beato Fran. Et per illam in quolibet alio, an poſsit fieri natura, vel arte videbitur. Forma ſtigmatizationis à Chriſto beati Fran. fuit hæc; quod in manibus eius, & pedibus facti ſunt claui, ſiue de neruis, ſiue de carne; qui quidem claui deſuper erant quo ad capita ſolidi, & groſsi, & obtuſi. Erant longi, & extra manus protendebantur, & pedes, & recuruationem arcualem ipſorum: digitus manus immitti valebat, ſicut dicit dominus Frater Bonauentu. Cardinalis in legenda maiori parte 13. & ab eis iuramento medio, ipſe accepit, qui oculis proprijs conſpexerunt. Inſuper claui ipſi erant à carne diuiſi, inter ipſos enim & carnem erat apertura; vt dicetur: vnde ſemper ſanguis exibat; ad cuius repræſſionem (excepto à veſpere diei iouis vſque ad ſero diei veneris ſequentis) ſemper peciæ interponebãtur. Ars vero ſiue natura; etſi vim haberet aperiendi: faciendi tamen clauos de neruis, ſiue de carne ſic duros, obtuſos, & recuruos nullatenus habetet. Forma ſtigmatizationis B. F.

Secundo ſi conſideretur materia, & locus; in quo ſtigmata in beato Franciſco ſunt facta. Materia enim fluuida; etſi natura, ſeu imaginatione vehementi mutetur, & alteretur, & animæ obediat: tamen vbi materies eſt dura; imaginationi non obedit: vt dicit Augu. 11. de Trini. Modo cum materia manuum, & pedum; & præcipuè in loco impræſsionis ſtigmatum, ſit tota neruoſa, & durior, quàm in alijs partibus corporis: non poſſunt virtute naturæ, aut imaginationis in talibus locis ſtigmata talia fieri.

Tertio ſi vehemens imaginatio ſtigmata haberet imprimere; hoc præ omnibus in B. Maria matre domini fuiſſet; quæ præ alijs doluit, & iuxta crucem domini paſsionem meditando ſtetit, quod tamen in ea nec Eccleſia aſſerit, nec aliquis doctorum.

Quarto imputrefactio dictorum ſtigmatum per tantum tempus; ſicut fuit in beato. F. quia per biennium: quod non potuiſſet natura, aut arte aſtrui. Quare ſtigmata vi naturæ, aut imaginationis ineſſe non poſſunt. Sic ergò patet ꝙ natura, nec arte ſtigmata imprimi poſſunt. Reſtat ergo ſecunda pars: ꝙ virtute diuina, & ſola talia imprimantur, & ſic eſt factum in beato F. vt dicetur. Et ſic eſſe. ſ. ꝙ diuina virtute ſint impræſſa eidem ſtigmata hic oſtendunt; modus miraculoſus, & miracula circa ipſa ſtigmata oſtenſa. Multa enim occurrerunt miranda.

De ſacris ſtigmatib⁹ B. Fr. multa mira.

Primum miraculum, quod apparuit in ſtigmatizatione beati F. eſt, ꝙ non ſolum manus, & pedes apparuerunt perforati; ſed conclauati: ita ꝙ claui in eis apparuerunt.

Secundum miraculum, quòd capita clauorum erant nigra; cum tamen carni, vel neruis ſimiles eſſe deberent: ex quibus facti erant.

Tertium miraculum, quòd capita clauorum erant oblonga, & repercuſſa; cum tamen martellus, nec incus affuerit.

Quartum miraculum, quòd in loco oſſoſo, & neruoſo, & non molli ſtigmata ſunt impræſſa.

Quintum miraculum, ꝙ licet claui eſſent carnei, vel neruei; ad inſtar tamen ferri erant duri, fortes, & ſolidi.

Sextum miraculum, ꝙ ipſi claui nõ erant breues ſolum acumina habentes, ſeu capita; ſed erant longi ad partem aliam reſultantes.

Septimum miraculum, ꝙ claui ipſi non ſtabãt ex parte alias longi; ſed recuruati, vt digitus intra recuruationem arcualem ipſorum immitti valeret.

Octauum miraculum, ꝙ cum claui eſſent facti ex carne, vel neruis; & ex vtraque parte pedum, & manuum reſultarent, & excederent: profectò non erant nec pedes, nec manus deformatę, vel contractæ.

Nonum miraculum, ꝙ claui erant circumquaque à carne alia ſeparati, vt petię circum circa ponerentur propter ſanguinis reſtrictionem.

Decimum miraculum, ꝙ claui mouebantur; & tamen à manibus, nec à pedibus remoueri potuerunt: cum B. Clara, & alij hoc facere attentaſſent.

Vndecimum miraculum, quomodo cicatrices clauorum, & lateris per tantum Chriſtus nõ ſunt putrefactæ. ſ. per duos annos, & vltra.

Duodecimum miraculum erat de vulnere laterali ad inſtar vulneris lateris Chriſti. Inſuper miraculum erat quomodo beatus Fran. cũ maximum haberet dolorem ex apertione corporis in quinque locis, videlicet manibus, pedibus, & latere, & ſanguis iugiter à locis prędictis emanaret, potuerit per tantum tempus viuere. ſ. per biennium; quod ſuperuixit à ſtigmatum ſuſceptione. Et quia (vt doctores aſſerunt: vt dictum eſt conformitate. 1. ſecũdi lib.) ſolius Dei eſt miracula facere; præfata, & miracula alia vt dicetur ſtigmatibus facta; aſtruunt opificem pręfatorum ſtigmatum fuiſſe dominum Deum, & non naturam ſeu artẽ, & ſic patet declarata vtraque pars ſecundi dubij præmiſſi.

Tertio quærendum, & videndum eſt, an decuerit dominum Ieſum Chriſtum ſtigmata ſuæ paſsionis alicui imprimere, & præſuppoſito ꝙ ſexu virili humano ſtigmata eſſent imprimenda; quia ſi muliebri decuiſſet hoc fieri; in B. Maria Chriſti matre attenta ſanctitate, & ſua prærogatiua virtutum eſſet factum. Inſuper nullibi legitur in veteri teſtamento, nec nouo; ꝙ aliqua mulier ſit ad mundum renouandum directa; & conſequenter nulla talis ſtigmatibus conſignata. Quo præſuppoſito; ꝙ decuerit Chriſtum aliquem ſuis ſtigmatibus conſignare, patere poteſt ex hoc: quia de facto ſic fecit in beato Franciſco, vt aſſerit Eccleſia: vt dicetur. Sed quibuſdam congruentijs eſt hoc oſtendendum: ꝙ ſic. *Quæſtio.*

Sol. Congruentiæ aſtruẽ. decuiſſe Chriſtum aliquẽ ſtigmatizare.

Et prima, quia cum Chriſtus ſit rex regum, & dominus dominantium. Apoc. 19 Et cum tanti regis decens ſit habere vexilliferum ſua arma deferentem more aliorum regum, & dominorum, & Chriſti arma ſint paſsionis inſignia: quare propoſitum.

Secunda, quia Ieſus eſt noſter redemptor; nã in crucis ligno nos ſuo ſanguine redemit. Apoc. 1. & peccato tantum beneficium redemptionis obliuione, & ingratitudine in cordibus fidelium oblitteratum erat: ad reducendum igitur ipſum in memoriam hominum; decuit Chriſtum aliquem paſsionis ſuæ inſignis ſtigmatizare.

Tertia, quia ſcriptura dicit, & Io. allegat c. 19. Viderunt in quem transfixerunt. Et licet hoc ſit verum; quia tamen nonnulli propter Chriſti reſurrectionem in Chriſto paſsionis ſigna remanſiſſe hæſitarũt: quare ad oſtendendum

ſigna paſsionis in Ieſu corpore poſt reſurrectionem veraciter remanſiſſe; decuit Chriſtũ tactu ſui corporis viuifico alicui imprimere veraciter ſtigmatum decorem.

Quarta, cum Chriſtus ſit noſter dux, & doctor veritate, & vita, & verbo, & facto oñderat euãgelicam normam, per ſe, & per Apoſtolos obſeruãdo; & quia Chriſti vita oblitterata erat; dignum erat, vt renouaretur: qnare & renouans Ieſu ſignaculo erat autẽticandus: vt nuncio regis litteras eius ſignaculo munitas deferenti; fides indubia daretur, & crederetur.

Quinta, vt probatum eſt inter ſtupenda diuina, quæ arte, nec vi naturæ attinguntur, eſt ſacrorum impræſsio ſtigmatum. Et cum dominus Ieſus ſit mirorum omnium operator: decuit ipſum aliquando hic miraculum peragere, ſcilicet inſignire aliquem ſuæ paſsionis ſtigmatibus, ut ſua omnipotens virtus in cunctis poſsibilibus monſtraretur fieri.

Sexta, ad animandum fideles, vt poſt ipſum dominum Ieſum Chriſtum feruenter incederent, quod vtique fit tanto dono alicui fidelium collato ab ipſo.

Septima in cœlo militantis, ac triumphantis eccleſiæ; cum pro ornamento ſanctos diuerſos, vt ſtellas poſuerit: hanc ſtellam, ſcilicet aliquem ſanctorum ſuis ſtigmatibus radiantem, præ cæteris decuit ponere, & ornare, cũ hic ſit præcipuum inter ſanctitatis inſignia, & putetur.

Octaua, fides catholica, & ſi vera ſit, & ab omni falſitate, & hęſitatione remota, fulcitur tamen, & roboratur præcipuis ſanctorum geſtis à Deo in ipſis ſpiritualiter demonſtratis, & factis, quare & hic dicebat fieri ad fidei certitudinem de Chriſti paſsione declarandam.

Ezeche. 9. Nona, vt veritas prophetiarum impleretur de viro ſignante thau, & de angelo habente ſignũ Dei viui, ſub apertione ſexti ſigilli de cœlo deſcendente, quare cum de futuro homine alio à Chriſto præfata intelligantur, vt per ſignatũ figura intelligatur: aliqnem talibus ſignis decuit inſignire. Præfatis ergo congruentijs apparet dominum Ieſum aliquem ſuis ſignis videlicet paſsionis conſignare decuiſſe.

Quęſtio. Quartum quærendum: ex quo decuit Chriſtũ in aliquo ſuæ paſsionis ſigna ponere, & non in aliqua muliere: vt dictum eſt: videndum eſt, quẽ ſanctorũ decuit talibus inſignis decorare

Sol. Reſpondeo, breuiter, quod præ cęteris beatũ Fr. decuit hoc priuilegio ſingulariter decorare. Et ad hoc oſtendendum ſunt plures viæ, & congruentiæ; quibus viſis patebit de modo transformationis, ſcilicet de amore B. Fr. ad Chriſtum, quod ſignũ eſt expræſſum ad oſtendendum ꝙ B. Fr. præ ſanctis alijs Chriſtum decuit ſtigmatizare.

Et prima via, & congruentia fundatur in Chriſti à B. Fran. imitatione, pro cuius euidentia eſt ſciendum, quod vt dicit Greg. Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis: ſed quorum operum dilectio Chriſti oſtenditur? Certe ipſe Saluator dicit. Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit Et ſequitur transformatio. Et ad eum veniemus; & manſionem apud eum faciemus. Oportet ergo verba non ſolum Chriſti, ſed etiam facta ſeruare, quæ non diſcrepãt à verbis per imitationem: qui in Chriſtum debet mente, & corpore trãsformari. Ratio eſt: quia oportet (vt patet in naturalibus) quod materia ante formæ introductionem, diſponatur, & formæ introducendæ aſsimiletur. Sic & homo per imitationem actuum Chriſti diſponitur; vt in ipſum introduci valeat forma transformationis Chriſti. Sed actus Chriſti, & opera. Quædam ſunt perſonalia: ſicut Chriſti incarnatio, adoratio, & ſic de alijs. Quædã ſunt opera, ſeu actus perfectionales: & iſti ſundantur tam in factis Chriſti, quam in verbis, & eius conſilijs. Quidam ſunt actus paſsionales, ſcilicet ad Chriſti paſsionem pertinentes, vt eſt venditio, captio &c. Transformandus igitur in Chriſtum, ſi poſſet domini imitari veſtigia quo ad triplicem differentiam actuum prædictorum, perfectè tunc Chriſtum ſequeretur, ſed quia in primis actibus non eſt poſsibile Chriſtum per omnia ſequi, ſed bene in ſecũdis, & tertijs ſpiritualiter intellectis. Videndum eſt nunc ſi beatus Fran. Chriſtum in præfatis actibus eſt ſequutus, quo viſo patebit via prima de beati Fran ad Chriſtum imitatione.

Decuit Chriſtum. B. Frã. præ cęteris ſtigmatizare. Ioan. 15.

Opera xpi triplicia.

Primo igitur B. Fran. Chriſtum eſt ſequutus quo ad aliquos actus perſonales: vt patuit in conformitatibus in duobus libris præcedentibus: & in duabus in iſto tertio declaratis.

Declaratum eſt in primo libro quomodo beatus Fran. Chriſtum imitatus eſt, & eidem fuit conformis, & ſimilis.

Epilogus fructuum primi lib.

Primo in cognitione: ut dicit prima conformitas. Ieſus prophetis cognitus. Franciſcus declaratur.

Secundo in ſua vt Chriſtus à patris in mundũ miſsione: vt oſtenſum eſt in 2. conformitate. Ieſus emiſſus cœlitus. Franciſcus deſtinatur.

Tertio in ortu, & gignitione: vt oſtendit 3. conformitas. Ieſus lęte progenitus. Franciſco vir lętatur.

Quarto conformis inuenitur in oſtenſione: vt dicit 4. conformitas. Ieſus magis exhibitus. Franciſcus amplexatur.

Quinto fuit Chriſto ſimilis in perſequutione: vt dicit 5. conformitas. Ieſus paruus inſequitur. Franciſcus agitatur.

Sexto in eleemoſynæ petitione: vt dicit 6. conformitas. Ieſus inops oſtenditur. Franciſcus ſeparatur.

Septimo in diaboli vexatione: vt dicit 7. conformitas Ieſus hoſti exponitur. Franciſcus moleſtatur.

Octauo

Octauo in diſcipulorum congregatione, vt dicit 8. conformitas. Ieſum cętus proſequitur. Franciſcus fęcundatur.
Nono in ordinatione: vt dicit 9. conformitas. Ieſus legem dat populis. Fráciſcus regulator.
Decimo in Apoſtolorum informatione, vt dicit 10. conformitas. Ieſus doctor mirabilis. Franciſcus prædicator.
Vndecimo in miſsione diſcipulorum: vt dicit 11. conformitas. Ieſus mandans diſcipulos. Franciſcus deſtinator.
Duodecimo in ſuorum diſcipulorum inſtructione: vt dicit 12. conformitas. Ieſus loqués humilimis. Fráciſcus reſerator. de quibus 12. conformitatibus primus liber huius operis eſt compoſitus.

Epilogus fructuum & Conformitatum ſecundi lib.

Tertiodecimo in ſignorum operatione vt dicit prima conformitas ſecundi libri. Ieſus ſignis mirificus Franciſcus diuulgatur.
Quartodecimo in zelo animarum, vt dicit 2. conformitas. Ieſus paſtor ſolicitus. Franciſcus animatur.
Quintodecimo in ſubleuatione, vt dicit 3. conformitas. Ieſus ſtola clarificus. Franciſcus ſubleuatur.
Sextodecimo in paupertatis acceptione: vt dicit 4. conformitas. Ieſus inops & modicus. Franciſcus fęderatur.
Decimoſeptimo in humiliatione: vt dicit 5. conformitas. Ieſus ſubmiſſus omnibus. Franciſcus minoratur.
Decimo octauo irradiatione, vt dicit 6. conformitas. Ieſus propheta lucidus. Franciſcus radiatur.
Decimo nono in carnis afflictione, vt dicit 7. conformitas. Ieſus vacans laboribus Franciſcus imitatur.
Vigeſimo in maris ſedatione, vt dicit 8. cóformitas. Ieſus pacem dans fluctibus. Franciſcus ſolidatur.
Vigeſimoprimo in demonis eiectione, vt dicit 9. conformitas. Ieſu demon expellitur. Fráciſcus effugator.
Vigeſimoſecundo aquæ in vinum conuerſione, vt dicit 10. conformitas. Ieſu aqua conuertitur. Franciſcus commutator.
Vigeſimotertio in oratione, vt dicit 11. conformitas. Ieſus orans inſpicitur. Franciſcus exorator.
Vigeſimoquarto in populi cibatione, vt dicit 12. conformitas. Ieſus turba reficitur. Franciſcus miniſtrator.
Vigeſimoquinto in vitæ perfectione: vt dicit 13. conformitas. Ieſus vita ſpectabilis. Franciſcus operator.
Vigeſimoſexto in cordium inſpectione, vt dicit 14. conformitas. Ieſus candor ſignabilis. Franciſcus indagator.
Vigeſimoſeptimo in populorum commotione, vt dicit 15. conformitas. Ieſus rex venerabilis. Franciſcus excitator.
Vigeſimooctauo in punitione, vt dicit 16. conformitas. Ieſus dux formidabilis. Franciſcus deteſtator. De præfatis 16. conformitatibus beati Fran. ad Chriſtum integratur liber ſecundus.

Epilogus conformitatum tertij lib.

Sed tertij libri prima conformitas eſt beati F. ad Chriſtum in comeſtione, ut dicit prima cõformitas. Ieſus cum ſuis comedens. Franciſcus ęmulatur.
Secundo in loquutione cęnæ ante mortem, vt dicit 2. conformitas. Ieſus deuotos alloqués & imbuens. Franciſcus fabulatur. In præfatis igitur: vt deductum eſt in libris præcedentibus, & præſenti conformitatibus triginta, quę reſpiciunt actus Chriſti perſonales: beatus F. Chriſto ſimilis reperitur, & conformis. Quibus apparet quod beatus Fran. Chriſtum quo ad opera, & actus perſonales eſt proſequutus. De alijs decem tam in præſenti, quàm in ſequentibus conformitatibus huius 3. lib. dicetur. Reſtat ergo videre de ſecundis actibus perfectionalibus: in quibus quilibet tenetur volens in Chriſtum transformari, ſibi conformare. Etſi de eis dictum ſit conformitate 13. libri ſecundi: dictum eſt enim ibi quod ad duodecim actus vita pfecta Chriſti reducitur. Quorum primus eſt mundi abdicatio.
Secundus voluntatis propriæ abnegatio.
Tertius eſt carnis maceratio.
Quartus eſt pœnitentialis actio.
Quintus eſt patientia, & in aduerſis ſupportatio.
Sextus eſt virtuoſa operatio.
Septimus eſt cordis humiliatio.
Octauus eſt obedientiæ perfectio.
Nonus eſt virtutibus adornatio.
Decimus oratio.
Vndecimus eſt contemplatio, ad quæ velut diſpoſitiua ſequitur.
Duodecimus, ſcilicet hominis cum Chriſto crucifixio, & transformatio. Qualiter autem præfata primo in Chriſto fuerint, & demum in beato Fran. quia dictum eſt loco iam dicto, ideo nihil ad præſens. Sed oſtendendum reſtat quod iam dicti actus neceſſarij, ſunt velut quidam gradus aſcendendi ad gradum tranſformationis in Chriſtum, ita quod quilibet volens in Chriſtum tali transformatione tranſire, prædicta decet eum habere, & quo ad prętatos actus Chriſtum ſequi, & imitari. Et hoc duobus modis poteſt oſtendi.
Primo generaliter oſtendendo, quod dicti actus in cruce vti in ſcala, per quam aſcenditur ad verá crucifixionem hominis cum Chriſto; ſunt declarati.
Primus gradus aſcendendi per crucem, & actũ vitæ perfectionalis, ſcilicet mundi abdicatio; oſtenſus eſt à Chriſto in cruce; quia nudus in ipſa pependit.

Secundus abnegatio ſui, quando voluit ab omnibus derelinqui, & contemni, & inter latrones crucifigi: tunc ſeipſum exinaniuit ſecundum apoſtolum.
Tertius carnis maceratio, in clauorum & aliarum pęnarum in corpore ſuſceptione.
Quartus pœnitentia, in ſumptione mirrę, aceti, & fellis.
Quintus patientia, cum malediceretur non maledicebat: ſecundum Petrum, & pro inferentibus exorabat dicens, pater ignoſce illis &c.
Sextus operatio virtuoſa, dum ſecundum pſ. operatus eſt ſalutem noſtram in medio terrę.
Septimus humiliatio, ſecundum Apoſtolum humiliauit ſemetipſum vſque ad crucem.
Octauus, quia factus obediens patri vſque ad mortem, ſecundum Apoſtolum.
Nonus virtutum ornatum, ibi enim fuit paupertas, quę nunquam ipſum dimiſit. Charitas, quę ipſum morti tradidit. Pietas, quia pro peccatoribus exorauit. Puritas, quia ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. Fidelitas obediendo Deo patri vſque ad mortem. Fortitudo in illatis. Temperantia in verbis. Prudentia in factis. Iuſtitia in ſatisfactione pro peccatis noſtris.
Decimus oratio, quia cum lachrimis orauit, & exauditus eſt &c. Hebre. 5. in principio quãdo crucem aſcendit, orauit pro peccatoribus. Et in fine orauit: quando ſpiritum patri commendauit.
Vndecimus contemplatio, in ſubleuatione corporis in ligno tam alto, & cordis, & mentis: & hoc dum dixit. Conſumatum eſt.
Duodecimus crucifixio, quando in cruce mori eſt dignatus. Sic ergo patet quod generaliter Chriſtus prædictos actus in cruce oſtendit, vt referaret tales neceſſarios eſſe ad transformationem hominis in ipſum. Sed particulariter eſt declarandum, quod præfati actus ſunt neceſſarij ad transformationẽ obtinẽdã.
Primus, ſcilicet mundi abdicatio eſt neceſſaria; patet, quia idem eſt impoſsibile eſſe ſimul ſub duobus actibus contrarijs, & oppoſitis: ergo quis Deo, & mundo ſeruire non poteſt. Matth. 6.
Secundus eſt abnegatio ſui. Conformitas voluntatum eſt principium dilectionis, & amicitię; vbi autem remanet voluntatis proprietas; dilectio eſſe non poteſt. Si ergo cupit homo à Deo diligi; abneget ſemetipſum. Matth. 16. Lucæ 13.
Tertius eſt carnis maceratio, patet Contraria non iunguntur contrarijs. Caro contrariatur ſpiritui, Deus autem ſpiritus eſt: non poteſt ergo Deo coniungi. Mortificate ergo corpora veſtra. Colloſ. 2.
Quartus pœnitentia, patet, Peccator non reconciliatur Deo niſi pœnitentia: & per conſequens Deo ſine ipſa non coniungitur. Pœnitentiam agite. Mar. 1.

Quintus patientia, patet, patientia anima noſtra poſsidetur, cum ergo in transformatione, animam, vt noſtram Deo tradere habeamus; patientia neceſſaria eſt. Patientiam habe &c. Lucæ 21. Matth. 18.
Sextus operatio virtuoſa, patet; quia homo ex collatis Deo tenetur, vitareque otium principium omnis mali, ergo operari. Operamini ergo opus, quod non parit. Ioan. 6.
Septimus humilitas. patet: ſuperbos Deus ſpernit mente; ſed cum humilibus ſermocinatio eius: datque eis gratiam ſuam. Lucæ 1. Iacobi 4.
Octauus obedientia, patet. Obedientia acceptior eſt Deo victimis; ergo obedire oportet Deo. 1. Reg. 15. Act. 5.
Nonus virtutum ornatus. patet: quia ſimile ſimili iungitur. Chriſtus eſt dominus virtutũ. Eccl. 14.
Decimus eſt oratio, patet: quia ipſa mens eleuatur in Deum; quare neceſſaria in traſformatione.
Vndecimus contemplatio, patet: quia neceſſario habet ſcire homo, in quem debet transformari. Inſuper habet mente eleuari in Deũ, ſi anima debet Deo coniungi: ſecũdum Dionyſium. Patuit in Moyſe, qui in monte Sinai; ingreſſus caliginem, Deum vidit. Sic ergo patet, ꝙ omnia præfata ſunt neceſſaria, vt homo perueniat tandem ad duodecimum gradum, ſcilicet, vt Chriſto crucifigatur, & in ipſum traſformetur: quæ omnia in beato. F. fuerunt: vt dictum eſt conformitate. 13. ſecundi libri. Exo. 20. Num. 12.
Quibus apparet beatum. Fr. Chriſtum proſequutum fuiſſe ſecundo modo. ſ. quo ad actus perfectionales vitę; obſeruauit enim, vt dictũ eſt conformitate. 9. primi lib. ad literam totũ Euangelium: prout de eo in Eccleſia cantatur. Franciſcus euangelicum, nec apicem, vel vnicum tranſgreditur, nec iota.
Vidẽdũ eſt tertio de actibus paſsionalibus dñi Ieſu; qui ſunt Venditio, proditio, captio, ligatio, illuſio, percuſsio, coronatio, ſpoliatio, potionatio, crucifixio, intitulatio, & lanceatio, dicti domini actus paſsionales domini Ieſu; quos quilibet in ſe in Chriſtum transformandus ſpiritualiter intelligendo debet habere, qui in beato. F: perfecte fuerunt. Actus paſſionales Chriſti.
Fuit enim venditus bea. F. vt quilibet debet eſſe transformandus: quia quod de ipſo dicitur, proportionaliter de alijs debet dici, & intelligi, totali abnegatione ſui, & de ſe deſperatione; ſicut is, qui venditum, nihil ſe reputat dicens cum Pſal. Ego ſunt vermis,, & non homo &c. beatus. F. ſe nihil aliud proclamabat: niſi vas fictile, & ſordidum.
Proditus fuit, & traditus pro Chriſto mori optando. Exemplo Apoſtoli, qui dicebat. Actu. 20. ego ligari, & mori paratus ſum &c. beatus. F. id ſemper optauit, & ter ad infidelium partes pro martirio obtinendo acceſſit. Act. 20.
Captus. ſ. diuina dulcedine; vt quicquid mun-

di eſt, ſibi amareſcat; ſola diuina eidem dulceſcat. In beato.F. dicta à Chriſto ſunt in eo completa, videlicet, ꝙ quæ erant ei prius dulcia amata; & quæ amara ſibi poſtea dulcia apparerent.

Ligatus, dum diuina dulcedine conſolatus, à Dei amore nihil humanum, & mũdanum, aut
Rom.8. terribile, iuxta dictum Apoſtoli, poteſt ſeparare. Franciſcum nec frigus, nec mendicitas, perſequutio, aut infirmitates à Chriſto; cui erat ligatus, & coniunctus ſeparare valuerũt. Illuſus in tormentis non mouetur, blandimentis non diſſolutus; verbis iniurioſis congau-
Act. 5. det, & factis ad inſtar Apoſtolorum. Nam Frãciſcus vituperia malebat audire, quàm laudes; deludi potius quàm honorari.

Perenſus ſub patientiæ maleo; quando morbis diuerſis afflictus, & percuſſus ad inſtar Iob patientiam ſeruabat. O quot infirmitatibus beatus.F. ſplenis ſtomaci, & corporis, ac oculorum fuit agitatus. Et quia patienter ſuſtinebat de theſauro cœleſti à Deo ſubarratus fuit obtinendo. Qua propter dominum rogabat, vt non mitigaret; ſed augeret potius voluntati diuinæ ſe conformando.

Coronatus fuit. Sed quibus? certe ſpinarum aculeis, ideſt modis diſtinctis ad diuinum inflammatus amorem. Cùm per ſcalam creaturarum ad diuinum incitatus amorem, ad illum; qui eſt totus deſiderabilis, aſcendebat.

Expoliatus, dum in eo verus homo cum vitijs, & ſuis actibus crucifixus fuit; abſtinentijs maximis, & ſui corporis afflictionibus aſsiduis.

Potionatus felle amaritudinis vitę præteritæ; à qua beatus F. liberatus eſt per dimiſsionem omnium peccatorum, & conſideratione elongationis à Chriſto per vitam præſentem, dicebat cum Apoſtolo. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

Crucifixus fuit, Primo mundo, nihil eius appetendo. Secundo Chriſto amore vehementiſsimo in ipſum tranſeundo. Sed in monte Caluarie; quia ab omni macula depuratus. In cruce aſsidua meditatione quatuor clauis; omnia mundialia; vt à Chriſto ſeparantia abhorrendo, eum ſuper omnia diligendo; diſplicibilia Deo non appetendo, Deo placibilia perficiendo: Nam beatus Frãciſcus, quæ ſunt mundi abhorruit; quia nihil habere voluit. Chriſtum ſuper omnia dilexit. Pecuniam, & alia Deo diſplicibilia noluit; & quæ ſunt Chriſti toto poſſe perfecit.

Titulatus fuit beatus Franciſcus titulo Ieſus, per conformitatem, quam habuit ad vitam Chriſti. Nazarenus, quia Virgo puriſsimus. Rex; ſenſuum interiorum cuſtodia & regulatione, vt dicit 5. pars legendæ maioris. Iudæorum, quia iubilo, & gaudio plenus; creaturas omnes ad Deum laudandum ſolicitauit; vt de ipſo cantatur.

Lanceatus, per omnium dilectionem; cuius ſignum fuit; ꝙ omnes creaturas fratris, vel ſororis nomine vocabat; vt dicit pars nona maioris legendæ. Sed ſpecialiter habuit ad animas Chriſti ſanguine redemptas, vt in pluribus locis tam primi libri, quàm ſecundi eſt oſtenſum. Sic ergo patet ſuccinctè, ꝙ beatus pater Franciſcus ad inſtar Chriſti fuit.

Primo venditus; ſe viliſsimum, & abiectiſsimum tenendo, & reputando.

Secundus proditus, & traditus pro Chriſto mori cum Apoſtolo peroptando.

Tertio captus Dei amore omnia, quæ erant prius ſibi amara, dulcia computando.

Quarto ligatus, nulla vi, vel aduerſitate à propoſito diuini amoris declinando.

Quinto illuſus; conuitijs gaudendo, & iniurias audire cupiendo.

Sexto perenſus; infirmitates varias, & incommoda, ſupportando, & percipiendo.

Septimo coronatus; Deum in cunctis creaturis intuendo, & ſtringendo.

Octauo ſpoliatus. ſ. vitijs, & virtutibus ſe totaliter componendo.

Nono potionatus dimiſsis caducis ad æterna ſitiendo, & anelando.

Decimo crucifixus; Deum ſuper omnia diligendo.

Vndecimo titulatus; Ieſum Chriſtum totum in ſe ferendo.

Duodecimo lanceatus; Deum in cunctis amãdo, diligẽdo, & cuncta propter Chriſtum charitatis nexibus aſtringendo. Præfata quia multis modis in præcedentibus libris, & conformitatibus, ſunt probata; non aliter oſtendo: Sed concludendo, ꝙ beatus Franciſcus ſicut in actibus perſonalibus, & perfectionalibus; ſic & in actibus paſsionalibus fuit, Chriſto conformis: quare ſi aliquem ſanctorum decebat Chriſtum ſtigmatizare, vtique à fortiori beatum patrem Franciſcum ipſum imitatum prę alijs in iam dictis. Et ſic patet prima ratio declarata.

Secunda via, & congruentia, ſiue ratio fundatur in crucifixi amore, amplexu, & meditatione, vbi duo ſunt videnda. Primum ꝙ crucifixi paſsionis beatus. F. fuit ſingularis amicus. Secundum ꝙ præ alijs ſanctis.

Quantùm ad primum; beatum. Fran. amicum fuiſſe crucifixi oſtenditur primo Franciſci figuratione: Fuit. n. vir ille, quem vidit Ezech. qui vt verus amicus crucifixi, directus eſt a Domino ad ſignandum frontes virorum gementium, & dolentium ſigno Thau, vt mortis interitum euaderent. Et ꝙ hic vir fuerit beatus. F. patet ex viſione fratris Pacifici, qui vt ſciret ipſum eſſe ab Ezechiele viſum; vidit Thau in Ezech. 9.
fronte beati. F. quod mira colorum varietate faciem beati. F. miro venuſtabat ornatu. Per

Angelum ferentem ſignum Dei viui: & ſignan
tem alios dicto ſigno : Et ꝙ dicta prophetia.
Apoc.7.fuerit ad literam de beato Fráciſco;
diuinitus Domino fratri Bonauenturæ Car-
dinali, tunc noſtri ordinis generali fuit oſten
ſum. Cú enim in craſtino exiſtens in loco ſan-
ctæ Mariæ de Portiuncula: deberet de beato
Franciſco prædicare tenens librum Apoc.an-
te ſe: cępit inſtantiſsime orare Deum, quate-
nus dignaretur ſibi reuelare; de quo fuit illa
dicta figura Apoc.de Angelo habente ſignum
Dei viui. cap. 7.& vox de cœlo venit dicens.
Frater Bonauentura: Figura illa litteraliter
dicta eſt de beato.F. Et hoc ipſe fratribus, &
ſecularibus poſt modum dixit. Quomodo er-
go beatus.F.vbi non fuiſſet ſingularis crucifi-
xi deuotus, & amicus ſignum Dei viui, ideſt
crucem baiulaſſet præ alijs ſanctis, & Thau,
ideſt ipſa cruce corda, & frontes hominum
conſignaſſet?

Secunda ratio fundatur in crucifixi beato.F.
facta apparitione. Quomodo Ieſus crucifixus,
& in forma crucifixi beato.F.totiens apparuiſ
ſet; niſi ipſe beatus.F.ipſius crucifixi amiciſ-
ſimus fuiſſet?

Chriſtus crucifixus apparuit.

Primo vice quadam.B. Frá. dum ſequeſtratus
oraret ei Chriſtus crucifixus apparuit, vt di-
cit prima pars maioris legendæ; ad cuius con
ſpectum liquefacta eſt anima eius, & memo-
ria paſsionis eius cordis viſceribus impreſſa
medulitus: ita vt dum recordaretur, á fletu
vix ſe continere valeret.

Secundo in Eccleſia ſancti Damiani oranti;
quando crucifixus ei dixit ter:Franciſce vade
repara domum meam, quæ labitur. De quo
dicit.2.pars legendę maioris.

Tertio quando eunti de Peruſio verſus ſan-
ctam Mariam de Portiuncula; in cruce aurea
Chriſtus confixus apparuit ipſum beatum.F.
pręcedens facie ad ipſum beatum F.reuoluta;
vt clare ſocius eius frater Leo conſpexit.

Quarto eidem beato.F. Chriſtus, vt cruifixus
apparuit in ſacro monte Aluernæ; quando
ſtigmata ei impræſsit,& dedit. De prætactis ha
betur in pluribus locis; ſed de alijs multis ap
paritionibus nó reperi ſcripturam: quare hoc
non pono.

Tertia ratio fundatur in crucis facta Franci-
ſco demonſtratione: Nam ante ſuam conuer-
ſionem ad Chriſtum:cum militem quendam
ſuis nouis veſtimentis induiſſet ſe nudato, de
nocte (vt dicit prima pars legendæ maioris)
cum ſe ſopori dediſſet palatium ſpecioſum,&
magnum cum militaribus armis, crucis ſigna
culo inſignitis vidit; dictumque eſt ſibi tan-
quam amico crucifixi futuro:quod omnia ſua
forent,militumq; ſuorum; ſi vexillum crucis
conſtanter aſſumeret.

Quarta ratio fundatur in beati.Fran.in figura
crucifixi declaratione.

Primo in crucis forma viſus eſt á fratre Silue-
ſtro ter, & hoc exiſtente ipſo fratre Silueſtro
presbytero ſeculari; qui vidit crucem auream
ex ore beati.F. procedentem; cuius altitudo
cœlos tangebat, & latera vſque ad terminos
orbis terræ protendebantur; cuius aſpectus
præfulgidus draconem teterrimú effugabat,
vt habet in 3. parte legendæ.

Secundo á fratre Pacifico;qui vidit beatum.F.
duobus enſibus in crucis modum valdè fulgé-
tibus; quorum vnus á capite vſque ad pedes;
alter á manu in manum tranſuerſaliter per pe
ctus protendebatur decoratum, & hoc dum
beatus.F. prædicaret in Marchia apud Caſtrú
ſancti Seuerini. Et demum vidit idem Frater
Pacificus ſignum Thau in fronte beati.F.colo-
rum varietate exaratum.

Tertio in forma crucifixi in aere ſubleuatus;
beatus. F. fratribus benedicendo ad hoſtium
capituli; dum beatus Antonius tunc de titulo
crucis prædicaret: prout vidit frater Monal-
dus, ſe præſentauit, cum ipſe ageret in remo-
tis.& hoc apud Arelatem: prout ponit.4.pars
legendę maioris.

Quarto multotiens viſus eſt orans in aere ſub
leuatus,expanſis manibus in modum crucis,&
nubecula valde fulgida circundatus: prout di
cit 4. pars legendæ maioris.

Quinta ratio fundatur in crucifixi deploratio
ne. Iugiter.n.dominicam deplorabat paſsio-
nem; adeò vt ob lachrimas cæcus fieret. Cum
ſemel dum eſſet beatus.F. adhuc ſecularis, &
iret iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Portiun
cula valde fortiter plorando; interrogatus á
quodam viro ſpirituali de cauſa; cur ſic ama-
ra fleret. Reſpondit ꝙ paſsionem Domini no
ſtri Ieſu Chriſti plorabat; pro qua non debe-
ret verecundari ire per totum mundum plorã
do: hoc habetur in legenda trium ſociorum.

Sexta ratio fundatur in crucis,& crucifixi ada
matione. Amator crucifixi beatus Franciſcus,
quicquid peragebat crucem,& crucifixum re-
præſentare volebat.

Primo patuit quando mundo abnegato,nudo
remanente coram,Epiſcopo;datus eſſet ei má
tellus quidam; cemento enim in modum cru-
cis conſignans, inde habitum: crucifixum re-
præſentatum formauit.

Secundo quando iam ad octonarium numerú
habuit fratres; ad quatuor orbis partes in cru
cis modum deſtinauit.

Septima ratio fundatur in beati.F. inſtructio-
ne, vt enim dicit quarta pars maioris legédæ:
in principio ordinis cum fratres libros Eccle
ſiaſticos non haberent; loco illorum librum
crucis continuatis aſpectibus diebus,ac nocti
bus reuoluebant: exemplo patris Franciſci,&
eloquio eruditi; qui iugiter faciebat eis de
Chriſti cruce ſermonem.

Octaua ratio fundatur in beati.F.recreatione.

Cum infirmitate grauatus à ſocio ſuaderetur eidem; vt aliquid de ſcriptura faceret ſibi legi pro ſpiritus recreatione; reſpondit ꝙ non indigebat pluribus. Scio Ieſum inquit pauperem crucifixum.

Nona ratio fundatur in beati F. ſtudio, & conſideratione, vt enim habetur in 9. parte legendæ maioris: Chriſtus Ieſus crucifixus intra mētis ſuæ vbera, vt mirræ faſciculus iugiter morabatur; in quem optabat per exceſsiuum amoris incendium, totaliter transformari. Et in fine dictæ legendæ maioris ſic dicit frater Bonauentura. Crucis miſterium, & magnum, & mirum; quo cariſmata gratiarum, & merita virtutum, & theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ tam alta profunditate vallantur, vt à mundi ſapientibus, & prudentibus ſit occultum; tam plene fuit huic pauperculo reuelatum; vt omnis vita ipſius non niſi crucis veſtigia ſequeretur; non niſi crucis dulcedinem ſaperet; non niſi crucis gloriam prædicaret.

Decima ratio fundatur in beati Franciſci per crucem operatione. Opera; quæ B. Fr. cruce geſsit ſubditis rithmis depromuntur, videlicet.

Crucis domum cernit plenam.	*Cruce fratres conſignantur.*
Crucis audit ſonitum.	*Cruce auis mittitur.*
Crucis Chriſti nouit pœnam.	*Cruce puer reparatur.*
Crucis agit monitum,	*Cruce morbus pellitur.*
Cruce veſtem conſignauit.	*Cruce oſſa delegantur.*
Cruce draco territur.	*Cruce manus ſoluitur.*
Cruce fratres deſtinauit.	*Cruce ceci radiantur.*
Crux pro libro colitur.	*Cruce demon ſpargitur.*
Crucis enſe venuſtatur.	*Crucis regem intuetur.*
Cruce frons conſcribitur.	*Cruce virtus diſcitur.*
Crucis forma præſentatur.	*Crucis ſigno edocetur.*
Cruce caro figitur.	*Cruce caro pingitur.*
Cruce aqua permutatur.	*Cruce peſtis abdicatur.*
Cruce ignem temperat.	*Cruce grandis ſiluit.*
Cruce contractus ſolidatur.	*Crucis bonum imprecatur.*
Cruce mentem ſubleuat.	*Cruce cælum adijt.*

Expoſitio præfatorum hæc eſt breuiter.

Crucis domum cernit plenam: quando beatus. Fr. vidit palatium armis cruce inſignitis, quod ſibi eſt repromiſſum.

Crucis audit ſonitum: cum Chriſtus ſibi prædixit, ꝙ dulcia in amara, & amara in dulcia ſibi conuerterent. Inſuper vice alia dixit, ꝙ ſibi reuelaret quid ipſum agere oporteret; vt habetur de ambabus in legenda trium ſociorum.

Crucis Chriſti nouit pœnam; quando oranti ei apparuit Chriſtus Ieſus, vti cruci confixus: vt ſupra dictum eſt.

Crucis agit monitum; quando in Eccleſia ſancti Damiani audiuit Chriſtum crucifixum ter dicentem, vt Eccleſiam repararet.

Cruce veſtem conſignauit: quando mantellū ſibi datum calce in modum crucis pro ſuo indumento conſignauit.

Cruce dracō territur: viſio fratris Siluestri fuit, ꝙ crux aurea de ore Frāciſci progrediēs; ſuo ſplendore draconem terrebat, & fugabat.

Cruce fratres deſtinauit: ſtatim, vt ad numerum octonarium fratrum peruenit, in quatuor partes diuiſos in modum crucis ad quatuor partes orbis emiſit.

Crux pro libro colitur: quando fratres libris carentes, ad dicendum officium docuit, vt in libro crucis continuatis aſpectibus ſtuderēt, legerent.

Crucis enſe venuſtatur, ſcilicet beatus Fran. cum apparuit fratri Pacifico duobus enſibus valde fulgentibus in modum crucis tranſuerſaliter diſpoſitis conſignatus.

Cruce frons conſcribitur: cum idem frater Pacificus in facie vidit beati Fran. Signum Thau colorum varietate diſtinctum.

Crucis forma præſentatur: in capitulo Arelaten. in aere beatus Fran. ad inſtar crucifixi extenſis manibus apparuit: beato Antonio prædicante benedicens fratribus, vt vidit frater Monaldus.

Cruce caro figitur: beatus Fran. attendens illud Apoſtoli; Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt &c. ſic & ipſe peregit.

Cruce aqua permutatur: beatus Fran. ſignando aquam crucis ſigno; aqua fit vinum optimum in eremitorio ſancti Vrbani: vt dicit 5. pars legendæ.

Cruce ignem tēperat: cum enim coctura pro repræſſione lachrimarum, nē cęcus efficeretur fieri deberet, ignitum ferrum cruce benedicendo, ardorem ignis ſupprēſit, & nihil mali perſenſit, vt dicit quinta pars legendæ.

Cruce contractus ſolidatur: apud Reare Gedeoni cōtracto dum crucis ſignum imprimit; ſtatim ſanus ſurgit, vt dixit 11. pars legendæ.

Cruce mentem ſubleuat: viſus eſt beatus Fran. multotiens orans ſubleuatus à terra in modū crucis extenſis manibus, & nubecula alba circundatus, vt illuſtrationis internæ ſignum eſſet notiſsimum.

Cruce fratres conſignantur: duo fratres ad beatum Fran. apud Grecium morantem, cum acceſsiſſent, vt benedicerentur ab eo, nec ſibi valerent loqui, quia clauſus eſſet in cella: cum triſtes abſcederent, beatus Fran. in ſpiritu videns hoc, egreſſus ē cella clamando poſt eos: vt optauerant ſigno crucis benedixit.

Cruce auis mittitur: Poſtquām beatus Franciſcus auibus prædicauerat, eis benedicendo ſigno crucis, & licentiando, in modum crucis ſe diuidendo, ad quatuor orbis partes per rexerunt.

Cruce puer reparatur: apud Thuſcanellā puerum à natiuitate contractum, ſigno crucis ſignando, ad ſtatum debitum reparauit.

Cruce morbus pellitur: cum paraliticum omnium membrorum officio deſtitutum: in ciuitate Narnien ſi ſigno crucis ſignaſſet, illico ſanauit.

Cruce oſſa delegantur: in ciuitate Ortenſe

puer conglomeratus à beato Fran. ſigno crucis conſignatus, oſſa contracta habens; ipſis oſsibus extenſis,& reintegratis liberatus eſt.
Cruce manus ſoluitur: Mulier habens ambas manus ſiccas, & aridas, apud Eugubium ſalutiferæ crucis ſigno à beato Franciſco ſignata, ſtatim ſanatur.
Cruce cęci radiantur: apud Narnium mulier cęca per beatum Fran.ſignata crucis ſigno,illuminata eſt.
Cruce demon ſpargitur. Multos liberauit ſigno crucis facto ſuper demoniacos.
Crucis regem intuetur: Multotiens vidit beatus Fran. Chriſtum crucifixum, vt dictum eſt.
Cruce virtus diſcitur: contemplatione crucis iugiter beatus Fran.vt dicetur: omnis virtutis diſciplinam accepit.
Crucis ſigno edocetur: Quando in apertione libri euangelij cum ſemper occurreret materia paſsionis; intellexit Chriſto docente ſe cũ Chriſto crucifigendum.
Cruce caro pingitur: quando ſtigmata à Chriſto impræſſa in ſuo corpore recepit.
Cruce peſtis abdicatur: Apud ciuitatem Reatinam animalia languida ſparſa aqua loturæ manuum,& pedum iam ſtigmatizatorum beati Fran.illico ſunt liberata.
Cruce grando ſiluit. In monte Aluernæ poſt ſtigmatum impræſsionem grando conſueta ceſſauit.
Cruce bonum imprecatur: quando beatus Fr. in fine fratribus oĩbus benedixit crucis ſigno.
Cruce cœlum adijt: quia ipſe beatus Franciſcus Chriſto concrucifixus: cum armis regis Chriſti cœlum introiuit glorioſus. Præfatis ergo operationibus patet, quod beatus Fran. cum alijs antedictis amicus fuit crucifixi, & ſic dominicam meditatus paſsionem. Et ſic patet prima pars iſtius ſecundę rationis.
Secunda pars, quod plus alijs ſanctis: probatur vnico exemplo. Frater Petrus de Monticulo ſanctitate inſignis, de quo dictum eſt libro primo conformitate 8. in tractatu de prouincia Marchiæ: dum in die Veneris ſanctam Domini paſsionem meditaretur, immiſſum eſt menti ſuæ velle ſcire quis magis doluit de dominica paſsione: an B.Maria,ſeu Ioãnes euangeliſta: an beatus Fran. ſtigmatizatus à Chriſto. Et cum ſic in oratione eſſet,& dicta cogitaret; ſubito eidem beata Virgo,cum Ioanne Euangeliſta,& beato Fran.apparuit,& beatus Franciſcus excellentius erat indutus beato Ioanne: quos cum dictus frater Petrus videret,& ſtupefactus eſſet: beatus Ioan. cępit eũ alloqui dicens, ſcias frater Petre, quod poſt nos duos,beatus Fran.plus doluit de paſsione Chriſti præ omnibus alijs ſanctis Sic ergo apparet quia beatus Fran. præ alijs ſanctis magis fuit crucifixi amicus;præ omnibus eſt eius ſtigmatibus conſignatus.

Et ſi dicatur iuxta dictã rationem:beata Maria ſtigmatizari debebat, & etiam beatus Io. Euangeliſta; quia magis doluerunt de Chriſti paſsione.
Reſpondeo quòd virgo Maria; quia mulier ſtigmatizari non decebat, nec Io. Euangeliſta (vt dicetur) quia fuit de primo ſigillo, & non de ſexto.
Tertia via, & congruentia ſeu ratio fundatur in beati Fran. deſtinatione à Deo, & miſsione: vt enim oſtenſum eſt libro primo conformitate ſecunda, parte ſecunda: beatus Fran. à Deo patre,& ſpecialiter filio petente,& ſpiritu ſancto in mundum deſtinatus eſt ad vitã euangelicam renouãdam,& paſsionem Chriſti cordibus fidelium implantandã: vt in præfatis locis pluribus oſtẽſum eſt iudicijs. Cum ergo vt patet in ſacra ſcriptura,& conſuetudo demonſtrat; ambaſiatoribus, & nuncijs regis non creditur: niſi deferant litteras regias ſigillo regio conſignatas: vt beato Fran. nuncio regis Chriſti, & ab eo ſpecialiter directo crederetur, & fides indubia daretur: decuit eum ſuo ſigillo,ſcilicet ſacris ſtigmatibus conſignare. Et ideo ſtatim poſt mortem beati F. demon per os cuiuſdam mulieris; cuidam baroni de tertio ordine beati Fran. moranti in alpibus iuxta Eugubium loquens de beato Fran.dixit: quod Chriſtus petijt à patre celeſti ſibi dari aliquos; qui eſſent ſuæ crucis baiuli: & pater cęleſtis dedit ſibi beatum Fran. cum ordine ſuo.Et ſubdit demon,quod Chriſtus videns beatum Fran. ſibi datum a patre pro ſignifero; ſibi ſua ſtigmata impræſsit,vt ſibi ſimilis eſſet per omnia, & conformis. Heſter.3. & 8.
Quarta ratio,& congruentia fundatur in temporis diſpoſitione. Nam cum oſtenſum ſit,ꝙ decebat Chriſtum ſtigmatizare aliquem ſanctorum,ſed quo tempore non eſt dictum: Ad propoſitum non decuit Chriſtum iſtud donũ ſtigmatizationis dare alicui ſanctorum,in primo tẽpore, ſcilicet Apoſtolorum. Ratio quia Chriſtus parum ante fuerat mortuus;& multi ipſum viderant. Inſuper ad confirmationem fidei apoſtolis conceſſum eſt ſigna facere, & miracula: quare fides pro tunc non indigebat fieri hoc miraculum;quia hoc miro homines nõ magis Chriſto crediđiſſent,quàm alijs Apoſtolorum, & ſanctorum miraculis. Non tempore martirum; quia tunc Reges,& Imperatores; qui Chriſtum perſequebantur,nec in Chriſtum credebant,tot miraculis martirum viſis: quare nec aliquem Chriſto conformem credidiſſent;quia gentiles credere in Crucifixum,ſtultitiam reputabant. Nec tempore patrum de Aegipto, quia & ii virtutibus fuerint perfecti;de nullo tamen in ſingulari,quod fuerit toto ſtudio conſiderationi, & meditationi dominicæ paſsionis deditus,& intentus legitur.Quo tempore ergo decuit Chriſtum hoc 1.Cor.2.

donum tribuere: non niſi certe illo tempore, quo oblitterata erat meditatio dominicæ paſſionis. Et cui magis, quam illi; qui totum ſuũ ſtudium circa paſsionis meditationem poſuerat? quare merito beato Fran. cum in ſuo tempore vita euangelica eſſet oblitterata, & ipſe præ alijs ſanctus totus eſſet ſpeculationi dominicæ paſsionis intentus.

Ier. 18. Quinta ratio fundatur in cordis beati Fran. oſtenſione, & reuelatione. Cor hominis ſoli Deo notum eſt. Cum igitur cor beati Franciſci (vt ſuperiora oſtendunt) nihil amaret, nec appeteret niſi crucifixum, decuit Chriſtum ad gloriam ſancti hoc reuelare: quare & aliquo ſigno viſibili. Et quo alio niſi de quo quidam verſificator dicit? Sic transformatur cor amantis in id, quod amatur: vt per ſigna foris, virtus prorumpat amoris, per ſigna, ſcilicet ſacrorum ſtigmatum. Et quia quid diligant manifeſtare, eſt ad ſanctorum gloriam; quare & per ſigna talia decuit ad honorem beati Fran. Chriſtum cor eius declarare.

Sexta ratio fundatur in regulæ approbatione. Regula fratrum minorum, & Beati Franciſci cum ſit Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum, quare ad ipſius confirmationem decebat bulla crucifixi in ipſius inſtitutore Beato Franciſco approbari. Vnde papa Nicolaus tertius ad propoſitum loquens, In declaratione regulæ, & ponitur in 6. Decretalium ſub titulo de verborum ſignificatione. Exijt. ſic dicit de regula, quod ipſa euangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo; fundatorum militantis eccleſiæ Apoſtolorum ſermonibus, actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum, & patrem munda, & immaculata religio, quæ deſcendens à patre luminum per eius filium, exemplariter, & verbaliter tradita Apoſtolis; & demum per ſpiritum ſanctum Beato Fran. & eum ſequentibus aſpirata: totius in ſe quaſi continet teſtimonium trinitatis. Hæc eſt enim cui atteſtante Apoſtolo, nemo de cętero debet eſſe moleſtus: quam Chriſtus paſsionis ſuæ ſtigmatibus confirmauit, volens inſtitutorem ipſius paſsionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. Hæc ille.

Septima ratio fundatur in Chriſti acceptatione, Sancto Franciſco ſtigmata ſuæ paſsionis imprimendo. Dominus Ieſus effectu ſingulari oſtendit quantum illos diligat; qui ſuper omnia eius paſsionis meditationi intendunt.

Octaua ratio fundatur in Beati Franciſci mundi diuulgatione. Cum enim Beatus Franciſcus à Deo ſit, & Chriſto transmiſſus; vt autenticus tribus ordinibus inſtitutis, ac cęteris mundi hominibus, ſtigmatibus notabiliter inſignitus à Chriſto fuit: vt dictum eſt in tertia ratione.

Quintum inquirendum eſt de modo, quo beatus Franciſcus à Chriſto fuit ſuæ paſsionis ſacris ſtigmatibus conſignatus. Et pro huius euidentia ſunt plura videnda.

Primum eſt an beato Fran. fuerit à Chriſto ꝙ ſtigmatizandus eſſet indicatum. Reſpondet frater Bonauentura in tertia parte maioris legendæ di. quòd ſic. Sed quomodo? inquit, immiſſum eſt menti eius per diuinum oraculũ; ꝙ in apertione libri euangelici, reuelaretur ei à Chriſto, quid Deo in ipſo, & de ipſo maxime foret acceptum: oratione itaq; cum multa deuotione præmiſſa, ſacrum euangeliorum librum de altari ſumptum, in ſanctæ trinitatis nomine aperiri fecit per ſocium virum vtique deuotum, & ſanctum. Sane cum in trina libri apertione domini paſsio ſemper occurreret; intellexit vir Deo plenus: ꝙ ſicut Chriſtum fuerat imitatus in actibus vitæ: ſic ei conformis, eſſe deberet in afflictionibus, & doloribus paſsionis, antequam ex hoc mũdo tranſiret. Hæc frater Bonauentura. Beatus Fran. reuelando (vt dicetur) quomodo ſtigmata recepit vni laico; qui mandato fratris Philippi de Peruſio tunc miniſtri Tuſciæ beatum Fran. rogauerat; vt modum quomodo ſtigmata receperat, & diem ſibi reuelaret: Beatus Franciſcus ſibi apparens in loco montis Aluernæ, & in ſitu vbi ſtigmata recepit; huiuſmodi verba ad propoſitum ſibi dixit. Proxima die ante feſtum exaltationis ſanctæ crucis, venit ad me vnus angelus dicens mihi ex parte Dei, quod me pararem ad patientiam, & ad recipiendũ quicquid mihi vellet ipſe facere; & ego (inquit Beatus Franciſcus) reſpondi promptum me eſſe, & paratum ſuſcipere quicquid dominus dignaretur inferre. Hæc Beatus Franciſcus. In legenda de inuentione montis Aluernæ dicitur, ꝙ beatus Fran. poſtquam viſionem illam mirabilem, qua Chriſtus à Beato Fran. ſibi apparendo petierat tribus vicibus, vt ſibi aliquid daret, & Beatus Frãciſcus tribus vicibus ei dediſſet monetam de auro valde mirabilem, expoſuiſſet fratri Leoni, qui omnia viderat: intulit Beatus Fran. ad paucos dies, Deus tam ſtupenda mirabilia in hoc monte faciet: quod admirabitur totus mundus. Faciet enim noua quædam, quæ nunquam in hoc mundo fecit alicui creaturæ. Hæc beatus Franciſcus. Et ita fuit, quod ad paucos dies poſt hæc verba fuit ſtigmatizatus. Et ſic patet quod Beatus Fran. ſtigmatizandus fuit declaratus diuinitus per Chriſtum.

Secundum videndum eſt in quo loco ſibi Chriſtus ſtigmata impræſsit. Reſpõdetur ꝙ in mõte ſacro Aluernæ: Quem montem dominus Orlandus Beato Fran. dedit, & ſuis fratribus tãquam montem deuotiſsimum, & ſolitariũ, & ad pœnitentiam faciendam aptiſsimum. Ad quem locum dum Beatus Franciſcus pergeret cum fratre Maſſeo, fratre Leone, & fratre Angelo quondam milite de Reate: & iam cępiſſent montem aſcendere, & quieſcere aliqu n-

quantulum cum ſocijs ad pedes cuiuſdã quęrcus: multitudo diuerſarum auium venit ad Beatum Franciſcum cum hilaritate, & cantibus, & alarum loco, & aliquæ ponebant ſe ſuper, caput eius, aliquæ ſuper ſpatulas, aliquæ ſuper genua; aliquæ in manibus ſancti patris. Quod mirabile nouum cernens Beatus Fran. dixit ſocijs: credo fratres mei chariſsimi; ꝙ Domino noſtro Ieſu Chriſto placeat, vt in mote hoc ſolitario locum capiamus: tantam de noſtro aduentu ſorores auiculæ prætendunt lętitiam. Ad hunc ſiquidem locum, Beatus Franciſcus, & ſi propter faciendam quadrageſimam beati Archangelis Michaelis aſcendit; principaliter tamen, & præcipua cauſa erat, vt contemplationi diuinæ liberius vacaret. Tempus ſiquidem ſibi conceſſum ad meritum diuidere ſic prudenter didicerat; vt aliud proximorum lucris laborioſius impenderet, aliud contemplationis tranquillis exceſsibus dedicaret. In hoc ſiquidem monte beatus Franciſcus ſtans præ ſolito diuinis contemplationibus vacans, mirandis exceſsibus, quod eleuaretur mentaliter, teſtis erat ipſius eleuatio corporalis, vt frater Leo ſocius eius vidit, aliquando enim inuenit eum in aere per tantum ſpacium eleuatum, quod vix poterat tangere pedes eius: & tunc illos amplexabatur cum lachrimis dicens. Deo propitius eſto mihi peccatori, & per merita huius ſanctiſsimi viri fac me tuam inuenire miſericordiam. Aliquando inuenit eum vſque ad medios fagos eleuatum à terra: Aliquaudo inuenit eum in tanta aeris altitudine eleuatum, quod vix eum videre poterat. Et ſępe inuenit eum Frater Leo cũ Chriſto loquentem: Vt dicetur. Mons iſte Aluernę à Deo fuit beato Franciſco præparatus; vt in ipſo ſtigmatizaretur. Hic mons altitudine eſt procerus: eſt enim valde altus, a corruptione mundus, & ſincerus: ab alijs montibus totaliter ſeparatus: & paſsionis Chriſti ſignis ſpecialiter prædotatus. Nam tempore paſsionis (vt patet in euangelio) Petræ ſciſſæ ſunt; ꝙ ſingulari modo in monte iſto apparet. Nam diuiſus eſt à capite vſq; deorſum. Partes eius: vt patet cernentibus, ſcilicet ſaxa abinnicem ſunt diuiſa. Et præfata omnia impræſsioni ſtigmatum fuerunt apta. Eius altitudo correſpondet mentali eleuationi; quæ exigitur in tali ſtigmatizatione. Puritas correſpondet mentali, & corporali diſpoſitioni, quia in corpore impuritati diſpoſito, & ſubdito peccatis, imprimi hoc donum non decebat. Sequeſtratio reſpondet abdicationi omnium; & remotioni per deſiderium ab omnibus. Sed paſsionis veſtigia præ alijs indicant ſtigmatizari aliquem ibidem debere; ac ſtigmatizãdum nihil aliud in ſe habere debere, niſi aſsiduam crucis baiulationem, per aſsiduam paſsionis meditationem. In monte ergo ſacro Aluernæ beato Franciſco à Chriſto ſtigmata ſunt impręſſa.

Mira Montis Aluernæ.

Et attendendum eſt, ꝙ mons iſte ſtigmatizatione beati Franciſci eſt primo factus valde ſingularis. Secundo in ipſo facta ſunt multa mirãda. Eſt factus valde ſingularis. Quod apparet ſi fiat comparatio factorum in ipſo, ad facta in montibus alijs; quos ſacra ſcriptura commemorat.

Comparatio geſtorũ in alijs Mõtibus ad geſta in monte aluernę.

Vnde incipiendo à primo monte ſcripturę ſcilicet Morach, ibi requieuit archa Noe poſt diluuium. In monte Aluernæ ſtetit angelicus vir Franciſcus; archa Dei patris, & totius trinitatis. Gen. 8.

In monte Bethel ſtetit Abraham à ſua egreſſus patria.

In ſacro mõte Aluernæ habitauit Franciſcus: alter Abraham. ſ. fide, & quia pater multorum toto mundo derelicto. Gen. 13.

In monte Galaad ſtetit Iacob fugiens Laban, ac iuramentũ factum eſt inter Iacob, & Labã. Gen. 33.

In monte Aluernæ, vir Dei Franciſcus diaboli, mũdi, & carnis ſupplantaror, Deo iuramentum præſtitit ab ipſo aliquando non recedere aliqua offenſione: nec contrauenire ſuæ ſanctiſsimæ voluntati. Hęc patent pignore ſtigmatizationis beato. F. dato.

In monte Phaſga Balaam, vidit Iſrael. Num 23.

In monte Aluernę vidit beatus. F. Dominum Ieſum Chriſtum.

In monte Hor. Aaron eſt tumulatus. Num. 18.

In monte Aluernæ Chriſtus; qui eſt vita beato. F. eſt ſumme copulatus.

In monte Abirin Moyſes terram cernit Iſrael promiſſam nec ingreditur. Deut. 32.

In monte Aluernę vitam ęternam cernit beatus. F. ſibi promiſſam, & de ipſa ſubarratur. Ezo. 20.

In monte Sinai lex vetus Moyſi datur.

In monte Aluernæ lex euangelica Franciſco à Chriſto dara confirmatur.

In monte Garizim Ioſuę benedictio datur domini.

In monte Aluernæ beato. Fr. benedictio data declaratur.

In monte Moria templum Domini à Salamone ædificatur. 3. Reg. 6.

In monte Aluernę corpus, & anima beati. F. modo ſingulari in templum Chriſto dedicatur, & conſecratur.

In monte Libani thus; quod Deo incenditur originatur.

In monte Aluernę Franciſcus in crucis ara Deo ſacrificatur.

In monte Golgota, & Caluariæ, Ieſus crucifigitur.

In monte Aluernæ à Chriſto Franciſcus crucifixo clauatur.

In monte Olineti Chriſtus cœlos aſcendẽdo, cœlum humano generi aperuit.

In mõte Aluernę à Chriſto. B. F. purgatorij ſpoliatio poſt ſuam mortem conceditur.

In

In monte Syon ſpiritus ſanctus ſuper Apoſtolos emittitur.
In monte Aluernæ Franciſcus cum Deo, & domino Ieſu Chriſto vnus ſpiritus efficitur. Multa de alijs ſcripturæ montibus poſſent dici; ſed pro nunc ſufficiat de præfatis. Sic ergo de præfato monte poteſt merito dici; ꝙ eſt mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo; & dominus habitabit in eo in finé.
Dictus mons Aluernę vocatur mons angelorum: ſicut extitit per angelum cuidam fratri Guardiano Florentino, qui ad ipſum monté Aluernę acceſſerat ob deuotionem declaratum. Hic frater cum in capella ſtigmatum ad dicendum miſſam ſe iam paraſſet, & dixiſſet introibo &c. Angelus domini eidem apparés dixit. Frater de quo vis celebrare? Cui frater de cruce. Cui Angelus non celebrabis de cruce, & frater celebrabo igitur de ſancto Franciſco: cui dixit Angelus, nullo modo. Cui frater celebrabo de ſancta Maria: Cui Angelus non facias. Cunque frater diceret, de quo ergo celebrabo? dixit ſibi Angelus. Totus iſte mons eſt angelorum. Frater autem de Angelis celebrauit. Sic ergo apparet primum quomodo mons iſte Aluernæ eſt valde ſingularis.
Secundo videndum eſt de mirabilibus in hoc monte factis. Vnde ſciendum ꝙ in hoc monte Domino Ieſu beatum. F. ſtigmatizando: plura ſunt facta.
Primum eſt, ꝙ ordo minorum eſt approbatus in beato. F. & regula noſtra eſt ſummi Dei bulla bullata, & approbata.
Secundum eſt vita beati. Frá. tanquam ſancta probata, & autenticata.
Tertium doctrina eius, vt ſaluberrima a Chriſto ſummo doctore, & veritate eſt vèridica iudicata.
Quartum corpus, & caro beati Franciſci figura Ieſu Chriſti depicta, & figurata, vt beatum videndo Franciſcum, videatur & Chriſtus.
Quintum anima eius ſingulari caractere traſformationis in Deo cauterizata.
Sextum indulgentia ſanctæ Mariæ de Portiuncula; iuxta dictum demonis: ſummi pontificis Chriſti bulla eſt veridicata, & corroborata.
Septimum carta beato Franciſco de remiſsione omnium delictorum, & ab omni peccato præſeruatione eſt facta, & data.
Octauum de vita æterna conſequenda beato. F. eſt ara collata.
Nonum de ſua ſublimatione ſuper ſanctos eſt certitudo delata, quia præ alijs ſanctis inſignitum ſe videndo ſtigmatibus: conſequéter intellexit in Eccleſia triumphante exaltandum.
Decimum de verbis à Chriſto eidem dictis de liberatione animarũ à purgatorio in die obitus ſui, & deductione ipſarum ad cęlum eſt cautio vera data, & præſtata.
Vndecimum de beati. F. potẽtia ad demones effugandos, cunctis fidelibus eſt reſerata. Quia ſi crucem fugiunt, à fortiori videndo Franciſcum ſigno Dei viui conſignatum.
Duodecimum canonizatio beati. F. à Deo in hoc monte tali ſtigmatizatione eſt prædicata, & declarata. Eſt etiam de amore Chriſti ad beatum. F. & dilectione quanta ſit prę alijs, veraciter demonſtratum, & indicatum. Plura alia mirabilia ſunt facta in hoc monte; de quibus ſtatim dicetur. Sic ergo apparet de loco ſtigmatum, ſcilicet de Monte Aluernæ, quàm mirabilis eſt, & ſingularis.
Tertium uidendum eſt de tempore, quo hoc donum ſtigmatum beato. F. eſt collatum. Et licet dominus frater Bonauentura in 13. parte legendæ dicat, quòd fuit quodam mane circa feſtum exaltationis ſanctę crucis, hoc dixit; quia tempore ſuo, beatus. F. nondum reuelauerat; ſed poſt, & hoc rogatu cuiuſdam ſanctiſsimi fratris laici; qui in mandatis acceperat à fratre Philippo de Peruſio tunc miniſtro Tuſciæ: vt beatum. F, rogaret, vt indicaret quo tempore ſtigmata habuerat, & de modo. Frater autem præfatus à beato. F. diuina voluntate ſibi apparẽte. anno. ſ. Domini, 1282.
à morte beati. F quæ fuit anno Domini. 1226. Anno 1226. Fráciſcus moritur.
anno. 56. fuit declaratus: ꝙ ſummo diluculo in die exaltationis ſanctæ crucis, ſtigmata à Chriſto apparente recepit. Et nota ꝙ decenter eſt factum, vt tali die beatus. F. ſtigmatizaretur: Nam cum beatus. F. amicus (vt ſuperiora oſtendunt) fuerit crucis, & crucifixi; decebat ꝙ non ſtigmatizaretur, niſi in Dei crucis, nec niſi in tali die debebat conſignari.
Et ſicut die tali crux fuit per Eradium Imperatorem exaltata, ſic per Imperatorem Chriſtum die tali Franciſcus ſtigmatum impręſsione ſuper omnes ſanctos hoc dono eſt ſublimatus.
Et ſicut die tali ad gloriam Chriſti fuit crucis exaltatio: ſic ad eius gloriam eſt beati Franciſci ſtigmatizatio.
Et ſicut die tali cum crux eſt exaltata, mira ſunt ipſa cruce operata: ſic ſtigmatizatione beati Franciſci in monte Aluernæ; in corpore, & anima beati Franciſci miranda ſunt declarata: vt dictum eſt, & dicetur.
In die tali de infimo fuit crux ad honoré chriſtianorum in ſummo collocata, ſic tali die beatus Franciſcus de infimo, ideſt pauperculo, & deſpecto ad tantum apicem eſt ſublimatus, vt Chriſto ſimilis ſit, & reperiatur. Sed qua hora? dicit Bonauentura, ꝙ hora fuit quodam mane. Sed beatus Franciſcus dicto fratri laico dixit, ꝙ fuit valde diluculo, ideſt ante diẽ ſuperueniente tamen die. Hoc ſic fuiſſe apparet ex hoc: quia vt dicit legenda antiqua Chriſtus apparuit cum tanto ſplendore de nocte; ꝙ illuminauit montes, & colles circunquaque diſtantes: amplius quàm ſi ſolis clari

tas affuiſſet. De quo teſtes fuerunt paſtores;
qui per partes illas cum gregibus vigilabant.
Sic etiam cuſtodes arcium, & caſtrorum tunc
vigilantes.
Et ſic patet ꝙ illa hora beatus Franciſcus ſtig
mata recepit; qua hora Chriſtus ſecundum
opinionem communiter doctorum reſurre-
xit à mortuis. Nec hoc à miſterio vacat: vt ſi-
cut Chriſtus prius mortuus integraliter reſur
rexit, ſic beatus Franciſcus in corpore plaga-
tus veraciter, & in anima mentaliter appa-
ruit.
Et ſicut Chriſti reſurrectione eſt fides catholi
ca roborata, & confirmata: ſic beati Franci-
ſci ſtigmatizatione Ieſu, & Apoſtolorum vita
oblitterata eſt renouata, & confirmata.
Et ſicut reſurgendo factus eſt ductor Chriſtia
ni exercitus ſanctorum patrum, & aliorum: ſic
Franciſcus ſtigmatizatus factus eſt princeps
Ieſum, & Apoſtolos ſequi peroptantium.
Et ſicut Chriſtus reſurgendo gaudium fideli-
bus intulit, & ſuę matri; ſic ſtigmatizatio facta
beato. F. ad exultationem eſt humanæ naturę,
& ſpecialiter fratrum ſub Franciſci regula
Chriſtum imitantium, ac ad gaudium eſt to-
tius militantis, ac triumphantis Eccleſiæ. Sic
ergo patet de die, & hora; qua beatus. F. fuit
ſtigmatizatus.
Quartum videndum eſt de actore. Quis fuerit
ſtigmata beato. F. imprimens. Et pro euiden-
tia ipſius, & ſequentium dicendorum eſt po-
nenda ſeries ſtigmatizationis beati. F. ſicut ip
ſe beatus. F. retulit præfato laico; cui depre-
canti vt ſibi modum reſeraret impræſſionis ſa
crorum ſtigmatum diem, & omnia pertinen-
tia ad pręfata, & in monte eſſet Aluernę, ac in
cella, vbi impræſſio ſacrorum ſtigmatum (vt
creditur) eſt facta; ibi exiſtenti, & oranti de
nocte diei Veneris ſuperuenientis. Anno do-
mini vt dictum eſt. 1286. de menſe Maij. cum
vltra primum ſomnum noctem orando tran-
figeret; circa ipſum quędam caritas in modũ
illuſtrationis apparuit; ad quam frater præ-
fatus aliquantulum obſtupuit. Sed ſibi ſigno
crucis impræſſo, nomine domini inuocato,
ſpirituales vires recepit; & orando perſiſte-
bat. Poſt modicum vero ſpacium temporis
lux maior, & clarior priore in cella eadem ap
paruit; quæ ipſam cellam, & ea; quæ in ipſa
erant totaliter illuſtrabat: Ad quam lucem
ipſe frater amplius ſtupebat; adhuc ipſe ſe ſi-
gno crucis muniens, nomen Dei, & beatæ vir
ginis, & beati Franciſci ardentius inuocauit;
& ſic fortiores vires recepit, continuauitque
orationem. Et ecce aliquanto interuallo fa-
cto; tanta Dei claritas fulſit, ꝙ tota illa cella
ad modum ſplendoris aurei renitebat; ad cu-
ius ſplendoris aſpectum, frater ipſe valde ſtu-
pefactus exclamauit nomen beatæ Virginis
in ſui adiutorium. Et cum ſtaret reuerenter
ſuper genua ſua, ex vi ipſius luminis fuit ad
terram totaliter incuruatus, & tunc frater vi-
goratione ſpiritus, robuſtior factus, ſuper ge
nua ſua ſe erexit. Quo reſpiciente verſus ho-
ſtium cellæ; tunc beatus. F. aſtitit ante ipſum,
dixitq; illi latinis verbis. Quid facis tu hic? At
ipſe ore tacitus: affectione cordis ſui deſide-
rium de præfata reuelatione: vt alicui reuela
ret modum ſtigmatizationis horam, & diem
depromebat. Et iterum verbis vulgaribus. B.
F. alloquitur dicens. de quo rogas Deum, vt
tibi debeat reſpondere? tunc ipſe frater vo-
ce reſpondit. Pater rogabam Deum, vt digna
retur oſtendere, quo die, & hora vobis fuerit
ſigna dominicæ paſſionis impræſſa. Tunc ſan-
ctus pater dixit ei. Dominus vult ꝙ tu ſcias, &
ego dicam tibi. Ego enim ſum pater veſter
Franciſcus, tu me bene noſti. Et oſtendit ei ſi
gna ſtigmatum manuum, pedum, & lateris.
Addens ꝙ tempus adeſt, ꝙ Deus propalare
vult, quod fratres hactenus neglexerunt Scias
igitur, ꝙ ille, qui mihi tunc apparuit, non fuit Mira de ſacris ſtigmatibus B. Fr.
Angelus; ſed fuit dominus meus Ieſus Chri-
ſtus in ſpecie Seraph; qui ſicut vulnera ipſa ſa
cra in cruce ſuſcepit corpore: ita manibus ſuis
benedictis in corpore meo impræſſit. Modũ
vero apparitionis deſcribens beatus Frã. ſub-
dens adiecit. Proxima die ante feſtum exal-
tationis ſanctæ crucis, venit ad me vnus Ange
lus dicens mihi ex parte Dei, ꝙ me pararem
ad patientiam, & ad recipiendum quicquid
vellet facere mihi. Et ego reſpondi, me prom
ptum eſſe, & paratum ſuſcipere quicquid do-
minum dignaretur inferre. In mane ergo exal
tationis ſanctæ crucis ſummo diluculo exiens
cellam in vehementiſſimo feruore ſpiritus;
ad locum quidem orationis ſolitum propera
bam, & ecce per aera iuuenis quidam crucifi-
xus prætendens ſpeciem ſeraph ſex alas ha-
bens; cum maximo impetu deſcendebat; ad
cuius aſpectum ſubſtiti, & mea genua hic in
loco iſto fixi, & me orationi dedi, tantamque
mihi aſpectus eius compaſſionem dedit; quòd
paſſionem ipſam in corpore meo mihi vide-
batur experiri. Ad ipſius quoq; crucifixi præ-
ſentiam mons totus luce aurea refulgebat: cũ
ergo deſcendiſſet, & ſtaret ante me, rogabat
me vt ſibi aliquid darem: at ego. Tu ſcis do-
mine, ꝙ nihil habeo quod dem tibi; omnia. n.
dereliqui; ſed & corpus, & animam dedi ti-
bi. At ipſe inſiſtebat vt eleemoſynam accipe-
ret, & dicebat. Quere in gremio tuo ſi aliquid
habes: cũq; poſuiſſem manum ad gremium
vnum aureum reperi, & dedi domino noſtro
cum multa admiratione. Quo accepto itera-
to inſiſtebat, vt ſibi aliquid darem, & ego ver-
bis ſimilibus me excuſabam, ad exhortatio-
nemq; ipſius manum iterum ad gremium por
rigens: inueni alterum aureum maioris pon-
deris, & valoris, & hunc ſibi cum maiori ad-
mira-

miratione largitus ſum. Et ipſe adhuc eleemoſynam poſtulabat: factaq; petentis inſtantia, & efficacia excuſantis ſimili tamen monitione indutus manum tertio porrexi ad gremium, & aureum inueniens priori quantitatem, & valorem notabiliter excedentem ſimili modo dedi. Quibus ſuſceptis dixit mihi. Scis tu quid iſta ſignificant? Hæc ſignificant inſtitutionem, & gradum trium ordinum tua diligẽtia fundatorum. Poſt hæc ipſe dominus Ieſus crucifixus manus ſuas corpori meo applicauit, & primo manibus, ſecundo pedibus, tertio ſtigma lateris cum vehementiſsimo dolore ſenſi; & cum magna qualibet vice voce mei clamoris impręſsit. Et verba quædam ſecreta mihi dixit; quæ nulli adhuc homini reuelaui. Verum tamen tempus appropinquat, in quo reuelabuntur; quia ordo, & fratres mei magis indigebũt. Poſt hæc dominus meus Ieſus Chriſtus a me diſparuit, & ego conſignatum me reperi. Et concluſit beatus Fran. Quare ſecure dicas miniſtro tuo: quod iſtud eſt opus Dei, & non hominis. Et valefaciens fratri prædicto beatus Fran. cui hoc reuelauit, dixit, vade fili in pace in nomine domini: & ſic in cœlo beatus Fran. cum magna multitudine fratrum minorum ſplendidorum ſe recepit.

Quartũ ex quibus videndum apparet, ſcilicet de actore, qui eſſet; qui ſtigmata beato Fran. impræſsit, & apparet quod fuit dominus Ieſus Chriſtus vt dixit ipſe beatus F. fratri prædicto. Dominus inquit Ieſus Chriſtus, qui mihi apparuit, & non angelus fuit. Et hoc etiam ex ſuperioribus dictis poteſt apparere: quia tantum opus per creaturam angelicam fieri non potuiſſet. Ratio quia virtutem angelus non habet transformandi animam primo, nec conſequenter corpus. Inſuper transformatio virtute amoris eſt facta diuini; & non angelici. Et nemo vt dicit apoſtolus, poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto, quare nullus angelus hoc potuit exercere, vt homo totus in Chriſto diceretur, & exprimeretur, Inſuper per illum decebat, qui ſtigmata paſsionis in ſuo geſtabat corpore: quare per Chriſtum. Quorum ſignum applicatio per Chriſtum facta membris beati Fran. ipſum ſtigmatizauit, & ſibi ſimilem reddidit, ac conformẽ: & quia per ipſum actorem Chriſtum ſtigmata beato Fran. fuit impræſſa, patet amor Chriſti ad beatum Fran. quia eum ſtigmatizauit. Claret acceptabilitas in conſpectu domini præ alijs ſanctis beati Fran. quia hanc gratiam ſolus inuenit. Amoris beati Fran. ad crucifixum oſtenſa eſt ſinceritas, & totalitas, quæ ipſum in Chriſti effigiem ſic tranſmutauit. Oſtenſa eſt beati Fran. quo ad corpus puritas; quia ſaluator puriſsimus, non in corpore carnali macula conſperſo; tale donum ſe aplicando prębuiſſet. Demonſtrata eſt beati Fran. humilitas; quia Chriſtus ſuperbos deſpicit. Spiritui ſubiectio corporis Franciſci; quia non rebellis caro fuit ſed ſubiecta. Charitas, qua primo mente in Chriſto eſt transformatus. Fidelitas, qua conſtitutus eſt a Chriſto ſuper familiam, ſuam. Virtutum omnium excellentia, & ornatus, cum regi Chriſto in interiori domo, vt ſponſo veſtem nuptialem præparaſſe beatus Fran. indubie agnoſcitur, ac beati Franciſci quo ad perfectiſsimam ſanctitatem patet pręconium, & comendatio. Chriſtus beatum Frã. dum viueret canonizauit; ipſum ſua bulla ſanctorum catalogo præ alijs mirifice, & magnifice aſcribendo.

Quintum videndum in qua ſpecie dominus apparere eſt dignatus beato Fran: eidem ſtigmata imprimendo. Et dicit beatus Franciſcus, ꝙ ſibi in forma ſeraph, & crucifixus apparuit. Sed ſciendum quòd dominus Ieſus in ſpecie ſeraph tunc apparuit, vt declararet ad modũ ſeraph beati Franciſci cor immediate ſibi vnitum, & copulatum, & nulli alteri. Amore ſeraphico beatum Fran. inflammatum, igne ſeraphico non ſolum labijs, ſed totum, & totaliter purgatum, multiplici perfectione beatum, ac ordine ſeraphico poſt mortem collocandum. Apparuit Chriſtus in tali ſpecie (dicit frater Bonauentura in tertia parte legendæ) vt amicus ipſe Chriſti beatus Fr. prænoſceret: non per martirum carnis, ſed per incendium mentis in Chriſti ſimilitudinem transformandum, ac quod anima non notitia, ſed amore in Deum transformatur. Et quod plus agit amor, quam notitia, in tali ſpecie Chriſtus apparere dignatus eſt; vt oſtenderet per ipſum beato Fran. condictiones ſeraphicas eſſe impræſſas: De quibus loquitur Dioniſius in libro de angelica ierarchia, Sed apparuit nihilominus in ſpecie crucifixi: vt oſtẽderet quod non cęleſtis ſpiritus ſtigmata imprimeret; ſed ipſe, qui ꝓ noſtra ſalute fuit crucifixus. Sic apparere complacuit: vt oſtenderet quid in beato Fran. agere intendebat; vtpote in crucifixi ſimilitudinem transformare. Et decuit Chriſtum in ſpecie ſeraph apparendo, apparere & crucifixum, quia vbi primum ſine ſecũdo fuiſſet: amor beati Fran. potius circa creaturam diceretur fuiſſe, quam circa creatorem; cuius erat oppoſitum.

Christus in qua forma B. F. apparuit.

Sextum videndum eſt de modo, quo Chriſtus beato Fran. ſtigmata impreſsit. Et dicit beatus Franciſcus tria.

Primum quod ante diem exaltationis ſanctæ crucis miſit dominus angelum ſuum ad eum; vt ſe præpararet ad ſuſcipiendum quicquid Deus in ipſo vellet ſibi inferre &c. Quo patet, quod beatum Fran. de imprimendo eidẽ ſtigmata notificauit, vt dictum eſt.

Secundum dicit, quod apparuit ſibi cum tanto lumine, vt mons totus aurea luce refulgeret:

ret:

De modo impræſsionis ſtigmatum B. Fr.

ret: cum tanto ſplendore dominus apparere voluit; vt oſtenderet, quod ipſe, qui eſt lux vera, & ſol per omnia illuminans, eſſet actor impręſsionis ſtigmatum, & non alius. Apparuit cum tãto lumine, vt per lumen exterius, lumẽ quod infundebatur interius in beato Fr. ſtigmatũ impręſsione declararetur, ac quod ſtigmatum impręſsio in beato Fran. ad illuminationem eſſet gentium: vt crucifixi proſequeretur veſtigia.

Tertium quod dicit beatus Fran. eſt quod dominus Ieſus volens eidem ſtigmata imprimere, manus ſuas benedictas primo manibus. Secundo pedibus applicauit. Tertio ſtigma laterri impręſsit cum magno dolore beati Fran. & ſemper qualibet vice vehementi clamore. Vbi vide domini Ieſu ad beatum Fran. affectũ; quia ſe ad ipſum, vt dilectum applicauit. Attende domini Ieſu potentiam; quia cum tangendo ſtigmata ipſi impręſsit. Vide ſapientiã, quia cum dolore vehementi impręſsit: vt ſicut beatus Fr. in vita ſua dolorem paſsionis Chriſti fuerat expertus cordialiter, & mentaliter; ſic realiter, ac corporaliter experiretur. Impręſsit cum dolore vehementiſsimo, vt ipſe beatus Fran. dolorem paſsionis experiendo, tam mente, quam corpore efficeretur martir Chriſti glorioſus præmio martirum in cœlo laureãdus. Pœnam magnam habuiſſe beatum Fran. primo mente, oſtendit crucifixi viſio: nam ipſius viſcera gladius compaſsionis pertranſibat. Secundo corpore: Nam per contactum Chriſti; corpus eius apertum eſt in quinque locis cũ maximo dolore beati Fran. quod expręſsit eius magna in qualibet prædictarũ apertione exclamatio: Chriſtus enim beato Fran. dedit ſtigmata ſua, & ſuorum ſtigmatũ dolorem; quem in talium à Iudęis impręſsione fuerat ipſe expertus.

De forma ſtigmatum B. Fran.

Septimum vidẽdum eſt de forma ſtigmatum beato Fran. à Chriſto impręſſorum, & licet in parte tactum ſit in ſolutione ſecundi quæſiti. An arte, vel natura ſtigmata &c. Attamen pro declaratione huius ſeptimi vidẽdum eſt: & pro maiori euidentia pręfatorum eſt ſciendum: quod latus beati Fran. tactu Chriſti fuit apertum ad inſtar lateris ſaluatoris, & ſpeciẽ ſui vulneris lateralis prætendit in manibus, & pedibus claui apparuerũt, qui de ſubiecto propriæ carnis ſunt facti, vel de materia nouæ creationis: vt dicit papa Alexander quartus in priuilegio de ſtigmatibus. Sed iſti claui in interiori parte manuum incipiebant ad partem inferiorem reſultantes. In pedibus incipiebant in ſuperiori parte, & ad partem inferiorem deſcendentes, & reſultantes recuruabantur: vt dicit doctor Bonauentura 13. parte legendæ. Capita clauorum in manibus, & pedibus erant nigra: ecce miraculum; quia cum eſſent ex neruis, vel ex carne: præfatis ſimilia eſſe, & non diſsimilia debebant. Erant autẽ longa, rotunda, & repercuſſa: ecce aliud miraculum: nullus artifex de carne, vel neruis talia potuiſſet facere; niſi ſummus artifex ipſe Chriſtus, qui ſolus facit mirabilia. Et vide, quod hic artifex nec incude, nec martello, aut igne fuit vſus ad repercutiendum tales clauos, & ipſorum acumina ad recuruandum: vt non artifex materialis crederetur, ſed diuinalis: & ſicut digito in tabulis lapideis exarauit Moiſi legem: ſic ipſo igne diuino, & maleo ſuæ omnipotẽtiæ Chriſtus clauos fecit in manibus, & pedibus beati Fran. Et vide ꝙ nõ in loco molli, ſed forti, neruoſo, & oſſoſo, (vt ſic loquar) impręſsit ſtigmata, vt talis impręſsio non poſſet vehementi imaginationi attribui, ſed ſoli Deo. Erant dicti claui non breues, ſed longi; vtpote tranſeuntes de vna ſuperficie manuum, & pedum ad aliam. Et adeò longi, vt non in longo manerent, ſed recuruarentur ab alia parte, egredientes: ecce aliud miraculum recuruatio ipſa clauorum. Et adeo erat eminens, quod intra recuruationem circularem ipſorum, digitus manus immitti valeret. Et prominentes adeo erant ipſe recuruationes in pedum parte inferiori, vt minime applicari pedes terræ permitterent. Vnde opportebat beatum Fran. vel in vltima parte pedum, ſcilicet calcaneis ſemper incedere, vel aſello, ſeu à fratribus deportari. Mira ſunt valde præfata; ſed ſtupendiſsimũ erat, quod claui circunquaque à reliqua carne in pedibus, & manibus erant ſeparati, & remoti: vt petiæ inter ipſos, & carnem ad reprimendũ continuam ſanguinis effuſionem ponerentur. Et tamen claui ſic à carne præciſi, nec à pedibus, nec à manibus: cum plures attentaſſent eos remouere, à locis præfatis amoueri potuerunt, quod ad magnum miraculum eſt tenendum, moueri poterant, ſed non auferri; quod diuinæ potentiæ eſt totum aſcribendum, & miraculo: & poterat eſſe, quod capita adeo erant magna clauorum, & ſic recuruatio ipſorum ad orbicularitatem retracta, quod nulla vi extrahi, & ſi fuerit per aliquos attentatum potuerunt. Vulnus vero lateris obductũ erat, & ſępè in magna quantitate ſanguinem fundens, niſi petijs obturaretur. Sed diebus cęteris hebdomadæ petiæ in manibus ponebantur, & pedibus modo iam dicto, propter dolorem mitigandum, & repręſsionem ſanguinis exeuntis, & ſic in vulnere laterali; die tamẽ Veneris ſuperueniente: vt totus eſſet in doloribus plagatus, & crucifixum Chriſto, à ſero diei Iouis vſque ad ſero diei Veneris remouebantur petiæ, & ibi nihil ponebatur. Vnde ſi continuè dolorem beatus Fran. tunc tamen vehementiſsimum patiebatur: Tunc beatus Pater Franciſcus experiebatur, quantus fuit dolor Chriſti, perforatione manuum, & pe-

Q.o. B. F. fuit martur. dum, ac lateris in carne ſua benedicta. Quo merito ipſe beatus Fran. non ſolum erat martir deſiderio; ſed & corpore: experiendo Chriſti dolorem in ſuo corpore, qui omnium martirum dolorem exceſsit. Quo arguitur miraculum magnum potentiæ ſaluatoris, uitã præſeruando per tantum tempus beati Fran. cum talibus plagis, & doloribus maximis. Ac patientia beati Fran. oſtenditur; tales pœnas, & dolores ſupportando tanto tempore, & ſic patet ex dictis de forma ſtigmatum. Quibus cũ alijs in partibus ſuperioribus huius conformitatis quo ad ſecundam partem iam dictis, apparet euidenter, quod ſtigmatizatio beati Fran. inter opera ſtupeda diuina debet annotari: propter magna à Chriſto facta in beato Fran. tali ſtigmatizatione. Et vt hoc videatur melius: ſunt Dei mirabilia hactenus facta cũ iſto inſpicienda, & comparanda.

Comparatio mirorũ à Deo factorum, ad ſtigmatizationẽ B. F. Mirabile fuit magnum cœlum, & terram de nihilo creare, ſed maius fuit hominem ſanctiſſimum facere, cum homo ſit cœlo, & cęteris inſenſatis nobilior: ſanctitas franciſci præcipuè ex ſtigmatizatione declaratur.

Magnum mirabile fuit, Adam ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem creare; ſed maius fuit beatum Fr. in ſuam imaginem perfectionalem, & corporalem transformare: quia naturalem habuit vt Adam; & vltra illam habuit aliam.

Magnum & mirabile fuit paradiſum condere tam celeſtem, quam terreſtrem: ſed maius fuit regem glorię, & beatitudinem videre, vt vidit beatus F. in ſtigmatizatione.

Magnum, & mirabile fuit Noe à diluuio præſeruare, ſed maius fuit beatum Fran. ſtimatizatione à peccato præſeruare mortali, & frequẽtia venialium.

Mirabile fuit Abraham ab Vr. i. igne caldeorum præſeruare, ſed maius fuit beatum Fran. à fomite ſtigmatizatione conſeruare, ipſum fomitem comprimendo.

Magnum, & mirabile fuit Iacob ſcalam videre, cui ſtabat innixus dominus, ſed maius fuit beatum Fran. videre Chriſtũ Deum ad ſe ſtigmatizandum deſcendiſſe.

Magnum fuit, & mirabile Ioſeph annulum Pharaonis habuiſſe, ſed maius fuit beatum Fran. bullam Dei viui accepiſſe.

Magnum fuit Moiſen principatũ populi Iſraelitici habuiſſe, & accepiſſe; ſed maius eſt beatum Fran. vexiliferum ſummi Dei à Chriſto conſtitutum.

Mirabile fuit mare diuidere, & populum Iſrael liberare, ſed maius fuit à dracone diabolo per crucẽ ex ore franciſci progredientem, cętum Chriſtianum eripere, & ad Chriſti proſequenda veſtigia populum ſtigmatizatione franciſci animare, & deducere.

Mirabile fuit populum Iſraeliticum manna quadraginta annis de cœlo cibare, ſed maius fuit beatum Fran. ſtigmatizando eius animam cibo indicibilis conſolationis replere, & reficere.

Magnum, & mirabile fuit Deum in monte Sina Moiſi apparuiſſe, & ei legem dediſſe; ſed maius fuit beatum Fran. in monte Aluernæ Chriſtũ vidiſſe, & regulam euangelicam ſuorum ſigmatum bulla confirmaſſe.

Mirabile fuit Deum ſuo digito tabulas lapideas pręceptis ſcripſiſſe; ſed maius fuit per ſe, & non angelo mediante digito ſuo in carneis membris ſtigmata impræſsiſſe.

Mirabile fuit Ioſue, & alios hoſtes debellaſſe; ſed maius eſt inſpectione beati Fran. crucifixi demones aufugere.

Magnum fuit, & mirabile tempore Ioſuæ ſolem immobilem in medio cœli ſteti ſſe, & tempore Iſaiæ, & Ezechiæ retro ceſsiſſe: ſed maius eſt ſolem iuſtitiæ Chriſtum Deum de cœlo Empireo ad ſtigmatizandum beatum Frã. deſcendiſſe.

Mirabile fuit Deum de infimo Dauid ad regnum ſublimaſſe, ſed maius fuit Franciſcum pauperculũ modicum, & deſpectum ſuper omnes ſanctos ſtigmatizatione exaltaſſe.

Mirabile fuit donum ſapientiæ Salomonem à Deo habuiſſe; ſed maius eſt beatum Fran. vere vidiſſe, & ſciuiſſe Chriſtum Dei virtutem, & ſapientiam, & crucifixũ, vt Frãciſcus nouit ſtigmatizatione, & ſciuit.

Mirabile fuit quando Deus voluit per Moiſen ſibi tabernaculum fieri, & per Salomonẽ templum; ſed maius fuit beatum Fran. eſſe templũ Dei viui ſua ſtigmatizatione.

Mirabile fuit Eliam in monte Oreb audiſſe Dei magnalia; ſed maius fuit beatum Fran. audiſſe Chriſtum, & vidiſſe ſtigmata imprimendo magnalia, & mirabilia nuqnam alias facta.

Mirabile fuit propheras feciſſe; ſed maius eſt Chriſtum ſtigmatizando beatum franciſcum multa eidem dixiſſe, quæ dicere adhuc nulli voluit.

Mirabile fuit Iſaiam, & Deum, & ſeraphin vidiſſe, ac labijs fuiſſe mundatum; ſed maius eſt beatum Fran. ſtigmatione vnitum eſſe Chriſto Deo incendio ſeraphico, & per totum tali incendio purgatum, & emundatum.

Mirabile fuit beatum Petrum pro Chriſto crucifixum; ſed maius eſt per tantum tempus beatum Fran. ſtigmatizatione cruci affixum.

Mirabile fuit beatum Paulum tot pro Chriſto pœnas toleraſſe; ſed maius fuit beatum Fran. ſtigmatizationẽ dolorem dominicæ paſsionis habuiſſe, & ſenſiſſe.

Mirabile fuit beatum Paulum raptum ad tertium cœlum; ſed maius fuit ſtigmatizatione beatum Fran. vnum ſpiritum effectum cũ Chriſto; cuius ſenſum non ignorat.

Mirabile fuit Magdalenam de optima parte

non

non amittenda certificare; ſed maius fuit beatum.F.à Chriſto ſtigmatizatione nunquam ſe parandum, nec in præſenti,nec in futuro.
Mirabile fuit Chriſtum ſuæ cruci tantam efficaciam dediſſe;ſed maius fuit beato.F.ſtigmatizatione ſe totaliter dediſſe.
Mirabile fuit Ioannem Euangeliſtam beatam Mariam in matrem ſibi à Chriſto traditam habuiſſe; ſed maius eſt beatum.F.ſtigmatizatione in regem gloriæ Chriſtum anima,& corpore tranſiuiſſe.
Mirabile fuit Chriſtum in triduo corpus ſuũ integrum ſeruaſſe; ſed maius fuit in beato.F. ſtigmata ſua per duos annos ſine putredine conſeruare.
Mirabile fuit Chriſtũ per alios clauis ferreis confixum; ſed maius, eſt beatum Franciſcum ſtigmatizatum per ipſum Chriſtum clauis carneis crucifixum.
Mirabile fuit beatum Stephanum vidiſſe Ieſum ſtantẽ à dextris Dei; ſed non minus eſt beatum.F. Ieſum ad ſe ſtigmatizandum videre deſcendere, & ſibi ſua ſacra ſtigmata imprimere.
Mirabile eſt Deum ſanctos feciſſe; ſed maius eſt beatum.F.non ſolum factum feciſſe, ſed ſu per ſanctos factum oſtendiſſe.
Mirabile fuit Deum Angelum in fornacem ad tres pueros liberandos direxiſſe; ſed maius fuit beatum.F. Angelum gratia effectum cum ſigno Dei viui, ad fornacem mundi ad conſignandum fideles,vt euaderent emiſiſſe.
Mirabile fuit Deum tollerantiam martiribus dediſſe in tormentis; ſed maius fuit beatum. F.in tot doloribus paſsionis conſeruaſſe. Multa ſunt alia mirabilia à Deo facta,quæ ſi comparentur ad facta in beato.F.per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum ſtigmatizatione: non multum excedere reperientur. Quapropter beati.F.ſtigmatizatio facta à Chriſto non eſt paruipendenda: ſed ſummè veneranda, & à quolibet Chriſtiano,& homine vtenti ratione apretianda vtpote,ꝙ ea humana eſt natura dignificata,prouecta,& exaltata.
Octauum & vltimum videndum quo ad hoc eſt de verbis,quę Chriſtus ſtigmatizando beatum.F.dixit eidem. Vbi ſciendum, ꝙ beatus F.& ſi ſeriem viſionis Chriſti,& impræſsionis ſacrorum ſtigmatum ſocijs quibuſdam reuelauit,prout dicit legenda maior parte. 13.tamẽ quæ Chriſtus eidem fuit loquutus dum viueret nulli hominum aperire voluit. Poſt mortẽ vero ſuam beatus.F.precibus cuiuſdam fratris de hoc ſingulariter Deum rogantis, vt cogeret,B.F.ad referandum, quæ Chriſtus ſtigmata imprimendo eidem dixerat beatus.F. volũtate Chriſti eidem fratri apparendo, aliqua, & non omnia reuelauit. Vnde beatus.F.dicto fratri apparẽdo,dixit, ꝙ inter alia ſibi à Chriſto dicta, dum ſtigmata ei imprę́ſsiſſet, hoc erat vnũ,videlicet,ꝙ Chriſtus ſibi dixit. Scias Franciſce quid fecerim tibi?ego dedi tibi ſtigmata mea,& in ſignum,ꝙ vexilifer meus es effectus: ſicut ego in die obitus mei ad limbum acceſsi, & meritis, ac virtute ſtigmatum paſſionis meæ omnes animas; quas inueni,extraxi: ſic volo, ꝙ & tu, vt ſis mihi conformis in morte, ſicut es in vita, in die natalitij tui vadas quolibet anno ad purgatorium,& omnes animas trium ordinum.ſ. minorum,ſororum ſanctæ Claræ,& continentium tertij ordinis, quos ibidem inuenies, in virtute, & efficacia tuorum ſtigmatum eruas, & ad gloriam Paradiſi perducas. Hæc inquit beatus.F. verba dũ vixi nemini dixi, ne iactantiæ pręſumptionis, & vanagloriæ,eſſe viderentur. Hæc beatus.F. Concesſio B.F.à Chriſto facta.
Alia etiam verba Chriſtus dixit beato.F. quæ nulli adhuc,ꝙ ſciatur,reuelauit. Et quia beatus Franciſcus in vita dicta verba nulli ſuorũ ſociorum, ſeu alteri pandere voluit, & poſt mortem ad reuelandum à Chriſto inductus fuit: quare veriſsima eſſe credenda ſunt; quæ verba pandunt ſingularem affectum domini Ieſu ad beatum.F.concedendo ſibi,ꝙ tantum bonum annuatim,ſicut eſt à purgatorio liberatio peragat in ſuis deuotis. Debent dicta verba inducere chriſticolas in quocunq; ſint ſtatui,ſub patrocinio beati.F.in aliquo trium ordinum velle militare,habendo tam firmum promiſſum à Chriſto, de liberatione à pœnis, meritis, & voluntate beati.Fr. Habuerat beatus.F.prius, ꝙ ſuum ordinem diligentes miſericordiam in vltimo conſequerentur à Chriſto,& nũc habuit,ꝙ poſt mortem ſi in aliquo eſſent trium ordinum, liberarentur à pœnis: quare humana infirmitas ad beatum Fr. tam ratione primi, quàm ſecundi debet totaliter affici deuotione. Datur pręfatis verbis documentum,ꝙ ſtigmatizatio beati. Frã. & ſi ante erat humilis beatus F.fecit eum magis humilem,patuit: quia ex nimia humilitate prædicta verba,quæ ad ſui laudem erant,nulli dicere voluit,dum viueret. Exiſtentes in dictis ordinibus omni reuerantia, & deuotione ſacrũ debent extollere Franciſcum; quia ipſorum eſt,vbi placuerit eidem poſt mortem à purgatorio liberator,& erector. Multa alia poſſent deduci:ſed ſufficiãt ad pręſens prædicta. Præmiſsis ergo octo apparet modus, quo beatus Fran.fuit ſtigmatizatus à Chriſto.
Sextum inquirendum eſt. Qualis fuit beati.F. ſtigmatizatio. Et ſi ex pręmiſsis pateat:tamẽ pro maiori euidentia eſt ſciendum, quòd beati Franciſci ſtigmatizatio à Chriſto fuit.
Primo ſupernaturalis,& prodigioſa: quia nõ eſt facta, vt naturæ,aut artis ingenio,nec humanitus,aut arte cœleſtis ſpiritus; ſed immediatè diuinitus à Chriſto Deo, vt dictum eſt.
Secundo ſpecialis, & virtuoſa: quia vt dictum eſt,& ſi opera diuina aliquando fiant angelo-

rum miniſterio, hæc tamen ſtigmatiſiatio facta eſt, non ab ipſis, ſed in ſpeciali à Chriſto Deo.

Tertio eſt inſolita, & ſingularis ratione apparentis: quia Chriſtus, ratione ſpeciei: quia nulli Chriſtus in ſpecie ſeraphin apparuit, niſi beato. F. ratione formæ: quia crucifixus ratione impræſsionis: quia ſolus Frãciſcus eſt ſtigmatizatus.

Quarto viſceralis, & dilectione plena. Chriſtus beatum. F. ſuis ſacris adornando ſtigmatibus, ſignum magni amoris oſtendit, tantum donum ipſi ſoli, & non alteri aliquando tribuendo. Ex quo ſequitur quod.

Quinto fuit exemplaris, & perfectionis B. F. oſtenſiua. ſ. deuotionis, & dilectionis totalis ipſius beati F. ad crucifixum, & eius paſsionem. ꝙ tota beati. F. deuotio, meditatio, & intentio ad dominicam paſsionem fuerit: ſtigmatizatio facta euidenter oſtendit.

Sexto fuit virtuoſa, & ſalutaris: licet. n. beati. F. anima vt cæterorum hominum ad Dei imaginem ſit condita: tamen quia transformatio primo facta eſt in anima, & ſtigmatizatio ſecundo facta eſt in corpore: hinc eſt, quòd anima. & corpus beati. F. ſignaculum ſpeciale factum eſt Dei viui: quare eius anima ſpeciali modo, & virtuoſo facta eſt Dei imago.

Septimo fuit doloroſa, & delectabilis: Delectabilis fuit in Chriſti apparentis aſpectu. Sed doloroſa.

Primo intuendo Chriſtum crucifixum, quo viſo, gladius compaſsionis viſcera penetrauit beati Franciſci.

Secundo ſuſcipiendo ſtigmata in talibus mẽbris, quod fuit cum magno dolore beati. F. ſuſcipientis, & clamore, & ſi ſtigmatizatio quaſi ſubito facta ſit. vnde quandiu vixit beatus. F. ſemper maximum dolorem habuit.

Octauo amoroſa, & amicabilis, vtpote, facta vehementi amore, & Chriſto amoroſæ tunc beatum. F. alloquente, quæ verba dum vixit, vt dictum eſt, nulli prodidit, & Chriſtus beato. Fran. vt amico appropinquans: ſtigmata eidem impreſſit.

Nono moroſa, & temporalis, ſtigmatizatio hæc facta beato. F. & data, non receſsit vnquã à beato F. ſed quandiu vixit. ſ. per duos annos ſemper habuit, & in morte etiam (vtplurimi viderunt) permanſit: vt temporis longitudine veritas tãti miraculi ipſius agnoſceretur ſtigmatizationis Franciſci.

Nota. Decimo glorioſa, & miſterialis: quia beatũ. F. (vt dicetur) ſuper cũctos ſanctos euehit. Sed miſterialis: quia ſicut Chriſtus à captione ſua 18. hora fuit crucifixus: ſic beatus F. in 18 anno à conuerſione ſua; qua captus diuino amore, & Chriſto totus traditus: ſtigmatizatus fuit. Et ſicut Chriſtus poſt duas horas à crucifixione ſua mortuus eſt. Sic beatus Frã. poſt duos annos ab impræſsione ſacrorum ſtigmatum ex hac vita deceſsit. Sic ergo præfatis patet ſextum, ꝙ ſtigmatizatio beati Franciſci fuit, & eſt mirabilis, & ſtupenda.

Chriſtus poſt crucifixionem ſuam poſt duas horas mortuus eſt.

Septimum inquirendum eſt, quid beatus. Frã. habet, & habuit hac ſacra ſui corporis à Chriſto ſtigmatizatione. Vbi ſciendum quòd hæc benedicta ſtigmata multum beatum. F. dignificauerunt, & ei magna bona contulerunt.

Primum fuit perfectẽ ſanctificationis, vt videlicet more apoſtolorum per ſpiritum ſanctũ ſanctificatus, mortaliter vlterius nõ peccaret aliquando. Peccatum mortale non ſtat cum transformatione tali corporis, & animæ. Et ſpecialiter tali ſtigmatizatione permanente ſicut fuit in beato. F. vſque ad mortem.

Secundum eſt magnæ fœcunditatis, quo ad gratiam. Credo, ꝙ copioſior gratia data fuerit B. F. tunc, quam ante haberet: quia forte prima gratia non ſuffeciſſet ad tantam, & talem transformationem. Sed dicunt doctores de Maria matre domini, ꝙ ante verbi incarnationem erat plena gratia: ſed illa, & ſi ſufficeret pro ſanctificatione virginis, quo ad perſonã: non tamen ſufficiebat pro incarnatione verbi, & tunc in ſecunda ſanctificatione fuit ſibi data, quæ pro tanto miniſterio faciendo ſuffiebat. Sic & in propoſito poteſt dici.

Tertium eſt per gratiam fomitis ſuppræſsionis: credo, ꝙ tali ſtigmatizatione facta beatus. F. nihil habuit ex tunc ipſum impellens ad malum: ſed habuit eum incitans ad omne bonum, & hoc conſiderata eius vnione, & adhærentia cum Deo, qua erat cum eo vnus ſpiritus effectus, & conſequenter fomes in eo fuit ſuppreſſus, & ſuppoſitus.

Quartum eſt in gratia confirmationis, vt à gratia nunquam caderet. Magdalena habuit certitudinem de non amittendo partem meliorem, quare, & hoc ſignaculo ſigni Dei viui beatus. F. aram accepit permanendi in gratia, & beatitudinis obtinendæ: cum tamen de beatitudine obtinenda à Chriſto iam habuiſſet.

Quintum eſt diuinæ expræſsionis. factus eſt beatus. F. ſtigmatizatione forma expræſsiua crucifixi: cum eius paſsio in ſuis membris eſt ab ipſo Ieſu ſic impræſſa, & infixa.

Sextum eſt directionis. beatus. F. ſtigmatizatione factus eſt forma, norma, & regula directiua Chriſtum ſequi volentium. Si viam perfectionis quis cupit tenere, Franciſci inſequatur veſtigia: quia eius vita, conuerſatio, & doctrina autentica ſunt: bulla crucifixi Dei viuentis.

Septimum eſt deiectionis demonum: factus eſt enim F. ſtigmatizatione ſua hoſtibus, & demonibus terribilis. Si crucem videndo demones, & crucifixum fugiunt, & contremiſcunt: non immerito beatum. Fr. videndo paſsionis Chriſti ſignis notabiliter decoratum: ab eius

facie fugiunt, & recedunt.
Octauum proclamationis. Apoſtolus dicit Cor. 12. ꝙ nemo poteſt dicere dominum Ieſum, ideſt in Chriſtum ſe exprimere, niſi in ſpiritu ſancto, ideſt diuino amore, & operatione: proculdubio Franciſcus in Chriſtum transformatus: ſecure poteſt dicere in ipſo corpore, & anima præ alijs transformatus.
Nonum eſt conſolationis: Si pro quia homo Deo iungi appetit, & in ipſum transformari: quare beatus.F. etſi foris pęnas, intus tamen lętitiam habebat, & gaudium cernendo ſe in Deum, quem ſemper ſitierat vnitum, & transformatum.
Decimum eſt martirizationis, cum enim dolor paſsionis Chriſti acerbiſsimus fuerit: vtpote, omnium martirum dolores excedens, & hic iugiter per duos annos beato infuerit Franciſco, proculdubio, ſi prius mente, & voluntate erat martir, poſt ſtigmatizationem factus eſt martir mente, & corpore glorioſus, & martirum præmio in cęlo non priuatur: ſed eo coronatur.
Vndecimum eſt perfectionis, declarat Chriſtus ſtigmatizando beatum.F. præ alijs quantę eſſet perfectionis: cum eidem, & ſoli tantũ munus gratiæ, & prærogatiuæ concedere placuit.
Duodecimum eſt à Deo.B.F.canonizationis: vt dictum eſt: Nam ſtigmatizatio fuit beati. F. ſanctitatis approbatio, & autenticatio: quare & eius canonizatio per bullam ſummi pontificis domini Ieſu Chriſti; mãdans fidelibus ali ſtigmatizatione feſtum beati.F. celebrari, & venerari.
Tertiumdecimum demonſtrationis, effectum miſsionis, & deſtinationis.B.Frã. à Deo, ꝙ ſit miſſus à Deo, niſi ad crucem implantandam cordibus fidelium; vt Ioãnes præuiderat, ſtigmatizatio.B.F.declarat, prout dictum eſt cõformitate.2.primi libri. (Apoc. 7.)
Quartumdecimum eſt exaltationis. B. F. beatus.n.pater.F.hac ſtigmatizatione exaltatur. Primo quia hoc priuilegio ſolus gaudet: prout ſancta mater declarat Eccleſia.ſ. ꝙ à Chriſto ſit ſtigmatizatus.
Secundo quia ipſe ſolus valet dicere illud. Nemo mihi moleſtus ſit: ego.n.ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. (Galat. 6.)
Tertio vt Chriſtus eidem dixit; ſtigmata ſibi imprimendo: ꝙ faciebat eum ſuum vexilliferum. Et ſic beatus.F. hac ſtigmatizatione factus eſt miles, & vexillifer ſummi regis: crucis laborem ferendo, & vexillum. Quo ſequitur. Quartum ꝙ beatus.F. eſt princeps, & capitaneus nouę militiæ Ieſu Chriſti, ideſt omnium vitam Chriſti crucifixi ſequi appetentium. vn de Papa Greg.9.in proſa de beato.F. quam fecit dicit. Franciſcus princeps inclitus; ſignum regale baiulat &c.

Quinto factus eſt beatus.F. Chriſti nuncius, & veredarius; ferens ipſius regis cœleſtis litteras ſigillo proprio conſignatas. Quare & fides indubia ab omnibus Chriſticolis eſt adhibẽda.
Sexto eſt Cancellarius eius tenens ſigillum, id eſt ſignum Dei viui, quo ſigilli caractere conſignarę habet: quia in fronte imprimere ipſum ſignum Dei viui: vt à Dei ira præſeruẽtur. (Apoc. 7.) (Ezech. 9.)
Septimo, ꝙ beatus.F. ſicut in Eccleſia militanti fuit Ieſu Chriſti vexillifer: ſic & poſt reſurrectionẽ remanentibus in corpore ſignis ſtigmatum erit princeps ſanctorum, & vexillifer in Eccleſia triumphante.
Octauo ꝙ ſicut armiger, & vexillifer regis à cunctis regis ſubditis honoratur: ſic re vera beatus.F. ſignifer Chriſti ab angelis ſanctis, & electis veneratur, & collaudatur.
Nono ꝙ cum ferens ſigna regia, & inſignia iuxta regem ſtet, & moretur: proculdubio beatus.Frã. locum tenet Chriſto multum propinquum, & vicinum, & ideo demon adiuratus à quodam ſacerdote: inter alia de beato.F. loquendo dicit, ꝙ poſt virginem Mariam Ioannem Baptiſtam, & Apoſtolos: Franciſcus cum ſuis vexillo crucis explicito omnes ſanctos, & ſanctas in cęleſti patria præcedit: quare ſatis diligenter inſpectis apparet quantum B. F. ſtigmatizatione ſua dignificatus eſt à Chriſto domino, & ꝙ Chriſtus ſoliũ beati.F. exaltauit ſuper omnes principes, quos habebat, vt ſcribitur figuraliter, & ſic patet de ſeptimo, quod quærebatur. (E.F. in cœlo præcedentia.) (Heſter. 3.)
Octauum, & vltimum eſt inquirẽdum quibus beati. F. ſtigmatizatio approbetur veridica, & atteſtatur.
Vbi ſciendum, ꝙ beati. F. ſtigmatizatio eſt. Primo per ipſum dominum Ieſum Chriſtum autenticata, & approbata. hoc patet: quia cũ multa miracula ſtigmatibus, ſint patrata beati.F. nec per ipſum niſi interceſsiue, & ſupplicatiue, & per Chriſtum, Deum principaliter, & effectiue: quare miraculis, vt dicetur autenticatur merito ipſa ſtigmatizatio beati.F. & eſt atteſtata.
Secundo per beatam Mariam virginem Chriſti matrem, & hoc modo inſraſcripto. Nam cum frater laicus præfatus, cui beatus.F. feriẽ pandidit, ſuę ſtigmatizationis, cum bis per Angelum monitus fuerit, ꝙ ea, quæ beatus.F. ſibi dixerat, reuelaret, & ipſe non feciſſet tertia nocte poſt ſecundam monitionem Angeli, quæ facta eſt ſibi in craſtino exaltationis ſanctæ crucis, anno domini. 1282. frater ipſe in Eccleſia ſe orationi dederat, & orabat beatã virginem, vt ipſa eum dirigeret in prædictis, & omne dubium remoueret. Cunque nocte profunda perſeuerarct in oratione: ſplendor aduenit aliquibus morulis interiectis. Tandem autem fuit fulgor, vt etiam tota Eccleſia, non tantum illuminata: ſed velut quadam luce

luce aurea renitebat. Et cum frater ille reſpiceret verſus chorum, vidit quatuor Angelos, in quadro diſpoſitos, albis indutos, cum cereis accenſis, procedentes in choro, in quorum medio erat beata Virgo in vulnis geſtās filiū ſuum; ad cuius aſpectum frater ille ſe ferre nō valens, cum prius ſuper genua ſua ſtaret: prono lapſu incuruatus eſt. Et cum taliter Angeli cum beata Virgine vſque ad fratrem peruenissent: vnus ex eis tetigit eum, & cōfortauit, ac erexit: dixitq; illi. Ne timeas, nec loquaris aliquid. Tunc beata Virgo induta quaſi veſtibus aureis, contexione roſarum, ac nimia fragantia redolentibus: dixit ei. Verbum de ſtigmatibus beati F. pro quo rogaſti me: vt tibi a filio meo certitudinem impetrarem, pro certo teneas, nec timeas, neque differas reuelare, quoniam voluntas filij mei eſt, vt ad notitiam deducantur: immo ſi tu vlterius negligeres, & celares, diſpliceres Deo, & iudicium grauius promereretis. Et his dictis, viſio diſparuit. Et tunc Frater (vt dicetur inferius) ſtuduit reuelare, & ſic patet quomodo Virgo Maria teſtificata eſt de ſtigmatibus beati F. Tertio teſtificata eſt beati. Frā. ſtigmatizatio per Angelos. facta enim fratri præfato reuelatione à beato. F. de ſtigmatum impreſsione à Beato. F. de ſtigmatum impreſsione à Christo: nocte ſequenti ad dictam beati. F. reuelationem, cum in oratorio cellæ eiuſdem loci frater præfatus perſiſteret; ſolicitus tamen, & anhelans, quomodo in his ſe haberet: viſus eſt iuuenis quidam alius veſtibus indutus albis ab altari procedere, qui fratri appropinquās, dixit. Cur dubitas tu de illis, quæ dixit tibi beatus. F. Nonne recordaris quot tibi beneficia in ordine, & in ſeculo fecit? In nullo ergo dubites. Cumq; ad quædam beneficia ſpecialia memoranda deſcendiſſet: tunc qui loquebatur adiecit. In nullo dubites: ſed certus eſto: quia Deus vult, ꝙ iſta reueles. Et his dictis, diſparuit. Procedente autem anno domini. 1282. in craſtinum exaltationis ſanctæ crucis: prælibatus frater cum poſt horam ſerotinam in cella ſua qualemcunque quaſi ſedendo quietem vellet capere ſeq; ſopori dediſſet, ſenſit ſe veſtibus attrahi, & excitari: ſed cum nullius videret ſpeciem, nec vocem audiret, iterato ſe ſopori contulit. Et ecce iterū attrahitur, & excitatur. Et dixit ei. Quid tu tanto ſopore deprimeris? Quare non excitaris? Et tunc in lectulo ſuo quaſi pauidus reſidens, ſignum crucis ſibi impreſsit, nemineque ſibi apparente, audiuit vocem dicentem ſibi. Ne timeas: ſed eſto robuſtus. Frater vero dixit. Quis es tu? Ille vero dixit Ego ſum Dei nuncius: ne timeas, neque clames. Illud quod tibi dominus oſtendit in hoc loco Aluernæ de impreſsione ſtigmatum beati. F. quare occultas: cum Deus velit fieri manifeſtum, reuela ergo illud: quia Deus vult, quod cito dicatur. Tunc frater in cella ſe erigens ſtabat, & flebat neſciens quomodo hoc exequtioni mandaret: propriæ fragilitatis conſcientiam expaueſcens. Iſtis ergo occupationibus, & meroribus occupatus: facta eſt vox dicens. Quid de re, quam tibi dominus reuelauit, & tot modis inſtigauit adhuc hæſitas, & formidas? oportet omnino, quod dicas alioquin, diſplices Deo, & tibi periculum iminet, & fratet remanſit aliqualiter confortatus. Sic ergo apparet quomodo per angelos ſtigmatizatio eſt teſtificata.

Quarto ſtigmatizatio beati Fran. autenticata eſt per eccleſiam ſanctam Romanam catholicam, & apoſtolicam. Et hoc per bullas plurimorum ſummorum pontificum, qui caput in eccleſia militante, fuerunt. Stigmatizationem beati Fran. aſſerit dominus papa Greg. 9. qui beatum Fran. catalogo aſcripſit ſanctorum. ſanctorum. Cui beatus Fran. dum eſſet Cardinalis hoſtienſ. & ordinis protector, prædixit futurum eum ſummum pontificem. Hic pontifex antequam beatum Fran. ſanctorum catalogo aſcriberet, ſcrupulum in corde habuit de ſtigmatibus, quo ad Vulnus laterale. Nocte vero quadam ſicut idem pontifex poſtea referebat cum lachrimis: beatus ei Fran. quadam faciei prætenſa duritiæ in ſomnis apparuit, & hæſitationem cordis eius redarguens, eleuauit brachium dextrum, detexit vulnus phialamq; popoſcit ab ipſo, vt ſcaturientem reciperet ſanguinem, qui ex latere defluebat. Obtulit in viſione pontifex ipſe phialam poſtulatam; quæ ad ſummum ſanguine mundo cum aqua profluente: de latere videbatur impleri. Et ex tunc ad illud miraculum tanta cœpit deuotione affici, & emulatione feruere, vt nullo modo pati poſſet, quod aliquis præfulgentia illa ſigna ſuperba impugnatione obfuſcare præſumeret: quin eum ſeuera increpatione feriret: ſicut patet in bullis ipſius. Informatus igitur hic dominus Greg. 9. de ſanctitate vitæ B. Fran. & de eius ſtigmatibus: plures bullas fecit; in quibus aſſerit beatum Fran. ſtigmata domini Ieſu veraciter in ſuo corpore impreſſa à Chriſto habuiſſe. Et hoc tenendum mandat fidelibus, & credendum, ſub nota hæreſis puniendum oppoſitum ſapiētem. Et bulla iſtius D. Grego. primo dirigitur vniuerſitati fideliū. Et incipit bulla ipſa. Confeſſor domini glorioſus, vbi poſt multa prius dicta ſubdit. Vniuerſitati veſtræ tenore præſentium non indigne duximus exprimēdum, videlicet quod ſanctus Fran. cum adhuc ſpacium præſentis vitæ percurreret, & poſtqnam fœliciter cōſumauit, manibus, latere, & pedibus ſpecie ſtigmatum diuinitus extitit inſignitus. Quo ad noſtram fratrumque noſtrorum noticiam deducto, & cum cæteris eiuſdem miraculis per teſtes fide dignisſimos

Contra oppon entes ſtigmati B. Fran.

gniſsimos ſolemniter probato: ex ipſo ſpecialem eauſam habuimus, quod confeſſorem eundem ſanctorum catalogo duximus aſcribendum. Quibus domlni papæ verbis patet quod ſtigmatizatio beati Fran. fide digniſsimis teſtibus ſummo pontifici, & Cardinalibus eſt approbata. Et ipſa ſtigmatizatio eſt adeo magnum donum, & habentem comprobat tam ſanctum: quod catalogo ſanctorum aſcribi eſt dignns ex hoe ſolo. Quo nimirum panditur, ꝙ beatus Fran. prę alijs fuit ſanctiſsimus, & præ alijs digniſsimus canonizari. Papa hic cognita tam euidenter beati Franciſci ſtigmatizatione: vt dictum eſt per teſtes fide digniſsimos: contra obloquentes de dictis ſtigmatibus valde acriter proeeſsit. Et quia tempore ſuo præ alijs impugnatores fuerunt beati Frã. videlieet quidam frater prædicator alamanus nomine Euercardus, & quidam epiſcopus colonienſis primus detrahendo in publica prædicatione; dicendo, quod beatus Fran. ſtigmata non habuit: ſeeũdus, ſcilicet epiſeopus beatum Fr. depictum cnm ſtigmatibns abradi fecit. Cõtra fratrẽ prædicatorem ipſe D. Greg. direxit, & eſt ſecunda bulla ipſius papæ de ſtigmatibns ſaeris, quam direxit prioribus, & prouincialibus ordinis fratrum prædicatorum. Et incipit. Gregorius &c. Non minus dolentes aeeepimus, quam mirantes, quod quidam frater noſtri ordinis nomine Euercardus immemor, quod ſermo prædieantium ſalis gratiæ ſemper debeat habere condimentum. Cũ veniſſet Oppauiam Morauiæ ciuitatem de prędicante tranſiens in blaſphemum in eommune dieere non expauit, quod in laudem beati Fran. per quoſdam ex diſcipulis ſuis pia propoſita habere deberent pro reprobis, quod in eius eorpore ſtigmata non fuiſſent. Quid vltra nec Chriſto, qui ſanctum eundem manibus, pedibus, ac latere huiuſmodi ſtigmatum priuilegio decorauit: nec nobis deferens, qui ex tãto miraculo eum cęteris probato: ſolemniter cauſam ſpiritualem habuimus, quod ipſum aſcripſimus eatalogo ſanctorum: dicti fratri elatio in tantam prorupit audaciam, ꝙ diſcipulos memoratos corã populo quęſtuarios, & falſos prædieatores appellans aſſeruit, qnod in ipſos, & eonſimiles poſſet auctoritate noſtra exeommunieationis ſentẽtiam promulgare. Et ſubdit dominus papa. Diſeretioni veſtræ per apoſtolica ſeripta mãdamus fratrem eũdem apud; quẽcunque fuerit, ſuſpenſum à prædicationis officio: ad noſtram mittatis præſentiam pro meritis recepturum &c. Tertia bulla eſt domini Greg. præfati de ſtigmatibus eontra dictum epiſcopum colonieñ. quæ bulla incipit Gregorius &c. Vſque ad terminos otbis terræ præſumptionis tuæ ſigna prætendens, & infra. Dei ſapientia, quæ de limo terræ ſimilem ſibi formans hominem ſimilis ei fieri incarnationis miſterium: vt ipſum à morte redimeret, non conteinſit. Dilectum ſibi beatum Fran. ſuorum ſpecie ſtigmatum decorauit: & infra. De ſtigmatibus vero plures fidedigniſsimi, quos miraculi tanti conſcios, diuinę placuit pietati reddere teſtimonium veritati perhibeant. Et ad hoc ipſum fidelis mater eccleſia ſuffragatur, quæ ex huius miraculo cum multis alijs debita ſolemnitate probato cauſam ſpiritualem habnit, quod eundẽ ſanctum beatorum catalogo reuerenter aſcripſit, & cõcludit firmiter crediturus, quod idẽ ſanctus cum adhuc noſtræ mortalitatis habitum baiularet: prædictus ſtigmatibus extitit inſignitus. Et licet illa viſa à pluribus: ipſe tãquam contemnens laudes hominum: quia vacans contemplandæ dulcedini cęleſtium organorum, celare ſemper ſtuduerit: ea tamen migrans ad paradiſi patriam occurrentium obtuitu publicauit Sic ergo apparet qualiter dominus Greg. 9. tribus bullis teſtimonium dat de ſtigmatibus B. Fran. Dominus Alexander 4. qni ſtigmata vidit oculis proprijs B. Fran. ipſo beato Fran. adhuc viuente prout recitat Frater Bonauentura in 13 parte legendæ maioris quod ipſe populo prædicando coram ipſo, & alijs affirmauit, hic pontifex veritate de ſtigmatibus beati Fran. agnita tam viſu, quã teſtibus, conſimiles bullas de hac materia confecit.

Et prima eſt, in qua ſe eonformat domino Grego. 9. prædeceſſori ſuo. Et incipit. Alexander &c. Grande, ac ſingulare miraculum, vbi inquit ipſe papa Alexander. Grande ac ſingulare miraculum; quo beatum Fran. ipſe ſplendor ſanctorum, dominus Ieſus Chriſtus mirabiliter decorauit: vobis fęlicis recordationis Grego. papa nonus prædeceſſor noſter clara ſua iniuuatione litterarum exprępſsit, videlicet quod idem ſanctus cum adhuc præſentis vitæ ſpaciũ percurreret, & poſtqnam illud fęliciter conſumauit: in manibus, latere, & podibus ſpecie ſtigmatum extitit diuinitus inſignitus. Cnm igitur tam inſigne diuini amoris ſignum, quod vtiq; ante eius obitum patuit; & nobis etiam, tunc notum fuit eodem prædeceſſore in minori officio conſtituto: ab omnibus Chriſticolis credi firmiter cupiamus: deuotionem veſtrã rogamus, & hortamur in domino Ieſu Chriſto in remiſsionẽ vobis peccaminum iniungendo: quatenus ab aſſertione eontraria, quæ non niſi ex cordis malignitate procederet: aurem, & mentem penitus auertaris. Et hæc bulla directa eſt vniuerſis Chriſti fidelibus. Patet dicta bulla, quod ipſe papa Alexandet aſſerit ſe B. Fran. ſtigmata conſpexiſſe.

Secunda bulla ipſins domini Alex. 4. omnibus prælatis eeeleſiæ ſanctæ Dei dirigitur. Et incipit. Alexander benigna diuinæ operatio vo-

Effectus bullarum Alexan. & aliorū pontificum de ſtigmatib. B. Fran.

luntatis. In qua bulla poſt multa præclara de beato. Fran. ſubdit de ſtigmatibus dicens. Signanter à nobis ante oculos proponi voluimus recolenda frequentius, & vehementius admiranda illa ſaltem iocunda dominicæ paſſionis inſignia, quę in eiuſdem ſancti corpore dum adhuc vitali ſpiritu foueretur manus cęleſtis operatoris impręſsit: viderunt ergo oculi fideliter intuentes, & certiſsimi contrectantiū digiti palpauerunt, quod in manibus eius, & pedibus exprę́ſſa vndique ſimilitudo clauorum de ſubiecto proprię carnis excreuit: vel de materia nouę creationis accreuit. Quam equidem idem ſanctus ſtudioſe ab omnibus hominibus, quorum refulgebat gloriam dum viueret, abſcondebat. Inuenta eſt quoque patentius in ipſius defuncti corpore non inflicta humanitus, neque facta plaga vulneris lateralis quaſi ad instar domini Saluatoris, quod redemptionis, & regenerationis humanæ protulit ſacramentum; quæ quidem plaga quoſdam ex fratribus ſibi familiarius adhærentibus: latere non potuit per defluxum humoris, qui diu viruerat in viuente. Hæc germina, & decora nouæ demonſtrationis inditia: magnæ debent eſſe deuotionis diuitiæ Chriſtianis, & inextimabilis religionis diuitiæ eccleſiæ orthodoxæ: cum ex his ſincera fides accipiat; quod illi etiam fiunt paſsionis Chriſti ſine extrinſeco perſequutore conſortes; qui ore eius amore carnem ſuam cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigunt. Sane de præfato ſancto hoc certius aſſerentes indoctas fabulas, ſeu vanę adinuentionis deliramenta non ſequimur: cum ea nobis dudum nota fecerit plenior fides rerum: quando nos videlicet in minoribus conſtituti confeſſoris eiuſdem familiarem ex munere diuino meruimus habere noticiam; ſępe dicti prædeceſſoris noſtri domeſticis obſequijs, tunc temporis inſiſtendo. Et ſubdit. Nemo (inquit) eidē ſancto audeat decętero eſſe moleſtus: Ieſu Chriſti in corpore ſuo triumphalia ſtigmata præferē ti. Si quis vero &c.

Tertia bulla eſt ipſius papę Alexandri 4. omnibus videlicet generali, & prouincialibus miniſtris, & fratribus ordinis fratrum minorum directa. quæ incipit. Alexander &c. Si nouæ lętitiæ militantis eccleſię &c. In qua bulla mandat præfatis, quod locum montis aluernę nunquam deſerant, aut dimittant dicens. Sane dilecti filij celebrem illum vernantis aluernæ montem; in quo ſublimatum corpus a ſublimiori animo non diſſentit: cum ibi prius ſuus amor interius in mente feruens, intuitu ſeraph incaleſcens, incendij feruore prorupit exterius decorans corpus in cruce ſplendidiſsimis margaritis, affectionis brachijs amplectimur tot, & tanta mirifice recolentes. Quem enim amicum æternę ſalutis ille locus non delectet

Mandatur fratribus vt nunquam montē Aluernę deſerant.

quamplurimum: vbi extremo iam inſtante ſeculi ſeneſcentis interitu: oſtendit exceſſus regis militem regijs militaribus inſignitum: vt regis aciem iam labentem, iamque ab hoſtibus fugientem defenderet, & certamen victorioſum triūphatoris ſuperni verbis, & actibus hoſtes aggredientibus prædicaret. Et plura dicit in dicto priuilegio. Et concludit, ꝙ dictum locum in ſpecialem aſſumit ſuis viribus protegendum. Et mandat nunquam deſtruendum, nec dimittendum, & ſic ſunt tres bullæ domini papæ Alexandri de ſtigmatibus ſacris. Dominus papa Nicolaus tertius, habita declaratione de ſtigmatibus beati Fran. priuilegium domini Greg. 9. ad litteram approbat in bulla, quæ incipit Nicolaus &c. Litteras fęlicis recordationis. Greg. papæ noni prędeceſſoris noſtri, &c. in qua bulla dicit idem, quod dominus papa Greg. de ſtigmatibus ſacris beati Fran. inſerens ipſam bullam domini Gre. ſuæ bullæ ad litteram de verbo ad verbum. Idem papa Nicolaus in declaratione regulæ beati Fran. & ponitur in ſexto libro decretalium ſub titulo. De verborum ſignificatione. Exijt, qui ſeminat, loquens de regula, ſicut ſupra recitatum eſt: dicit Hæc eſt, cui atteſtante Paulo nullus decętero debet eſſe moleſtus, quam Chriſtus ſuis ſtigmatibus confirmare volens inſtitutorem ipſius paſsionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniuit. Dominus papa Benedictus 12. bullam dedit ordini: vt feſtū celebraretur de ſtigmatibus beati Fran. Sic ergo apparet octo bullis ſummorum pontificū, ſcilicet tribus domini Greg. 9. tribus domini Alexan. 4 vna domini Nicolai 3. alia domini Benedicti quomodo beatus Fran. ſtigmata habuit. Etenim ſanctæ Romanæ eccleſiæ determinatio ſit veriſsima, & certiſsima: ipſa enim Romana eccleſia, tanquam magiſtra, ſequenda eſt in omnibus diſt. 11. Quis in ſi. diſt. 12. c. cap. 1. & ſequenti. Et diſt. 22. Omnes in ſi. Et qui contra eam loquitur hęreticus reputatur diſt. 22. Omnes: quia ipſa nunquam à tramite apoſtolicæ traditionis errauit 24 quæſt. 1. a recta ergo fide, &c. cum beatiſsimus. Ad quā in dubijs, & arduis eſt recurrendum diſt. 11. Palam d. 12. Præceptis 24. quæſt. 1. Quotiens. Ipſaque valet omnes iudicare, de ipſa iudicare nulli permittitur 11. q. 3. Epiſcopo parag. ſola. 17. q. 4. Nemini, & ipſa eccleſia declarauit beatum Fran. ſtigmatizatum à Chriſto: vt patet ex bullis prælatis: quare hoc eſt firmiſsime tanquam verum tenendum, & oppoſitum, vt hæreticum ab omnibus deſpiciendum. Et præſertim cum dicti duo ſummi pontifices, ſcilicet Gregorius, & Alexāder non ſolum oculis proprijs viderint, ſed fide dignis teſtibus hic eſſe atteſtatum, dicant expreſſe. Et quia dominus papa Gre. 9. ſic eſt certificatus: ideo in proſa, quam fecit de beato Fran. quæ incipit. Ca-

feſtum de ſtigmat.

Nouē ſunt Apoſtolicę bullę de veritatę ſtigmatum B. Frā. & ten. oppoſitum eſt erroneum.

pit.Caput draconis vltimũ,&c.ſubdit.de ſtigmatibus vero de Chriſti latere nouus legatus mittitur: In cuius ſacro corpore vexilium crucis cernitur,Franciſcus princeps inclitus ſignũ regalæ baiulat &c. Et in antiphona, quam fecit de B. Fran.ſ.Plange turba paupercula, ad patrem clama pauperum, hoc,lugubre ſuſpirium pater Franciſce ſuſcipe,& prode Chriſto ſtigmata lateris pedum,manuum,vt nobis ted dat orphanis tanti patris vicarium.

Quinto probatur ſtigmatizatio beati Fran.teſtimonio dominorum cardinalium.Dominus Rainerius Cardinalis de Viterbio in laudem

Auctor hymni Plaude turba paupercula &c.

beati Fran.compoſuit hymnum laudum, ſcilicet.Plaude turba paupercula &c.vbi inter alia de ſtigmatibus loquẽdo dicit in quodam verſu. Vili contectus tegmine ſancto caleſcens flamine, vicit algorem caumata Chriſti dum geſtat ſtigmata.Idemque dominus Rainerius

Auctor anti. Cœlorũ candor &

Cardinalis antiphonam illam famoſiſsimam compoſuit videlicet.Cœlorum candor ſplenduit, nouum ſidus emicuit,ſacer Frãciſcus claruit;cui ſeraph apparuit,ſignans eum caractere in volis,plantis, latere: dum formam crucis gerere, vult corde, ore, opere. Quo teſtimonio nihil apertius.

Auctor hymni.In cœleſti collegio,& decus morũ &c.

Dominus Thomas Cardinalis de Capua cum duos hymnos ad honorem faceret beati Fran. videlicet.In cęleſti collegio &c. qui dicitur ad nocturnum, & hymnũ, ſcilicet Decus morum dux minorum; qui in ſecundis veſperis cantatur. In hoc ſecundo hymno,ſcilicet Decus morum in quodam verſu ſic dicit. Regis ſignum ducem dignum inſignit manu,latere &c. Dominus Frater Bonauentura de Balneoregio Cardinalis aſſerit in legẽda minori; quæ legitur in eccleſia & in legenda maiori,quas ipſe ambas compoſuit,& hoc in 13. parte maioris legendæ,quod illa, quæ ipſe ſcripſit de ſtigmatibus ſacris: ab eis ipſe accepit,qui viderunt,palpauerũt,& oſculati ſunt ſtigmata beati Frã. & tactis ſacroſanctis ſic fuiſſe, & ſe vidiſſe affirmarunt. Inſuper ipſe dominus Cardinalis Frater Bonauentura cum eſſet generalis,vt dictum eſt ſupra,fuit

Apoc. 7.

diuinitus edoctus,quod prophetia illa Apoc. 7.de angelo habente ſignum Dei viui, ad litteram eſt de beato Fr.Sic ergo teſtimonio præfatorum patet de ſtigmatibus beati Fran.

Sexto autenticatur ſtigmatizatio beati Fran. teſtimonio malignorum ſpirituum;de quibus ſupra dictum eſt.Demon enim per os cuiuſdã mulieris, cuidam Baroni habitanti in montibus iuxta Eugubium dixit, loquẽdo inter alia de ſtigmatibus beati Fran. quod Chriſtus videns beatum Frã. ſibi datum à Deo patre pro ſignifero: ipſi ſua vulnera impræſsit & clauos in manibus,& pedibus, & in latere dextro vulnus: ſicut iam patet in corpore ſuo, & multi iam viderunt. Alius demon cuidam domino Bartholomeo de tertio ordine beati Fran.loquens de ſanctitate beati F.inter alia ante ſtigmatizationem.B.F.bene per biennium: prędixit ipſum beatum Franciſcũ ſtigmatizandum à Chriſto: Inquit enim demon. Adhuc notum erit toti mũdo, qualiter Chriſti paſsio in hoc homine beato.F.renouetur. Alius demon per os mulieris Zanteſſę dixit fratri Iacobo de Bononia de tertio ordine beati.Fr.coram.18.teſtibus. Duo ſunt tantummodo in cœlo ſignati.ſ.crucifixus, & ſtomacoſus ille Franciſcus. Sciens enim Chriſtus ſe illi daturum ſtomacoſo bullam ſuorum ſtigmatum: non per miſit ipſum aliud de indulgentia Portiunculę priuilegium accipere,vel bullam manu hominis fabricatam: nam ſicut rex non committit annuli ſui bullam alicui,niſi propter aliquod magnũ factum: ita crucifixus quando voluit ſaluare populum ſuum noluit illi ſtomacoſo concedere aliud ſignum, niſi bullam ſuorum ſtigmatum.

Septimo ſtigmata beati.F.ſunt autenticata teſtimonio ſanctorum fratrum, & virorum, videlicet.

Primo fratris Illuminati, qui cum beato.F.ad Soldanum perrexit,hic ſtigmata vidit,& beatum.F.ſeriem, & modum impræſsionis recitantem audiuit,de quo dixit. 13. pars legendæ maioris.ꝙ beatus.F. cernens, ꝙ ſtigmata carni tam luculenter impræſſa: ſocios familiares latere non poſſent;timens nihilominus publicare domini ſacramentum, in magno fuit poſitus dubitationis agone: vtrum videlicet, quod viderat diceret, vel taceret,vocauit proinde aliquos fratres,& verbis generalibus loquens: dubium coram eis propoſuit,& conſilium requiſiuit. Cui quidam ex fratribus gratia Illuminatus, & nomine intelligens, ꝙ aliqua miranda vidiſſet pro eo,ꝙ ſtupefactus videbatur: dixit ad beatum.F. Non ſolum propter te: verum etiam propter alios ſcias tibi oſtendi aliquando ſacramenta diuina.Timendum propterea in te videtur: ne ſi quod profuturum pluribus accepiſti celaueris, pro talẽ to accepto,reprehenſibilis iudiceris. Et tunc beatus.F.retulit ſeriem viſionis,& inæ ſtigmatizationis. Et credendum eſt, ꝙ oſtendit eis omnia clare facto ſicut dixerat verbo.

Secundo fratris Leonis ſocij beati.F. qui cum ipſo erat in monte Aluernę, quando ſtigmata recepit; cui(vt dictum eſt ſupra)beatus.F.prædixit de ſtigmatione ſua dicens, ꝙ faceret Deus in monte Aluernæ ad paucos dies talia, quæ nunquam fecerat alicui; Hic frater Leo ſtigmata ipſa videbat continue: quia ipſe ponebat pecias inter clauos,& carnem,omni die hebdomadæ; excepta ſexta feria, mutabatq; vulnus laterale: immo beatus.F. multotiens ad intuendum objiciebat manus fratri Leoni,& tunc frater Leo reſpiciendo maximam conſolationem hauriebat.

Tertio fratris Rufini, de quo dicit beatus. F. ꝙ dum viueret, hic in pręſenti erat iam canonizatus à Chriſto in cœlo. Qui frater Rufinus, etſi de ſtigmatibus manuum, & pedum eſſet certificatus: de vulnere laterali tripliciter fuit certificatus, & declaratus.

Et primo lauando fęmoralia beati. F. inueniebat illa ſanguine cruentata ex parte dextri lateris, propter quod certitudinaliter aduertit, ꝙ ſanguis ille erat, qui à dicta plaga exiuerat. Secundo cum ſcalperet beatum. F. digitum in dicta plaga immiſit, propter quod beatus. F. anguſtiatus dolore clamauit fortiter dicens. Parcat tibi Deus frater Rufine, cur hoc facere voluiſti?

Tertio cupiens eam videre oculis proprijs, dixit. Rogo te pater, vt hanc conſolationem mihi facias: vt des mihi, tunicam tuam, & tu, meam accipias, hoc autem faciebat: vt cum B. F. ſe exueret, tunc videret plagam, cui beatus Fran. aſſentiens, dum ſe tunicam habitualem, quam ſolam habebat exueret: nō ſic ſe potuit cooperire, quin frater Rufinus ipſam videret, & ſic fuit certificatus de vulnere laterali. Fuit etiam certificatus in morte cum alijs fratribus, qui omnia ſtigmata viderunt: vt dicetur. Quarto fratris Pacifici, qui ſtigmata manus vidit, & cuidam fratri de Brixia, qui videre optabat cum cautela oſtendit. Nam cum eſſet Senis beatus. F. iuit cum dicto fratre ad ipſum dicens. Mater cariſsima, benedic nobis, & manum mihi præbe ad oſculandum, quam cum beatus. F. porrigeret, frater Pacificus dicto fratri innuit, vt dum deoſcularetur eam reſpiceret: & volens frater Pacificus manum deoſculari, eam detexit, & ſic vterque ſtigmata conſpexerunt. Beatus. n. F. ſtigmata manuum manicis, habitus cooperiebat, vt nullus videret. In pedibus ad cooperiendum ſtigmata calciatus deinceps inceſsit. Beata Clara vidit ſtigmata beati. F. dum viueret, & vulneri laterali emplaſtrum quoddā fecit ipſa, vt adhuc oſtēditur in monaſterio. S. Claræ de Aſiſio Frater Elias vicarius beati. F. vidit: vt dicit dominus Bonauentu. in. 13. parte legendæ maioris: cū enim ad excutiendum tunicam beatus. F. extraheret plagam conſpexit vulneris lateralis. Similiter & quidam frater alius modo vidit conſimili, ac tres digitos immittens plagæ lateris: tam viſu fuit certificatus, quàm tactu. In morte omnes fratres aſsiſtentes: dum beatus. F. ſe denudaſſet, viderunt ſtigmata: licet manu vulnus laterale obtegeret. Et quia vulnus laterale quaſi iugiter ſanguinem diſtillabat: hinc eſt ꝙ ad fęmoralia deſcendebat. vnde fratres ſocij ea lauantes pro tempore perpenderunt, ꝙ ſicut in manibus & pedibus, ſic & in latere ſtigma habuit crucifixi impręſſum. Quinquaginta fratres, & amplius, mortuo B. F. in eius corpore, quiq; ſtigmata viderunt, tetigerunt, & oſculati ſunt ad teſtimonij veritatem. Ciues multi aſsiſinates, qui mortuo beato. F. ad locum ſanctæ Mariæ confluxerunt, viderunt, tetigerunt, & oſculati ſunt. Inter quos dominus Hieronymus miles, cum eſſet de præfatis incredulus, audacter ſe ingerens clauos manuum, & pedum coram omnibus tetigit, & demum digitos, vt alter Thomas Apoſtolus in lateris vulnus immiſit. Et cognita veritate præ alijs non ſolum factus eſt deuotus: ſed teſtis publicus de ſacris ſtigmatibus. Præfatis igitur teſtibus fidedigniſsimis à Chriſto ſtigmata eſſe impræſſa beato. F. eſt atteſtatū. Stigmata, & corpus beati. F. iuxta prophetiā eiuſdem. Bea. Clara vidit cum ſuis ſororibus, quæ tunc in S. Damiano morabantur. Et hoc dū corpus beati. F. de S. Maria de Angelis portaretur Aſsiſium ad ſepeliendum, diuino enim nutu, fratres dictam viam tenentes, corpus beati. F. margaritis ſtigmatum Chriſti conſignatum. B. Claræ, & ſororibus crate remota ad tangendum, & oſculandum tradiderunt. Et tunc (vt dicitur) B. Clara conata eſt remouere vnum clauum de manibus: ſed nullo modo valuit. Et non ſolum præfatis eſt ſic atteſtatum; ſed miraculis etiam per beatum. F. viuendo, factis: Dum enim iam ſtigmatizatus de monte Aluernæ per comitatum iuiſſet Aretij verſus Aſsiſium, cum aſello eſſet vectus, & animal rediret: cum mulier quædam pluribus laboraſſet diebus in partu; homines videntes animal, cui inſederat beatus. F. redire, fręnum ſacris manibus beati. F. tactum amouentes, & ſuper mulierem ponentes: illico mulier peperit cum ſalute. In prouincia Rearina peſtis cū eſſet animalium: vir quidam præmonitus, vt aquam reciperet lotionis manuum, & pedum ſtigmatizatorum beati. Frā. & ſpargeret ſuper animalia, cum id feciſſet: ſtatim animalia languida, & in terra iacentia ſauna ſurrexerunt ad paſcua feſtinantia. De primo miraculo habetur in 12. parte legendæ maioris: de ſecundo in 13. parte eiuſdem. Grandis tempeſtas quæ circum adiacentia ad montem Aluernæ diſsipabat, quo ad blada, & vincas: poſt ſtigmatum impræſsionem in loco præfato ceſſauit. Beatus. F. cuiuſdam hominis, cuius vehebatur aſello: cum de nocte nimium frigore periclitaretur, tangendo manibus eius perſonā ſtigmatibus conſignatis, tantum calorem eidem præbuit, ac ſi de fornace incendium pro ſiliſſet, omnique frigore propulſato: inter niues ſuauiſsime obdormiuit. Sic ergo præfatis miraculis velut teſtimonio octauo, ſtigmata à Chriſto impræſſa declarantur beato. F. Præfatis igitur octo teſtimonijs beatum. F. à Chriſto habuiſſe ſtigmata veraciter comprobatur. Reſtat nunc vltimo videre, quomodo poſt mortem declaratum ſit miraculis, & apparitionibus ſtigmata domini Ieſu veraciter in corpore,

Sancta Clara vidit ſtigmata beati. F.

corpore,& in membris beati.F.fuiſſe. Ad quorum probationem dominus frater Bonauentura in 15. parte legendæ: vbi agit de miraculis beati.F.ad probandum de ſtigmatibus ſacris, plura addit miracula facta.

Alia miracula circa ſtigmata.

Et primum eſt de domino Papa Greg.de quo dictum eſt ſupra.Qui dubitans de vulnere laterali,beato.F.ſibi in viſione apparente,& implente amphoram, quam ipſe pontifex manu tenebat de ſanguine,& aqua à vulnere laterali progrediente,fuit à B. F. de dicto ſtigmate lateris certificatus.

Secundum ponitur de fratre minore prædicatione,& fama præclaro, qui dubitabat de ſacris ſtigmatibus, cui in viſione beatus.F.apparens, oſtendendo ſtigmata membris ſuis impręſſa: reddidit certum omni dubitatione remota.

Tertium ponit de matrona Romana, quæ ob reuerentiam beati.F. in ſuo ſecreto cubiculo imaginē fecit depingi beati.Fr. in qua pictor omittendo ſtigmata depingere, diuinitus, quod omiſſum fuerat de ſtigmatibus, eſt ſuppletum duabus vicibus.

Quartum ponit de Ioanne deuoto beati. Frā. apud hylerdam Cathalonię,ſero quodam grauiſſime vulnerato,qui ſe beato.F.recommendans, apparente eidem patre ſanctiſſimo, & manibus ſtigmatizatis contrectando:illico ſanum fecit,& incolumem.

Quintum ponit de quodam canonico nomine Rogerio apud Potentiam Apuliæ ciuitatem;qui cum non crederet beatum.F.ſtigmatizatum: ſtatim in manu ſub chyrotheca fuit percuſſus; & cum per triduum doloris aculeo eſſet ſtimulatus vehementer,incredulitate abiecta,inuocando beatum.F. priſtinę eſt redditus ſanitati. Stigmatizatum beatum.Frā. poſt mortem plures viderunt,videlicet. Frater Bonicus de Bononia,qui fuit cum beato.F.apud montem fontis Polumbę; quando regulam ſecundam fecit ſanctiſſimus homo.B.F. apparente ſibi in habitu aureo fulgentiſſimo, videre ſtigmata beati.Fr. prę ipſo oſtendente promeruit. Frater Ioan. de Aluerna vir ſanctitatis eximiæ, cum diu optaſſet patrem beatum Fran. videre, & eius ſtigmata contrectare,apparente ſibi beato.F.& contrectationem ſtigmatum eidem liberaliter concedente,ſtigmatum contactu, tantam recepit cōſolationem, ꝙ patre abſentato per octo dies nihil comedere potuit, & omnia ſibi fętere videbantur. Frater etiam laicus, & de quo dictum eſt ſupra,beato.F.reſerante ſibi de modo impręſſionis ſacrorum ſtigmatum, ac per duos Angelos,& demum per beatam Virginem,ac viſione ſtigmatū certificatus. Fratri Philippo Tuſciæ miniſtro ſupradicta omnia coram multis fratribus teſtibus,Florentiæ reuelauit. Frater etiam ille vidit beati.F.ſtigmata,cui voluntate diuina beatus.F.verba;quæ Chriſtus eidē beato.F.dixerat ipſum ſtigmatizando, reuelauit. Frater quidam conuerſus ad Chriſtū per beatum.F.qui in ſeculo famoſus fuerat latro, poſt mortem.B.F.raptus fuit in cœlum, & vidit beatum.F.& eius ſtigmata,quæ erant ſicut ſtellæ quinque ſplendidiſſimæ,tanta luce fulgentes, ꝙ videbantur totam cœleſtem patriā illuſtrare. Multis beatus.F. apparuit, qui omnes eum ſtigmatibus fulgentibus viderunt cōſignatum. Et non ſolum præfatis miraculis,& viſionibus de ſtigmatibus beati.F.eſt declaratum, ſed multis alijs; de quibus ad pñs duo recitando, huic tractatui de ſtigmatibus ſacris finem imponam. Et primum eſt de quodam fratre prædicatore, & ordinis prædicatorum, qui ſummē hñs fratres minores in horrorem,& conſequenter beatum.F. in tantum; vt nullo modo poſſet imaginem.B. F. cernere depictam, & præcipuē cum ſtigmatibus ſacris. Hic frater cum de loco ſuo ad alium locum eſſet tranſmiſſus de familia: contigit vt in dicto loco prædicatorum, vbi erat poſitus de familia, in refectorio ipſorum imago beati.F.cum ſtigmatibus eſſet depicta.Quod vt vidit,tactus dolore cordis intrinſecus, cogitauit tempore,quo fratres quieſcerent,ſtigmata illa de imagine beati.F.omnino remouere. Vnde dum fratres dormirent, ipſe accepta ſcala, fricando carbonem ſuper loca ſtigmatum ipſius imaginis,omnino contexit,& receſſit. Dum ſequēti die miſer frater reuerteretur ad videndum, videt ſtigmata pulchriora, quā prius,qui ſpiritu maligno inflammatus,cogitauit non carbone obtēgere, ſed ſtigmata penitus radere; quod impius,& malus,fratribus dormientibus effecit. Accepta enim ſcala raſit fortiter illa ſtigmata,& abijt. Die ſequenti cum pergeret ad videndum, vidit illa ſtigmata,quæ raſerat multo pulchriora,& recentiora,quàm prius. Similiter & fratres alij viderunt,& mirabantur ignorantes cauſam. Frater autem ipſe inuidia diaboli totus, accenſus,nec miraculo duplici ad reuerentiam incitatus, determinauit totam illam figuram beati.F. delere,& ſic cauare loca ſtigmatum,vt nihil apparere de ipſis ſtigmatibus poſſet.Cūq; quod cogitauerat, dormientibus fratribus, perficere conaretur, & iam imaginem beati. F. radiſſet vſque ad vulnus laterale, & in vulnere laterali gladium infixiſſet, vt ipſum destrueret: ſtatim ſanguis ſic fortiter erupit; ꝙ fratrem in faciem percuſſit, & veſtimēta eius madidauit, & ipſe in terram quaſi mortuus cecidit, nec ſanguis exire deſtitit;immo totū locum circumcirca repleuit: vt lacus quidam ſanguis videretur. Cumq; à ſomno fratres ſurrexiſſet, & inde tranſiſſent, viderunt ſanguinē profluentem de vulnere laterali beati.F.& fratrem ſanguinolentum in terra ſemimortuum

Mirum miraculū de ſtigmatib⁹ B.Fran.

 iacere.

iacere.Cunque omnes fratres loci ad hoc con
ueniſſent,& pręditam viderent,timore,& mę
rore repleti,neſcientes quid agerent, cogno-
ſcentes quid factum eſſet,per fratrem ipſorũ,
& ignoraures quomodo poſſent ſanguinem
ipſum reſtringere : nam multa apponentes
tam peciarum, qnam aliarum rerum, ipſum
ſanguinem nullo modo reſtringere valuerunt.
Inter ſe tandem conſilium habentes miſerunt
pro fratribus minoribus, qui erant in terra
illa, & ſeriem facti narrantes, ab eis ſuper
hoc conſilinm acceperunt. Quibus fratres
minores dixerunt. Nos aliud remedium
non videmus,niſi qnod rogemus Deum,& bea
tum Fran.vt fratri iſti miſericordiam adhibe-
re dignetur. Et ſie tam fratres prædicatores,
qnam minores ſe expoliantes,& diſciplinan-
tes, rogabant beatum Fran. vt pareere fratri
dignaretur: facta vero oratione,ſanguis ceſſa
uit, & frater ſurgens de terra coram omnibus
peccatum ſnum detexit. Et coram Deo,& fra
tribus promiſit, quod vbicunque imaginem
beati Fran.inueniret genuflecteretur,& de im
pręſsione ſacrorum ſtigmatum in beato Frã.
facta à Cbriſto decętero non dubitaret. Sed
& fratres minores in debita reuerentia, & ho
nore ſemper baberet, & coleret, quod, & fę-
cit. Nam frater ipſe factus eſt beato Fran.de-
uotiſsimus, ob cuius deuotionem ad ſacrum
montem Aluernæ aceedẽs,in loco; vbi beatus
Fran. ſtigmata ſuſcepit proſtratus,tot lachri-
mas fudit, quod omnes fratres ad deuotionẽ
erga beatum Fran.incitauit, vbi pluribus die
bus ſtetit referens,quod ſibi acciderat. Et per
actis ibidem pluribus diebus,ac omnibns lo-
cis vbi B.Fran.ſteterat viſitatis,ad locum pro
prium eſt reuerſus. Imaginem vero beati Fr.
quam frater ipſe pro parte euerterat, vocan-
tes fratres pictorem, vt ipſam repararet;inue
nerunt ijdem fratres de mane reparatam, &
completam multo pnlchriorem, & viridiorẽ
cum ſtigmatibus ſacris, quam vnquam antea
fuiſſet,& exinde tam fratres,quam ſeculares;
quibus publice per fratres tam prædicatores,
quam minores eſt prædicatum hoc miraculũ
ſanguinem cernentes in teſtimonium: ſunt de
ſtigmatibus beati Fran. firmiter certificati.
Alius religioſus dum ſtigmata pedum beati F.
earbone calceos depingendo obtexiſſet: diui
no iudicio fuit in caſtro ad quod accedebat
ignominioſe pertractatus. Secnndum miracu
lum de ſtigmatibus ſacris quod ego à pluri-
bus audiui, qui hominem illum viderunt, de
quo erit ſermo ſeruientem in ecclesia beati F.
& apud Aſsiſium eſt adeo patens ſicnt beatũ
Frã.de Aſsiſio fuiſſe.In ciuitate Aſsiſij quidam
extitit ciuis,& mercator, qui amicitiam ma-
gnam contraxerat cum duobus,in ſpeciali vi-
delicet cum vno ciue Peruſino, qui Peruſii, &
cum alio ciue Fulginate, qui Fulginij moraba
tur. Iſte ciuis Aſsiſinas ſicut Deo placuit,effe
ctus eſt totus leproſus, & adeo quod ciues eũ
de Aſsiſio emiſerunt. Qui dixit in corde ſuo.
Ex quo de Aſsiſio à meis expellor,ibo ad ami
cum meum de Fulgineo, & manebo apud eũ.
Quo pergens amicus dixit ei, quod paratus
erat ſibi de omnibus ſubuenire, attamen nole
bat eum intra domum ſuam recipere, ne le-
pra familiam ſuam inficeret. Quod audiens à
Fulgineo recedens, perexit Peruſium. Et id
quod dixerat amicus de Fulgineo,dixit & ille
de Peruſio, quod ſibi prouideret de expenſis,
& alijs;nolebat tamen, quod domnm ſuã in-
traret,quæ audiẽs,(vt deſperatus) Aſsiſium re
diit tarda hora;& cum ad pontem,qui ſub eſt
loco fratrum de Aſsiſio perueniſſet,vidit quẽ
dam portantem faſciculum palearum ad ciui
tatem Aſsiſii,cui & dixit. Vis mihi vendere fa
ſciculum iſtum cum fune?Qui reſpóndit quod
ſie,& ſibi pro certo prætio dans omnia abin-
de receſsit.Iſte ſiquidem abiectis paleis, & fu
ne retento, ſuperueniente noctis crepuſculo,
territorium horti fratrum de Aſsiſio,etſi cum
difficultate intrauit,& faciens de fune prædi-
cto capiſtrum, ad arborem quãdam aſcenden
do,& fune ligato fortiter ad arborem, ac ſuo
immiſſo collo,vt ſe ſuſpenderet tanqnam de-
ſperatum, & proiectum ab omnibus derelictũ Suſpenſus.
ſe proiecit. Quod cum feciſſet: ſtatim beatus
Fran. totus ſplendidus eidem apparuit ſtig-
mata habens refulgentia ad inſtar ſolis,ac ip-
ſum increpauit,quomodo auſus fuerat intra-
re territorium ſui loci, & velle contaminare
ipſum ſna morte turpiſsima. Et adiecit. Quia
ego ſingularem diligentiam habeo de iſto lo
co,vt incontaminatus ſeruetur:ideo deſcẽdi,
vt te non perimitterem ſie mori in loco meo,
& te iuuarem pro præſenti,& tunc beatus Fr.
deponens eum de patibulo,& capiſtrum diſ-
ſoluens à collo, totum eum ſuis ſacris mani-
bus ſtigmatibus conſignatis tangendo,ab om
ni lepra, ac ſi nunquam fuiſſet paſſus munda-
uit,& ſtatim diſparuit. Mane autem ſuperue-
niente, vir ille videns ſe ab infernali morte li-
beratum,& à lepra,gratias ęgit beato Fran.&
exiens territorium horti intrans ciuitatem,
ecclesiam beati Fran. ingreditur, vbi cunctis
ſuis ciuibus;qui eum prius leproſum agnoue-
rant,narrans beati Fran. miraculum(vt dictũ
eſt)gratias ęgit Deo,& ipſi beato Fran.Et ibi
dem remanens cum fratribus ab ipſis nunquã
receſsit,ſingularem curàm gerens de pertinen
tibus ad ſeruitium dictæ eccleſiæ beati Fran.
Et credo,quod parum ante peſtem maiorem
de hac vita deceſsit. Præfatis igitur apparet
de ſtigmatizatione beati patris Fran.propter Nota.
quam præſens opus tam laborioſum diuina
gratia auxiliante,peregi hucuſque,& Chriſto
concedente meritis beati Fran.qnod ſequitur
breui explebo. Patet ergo quod nouus homo

beatus

beatus Fran. nono, & ſtupendo miraculo claruit, cum ſingulari priuilegio retroactis ſeculis non conceſſo inſignitus apparuit, ſacris videlicet ſtigmatibus decoratus, & cõfiguratus in corpore mortis huius corpori crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicitur minus
Epylogatio. eſt à laude cõdigna. Totum enim viri Dei ſtudium tam publicum, quã priuatum circa crucem domini verſabatur. Vnde miſterium crucis magnum, & mirum; in quo cariſmata gratiarum, & merita virtutum, & theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ tam alta profunditate vallantur, vt à mundi ſapientibus, & prudentibus ſit occultum, tam plene fuit huic Chriſti pauperculo reuelatum, vt omnis vita ipſius non niſi crucis veſtigia ſequeretur: non niſi crucis dulcedinem ſaperet, non niſi crucis gloriam prædicaret. Et vt crucis ſignaculo cordi eius à principio ſuæ conuerſionis impræſſo (corpus cõſignaret exterius) in ipſa cruce ſe recludens, habitum pœnitentiæ ſumpſit crucis imaginem præferentem, quatenus ſicut mens eius intus dominum crucifixum induerat, ſic & corpus eius indueret arma crucis, & in quo ſigno Deus poteſtates aereas debellarat, in eodem ſuus exercitus domino militaret. Sic & à principio temporis, quo crucifixo militare cœperat: diuerſa circa eum crucis præfulſere miſteria, ſicut vitæ ipſius conſideranti decurſum innoteſcit, qualiter apparitione crucis dominicæ ſeptiformi, tam cogitatu, quam effectu, & actu totus fuit in crucifixi effigiem per ipſius extaticum transformatus amorem. Digne igitur ſummi Regis clementia, ſuis amatoribus vltra omnem extimationem hominum condeſcendens, ſuæ crucis vexillum ipſius corpori deferendum impreſſit, vt qui mitando fuerat crucis amore præuentus, mirando etiam fieret crucis honore mirificus. Hęc dominus frater Bonauentu. in principio narrationis miraculorum beati Fran. exclamat luculentiſsime. Idem venerabilis pater dominus frater Bonauentu. in fine partis 13. legendæ maioris ad beatum Fran. Cuius exclamationis materiam, quia patet ibidem ob breuitatem ad præſens hic non inſero. Ex præmiſsis tanquam ex fine, ad quem videlicet ex ſtigmarizatione glorioſi patris noſtri Fran. totus decurſus exaratus in conformitatibus præcedentibus, apparet quo modo ſimilitudines iam dictæ fuerunt quædã præuiæ diſpoſitiones ad hanc vltimam, videlicet vt beatus Fran. in Chriſtum transformaretur mente, & corpore: & apparet quod in principio dictum eſt huius operis, quod dominus Ieſus Chriſtus ſicut voluit beatum patrem noſtrum Fran. in vltimo .i. in crucifixione habere ſimilem, ſic & in actibus vitæ, (vt 32. conformitates declarãt,) placuit eum habere cõformẽ, cui ſit honor, & gloria. Amen. Apparet igitur ex dictis expoſitio ſecundæ partis huius tertiæ conformitatis tertij libri, videlicet Franciſcus conſignatur.

FRVCTVS IIII. ET CONFORMItas huius tertij libri. Et 32. in ordine. Ieſus vita deficiens. Franciſcus euocatur. Expoſitio primæ partis, ſcilicet Ieſus vita deficiens.

AMOREM, & dilectionẽ: etſi dominus noſter Ieſus Chriſtus ad homines, vt ſuperiora declarãt in lib. 1. & 2. oſtenderit multipliciter: pręcipue tamen oſtẽdit iuxta ſuum dictũ. Io. 14. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: quando animam ſuam ſcilicet vitam ſuam in morte dedit pro nobis in crucis ligno moriendo. Cuius morte à peccati morte erepti ad vitã gratiæ reducti ſumus. De qua morte cum omni reuerentia loquendo, quia id, pro expoſitione prima pars huius 4. conformitatis exigit, & requirit, dicens. Ieſus vita deficiens, ſcilicet per mortem; quam pro nobis ſuſtinuit. De ipſa domini Ieſu morte loqui volendo, tria ſunt videnda. Io. 14. De acerbiſſima Chriſti morte.

Primum eſt de eius acerbitate.

Secundum de idoneitate, & congruitate.

Tertium de eius vtilitate.

Circa primum eſt ſciendum, ꝙ Chriſti mors fuit doloroſiſsima, & magnitudinem doloris Chriſtus expræſſit ad patrem clamando, vt patet. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et pſal. Conſolantem me non inueni. Vnde Chriſti paſsio fuit primo acerbiſsima ipſi Chriſto, & ſecundo ſuæ matri, quod fuerit Chriſto acerbiſsima, etſi in ſecundo videndo patebit, attamen acerbitatis magnitudinẽ oſtendunt plura. Matth. 27. Pſal.

Et Primum eſt ſi conſideretur, quis eſt, qui patitur. Et occurrit tibi, quod Deus eſt: etſi in forma, & natura humana, quod fuerit Deus in paſsione multa oſtenderunt, ſcilicet proſtratio iudęorum ſolo verbo accedentium ad ipſum capiendum. Petri intuitio, & intuitione immutatio. Latroni paradiſi promiſsio. Luc. 22. Solis obſcuratio. Sanctorum reſuſcitatio. Et ſic de alijs. Quare ſine peccato, ex quo Deus erat pati non debebat. Ioan. 18. Lucæ 22.

Secundum ſi conſideretur, qualis eſt, qui patitur, & quia Chriſtus fuit innocentiſsimus nullum offendendo. Mitiſsimus in conuerſando. Miſericordiſsimus in indulgendo. Amantiſsimus pro alijs ſe in mortem tradendo. Liberaliſsimus beneficia conferendo. Veraciſsimus in docẽdo. Benigniſsimus in cõpatiendo. Nobiliſsimus genere. Dulciſsimus famine. & Sanctiſsimus

ctiſsimus opere, quare pati non debebat.
Tertium eſt ſi conſideretur, quantus eſt, qui patitur. Nam quo ad localitatem immenſus. Quo ad poteſtatem excelſus. Quo ad dignitatem ſublimis, quia magnus ſuper omnes Deos. Quo ad pulchritudinem ſpecioſiſsimus. Quo ad fortitudinem validiſsimus, & omnia vincens. Quo ad claritatem lucidiſsimus omnia videns. Quo ad fęlicitatem perfectus, & ſummum bonum. Quo ad perpetuitatem ęternus, quia nec principium habuit, nec finem habebit.
Quartum ſi conſideretur quali forma patitur. Et hic vide: quia nullum peccatum habuit, ſed omnes virtutes: quia dominus eſt virtutum. In ipſo apparuit virtus humilitatis ſe humiliando vſque ad mortem viliſsimam. Paupertatis nudus moriendo. Charitatis ſe pro peccatoribus tradendo. Pietatis pro crucifixoribus exorando. Patientiæ omnia ſupportãdo, Pœnitentiæ corpus macerando. Auſteritatis ſe felle, & aceto ac mirra cibando. Modeſtiæ in loquendo. Vigilantiæ in orando. Obedientiæ patris iuſſa perficiendo. Prudentiæ patri animam commendando. Perſeuerantiæ in perficiendo.
Quintum eſt ſi conſideretur, quanta ſunt, quæ patitur. Et hic occurrit primo eius vilificatio vilem enim eum Iudęi reddere conati ſunt.
Primo in vita dicentes, quod erat homo vorax, & amicus publicanorum.
Lucę 11. Secundo in miraculis dicentes. In Belzebub eicit demonia.
Ioan. 11. Tertio in fama. Totus mundus vadit poſt eũ quid faciemus? & hic peccator eſt.
Ioan. 6. Quarto deſpiciendo. Ioan. Nonne fabri filius &c.
Matth. 22. Quinto inſidiando doctrinæ. Conſilium fecerunt, vt caperent eum in ſermone.
Ioan. 10. Sexto perſequendo corporaliter. Nam lapidare eum voluerunt.
Ioan. 8. Septimo ei non credẽdo. Teſtimonium tuum non eſt verum.
Ioan. 8. Octauo blaſphemando. Demonium habes, & ſamaritanus es.
Nono illudendo ei in paſsione dicentes. Prophetiza nobis, quis eſt, qui te percuſsit.
Decimo deridendo. Vah qui deſtruis templum Dei &c.
Vndecimo incuſando Pilato. Si non eſſet hic malefactor &c.
Duodecimo morte turpiſsima, ſcilicet crucis affligendo.
Secundo occurrit conuitiorum, & iniuriarum illatio. Recepit Chriſtus iniurias.
Primo quia ſic proditus, & traditus.
Secundo in captione, quia vt latro capitur.
Tertio in ligatione: quia Ligauerunt eum &c.
Quarto in maxillæ percuſsione.
Quinto in faciei velatione.
Sexto ſputis faciei in deturpatione.
Septimo in traditione, & poſitione in manibus Pilati.
Octauo in iudicatione ſine cauſa ad mortem.
Nono in flagellatione.
Decimo in crucifixione.
Vndecimo in denudatione.
Duodecimo in lanceatione.
Occurrit tertio ludificatio: ludibria expertus eſt.
Primo in domo Annæ facie fuit velatus, dicentibus, Prophetiza &c.
Secundo in deductione, vt malefactor ad Pilatum.
Tertio in miſsione ad Herodem, & deſpectione Ieſu ab eo.
Quarto in coronatione, adoratione, purpuræ induitione per milites Pilati.
Quinto in Barabã dimiſsione, qui erat latro.
Sexto in flagellatione, quia Pilatus voluit eum tanquam fatuum corripere.
Septimo in condemnatione ad crucem, vt latro.
Octauo in latronum cum ipſo crucifixione, & aſſociatione.
Nono in expoliatione, nudatione, & veſtimẽtorum diuiſione.
Decimo in latronum, & aliorum exprobratione.
Vndecimo in tituli appoſitione, & diuerſione.
Duodecimo in aceti propinatione, quia ei dare non permiſerunt.
Occurrit quarto ſuppliciorum diuerſorum afflictio, quo ad ſingula eius corporis membra.
Primo in capite corona ſpinarũ, & punctutę.
Secundo in oculis velatione. In viſu lachrimatione. In auditu improperatione. In olfatu ſputorum abominatione. In guſtu fęllis, & aceti potatione. In collo ligatione. In ſpatulis, & humeris crucis portatione. In brachijs extenſione. In renibus verberum perpeſsione. In pectore lateris apertione. In manibus clauorum perforatione. In tibijs, & pedibus neruorum attractione ex clauorum infixione. Sic ex quatuor præfatis patet, quanta ſunt illa, quæ Ieſus eſt paſſus. Ex multis etiam alijs quantitas patet pœnarum.
Primum eſt ſi conſideretur pœnarum multiplicitas: quia non vnam pœnam: ſed multiplices eſt paſſus.
Secundum eſt pœnarum diuturnitas, quia per tempus durauit.
Tertium ipſarum pœnarum acerbitas.
Quartum eſt corporis patiẽtis nobilitas: quia delicatus erat Chriſtus.
Quintum eſt ipſorum membrorum patiẽtium ſenſibilitas: quia in omnibus membris.
Sextum eſt inferentium crudelitas: Canes à prophetia in pſal. vocantur.
Septimum eſt iudicantium iniquitas.

Octauum tormentorum, & obprobriorum diuerſitas vt dictum eſt.
Nonum dierum in quibus paſſus eſt ſolemnitas: vt dicetur.
Decimum populi coram quo paſſus eſt varietas, & multiplicitas videlicet quando omnes Iudęi conuenerant propter diem fęſtum legis precepto.
Vndecimum loci, in quo eſt crucifixus, vilitas.
Duodecimum vilis latronum ſocietas.

Tempus, quo paſſus eſt Chriſtus. Sextum ſi conſideretur tempus, quo patitur, hora matutinali capitur, & ligatur, ad domũ Annæ ducitur, & Caiphæ, & negatur à diſcipulo. Interrogatur, illuditur, & poſt multa ad mortem condemnatur. Hora prima ad pilatum ducitur, ad Hærodẽ mittitur, deridetur, & ſpernitur. Ad Pilatum remittitur, & peſsime a militibus pertractatur. Hora tertia à Pilato Ieſus ad mortem condemnatur, multis conuicijs ſaturatur, crux humeris imponitur, & cum ignominia ad crucifigendum ducitur. Hora ſexta ad locum caluarię perductus denudatur, crucifigitur, extẽditur, & omnia oſſa dinumerãtur, crux ſublenatur, deluditur, & ſubſanatur. Hora nona aceto potatur felle mixto, & Ieſus morte terminatur. Hora quaſi veſpertina in cruce exiſtẽs mortuus, lancea latus eius dextrum aperitur, & vulneratur. Hora cõpletorij de cruce deponitur, & tumulatur.

Chriſtus à quibus ſit paſſus. Septimum ſi conſideretur, à quibus patitur: quia ab omnibus, a diſcipulo ꝓditur, ab Apoſtolis derelinquitur, à miniſtris templi capitur, à Petro non agnoſcitur, ſed negatur, à Iudęis illuditur, à pontificibus occiditur, à ſeruis flagellatur, ab Herode deſpicitur, à turba mori poſcitur, à Pilato iudicatur, à militibus percutitur, nudatur, coronatur, & crucifigitur, à latrone blaſphematur, à tranſeuntibus ſubſanatur, & à milite lanceatur.

Octauum ſi conſideretur propter quid patitur. Nihil enim inuenitur in cauſa vt pati deberet. Non beneficia exhibita in incarnatione, cõuerſatione, prædicatione, languidorum ſanatione, demonum expulſione, & mortuorum ſuſcitatione. Non vita omni ſanctitate perfectiſsima. Non doctrina veriſsima, & diuiniſsima. Non conuerſatio mitiſsima, & ſic de alijs. Et quia nulla ſuit cauſa hoc attento, paſsio, & mors eius fuit doloroſiſsima.

Nonum ſi conſideretur pro quibus patitur, quia pro nobis. Dedit enim ſemetipſum: vt dicit Apoſtolus, pro nobis, vt nos redimeret. Et quia pro nobis peccatoribus ingratiſsimis, & ſceleratiſsimis patitur. *Verba Xpi ad hominem.* Vnde clamat Chriſtus. O homo, vide, quæ pro te patior. Non eſt dolor, ſicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pęnas, quibus afficior. Vide clauos, quibus confodior. Cum ſit dolor tantus exterior. Interius eſt planctus grauior. Cum te ingratum experior.

Decimum ſi conſideretur qualis, & quantus eſt dolor, quem patitur, quia maximus ſuper omnes alios dolores poſsibiles, vt dicetur: vnde merito clamat dicens illud. O vos omnes, qui tranſitis per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus: certe non. *Tren. 1.* Præfatis ergo decem diligenter inſpectis, & diſcuſſis, patet quod mors Chriſti fuit acerbiſsima. Fuit etiam Chriſti mors beatæ Mariæ acerbiſſima, & doloroſiſsima ex multis conſiderationibus.

Primo conſiderando filij ſui venditionem. Motiuum quia effuſione vnguenti ſuper caput eius. A quo quia à Iuda diſcipulo: prætium.ſ. tam vile 30. denariis, quibus venditur, quia Iudęis hoſtibus filij ſui.

Secundo conſiderando captionem proditoris, quia oſculo. Nequiter quia cum lanceis, & lanternis, & fuſtibus, vt ad latronem. Malignẽ quia iniecerũt manus in eũ: & eum ligauerũt.

Tertio conſiderando eius ab omnibus deſertionem. Diſcipuli enim omnes eum reliquerunt. Et cum multis beneficia præſtiterit, neminem inuenit ad ſe iuuandum

Quarto conſiderando ſui filij deductionem, primo ad domum Annæ.
Secundo Caiphæ.
Tertio Pilati.
Quarto Herodis.
Quinto Pilati iterato, & quęin eis ſunt eidẽ facta conſiderando.

Quinto conſiderando verberum percuſsionẽ. Fuit flagellatus in domo Caiphæ, & Pilati. Et vt B. Maria S. Bernardo reſerauit vnam legionem verberum eſt paſſus: quæ ad ſex milia ſexcenta ſexaginta ſex aſcendunt abſque pugnis, & aliis conuiciis.

Sexto conſiderando Chriſti coronationem; illam eius coronam ſpineam, quæ totum caput Chriſti aperuit, ſanguine faciem, & capillos madidauit tam capitis, quam barbæ.

Septimo conſiderando filij ad mortem tam acerbam, & tam vilem condẽnationem: commota ſunt omnia interiora ei.

Octauo videndo Ieſum ad mortẽ fune ad collum ligato duci: humeris laſsis crucem baiulare non habentem ſpeciem, neque decorem: anima eius amaritudine repleta eſt.

Nono conſiderãdo denudationẽ, & crucifixionẽ; videndo eum nudatum: clauis confoſſum, & ſanguinem, per quatuor partes corporis perforatas diffundi: irremediabilibus lachrimis plorabat. *Thob. 5.*

Decimo conſiderando filij ſui à cunctis vilipenſionem. Iudæi, latrones, & alij vilipendebant eum, & nullus erat, qui eidem effectum pietatis impenderet, & compaſsionis: ſic tantam ignominiam filij penſando, in ea maximus dolor cauſabatur.

Vndecimo conſiderãdo Ioannis pro filio ſuo traditio-

traditionem, licet enim Ioannes bonus eſſet, & ſanctus: nulla tamen comparatio fuit inter ipſum, & Chriſtum ſuum filium.

Duodecimo, & vltimo videndo Ieſu mortem, & terminationem, quando vidit eum cum tanto clamoris dolore expiraſſe, quaſi mortua, & ipſa fuit; Præfatis igitur in Beata Maria dolor vehemens cauſabatur: quare Chriſti mors ei acerbiſsima fuit: & ſic patet ſuccincte primum videndum de mortis Chriſti acerbitate.

Reſtat videre nūc de ſecūdo, ſcilicet de mortis Chriſti idoneitate, & congruitate. Quia enim aliquis poſſet dicere, cur dominus voluit mortem crudelem, & doloroſam portare, & ſuſtinere. In hoc ſecundo oportet plura videre de ipſa domini morte, quę poſsibilibus reſpondetur obiectionibus. Vnde ſciendum

Homo an potuerit liberari alio modo, quā per paſs. Chriſti.

eſt, quod mors domini ſic facta: fuit Primo debitæ perpetrata; licet enim alius modus eſſet Deo poſsibilis, hominem liberandi quam per paſsionem filij ſui: vt dixit Aug. & Magiſter 3. diſt. 20. iſte tamen fuit congruus.

Primo quia Deo patri acceptiſsimus: quando enim facit homo, quod eſt ad Dei honorē Deo ſummè placet. Et ad Dei honorem eſt, ꝙ Deo reddatur honor ſuus, & ſatisfiat ſibi de illatis iniurijs. Sed cum per nihil aliud niſi per mortem Chriſti honor poſſet Deo exhiberi, & ſatisfieri de iniuria per hominem Deo illata, quā Chriſtus moriendo, mors ſua fuit Deo acceptiſsima: vt dicetur.

Secundo fuit congruentiſsimus ad noſtrum morbum curandum; homo enim voluit Deo ſimilari per ſcientiæ ſublimitatem: Ligni guſtauit ſuauitatem, & diuini præcepti tranſgreſſus eſt limitem, & regularitatem. Et quia curatio habet fieri per contrarium: ideo modus paſsionis Chriſti fuit congruentiſsimus; quia per humiliationem, & abiectionem, dolorum perpeſsionem, & diuinæ voluntatis impletionem, dicente Apoſtolo, Phil. 2. Humiliauit ſemetipſum factus obediens &c.

Tertio efficaciſsimus ad trahēdum hominem ad ſui dilectionem melius à Deo trahi non poterat, quam quod Deus pro eo incarnatus mori pro ipſo redimendo cum tot pęnis dignaretur. Vgo de arra ſponſæ, vt oſtenderet tibi quantum te diligeret, non niſi moriendo te a morte liberauit, vt non tantum pietatis impenderet beneficium: verum etiam charitatis

Rom. 5. monſtraret affectum. Apoſtolus. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quia cum inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

Quarto virtuoſsiſsimus, hoc enim modo dedit nobis omnium virtutum exemplum. Humilitatis, patientiæ, obedientiæ, pœnitentiæ &c. vt dictum eſt in prima parte huius expoſitionis,

1. Petri. 2. & ideo dicit Petrus. Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

Quinto ad vincendum diabolum prudentiſsimus: voluit enim comprehendere in aſtutia ſua eum, ac ipſum vincere non potentia, ſed iuſtitia, vt enim dixit Magiſter 3. diſt. 20. Ipſe ſua procuratione occidendo Chriſtum innocentem: nocentem hominem iure amiſit, & à ſuis manibus eſt ereptus. Prudentia enim eius cępit ſuperbum. Iob. 5.

Sexto fuit nos erudiens, vt à peccato caueremus, pro cuius expiatione Chriſtus mori voluit. Empti enim eſtis pretio magno, &c. 1. Cor. 6.

Septimo pro nobis ſatisfactorius, vt dicetur.

Octauo fuit miſericordię, & iuſtitiæ conueniēs. Nam morte Chriſti ſatisfactum eſt Deo, peccato, & ſic iuſtitiæ: quia homo liberatus, ſic & miſericordiæ, ſic ergo domini mors, vt dictum eſt, fuit debitè perpetrata.

Secundo fuit pro ſatisfactione rite ordinata, vt enim dictum eſt conformitate 2. primi lib. in parte 1. Deus etſi poſſet de potentia abſoluta peccatum impunitum remittere, nō tamen de potentia ordinata, quia pro peccato primi parentis erat neceſſarium, vt Deo ſatisfieret. Nec aliqua creatura, vt dictum eſt, poterat, propter ibidem allegata. Oportebat ergo ꝙ talis ſatisfaciens eſſet Deus, & homo. Deus vt redderet ęquiualens ad offenſam Deo illatam; homo quia erat ille qui Deo ſatisfacere tenebatur, quia perſona offendens. Chriſtus ergo morte ſua ſatisfecit pro nobis.

Et pro huius euidentia eſt ſciendum ſuccinte.

Primo quid eſt ſatisfactio: & reſpondetur ꝙ eſt redditio ęquiualentis: vt dicit Anſelmus 2. Cur Deus homo. alias indebiti, vbi vide, ꝙ aliquid requiritur ex parte ſatisfacientis, aliquid ex parte ſatisfactionis, & aliquid ex parte illius pro quo ſatisfit. Ex parte ſatisfacientis requiritur primo, quod ſit amicus vtriuſq;, patet, quia ipſe eſt quidam mediator, & reconciliator.

Diffinitio ſatisfactionis, & quid ſit.

Secundo quod ſit ad ſatisfaciendū ſufficiens: quia aliter non diceretur ſatisfaciens.

Tertio quod nō ſit alius in eo, quod ſatisfacit illi, cui ſatisfacit obligatus: quia tunc non pro alio, ſed pro ſeipſo ſatisfaceret. Ex parte ſatiſfactionis requiritur.

Primo quod ſit voluntaria, aliter non eſſet ſatisfactio, ſed ſatiſpaſio.

Secundo quod ſit ęquiualens patet, quia hic dicit nomen. Satis.

Tertio quod ſit alias indebiti, patet, nō enim eſſet ſatisfactio, ſed redditio ſimplex. Ex parte illius pro quo ſatisfit requiritur: quod ſatiſfaciens pro eo agat taliter, quod amplius non offendat, & quod reſtituatur ad ſtatum priſtinum, & amicitiam, vt primo erat.

Secūdo videndum eſt de merito Chriſti quantum eſt.

Reſpondetur quod eſt infinitum. Et pro huius euidentia eſt ſciendum.

Primo

Primo quod in actu meritorio eſt duplex bonitas, intrinſece, quæ conſurgit ex bonitate actus eliciti debito modo ex circunſtantijs, ſcilicet gratiæ, & aliorum ad eſſe meriti concurrentium.

Vide paleam in conformitat. B. Virg. fruct. 40. 41. 55.

Alia bonitas dicitur extrinſeca, quæ penes acceptionem conſiſtit, quæ non eſt aliud, quam ordinatio legis diuinæ; qua Deus ordinauit talem actum acceptare, & debito præmio præmiare. Nam ad actum meritorium vt plurimum iſta duplex bonitas concurrit; prima.n. ſine ſecunda eſſe non poteſt, ſed ſecunda ſine prima poteſt eſſe, ſicut patet de merito Chriſti nondum exhibito in actu, à Deo ab æterno acceptato, de quo dicitur in Apoc. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi &c. Et de iſta loquitur Scotus 3. diſt. 18. q. 2. vbi oſtendit, quod paſsio Chriſti præuiſa, & nondum exhibita, valuit patribus, qui Chriſti paſſionem præceſſerunt.

Secundo ſciendum, quod loquendo de bonitate intrinſeca actus meritorij ad actum meritorium, quod non ſolum gratia creata cauſat bonitatem ſiue effectiue, ſiue circunſtantionaliter in actu meritorio: ſed gratia etiam increata. Ratio quia gratia increata omni modo, ſiue effectiue, ſiue vt circunſtantia, poteſt concurrere ad actus gratificationem: ſic gratia creata, immo doctores plures ponunt, ꝙ niſi in actu meritorio concurſus gratiæ increatæ poneretur: nullus talis actus poſſet eſſe de condigno meritorius vitæ æternæ: etſi de congruo. Inſuper ad meritum valet dignitas perſonæ, quæ cauſat actum, dicit Bonauentu. 3. d. 13. q. 2. quod meritum penſatur ſecundum dignitatem perſonæ Sco. 3. d. 13. q. 3. dicit, quod ratione ſuppoſiti meritum Chriſti fuit maius, quam alius non fuiſſet. Hoc idem patet per regulam. Ariſt. 1. Metaphi. quod actiones ſunt ſuppoſitorũ: actus enim & generationes ſunt circa ſingularia. Et quia regula eſt Ariſt. 3. Ethi. quod circunſtantiæ cõcurrentes ad actũ ipſum reddunt ſibi conformem, quo ad acceptionem, & de acceptione, vtpote, quo ad bonitatem, & malitiam. Modo in propoſito cum in domino Ieſu Chriſto fuerit gratia creata; quia plenus gratia, & veritate: & increata, quia in eo habitat omnis plenitudo Deitatis. Inſuper in domino Ieſu: etſi ſint duæ vnitæ naturæ humana, & diuina: eſt tamen vna perſona, & non plures, & vnum ſuppoſitum, & cum talis perſona, & ſuppoſitum ſit Deus, quare eſt infinita. Ad propoſitum meritum Chriſti loquendo de bonitate intrinſeca, eſt infinitum vtpote à perſona, & ſuppoſito, elliciente infinito, & gratia infinita, & finita, quæ ſiue concurrant effectiue, ſiue per modum circunſtantiæ, quia faciunt ad meritum, ſequitur propoſitum. Ex quo ſequitur, quod talis actus bonitate extrinſeca, eſt infinitum meritum. patet, quia infinite à Deo acceptatur: aliter Deus non ageret conformiter rectæ rationi.

Coll. 3.

Et ſi dicatur, actus eſt finitus: quomodo meritum eſt infinitũ? Reſpondetur, quod ſi in actu meritorio cõſiſtat meritum: ipſe tamen actus non eſt meritũ: ſicut actus non eſt circunſtantia, ſeu id, quod efficit ipſum: quod meritum Chriſti ſit infinitum modo prædicto, hoc tenet Bonauen. 3. diſt. 13. q. 2. vbi dicit meritum penſatur ex dignitate perſonæ, & perſona eſt infinita, ergo &c. Hoc etiam tenet magiſter Petrus Aureoli in repertione ſua 3. d. 13. q. 2. Alexãder de Ales in 3. & Thomas concedunt, quod vita Chriſti, eſt vita Dei, & vita infinita: quare ergo de merito non conceditur, quod ſit infinitum: His præmiſsis videndum eſt, quomodo morte Chriſti ſatiſfactum eſt. Vbi ſciendum pro regula.

Vide in cõformit. B. Virginis. fruct. 26.

Primo quod creatura intellectualis innocens, Deo tenetur in omnibus actionibus. Ratio, quia à Deo eſt, quicquid habet, totum à Deo habet.

Secundo creatura intellectualis non peccans, Deo non tenetur in omnibus paſsionibus: patet, quia dominus iuſtus non exigit pœnam, culpa non commiſſa.

Tertio quod creatura intellectualis, quæ primo erat innocens, & poſtea peccans, tenetur Deo in omnibus, tam paſsionibus, quam actionibus; prima pars patet ex ſecundo præmiſſo, ſcilicet quod tenetur ſi peccat in paſsionibus: ſecunda pars patet ex primo; quia tenetur in omnibus actionibus innocens: à fortiori peccans. Ad propoſitum Chriſtus etſi innocens, Deo tenebatur in omnibus actionibus: patet ex primo, ſed non in paſsionibus; quia innocens. Modo Chriſtus volens Deo pro nobis ſatiſfacere per actiones, non potuit: patet, quia non eſſet alias indebiti immo debiti, vt dictũ eſt, & ſatiſfactio eſt redditio, non ſolum æquiualentis, quod erat in actionibus Chriſti, vt dictum eſt, propter meritum infinitum, ſed alias indebiti: quod non affuit in merito actionũ Chriſti. Si ergo ſatiſfacere pro nobis debebat, oportebat quod non daret quamcunque paſſionem: ſed animam ſuam in mortem. Ratio, quia mors eius erat alias indebita Deo, quam Deus ab ipſo non poterat exigere, ipſo nolente. Fuit ſufficiens etiam quo ad obedientiam: quia vſque ad mortem, & conſequenter maior, quod inobedientia aliqua poſſet eſſe in quocunque peccato. Et quia includens maiorem dolorem, quam eſſet poſsibilis delectatio in quibuſcunq; peccatis: patet, quia Deus rem diligit, vt eſt diligibilis. Modo vita Chriſti, erat vita Dei: vt dicit Alexan. in 3. parte 1. q. 15. & per conſequens ſummè diligenda, & magis diligenda, quam omne aliud à Deo. Et cum delectatio cauſetur ex præſentia rei dilectæ, & ſic magis delectabatur Chriſtus in vita

ſua,quam aliqua creatura poſſet delectari in aliquo,patet:quia magis diligebat eam, & ſic intenſius,& fortius mouebatur,& ordinate in rem dilectam,quam homo inordinate moueatur in quacunque delectatione peccati.Et tūc vltra cum ablatio delectabilis ſit cauſa pęnalis,ablatio vitæ Chriſti fuit Chriſto ita pęnalis : ſicut eius præſentia delectabilis. Et per conſequens magis triſtabilis,quam aliqua delectatio cuiuſcunque alterius rei eſſet delectabilis. Actiones (vt dictum eſt)ſunt ſuppoſitorum: quare vita Chriſti erat vita Dei: vt Alex. dicit loco prærallegato, & per conſequens infinita,& meritum Chriſti fuit infinitum : quare mors ſua Deo oblata fuit munus infinitum, vt enim dicit Alex. loco prærallegato. In ſatisfactione non ſolum penſatur quantum ſoluatur: ſed à quanto,& ex quanto.Si quantum,maior eſt vita Chriſti, quam aliqua vita creaturæ:vt dictum eſt: & per conſequens datio talis vitæ fuit pęnalis maxime Chriſto : quia maximum pęnale eſt ſeparatio animæ à corpore. Si conſideretur à quanto : fuit ſatisfactio per mortem Chriſti: quia ab ipſo Dei filio,qui eſt verus Deus, inuenitur pœnæ ſuper omnem extimationem ſatisfactum fuiſſe. vnde. Qui proprio filio nō pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum : quomodo non omnia nobis donauit ideſt condonauit, & remiſit ? Si vero conſideretur ex quanto, ideſt ex quanta charitate mortem ſubierit : quia fuit charitas immenſa: inuenietur ſuper omnem extimationē ſatisfactum: hæc Alexander. Quo apparet, ꝙ modus iſte fuit Deo patri acceptiſſimus:vt dictum eſt in prima ratione præcedenti. Et ſic patet ſecundum,ſcilicet quod paſsio,& mors Chriſti fuit rite pro ſatisfactione ordinata.

Rom. 8.

Tertio eſt omnis culpa ea remota, & abdicata.Nam Chriſtus ſua morte meruit cuicunque recipienti primam gratiam, vt dicit Scotus 3. d.18. q.2. Inſuper cum ſacramentis culpa deleatur,& gratia detur, & ſacramēta habuerūt efficaciam à paſsione Chriſti, vt à cauſa meritoria : quare iuſtificatio, & gratiæ collatio à paſsione , vt à cauſa meritoria proceſſerunt. Lauit enim nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.Sanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis.

Apoc. 1. Heb. 9.

Xpi paſsione eſt culpa deleta.

Sed ſciēdum,quod in deletione culpæ gratia, quam Chriſtus paſsione ſua meruit nobis,delet culpam formaliter:quia expellit ſuum contrarium pro ſtatu iſto.Sacramenta, quæ efficaciam habent a paſsione Chriſti, delēt culpam miniſterialiter,paſsio Chriſti meritorie:quia meruit nobis gratiam, & omne id, quo culpa deletur. Sed Chriſtus,vt Deus,& eius voluntas delet culpam cauſaliter. Iſa. 44. Ego ſum qui deleo iniquitates propter me . Dicit tamen magiſter 3.d.19.c.3. Etſi à culpa ſimus Chriſti paſsione liberati : non tamen ex toto debet intelligi, ideſt vt ſimus effecti impeccabiles:quia hoc ſolum erit in vita futura. Verum, vt anima habeat hoc donum Chriſti paſsionis videlicet culpæ amotionis:oportet vt quatuor habeat.

Primo dilectionem, & charitatem. Conſiderando enim tam gratuitum dilectionis modū paſsione monſtratum,accendimur ad amandum Deum , iuxta illud.Cōmēdat Deus charitatem ſuam in nobis: quoniam cum eſſemus peccatores , Chriſtus pro nobis mortuus eſt, & ſic incendimur ad amandum amore charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum. Secundo fidem . Nam fides formata domini paſsione valet ad culpæ deletionem . Iuſtitia per fidem Chriſti,quem Deus propoſuit propitiatorem per fidem in ſanguine, ideſt per fidem paſsionis.

Rom. 5. Rom. 3.

Tertio oportet habere Chriſti imitationem in agendo.

Quarto habere conformitatem in patiendo : ſic enim ei incorporamur.

Quarto eſt paſsione & morte Chriſti omnis reatus, & pœna annullata, paſsio Chriſti eſt ſufficiens pro infinitis hominibus ad ſatisfaciendum : Et cum culpę triplex ſit genus, ſcilicet originalis, mortalis, & venialis. Et pro his alia pœna infligitur morienti:quia pro originali carentia perpetuę viſionis diuinæ . Pro mortali pœna ſenſus,& carentia ęternalis.Pro veniali pœna purgatorij. Et alia viuenti: quia pro originali pœna mortis,& aliæ pœnæ infliguntur,quæ in nobis ſunt ex peccato primi parentis . Pro mortali aliqua pœna temporalis, & ſatisfactoria, vel iudicialis. Pro veniali aliqua pœna medicinalis. Ad propoſitum dicit magiſter 3.d.19.cap.4. Chriſtus portauit peccata noſtra ligno, ideſt pœnas peccatorum,& reatum, & pœnam pro originali morienti totaliter dimiſit: patet in paruulis baptizatis,& in adultis baptizatis, quibus omnis pœna dimittitur,& ſi moritur baptizatus, ſtatim euolat ad cœlum . Deleuit Chriſtus pęnam, quæ debetur mortali quo ad reatum ęternū : quia pęnam ęternam commutauit in temporalem. Nec temporalis, quam imponit eccleſia ſufficeret aliquando: niſi Chriſti pęna cooperaretur,quam pro nobis ſoluit. Pęnam pro veniali remouit paſsionis ſuæ ſigno, ac memoriā , & alijs modis: pęnas vero, quę debentur viuenti pro originali,Chriſtus non ſoluit. De morte liberabit nos in futuro:quando omnes reſurgemus nunquam amplius morituri. Ab alijs vero pęnis non abſoluit nos,niſi quo ad reatum,nō dimittit eas,niſi fiat ſpeciali gratia : quia medicinales ſunt : tamen per gratiam in multis exterminantur:vt patet de fomite.Sic ergo patet, quomodo paſsio liberat a pęna.

Nota.

Baptizatus moriens ſtatim ad cœlum euolat.

De diaboli poteſtate ante Chriſti paſsionē aduerſus homines.

Quinto paſsione Chriſti diaboli poteſtas eſt proſtrata,& humana natura liberata: vt dicit magiſter

magiſter.3.diſt.19.diabolus permittente Dei iuſtitia ex peccato ante paſsionem Chriſti ha bebat poteſtatem ſuper homines in triplici gradu.

Primus erat impugnare per tentationem, & iſta Chriſti paſsione eſt valde diminuta. Nam paſsio meruit nobis gratiam,& alia,per quæ à diaboli tentatione præſeruamur: ne ſuperet aliquem niſi volentem. Sic ergo crucis fide,& paſsionis diabolus expugnatur. Vnde dicit

Ephe.4. Apoſtolus. In omnibus ſumentes ſcutum fidei &c. Similiter inuocatione nominis Chriſti. In nomine meo demonia eijcient.

Secundus gradus erat: ſibi conſentientem retinere, & immergere in peccatum per culpæ reiterationem deducebat de peccato in peccatum: vt quaſi impoſsibile eſſet reſurgere. In iſto ſecundo gradu paſsione Chriſti homo à diabolo liberatur per ſacramenta, quę à paſſione habent efficaciam: licet homo cadat in culpam,habet ſacramentum pœnitentiæ;per quod poteſt ſemper reſurgere.

Tertius gradus detinere per pœnæ inflictionẽ quo ad locum: quia quantumcunq; eſſet iuſtus ad limbum deſtinabatur,& diabolus eum deducebat. Paſsio Chriſti,quia fuit ſatisfactoria pro peccato,quo ad fideles,hanc poteſtatem totaliter euacuauit. Nam Chriſtus de limbo patrum, & purgatorio omnes ipſo deſcendente ad inferos poſt mortem ſuam extraxit. Ad limbum patrum nullus nunc deſcendit: quia ſatisfactum eſt Deo de reatu, & obligatione culpæ originalis: & hoc fuit,vt magiſter dicit, quando Chriſtus ſe obtulit ſacrificium in cruce pro nobis. Ad infernum diabolus nō ducit, niſi voluntatem, quis ſe tradat in ſuas manus. Nullus vadit ad infernum, niſi in culpa mortali decedens, vel ad limbum: niſi in originali decedens. Sic ergo apparet quomodo à poteſtate diaboli liberati ſumus Chriſti morte,& paſsione.

Sexto paſsione Chriſti eſt redemptio noſtra facta,& celebrata. Nam in paſsione dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret. dicit

2.Thim.2. Apoſtolus. Redemiſti nos in ſanguine tuo.

Apoc.5. Sed quomodo nos redemit? Sciendum eſt, ꝙ vt dicit Alex.de Ales.3.parte.i. loquens de neceſsitate paſsionis quantum ad inferiorem cauſam finalem. Redimere eſt rem ſuam iuſto precio recuperare, & ſic Chriſtus nos redimit. quia cum ſerui eſſemus, ſoluto precio, ideſt ſemetipſo, nos redemit. Vel ſecundum

Redimere quid. alium doctorem. Redimere eſt ſoluto precio recompenſatio: & ſic nos redemit. Sed à quo nos redemit? Reſpondet Apoſtolus. Ab operibus mortuis ad ſeruiẽdum Deo viuenti. Sed nunquid diabolo aliquid recompenſauit? Certe non;quia diabolus nihil iuſtum habebat in homine. Sed recompenſatio eſt facta reſpectu Dei,cui Chriſtus ſatisfecit de offenſa, quā homo intulerat: vt Deus nobis recompenſaret vitam æternam. Et licet pater miſerit filium: ſolus tamen filius dicitur redemptor: quia immediatè ſoluit precium: vt dicit Thomas.3.parte.q.49. articulo quinto. Nec erat præcium ſoluendum illi.ſ. diabolo,qui iniuſte nos detinebat: ſed illi.ſ.Deo;cuius iuſtitia tenebatur. Chriſtus ergo morte ſua factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.

Septimo eſt paſsione Chriſti facta reconciliatio,& pax ordinata. Mediator Dei, & hominũm fecit vtraque vnum, ideſt in vnam perſonam vniuit naturam diuinam,& humanam,& per conſequens Deum pacificauit homini, & econuerſo. Sed quomodo reconciliauit nos? 1.Corin.5.

Reſpondit Apoſtolus. Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Ipſa fuit ſatisfactio pro peccatis noſtris, & totius mundi: iſtud dicit Apoſtolus.Eph.2. Ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraque vnum. Et ſemper recōcilians per crucem &c. Et quia ipſe ſolus reconciliauit,ipſe ſolus eſt mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus. Rom.5.

Octauo Chriſti morte, & paſsione ianua cœli eſt aperta, & reſerata. Vt dicit Scotus.3.diſt. 18. q. 2. Ad apertionem ianuæ nullus potuit cooperari Chriſto: ſed ipſe ſolus paſsione ſua meruit apertionem ianuæ cœli. Vnde dicitur Apoc.5. ꝙ nemo in cœlo inuentus eſt, neque in terra,neque ſubtus terram,qui poſſet aperire librum.i.cœlum: ſed leo de tribu iuda.i. Chriſtus aperuit: quia paſsione ſua Deo patri ſatisfecit:& ſic ianuam aperuit. Non licebat nobis homicidis repatriare: donec ſacerdos magnus Chriſtus moreretur, vt habetur in figura in libro Leuitici.

Nono paſsione Chriſti eſt gratia largiter diffuſa,& deſtinata. Nam cum meruit nobis primam gratiam, & gratiam aliam, quam meremur paſsione ſua: patet propoſitum, vt dicit Scotus.3.diſt.18.q.2. Chriſtus cum ſit caput Eccleſiæ: ideo gratiam largiter diffundit in membra.

Decimo fama Chriſti, quo ad nomen ſuper omnia paſsione ſua eſt exaltata. Apoſtolus Deus paſsione ſua exaltauit eum.i.ſecundum magiſtrum.3.diſt.18. exaltationem oſtendit. Et dedit illi nomen.i.ſe dediſſe maniſeſtauit. Philip.2.

Vndecimo paſsione Chriſti, omnia ſunt terminata. Omnia quo ad dicta prophetarum, & figuras in ſacro eloquio ſunt terminata; vñ Chriſtus in cruce dicit conſumatum eſt. Vt oſtenſum eſt lib.1.conformitate prima.

Duodecimo paſsione Chriſti ſunt nobis multa beneficia à Deo collata. Et iſtud erat.

Tertium videndum.ſ. de mortis Chriſti vtilitate. Vtilitas ergo mortis Chriſti oſtenditur ex beneficijs ipſa morte nobis collatis ipſa n ſumus. Quæ vtilitas p... mortis.

Primo ad vitam reuocati,in Adam omnes mo- 1.Corin.15.

riuntur : ita & in Chriſto omnes viuificabuntur,& cum eſſemus mortui peccato : Chriſtus conuiuificauit nos.

1. Pet. 3. Secundo à peccato ſeparati 1. Petri. 3. Chri-
Vide in cõformitatib[9] B. Virginis fruct. 55. ſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt,& ſequitur,vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

Tertio in opere iuſtificati, cum .n.peccatores
Rom. 7. eſſemus:Chriſtus pro nobis mortuus eſt.Iuſti
1. Thim. 2. ficati.n.gratia ipſius.

Collo. 1. Quarto à debito quietati, donans nobis omnia delicta: deleuit quod erat aduerſus nos chyrographum &c.

Quinto à diabolo contutati : vt eum non ti-
Heb. 12. mere debeamus, vt per mortem deſtrueret, quod habebat Imperium. Paſsione Chriſti no
Apoc. 19. minata diabolus ſtatim fugit. Apprehendit Chriſtus diabolum qui,& ſathanas,& ligauit eum.

Rom. 5. Sexto robore fortificati,cum eſſemus infirmi: Chriſtus pro impijs mortuus eſt.

Septimo ab hoſtium manibus liberati : patet
Zach. 9. de ſanctis patribus à limbo extractis. In ſanguine teſtamenti ſui eduxit vinctos &c.

Octauo debite informati vt virtuoſe agamus: quia omnes virtutes, & ſcientiæ morte Chriſti oſtenſæ ſunt : vt dictum eſt conformitate præcedenti.

Nono honorati & exaltati. Apocal.5.redemiſti nos in ſanguine tuo, & feciſti Deo noſtro regnum,& ſacerdotium &c.

Decimo ad pugnandum ſpiritualiter excita-
1. Petr. 4. ti. Chriſto igitur paſſo in carne : vos eadem cogitatione armamini.

Ephe. 4. Vndecimo ad diligendum inflammati.ambulate in delectione : ſicut, & Chriſtus dilexit nos,& tradidit &c.

Duodecimo ordinis angelorum quo ad ruinam de nobis ſunt reparati. Propoſuit in Chri-
Collo. 1. ſto reparare quæ in cęlis &c.

Tertio decimo à mentium vulneribus ſumus ſanati. Samaritano a Chriſto infuſum eſt vulneribus oleum miſericordiæ,& vinum iuſtificationis,& ſatisfactionis. Vnde à peccato ſanati ſumus. Auguſtinus quemcunque momorderit aſtutia ſathanæ, intueatur Chriſtum in ligno pendentem,& ſanabitur.

Quartodecimo ducatu ad vitam illuminati,& directi in baculo crucis, & mortis Chriſti cũ Iacob oportet nos tranſire Iordanem iſtum.i. per vitam iſtam tranſire.

Quintodecimo contra omnia mundi amara obdulcorati. Nam ſi paſsionis lignũ in aquis ponatur : aquæ Marath. i.paſsionis memoria obdulceſcunt.

Cant. 2. Sextodecimo crucis vmbra obumbrati. In vm
Tren. 2. bra tua viuemus. Sub vmbra illius, quem deſideraueram,ſedi &c.

Decimo ſeptimo illuſtrati: quia tenebræ peccatorum amotæ, & gratia data. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino &c.

Decimooctauo in patria firma ſpe locati. Aperuit enim ianuam, & per proprium ſanguinẽ introiuit in ſancta,ęterna redemptione inuenta. Et ſemper vt repromiſsionem recipiat &c. Patet igitur prædictis de vtilitate mortis Chriſti,& paſsionis. Ex quibus omnibus patet de mortis Chriſti efficacia,acerbitate,& vtilitate. Et per conſequens apparet declarara prima pars huius conformitatis quartæ: ſcilicet. Ieſus vita deficiens. Ad laudem Chriſti. Amẽ.

SECVNDAE PARTIS QVARTAE conformitatis tertij libri,videlicet: Franciſcus euocatur. Expoſitio.

PARTE prima huius quartæ conformitatis declarata. Reſtat conſequenter declarare partem ſecundã videlicet. Franciſcus euocatur,ſcilicet per mortem corporalem. Circa cuius expoſitionis euidentiã,eſt ſciendum primo, qua infirmitate mortuus eſt beatus Fran. Vbi ſciendum quod & ſi propter pęnitentiam arctiſsimam,quam beatus Fran. exercuit:ſemper infirmitatem pateretur ſplenis ſtomaci, & oculorum, & agrauabatur aliquando talibus, vt mori videretur : aliquando enim euomuit propter infirmitatem ſtomaci per totam noctem ſanguinem, in tantũ vt fratres crederent eum moriturum, vt dictũ eſt conformitate præcedenti huius tertij lib. 1. 2. parte conformitatis. Aliquando infirmitate oculorum tam fortiter fuit vexatus,quod bene per quinquaginta dies ſtetit in ſancto Damiano cum tanto oculorum dolore,& nimia vexatione,quod neque quieſcere potuit, nec lumen aliquod videre. Vnde diuinũ agnoſcens flagelum ipſe beatus Fran. dominum deprecatus eſt, vt maioribus pęnarum aculeis vrgeretur : verum quia patientiſsime ſe habuit, vocem Chriſti audiendo de cęlo, de theſauro vitæ ęternæ obtinendo fuit declaratus,& inueſtitus, ac ſubarratus, incurrit infirmitatẽ aliã præter iam dictas videlicet hidropiſim. Et hac infirmatus fuit in loco de Bagneriæ ſupra ciuitatem Nucerij : & ſpecialiter tunc ipſam infirmitatem incurrit in pedibus ipſorum tumefactione, propter ꝙ ciues aſsiſinates audientes ipſum ibidem infirmari,ſolennes nuncios milites ad reducendum eum Aſsiſium tranſmiſerunt. Cum quibus rediens ſpiritu prophetico claruit,& ſanctæ paupertatis,ac diuini amoris efficaciam oſtendit. Ad villam enim cum veniſſent nomine Sutrianum, & hora eſſet comedendi,pro pecunia panem,nec aliquid comeſtibile

ſtibile inuenire potuerunt, ſed mandato bea-
ti Fran. Dei amore panem petentes, ſtatim ha
buerunt omnia abundanter : vt beatus Fran.
prædixit. Et demum Aſiſium peruenientes,
non permiſerunt eum ad locum ſanctæ Mariæ
ire: ſed ad palatium epiſcopi Aſiſinatis eum
deduxerunt, & ibidem eum locauerunt, custo
dientes ab extra palatium ipſum epiſcopi, ar
matis hominibus; vt ſi eum mori contingeret
fratres eum alio non portarent; ſed Aſiſij ſe-
pelirétur: ne tanto theſauro priuarentur. In
hoc palatio reſidens beatus Fran. ſpiritu pro-
phetico in pluribus ſe oſtendit irradiatum. Vi-
dit enim in ſpiritu totam tentationem fratris
Rizerij miniſtri Marchiæ, & eidem reſerauit,
ac eum ſignando ab omni tentatione immu-
nem illico reddidit. Beatæ Claræ infirmanti,
& cupienti videre beatum Fran. ante mortem
ſuam: ipſe beatus Fran. miſit dicendo, quod
pro tunc eum nó poterat videre: ſed alio tem
pore videret eũ, & de eius viſione ſumme gau
deret. Et ſic factum eſt: quia beato Fran. mor-
tuo, corpus eius fratres dum deducerent Aſſi
ſium; Beatæ Claræ, & ſuis oſtenderunt ſorori-
bus videndum: vt dictum eſt conformitate præ
cedenti: Cuidam fratri dicenti ſibi quaſi lu-
dendo. Quantum venderes tu domino omnes
tuos ſaccos, multi baldachini, & panni de ſe-
rico pònentur ſupra corpuſculum tuum, quod
modo indutum eſt ſacco? Tũc beatus Fran. ha
bebat inſulam coopertam de ſacco, & indu-
mentum etiam de ſacco: & reſpondens beatus
Fran. cum magno feruore, & lætitia ſpiritus.
Tu verum dicis: quoniam ita erit pro gloria,
& laude domini mei. Et dum in dicto palatio
eſſet, cæpit infirmitatibus varijs tam grauiter
laborare: vt vix in eo mẽbrum remaneret abſ-
que ingenti paſſionis dolore: ſed cum duris
corporis angeretur doloribus, illas ſuas angu
ſtias non pœnarum cenſebat nomine, ſed ſo-
rorum. Cum autem ſemel grauius ſolito do-
lorum vrgeretur aculeis: quidam frater ſim-
plex dixit ad eum, ora Deum frater, vt mitius
tecum agat: manum enim ſuam ſuper te gra-
uare videtur. Quo audito vir ſanctus cum eiu
latu exclamans, ait. Niſi noſſem in te ſimpli-
cem puritatem tuum ex nunc abhorrerem cõ
ſortium; qui auſus fueris contra me diuina iu
dicia repræhenſibilia iudicare. Et licet totus
eſſet attritus, grauis prolixitate lãguoris proij
ciens ſe in terram, oſſa debilia duro caſu colli
dit, & deoſculans humũ, gratias, (inquit,) tibi
ago domine Deus de omnibus doloribus me-
is, teque mi domine rogo, vt centuplum ſi ti-
bi placuerit, addas; quia hoc erit mihi acce-
ptiſſimum, vt affligens me dolore, nó parcas:
cum tuæ ſanctæ voluntatis adimpletio, ſit mi-
hi conſolatio ſuperplena. Verum cum infirmi
tate grauiſſima detineretur, nec poſſet come-
dere, & à fratribus rogaretur, vt aliquid ſume
ret, & ipſe diceret, ꝙ non habebat voluntatem
comedendi: ſed ſi haberet de piſce, qui voca-
tur ſqualus forſitan comederet: hoc dicto ſta
tim affuit diuina prouidentia, & ecce quidam
homo miſſus à fratre Gerardo miniſtro Rea-
te, portauit caniſtrum, vbi erant tres magni
ſquali, & gambari, de quibus ipſe libenter ve-
ſcebatur. Quod factum in admiratione pluri
ma extitit ſociorum: diuinam prouidentiam
circa ipſum attendentes. In hoc palatio cum
aliquando ob ſpiritus recreationem, laudes
fratris ſolius, quas fecerat, per ſocios cantari
faceret: conſiderans hoc frater Elias, dixit ad
eum. Chariſſime Frater de omni lætitia, quẽ
pro te, & ſocijs tuis in tua infirmitate oſten-
dis, ſum valde conſolatus, & edificatus: ſed li-
cet homines huius ciuitatis te venerentur pro
ſancto: tamen quia credunt firmiter propter
hanc infirmitatem tuam incurabilem, te in ꝓ-
ximo moriturum: audientes huiuſmodi lau-
des cantari die, noctuq; poſſunt dicere intra
ſe. Quomodo hic tantam lætitiam oſtendit,
qui eſt prope mortem? Dixit ad eum beatus
Fran. Recordaris cum apud Fulgineum viſio
nem vidiſti, & dixiſti mihi, ꝙ quidam dixerat
tibi, ꝙ viuere non debebam, niſi duobus an-
nis. Antequam tu illam viſionem videres, per
gratiam Dei, qui omne bonum ſuggerit, & po
nit in ore ſuorum fidelium, ſemper die, ac no-
cte conſiderabam finem meum: ſed ab illa ho
ra, qua viſionem vidiſti, fui magis ſollicitus cõ
ſiderare diem mortis. Et ſtatim ait cum ma-
gno feruore, dimitte me frater gaudere in do
mino, & in laudibus eius, & infirmitatibus me
is: quoniam gratia ſpiritus ſancti cooperante,
ita ſum vnitus cum Deo meo: ꝙ per miſericor
diam ſuam bene poſſum in ipſo altiſſimo iocũ
dari. In illis diebus viſitauit eum in dicto pa-
latio quidã medicus de Aretio, valde familia-
ris ipſi beato F. nomine bonus Ioannes, & in-
terrogauit eum beatus. F. quid tibi videtur de
hac mea infirmitate? Et ait illi medicus: bene
tibi erit per gratiam Dei. Iterum dixit ei bea
tus. F. dic mihi, quid tibi videtur: noli timere,
quoniam per gratiam Dei non ſum corculus:
vt timeam mortem. Nam cooperante gratia
ſpiritus ſancti: ita ſum vnitus cum domino
meo, ꝙ de morte, & de vita equaliter ſum cõ
tentus. Tunc dixit ei medicus manifeſte. Pa-
ter ſecundum prophetiam noſtram infirmi-
tas tua eſt incurabilis. Et credo, ꝙ in fine men
ſis Septẽbris, aut quarto nonas Octobris mo-
rieris. Tunc beatus F. iacens in lecto cum ma-
xima deuotione, & reuerentia expandit ma-
nus ad dominum, & cum magna lætitia cor-
dis, & corporis dixit bene veniat ſoror mea
mors. Sic ergo patet, qua infirmitate beatus
Fran. ad mortem deuenit corporis.

Secundo videndum eſt de loco, in quo beatus
F. mortuus eſt. Vbi ſciendum ꝙ beatus. F. vi-

dens

dens ſe ad mortem propinquare ad ſanctam Mariam de Portiuncula ſe deferri popoſcit:vt vbi acceperat ſpiritũ gratiæ: ibi redderet ſpiritum vitæ. Et quia propter infirmitatem ambulare non poterat ad dictum locum,à ſocijs ſe fecit deportare. Cunque ad locum de ſancta Maria cum magna comitiua deduceretur per fratres, & ad hoſpitale perueniſſet, quod eſt in via, petijt beatus. F. ſi adhuc ibi eſſet: quia ipſe caligantibus oculis non ſenectute, ſed lachrimis plene videre non poterat:cunq; ſciuiſſet ſe in dicto loco eſſe,fecit ſe verſus Aſiſium facie volui,& in terra poſitus,illá multis benedictionibus benedixit dicens: benedicta tu á domino,quia per te multæ animæ ſaluabuntur,& in te multi ſerui altiſsimi habitabunt, & de te iuſti eligentur ad regnum ęternum. Et his dictis ad ſanctam Mariam ſe fecit deferri. Et illuc perueniens in infirmaria fuit locatus. Sic ergo patet de loco, in quo elegit mori, videlicet in loco ſanctę Marię:vt vbi inceperat,ibi terminaret.

Et quia hunc locum dicebat ipſe beatus. Frã. Virginem Mariam plus amare,quàm aliquem locum citra mare. Ideo beatus.Fr. Virgini ſe conformando: præ alijs locis mundi amauit ipſum,& in fine,vt dicetur,recomendauit fratribus. In hoc voluit mori amicus Virginis.

Et in ſignum dilectionis,vt dicunt fratres antiqui,á quibus audiui: beatus.F.voluit,quód eius cor à corpore ſepararetur, & ibidem poneretur. Et dicitur,ꝙ cor eius eſt in altari capellæ,vbi beatus.F.mortuus eſt. De ſingularitate huius loci dictum eſt conformitate.16.& vltima libri ſecundi. Hic locus debet eſſe cuilibet fratri minori vero acceptiſsimus conſiderando primo affectum beatæ Mariæ ad ipſum locum præ alijs mundi locis.

Cor B. Fr. ubi ſit poſitum.

Secundo amorem beati.F.ad ipſum:quia in ipſo incipere voluit,& terminare.

Tertio propter recomendationem beati.F. factam fratribus de ipſo loco in morte ſua.

Quarto propter cor beati.Frã.in ſignum dilectionis ad locum ibidem poſitum.

Quinto propter remiſsionem peccatorũ,quæ annuatim in dicto loco habetur.

Sexto propter donagratiarum, quæ ibidem ob reuerentiam Chriſti manentes: continue percipiunt. Sic ergo patet de loco.

Tertio videndum eſt,quid ęgerit beatus. Frã. ante mortẽ ſuam, ideſt ſpiritus emiſsionem. Pro cuius euidentia eſt ſciendum: ꝙ beatus. Fran.plura fecit.

Et primum eſt: quia ſui obitum in proximo futurum ſicut á Chriſto acceperat: fratribus prædixit.Domine etiam Iacobæ de ſeptem ſolijs prædixit de die, & hora ſui tranſitus:vt dicetur. Dictæq; dominæ Iacobę Romæ dum eſſet: per Angelum reuelata eſt eidem mors beati.F. Fratri Eliæ, dum eſſet Fulginei cum beato.F.apparente ſibi quodam Sene: mortẽ affuturam beati.F. immediatè poſt duos annos nunciauit. Et hoc ipſe Elias beato.Frã.vt patet ex ſupradictis reuelauit.

Secundum quod ęgit eſt,ꝙ inductione ſociorum beatus.F.dominæ Iacobæ præfatæ,vocato fratre ſcriptore ſcribere voluit. Et cũ iam incępiſſet ſcribere, ꝙ cito Aſsiſium veniret ſi eum vellet inuenire viuum: quia ſi poſt talem diem accederet viuum,eum non reperiret. Et ꝙ portaret talem pannum pro tunica funerali, & ceram pro ſepulturam, ac de cibarijs, quæ ipſa beato.Frã.faciebat.Dum eſſet Romæ infirmus, dum hæc ſcriberentur beato.F. fuit diuinitus reuelatum: quomodo domina Iacoba veniebat, & omnia ſecum deferebat: prout ipſe deſcribebat.Et ſtatim beatus.F.dixit ſcriptori,vt non ſcriberet: quia non oportebat. Et dum per modicum ſtaret, domina Iacoba cum duobus filijs ſenatoribus, & magna comitiua aduenit portans omnia, de quibus B. F.ſcribebat, de quo fratres fuerunt valde mirati: Et quia locum ſanctę Mariæ de Angelis nulla mulier intrabat: beatus.F. diſpenſando cum dicta domina: fratres eam ad ipſum per duxerunt beati.F.mandato.Quæ ſtatim ad pedes ſacris ſtigmatibus conſignatos: vt altera Magdalena rigando lachrimis, præ deuotione magnam conſolationem percepit. Beatus autem.F. de viſione dictæ dominælætatus eſt: quia eam virtuoſiſsimam,& ſanctiſsimam reperierat. Vocabat enim eam beatus.F.non dominam Iacobam,ſed fratrem Iacobum, propter probitatem ſuam,& ſanctitatem. Portauit pannum cinerei coloris pro tunica:& pro feretro, Ceram in magna abundantia,quę ſufficit pluribus diebus pro reuerentia ipſius, & cibaria,quæ beatus.Fran.optauerat.Et vt alia Martha diligenter beato.F.ſeruiuit. Prædicta domina interrogata á fratribus quomodo ſic veniſſet,& omnia de quibus beatus.F. ſcribebat, ſic portaſſet: reſpondit, ꝙ Angelus domini oranti apparuit,& de morte beati.F.ſibi dixit,& quæ beatus.F. volebat omnia indicauit. Et quia dicta domina credendo beatum Fran.longiori tempore ſuperuicturum, volebat ſocietatem emittere: beatus.F. prohibuit dicens, ꝙ ſabbato de ſero moreretur, & ipſa poſt mortem cum comitiua ſua ſimul poſſet ad vrbem reddire,quod & factum eſt.

Quo die mortuus eſt B.Fran.

Tertium quod ęgit beatus.F. fuit comeſtio cũ fratribus: fecit enim panem apportari, & in fruſta diuidi, & vnicuiq; vnam partem dedit ad inſtar cœnę Chriſti, vt dictum eſt conformitate prima iſtius tertij libri.

Quartum quod fecit beatus.F.fuit benedictio fratris Bernardi de Quintaualle primogeniti ſui,de qua dictum eſt parte.2. conformitatis. 13.c.de fratre Bernardo,& alibi.

Quintum quod ęgit eſt recomẽdatio loci ſanctæ

ctæ Mariæ de Portiuncula generali miniſtro, & fratribus, vt dictum eſt conformitate vltima ſecundi libri.

Sextum quod ęgit beatus.F. fuit ſui totalis denudatio. Nam morte imminente ſe totum etiã ſine fęmoralibus denudauit,& ſe in terrã proiecit. Hoc fecit,vt nudus hora tali cum nudo diabolo luctaretur. Et vt paupertati fidem ſeruaret vſque ad mortem, ac Chriſto eſſet conformis,qui nudus pro nobis pendens: nudus etiam mori voluit. Inſuper vt expeditus ab omnibus liber tranſiret ad Chriſtum,vitæque ſuæ principium, quando pro Chriſto coram Epiſcopo nudus remanſerat; fini vitæ correſponderet: vt nudus ex mundo cœlum adiret. Qui cum ſe ſic denudaſſet fratribus dixit.

Primo quod meum eſt,feci quod veſtrum eſt, Chriſtus edoceat. Et lachrimantibus omnibus guardianus; quem ſuum beatus.F. dicebat,tunicam habitualem accipiens cum chorda,& fęmoralibus: concedens eidem mandauit, vt acciperet,quod & fecit: ſed dato,ꝙ ſic nudus eſſet;fratres,& ſi ſtigmata clare cernerent manuum,& pedum,de vulnere laterali nõ ſic comprehendere valuerunt: quia ipſum manu obtexit.

Secundo præcepit fratribus, quòd ipſo mortuo eum ſtare ſic nudum permitterent ſuper humum: per tantum ſpacium,ꝙ vnius milliarij tractum, quis ſuauiter poſſet perficere. Vt viuens Chriſto viuenti, & moriens morienti, & mortuo eſſet ſimilis,& conformis.

Septimum quod ęgit beatus.F.eſt fratrum alloquutio;de qua dictum eſt conformitate.2. huius tertij libri. Nam exortatus eſt eos.

Primo ad Dei amorem.

Secundo de fide ſeruanda ad Romanam Eccleſiam.

Tertio de patientia habenda,& cuſtodia paupertatis.

Quarto, ꝙ ſanctum Euangelium omnibus inſtitutis anteponereut.

Quinto de perſeuerantia tenenda in inceptis in perſequutionibus mundo futuris.

Sexto de ſua morte eos eſt conſolatus.

Vltimo ſuum teſtamẽtum,quod legitur fecit, de quo dictum eſt conformitate.2.huius tertij libri.

Octauum quod beatus.F.ęgit eſt fratrum generaliter benedictio. Nã omnibus fratribus, qui erant in loco congregatis,& circumſedentibus coram ipſo,beatus.Frã. extendit ſuper eos manus in modum crucis brachijs canzelatis,& omnibus fratribus,tam pręſentibus,quã abſentibus: in crucifixi virtute, & nomine benedixit dicens eis.Valete filij omnes in timore domini, & permanete in eo,ſemper: ego vero ad Deum propero: cuius gratiæ vos omnes comendo.

Nonum quod ęgit beatus.F.eſt ſermonis Chriſti in cœna lectio: fecit enim ſibi legi Euangelium ſecundum Ioannem: à 13. cap. vſque ad 18.vt domini Ieſu vocem ibidem loquentis ipſe crucifixus audiret. Sic ergo patet quid beatus Franciſcus peragit ante ſuam mortem.

Sed morte inſtante beati Franciſci aues, quæ alaudes appellantur,quas beatus Fr. præ alijs diligebat: dicebat.n. ipſe beatus.F.ꝙ hæc auis repræſentabat bonum religioſum dicens. Soror alauda habet caputium ſicut religioſi, & eſt auis humilis,vadit libenter per viam ad inueniendum ſibi aliqua grana,etiam ſi inueniret ea in ſtercore extrahit,& comedit. Volando laudat Deum valde ſuauiter. Sic boni religioſi deſpicientes terrena,quorum conuerſatio eſt ſemper in cęlis, & intentio ſemper ad laudem Dei. Eius veſtimentum.ſ. pennæ aſsimilatur terræ,& dat exemplum religioſis, vt non delicata, & colorata veſtiméta habeant: ſed vilia precio, & colore ſicut terra vilior eſt alijs elementis.Et quia beatus.F.hæc conſiderabat in ipſis: libenter eas videbat. Hora igitur pręfata poſt veſperas: licet ipſe aues ſint inimicæ tenebrarum,& lucis amicę: ipſa hora in multitudine magna venerunt,& in tranſitum beati Franciſci inſolita quadam iubilatione, glorię ſancti,qui eas ad laudes domini ſolitus erat inuitare, tam iocundũ,quam euidens teſtimonium perhibebant.

Quarto,& vltimo vidẽdum eſt quomodo beatus.F.mortuus eſt. Vbi ſciendum,ꝙ omnibus pręfatis,& alijs rite per eum perfectis: beatus F.hora ſui tranſitus,vt potuit: in huius pſalmi vocem erupit dicens. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad Deum deprecatus ſum. Effundo in conſpectu eius orationem meam &c. Et cum perueniſſet ad illud me expectant iuſti donec retribuas mihi: anima eius à corpore egreſſa: in ęternæ claritatis abiſſum abſorta eſt. Tranſijt autem venerabilis pater Franciſcus ex huius mundi naufragio ad dominum.1226. quarto nonas Octobr. ſabbato de ſero anno à ſua conuerſione.20. Et ab impręſsione ſacrorum ſtigmatum biennio elapſo, & ſepultus die Dominicô. Pręfatis igitur diligenter inſpectis: patet quædam concordia, & ſimilitudo mortis beati.F. ad mortem Chriſti.

Et primo Chriſtus crucifixus eſt mortuus:beatus.Fr. crucifixo conclauatus ſtigmatibus ſacris erat: prius.n. Chriſtus fuit crucifixus, & ſic mortuus: ſic beatus.F. prius ſtigmatizatus inſignijs crucifixi, & poſtea obijt.

Secundo Chriſtus nudus mori voluit. Sic beatus.F.quantum in eum fuit.

Tertio Chriſtus orando mortuus eſt: ſic & beatus Fran.

Quarto Chriſtus exoneratus ab omnibus à mundo egredi voluit. beatus F. ab omnibus expropriatus mori voluit, & de hoc mũdo trãſire.

Alaudæ. Hic mortuus est B.F. & quibus anno, & die. Epilogatio de concordia Franciſci mortis, ad mortem Christi.

Quintò Chriſtus à mundo per mortem exiens: anima eius quantum ad portionem inferiorem fuit perfectiſsimè glorificata. Beati F. anima à corpore ſeparata gloria æterna, vt dicetur, fuit laureata.

Sexto poſt mortem Chriſtus iacuit nudus in cruce, & in terra, ſcilicet depoſitus de cruce. beatus. F. ſuper humus iacuit mortuus, & nudus per ſpacium vnius milliarij inceſsionis.

Septimo Chriſtus in ſua morte matrem eſt cõſolatus: Ioannem de ipſa alloquendo: beatus F. dominam Iacobam, & fratres de ſua morte verbis eſt conſolatorijs alloquutus, demulcendo.

Octauo Chriſtus morte, & cicatricum in corpore eſt verus homo, & mortuus comprobatus. Sic beatus. F. in morte, & poſt mortem cõtactus: ipſum vere Chriſto confixum ſacris ſtigmatibus ipſius eſt auctenticatum.

Nono Chriſtus in morte ſignis, multos ad contritionem perduxit. Beatus. F. in morte miris ad Chriſti deuotionem, & ſuam deduxit.

Decimo Chriſtus morte victorioſus limbum patrum intrauit. Beatus. F. cœlum vexillo crucis ſubuecto in ſua anima glorioſus ingreſſus eſt. Multæ aliæ ſunt conformitates beati. F. de ſua morte ad mortem domini Ieſu, de quibus erit ſermo in ſequentibus. Sic ergo prędictis apparet conformitatis quartæ quo ad ſecundam partem expoſitio, ſcilicet Franciſcus euocatur.

FRVCTVS QVINTVS, ET CONformitas tertij libri, & 33. in ordine, videlicet. Ieſu genus eripitur. F. conſtipatur. Expoſitio primę partis, videlicet, Ieſus genus eripitur.

Mortis triumphator generis humani redẽptor dominus Ieſus Chriſtus: poſt quàm pro noſtra rędemptione, & ſalute in cruce mori complacuit: eius anima à corpore ſeparata: ſed nullatenus à Deitate, ac perfectè beata tam in portione ſuperiori, quam inferiori: vt victor mortis, & diaboli: vallatus multitudine angelorum limbum ſanctorum patrum expoliandum adijt. Ibique mortis ſuæ efficaciam primitus oſtendit: à manibus diaboli omnes iuſtos ab origine mũdi vſque tunc mortuos liberando, & eripiendo. Et quia multa in præfatis verbis continẽtur, tam pro expoſitione ipſorũ, quàm huius conformitatis primæ partis, videlicet. Ieſu genus eripitur: erunt hic aliqua inquirenda, & videnda. Quibus viſis patebit primæ partis propoſitæ declaratio.

Primum videndum, & declarandum eſt. Cum articulus noſtræ fidei dicat, ꝙ Chriſtus deſcẽdit ad inferos. Quærendum eſt quid hic intelligitur nomine inferorum. Reſpondetur, ꝙ in ſacro eloquio infernus multipliciter accipitur: tamen pro præſenti Paulus Apoſtolus, declarat dicens. Quod Chriſtus primum deſcendit ad inferiores partes terræ glo. i. inferos. ergo videtur, ꝙ nomine inferorum inferiores partes terræ deſignentur. Sed ꝙ infernus ſit principaliter in partibus inferioribus terræ: patet ex ſcriptura, quæ per deſcenſum iter oſtendit ad infernum, dicente Pſal. Deſcendant ad infernum viuentes. Similiter, deſcendam ad filium meum Ioſeph in infernũ. Similiter. Habetur ꝙ Chore, & Abiron deſcenderunt cũ tabernaculis ſuis &c. in infernum. Sic ergo videtur, ꝙ quia infernus inferior nobis eſt per deſcenſum, & non per aſcenſum deſignetur: hoc idem exprimit vocabulum, ſiue inferorum, ſiue inferni. Sic ergo ſecundũ Apoſtolum per inferiores partes terrę infernus deſcribitur. Sed ſciendum ꝙ in inferioribus, patribus ante Chriſti deſcenſum erant quatuor loca.

Quid per illud ſimboli deſcẽdit ad inferos intelligatur.

Gen. 38.

Num. 15.

De quatuor locis diſtinctis inferni ante Chriſti deſcenſum.

Primus in quo carentia eſt glorię & gratię, & præſentia pœnę ſenſibilis, & iſte vocatur infernus, dãnatorũ, & eſt infimus, & ſub omnibus.

Secundus eſt in quo eſt carentia gloriæ & gratiæ, & pœnæ ſenſibilis, & iſte dicitur limbus puerorum, qui ſine circuncisione in veteri teſtamento, vel ſine baptiſmo in nouo decedunt, & cum culpa originali, & eſt ſupra infernum, & primum locum.

Tertius locus eſt, in quo eſt carentia glorię: non tamen gratiæ, & cum præſentia pœnæ ſenſibilis. Et iſte dicitur locus purgatorij, ſiue ſit ſuperior ad limbum: ſufficit ꝙ ſit in hoc ſuperior ſpe de viſione aliquando diuina. Locus etiam purgatorij alius à prædicto animabus aliquando aſsignatur; de quo ad pręſens non eſt ſermo.

Locus quartus ſupra iſtos eſt, in quo erat carentia pœnę ſenſibilis, & glorię: non tamen gratiæ, & iſte dicebatur limbus patrum. Ad iſtum locum ducebantur ſancti patres illi, qui de purgatorio, peracta pœnitentia, exibant ante Chriſti mortem: quia nondum erat aperta paradiſi ianua: quia Chriſti paſsio nondum erat exhibita. Ex his patet quid nomine inferni intelligitur, de quo loquitur articulus fidei.

Secundum dubium diſcutiendum eſt. An anima Chriſti vnita Deitati ad limbum deſcendere debuit poſt ſeparationem à corpore. Reſpondetur quod ſic, vt ſcriptura verificaretur. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti Zach. 9.
vinctos de lacu, in quo non erat aqua. O mors Oſee. 13.
ero mors tua morſus tuus ero inferne. Penetrabo omnes inferiores partes terræ &c. de hoc Eccl. 24.

dixerat

Gen. 49. dixerat Iacob moriens. Salutare tuum expectabo domine. Deſcendere decebat.

Primo vt diabolo victo, quos tenebat ſanctos patres ab eius manibus eriperet. De hoc loquitur Apoſtolus. Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter. Colloſ. 2.

Apoc. 19. Secundo vt luciferum ligaret prout in figura habetur.

Iſa. 9. Luca 2. Tertio vt in regione illa degentes illuminaret iuxta vaticinium. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam &c. Et Zachariæ illuminare his qui in tenebris, ſedent &c.

Quarto vt eis gaudium infunderet ſui conſpectione tam diu deſiderati ab eis. Abraham vidit dendo diem gauiſus eſt: quanto magis videndo eius præſentiam. Alias cauſas aſsignant doctores, ſed ad præſens ſufficiant præfatæ.

Dub. Sol. Tertium dubium inquirēdum eſt cum quibus Chriſtus ad inferos deſcendit. Et licet de hoc non habeatur claritas: tamen debet credi, q cum multitudine angelorū deſcendit. Si enim in deſerto habita victoria de tentatione diaboli: angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei: à fortiori diabolo ſuperato, & victo, in cruce. Inſuper cum ipſe ſit rex angelorum: cum domino ſubditi fuerunt.

Dub. Sol. Quartum dubium inquirendum quid egit dominus Ieſus ad limbum deſcendendo? Reſpōdetur quod anima Chriſti perfectiſsime beata Deitati vnita, & angelorū multitudine vallata deſcendit ad inferos ideſt ſanctorum patrum limbum: & quia maligni ſpiritus præſentiendo talem Saluatoris deſcenſum, portas clauſerant ne ad ipſos expoliandos, & cruciandos accederet: ſancti angeli, qui præceſſerunt clamantes illud pſal. Atollite portas principes, &c. & ſtatim maligni ſpiritus adunati reſponderunt; quis eſt iſte rex gloriæ? & ſancti angeli reſponderunt dicentes. Dominus fortis, & potens in prælio, ſcilicet vobiſcum initio: quare atollite portas principes veſtras &c. Et tunc maligni ſpiritus cum tremore interrogant ſecundo dicētes, quis eſt iſte rex gloriæ? & ſancti Angeli reſponderunt. Dominus virtutum ipſe, ſcilicet qui eſt præſens, ipſe eſt rex gloriæ, ideſt eſt omnis virtutis, & potentiæ ſuperatiuus. Sed quid ſequutum eſt? Certe ſtatim verus Sanſon portas accepit, & vectes confregit, & ſtatim locus inferni patens fuit. Ad cuius introitum omnes tenebræ protinus ſunt effugatæ. Et ſic caliginem inferni ſuæ Deitatis radio clarifice illuſtrauit. Et quia luce adueniente tenebræ diffugiunt, maligni ſpiritus à limbo diſcedentes inferno inferiori ſe omnes recluſerunt. O quantus tunc fuit luctus, & clamor in inferno inferiori inter ipſos demones virtute Chriſti fugatos, & proſtratos: miſeræ animæ in eorum poteſtate poſitæ perceperūt; quæ præ ira, & ſuperbia ipſorum ab eis pro tūc ſunt acrius cruciatæ. Clauſtris, & portis patefactis inferni, quid egit Chriſtus circa ſanctos in limbo exiſtentes, & alios in purgatorio pro tunc morantes? Certa multa beneficia eis contulit.

Et primum: quia omnes depulit tenebras, eos illuminando animæ ſuæ glorificatæ & ſuæ Deitatis luce illuminauit: vt prædixerat. Iſa. cap. 9. habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.

Secundum ipſos beatificauit. Nam eis ſuam Deitatem oſtendit, cuius viſione omnes facti ſunt beati, & ſic viderunt animam Chriſti Deitati vnitam ineffabili vnione.

Tertium omnem dolorem, & triſtitiam ab eis effugauit, quæ eis inerant ratione loci viſionis demonum, & tentationis, & hoc ſuæ Deitatis oſtenſione, qua gaudio ſummo ſunt repleti.

Quartum hoſtes demones ab eis effugando: luciferum captiuauit. Quo viſo iuxta pſal. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam &c. iocundati ſunt.

Quintum ipſorum exilium à patria cœleſti per tantum tempus terminauit, & hoc ſuæ Deitatis demonſtrationem, & in breui ad cœlum cum ipſo aſcenſione.

Sextum limbum ſanctorum patrum perpetuo clauſit, & obſeruauit, ad ipſum enim locum nō eſt amplius fidelium deſcenſus: & ſic ipſum totaliter euacuauit. Ad limbū nunc nemo deſcendit.

Septimū de humani generis facta redemptione per ipſum & reconciliatione declarauit, ac quæ paſſus eſt, & quanta reſerauit.

Octauum cœlum amodo eſſe apertum per eū, qui habet clauem Dauid, & hæreditatem reſtitutam, demonſtrauit.

Nonum poteſtatem diaboli, quo ad deductionem iuſtorum ad limbum totaliter diſsipauit: Nam nullum poteſt illuc deducere, niſi ad purgatorium.

Decimum aliquos ſanctorum ipſorum patrū ad perfectam reſurrectionem in ſua reſurrectione deputauit. Et ſic patet quid egit Chriſtus eis. Sed quid Chriſto ipſi ſancti patres egerunt in limbo degentes? certe repleti ſunt gaudio, & lætitia.

Primo ipſum venerabiliter ſuſceperunt.

Secundo adorauerunt vt Deum.

Tertio hymnum nouum omnes generaliter, & quilibet particulariter, ſcilicet Adam. Eua. Noe. Abraham, & ſic de alijs decantauerunt eidem confitentes: quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eis. Et quia de hoc dictum eſt in opere de vita beatæ Mariæ fructu 53. vide ibi: quare hic dimitto ob breuitatem ad præſens. Sed dum Chriſtus Deus noſter cum ſanctis, ſic ſtaret in iubilo latronis anima crurifragio à corpore exuta, à ſanctis angelis ſuſcepta, Chriſto protinus eſt præſentata,

tata, quæ ſtatim viſa Deitate Ieſu glorificata eſt,& quod Chriſtus promiſerat impleuit,ſcilicet quod hodie eſſet cum ipſo in paradiſo, vere fuit in paradiſo Deitate Chriſti inſpecta, qua,& ſtatim glorificata eſt.

Dub. Quintum dubium videndum & inquirendum
Sol. eſt. Ad quæ loca Chriſtus deſcendit. Reſpondetur quod Chriſtus non deſcendit ad infernum inferiorem: quia ipſi ſunt omni gratia priuati: quia nullum abinde extraxit, verum eſt quod deſcendit ad ligandum diabolum,&
Apoc.19. luciferum,vt habetur. Nec ad limbum puerorum cum culpa originali decedentium: quia cum ab omni gratia ſint ſeparati: meritum paſſionis Chriſti,ſe ad eos non extendit: quare nullum à dicto loco liberauit. Deſcendit ergo ad purgatorium: quia illi erant in gratia, & ſuæ paſsionis efficacia remitendo omnem pœnam abinde traxit,& liberauit,& duxit eos ad quartum locum, ſcilicet limbum patrum, qui propter obſcuritatem loci: vtpote in centro terræ limbus, ideſt obſcurus eſt vocatus,qui etiam dictus eſt ſinus Abrahæ: quia ibi Abraham cum alijs erat. Et quia iſti in gratia erãt, & culpa carebant, omnes abinde per Chriſtũ ſunt extracti hora, ſcilicet reſurrectionis vt di
Nota. cetur. Ex iam dictis patet quomodo intelligi
Act. 2. tur illud Petri, quod Ieſus ſolutis doloribus inferni,ideſt purgatorij reſurrexit. Item illud pſal. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori: poteſt intelligi: quia peccatis ſuis illuc deſcendiſſet, niſi gratia Dei præſeruatus fuiſſet, vel poteſt dici,quod quilibet prædictorum locorum dicitur infernus inferior: quia omnia loca prædicta ſunt in inferioribus partibus: puta in centro terræ.

Dub. Sextum dubium inquirendum. Cur Chriſto
Sol. perſonaliter talia loca adire complacuit? Reſpõdetur quod hoc fecit,vt ſummam dilectionem ad ipſos oſtenderet. Inſuper decebat vt qui pretium ſoluit ad redimendum, redemptos acciperet,& ad ſe traheret,& deduceret.

Dub. Septimum dubium inquirendum,quanto tem
Sol. pore in limbo fuerit. Reſpondetur,quod tanto tempore Ieſus ſtetit in limbo: quanto tempore corpus eius iacuit in ſepulchro. Et ſi inueniatur quod Chriſtus ſtatim ſanctos patres liberauit debet intelligi, non à loco recedendo, & educendo pro tunc: ſed eos beatificando, & ſua gloria illuminando. Præfatis ergo ſuccinte viſis, & in opere beatę Mariæ diffuſæ tactis loco iam dicto: patet expoſitio primæ partis iſtius quintæ conformitatis videlicet Ieſu genus, ſcilicet humanum eripitur tam à diaboli manibus, quam ab omni dolore,& loco inferni,vt ſuperiora declarant.

EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS huius quintæ conformitatis tertij libri videlicet Franciſcus conſtipatur.

FRANCISCVS conſtipatur, dicit ſecunda pars huius quintæ conformitatis, ſcilicet vallatur aĩabus purgatorij: inde in ſua morte ſuo merito, & diuina clementia concedente extractis. Vbi ſciendum, quod anima beati Fran. à corpore ſeparata: vt Chriſto eſſet conformis poſt mortem, ſicut fuerat in vita: ad purgatorium acceſsit, ac abinde multis animabus extractis earum vallatus eaterua cęlum adijt. Vnde ſicut anima Chriſti à corpore ſeparata deſcendit ad purgatorium, & patrum limbum, ac animas inde extraxit: ſic & conceſsit beato Fran. vt ad purgatoriũ vadens animas ab inde extraheret, & ſecum ad vitam beatam duceret. Hoc vtiq; fuit oſtenſum cuidam ſancto fratri: prout recitat frater Thomas in ſua legẽda; quo fratre hora trãſitus beati Fran. in oratione ſuſpenſo ipſe beatus Fran. purpurea indutus Dalmatica cum innumera eum ſequentium turba, tanquam princeps maximus mirabiliter glorioſus apparuit. Qui tandem ad amęniſsima loca perueniens, palatium miræ magnitudinis, & ſingularum delitiarum plenum introiuit. Hoc ipſum reſeratum eſt cuidam baroni moranti in alpibus iuxta Eugubium à demone per os cuiuſdam mulieris demoniacę hoc modo: prout dictus baro,qui erat de tertio ordine, & receptus à beato Fran. duobus fratribus euntibus Romã ab ipſo receptus ad hoſpitium declarauit, dicens. Ego ad ordinem tertium à beato F. ſum ſuſceptus, & indutus ab ipſo habitu tertij ordinis. Et ad hoſpitium meum ipſe beatus Fr. ſæpe diuertit,ac ipſum in iumento meo ſępe per hæc montana deduxi, quo voluit, quando erat debilis. Cum enim beatus Fran. ad has meas partes primo perueniſſet,eſſetque incognitus, ac inſolita prædicaret: parum de eo curabatur. Ego vero ſigna in eo ſanctitatis deprehendens,conuocatis de diſtrictu,& dominio meo, hominibus cępi eum comẽdare, & vt eum libenter audirent hortari. Populus autem, recepto guſtu, prædicationis illius, ac eius cognita ſanctitate cęperunt eum venerari, & prędicationem eius auide frequentare, quaſi mihi dicerent,iam non propter tuam loquelam ſed mirabili eius doctrina ipſum audimus. Ex hoc beatus Fran. factus eſt mihi familiaris,& ob deuotionem quando potuit ad me,declinauit. Ipſe etiam dedit mihi poteſtatẽ recipiendi ad ordinem, quos volebam, & & plures iam recepi. Et tandem ab eo,ad quẽ

ſemper optaueram, ſcilicet hunc ſtatum recepcus ſum. Illo autem tempore fuit quædam fœmina apud me, quæ ab acuto demone erat obſeſſa: ſicut multis diſputationibus, quas cum ipſa habere ſolitus ſũ, fui expertus: licet enim in ſtudio Bononienſi ſatis profecerim: vt ſcire poteſtis, tamẽ acutior me erat. Et quando mihi aliquando concluderet, inſultabat mihi dicens, vbi eſt ſcientia tua, quam Bononiæ didiciſti? Cum autem aliquo tempore tranſacto: beatus Fran. mortuus eſſet in Aſsiſio: demon, qui prædictam fœminam tenebat, aberat, & ipſa fœmina per biduum requieuit. Statum autẽ, vt redijt fremens, & furens, miſeram fœminam plus ſolito vexauit. Vocatus autem ego adueni, & quare ſic faceret, & vbi fuerit requiſiui. Et ipſe reſpondit. Ego fui, vbi ille mendicus mortuus eſt, ſcilicet Franciſcus amicus, & pater tuus. Tunc Ego Heu eſtne mortuus pater meus? Quid ibi egiſtis? Et demon reſpondit. Plurimi adueneramus, ſed in eo nihil de noſtro inuenimus, nec appropriare ad eum potuimus præ multitudine angelorum. Et quia tu illi familiaris fuiſti: iuſſus ſum aliqua ſecreta tibi pandere de ipſo, & de ordine ſuo: quorum plurima tu ipſe videbis. Et ego dixi. Narra quod vis: ego autem credam quantum mihi placuerit. Et demon reſpondit. Malo te nõ credere: ſed hac vice mentiri mihi non licet. Iam abundabat iniquitas, & propter hoc prouocata diuinitas videbatur velle mundum incendere plagis multiplicatis, & terminũ mundi maturare. Vnde rogauit patrem filius: vt adhuc ſibi plures deputaret, qui ſuæ crucis baiuli numerum ſaluandorum augerent, & tunc dedit ei pater Franciſcum cũ ordine ſuo, qui licet ſit adhuc paruulus, tu videbis ipſum vehementer multiplicatum, & omnibus præualentẽ, qui ſcilicet nobis ſingulariter infeſtus, plures de noſtris manibus eruens, peſsimos peccatores ad ſalutem perducet. Nec à tempore Apoſtolorum ſuſtinuimus ab aliquibus tale dãnum. Nos autem ipſis prout poterimus reſiſtemus, & eis aduerſa procurabimus. Multa autem contra ipſum conſtituimus. Sed hoc nobis reuelatum eſt, quod eos impedire non poterimus vſq; ad annos antichriſti. Tunc autẽ redibit nobi poteſtas, & omnia ſubuertemus. Videns autem Chriſtus Franciſcum ſibi datũ pro ſignifero tanti ordinis, ipſi ſuorum vulnerum ſtigmata impræſsit, & clauos in manibus, & pedibus, & in latere dextro vulnus: ſicut iam patet in corpore ſuo, & plurimi iam viderunt ſicut tu certiſsime ſcies. Et iterum intulit, ſciſne quis erat Franciſcus? corporaliter quidem ipſum noueras: ſed mentem non noſti. Egregio regi ſeruierat, & ſolus ad eum venire non debuit ad gloriam: ideo datæ ſunt ei animæ de purgatorio pro ſuo comitatu pluſquam mille: quas ſuis meritis liberauit, vnde nos confuſi ſumus. Et addidit: videns mater Ieſu datum ſibi Franciſcum cum ſuo ordine petijt à patre ſibi numerum virginum augmentari, & tunc data eſt ei beata Clara cum ſuo ordine: qui etiam valde dilatabitur. Et hoc ipſe videbis ſimiliter. Et concluſit dictus baro. Hoc demon mihi narrauit: iam ſunt viginti anni elapſi, quod hæc dixit mihi, & beatus Fr. obijt. Patet ergo teſtimonio demonis, quod beatus Frã. de purgatorio multas animas traxit poſt mortem ſuis meritis, atque ad vitam æternam cum ipſis aſcendendo perduxit. Idipſum de extractione animarum de purgatorio in die defunctionis ſuæ, & annuatim die præfata, quod extrahat animas omnium, qui fuerunt de tribus ordinibus à beato Fran. inſtitutis, Chriſtus poſtquam dedit ſibi ſtigmata dixit, vt ſuperius conformitate 3. huius tertij libri eſt dictum. Sic ergo patet declarata conformitas 5. quo ad primam, & ſecundam partem, & quomodo intelligitur ex iam dictis apparet euidenter.

FRVCTVS VI. ET CONFORMITAS tertij libri, & 34. in ordine. Ieſu corpus intruditur. Franciſcus tumulatur. Expoſitio primæ partis videlicet Ieſu corpus intruditur.

MISERICORDIAE virtus cũ Deo ſummè placeat ipſo dicente per Oſeam prophetam cap. 6. Miſericordiam volo, & non ſacrificium, ac multis exemplis ſcriptura hoc probat, & uerbis ipſãque ſpeciali modo generi exhibuerit humano; tam incarnatione, quam mortis ſuſceptione hanc vtique ab alijs circa ipſum exhiberi voluit, & percepit. Et ſi principaliter, & modo ineffabili a ſua percepit matre Maria teſte Bernardo: & omnia opera miſericordiæ ab ea ſuſcipiendo: accepit etiam hanc, & ab alijs in victu, & alijs. Sed in ſpeciali, ipſo mortuo, ipſam in ſua complacuit habere ſepultura. Cum enim depoſitus, & amotus à cruce fuiſſet à Ioſeph, & à Nicodemo, & alijs perſonis deuotis, inuolutus in ſindone mũda, & vnguentis delibutus: vt pauper in ſepulchro non ſuo, ſed alieno eſt collocatus, vt hanc pietatis partem, quæ extollit Tobiam præcipue in ſe percipiendo, alij hoc exhibentes, & commendarentur, & præmiarentur. Et quia hæc ſepultura Chriſti qualiter fuerit facta, præſens hæc prima pars dicens. Ieſu corpus intruditur, petit declarari, ideo pro ipſius euidentia, & manifeſtatione, ſub quibuſdam dubijs videndum eſt de quæſito.

Primum dubium. An corpus Chriſti decuerit ſepeliri, Dub.

Vide hic immenſiſſima circa Chriſti ſepulturam. ſepeliri,cum corpus illud eſſet nobiliſsimum,
vtpote Deitati vnitum, videtur quod non in
terra, ſed ſuper cœlos collocari decebat.
Reſpondetur quod decens fuit.
Primo quia factum eſt, vt ipſe prædixerat, lo-
Matth.26. quens de Magdalena cum vngente in Betha-
nia: ſubdit. Mittens hic vnguētum hoc in cor
pus meum ad ſepeliendum me fecit.
Secundo, vt patribus ſepultis in hoc, ſicut &
in alijs ſimilaretur.
Tertio vt veritas ſuæ mortis veraciter demon
ſtraretur: Non enim aliquis in ſepulchro po
nitur, niſi quando iam de veritate mortis con
ſtat. Pilatus antequam licentiam dare voluit,
vt ſepeliretur, ſciuit à Centurione diligenter
ſi mortuus eſſet.
Quarto vt de ſepulchro poſtmodum reſurgen
do: alijs, qui ſunt in ſepulchro ſpem daret de
Ioan. 5. reſurrectione: ſecundum illud omnes; qui in
monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, &
qui audierint viuent.
Quinto vt noſtram conſepelitionem peccatis
Rom. 6. oſtenderet. Iuxta dictum Apoſtoli.
Dub. Secundum dubium. Cur more iudæorum vo-
luit ſepeliri, vt habetur.
Sol. Ioan. 19. Reſpondetur primo, quod ideo ſindone inuo
lutus eſt, & etiam vinctus: quia talia fieri non
poſſunt, niſi corporis contrectatione: quare
tali contactu, vere probatum fuit Chriſtum
mortuum extitiſſe.
Secundo voluit ſic ſepeliri, vt pietas, & miſeri
cordia, ac liberalitas ſepelientium commen-
daretur. Hanc tangit Aug. 1. de ciui. Dei.
Tertio quia mos iudæorum in ſepeliendo pro
tunc melior reputabatur, vtpote à ſanctis pa-
tribus traditus, & eis oſtenſus.
Quarto vt quales eſſent ſepelientes declarare
tur: quia ſindone munda, ideſt mente puri, &
aromatibus ideſt virtutum odoribus reſperſi.
Dub. Tertium dubium. In quo ſepulchro voluit do
Sol. minus Ieſus ſepeliri. Et reſpondet euangeliū
quod in ſepulchro nouo. In nouo voluit domi
nus ſepeliri, vt dicit Ambro. in libro de virgi-
nibus: quia ſi in ſepulchro veteri corpus Ieſu
eſſet locatū, & reſurrexiſſet, non ipſe, ſed alius
diceretur à Iudæis reſurrexiſſe. Similiter hoc
egit, ne poſt reſurrectionem ſuam alijs corpo
ribus remanentibus, ipſe remanſiſſe credere-
tur. Hanc tāgit Hieronymus. Hoc etiam factū
eſt propter Chriſti corporis reuerētiam, quia
ſicut Chriſtus elegit virginis vterum, in quo,
nec ante, nec poſt alius fuit, ſic & in tumulo,
in quo nullus poſitus fuerat, voluit ſepeliri.
Hanc tangit gloſa interlinearis. Et non ſolum
ſepulchrum fuit nouum: ſed in petra exciſum,
& hoc debite factum eſt duplici de cauſa.
Matth. 17. Prima vt tangitur in Glo. Ne ſi ex multis lapi-
dibus eſſet ædificatum, ſuffoſsis lapidibus, &
fundamentis ablatum fuiſſe diceretur. Et ideo
propter dubitationem remouendam, ne dice
retur, quod diſcipuli eum furati fuiſſent, ideo
in ſepulchro exciſo in petra collocatur. Simi-
liter ſi in terra fuiſſet: dixiſſent ſecundum Au
guſt. per defoſsionem terræ furatum.
Secunda cauſa vt continens reſpondeat con-
tento. Chriſtus fuit lapis exciſus de monte pa
ternæ celſitudinis ſine manibus, ideſt hominis
operatione, vt habetur in figura Danielis 2. Dan. 2.
quare in lapide exciſo in petra collocatur.
Quartum dubium. Quare in alieno ſepulchro: Dub.
vtpote Ioſeph.
Reſpondetur. Primo propter paupertatem. Sol.
Chriſtus natus eſt in domo aliena: vtpote, in Matth.27.
diuerſorio ſic & conuerſatus. Vulpes foueas Lucæ 2.
habent, & volucres cœli nidos, filius autem Matth. 8.
hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.
Sic & moriendo, vt pauper in alieno ſepulchro
ponitur.
Secundo cum à morte detineri non deberet,
vt dicit Ambroſius in libro de virginibus: qua
re ſepulchrum proprium habere noluit.
Tertio vt oſtenderet, quod propria domus ſua
non eſt in terris, ſed in cęlis, vt dicit ibidem
Ambroſius.
Quarto, vt dicit Ambroſius ibidem: vt oſten-
deret, quod non erat paſſus pro ſua, ſed pro
aliorum ſalute.
Quintum dubium. Cur potius eſt locatus in ſe Dub.
pulchro iuſti, ſcilicet Ioſeph, qui erat vir bo-
nus, & iuſtus, vt dicit euangeliū, quam aliorū.
Reſpondetur, vt dicit Ambroſius in libro de Sol.
virginibus, & glo. 22. vt oſtenderet, quod ip-
ſe Ieſus moritur in corde peccatoris, & reſur-
git in corde, & mente iuſti, & ſe potius habi-
tare in corde iuſti, & quieſcere, quam pecca-
toris.
Secundo ad oſtendendum, quod ſi in præſen-
ti vita mali mixti ſint bonis, poſt mortem ma-
li per ſe, & boni per ſe erunt, & ſtabunt.
Sextum dubium. Quare eſt poſitus in ſepul- Dub.
chro in horto ſito, & non in loco alio ſolem-
niori.
Reſpondetur, vt oſtenderet, quod peccatum Sol.
Adæ in horto delitiarum commiſſum: per
Chriſtum expiatum eſt, & homines libera
tos eſſe à morte peccati. Item vt fidelibus vbi
collocaretur poſt mortem, ſiue in eccleſia, ſi-
ue alibi non curandi exemplum præberet.
Septimum dubium. Cur Chriſti monumentū Dub.
magno lapide eſt clauſum, vt dicit euangeliū:
cum tamen in breui abinde eſſet per reſurre- Matth. 17.
ctionem progreſſurus.
Reſpōdit gloſa. Super illud aduoluit lapidem Sol.
&c. Vt ſine auxilio multorum remoueri poſ-
ſet. Ac ne iudæi dicerent diſcipulos corpus
aſportaſſe, ad ipſum introitu, & acceſſu. Simi
liter, vt declararetur, quod poteſtati Chriſti, nec
lapis, nec aliqua creatura poteſt obſiſtere.
Octauum dubium. Cur dominus voluit, vt eius Dub.
ſepulchrum ſigillaretur.

Reſpon-

Sol. Rãdetur ꝙ hoc eſt diuina voluntate factum. Primo ne diſcipulis poſſet obijci, ꝙ aperto hoſtio aſportaſſent corpus: quare ſigillatur. Secũdo vt magis autẽtica eſſet reſurrectio ſi gillo, & monumẽto clauſis manẽtibus, & intactis.

Tertio vt paſsione Chriſti de noſtra ſalute, & reconciliatione chirographum Chriſtum feciſſe oſtenderet: charta fuit corpus, attramentum fuit ſanguis effuſus, calamus, claui: reſtabat ſigilli impreſsione firmari, quod fuit in monumento. Et ſic impletum eſt illud. Scripſit in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes &c.

Hiere. 32.

Dub. Nonum dubium. Cur monumentum cuſtodi bus fuit præmunitum.

Matth. 27.

Sol. Reſpondetur ꝙ ratio litteralis eſt, vt diſcipuli arcerentur, ne eum poſſent furari: vt dicitur. Et præfata omnia diuina prouidẽtia ſunt ordinata ad maiorẽ Chriſti reſurrectionis au ttenticationem: vt à nullo poſſet negari.

Qualitas ſepulchri Chriſti. Sed nota, ꝙ Chriſti monumentũ habuit duas conditiones.

Prima quo ad colorem: fuit enim coloris albi rubeo mixti, & hac de cauſa, vt oſtenderetur, ꝙ intus erat ille, qui eſt candidus puritate, & munditia rubicundus charitate cantico. 5.

Secunda quo ad diſpoſitionem. Magiſter dicit in hiſtoria ſcolaſtica: ꝙ monumentũ Chriſti habuit ſeptem palmos in longitudine, & tres in altitudine: vt oſtenderetur, ꝙ quatuor mundi partes ad fidem trinitatis debebant venire. Sed altitudo in tribus oſtenditur: quia Ieſus, qui fuit in monumento eſt ille, qui tribus digitis appendit orbem terræ. Sic ergo patet de cõditionibus ſepulchri Chriſti. Quod ſepulchrum, vt patet ex ſerie euangeliorum eſt valde venerandum, ipſum enim honorauit Chriſtus ſua requie: nõ vna hora, ſed pluribus. Sancti Angeli apparitione intus, & extra. Apoſtoli viſitatione. Deus mira operatione: vt dicetur conformitate ſequenti. Maria filij ſui locatione in eo. Magdalena lachrimarum irrigatione. Demones cuſtodum proſternatione, & cœleſtis militia angelorum, & ſanctorũ patrum Chriſti aſſociatione. Ex præfatis ergo apparet expoſitio primæ partis huius conformitatis, videlicet. Ieſu. corpus. ſ. à matre, & alijs fidelibus intruditur monumento. ſ. pro ſepultura. Et ſic eſt breuiter prima pars declarata.

Iſa. 40.

✠

SECVNDAE PARTIS CONFORmitatis ſextæ. ſ. Franciſcus tumulatur. Expoſitio.

Viſo in parte præcedẽti de Domini Ieſu à ſua matre, & alijs ſepelitione: videndum eſt nunc, quomodo poſt mortem beatus Franciſcus fuit ad inſtar Chriſti tumulatus, & qualis eſt conformitas in hoc ipſius ad Dominum Ieſum Chriſtum.

Vbi ſciendum ꝙ ad ſepulturam beati. F. plura concurrerunt.

Primum fuit beati Fran. præcepti obſeruatio. Mandauerat ipſe ſanctus moriens fratribus: vt poſt mortem Chriſto ſimilaretur, ꝙ dimitterent eum nudum ſtare in terra per ſpacium vnius milliarij, quod fratres ſeruauerunt, ſic enim ſtetit, vt in hoc etiam Chriſto ſimilis reperiretur, ſeu conformis.

Secũdum fuit ipſius beati. Franciſci induitio. Chriſtus depoſitus de cruce lotus fuit mirra, & aloe conditus, & nouo ſindone inuolutus. Beatus Franciſcus à fratribus lotus, tunica noua de panno, quem Angelo mandante, & beato Franciſco, ipſum optante, domina Iacoba de ſeptem ſolijs detulerat, facta fuit indutus.

Tertium fuit, ꝙ ſicut Chriſto depoſito è cruce, & reclinato in gremio ſuę matris, planctus magnus factus eſt, & ſpecialiter à Magdalena. Sic beato Franciſco migrante, ſocij, & fratres pro ſubtractione, tam amabilis patris illachrimabant, & nihilominus gaudio, non modico fruebantur, videntes illa ſigna dominica in eius corpore, quæ tanto opere celarat. Sed ſpecialiter ipſius beati Franciſci filia, velut altera Magdalena Domina Iacoba de ſeptem ſolijs, quæ cum duobus aderat filijs, orbata tanto patre in terris, deuotas lachrimas emittebat: Semper enim ipſa præſens fuit, & ceram, & omnia pro ſepultura copioſiſsime miniſtrauit.

Quartum ad videndum Chriſtum de cruce depoſitum vndique diſcipuli, & alij fideles conuenerunt, & ſi timore prius ſe abſentaſſent. Sic beato. Fran. mortuo, totus populus Aſiſii confluxit: ad ſtigmata videndum, & corpus oſculandum.

Quintum eſt, Corporis quo ad ſtigmata contrectatio: ſicut Chriſto mortuo, manus, pedes, & latus, à matre, diſcipulis, Magdalena, & alijs ſunt omnia contrectata. Sic beatus Franciſcus fuit totus contrectatus, quo ad ſtigmata manuum, pedum, & lateris, à pluribus, qui poſtea de hoc teſtimonium reddiderunt. Et ſpecialiter à Domino Hieronymo milite, qui de hoc dum prius eſſet incredulus, efficacius ipſa ſtigmata præ alijs ſcrutatus fuit.

Sed

Sed nota, ꝙ in corpore beati. Fran. duo miracula apparuerunt poſt mortem.

Primum, ꝙ cum tam natura, quàm infirmitate corpus beati Fran. ad nigredinem declinaret, candore nimio ſtatim poſt mortem renituit: vt iam ſecundę ſtollæ videretur pulchritudine decoratum.

Secundum de tractabilitate membrorum ipſius, quæ adeo facta ſunt tractabilia: vt conuerſa viderentur in teneritudinem puerilem, & ſignis innocentiæ decorata. Et quia caro erat alba, claui ſtigmatum nigri, optime cernentibus apparebant in manibus, & pedibus. Vulnus verò lateris rubra cicatrice obductum: roſa quędam pulcherrima videbatur. Quare videntibus erat ad ſtuporem tam inſolita cernere. Et proculdubio etiam ad gaudium: vidẽtes in carne humana, ſcilicet, in corpore beati Fran. renouata ſignacula ſummi regis. Incitamentum erat ad ſequendum Chriſtum: cum cernerent Chriſti imitatorem perfectum, domino tanto ab ipſo domino præmiatum. Erat etiam inductiuum reuerentię, & deuotionis ad beatum Franciſcũ intuentes eum, ſic à Chriſto, dilectum, & Chriſto ſic conformem effectum: nihilominus ad robur erat fidei Chriſtum cernentes in ſeruo ſuo Franciſco tam mira, & inſolita operatum fuiſſe.

Sextum eſt Corporis beati Franciſci ad locũ ſepulturæ delatio. Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſtquam depoſitus de cruce in gremio, & brachijs beatę Mariæ, & aliorum ſtetit, & aromatibus conditum fuit: quia in loco crucifixionis non erat ſepeliendus: ſed alibi de prope: Beata Maria, Ioannes Euangeliſta, Magdalena, Ioſeph, Nicodemus, & alij corpus Ieſu tolentes, ad ſepulchrum deduxerunt, & in ſepulchro nouo, vbi nullus fuerat depoſitus ſepelierunt. Beatus Franciſcus; & ſi ſabbato de ſero migrauit: non tamen ſtatim eum ſepelierunt. Ratio quia, & ſi cor beatus Franciſcus dimiſit ſepeliendum in loco ſanctæ Marię de Portiuncula vbi deceſsit: ad oſtendendum amorem, quem habebat ad locum præfatum, & ſic eſt factum. Nam aperto corpore beati Franciſci cor accipientes, & interiora in loco ſanctæ Mariæ ſepelierunt. Tamẽ quia beatus Franciſcus Aſiſij ſe in colle inferni, id eſt vbi malefactores puniebantur, dimiſit ſepeliendum ex humilitate, in loco videlicet, vbi nunc iacet: propter noctem corpus illuc ſtatim deferre noluerunt. Corpus ergo fratres accipientes, & feretrum panno portato à Domina Iacoba de ſeptem ſolijs adornantes, ac cæreorum multiplicatis luminibus, per totam noctem Deum laudauerunt: non exequias defunctorum, ſed excubias præferentes angelorum. De mane autẽ populo congregato, corpus ipſius fratres tollentes, cum hymnis, & cãticis, & cum arborum ramis, & cæreis multis, à loco Sanctæ Mariæ Aſiſium perduxerunt. Sed cum ipſum Aſiſium ducerent declinantes à recta via Fratres aliquantulum, & ad ſanctum Damianum pergentes: iuxta vaticiniũ Beati Franciſci, qui dixerat ſe à beata Clara cum ſuis ſororibus videndum beatæ Claræ, & ſororibus hoſtio à crate amoto, corpus intus miſerunt, & oſculandum, ac contrectandum præfatis exhibuerunt. Vbi beata Clara, & ſorores indicibilem conſolationem habuerunt, cõtrectando patrem, & ſtigmata illa Chriſti oſculantes. Et tunc beata Clara conata eſt clauum à manu remouere, ſed non potuit. Et quia ſe orbatas videbant, tanto patre amariſsimas lachrimas effundebant: vt delatio corporis Beati Franciſci in planctu ad ſepulchrum ſimilis eſſet Domino Ieſu Chriſto. Perducto autem corpore Aſiſium: quia in dicto loco, vbi ſe indicauerat ſepeliendum, nulla erat habitatio eius ſacrum corpus in quadam capſa noua, de lignis incluſerunt, ac inde poſito in Eccleſia Sancti Georgij depoſuerunt, vbi nunc eſt monaſterium ſanctæ Claræ, & corpus eiuſdem. In dicta Eccleſia puerulus ipſe Beatus Franciſcus litteras didicit. Ibi primitus prędicauit, & demum primum locum quietis accepit. In dicto loco ſtetit bene per quatuor annos, vſque quo fuit tranſlatum eius corpus ad locũ, vbi nunc iacet, qui locus fuit primo dictus collis inferni, nũc autem collis paradiſi vocatur. In quo loco humilitate beatus Franciſcus ſe ſepeliendum dimiſit. Pro quo ſciendum, ꝙ poſito corpore beati. F. in Eccleſia ſancti Georgij: Fratres ad Conſules euntes, qui Aſiſium gubernabant, petierunt locum ad humandum beatum. F. & Eccleſiam, & locum ędificandũ; & vt Deo placuit: vt intentio beati. Fran. perficeretur, nullus locus pulchrior, aptior, & melior inuentus eſt in tota ciuitate Aſſiſij, loco iam dicto. Et ſic locum pręfatum ciues tradẽtes fratribus, ibidem Eccleſiam; quæ nunc eſt, fundauerunt, & locum: & Eccleſia fundata, & loco; tranſlatum eſt corpus de Eccleſia ipſa ſancti Georgij, ad locum vbi manet nunc. Quæ tranſlatio facta eſt anno Domini. 1230. anno ſecundo poſt eius canonizationem; quæ canonizatio facta eſt anno ſecundo poſt eius mortem. ſ. 1228. 17. kalen. Auguſti. Dicta trãſlatio facta eſt tẽpore generalis capituli apud Aſiſium celebrati; vbi affuerũt vltra duo millia fratrum. Et fuit tunc tantus concurſus populorum; ꝙ ciuitas Aſiſij non potuit eos capere. Vnde fuit neceſſe, ꝙ in campis ſtarent extra ciuitatem. Nunquam in tranſlatione alicuius ſancti conuenit tantus populus: ſicut in tranſlatione beati. Fran.

Septimum eſt miraculorum operatio: Sicut Chriſtus ante mortem, in morte, & poſt mortem; & ſpecialiter in ſepulchro fecit miracula: vt dicetur conformitate ſequenti. Sic beatus

Sepulturæ. B.F. ſeries.

Nota.

Translatio. B.F. quo tẽpore fuit facta.

tus.Fr.& ſi multa ante fecerat in vita; ſtatim enim mortuus incepit maximis,& multis corruſcare ſignis,& prodigijs, vt dicetur conformitate.11.& 12.huius tertij libri. quibus adhuc in dicto loco dominus Gregorius nonus cum catalogo ſanctorum aſcripſit.
Octauum eſt ſepulchri clauſio; ſicut ſepulchrū Chriſti fuit clauſum,& ſignatum cum cuſtodibus: ſic beati Fr.ſepulchrum fuit clauſum: vt nunquam deinceps patuerit alicui; eius corpus ſimul cum capſa fuit portatum, & poſitū vbi nunc iacet.
Nonum ꝙ ſicut de corpore Chriſti poſito in ſepulchro nihil extra remanſit; immo ꝙ extra remanſerat.ſ.ſanguis in reſurrectione poſitū fuit in corpore, & ſepulchro: ſic de corpore beati F. taliter enim clauſum extitit: vt nihil de ipſo penitus pro reliquijs, & veneratione reperiatur,vel inueniatur: excepto corde, vt dicitur à corpore extracto, & in ſancta Maria ſepulto,& poſito. Et ſanguis,qui de beato.Fr. reperitur, & ſi poſſibile eſt, ꝙ ſit de corpore eius; tamen eſt de eius imaginibus,ad probādum eum vere ſtigmata habuiſſe; diſtillatus, & effuſus, ſicut conformitate.3. huius libri tertij dictum eſt de fratre prędicatore;qui voluit ſtigmata radere,& ſanguis emanauit.
Decimum eſt corporis in primo loco permāſio. Sicut Chriſtus quadraginta horis,vt dicit Auguſtinus.4.de Trinit.cap.6.ſtetit mortuus, & triginta ſex in ſepulchro, & poſtea in de reſurrexit. Sic beatus. F.ſtetit quadraginta menſibus,& parum plus in primo loco; tranſlatus ad Eccleſiam, in qua nunc iacet: eius lapidē primarium ipſe Papa Gregorius nonus manu propria poſuit; dictamq; Eccleſiam ab omni iuriſdictione inferiori eximens auctoritate Apoſtolica; ipſam caput,& matrem totius ordinis fratrum minorum inſtituit: prout in legenda trium ſociorum in fine habetur. Præmiſſis ergo apparet declaratio ſecundæ partis.ſ.Frā. tumulatur. patet etiam conformitas plurima tumulationis beati.F.ad tumulationē Domini noſtri Ieſu Chriſti. Laus ipſi Amen.

FRVCTVS VII. ET CONFORMItas tertij libri, & 35. in ordine.ſ. Ieſus decor attenditur. Fran. venuſtatur.

Expoſitio primę partis,videlicet.Ieſus decor attenditur.

Dignißima de Chriſti reſurrectione.

In conformitatibus Virginis vi de fruc.57.

DE Domino noſtro,& Saluatore quomodo fuerit glorioſus; quo ad corpus, & hoc in ſua reſurrectione à mortuis, & quibus apparuit gloriæ ſtolla decoratus: prout exigit prima pars huius ſeptimæ conformitatis loquuturus: duo ſuccinctè erunt vidē da; quia prolixe fructu.67. in lib.de vita Virginis Mariæ tractaui. Primum eſt de Chriſti reſurrectione qualiter eſt perpetrata. Secundò quomodo eius caro glorioſa à terrenis hominibus eſt viſa,& manifeſtata.
Quantum ad euidentiam primi eſt ſciendum: ꝙ Chriſti reſurrectio primo fuit decentiſsima: decentiſsimum enim fuit Chriſtum reſurgere à mortuis.
Primo vt ſcriptura impleretur dicens.Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. erit radix Ieſſe &c. Sequitur. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. die tertia ſuſcitabit nos, & vt dicit Apoſtolus. Quia ſurrexit ſuſcitabit nos. expecta me in die reſurrectionis meę dicit Dominus. Sacra ſcriptura eum vocat Deū patrem futuri ſeculi. Omnipotentem: Dominum virtutum,& regem gloriæ. Sacerdotem in æternum;& ſic de aliis: quæ minime intelligi poſſent ipſo à mortuis non ſuſcitato. Figuræ multæ ſunt in ſacro eloquio dormitionis Chriſti per mortem,& eius reſurrectionis: Sicut eſt de ſomno Adami.de dormitione Iacob ſupponendo lapidem capiti ſuo &c.& de mane ſurrexit. De Sanſone, qui dormiuit vſque ad noctis medium. De Iona qui tribus diebus ſtetit in ventre cęti, poſtmodum exiuit &c.& ſic de alijs: quę pandunt primo Chriſti ſoporem per mortem, & demum reſurrectionem eius ad vitam.
(Pſal.15. Iſa. 11. Oſee. 3. Sopho. 3. Iſa. 9. Exo. 15. Gen. 2. Gen. 26. Iudic. 16.)
Secundò vt veritas manifeſtaretur, Chriſtus promiſerat ſe reſurrecturum die tertia.Mat.in pluribus locis: quare quia veritas eſt, decuit eum reſurgere. (Ioan. 14.)
Tertio id ipſum decebat diuinam iuſtitiam. Chriſtus voluntarie pro noſtra redemptione aſſumpſit mortem, & fuit innocentia decoratus: quare corpus ab incineratione,& putrefactione conſeruari decebat; quæ eſt pœna peccati. Inſuper Chriſtus ſuam quo ad corpus glorificationem promeruit: quare diuina iuſtitia eam ſibi dare debuit. (Nota.)
Quarto erat decens propter nos. Primo vt reſurgendo de noſtrā reſurrectione ſecundum Apoſtolum ſpem certam daret. Inſuper beatitudo noſtra corporalis; quia corpus noſtrum erit beatificandum, non eſſet; quia in viſione humanitatis Chriſti beatæ quo ad corpus: eſt noſtra corporea beatitudo.
Quinto Iudæorum prauitas hoc exigebat, vt confunderetur; cuius oppoſitū fuiſſet ſi Chriſtus non reſurrexiſſet.
Sexto decebat Chriſtum reſurgere, ne impotens Chriſtus argueretur; & per conſequens non Deus, qui eſt omnipotens non reſurgendo vtique fuiſſet. Multæ aliæ ſunt congruentiæ, quas ad præſens ommitto.
Sed hic ſunt aliqua dubia ex quo decebat reſurgere Chriſtum.
Primum dubium. Quare non ſtatim reſurrexit; (Dub.)

tur. Similiter vt videatur ſi vult;& ſi non vult non videatur. Aliter poteſt dici;ꝙ naturaliter
Dub. non eſt palpabile; ſed bene ſupernaturaliter. Tertium dubium, quomodo corpus tale poteſt videri cum ſit iuproportionatum potentię viſiue.
Sol. Reſpondetur vt dictum eſt:ꝙ in eius poteſtate eſt videri,& non videri. Aliter poteſt dici qđ claritas corporis glorioſi,non eſt ex ſe diuerberatiua aciei viſiuę;aut contriſtatiua viſus:ſicut eſt virtus ſolaris. Sol enim ſplendet,& calet:ratione ſecundi, non primi virtutem viſiuam confundit. Non ſic eſt de luce illa corporis glorioſi,non.n.diſſpat, ſed magis eſt viſus adunatiua,confortatiua,& delectatiua.
Dub. Quartum dubium. Quia videtur, ꝙ diabolus omnia prædicta poſsit exercere.
Sol. Reſpondetur, ꝙ ſi attenditur finis propter quem iſta fiebant; & ſuper quibus circumſtantijs, diabolus iſta non poſſet facere.
Idẽtitatet perſonæ ꝓbatio multiplex. Secundo ſaluator probauit identitatem perſonę primo per viſum,& tactum.ſ.per cicatricum oſtenſionem dicens. Videte manus meas
Lucæ 24. & pedes meos; quia ego ipſe ſum: palpate,&
Ioan. 21. videte. Et Io. oſtendit eis manus,& latus.
Sed hoc eſt dubium de cicatricum reſeruatione. quare Chriſtus ipſas reſeruauit à mortuis reſurgendo.
Reſpondetur ꝙ pluribus de cauſis.
Prima ad oſtendendum ꝙ ille idem, qui crucifixus eſt, poſtea à mortuis reſurrexit.
Secunda vt ipſas oſtendendo patri,ſecundum Bernardum placet ipſum contra peccatores.
Tertia in ſignum ſui triumphalis victorioſi certaminis,virtutis,& meriti:Sanctis enim ad gloriam erunt ſigna ſuarum paſsionum: vt dicit Augu.22.de ciui.Dei cap. 20.
Quarta vt Iudæi,& alij videant tempore iudicij,quam contempſerunt.
Secundo probauit identitatem perſonæ per ſenſus ſcripturæ apertionem, dando eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. vt habetur. Sa
Lucæ 24. cra ſcriptura prodit Chriſtum reſurgere debuiſſe idem numero,qui & paſſus,tam verbis, quàm figuris.
Tertio idem probauit per reductionem verborum ad memoriam, quæ ante mortẽ prius eis dixerat de ſua paſsione, & reſurrectione,
Lucæ 24. vt habetur.
Quarto per panis fractionem, quia eundem modum tenuit in pane frangendo poſt reſurrectionem: vt ante paſsionem faciebat.quare ꝙ idem numero eſſet,& eadem perſona reſurgens cum moriente oſtendit.
Tertio probauit ſe omni miſeria depoſita in gloria reſurrexiſſe,& hoc per dotes corporis, per ſubtilitatem ad eos intrando ianuis clau-
Dotes corporis quot & quæ. ſis, & de ſepulchro clauſo egrediendo. Sed aduertendum ꝙ licet quatuor ſint dotes corporis glorioſi.ſ.ſubtilitas,agilitas,claritas,& impaſsibilitas, ſubtilitatem oſtendit, vt dictum eſt: agilitatem oſtendit, quia ſtatim euaneſcebat,& vbi volebat,ſtatim aderat, impaſsibilitatem,quia ſine læſione intrabat,ad eos,& exibat, licet ergo ſic oſtenderit dotes: tamen præcipuê per ſubtilitatem. Ratio, quia ad ipſam alię ſequuntur,& non e conuerſo,vt patet diſcutienti. Sic ergo tribus probatis, patet ꝙ eius reſurrectio fuit veraciſsima.
Idipſum arguunt multiplex apparitio Chriſti diuerſis exhibita poſt reſurrectionem: Ipſa die reſurrectionis quinque vicibus apparuit.
Primum Magdalenæ. Ioan. 2.
Secundo alijs Marijs,& eas ſalutauit.Mat.vlt. Mar.vlt.
Tertio Petro. Mar.vlt.
Quarto duobus diſcipulis euntibus in Emaus. Mar. 16.
Quinto diſcipulis.Thoma abſente. Lucæ 24.
Apparuit etiam ipſa die primo.B.Mariæ:vt di Ioan. 20.
cetur. Alijs diebus apparuit primo diſcipulis, Ioan. 20.
& Thomæ cum eis. Ioan. 20.
Secundo diſcipulis piſcantibus. Mar.16.
Tertio diſcipulis in monte Thabor.Matth.vlt. Act. 1.
Quarto Recumbentibus.Vndecim diſcipulis. Lucæ 22.
Quinto in monte Oliueti; quando abijt in Galat. 1.
cęlum. Apparuit etiam.500.fratribus ſimul.
Probata eſt etiam reſurrectio eſſe veraciſsima per Angelos. Ipſa die reſurrectionis quatuor Angeli apparuerunt: vnus extra ſepulchrum, alius intra ſepulchrum, duo alij apparuerunt Magdalenę: vnus ad caput Chriſti ſepulchri: alius ad pedes, & iſti eum dixerunt reſurrexiſſe. Sic ergo teſtimonio præfatorum appa-ret: ꝙ reſurrectio Chriſti eſt veraciſsima.
Quarto reſurrectio Chriſti fuit fœliciſsima, quia omni miſeria depoſita, & defectibus. Primo depoſuit, & dimiſit reſurgendo mortalitatem,& accepit immortalitatem.
Secundo obſcuritatem corporis; induendo claritatem.
Tertio terreſtritatem; capiendo ſubtilitatẽ.
Quarto ponderoſitatem, accipiendo agilitatem.
Quinto ſeruitutem,ſumendo ſuper omnes poteſtatem.
Sexto infirmitatem,& paſsibilitatem;poſſidẽdo impaſsibilitatem.
Septimo temporalitatem; transferendo ſe ad ęternitatem.
Octauo luctum; arripiendo perfectam iocunditatem.
Nono debilitatem; ſumendo fortitudinem, & vigoroſitatem.
Decimo triſtitiam, & miſeriam; capiendo pacem,& tranquilitatem.
Vndecimo tranſit ab inſtabilitate vitæ præſentis; ad ſecuritatem.
Duodecimo ab humilitate; ad ſuper omnes imperioſitate.
Sic ergo patet ꝙ reſurrectio fuit fęliciſsima.
Quinto reſurrectio fuit vigoroſiſsima tam in

extractione patrũ à limbo, quàm in ſe, & ſua virtute à mortuis ſuſcitando.
Sexto reſurrectio fuit ſtabiliſsima; quia reſur rexit à mortuis, & mors illi vltra non dominabitur: vnde Christus dicitur primogenitus mortuorum. ſ. ante quẽ nullus reſurrexit propria virtute; perenniter victurus.
Septimo reſurrectio Chriſti fuit mirabiliſsima, & ſtupendiſsima: Nam miracula multa, & magna Chriſti reſurrectione ſunt operata. In ſepulchro primvm miraculum eſt terremotus magnus; qui vt dicit Hierony. ad Albinam non eſt factus more ſolito; ſed ita magnus. vt concuteret omnia, & euerſionem terræ minaretur.
Secundum miraculum, ꝙ ſepulchro clauſo, & ſigillato remanente; Chriſtus abinde reſurgendo exiuit. Sed poſt per Angelum eſt apertum, ad oſtendendum Chriſtum vere reſurrexiſſe.
Tertium miraculum fuit angelorum in monumento apparitio; qui quatuor (vt dictum eſt) apparuerunt.
Quæ miracula circa corpus Xpi reſurgentis facta ſunt. Matth. 28.
Quartum miraculum fuit cuſtodum ſepulchri proſtratio, qui facti ſunt velut mortui. Sed circa corpus Chriſti facta ſunt miracula.
Primum corporis lacerati, & vulnerati ſubita redintegratio.
Secũdum ipſius corporis, nè in ſepulchro per triduum corrumperetur præſeruatio.
Tertium perfecta corporis reorganizatio, ſi in aliquo ex cõtractione deorganizatum fuiſſet.
Quartum vt ſubito fit factum incorruptibile.
Quintum ſanguinis à corpore emiſsi ſubita recollectio, & in corpus ſepulchro clauſo reintromiſsio.
Sextum ſubita corporis animatio, & viuificatio.
Septimum indita corpori, quo ad quatuor dotes. ſ. ſubtilitatem, agilitatẽ, claritatem, & impaſsibilitatem decoratio.
Octauum ſubita aeris illuſtratio; quæ facta eſt in hora reſurrectionis.
Nonum ſubita à mortuis reſurrectio, & corporis beatificatio: Nam ante nullus reſurrexit à mortuis; cuius corpus beatificaretur, niſi Chriſti.
Decimum eſt ipſius corporis tam grandis (vt dictum eſt) de ſepulchro clauſo egreſsio.
Vndecimum aliorum Chriſti virtute à mortuis reſurrectio: & vera ſecundum Ambroſiũ.
Duodecimum ſui corporis in diuerſis locis oſtenſio, & apperitio, vt dictum eſt. Præfatis ergo apparet de primo, quod erat vidẽdum, ſcilicet de Chriſti reſurrectione; quomodo, & qualiter fuit perpetrata.
Reſtat ergo videre ſecundo, quibus fuit demõſtrata: quia dicitur in prima parte, ꝙ Ieſus de cor attenditur: videndum eſt à quibus ipſe eſt viſus: & quid in videntibus effecerit. Pro cuius euidentia ſciendum ꝙ decor, id eſt. Chriſtus totus glorioſus viſus eſt à pluribus. Nam multis apparuit.
Almæ Virgini Mariæ Chriſtus reſurgens primo apparuit.
Primo B. Mariæ; licet enim Euangeliſtę de apparitione Chriſti facta B. Marię nullam fecerint mentionem; vtpote quia ſolum de illis apparitionibus ſunt loquuti: quibus tam rõne teſtium, quàm ipſis apparitionibus fides probaretur: & quia teſtimonium maternum: vt plurimum eſt ſuſpectum propter affectum matris ad filium.
Vide conformitat. B. Virginis fruc. 17. per totum.
Primo tamen deuotus Bernardus probat, ꝙ B. Marię Ieſus eius filius in reſurrectione apparuit; vtpote primo, quia nulla fuit ea gratia viſionis dignior.
Secundo quia nulla fuit expectationis feruentior.
Tertio nulla deprecandi inſtantia vehementior.
Quarto apparenti intimior.
De gaudijs Marię in apparitione filij poſt reſurrectionẽ.
Quinto nulla in diſcurrendo quietior.
Sexto nulla ea innominatior. Euangeliſtæ de ea mentionem non fecerunt, cauſa vt dictum eſt. Inſuper quia nullus dubitaret; ſed certe crediderunt: ꝙ primo matri, quàm alijs apparere deberet, & ſic apparuit. Quo eidem apparente: indicibili gaudio eſt repleta propter multa.
Primo videndo filium omnis paſsibilitatis, & doloris euaſiſſe miſeriam, quod ſuis optant filijs parentes.
Secundo intuendo cum omni ſtola beatitudinis perfectum.
Tertio quia Chriſtus cum conſortio ſanctorum: quos à limbo extraxerat, apparuit matri, vt pie creditur, & ipſi Dei genitrici gratias peregerunt: præfatos. B. Maria cernendo patres ſuos antiquos iocundatos, & beatificatos ſummo gaudio tenebatur.
Idem in fructib. B. Virginis fruc. 17.
Quarto virgo gaudebat amplexando filium ad omnem modum ſuę lætificationis.
Quinto conſiderando omnem noſtam beatitudinem in filio ſuo eſſe ordinatam gaudebat, & quo ad animam in ſua Deitate; & quo ad corpus in beatificata humanitate.
Sexto audiendo à filio, & ſanctis aliis quid egerat apud inferos, & diabolum ligauerat.
Septimo gaudebat videndo gaudium ſanctorum patrum, & aliorum liberatorum à limbo, & à manu diaboli.
Octauo gaudio iocundabatur videndo filium veridicum eſſe demonſtratum, quia (vt dixerat) tertia die reſurrexit à mortuis.
Nono quia cum reſurrectio Chriſti non niſi Dei virtute fieri poſſet, & omnipotentia, ſic ergo cernendo Chriſtum reſuſcitatum à mortuis: cum omnipotentem lætabatur eſſe eum probatum.
Decimo quia ſciebat filium ſuum declaratum

dominum

dominum, & Imperatorem cunctorum: Hac enim reſurrectione data eſt ei omnis poteſtas in cœlo, & terra.

Vndecimo, quia hac reſurrectione, & ſuam & aliorum ab ipſo primogenito mortuorũ, potenter, ac decenter ordinatum eſſe.

Duodecimo ad lætandum beatam Mariam inducebat, videndo filium triumphatorem tam de demonibus, quos apud inferos ſuperauit, quàm de Iudęis, qui ipſum crucifixeruut, dicẽtes eum ſeductorem, qui veraciſsimus fuit, & vt promiſerat à mortuis reſurrexit: Iocundata eſt beata Matia ſic filium cetnendo reſuſcitatum perpetuo victurum, & ſic ipſe dolor paſsionis conuetſus eſt in ſummam lætitiam, & gaudium dominicæ reſurrectionis.

Et ſi quæratur qualis erat eius filius poſt reſurrectionem.

Reſpondetur, ꝙ erat ſpecioſus prę filijs hominum, ſole fulgentior; & pulchrior quocunque creato. Et per conſequens eſt quidam ſplendor, & decor: vt dicit iſta prima pars iſtius conformitatis.

Secundo dominus Ieſus ſpeciali modo apparuit Magdalenæ; quæ domina paſsione amaricata, & ipſum ſuũ dilectum quærendo, lachrimosè tandẽ eum vidit. Sed quomodo vt decor, & ſplendor eidem eſt manifeſtatus? Vade & dic fratribus meis: aſcẽdo ad patrem meũ. (Ioan. 10.) Et conſequenter Chriſtus eidem oſtenſus eſt glorioſus.

(Quæ Chriſtus reſurgens Apoſtolis fecit.) Tertio apparuit ſanctis Apoſtolis, & alijs diſcipulis; quibus multa faciendo qualiter vt quidam decor ſit eis oſtenſus apparebit. Chriſtus reſurgendo ſanctis Apoſtolis fecit plura. Primum quod eis fecit eſt, ꝙ tripliciter dicendo Pax vobis, triplicẽ pacem eis dediſſe oſtẽdit, ſcilicet inter Deum, & hominẽ pro homine ſatisfaciendo: Inter Angelos & homines: Inter homines, & homines: quia infideles ab ipſo longinqui, ad pacem veræ fidei per ipſos Apoſtolos erant deducendi. dedit eis etiam triplicem pacem; pectoris dando ſpiritũ ſanctum, temporis quia gaudebant dignos ſe habitos pro nomine domini Ieſu contumeliam pati, (Act. 5.) & æternitatis; quia ſpiritus ſanctus ſecũdum Paulum ad Rom. eſt pignus, & arra, in quo eſt perſeueranter, redemptionis æternæ.

(Ioan. 20.) Secũdo materiam gaudij infudit. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Nec immerito; quem tot doloribus ſubiectum inſpexerant, viderũt eum perfecta reſurrectione gaudentem.

(Lucæ vlt.) Tertio conſternatos vigorauit dicens eis. Pax vobis, ego ſum nolite timere, concedendo de ſe eis fiduciam contra omnes poſsibiles aduerſitates.

Quarto eos ſalutando ſalutem, & præoptauit, & præparaſſe declatauit: dicens Auete, & (Matth. 28. Ioan. 20.) dicendo ad patrem meum; & patrem veſtrum. Quo ſequitur ipſum patrem habendo; cum ipſo finaliter permanſuros.

Quinto eis lumen indidit; aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas Luc. 24. quod fuit præcipuum donum, & ſingulare.

Sexto de ſua ſacra reſurrectione certificauit di. Videte manus meas.

Septimo ſpiritum ſanctum eis tribuit di. Accipite ſpiritum ſanctum &c. (Ioan. 20.) qui eſt ſpiritus paraclitus, & per conſequens omnem conſolationem ipſo ſpiritu tribuit.

Octauo familiariter cum ipſis ſe habuit: ponendo ſe in medio eorum. (Ioan. 20.) Et oſtendendo ſe palpabilem. (Lucæ 24.) Et cum ipſis comedendo. (Ioan. 20.)

Nono ſe verum Deum declarauit. Chriſtus apparendo in galilea diſcipulis in monte. (Mar 16. Matth. 28.) ſequitur. viderunt eum, & adorauerunt.

Decimo ſuam omnipotentiam eis pandidit di. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra &c.

Vndecimo viam perueniendi ad vitam ęternã declarauit eis di. (Matth. 24. Mar. 16.) Baptizate omnes gentes in nomine &c. & ſequitur. Qui baptizatus fuerit ſaluus erit.

Duodecimo ſe eis ſemper adeſſe tam ſacramentaliter, quàm protectione, & auxilio reſeranit di. Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi, (Matth. 28.) & ſic apparet ꝙ dominus in reſurrectione ſua, & poſt ſanctos ſuos diſcipulos viſitauit multipliciter, ſalutauit, aſſecurauit, exhilarauit, cum eis manducauit, ſe palpandum præbuit, de ſua potentia declarauit, ſpiritu ſancto afflauit, dimittendi peccata auctoritatem tribuit, roborauit di. Ecce vobiſcum ſum &c. demones expellendi facultatem conceſsit, ſcripturæ intelligentiam indidit, de faciendo miracula virtutem donauit. Quibus omnibus, & eis ſe oſtendit, & alijs fidelibus eſſe vigorem, valorem, decorem, & ſplendorem ſua reſurrectione animarum noſtrarum patet. Ex quibus patet declaratum, ꝙ erat ſecundo videndum, quomodo Chriſtus illis, quibus apparuit, ſe oſtendit eſſe decorem, & ſplendorem, & honorem totius humanæ naturę. Et ſic patet quomodo prima pars. ſ. Ieſus decor attenditur, eſt intelligenda ad laudem ſui. Amen.

SECVNDAE PARTIS HVIVS ſeptimæ conformitatis, videlicet. Franciſus venuſtatur. Expoſitio.

VIso quomodo dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt mortem ſuam apparuit beatæ Marię matri ſuę, & diſcipulis, atque aliis glorioſus, & conſequẽter, vt quidam candor & decor (vt prima pars dicit huius conformitatis) reſtat nunc videre, quomodo beatus. F.

viſus eſt poſt ſuam mortem : vt ſecunda pars dicit,ꝙ F.venuſtatur.i. totus venuſtus, & clarus eſt viſus,& declaratus. Et hoc intendit ſecunda pars iſtius conformitatis declarare. Quòd.n. beatus F. ſic fuerit viſus poſt mortẽ clarus,ſplendidus,& gloria corruſcus : frater Bonauen. in 14. parte legendæ maioris oſtendit.

Primo quomodo eius anima eſt viſa, vt.n.ait ipſe Bonauen. Hora ſui tranſitus vnus ex fratribus,& diſcipulis eius : aliqui dicunt ꝙ fuit frater Berñ. de Quintaualle ; & alij dicunt ꝙ fuit frater Iacobus ; qui iacet humatus in loco.S.Mariæ de Angelis Aſsiſij ; ſed de his non eſt cura. Vidit ergo dictus frater, & diſcipulus beati.Fr. animam illam beatam ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ, ac candidã ſubuectam nubecula, ſuper aquas multas in cęlum recto tramite furſum ferri,tanqam ſublimis ſanctitatis candore prænitidam, & cœleſtis ſapientiæ ſimul, & gratiæ vbertate repletam, quibus vir ſanctus promeruit locum introire lucis, & pacis:vbi cum Deo ſine fine quieſcit.

Secundo idipſum oſtenditur per viſionem : quam ſex fratres viderunt ſanctitate conſpicui,& ſepulti in præfato loco.S.Mariæ de Angelis,qui ſimul viderunt animam beati.F. ſub ſpecie ſolari cœlum adire.

Tertio id oſtendit apparitio facta Epiſcopo Aſsiſinati ; qui ad montem Garganum deuotionis cauſa perexerat ; qui hora ſui tranſitus apparens beatus Fran. totus præclarus, & lætus:eidem dixit ſe mundum relinquere, & cœlum adire.

Quarto frater Auguſtnus miniſter terræ laboris,vir ſanctus, & iuſtus : cum in hora vltima poſitus, & iam per diem loquellam amiſiſſet, audientibus; qui aſtabant,ſubito clamauit,& dixit. Expecta me pater,expecta; ecce iam venio tecum. Quærentibus fratribus,& mirantibus multum, cui ſic loqueretur : audacter reſpondit. Nonne videtis patrem noſtrum.Frã. qui vadit ad cœlum? Et ſtatim ſancta ipſius anima migrans à carne, patrẽ eſt ſequuta ſanctiſsimum. Sic ergo cœlum beatus. Fran. adibat : quare cum iret vallatus agminibus ſanctorum(vt dicetur conformitate ſequenti) totus gloriæ decore erat,quo ad animam venuſtatus,& ornatus. Quis enim fidelium habere poſsit in dubium,quin ſtatim animæ beati.F. diuina claritas ſit manifeſtata,qui vbique pñs eſt, & à beatis quocunq; pergant beatificè cõtuetur? Quare anima beati.F.à corpore ſeparata (vt dicit doctor frater Bonauẽ.) à viſione illa beatifica in minimo nõ eſt ſeparata,& retardata ; aqua paries corporis dũ viueret, diſiungebat. Anima enim in corpore exiſtẽs, cum eſſet tota in Deum transformata ; quare poſt egreſſum à corpore eſt gloria perfectiſsima quietata, & totaliter illuſtrata gloria, & ornata. Sic ergo apparet ꝙ ſicut anima domini Ieſu à corpore egreſſa,eſt perfectiſsimè glorificata in portione inferiori, & quietata, ſic & anima beati.F. eſt ab ipſo Chriſto glorificata : quod oſtendit tam ſolaris claritas, quàm ſtellaris ; ſub cuius ſpẽ cœlum adire eſt conſpecta : vt dictum eſt. Sic ergo patet ſuccinctè declarata ſecunda pars.ſ. Franciſcus venuſtatur.

FRVCTVS VIII. ET CONFORmitas libri tertij. Et x x x v j. in ordine. Ieſus ductor ſuſcipitur.F.laureatur.

Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus ductor ſuſcipitur.

AScenſionis dominicę,quia de ipſa loquitur pñs particula prima huius conformitatis ; volendo pro conſolatione noſtra tractare ipſam materiã : ſub reſponſionibus ad quædã dubia, duxi præſentibus tractare ſuccinctè.

Primum dubium eſt,cum anima Chriſti ab inſtanti ſuæ conceptionis,quo ad partem ſuperiorem perfectiſsimè fuerit glorificata, & in parte inferiori poſt mortem anima ipſa à corpore egreſſa, ac à mortuis reſurgendo totus, quo ad corpus, & animam fuerit perfectiſsimè beatus : cur cœlum adire voluit, cum ſua beatitudo ex hoc non ſit aucta? Dub.

Reſpondetur ꝙ cœlum adire voluit pluribus de cauſis. Sol.

Prima quia ſic requirebat eius corporis natura. Naturaliter quodlibet corpus habet locũ ſuum ; & cum corpus Chriſti eſſet glorioſum, & conſequenter eſſet impaſsibile:quare infra ſperam actiuorum,& paſsiuorum eius nõ erat locus : eſſet enim ſubtilius elemento; quare ſuper omnes cœlos eſſet clariſsimum:quare in cœlo empireo,vt in proprio loco decebat locari.

Secunda cauſa,quia ſic exigebat noſtra factura. Cœlũ peccato fuerat clauſum, & per Chriſtum precio ſoluto apertum : ideo ad ipſum aſcendere cœlum decebat;vt per ipſius mortẽ nobis apertum monſtraretur.

Tertia cauſa,locus enim beatificus,etſi ad beatitudinem eſſentialem non ſpectet : pertinet tamen ad accidentalem. Quare vt corpori ſuo cœlum pro beatitudine accidentali daret, adijt. Sed Saluator aſcenſionis ſuæ quatuor cauſas aſsignat.

Prima fuit ad locum Apoſtolis pręparandũ. Ioan. 14.
Secunda ad Deum pro nobis exorandũ. Ego rogabo patrem de vobis. Ioan. 16.
Tertia ad ſpiritum ſanctum deſtinandum. S. Ioan. 6.

enim

enim non abiero; paraclitus non veniet ad
vos. Si autem abiero; mittam vobis eum.
Quarta ad cum patre permanendum, & ſtan-
Ioan. 14. dum. Vado ad patrem &c.
Dub. Secundum dubium, cur aſcendere Saluator
tantum diſtulit?
Sol. Reſpondeo primo, vt ſuam reſurrectionem
Act. 1. comprobaret. Hanc tangit Lucas.
Secundo ad ſuæ matris, & aliorum conſolatio
Act. 1. nem. Glo. Sicut. 40. horis fuit mortuus: ſic &
40. diebus eſt poſt ſuam reſurrectionem con-
uerſatus; quia conſolatio diuina triſtitiam
excedit humanam: Nam pro hora dies; pro
die menſis, & pro menſe anuus datur. Alias
cauſas aſsignat Leo Papa in ſermone de Aſcē
ſione; qui incipit. Poſt beatam, & glorioſam
&c. vide ibi.
Dub. Sed hic eſt dubium, vbi ſtetit iſtis. 40. diebus:
non poteſt dici cum Apoſtolis; quia euane-
ſcebat ab oculis eorum.
Sol. Reſpondetur de certo, ꝙ in Paradiſo cœleſti
quo ad locum non fuit. Sed vbi fuerit docto-
res variē loquuntur: aliqui dn̄t, ꝙ fuit in Pa-
radiſo terreſti, & delitiarum, licet .n. non eſſet
locus ſpirituum, erat tamen ibi diſpenſatiue
ad tempus: alij dn̄t ꝙ ſemper fuit inter Apo-
ſtolos, & fideles; licet ipſi ſemper non eum vi
derunt. Teneatur quod placet.
Dub. Tertium dubium quid peregerit Chriſtus an-
te ſuam aſcenſionem?
Sol. Reſpondetur quod plura. Et primū eſt apperi
tionis. Nam ſecundum magiſtrum in hyſtoria
ſcolaſtica; bis ipſa die apperuit.
Mar. 16. Primo recumbentibus 11. diſcipulis, vt dicit,
& fuit in monte Sion in cęnaculo. Secundo in
monte Oliueti, quando benedixit eis, & cœ-
lum aſcendit.
Lucæ 24. Secundum fuit fortis increpationis, & de quo
Mar. 16. dicitur ibidem de cordis duritia, quia nō cre-
debant eum vere reſurrexiſſe à mortuis.
Tertium fuit comeſtionis. Comedit cum eis,
vt vere ſe reſurrexiſſe probaret, & dilectionē
ad ipſos ſic comedendo oſtenderet.
Quartum fuit iniunctionis officij prędicatio-
Mar. 16. nis. Euntes in mundum vniuerſum, prædica-
te euangelium omni creaturæ &c. id eſt omni
homini cuiuſcunque exiſteret nationis.
Quintum ſolemniter inſtitutæ promulgatio-
Matth. 16. nis. Baptizantes eos in nomine patris, & filij,
& ſpiritus ſancti: & ſic formam expræſsit, quā
non fecerat ante,
Sextum gratiæ miraculorum conceſsionis di.
Signa autem eos, qui crediderint, hic ſequen-
tur. In nomine meo demonia eicient &c.
Septimum reſponſionis ad interrogata: An re
Act. 1. gnum iſrael reſtitui deberet. Reſpondit. Non
eſt veſtrum noſſe tēpora, vel momenta,: Qua-
re futura à nobis indagari non debent, & inu
tiles quæſtiones indagari non decet.
Octauum familiaris itinerationis, & ſocialis

Poſt comeſtionem eduxit eos foras. Luc. 24.
ſcilicet a monte Sion, & Ieruſalem. Nec cre-
dendum eſt, quod ipſos dimiſerit vſque ad
montem Oliueti.
Nonum dulciſsimæ locutionis: vbi ſciendum
quod in omnibus præfatis virgo Maria ſem-
per præſens fuit, licet de ipſa mentio non ha-
beatur. Ratio quia dicitur quod poſt Chriſti Act. 1.
aſcenſionem, omnes reuerſi ſunt ad montem
Sion cum Maria &c. Eundo ergo de ſuo di-
ſceſſu, alloquebatur matrem, & diſcipulos: &
de multis informauit. Si nunquam ſic loqu-
tus eſt homo: quanto magis tunc dulcius lo-
quebatur.
Decimum eſt ſtationis: Nā peruento ad mon
tem Oliueti, nō ſtatim ab eis diſceſsit, ſed per
ſpatium cum eis ſtetit, & tunc (vt dicit.) Man- Lucæ 24.
dauit eis ſedere in ciuitate, donec virtute in-
duerentur ex alto.
Vndecimum ſponſionis miſsionis ſpiritus ſan
cti ſuper diſcipulos, & promiſsionis. Baptiza- Act. 1.
bimini ſpiritu ſancto.
Duodecimum ſingularis benedictionis. Bene Lucæ 24.
dixit eis, quæ benedictio vt efficaciſsima ap-
præhendit eos.
Quartum dubium eſt qualiter aſcendere com Dub.
placuit domino noſtro Ieſu Chriſto.
Reſpōdetur quod dominus Ieſus voluit aſcen Sol.
dere.
Primo magnifice quo ad ſocietatem, ipſi vt
triumphatori, & omnium imperatori, & om-
nium imperatori tota cęleſtis patria obuiam
proceſsit. Inſuper duxit ſecum omnes, quos à
captiuitate limbi, & purgatorij extraxit, iuxta
dictum pſal. Aſcendens in altum captiuam du
xit captiuitatem.
Secundo feſtiuē, & hymnidicē quo ad laudum
multiplicem ſuauitatem pſal. Currus Dei decē
milia lętantium, omnes enim ciues cęlici hym-
nizando obuiam eidem euntes præcedebant,
ſic & ſancti cum ipſo, & poſt ipſum incedentes
laudabant, de quibus laudibus quia dictum
eſt in opere de vita B. Mariæ fructu 58. hic eas
repetere omitto, aſcendit ergo Deus in iubila
tione ait pſal.
Tertio aſcēdit cœlū mirifice, quia omni depo
ſita mortalitatis miſeria, & oīs beatitudinis
ſtola aſſumpta quo ad corpus, & ſic glorioſus
totus aſcendit, & ſic impletum eſt illud pſal.
Confeſsionem induiſti, ſcilicet quo ad animā;
& decorem amictus lumine ſicut veſtimento,
quo ad corpus, tunc impletum eſt illud. Vide- Iſa. 33.
bunt regem in decore ſuo, plus ſepties ſole te
ſplendebat.
Quarto aſcendit publice: Nā videntibus apo
ſtolis, & alijs eleuatus eſt: & ſatis credendum
eſt quod illud apoſtoli tunc eſſet verificatum; Galat. 1.
dominus Ieſus apperuit pluſquam quingen-
tis fratribus ſimul, & ſic de eius aſcenſione mul
ti teſtes fuerunt.

Nota. Quinto aſcendit gratifice, & hic quo ad modum: Nam aſcendit facie, & oculis ad orientem conuerſus, & ib hoc impletũ eſt illud pſ. Pſallite Deo qui aſcendit ſuper cœlum cęli ad orientem: quo exemplum Chriſtiani cęperũt orandi verſus orientem.

Sexto aſcendit citiuole: licet enim vſquequo à B. Virgine, apoſtolis, & alijs fidelibus videri poſſet, plane dominus aſcenderit: attamen ab oculis eorum nube acceptus ſpacium illud vſque ad cęlũ empireum in breui tempore adiit, iuxta illud pſal. Exultauit vt gigas ad currendam viam &c.

Dub. Sed hic eſt dubium: ſi talis motus fuerit ſubitus, vel ſucceſsiuus.

Sol. Reſpondetur quod accipiendo ſubito pro motu inſtantaneo: ſubitus non fuit: ſed ſucceſsiuus: etſi multum velox.

Dub. Secundum dubium, ſi talis motus, debet dici naturalis, vel violentus.

Sol. Reſpondetur ſi appelletur motus naturalis, ꝙ ſit cauſatus à corpore graui, vel leui vt alia corpora talia habent: quia corpus Chriſti non erat graue, nec leue tali modo, non poteſt dici, quod fuerit motus naturalis: ſi vero dicatur naturalis, quia à virtute propria mouetur: ſic poteſt, dici naturalis.

Septimo aſcendit viuificè; quia vigoroſè, & virtute propria: & hoc virtute diuinitatis humanitate ſibi vnitam eleuantis. Pſal. Exaltare domine in virtute tua, & ſi dicatur Pſal. dicit

Ioan. 20. Aſcendit; & Chriſtus dicit. Aſcendo ad patrem meum, & Luc. Act. 1. ꝙ aſſumptus eſt.

Mar. 16. Act. 1. Sed hic eſt dubium: quia dicitur, ꝙ nubes ſuſcepit eum.

Reſpondetur ꝙ non dicitur, ꝙ nubes eum ſuſcepit ferendo; ſed ſuſcepit, ideſt accepit ab oculis eorum. ſ. Apoſtolorum, & aliorum vt Chriſtum amplius non viderent.

Sed nunquid miniſterio angelorum eſt ſubuectus.

Reſpondetur ꝙ Angeli Chriſto venerunt obuiam: non ad eleuandũ; ſed ad obſequendũ, & venerandum, & ſic patet breuiter ad quartum dubium.

Aliud dubium eſſet quærendum. ſ. ad quem locum aſcendit; de quo conformitate ſequenti dicetur.

Dub. Quintum dubiũ an B. Marie, & Apoſtoli gaudium de Chriſti Aſcenſione habuerunt.

Sol. Reſpondetur ꝙ ſic: licet enim grauis eſſet abſentia D. Ieſu magiſtri ipſorum, & Saluatoris: habuerunt tamen materiam gaudendi ex multis.

Et primo ex comeſtione; quia Chriſtus cum eis amicabiliter comedit: vt eis ingereret gaudium & credulitatem.

Secundo ex Chriſti alloquutione. Non dubitandum ꝙ dominus ſicut abſceſſurus ab eis per mortem, loquutus eſt eis: vt patet in ſer-

Ioan. 14. mone edito, ſic cum eſſent melius diſpoſiti receſſurus, & iturus ad cęlum; ſingulari alloquutus dulcedine recreauit.

Tertio de grata promiſsione tanti doni. ſ. ſpiritus ſancti in breui ſuper ipſos miſsione.

Quarto de amplexu charitatiuo, piè credendum eſt ꝙ matrem, & diſcipulos ante ſuum abſceſſum eſt amplexatus, & ſic inter brachia Chriſti ſtare non ſine magno gaudio fuit.

Quinto de aſcenſu Chriſti videntes eum virtute propria aſcendere.

Sexto de gloria, & Chriſti claritate corporis; quæ tunc præ ſolito fuit manifeſta ſecundum Aug. in lib. de ciuitate Dei.

Septimo de illa tam multiplici, & nobili ſocietate angelorum, & ſanctorum. Vnde ſicut meritis ſanctorum eſt conceſſum pluribus talia audire, & videre; ſic & credendum eſt eſſe factum tunc circa Mariam, & diſcipulos: ꝙ diuina virtute perpenderunt.

Octauo de melodia facta Chriſto aſcendente; etſi omnium amęnitatem excedit; diuina tamen ipſam potuerunt virtute ſentire.

Nono de illa eis data benedictione à Chriſto aſcendente; quæ proculdubio eos in ciuitate, vt diſpoſitos appræhendit.

Decimo de angelorum ad ipſos aduentu; ad teſtificandum de domini Aſcenſione dicẽtes. Viri Galilei; quid ſtatis aſpicientes &c. Act. 1.

Vndecimo de Chriſti, & fidelium ingreſſu in cœlum: ianua tunc tanto tempore clauſa, aperta eſt, & ipſe cum ipſis intrauit.

Duodecimo de fęſtiua Chriſti à patre, & ſpiritu ſancto ſuſceptione, & ſingulari Chriſti (vt dicetur) locatione. Sic ergo aſcenſio Chriſti fuit gaudioſa, & omnibus fidelibus eſſe debet: quia ea (vt dicetur conformitate ſequenti) multa bona ſunt nobis exhibita, & ſpecialiter hæreditas ipſa vitæ æternæ data, & ſic patet ſuccinctè expoſitio primę partis, videlicet. Ieſus ductor. ſ. omnium ſanctorum, & electorum; quos à limbo, & purgatorio extraxerat ſuſcipitur, ſcilicet à patre, & ſpiritu ſancto, & tota cœleſti curia.

SECVNDAE PARTIS, VIDELICET Franciſcus laureatur. Expoſitio.

QValiter beatus Fran. cœlũ intrauerit: hæc ſecunda pars dicens. Fráciſcus laureatur, ideſt laureatus, & victorioſus cœlum glorioſus ingreſſus eſt: depromit. Et pro huius euidentia ꝙ beatus F. triumphaliter, & glorioſè cœlum aſcendit; eſt ſciendum: ꝙ præfata oſtendit ſanctitas beati. Frau. quæ conſiderata patebit euidenter ipſum beatum Fr. triumphaliter cœlum intraſſe. Saluator. n. noſter

noſter Dominus Ieſus Chriſtus ad comprobandum merita ſeruorum ſuorum (vt dicit. B. Hierony in ſermone de aſſumptione, non ſolum ad ipſos perſonaliter acceſsit ante mortem, vt eius viſione gaudioſa animę ſine dolore, & pœna à corpore egrederentur: ſed etiam ipſas animas benignisſimus ſuſcipere dignatus eſt: ſicut pater de B. Marco Euangeliſta. Ioãne Euangeliſta, & de alijs pluribus. in alijs locis habetur. Ac etiam beatus Papa Greg. in libris dialogo, de pluribus recitat: vt de Tarſilla amita ſua, & alijs dicit: pie igitur quod ęgit dominus erga alios, & circa beatum. F. ęgiſſe merito poteſt credi, videlicet, ꝙ ei ſe prębuerit in morte videndum; qui in vita eidem pluries ſe oſtendit; ac eius animam ſuſcipiendo triumphaliter ad cœlum ſanctis inſerendam agminibus perduxerit, & hoc conſiderato Chriſti amore ad ipſum; cui præ alijs ſua ſacra ſtigmata imprimendo cęteris ſanctis reddidit celſiorem. Si enim antiqui victoribus procedebant obuiam tam Imperatorem, quã alij; vt de Romanis patet; qui omnes triumphanti obuiabant: ſicut Philippo Imperatori primo; qui obuiam Decio proceſsit de Roma vſque Veronam: vt legenda dicit beati Laurentij. De Diocleriano; qui per plura milliaria Maximiano, etſi deuicto à Perſis obuiauit. De populo Iſraelitico victorioſo Dauid, & Sauli cum timpanis, & canticis præcedente, vt patet. 1. Reg. 18. Quid penſandum eſt dominum Ieſum Chriſtum B. F. victorioſo de diabolo; quem ſumma humilitate: de mundo quẽ perfecto contemptu: de carne, quam auſteritate nimia ſuperauit, & vicit feciſſe? Certe ipſe rex regum Chriſtus, modo ineffabili animã beati. F. laureatam multiplici gloriæ corona: ad perhennem gloriam ſumma cum admiratione omnium triumphaliter deduxit: cum ipſe ſuis militibus pro victoriæ triumpho prębeat: quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aliquando aſcendit. Quapropter dominus Ieſus volendo beati. F. animam honore debito ad fęlicitatis pręmium adducere, quid egit? certe plura.

Primum fuit, ꝙ ipſe omnium redemptor, & ſaluator, ſua indicibili benignitate, & dilectione obuiam venit: in cuius occurſu ſe eidẽ patefaciendo beatificè, ipſum: qui videre Chriſtum in decore ſuo ſemper optarat, recreauit indicibili gaudio, & beatificauit.

Secundũ fuit, ꝙ ipſa mater ſummi regis Chriſti; quæ adire ſolet ad deuotos abeuntes; ad ſibi deuotum beatum. F. filij ſui ſignatum ſtigmatibus, proculdubio veniſſe obuiam credendum eſt: quem enim ipſa ſingulari modo in vita ſe diligere demonſtrauit, multotiens ſe eidem ſancto manifeſtando; in egreſſu animę, & deductione ad cœlum à fortiori ſe recreauit eidem.

Tertium beato Franciſco omnes ordines angelorum ierunt obuiam; vtpote eis conformi, tam diuinæ voluntatis impletione; quàm eorum officia exercendo. prout declaratum eſt lib. 2. conformitate. 13. Et ꝙ ſanctorum cęleſtium ſpirituum multitudo affuerit morti beati. F. & conſequenter animę eius eundo ad cœlum; demon dixit cuidam Baroni; de quo dictum eſt conformitate. 5. iſtius tertij lib. cui nunciando de morte beati Franciſci inter cætera dixit: ꝙ ipſe demon; qui loquebatur; cũ multitudine demonũ accedere voluit ad beatum. F. in morte; ſed non potuerunt, nec appropinquare ad ipſum, propter multitudinẽ angelorum; qui ad eius tranſitum ad deducẽdum eius animam ad cœlum conuenerant.

Quartũ fuit ille cętus Apoſtolicus factus beato. F. obuius; quibus ipſe beatus ſe iunxerat vitæ ipſorum per omnia ſuſceptione, & perfectiſsimo ad Chriſtum amore.

Quintum fuit, ꝙ ſancti martires beato. Frã. in in occurſum proceſſerunt; vtpote qui martir fuerat feruentiſsimo deſiderio; & demũ pluſquàm martir geſtatione paſsionis Chriſti in corpore ſuo per biennium, cum ſummo ipſius beati. F. dolore corporis. Quomodo B. F. etiam effectu, fuit pluſquam martyr.

Sextum ſancti doctores adeſſe minimè deſtiterunt; quem agnoſcebant ſuis prędicationibus, vita, & exemplo multos docuiſſe ad Chriſtum proſequendum, & maximum fructum feciſſe animarum, ſanctique confeſſores idipſum effeciſſe. ſ. ad animam deducendam beati. F. proceſsiſſe: vtpote qui vitam pauperem, & auſteram ad inſtar peregerat eorundem.

Septimum fuit ꝙ ſanctæ virgines obuiauerunt eidem; quibus puritate corporis, & animæ eſt ſimulatus, vt dictum eſt conformitate. 13. ſecundi lib. Alijque iuſti idipſum ægerunt, id eſt obuiam progredientes beato F. vtpote comitantes regem Chriſtum, & matrem. Multique alij, quos. b. F. tranſmiſerat lingua, vita, & exẽplo ad regnum facti ſunt ei obuiam; & ſpecialiter ſanctus Frater Petrus Catanij. 2. eius filius; qui ad regnum antè perexerat, & multis miraculis claruuerat, pergens ad cœlũ, factus eſt obuiam patri ſuo. B. Fr. cum pluribus alijs ſanctis fratribus; qui iam à præſenti vita deceſſerant; cum indicibili gaudio, & reuerentia ipſum excipientes ſociaret, tali ergo ſanctorum ſocietate dominus Ieſus beatum. F. voluit cœlos adire. Et quod maius, & deuotius eſt: fecit ipſum vt ſuum vexilliferũ cum vexillo crucis explicato in eius anima; ſtigmatibus in corpore relictis cęlum introire. Inſuper cum ipſe Chriſtus ſit iuſtus iudex, & dat vnicuique prout meruit; & intentionem, & voluntatem potius aſpicit, quàm opus; vbi opus ſubſequi ſpecialiter non poteſt: hinc eſt, ꝙ non ſolum modo præfato; ſed ſuper coronam glorię, triplicem aureolam ob martirium; ob prædica-

rionis

tionis officium; ob virginitatis priuilegium,
& præconium, capiti beati Fran. imponendo:
ſic laureatum, & coronatum ad gloriæm om-
nium ſanctorum paradiſum adire compla-
cuit. O quale gaudium erat videre animam
beati Fran. à ſummo rege, & eius ſacra matre
ad cœlum cũ ſanctis omnibus deduci; ac poſt
ipſum Frã. animas à purgatorio extractas in-
cedere; quę Franciſci gloriæ, & applaudebãt,
& talium poſt ſe deductio ad gloriam erat
beati Fran. conſiderata comitiua tam ſummi
regis, quam eius matris, tam Apoſtolorum,
martirum, confeſſorum, virginum, & cęleſtiũ
ſpirituum, quam animarum a purgatorio ex-
tractarum. Conſiderata eius coronatione tam
aureę, quam aureole. Conſiderato Chriſti ve-
xillo à beato Fran. ad cœlũ portato ligni triũ-
phalis, ſcilicet Chriſti paſsionis atque iubila-
tione: ac penſato quomodo beatus Fran. fuit
laureatus, vt victor: coronatus vt ſanctus: &
ſignatus vt ſuper omnes dilectus: patere po-
teſt quomodo ipſe glorioſè, & triumphaliter
cœli regnum eſt ingreſſus. Et non ſolum domi
nus Ieſus eum glorioſè ſuſcepit; ſed pater ipſe
cęleſtis, qui eum filio pro paſsionis ſignifero
dederat; ac ſpiritus ſanctus, qui eum ſanctifi-
cando in mundum direxerat; indicibili beati
ficatione beatum Fran. ſuſceperunt. Quibus
apparet breuis expoſitio ſecundæ partis huius
conformitatis videlicet Franciſcus laureatur,
ideſt laureatus, & victorioſus cœlum eſt glo-
rioſè ingreſſus ad laudem ſanctæ trinitatis.
Amen. Sic ergo apparet, quod quemadmodũ
dominus Ieſus triumphaliter eſt ingreſſus cœ
lum cum ſpiritibus cęleſtibus, & ſanctis omni
bus; ſic & beatum Fran. triumphaliter duxit
ad cœlum cum ſanctis omnibus, & angelis; ac
à purgatorio extractis animabus, & ſic con-
formitas in hoc apparet beati Franciſci ad ip-
ſum dominum Ieſum Chriltum.

FRVCTVS IX. ET CONFORMI-
tas 3. lib. Et 37. in ordine.. Ieſus tran-
ſcendens angelos. Franciſcus ſub-
leuatur. Expoſitio primæ par-
tis videlicet. Ieſus trãſcen
dens angelos.

SALVATOR generis humani
dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus, cum ſit ſanctus ſancto-
rum, non ſolum quia ſan-
ctos facit, vtpote Deus; ac
ab ipſo vt à capite omnis
gratia eſt, & donorum dif-
fuſio; quibus homo ſanctus
efficitur: ſed etiam per ſupereminentiam ſan-
ctus dicitur ſanctorum; omnium ſanctorum
merita ſuper excedens: hinc eſt quod cũ nul-
lus tam ad eius intenſiuum, quam extenſiuum
meritorium gradum queat attingere (vt ex di
ctis conformitatis quartæ huius 3. lib. appa-
ret) locum in præmio, & pro præmio ab aliis
tenere debet, & habere, prout hęc prima pars
9. conformitatis declarare intendit di. quod
dominus Ieſus, ſicut in merito: ſic & in primo
eſt tranſcendens quo ad locum, & ſtatum om
nes angelos, ideſt omnes cœleſtes, & beatos
ſpiritus. Quapropter pro huius euidentia ſi
quæratur ad quem locum dominus aſcendit,
& in quo gradu, & loco permanet. Mat. euan- Matth. 16.
geliſta dicit, quod ſedet à dextris Dei in cœ-
lo. Et Luc. dicit quod aſſumptus eſt in cœlum. Act. 1.
Et pro intelligentia prædictorum videnda
ſunt quædam.
Primo quid intelligitur per cœlum cum dici-
tur quod aſſumptus eſt in cœlum.
Reſpondeo quod cœlum in ſacra ſcriptura.
Aliquando accipitur pro cœlo materiali, &
iſtud eſt multiplex: vt dicunt doctores, ſcilicet
Sptem planetarum: firmamentum: criſtallinũ:
& empireum. Et ad litteram de iſto cęlo mate
riali eſt illud. In principio creauit Deus cęlum Gen. 1.
& terram. Et iſto modo cœlum accipiendo Cœlũ mul
dominus Ieſus ſuper omnes cœlos aſcendit, tipliciter
nam de monte Oliueti in quo multotiens ſte- accipitur
terat ad orandum, in quo fuit captus Mar. 26. in ſacra ſcri
in quo Antichriſtũ interficiet Zach. 14. & mun ptura.
dum iudicabit; omnes alios cœlos tranſcen- Lucæ 11.
dendo, ſcilicet Septem planetarum: firmamen Mar. 16.
tum; criſtalinum, ſiue primum mobile ad cœ Zach. 14.
lum empireum aſcendit, Ratio, quia cœlum
empireum eſt locus beatorum: (vt dictum eſt
conformitate præcedenti,) & ſolum compe-
tens beatitudini corporis eius pro loco natu
rali, & quod ſic effecerit: pſalmiſta dicit. Ele Pſal. 8.
uata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.
Aliquando accipitur cœlum pro cœlo ratio-
nali, ſcilicet pro homine. Nam vt dicit Iſa. 66: Iſa. 66.
cœlum eſt ſedes Dei. Et Salomon dicit, quod
anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, & conſequen-
ter Dei, & ſic homo iuſtus cœlum vocatur. Et
ſic accipiendo cœlum Chriſtus ſuper omnes
cœlos rationales aſcendit, ideſt vltra loca de-
bita humanis ſpiritibus beatis, patet: quia om
nes excedit merito, & gratia. Vnde Apoſtolus
Qui deſcendit, ipſe eſt, qui aſcendit ſuper om Ephe. 4.
nes cœlos, ſcilicet humanos ſpiritus, & præ-
mia eis debita.
Aliquando accipitur cœlum pro cœlo intelle
ctuali, ideſt natura angelica: quæ cœlum dici-
tur, iuxta illud. Tu forſitan cum illo fabrica- Iob. 37.
tus es cœlos, ideſt angelos &c. Et ſic accipien
do cęlum pro angelis, & beatis ſpiritibus ange
licis: ſic ſuper omnes aſcendit pſal. Aſcendit
ſuper Cherubin, & volauit &c.
Aliquando accipitur cęlum pro ipſa ſuperſub
ſtantiali diuina eſſentia, de quo cœlo eſt illud Iſa. 14.
luciferi dicentis. Aſcendam in cœlum, & ſequi
tur. Similis ero altiſsimo. Et illud. A ſummo
cœlo

Pſal. 18. cœlo ęgreſsio eius &c. Et iſto modo accipiendo cœlum : dicitur quod dominus Ieſus aſcēdit cœlum ideſt vſque ad ęqualitatem Dei: vt Matth. 16. declarabitur. Nam dicitur quod dominus Ieſus aſſumptus eſt in cœlum; & ſedet à dextris Heb. 1. Dei. Et; Qui ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, & ſic patet quomodo intelligitur ꝙ dominus aſcendit cœlum.

Secundum videndum eſt, quid intelligitur per Matth. 16. hoc quod dicit quod à dextris Dei. Et apoſtolus ad dexteram patris: Reſpondet magi. 3. diſt. 22. dicens in dextris Dei, ideſt in bonis potioribus patris. Vnde Glo. ſuper dictū Apoſtoli allegatum dicit. Heb. 1. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, ideſt dicit Glo. in excelſis non in loco Deū concludit: ſed oſtendit Chriſtum omnibus altiorem: & eminentiorem. Heb. 2. Vnde vt patet ex Glo. ſuper illud Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & conſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum, ideſt ſuper omnes poteſtate diuina, & dignitate: vnde eminentiam loci domini, & poteſtatis. Rom. 8. Et Glo. ſuper illud qui eſt in dextera patris. ideſt æqualis patri, vel in bonis potioribus patris, & hoc dicit Leo in ſermone de aſcenſione. Humanitas Chriſti eſt in æterni patris recepta conſeſſu: Conueniens enim erat vt illius gloriæ ſociaretur in throno, cuius & natura copulatur in filio. Sed vlterius aduertendum eſt, quod aliud eſt ſedere ad dexteram patris: & aliud eſſe in dextera patris. Primum enim ſoli Chriſto ſecundum apoſtolum conuenit, quia ſedere ad dexteram patris, ſecūdum Alex. de ales 3. parte 1. q. 252. Importat vnionem, vel æqualitatē, & quandam communicationem beatitudinis, & cōmunionem cum patre; quæ nulli alij à Chriſto conuenit. Sed eſſe in dextera, eſt eſſe in æterna beatitudine; quæ conuenit ſanctis alijs à Chriſto. Et pro iam dictorum euidentia eſt ſciendum, quod vt dicit magiſter 2. diſt. 7. ſancti, & illi, qui decedunt cum merito proprio, ad aliquem nouem ordinem angelorū; prout eorum erunt merita aſſumentur, quia ſicut nouem ſunt ordines angelorum, ſic & nouem erunt ordines beatorum hominum. Aliqui enim qui habebunt merita ſeraphin; in dicto erunt ordine, & alij habentes merita cherubin, ipſorum ordini inſerentur, & præmio, & ſic de alijs. Quapropter pueri decedentes cum ſacramento circūciſionis, vel alio ad hoc requiſito, ſcilicet contra peccatum originale, vt in veteri teſtamento, vel cum ſolo ſacramento baptiſmi, & ſine proprio merito, vnum ordinem faciunt. Et nouem ſunt beatorum angelorum, & hominum: ecce iam decem. Verum quia B. Maria exaltata eſt meritis ſuper choros angelorum, & inferior Chriſto; ipſa per reſpectum ad beatos; qui cum proprio merito deceſſerunt, & angelos; tenet decimum locū: & ſic eſt mulier, quæ inuenit decimam dragmam, ideſt decimum ſtatum in vita æterna. Sed per reſpectum ad pueros; ſic tenet vndecimum, humanitas Chriſti, & Chriſtus ipſe duodecimum gradum, & ſtatum tenet; quia ſupra omnia ſidera, ideſt omnes beatos ſpiritus angelicos, & humanos eſt exaltatus (vt dictum eſt) quia à dextris ſedet Dei; quod ſolum ſibi competit. Et vide quoniam dictum ipſius ſaluatoris in ipſo eſt verificatum, ſcilicet qui ſe humiliat exaltabitur; ipſe enim ſe humiliauit, deſcendendo, & veniendo in mundum, & ſtando multipliciter.

Sedere ad dexteram patris, & eſſe ad dexteram patris differunt. *Heb. 1.*

B. Maria tenet decimum locum.

Primo vſque ad carnis aſſumptionem.

Secundo ad noſtram mortalitem, & paſsionem.

Tertio ad noſtrā neceſsitatem, ideſt famem, ſitim. & ſic de alijs.

Quarto ad noſtram pauperiem, & idigentiā.

Quinto ad noſtram tentationem, quando ſe tentari a diabolo permiſit.

Sexto ad anxietatem corporis, & laſsitudinē, & laborem.

Septimo ad anxietatem animi, nam tempore paſsionis cępit pauere, & tędere.

Octauo vſque ad crucem, & iſte fuit deſcenſus mirabilis, & humiliatio.

Nono vſque ad mortem.

Decimo vſque ad carcerem infernalem; quando ad limbum deſcendit: ideo quia dominus ſic deſcēdit ſe humiliando; exaltatus eſt aſcendendo in cœlum.

Primo aſſumptam humanitatem ſuper omnia eleuando.

Secundo ad vitam perpetuam.

Tertio ad ſummam corporis, & animæ recreationem.

Quarto ad cęli opulentiſsimas diuitias.

Quinto ad poteſtatiuam ſuper omnes dominationem.

Sexto ad iocunditatem, & conſolationem.

Septimo ad perfectam pacem, & quietem.

Octauo ad thronum paternæ gloriæ.

Nono ad perpetuam cum patre manſionem, & cohabitationem.

Decimo ad ſummam præſidentiam, & ſuper omnes exaltationem. Præfatis ergo apparet in quo loco dominus Ieſus eſt ab æterno patre collocatus; quia à dextris Dei eſt.

Verum quia homo poſſet dicere Chriſtus cęlos aſcendit (vt dicit prima pars præſentis conformitatis) & ſedet à dextris Dei; quid boni, & vtilitatis ex hoc humanum genus eſt conſequutum? quare de hoc eſt videndum: & iſtud eſt tertium quod eſt videndum: quid, ſcilicet boni & vtilitatis præfata Aſcenſione Chriſti, & collocatione ſumus adepti. Et dicitur quod magna dona, & beneficia. *Tertium vidēdum.*

Primum enim eſt humanæ naturæ exaltationis; ipſam exaltauit, in incarnatione eam induendo: & in reſurrectione dotibus glorioſis

eam adornando.Sed ipſam valde exaltauit cę
los aſcendendo;& quomodo? certe ſuper om
nes eleuando; quia inquit apoſtolus. Supra
omnes principatus,& poteſtates;& omne qđ
nominatur, & ſuper omnes cęlos; & ſibi eſt
omnis poteſtas collata: vt cantat eccleſia.
Secundum beneficium eſt venerationis: Tota
enim cęleſtis curia Chriſtum adorauerunt vi-
uentem in ſecula ſeculorum. Angeli qui ſe in
veteri teſtamento permittebant adorarei; in
Apoc.19. nouo minime: vt patet de Ioanne vbi Glo. In
lege veteri non prohibuit adorari, ſed poſt
aſcenſionē,videns ſuper ſe exaltati hominem,
ab homine timuit adorari.
Tertium beneficium eſt reſtitutionis hæredi-
tatis;quæ per quinque millia annorum amiſ-
ſa,per Chriſtum reſtituta eſt d.pſal.Tu es,qui
reſtitues hæreditatem meam mihi.
Quartum beneficium eſt præmiationis: Sicut
enim diuinitas Chriſti prēmiū eſt animarum,
ſic & humanitas, ſiue Chriſti corpus glorio-
ſum, eſt beatitudo corporum quo ad obiectū
inſtitutum.
Quintum beneficium eſt collocationis ſancto
rum; Chriſtus cum ſanctis cęlum ingrediens,
ſecundum eorum merita aliquos ordinibus
angelorum: alios in ordine archangelorum:
alios in ordine virtutum:& ſic de alijs:ipſe ſu
per omnes aſcendendo collocauit.
De omni ordine multi Angeli corruerunt. Sextum eſt reparationis angelorum, ideſt an-
gelicę ruinæ: Sicut enim de quolibet ordine
conſentiendo lucifero, multi corruerunt, ſic
Chriſtus aſcendendo in quolibet ordine de
ſanctis hominibus ſecundum eorum merita
dimittendo, eorum ruinam reparare incępit.
Et ſic per aſcenſionem Chriſti homines auge
lis ſunt parificati.
Septimum beneficium eſt deiectionis,ſcilicet
hoſtis humani: ad litteram impletum eſt illud
pſalmi. Dixit dominus domino meo; pater,
ſcilicet filio: ſede à dextris meis; donec ponā
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.
Octauum eſt beneficium ſupplicationis,& no
Heb. 9. ſtrę defenſionis. Intrauit in ipſum cęlum, vt
appareat vultui Dei pro nobis,vt dicit Bernar
dus ad placandum patrem ei oſtendit latus,
& vulnera.
Nonum beneficium eſt exauditionis; cęlum
intrauit,vt à patre exaudiremur; & impletum
Ioan.14. eſt illud Chriſti.In illo die in nomine meo pe-
tetis,& ſequitur. Quicquid petieritis patrem
in nomine meo,dabit vobis.
Decimum beneficium eſt largitatis; dedit.n.
dona hominibus, ſcilicet ſpiritus ſancti. Si
abiero(dixit Chriſtus)mittam vobis eum:ſci-
licet ſpiritum ſanctum; cuius donatione alia
dona tribuuntur,& habentur.
Vndecimum beneficium eſt erectionis.Erre-
1.Cor.1. xit nos fide;vt ſecuri ſimus. Aduocatum habe
mus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum; &
ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris &c.
Quare ſecuritatem nobis tribuit.
Duodecimum beneficium eſt apertionis ia-
nuæ.Vado parare vobis locum. Aperuit enim Ioan. 14.
cęlum: dicente Michea.Iter pandit ante illos, Miche.2.
ipſe Leo Chriſtus aperuit librum:ideſt cęlum,
& ſoluit ſignacula eius.Apoca.5.Sic ergo præ-
fatis apparet de vtilitate aſcenſionis, & ſubli-
mationis Chriſti. Et per conſequens patet de
claratum; quomodo intelligitur prima pars
huius conformitatis nonæ,ſcilicet Ieſus tran-
ſcendens angelos.

EXPOSITIO SECVNDAE partis, ſcilicet Franciſcus ſublimatur.

DOMINVS Ieſus,cum ſit iu
dex viuorum,atque mor-
tuorum; & vnicuique red
dat ſecundum opera ſua:
quia peccatoribus infer-
num, iuſtis, & ſanctis dat
vitam æternam, ac in vita
ęterna, vt ipſe dicit man- Ioan. 14.
ſiones ſint multæ,ad quem locum beatum Fr.
ſublimare dignatus eſt pro eius perpetua mā-
ſione: Certe vt pluribus patebit,beatus Fran.
& ſi meritis fuerit ſimilis angelis,archangelis,
& alijs ordinibus; attamen non in eis locum
ſibi deputauit dominus Ieſus Chriſtus:ſed (vt
pie creditur)in ſuprēmo omniū ordinum vide
licet in ordine ſeraphico ipſum locare,& ſub-
limare dignatus eſt. Ad Chriſtum Deum præ
alijs ſanctis habuit perfectiſsimum amorem,
& feruentiſsimum,prout dictum eſt lib.2.con
formitate a.quem amorem pręſenti vita oſten
debat.
Primo omnium mundanorum derelictio,abie
ctio, & abominatio.
Secundo feruor, & amor ad animas Chriſti
ſanguine redemptas.
Tertio feruor martirij.
Quarto ieiunia; quæ continue faciebat.
Quinto paſsionis Chriſti meditatio.
Sexto pęnarum, & omniū obprobriorum pro
Chriſto amplexus totaliter,& deſiderium.
Septimo dulcedo Chriſti nominis ex auditu;
labia enim lingere videbantur præ dulcedine
dicti nominis.
Octauo ſtigmatizatio; quæ vi amoris, & ſolo
habet fieri.Quo concluditur,quod omnes in-
feriores ordines tam quo ad angelicos ſpiri-
tus, quam humanos beatus Fran. ſublimatus
in ordine ſupræmo excelſit gratia, & meritis.
Ex dictis declarata eſt ſecunda pars huius con
formitatis,ſcilicet Franciſcus ſublimatur.

FRV-

FRVCTVS X. ET CONFORMItas tertij libri. Et 38 in ordine. Ieſus mittens apoſtolos. Franciſco vir iuuatur. Expoſitio primæ partis videlicet Ieſus mittens Apoſtolos.

CVM paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti ſufficiêtiſsima fuerit pro totius humani generis ſalute, vt conformitas 4. iſtius 3. lib. oſtendit, & quia paſsio exhibita eſt, & conſequenter ſalus noſtra obtenta, & facta, ac habita: ipſaq; declaranda erat hominibus, & fideliter intimanda, vt quilibet ſalutis obtinendæ modum audiendo; ad ſalutem peruenire valeret: ſicut ſaluator noſter poſt reſurrectionem ſuis apparendo diſcipulis; in Galilea, & in monte, quo eis dixerat: ſic & id ad patrem aſcendendo effecit videlicet quod ſuis benedictis mandauit Apoſtolis; vt irent in mundũ vniuerſum, & prædicarent euangelium omni creaturæ: & quicũque baptizatus fuerit ſaluus erit. Et formam eis præbuit baptizandi, ſcilicet. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Miſerat ſuos diſcipulos primo ad prædicandum: vt dictum eſt conformitate 11. primi li. Sed ſecundo idipſum miſit: vt dictum eſt. Et quia ad gentem inſtruendam iſraeliticam miſerat; nunc autem in vniuerſum mundum: vt quod eis iniunxerat, efficacius adimplerent: cum ſingularibus donis, & gratijs miſit.

In miſsione Apoſtol. rũ per orbem quæ dona Chriſti eis conceſsit.

Nam eis dedit primo ſacræ ſcripturæ intelligentiam. dicitur, quod aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.

Lucæ 24. Act. 2. Ioan. 20.

Secundo ſpiritum, ſcilicet miſit in eos; & ipſos eo repleuit. Accipite ſpiritum ſanctum &c qui eſt ſpiritus paraclitus, ideſt cõſolator contra omnes poſsibiles mundi vexationes; quas ſuſtinere debebant, & tribulationes.

Tertio linguarum omnium notitiá, & loquellam. Nam loquebantur varijs linguis apoſtoli; vt ſic quilibet eorum prædicationem, & doctrinam intelligere valerent, & poſſent.

Matth. 10.

Quarto verborum efficaciam: dixerat eis. Ego dabo vobis os, & ſapientiam; cui non poterũt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri.

Luc. 16.

Quinto ſignorum operationẽ. In nomine meo demonia eijciẽt: linguis loquentur nouis &c. & ſequitur. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Ioan. 14.

Sexto in petendis exauditionem. Quicquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Septimo omnium donorum diffuſionem, ſcilicet ſpiritus ſancti. Habuerunt enim donum ſapiẽtiæ, ſciẽtiæ, intellectus, cõſilij, fortitudinis, pietatis, & timoris dñi: & quo ad ipſorũ vſum.

Octauo peccatorum dimittendi auctoritatẽ tribuit dicens. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c. *Ioan. 20.*

Nono à peccatorum operatione vitationem. A peccatis eos præſeruauit di. quod ſpiritus ſanctus maneret in eis in æternum, & ſi ſic: ergo à peccatis mortalibus præſeruauit. *Ioan. 15. Chriſtus Apoſtolis conceſsit omnia quę appetebãt.*

Decimo omnium appetibilium cõceſsionem. Si enim appetebant ſcientiam. Spiritus ſanctus docebit vos omnia Si potentiam; vbi ſpiritus ſanctus: ibi libertas, dicit apoſtolus. *Ioan. 16.* Si honores pſal. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Si famam & laudes. Magnificabat eos populus, & pſal. *Act. 3.* In omnem terram exiuit ſonus eorum. Si diuitias. Argentum, & aurum non eſt mihi; quod autem habeo: hoc tibi do. dicit Petrus: & dedit ſibi diuitias ſuas, ſcilicet ſanitatem perfectam. *Act. 3.* Si delitias, dicitur quod ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Act. 6.* Si fortitudinem: fortitudo eſt vnum de donis ſpiritus ſancti. Si pulchritudinem; animæ eorum factæ ſunt templum ſpiritus ſancti. Si de hoſte victoriam. Dedit eis virtutem calcandi ſuper omnia demonia. *Lucæ 10.* Si ſapientiam; ſapientia eſt primum donum ſpiritus ſancti. Si gratiam. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum; qui datus eſt nobis. *Iſa. 9. Rom. 5.* Si purgationem à peccato; ſpiritus ſanctus ignis eſt. Et ſic de alijs quæ ſpiritus ſãctus datus à Chriſto apoſtolis; dedit eis.

Vndecimo ſuam gubernationem, & protectionem. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi. *Matth. 28.*

Duodecimo in omni bono confirmationem; à Deo in gratia cõfirmati ſunt, vt nec vita, nec mors, nec fames, nec ſitis &c. à charitate Dei; quæ eſt in Chriſto Ieſu, potuit eos ſeparare. Talibus ergo donis freti à Chriſto, miſsi ſunt ſancti Apoſtoli in vniuerſum mundum ad prædicandum veram ſalutem. Ipſi vero Chriſto Deo per omnia obedientes; ad omnes partes orbis iuerunt, iuxta illud pſal. In omnem terram exiuit ſonus eorum, ſcilicet prædicationis, & in fines orbis terræ verba eorum. Iacobus maior hyſpaniam. Iacobus minor Iudæá. Philippus Siriam. Andreas Achaiam. Ioannes Euangeliſta. Aſiam inferiorem. Thomas Perſiam, Mediam, Parthiam, Irchaniam, & Indiá ſuperiorem. Matthæus Ethiopiam. Bartholomeus Indiam inferiorem, & Armeniam Simõ, Aegiptum. Thadæus Meſopothamiam, & Pontum. Petrus primo Anthiochiam; deinde Romam, Italiam, Galiam, & totam Germaniam: & ſic ad diſtinctas partes euntes viam ſalutis iuxta domini mandatum docuerunt. Quem autem fructum fecerint: patet intuentibus ipſorum legendas: Nam maiorem partem mundi ad Chriſti fidem deduxerũt, & plures alios Apoſtolos ad perſonas diuerſas: ſicut B. Pe-

Loca, ad quæ Apoſtoli ad prędicandum deſtinati ſunt.

Act. 11. tium ad Cornelium: Thomam ad regem Gán
doforum Indiæ. Philippum ad Eunuchum.
Act. 8. Paulum ad Sergium, & ſic de alijs: vt oſtende
Act. 5. ret, quod tam in generali, quam in particulá-
ri dominus Ieſus omnium ſalutem optabat; &
ad agnitionem veritatis attingere: ſicut ipſe
pro omniũ ſalute in ara crucis ſe immolauit.
Et ſic præfatis apparet ſuccincte expoſitio pri
mæ patis huius conformitatis videlicet Ieſus
mittens Apoſtolos.

EXPOSITIO SECVNDAE PARtis, ſcilicet. Franciſco vir iunatur.

ANIMARVM zelator præcipuus beatus pater noſter
Fran. Chriſto conformis
actibus, & ſignis; ad inſtar
Ieſu omnium optabat ſalutem; ante mortẽ oſtendit: ſe & ſuos ad prædicã
dum tam fidelibus, quam
infidelibus dirigendo: ac ſtigmatibus ſuſceptis: quia incedere pedibus non poterat: circumuehi ſe faciebat, vt ad viam ſalutis, & pacis Chriſticolas ſuo verbo vocaret, & exemplo. Idipſum ęgit piè poſt mortem inſpirando ſuis fratribus, quod in vita ipſe peregerat, videlicet vt totis viribus ad ſalutem animarũ intentos, & ſolicitos redderet, & incitaret: Cuius ſacris inſpirationibus deuotè fratres filij annuentes; per totum orbem more Apoſtolorum ſe diffundentes: non ſolum in parti
bus fidelium; ſed infidelium maximum fecerunt fructum.
Nota. Id ſic eſſe aſtruunt prędicationes B. Antonij, & aliorum, ac mors præcioſa fratrum martirio decedentium; qui vltra 85. extiterunt: ac corruſcatio miraculorum per fratres beati Fran. filios; de quibus dictum eſt conformitate 12. primi lib. huius operis; qui miraculis mundum in diuerſis eius partibus patratis ad Chriſtum diligendum commoue runt. Fecerat beatus Fran. vt ſicut in vita: ſic etiam poſt mortem perpetuo fideles obtinerent ſalutem; hoc eſt ſacram illam S. Mariæ de Portiuncula indulgentiam impetrando; Cuius perceptione deuota ab omni fideles purgantur delicto, & peccati prauitate. Sic ergo præfata exercendo, & ſi Chriſto etiam poſt mortem conformis reperiatur: attamen in ſpeciali ſoldani Babiloniæ poſt ſuam mortem procurando ſalutem: velut alterius Abagari regis: in hoc ſingulari modo domino Ieſu poſt mortem inuenitur ſimilis, & conformis, quod qualiter factum extiterit; eſt hic breuiter intimandum. Beatus Fran. enim ob ſalutem animarum, & vt conuerteret infideles ad Chriſtum; ter ad partes infidelium adire propoſuit pro conuerſione ipſorum: & pro palma conſequenda martirij, licet ergo bis propoſuerit ita: ſemper tamen fuit impeditus.
Primo quando ibat ad Miramolinum verſus Iſpaniam fuit impeditus infirmitate.
Secundo quando ibat verſus Soldanum ventis in mari non ſecundis flantibus.
Tertio tamen pergens cum 12. fratribus ad partes Siriæ poſt multos labores, tribulationes, & captiuitates; cum eſſet guerrra inter ſaracenos, & Chriſtianos: diuino fauente auxilio ad Soldanum perueniens, eidem beatus. F. à ſpiritu. S. edoctus tam diuiniſsime de fide catholica ſancta prædicauit: ꝙ per ignem hãc ſe approbare obtulit. Propter quod ſoldanus in ipſo magnam deuotionem concepit tã pro conſtantia fidei, quàm pro contemptu temporalium; nihil. n. ab ipſo accipere voluit; cum eſſet pauperculus; quàm etiam pro feruore martirij. Et ex tunc eum libentiſsimè audiebat, & rogauit vt ad ipſum frequenter accederet. Et inſuper ſibi conceſsit, & ſocijs; ꝙ quocunque vellent libere irent, & vbique per totũ imperium ſuum liberè prædicarent. Et dedit quoddam ſignaculum: quo viſo à nemine lęderentur. Habita igitur hac licentia liberali; ſanctus F. ſocios binos hincinde tranſmiſit in diuerſas partes paganorum. Demum beatus. F. videns, ꝙ fructum; quem deſiderabat ibidem facere, non poterat; domino ſibi reuelante, diſpoſuit ſocijs recongregatis: ad partes fidelium remeare. Et rediens ad Soldanũ, ſuum propoſitum de reditu indicauit; cui ſoldanus dixit. frater. F. ego libenter ad Chriſti fidem cõuerteret, ſed modo hoc facere timeo; quia iſti ſaraceni me, & te cũ ſocijs tuis ſi ſentirent ſtatim interficerẽt. Sed & tu cum adhuc multum poſsis proficere; & ego quædam magna negocia pro ſalute animę meę habeam expedire; nollem mortem tuam, & meam inducere ita inopinate. Sed indica mihi modum, quo ſaluer; & ego ſum paratus tibi in omnibus obedire. Et ſanctus. F. dixit ei. Domine, ego quidem modo recedam à vobis; ſed poſt quàm ad fideles rediero; & ad cęlum domino vocante tranſiero: poſt mortem meam ſecundum diſpoſitionem diuinam mittam vobis duos de fratribus meis; à quibus baptiſmum recipietis, & ſaluus eritis: ſicut dominus Ieſus Chriſtus dominus meus mihi reuelauit. Vos autem interim ab omni negocio vos diſſoluit; vt cum gratia Chriſti venerit; inueniat vos fide, & deuotione paratum. Cui Soldanus aſſentiens gaudenter, fideliter obediuit. Sanctus vero. F. redijt ad partes fidelium; & poſt aliquot annos prædictus Soldanus infirmatus eſt; expectanſque beati. F. promiſſum; qui iam ad beatam vitam migrauerat; poſuit exploratos in portis, & portarum exitibus; vt ſi quando duos fratres in ſancti. F. habitu apparerent: ipſos ad eum feſtinanter adducerent. In illo autem tẽpore apparuit beatus F. duo-

B. Fran. prędicat Soldano, & qd ſequutum fit.

bus

bus: fratribus ſuis; & præcepit illis, vt ſine mora pergerent ad Soldanum: & ſalutem eius ſicut promiſerat ei, & prædixerat ſolicite procurarent; quos vt vidit Soldanus, gauiſus eſt gaudio magno valde dicens. Nunc ſcio verè quia miſit dominus ſeruos ſuos; quia ſicut promiſerat ſanctus F. ita mihi ſeruauit ſolicitè pro ſalute mea transmittendo ſuos ſocios. Recipiensq; à prædictis fratribus fidei documenta, & ſanctum baptiſmum; in ipſa infirmitate regeneratus in domino migrauit ad ſempiterna gaudia, & ſalua facta eſt anima eius meritis ſanctis patris F. operante domino noſtro Ieſu Christo. Et ſic apparet, ꝙ beato F. vir. ſ. Soldanus ad inſtar Chriſti ſuos fratres mittendo iuuatur: quia ſaluatus eſt, & ſic patet in hoc cõformitas beati Frã. ad dominum Ieſum Chriſtum. Idipſum circa alium quendam militem nomine Gerardum in caſtro Cemunato iuxta Anagniam morantem inuenitur beatum F. effeciſſe poſt mortem; eum ad viam ſalutis perducendo. Hic quidem miles oculos perdiderat. Accidit autem, vt duo fratres minores ab extremis partibus veniẽtes: ad domum ipſius hoſpitaturi diuerterent: ſuſcepti igitur deuotè propter reuerentiam beati F. à familia tota, & cum omni benignitate tractati; gratias agentes hoſpiti ad locum fratrum deuenere vicinum. Nocte igitur quadam beatus F. vni illorum fratrum in ſomnis apparuit. Surge (inquiens) feſtina ad domum hoſpitis cum ſocio; qui Chriſtum & me ſuſcepit, infectus eſt ſuis promerentibus culpis; quas pœnitentiali non ſtuduit confeſſione purgare. Diſparente patre: Frater feſtinus ſurrexit; vt mandatũ cum ſocio celeriter impleret. Venienteſque ad hoſpitis domum: alter cuncta, quæ viderat; per ordinẽ ennarrauit eidem, Stupuit ille nõ modicum; & vniuerſa, quæ dicebantur eſſe confirmans: compunctus, & lachrimans confeſſus eſt libens; tandem correctione præmiſſa; interioreque homine renouato; totaliter exteriore continuo recuperauit aſpectum. Huius miraculi fama circunquaque diffuſa, non ſolum ad reuerentiam ſancti; verum etiam ad humilem confeſsionem peccatorum, & hoſpitalitatis gratiam plurimos incitauit. Sic ergo iam dictis apparet iſtius 2. partis decimæ conformitatis. ſ. Franciſco vir iuuatur, expoſitio breuiter, & ſuccinctè.

FRVCTVS XI. ET CONFORMITAS tertij libri. Et 39. in ordine. Ieſus ſaluans mæſtiſsimos. Franciſco mors fugatur. Expoſitio primæ partis, videlicet. Ieſus ſaluans mæſtiſsimos.

VITAM cum ſe Chriſtus aſſerat eſſe viam, & veritatem; nec ſolum ſit vita animæ, ſed etiam corporis. Ratio, quia ab ipſo Deo ſicut fit; ſic etiam fieri dicitur: quia ab ipſo in eſſe tenetur conſeruatiuè. Ipſa n. rerum à Deo ineſſe conſeruatio; quædam conſeruatorum eſt factio: prout dicit doctor egregius Auguſti. Quia ergo vita noſtra eſt Chriſtus, vt dicit Apoſtolus, & quia vita dicitur de vita gratiæ; quam proculdubio nõ à nobis; ſed à Chriſto habemus; qui eſt ple- Ioan. 1.
nus gratiæ, & veritatis; de cuius plenitudine omnes accepimus. Dicitur etiam vita æterna, quæ eſt in ipſius patris perfecta cognitione. Et hanc vitam ipſe dat ipſo dicente. Ego vitã Ioan. 17.
æternam do eis. Dicitur etiam vita de vita hu Ioan. 10.
mana. Et iſtam habemus de ipſo, qui eſt Deus vt habemus pro futuro: dicente Apoſtolo. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chri 1. Cor. 15
ſto omnes viuicabuntur. Quia ergo ſic eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus vita illa triplex: ſicut ſe eſſe vitam æternam latroni crucifixo manifeſtauit; quando eum ad paradiſum deduxit, & ſic ſanctis patribus; quos in vitam æternam perduxit, ſic ſe oſtendit vitam primo modo. ſ. gratiæ eſſe, & hoc hominibus; quos à ſtatu peccati ad vitam gratiæ ipſe perduxit: ſicut patuit in veteri teſtamento de multis, & ſpecialiter patuit in nouo: vt patet de Mattheo primo thelonario: poſtmodum Apoſtolo: de Magdalena: de Zacheo; & de pluribus aliis: de quibus loquitur ſanctum Euangelium. Quia ergo ſe oſtenderat vitam gratiæ primo: conſequenter & ſecundario ſe oſtendit vitam corporum, hoc eſt in poteſtate ipſius eſſe mortificanda, & viuificanda; mortuos ad vitam ſuſcitando: prout placet ſuæ benigniſsimæ voluntati. Et hoc oſtendit, Saluator tres mortuos ſuſcitando; de quibus loquitur Euangelium: Nam filiã Archiſinagogi ſuſcitauit in domo. Matth. 9.
Filium viduæ in porta ciuitatis Naim. Sic La- Lucæ 7.
zarum quatriduanum in monumẽto Hæc tri- Ioan. 11.
plex ſuſcitatio horum trium, & ſi ſuſcitationẽ peccatoris ſpiritualis, videlicet peccatoris mortui in cordis domo; in porta loquutionis, & ſenſuum, & demum in opere: attamen ſuſcitatio prædictorum arguunt, ſufficienter in domini Ieſu poteſtate eſſe; dare vitã mortuis, vt placet eidem: Nam ſicut in ore duorũ,

vel

vel trium ſtat omne verbum; ſic ſuſcitatione
præfatorum trium eum eſſe dominũ mortis,
& vitæ arguitur euidenter. Innumeros etiam
alios dominus corporaliter ſuſcitauit, ad pro
bandum vitam aliam eſſe animæ, quàm præ-
ſentem: vt aſſerit.ſ.Cecilia in ſua legenda. Itẽ
Euangeliſta Matthæus, & alij dũt dominum
reſurgendo, multos alios reſuſcitaſſe; ac an-
nuatim in die ſuæ ſacrę reſurrectionis ad vitã
perpetuam reſuſcitare ſanctos piè credendũ,
vt doctor oſtendit Ambroſius. Nõ ſolũ aucto
rem vitæ autumat reſuſcitare mortuos imme
diate per ſe; ſed à fortiori hoc aſtruit reſuſci
tare per alios poteſtate eis tradita ab ipſo do
mino Ieſu Chriſto. Quod quidem claret factũ
per ſanctos Apoſtolos eis à Chriſto tradita
poteſtate. Apoſtolus Petrus ſuſcitauit Tabi-
tam inopem: filium Theophili per multos an
Quos mortuos Apoſtoli ſuſcitarunt.
nos defunctum: & ſic de alijs. Paulus Apoſto-
lus iuuenem de alto colapſum, & mortuũ ad
vitam reuocat. Ioannes Euangeliſta Druſia-
nam: Stactum: & duos alios veneno necatos
potenter ſuſcitauit. Thomas fratrem Gando-
fori regis defunctum reuocauit ad vitam. Phi
lippus duos tribunos: & filium pontificis mor
tuum ad vitalem vitam deduxit. Matthęus fi-
lium regis Ethiopiæ ſuſcitauit, & ſic de alijs
Apoſtolis, qui multos mortuos, tam in vita,
quàm poſt reſuſcitarunt, non ipſorum virtu-
te; ſed domini Ieſu Chriſti. Apparet idipſum
factum in ſanctis martiribus. Sanctis confeſſo
ribus.ſ.patribus de Aegypto: Martino, & Be-
nedicto, & ſic de multis alijs, vt patet in legen
Circa finale iuditium nemo morietur.
dis ipſorum ſanctorum. Hi ſiquidem, & ſi qui
alij ſunt huiuſmodi: omnes non virtute pro-
pria ad vitam reuocarunt; ſed domini Ieſu in-
uocatione, & poteſtate. Vitam omnium eſſe
dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuper om
nia oſtendit, & pandit circa finale iudicium;
prout teſtatur.B.Hieroni. & magiſter. 4. di. 4.
allegat: ꝙ aliqui non morientur, vt oſtenda-
tur ꝙ dominus Ieſus, & corporaliter, & ſpiri-
tualiter nos viuificauerit. Vltimum tamen.ſ.
reſurrectio omnium, quando tam boni, quàm
mali reſuſcitabuntur voce ipſius Chriſti filij
Dei: apparebit potentia ipſius, & ꝙ auctor ſit
vitæ cunctis innoteſcet. Sed mali ſolam vitam
corporalem obtinebunt, cum morte, ideſt dã
natione æternali. boni vero, & iuſti cum ipſo
domino tam vita corporali perpetua, quàm
æternali perpetuæ gloriæ. Et non ſolum iam
dictis de cauſis dominum Ieſum decebat mor
tuos ſuſcitare (vt auctor vitæ veræ cenſeretur)
ſed idipſum (vt dicit S. Cecilia in ſua legenda
paſsionali) vt aliam vitam eſſe iſta meliorem
oſtenderet, ac immortalitatem animæ euiden
ter oſtenderet, & declararet; quæ per reditũ
ad proprium corpus, & omniũ; quæ ante geſ-
ſit in corpore recordationem; eandem eſſe
quæ primo fuerat comprobaretur. Ad propo-
ſitum noſtrum, cum mors ſit vltimum terribi
lium, & mæſtiſsima ſit omnibus hominibus;
communiter tam ratione amiſsionis omniũ;
quæ temporaliter diliguntur: quàm ſepara-
tionis ipſius animæ à corpore; quia nulla eſt
maior, & doloroſior pœna: Dominus Ieſus
præſeruando à mortis dolore, ſcilicet ſibi in-
timos, & deuotos: quàm reſuſcitando ad vi-
tam; cum anima exuta à corpore eidem ſem-
per apetat reuniri: ipſe Ieſus eſt ſaluans mæ-
ſtiſsimos, & deſolatos ob mortem, ac conſo-
lator vere dicitur, & probatur. Patet ſuccin-
ctè quomodo intelligitur prima pars iſtius cõ
formitatis vndecimę, videlicet Ieſus ſaluans,
& conſolans mæſtiſsimos.

EXPOSITIO SECVNDAE PARTIS
ſcilicet. Franciſco mors fugatur.

DOminus, & Saluator noſter
à ſuis per mortem receſſu-
rus diſcipulis præſentia cor
porali; inter alia, quæ eis ad
ipſorum conſolationem di
xit, & aliorum fidelium; eſt
id quod dicitur Ioan. 14. Ioan. 14.
Qui credit in me: opera quę
ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum fa-
ciet; quia ego ad pa[illegible]em vado. Quo verbo ſe
quitur, ꝙ ſancti vi[illegible] qui fidem perfectam ha-
buerunt, corde credendo, ore prædicando ip-
ſam, & defendendo, & opere comprobando;
quæ dominus Ieſus fecit: & quo ad reſuſcita-
tionem mortuorum, & aliorum operationẽ,
& ipſi fecerunt. Et ſi multi fuerunt tam in ve-
teri teſtamento hæc peragentes, & in nouo;
pręcipuè Dominus Ieſus exercere complacuit
meritis beati patris noſtri Franciſci; prout
Deſcriptio mortuorũ meritis B. Fr. ſuſcitatorum.
hæc ſecunda pars declarare intendit dicens,
ꝙ Franciſco, ideſt meritis ipſius, mors per do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum effugatur;
ſcilicet à multis fidelibus, per reuocationem
ipſorum ad vitam iterato corporalem. Et ꝙ
dominus noſter Ieſus Chriſtus benigniſsimus
inuocatione beati Franciſci, eiuſque meritis
ad vitam multos corporalem reuocauerit; hic
ſunt de talibus ſuccinctè exempla ponenda.
Verum quędam, quæ Dominus frater Bona-
uentura in vltima parte maioris legendæ lucu
lenter depromit: hic inſeram cum alijs, quæ
reperi; ſed breuiter, & ſuccincte.
Franciſcus enim beatus in partibus Theuto-
nię quendam mortuum ad vitam reuocauit.
Et de iſto eſt bulla Domini Gregorij noni, qui
beatum Franciſcum canonizauit: quam bullã
miſit capitulo generali, quando facta eſt tranſ
latio corporis beati Franciſci apud Aſsiſium.
In caſtro montis Merani prope Beneuentum
mulierem ſibi deuotam beatus Fráciſcus, quæ
obierat quodam peccato inconfeſſa; dum of-

ficium

ficium ageretur defunctorum pro ea, coram omnibus reſuſcitauit in Eccleſiam, quæ proprium aduocans Patrinum: confeſſo crimine, & abſoluta in domino iterato fęliciter obdormiendo, vitam eſt ingreſſa ciuitatis æternæ.

In caſtro Ponarco ſito in Apuliæ montanis; filiam cuiuſdam mulieris ſibi deuotè defunctā, beatus Franciſcus apparens cum ſocio dixit, vt ipſius nomen inuocaret: Mulier ipſa manifeſtando omnibus, quod beatus Franciſcus eidem dixerat; nomen ipſius beati Franciſci inuocando: dum manum filiæ appræhendiſſet, à mortuis ſuſcitatam à terra eleuauit.

Apud Nuceriam cum plauſtrum amore beati Franciſci petitum à quodam viro nomine Petro à Fratribus: & ille non ſolum accommodaſſet, ſed in ſancti Franciſci iniuriam plura verba dixiſſet: ſtatim primogenitus ſuus infirmatus in breui vita deceſſit. Quod cernens pater, de eo quod ægerat contritus: dum deuotè beatum præcaretur Franciſcum, vt filiū; quem ei abſtulerat redderet, puer ſtatim ſurrexit, & planctum patris prohibens; ſe eductū aſſeruit per beatum Franciſcum, & reductum.

Romæ cum puerulus vix ſeptennis, dimiſſus domi matre ad Eccleſiam eunte: vt matrem ſequeretur, ſe per feneſtram proijciendo extinctus fuiſſet; oratione fratris Raho, & ſocij cum patre dicti pueri ad beatum Franciſcum; ſtatim puer cæpit oſitare, & apertis oculis, & brachijs leuatis ſe ipſum erexit. Et coram omnibus ſtatim incolumis ambulauit.

Capuæ quidam puer in vulturno flumine ſubmerſus; cum corpus eius diu quæſitum ſub aqua nimia non poſſet inueniri: inuocato beati Franciſci nominę: ſtatim corpus repertum eductum de aqua, cum omnes aſtantes pro reſuſcitatione beatum Franciſcum aclamarent, ad vitam reuocatus eſt; Qui ſe ad beati Franciſci Eccleſiam ſui liberatoris duci fecit; & ibi vt decuit Deo, & beato Franciſco gratias reddidit.

In ciuitate Sueſſa in vico, qui ad columnas dicitur; domus coruens filium cuiuſdam mulieris occidit: quod mater ſentiens clamoroſis vocibus beatum Franciſcum interpellabat; pro ſuſcitatione filij; qui miſeræ matri compatiens reſuſcitatum; & ſanum reſtituit, & conceſſit.

Iuuenem quendam gerlandinum nomine tempore vindemiæ ſub torculari oppreſſum, & mortuum: à Domino Ieſu Chriſto pater ipſius per merita beati Franciſci reſuſcitatum obtinuit. Et de ſupradictis loquitur dominus frater Bonauentura in loco præallegato pulchre, & ſerioſe.

Alemania quidam Bato cum filium à beato Franciſco obtinuiſſet; diabolo apparente in ſpecie leproſi matri ſedēti extra hoſtium cum filio, & dictę mulier vim inferre volenti; mulier concite ſurgendo, domum intrans ſine puero hoſtium obſerauit: qui diabolus puerum accipiens: cum mater eidem nollet aſentire; in fruſta concidens, matre inſpiciente: extinctum, & membris omnibus diſcerptum: ad hoſtium dimittēs diſceſsit. Mater vero membra pueri colligens cum magna multitudine populi; ad Eccleſiam beati Franciſci pergens in altari locauit; magnis clamoribus beatum Franciſcū, qui primo ei ipſum filium dederat: cępit rogare: vt eum reſuſcitare dignaretur. Nec mora membris reintegratis, & adinuicem connexis: puer à mortuis reſurrexit. Hoc miraculum eſt depinctum Bononiæ: ſed ꝙ quidā homo hoc ægerit, non diabolus ibi dicitur.

In ciuitate Bradiburbenſi, in fluuio, qui dicitur Balga puer cadens, & ſuffocatus; ad inuocationem beati Franciſci per parentes: eius meritis ad vitam incolumis eſt reductus.

In villa quę Daruendel dicitur, cum quidam filium diebus vndecim ſeruaſſet, vt in ſabbato ſancto baptizaretur; cæpit puer grauiter à Deo infirmari; ꝙ ad extrema perductus eſt: cuius mortem deplorans pater dolore affectus, & vltra, quām credi poteſt, & ſpecialiter; quia ſine baptiſmo obierat: beatum Franciſcum pie inuocando, filius ad vitam rediens baptizatus eſt: & ſabbato in albis eſt defunctus.

Filius cuiuſdam Burgēſis iu ciuitate Amburg prouincię Saxoniæ, in flumine dum poſt patrem tranſiret ſubmerſus eſt: Pro cuius reſuſcitatione beatus Franciſcus inuocatus à patre, ſanus ſurrexit, & viuus. In ciuitate Ania prouinciæ Saxoniæ germanus cuiuſdam fratris minoris miles, confeſsione non completa deceſsit; quem beatus Franciſcus primo ab inferno liberans, cuius erat deuotus; deinde vitæ reſtituens; dum confeſsionem feciſſet, & Eccleſiſtica percepiſſet ſacramenta; poſtmodum deceſsit.

In caſtro Tundæ ripenſis diœceſis. Mulier habens puellam; cum iuxta fluuium luderet cum alijs: cæcidit in fluuium, ꝙ ſubmerſa eſt: cuius corpus extractum mortuum eſt. Quod videns mater, votum vouit beato Franciſco, ꝙ ſi filiam ſuam reſuſcitaret, ſtatuam de cera ad pōdus puellæ ſuę daret Eccleſię, & illico puella eſt reſuſcitata.

In prouincia Vngarię, in cuſtodia Firmenſi frater minor Alexander nomine, à tertia vſq; ad veſperas mortuus iacuit in ferertro, ſed inde coram Guardiano; qui ſolus cum eo remāſerat ſurgens à mortuis. Agnus Dei cantando; dixit ſe per beati Franciſci merita à pœnis maximis liberatum, & vſque ad complectorium ſuperuicturum: quod & ſic factum eſt.

In comitatu Tholoſano duo fuerunt fratres nobiles, quorum vnus factus eſt frater minor, & deuotus: Alius vero in ſeculo remanſit indeuotus,

deuotus, & malus; Qui infirmitate grauatus ad mortem peruenit; cuius frater minor beatum Franciſcum pro fratris carnalis reſuſcitatione inuocando, reſuſcitationem illico promeruit, & ad vitam reductus factus frater minor, vna cũ alio fratre fideliter dño deſeruiuit.

In ciuitate quidem Parmæ dum pater; & mater filio paruo in vigilia beati Franciſci ad comedendum carnes porcinas dediſſent; non valens puer eas deglutire: ſic gutturi inhęſerunt: ꝙ ipſum ſuffocantes extinctum reddiderunt à vita. Sed voto per parentes ad beatum Franciſcum emiſſo; cępit puer reuiuiſcere; ſe mouendo & carnes reijcere, & ad incolumitatem priſtinam ſic eſt reuocatus.

In ſancta Agatha caſtro in Romandiola poſito; puer quidam paruus à matre: ignorante patre locatus in lecto: cum pater culcitram ignoranter deſuper iacentem puerum proijciſſet: ipſe puer ſuffocatus eſt. Sed ab vtroq; parente voto emiſſo; ad beatum Franciſcum de eius viſitando ſepulchrum: puer ad ſanitatem, & vitam eſt redactus.

In caſtro quoddam. Remanſenſis diœceſis, Mulier viro abſente peperit filium, quem ob reuerentiam beati Franciſci, Franciſcum vocauit; ſed patre redeunte cum aliud nomen impoſuiſſet; puer ipſe superueniente languore, diem clauſit extremum: ſed vtroque parente vouente de nomine impoſito conſeruando; ad vitam eſt mirabiliter reuocatus.

In caſtro Alanaſao Narboenſis diœceſis, puer quidam per omnes mortuus iudicatus; per inuocationem beati Franciſci eſt ſuſcitatus.

In ciuitate Carcaſſonæ puerũ per omnes mortuum iudicatum, ab amicis beatus Franciſcus inuocatus: ad vitã & incolumitatem reduxit.

In eadem ciuitate Carcaſſonæ puer duorum annorum mortis expoſitus faucibus, & datus, voto facto ad beatum Franciſcum à matre: ꝙ temporis in proceſſu ſuaderet ſibi introitum ordinis minorum; reſuſcitatum, meritis beati Franciſci recepit.

In caſtro, quod inſula dicitur Cauillioceнſis diœceſis; quędam mulier puerum fętidum, & mortuum peperit; ſed inuocatione beati Frãciſci vitę eſt redditus; qui temporis in proceſſu in genitalibus fractus; iterata beati Frãciſci inuocatione: cuius nomine erat prænotatus, ſanitati perfectè eſt reſtitutus.

In caſtro de Orgonio Auinionenſis diœceſis, quoddam lignũ cadens ſuper latus vnius pueri, ipſum protinus morti dedit, ſed mater inuocatione beati Franciſci, viuum, & hilarem recepit.

In Arelatenſi diœceſi, Mulier quędam filium peperit mortuum, nigrum, & horribilem; quę beati Franciſci petens auxilium, vouens ipſum Franciſcum nominandum: deformitate remota ſubito reuixit.

In loco præfato puer de ſcala cadens altiſsima in pauimentum; ſubito expirauit: quod eius auia cernens beati. F. deuota; inuocando ipſum, puer viuus ſurrexit, & ſanus.

Dominus Arnaldus de Aſtenduno diœceſis Siſtercinenſis, cum filium non haberet; votum beato Franciſco emiſit: ꝙ ſi ei filium maſculũ daret, faceret eum fratrem minorem: ſed habito filio, cum differret votum implere; quia alium filium non habebat, morte superueniẽte defunctus eſt; qui votum iterans de filio ad beatum Franciſcum; faciendo fratrem minorem filium, illico à mortuis reſurrexit, & cum fratrem minorem fecit iuxta promiſſum.

Quidam nobilis de Marchia cum filium obtinuiſſet meritis beati Franciſci, & promiſiſſet ſi daret facere eum fratrem minorem; cum eſſet ei ſolus differebat eum dare fratribus, qui ter infirmatus ad mortem, & à beato Franciſco liberatus; ſemper cum promiſsione, vt liberatus frater minor fieret: Parentes differentibus eum veſtire habitu ordinis; superueniente infirmitate, obijt. Quod cernentes pater, & mater ad locum fratrum filium mortuũ deduxerunt; promittentes cum multis lachrimis, ꝙ ſi beatus Franciſcus eum ad vitam reduceret; illico eum fratribus darent, qui ſtatim viuus, & ſanus exurgens, factus eſt frater minor.

Quædam domina in Romania vnicum habẽs filium trium ſcilicet annorum; qui infirmitate grauatus ad mortem deuenit, eius ſubtractionem dolens orbata mater; inuocatione beati Franciſci cum voto, ꝙ eius Eccleſiã iam inceptam perficeret; puer ad vitam eſt reſtitutus.

In Hiſpania regno ſcilicet Caſtellæ in ciuitate Altoricenſi. Anno Domini 1343. beatus Franciſcus ſingulari modo quendam Epiſcopum ciuitatis præfatæ, nomine Petrum, à mortuis modo ſubſcripto reſuſcitauit. Dictus Epiſcopus licet eſſet peccator, & carnalis; tamen beato Franciſco erat, valde deuotus, qui grauiter infirmatus, de ipſo quidam eius ſcutifer, & domicellus; huiuſmodi habuit viſionem: Nam *Grande miraculum.* videbat cuniculos nigros de terra aſcendere, ſupradicti Epiſcopi ſuper cathedram ſedentis; indumenta conantes dilaniare: ſed quidam frater de ordine minorum depoſt cathedram exiens, illa animalia effugauit; & dicto domicello dixit: vt Epiſcopum ad pœnitentiam induceret, & confeſsionem; quia hæc animalia demonia erant; ſuper Epiſcopum propter peccata ſua poteſtatem habẽtia. Qui euigilans, hanc viſionem dixit Epiſcopo; de qua ipſe trufatus eſt, & turbatus dixit; nõ ſum ita infirmus, ꝙ me oporteat confiteri. Inde ad tres dies domicellus iam dictus aliam habuit viſionẽ. Videbat ꝙ duo canes magni, & nigerrimi conabantur Epiſcopum deuorare, ſed

frater

ſrater minor poſt cathedram exiens illos effugauit;& domicello dixit, ꝙ Epiſcopum ad confeſsionem induceret. Nam breui erat de iſta infirmitate moriturus;qui euigilans,Epiſcopo viſionem dixit:contra quem Epiſcopus valde turbatus eſt; maxime,quia dixit eum in breui moriturum;nec confeſſus eſt. Item poſt alios tres dies domicellus ſupradictus habuit aliam viſionem. Nam vidit ignem magnum, ſuper quem erat caldaria magna plena pice bulliente: & dæmones Epiſcopum capiētes conabantur ipſum mittere in caldariā; & a fratre poſt cathedram ſtante ſunt impediti;& dixit frater domicello. Vade,& dic Epiſcopo,ꝙ moriturus eſt de iſta infirmitate; & ideo non differat confiteri peccata ſua; at ille dixit:dixi ſibi, & ille non vult credere mihi: da mihi aliquod ſignum vt credens confiteatur. Cui frater. Mitte digitum tuum in hac pice:& dic Epiſcopo beatus Franciſcus cuius eſtis deuotus, hoc mihi dixit, & inſignum huiuſmodi ecce digitum pice inuolutum, & ex tali calore quaſi deſiccatum. Domicellus omnia Epiſcopo narrauit; territus autem Epiſcopus ex ſigno,& ex deuotione beati Franciſci confeſſus eſt,& poſt dies paucos Epiſcopus ipſe expirauit: germani autem,& nepotes Epiſcopi mortem per tres dies occultantes omnia bona eius aſportauerunt; quarta autem die de mane,anno domini.1343. de menſe Maij portatum eſt corpus eius ad Eccleſiam fratrum minorum;& fratribus officium facientibus de feretro ſurrexit Epiſcopus; quem conſanguinei videntes, ſcientes eum iam per tres dies *Nota.* fuiſſe mortuum fugerunt. Ille vero clamans dixit. Non fugiatis. Vere ego mortuus fui; ſed modo mortuus non ſum: ſed dum mortuus fui,& ante iudicem ductus: recepi dānationis æternæ ſententiam duabus de cauſis.

Prima quia in confeſsione peccati non dolui de concubina, quam tenui.

Secunda quia quamuis eam tunc expulerim; non tamen eam dimittere propoſui. Sed beatus Franciſcus; quem ſemper dilexi,factus eſt mihi aduocatus, & pro me tria allegauit.

Primo deuotionem præcipuam,quam ſemper in eum habui.

Secundo eleemoſynas, quas ſemper fratribus feci; domus enim mea, & omnia quæ habebā magis fratrum erant; quām illorum de curia.

Tertio fiduciam,quām ſemper habui non poſſe male mori meritis beati Franciſci: ſicque Deum adiens; vt ad corpus anima mea rediret etiam impetrauit. *Attende.* Et viginti dierū habeo ſpacium ad pœnitentiam de peccatis meis agendam; poſt quos ſtatim moriar. Infra iſtud tempus omnia; quæ fuerant ablata recuperauit,de omnibus bene diſpoſuit, & pœnitentiam condignam fecit. Et quia infra iſtud ſpatium fuit feſtum beati Franciſci.ſ.tranſlationis, in ipſo feſto voluit celebrare, & omnia,quæ ſibi acciderāt prædicauit. In qua prædicatione ita feruenter de beato Franciſco locutus eſt,ꝙ fratres minores,qui in illis partibus erant in magno opprobrio; in magna deuotione ſunt habiti. Ipſe tandem Epiſcopus plenus bonis operibus;die ſtatuta migrauit ad dominum. Multos alios glorioſus dominus Ieſus ad oſtendendum dilectionem, & gloriam beati Franciſci,eſt reſuſcitare dignatus meritis eius,& inuocatione. Sed de præfatis triginta, vt fideliter reperi, hic ſuccinctè aſcripſi; ad laudem ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui eſt vita viuentium,& ſalus omniū in ſe credentium.Sic ergo præfatis apparet declarata ſecunda pars huius vndecimę conformitatis,videlicet. Franciſco mors fugatur.

FRVCTVS DVODECIMVS, ET conformitas: & 40. & vltima in ordine eſt Ieſus ditans digniſsimos. Franciſco cuncta dantur. Expoſitio primæ partis.ſ. Ieſus ditans digniſsimos.

OB primorum demerita parentum genus humanum non ſolum a paradiſi gaudijs expulſum, Iuſtitia originali priuatum, diabolo ſubiugatum, gratuitis ſpoliatum,in naturalibus vulneratum, ſed morti adiectum, & cunctis eſt repletum miſerijs infirmitatibus, & doloribus: Quod enim patiatur morbos,miſerias,& infirmitates,& ſi libri medicinales dicant in parte: & ſi non ad plenū: tamen experientia teſte, ac ſcriptura ſacra. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, *Nota.* repletus multis miſerijs, immo infinitis, vt vix poſsit comprehendi, qui ſit ſine infirmitate corporali, vel mentali: Omnia condita, peccato faciente,in tempore tabeſcunt, deficiunt, & ſeneſcunt, & nunquam homo permanet in eodem ſtatu. Quapropter ſequitur euidenter,vt vanitate, & varietate cum ſit omnis creatura vallata; & eidem ſubiecta ſemper aliquid patiatur, quod eſt contra ſuum eſſe, & permanentiam. O quantis morbis ſubeſt homo. *Deſcriptio morborum quibus creatura ſubiacet.* Nonne vides ꝙ aliqui patiuntur in capite emigraneam. Alij furorem, ideſt in cerebro commotionem: Aliqui amentiam, ideſt capitis inſaniam. Alij ſtuporem, ideſt mentis cæcitatem: Aliqui capitis vertiginem; Alij capitis tremorē. Alij morbum caducum. Aliqui albuginem oculorum. Alij cæcitatem. Alij fluxum oculorum. Aliqui ſurditatem. Alij lepram. Alij paraliſim. Aliqui boliſinum continuum comedendi appetitum. Alij ſpaſmum. Alij ſtrenutationem. Alij cordiacam,

SECVNDAE PARTIS, SCILICET Franciſco cuncta dantur. Expoſitio.

ILLE inclitiſsimus, & benignisſimus dominus noſter Ieſus Chriſtus; ſicut ſanctorum omnium eſt operator, & auctor, ſic ipſorum eſt honor, decus, & gloria; ipſos magnificando. Et in pręſenti, vt patet tam in ſanctis veteris teſtamenti. De Ioſeph quem fecit domi-
Gen. 41. num Pharaonis, & ęgipti. De Moiſe quem in-
Exo. 7. ſtituit Deum Pharaonis. De Dauid, quem ſublimauit ad regnum. De Elia, quem ſignis fecit
Eccl. 48. clarum, & verbis. De Tobia, quem bonis, & liberalitate repleuit. Et ſic de alijs: quam noui teſtamenti, patet. De Petro, qui vmbra ſua ſanabat infirmos. De Apoſtolis, quibus ob reuerentiam nullus audebat ſe coniungere; ſed
Act. 3. magnificabat eos populus. Actuum 3. De Antonio, quem fecit per totum mundum nominari. De Illarione, Benedicto, Martino; & ſic de alijs; quos gratiſsimos, & nominatiſsimos fecit in mundo. Et in futuro .i. poſt hanc vitam in cęleſti patria collocando; in mundo magnificè, & mirificè declarauit, & ſublimauit: & ſignis inumeris, & prodigijs, vt patet in ſanctis Apoſtolis, martiribus, doctoribus, confeſſoribus, virginibus, & alijs ſanctis fidelibus: Et ſpecialiſsime in beato patre noſtro Franciſco; quem dominus præ ſanctis omnibus fecit clariorem, & cęlſiorem: dum luce frueretur vitæ præſentis; vtpote ſanctitate vitæ diuulgando; verbo ſignis miris, ac ſtigmatibus ſacris; vt in præcedentibus conformitatibus euidenter eſt deductum. Sed etiam poſt mortem clariſsimũ mundo reddidit, & acceptiſsimum. Inuocatione ipſius beati Fran. à fidelibus cuncta dando: prout ſecunda pars huius vltimæ conformitatis S. Fran. i. propter ipſum, & ſupplicatione eius cuncta dantur, ſcilicet à Chriſto fidelibus. Decẽs enim eſt vt dominus poſt mortem ſuos ſanctos mirificet; & glorioſos reddat ſignis.

Primo quia ad ſui eſt gloriam cum ſua virtute, & gratia talia à ſanctis fiant.

Secundo eſt ad auctenticationem vitæ taliũ. Eccleſia inde accipit argumentum canonizationis in terra; ex quo talem ſanctificatum à Chriſto; intelligitur in cęlis.

Tertio eſt ad vitæ talis ſancti proſequutionẽ, vt nullus debeat hæſitare talem proſequi, quẽ Chriſtus tanto honore dignum ducit.

Quarto ad incitationem populorum fideliũ; vt quæ ſunt a Chriſto præcepta perficiant; cũ peragentes quæ ſunt Chriſti: ab ipſo ſic in pręſenti poſt mortem honorentur.

Quinto eſt ad intelligendum gloriam ſanctorum; Cum enim ſint à noſtris ſenſibus remotiſsimi, videndo quod Deus ipſos, & eorum membra tantis honorat miraculis, argumentum ſumimus, quod ſine vlla comparatione in cœlis præmiat eorum animas indicibilibus præmijs.

Sexto ad fidei confirmationem: Non ſolum quod animæ poſt mortem corporis viuant; ſed quod Chriſtus verus eſt iudex; dans vnicuique iuxta opera ſua.

Septimo valet ad diaboli carnis, & mundi deteſtationem, vtpote quia ſpernentes, & vincentes præfata tam alte ſublimantur à Chriſto.

Octauo ad animandum fideles, vt patienter omnia mala portẽt, ex quo tale præmium præfatis datur à domino.

Nono ad humanæ naturæ exaltationem; quod enim Deus circa vnumquemque hominem peragit, in talibus ad honorem eſt aliorum hominum, & ſpeciei humanæ.

Decimo valet ad meritum viuentium; fideles enim ſic mirificatum à Chriſto honorando; in præſenti, & in futuro eorum merentur meritis, & precibus protegi, & iuuari. Sic ergo, quia decens eſt dominum honorare ſanctos ſuos poſt mortem; Ieſus ſaluator multos honorauit: ſed pręcipuè beatum Franciſcum. Qui eius inuocatione, ac cuius ſigno, multa miracula fecit; nam mortuos triginta ſuſcitauit; à mortis periculo nõnullos pleruauit: Ab hauſtu ueneni aliquos eripuit: lęttaliter ſauciatos reparauit: ſubmerſos in aqua de ſuper natare fecit: Nonnullos à carceribus potenter abſtraxit: Alios à tormentis nè eis nocerent: Demoniacos liberauit: Periclitantibus in partus facilitatem pariendi tribuit; ſic periclitantes iuuit: Viſum cęcis reſtituit: ſurdos curauit: Mutis beneficium linguæ indulſit; & loquellam dedit: A fractura ingenitalibus liberauit: Mente captos ad prudentiam, & ſenſum reduxit; Contractos errexit; Conglomeratos, & podagroſos extendit: leproſos mundauit: fluxum ſanguinis patientibus remediũ intulit, Crurifagium patientibus liberauit: Ab ore lupi puerum erripuit: famæ deficientibus ſuccurit: A combuſtione ignis, aliquos illeſos reddidit; Ab alto cadentibus auxilio ſuo affuit: uires appoſuit carentibus: occulis tribulatos liberauit: febricitantibus opem impendit: Idropicos, & paraliticos iuuauit. A fiſtulis, & ſcrufulis, & glandulis liberauit: ſuſpenſos à morte erripuit. Non valentes vti manibus tribuit ſanitatem: ſibi de notè ſeruientibus ſuccurit. Multa quidem, & alia ſtupenda miracula vir Dei Franciſcus operatus eſt, quæ breuitatis cauſa ommittuntur.

Ex dictis igitur in præcedentibus libris: videlicet in quadraginta conformitatibus in eiſdẽ declaratis; apparet clare intuentibus dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ beatum patrem noſtrum. F. ſibi feciſſe ſimilem, & conformẽ;

non

non ſolum in actibus paſsionalibus. ſ. in paſſione per ſacrorum ſtigmatum impreſsionē: ſed etiam in actibus perfectionalibus; de quibur ſpecialiter in ſecundo libro tractatur. Et etiam in actibus perſonalibus: vt declaratum eſt. Et per conſequens patet deductum; quod in principio huius operis pro compendioſa declaratione eſt aſſumptū: ꝙ Dominus Ieſus Chriſtus beatum. F. fecit ſimilem in gloria ſanctorum; ideſt ſibiipſi, qui eſt gloria ſanctorū. Huic operi finem debitum imponendo; tibi domine Ieſu Chriſte redemptori, & ſaluatori omnium; qui es lux vera omnem hominē illuminans; à quo quicquid boni, recti, iuſti, & veri eſſe poteſt, procedit, & originatur: gratias, quas poſſum refero, & perſoluo: qui mihi de te loqui ſcribere, & enarrare cōceſsiſti. Et per merita glorioſi patris noſtri Beati. F. de quo plura mihi tua benignitate loqui concedere dignatus es.; & ſi ad eius ſint gloriam: precipuè tamen ſunt ad tui; qui eum talem, & tantum tu ſolus feciſti. Meritis ergo, & precibus huius almi confeſſoris tui beati Franciſci; cōcede mihi quę tibi promiſsi perficere; tua ſancta veſtigia proſequi, & imitari; ab omni tui offenſione cauere, & poſt huius vitæ curſum, ad te videndum, & perfruendum, me perducere digneris:

Qui cum patre tuo, & ſpiritu ſancto viuis, & regnas Deus benedictus: per infinita ſęcula ſęculorum. Amen.

✠

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BONONIÆ, Apud Alexandrū Benatium.
De licentia Superiorum. 1590.